

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 32
Tabla
Número 16

Nº 1
22-3

E=11 T=5 N=3

Es de la Libreria del Mayor y R.l Colegio de S.ta Cruz de la f. de Gran.a
R.2008

D. IOAN. BAPT.

# CIARLINIJ, CARPENSIS,

I. V. DOCTORIS,

Archipreſbyteri Mutilenæ Protonotarij Apoſtolici, & Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi D. D. Marchionis Pauli Coccapani, Regij in Æmilia Epiſcopi ac Principis Vicarij Generalis.

# CONTROVERSIARVM FORENSIVM IVDICIORVM PARS SECVNDA.

*IN QVIBVS MVLTA AD PRAXIM PERTINENTIA in vtroque foro verſantibus vtilia, & neceſſaria pertractantur.*

Editio altera accuratè emendata, ſuiſque Indicibus fideliter recognitis locupletata, nunc primùm in Gallia prodiens.




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 2.ª C. [illegible] N. 16.

LVGDVNI,
Sumpt. LAVR. ARNAVD, ET PETRI BORDE.
M. DC. LXX.

ILLVSTRISS. AC REVER. DOMINO

D. MARCHIONI PAVLO

# COCCAPANIO,

## VIGILANTISSIMO REGII

## IN ÆMILIA EPISCOPO,

Eidemque Principi præſtantiſſimo, D.D. meo colendiſſimo.

*ALII nouos ſemper quærunt Patronos, vt multiplicitate patrocinij firmior ſit eorum tutela, & ſicut errantia ſydera diuerſa ſemper radiantur in parte. Ego autem* (Illuſtriſſime Præſul) *Arietis ſignum, & cæleſtem Aquilam ſemper ſequar: hæc tua ſunt inſignia, hoc meum ſemper erit vexillum. Expertus potentem Aſtri tui protectionem nequeo alteri me committere. Primas igitur meas lucubrationes Nomini tuo dedicaui, nunc alteram partem in lucem proditurus te ſolum Patronum rogo, tibi ſoli opus qualecumque eſt commendo. Propitius ſit Deus, & tua numina poſco, vt dignitatis maieſtate, & perſonæ meritis, ac potentia mercede defendas, & protegas. Luce tua omnia erunt lucida; ſi me aſpicere deſinas, nihil erit niſi tenebricoſum: tuus ſum ego, mea nequeunt eſſe niſi tua: quod tuum eſt ergo agnoſce, & defende, & optimè vale. Datum Regij Cal. Sept.* 1645.

Illuſtriſſimæ, & Reuerendiſſimæ Dominationis tuæ.

Humillimus, deditiſſimus, & deuinctiſſimus ſeruus,

IOAN. BAPTISTA CIARLINIVS.

---

In Illuſtriſſimum, ac Reuerendiſſimum

D. MARCHIONEM PAVLVM

# COCCAPANIVM,

## Digniſſimum Regij Epiſcopum, & Principum.

PAVLVS COCCAPANIVS.

## ANAGRAMMA.

PASCO CVNCTA PLAVSV.

*Explicatio.*

QVàm benè Paſtorem me, Paſtor ſumme, creaſti
Regij vt ipſe darem pabula ſacra gregi:
Namque meo noſti in cognomine, nomine verſo,
Quod PLAVSV PASCO CVNCTA, guberno manu.

IOAN. ANCINI, Regienſis.

## D. IOAN. BAPT. CIARLINIO Regienſi in Epiſcopatu Generali Vicario felicia omnia.

*REGVM ò præſidum, meumque dulce,*
*O Ciarline decus. Quid in Charybdi*
*Tam rerum ancipiti geris? Vales-ne?*
*O me (qua Æthiopes colorat aureis*
*Binos Phœbus equis, diem reducens.)*
*Quidnam lætius eſt, beatiuſvè?*
*Vale Neſtoreos dies, & vltrà.*
*Non, non vel codices iuuat forenſes*
*Volviſſe, aut animo Poli per axes*
*Scandiſſe Æthereos. Caue ſilentes*
*Tu Diuûm Vrania choros magiſtra*
*Scruteris. Sapies ſatis, ſuperque,*
*Si te lethifero tuere morbo.*
*Iam ſæuit Procyon, feræque terga*
*Titan Herculeæ præmens volutat*
*Iam mundum in cineres, rapitque Olympum.*
*Hinc languor, fera febrium, cohorſque*
*Terris incubat: atque mors hiatus*
*Importuna auidos recludit oris;*
*Laſſoſque aſſiduo refert lacertos,*
*Conto, Nauta ſenex Stygis tremendæ,*
*Vmbrarumque nouam ſtupet cateruam.*
*Vale Neſtoreos dies, & vltrà.*

Tempore æſtiuo fecit

ALPHONSVS COCLES, Saxolenſis.

## Author Studioſo Lectori ſalutem.

ECCE amice Lector, lucubrationum noſtrarum pars ſecunda: Si non ægrè tuliſti, ſi non ægriùs legiſti primos labores, rogo, ne hos contemnas. Verùm ſicut defectus excuſaſti, ita nunc, rogo, excuſa; & ſi in primis ſcriptis plurima menda offendiſti ex incuria Typographorum, idem tamen in hac ſecunda editione non continget; etſi iiſdem curis detinemur, ne ipſi operis correctioni vacare valeamus; ſi hæc grata erunt, alia fortè videbis. Interim feliciſſimè vale.

ELENCHVS

# ELENCHVS SINGVLORVM CAPITVM huius Operis, in quibus quælibet Controuerſiæ compendiosè continentur.


CAP. CXVIII. DIVISIO an ſit reformanda, ſi in diuiſione obuenerint vni fratri plura bona fideicommiſſaria, & obnoxia quàm alteri, qui habuit plura bona libera. pag. 1

CXIX. Manutentio an ſit danda habenti ſtallum in Eccleſia ad ſedendum, vt mulieres eius poſſint intereſſe Concioni, & Diuinis. 5

CXX. Clerici familiares, aut miniſtri S. Officij, an ſint exempti à ſuo Ordinario, ſi delinquant extra Officium ſuum, & quomodo. 9

CXXI. Ius retractus tam iure congrui, quàm in cenſibus an poſſit alteri cedi, & quomodo. 13

CXXII. Contractus mulieris non ſeruata forma Statuti, an validetur iuramento, & quid poſſit ſtatutum circa iuramentum. 18

CXXIII. Donationem dicens nullam ob non ſeruatam ſtatuti ſolemnitatem, quid probare debeat. 22

CXXIV. Donatio ex cauſa dotis non requirit ſolemnitates ſtatuti in contractibus mulierum, & quando hoc verum ſit. 24

CXXV. Cauſæ omnes in prima inſtantia ſunt decidendæ coram Ordinariis locorum adeò, vt inhibitiones quæcumque non ſint timendæ. 27

CXXVI. Mora quando poſſit purgari in vltimis voluntatibus, & maximè quando præcepto adiecta eſt pœna, & dies. 35

CXXVII. Manutentio eſt danda exiſtenti in quaſi poſſeſſione percipiendi diſtributiones quotidianas, & quid requiratur. 41

CXXVIII. Appellatio non datur in poſſeſſorio ſummariiſſimo, & quomodo id procedat, & quando. 46

CXXIX. Emphyteuta Eccleſiæ an teneatur ad collectas, & ad onera laicorum. 47

CXXX. Mulier contrahens ſecundas nuptias viuente primo marito, an poſſit excuſari, ſi credidit eum fuiſſe defunctum. 53

CXXXI. Matrimonium ſecundum validum eſt non obſtantibus ſponſalibus per verba de futuro, & quomodo cognoſcatur, an ſit matrimonium. 59

CXXXII. Communitas quando ſit manutenenda in quaſi poſſeſſione exigendi taxas, & collectas, & quomodò. 65

CXXXIII. Appellatio an fiat deſerta ob lapſum primi fatalis adeò, vt ſententia poſſit executioni demandari abſque vitio attentatorum. 67

CXXXIV. Deſerta appellatione an appellans poſſit ſaltem ex clauſula generali reſtitui in integrum ad eam proſequendam coram Iudice ad quem. 77

CXXXV. Prælatus an poſſit ſuper re Eccleſiæ facere pactum in vita ſua duraturum, & quomodo dicatur conſtare de notoria iniuſtitia ſententiarum. 79

CXXXVI. Non incedens in habitu clericali, & tonſura an perdat penſionem, ita vt retiuiſcere non poſſit. 82

CXXXVII. Donatio facta abſenti ſtipulante Notario, an transferat ius irreuocabiliter donatario, & tranſeat ad Fiſcum. 84

CXXXVIII. Bona patrimonialia Clericorum, ſiue acquiſita, ſiue hæreditaria an gaudeant immunitate Eccleſiaſtica, ſicut bona Eccleſiæ. 93

CXXXIX. Falcidia quando ceſſet in legatis piis, & ad cuius damnum. 96

CXL. Falcidia an poſſit deduci ex legato pio, quando eſt inſtituta hæres cauſa pariter pia. 100

CXLI. Spoliato competit remedium reintegrandæ, nec ei poteſt refricari quæſtio dominij. 102

CXLII. Legatum ſcutorum mille quinquentorum factum ſorori pro dote an legataria conſequi poſſit integrum, ſi in vita teſtatoris fuerit nupta, vel monachata cum minore dote. 105


ã 3 CXLIII.

CXLIII. Legatum annuum cum onere Miſſarum,vel alterius rei in perpetuum,an extinguatur ſpatio centum annorum. 107

CXLIV. Patronus an efficiatur beneficij ille, ſine cuius conſenſu præſentatio fieri non poteſt, extinctis Patronis; vel potiùs deuoluat ius ad Ordinarium. 111

CXLV. Iudex appellationis non poteſt eximere appellantem à iuriſdictione Iudicis Ordinarij, quoad alias cauſas, & alia tractantur in hac materia. 112

CXLVI. Clerici etiam primæ Tonſuræ ſunt exempti ab omnibus gabellis, etiam pro bonis patrimonialibus, & pro eorum familia, tamen denunciare tenentur gabellario. 114

CXLVII. Accedens ad Monaſterium Monialium an incidat in excommunicationem, & maximè ſi ſint ſubiectæ regimini regularium. 117

CXLVIII. Contumax non poteſt appellare, & cauſæ in prima inſtantia non ſunt auocandæ à ſuis Ordinariis Eccleſiaſticis. 121

CXLIX. Natus, & educatus in Ciuitate ex Patre tamen Comitatino rurali,dicitur Ciuis originarius, & Ciuium appellatione venit. 124

CL. Vocatis deſcendentibus in capita, an ſuccedant filij vnà cum eorum patre. 126

CLI. Homicidium quando dicatur proditorium ita, vt homicida priuetur immunitate Eccleſiaſtica,vel ea gaudere poſſit. 130

CLII. Trebellianica non poteſt deduci ex illo fideicommiſſo,in quo fundatur primogenitura,& quomodo. 134

CLIII. Iuſpatronatus hæreditarium ad quos tranſeat,& an ſpurius in eo ſuccedat. 135

CLIV. Iudex laicus an poſſit in Eccleſia ligare, vel compeditare Reum in caſibus exceptis, ne confugiat,donec cognoſcatur an fruatur immunitate Eccleſiæ. 140

CLV. Miniſtri laici extrahentes per vim reos confugientes ad Eccleſiam, à quo poſſint abſolui,& quid obſeruare debeant. 146

CLVI. Depoſitarius an teneatur de caſu fortuito, & quando furtum probetur iuramento damnum paſſi. 149

CLVII. Pactum vt mutuò ſoluatur quid certum pro intereſſe, lapſo ad ſoluendum termino,an licitum ſit,& an taxatis fructibus in venditione rei fructiferæ teneat, & fructus exigi poſſint etiamſi nulli ſint percepti ob bella,& peſtilentias,vel alia impedimenta. 154

CLVIII. Primus acquirens an poſſit præiudicare aliis vocatis in emphyteuſi, vel feudo ex pacto, & prouidentia,& an fœmina ſuccedere poſſit in illis finita linea maſculina. 160

CLIX. Iuſpatronatus gentilitium an tranſeat ad fœminas vel extraneos finita familia,quando eſt ex priuilegio. 162

CLX. Poſſeſſor antiquior eſt manutenendus expulſo iuniori, ſi ille non ſe habuit pro ſpoliato,& Clericus ſucceſſor laici non tenetur proſequi litem cæptam coram laico,ſi proceſſus fuit nullus. 165

CLXI. Bannitus in ære,& perſona cum publicatione bonorum an perdat beneficia Iuris communis, & reſtitutus an recuperet bona ad alios peruenta. 169

CLXII. Iudici ſæculari non licet ſine licentia Epiſcopi reum ab Eccleſia extrahere, nec de delicto rei cognoſcere, & quomodo. 178

CLXIII. Egrediens Eccleſiam minis, vel cum proteſtatione, an gaudeat priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ. 180

CLXIV. Iudices laici turbantes iuriſdictionem Eccleſiæ, ſunt excommunicati, & in declaratione excommunicationis non requiritur trina monitio. 184

CLXV. Iudex tam Eccleſiaſticus quàm ſæcularis an poſſit procedere ex officio in furto, & aliis delictis, ſiue publicis, ſiue priuatis. 186

CLXVI. Filij poſiti in conditione quando cenſeantur diſpoſitiuè vocati, & an prohibita bonorum alienatione ceſſet Trebellianica. 187

CLXVII. Legatum dotis,ſeu perſoluendum tempore Nuptiarum,an ſit conditionale,& an tranſmittatur ad hæredes. 189

CLXVIII. Gratia bannito conceſſa à Principe an extendatur etiam ad bona,& quando locus ſit compenſationi, vel retentioni. 191

CLXIX. Vſufructuario mortuo poteſt proprietarius continuare poſſeſſionem in bonis vſufructuatis,non obſtante ſtatuto continuante poſſeſſionem in hæredem. 195

CLXX. Compromiſſum à ſtatuto ordinatum quando poſſit euitari,& quando ceſſet fori electio inter priuilegiatos. 202

CLXXI. Nominationi Domini quando ſit locus, & an nominatus trahat cauſam ad ſuum forum,& an laicus poſſit conueniri in foro Eccleſiæ, vbi tractatur de bonis Eccleſiæ,vel Clerici. 206

CLXXII. Spurius,& filius Sacerdotis etiam legitimatus auctoritate Imperiali, vel Collegij Protonotariorum Apoſtolicorum, non ſuccedit patri in iurepatronatu, nec in hæreditate,& quando. 210

CLXXIII. Emptor re vendita ſibi euicta ex cauſa fideicommiſſi, an poſſit agere contra venditorem, non ſolùm ad pretium, ſed etiam ad damna, & intereſſe, & quando. 221

CLXXIV.

CLXXIV. Stuprum quomodo probetur, & ad quid teneatur ſtuprator etiam Clericus,& an ſponſalia inualida, ſint habenda in conſideratione. pag. 223

CLXXV. Contractus cum minore ſolemniter geſtus an poſſit ex capite læſionis reſcindi,& quomodo de læſione conſtare debeat. 229

CLXXVI. Læſio in quantitate rei venditæ citra dimidiam,an reſcindat contractum,& an liceat renunciare menſuræ faciendæ. 231

CLXXVII. Lucrum dotis, & prouenientia ex proſpera fortuna, an debeant communicari in ſocietate omnium bonorum, & quando dicatur vniuerſalis Societas inter fratres negotianda. 233

CLXXVIII. Mandatum ad occidendum quando præſumatur, & an inimicitia, & minæ faciant indicium ad torturam. 235

CLXXIX. Non grauatus non appellat:executio inſtrumenti non retardatur per exceptionem requirentem altiorem indaginem,ceſſioque non valet ſine cauſa,& ſine titulo,& non ſuſtinetur in vim donationis, ſi non fuit acceptata. 238

CLXXX. Emphyteuſis Eccleſiaſtica quando cenſeatur ad extraneos tranſitoria, & quid importent in hac materia clauſulæ *ad habendium*, vel *cui dederis*; aut *pro quibuſcumque hæredibus.* 240

CLXXXI. Socij criminis quando faciant indicium,vel probationem contra nominatum ab eis,& quando confeſſio re poſſit inualidari. 245

CLXXXII. An liceat vicino aperire feneſtram proſpicientem in ædes vicini, vel ædificare in confinibus,& an Eccleſia poſſit compellere vicinum ad ſibi vendendam ſeruitutem. 253

CLXXXIII. Eccleſia debet reintegrari ad bona ſine ſolemnitatibus alienata, etiam vnà cum fructibus,nec valet alienatio vltra tempus permiſſum, neque quoad Epiſcopis licitum. 255

CLXXXIV. An liceat donare concubinæ, & cui debeat legatum applicari. 268

CLXXXV. Legatum factum concubinæ adulteræ, an valeat ſi tempore legati, & mortis teſtatoris fuerit emendata. 272

CLXXXVI. Coloni partiarij bonorum patrimonialium Epiſcoporum,& Clericorum an gaudeant priuilegio fori Eccleſiaſtici,tam ciuiliter quàm criminaliter. 273

CLXXXVII. Familiares Epiſcoporum gaudent non ſolùm priuilegio, ſed etiam exemptione à gabellis; & oneribus laicorum. 280

CLXXXVIII. Eccleſia ſi agat ad caducitatem contra laicum coram Iudice laico, & obtineat etiam executionem ſententiæ fauorabilis pendente termino ad appellandum,an poſſit Iudex appellationis laicus reuocare huiuſmodi attentata, vel remittendum ſit negotium ad forum. p. 282

CLXXXIX. Legatum factum creditori non præſumitur animo compenſandi cum debito voluntario, & quomodo id procedat. 285

CXC. Poſſeſſor capellæ Eccleſiæ eſt manutenendus,& Curatus etiam Regularis ſubiicitur Epiſcopo in concernentibus curam animarum,& dependentibus ab ea. 289

CXCI. Confugientes ad Eccleſiam ſi ſint irreuerentes erga eam, vel moleſti Eccleſiaſticis, aut immodeſti erga eos, qui degunt in locis Eccleſiæ,an poſſint expelli. 292

CXCII. Pactum in ſeruitio Eccleſiæ quomodo poſſit eſſe licitum, & quando magiſter,vel Theologus lucretur diſtributiones, vel poſſit ſeruire per ſubſtitutum. 293

CXCIII. Nouitia ſi profiteatur in articulo mortis etiam intra annum probationis, an eleemoſyna dotalis danda ſit Monaſterio, vel hæredibus,ad quem pertineat ſucceſſio in eius bonis. 298

CXCIV. Profeſſio Nouitiæ facta ſine præuio examinare Ordinarij an ſit valida, & quos effectus operetur. 303

CXCV. Depoſitarius an gaudeat priuilegio fori, & an exemptus poſſit conſtringi à Iudice,coram quo ſe obligauit. 306

CXCVI. Cenſus annuus an poſſit præſcribi, & an comprehendatur ſtatuto vetante dari audientiam creditoribus poſt lapſum certi temporis. 307

CXCVII. Reus ſe eximens à manibus ſatellitum,& confugiens ad Eccleſiam etiam cum vinculis, an gaudeat immunitate. 311

CXCVIII. Palatium Epiſcopi titularis an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica ad fauorem confugentium ad illud. 314

CXCIX. Pueri Hebræorum baptizati in ætate infantili, ſi moriantur ante vſum rationis,an ſint ſepeliendi in loco ſacro,dato quod inuitis parentibus fuerint baptizati. 317

CC. Penſionarius an teneatur concurrere cum titulari pro rata ad ſoluendas contributiones, ſeu collectas impoſitas beneficiis Eccleſiaſticis auctoritate laicali, vel Eccleſiaſtica. 320

CCI. Penſio Eccleſiaſtica an ſit minuenda ad ratam pro tempore, quo Eccleſiaſtici collectantur à DD. temporalibus pro neceſſitatibus publicis. 324

CCII. Penſio loco alimentorum reſeruata, & vt quis commodiùs ſuſtentari valeat, an poſſit extingui, vel minui ſine beneplacito Apoſtolico. 328

CCIII.

CCIII. Iudices ſæculares,& alij miniſtri ferentes ſententiam ſanguinis, an ſint irregulares antequam ſententia executioni demandetur. 331
CCIV. Canonici Eccleſiæ collegiatæ,an teneantur aſſiſtere ſuis Præpoſitis, vel Archipresbyteris ſolemniter celebrantibus pro Diacono,& Subdiacono. 335
CCV. Manutentio an ſit danda fideicommiſſario, qui fuit immiſſus authore prætore citato hærede, & contumace, ſi poſteà hæres velit manuteneri,vel immitti. 339
CCVI. Fidecommiſſarius,vel legatarius poſſidens quando poſſit manuteneri adverſus hæredem manutentionem, vel immiſſionem petentem. 345
CCVII. Fures conſtituti in gradu Eccleſiæ, quando poſſint deponi, vel ad Triremes transmitti. 350
CCVIII. Epiſcopi,& Ordinarij locorum an poſſint diſpenſare in delictis,& irregularitatibus occultis, & manifeſtis, & quando. 355
CCIX. Patronus beneficij pauper, cui pro alimentis fundus eſt aſſignatus, an teneatur ad collectam pro rebus impoſitam. 360
CCX. Hæredi eius,qui habuit ſtallum in Eccleſia danda eſt manutentio poſt apprehenſam poſſeſſionem,neque locus ei auferri poteſt niſi pro ſeruitio Eccleſiæ. 363
CCXI. Beneficium quando dicatur Sacerdotale, & an poſſit conferri ſimplici Clerico,ſaltem pro vna vice, & an minor 14. annis poſſit habere beneficium. 367
CCXII. Hoſpitale poteſt eſſe de iurepatronatu laicorum, & quomodo debeat conferri, & legitimatus poteſt habere ius præſentandi. 375
CCXIII. Vnio beneficiorum quibus ex cauſis fieri poſſit ab Ordinario, & quid requiratur, vt bene fiat. 379
CCXIV. Epiſcopus,& Ordinarius an poſſit vnire beneficia Sedi Apoſtolicæ reſeruata, vel affecta ante vacationem, vel poſt eam 383
CCXV. Minor ſemel reſtitutus in eodem articulo non eſt amplius reſtituendus niſi ex noua cauſa. 384
CCXVI. Beneficium quando dicatur eſſe litigioſum, vel non, & quando lis dicatur finita, vel non ad hoc, vt ceſſet affectio, quæ naſcitur ex beneficio litigioſo. 386
CCXVII. Tutor an poſſit vendere bona ſtabilia pupilli pro ſoluendo eius ære alieno, & quid requiratur, vt valida ſit venditio. 391
CCXVIII. Legatum pro puellis pauperibus maritandis an poſſit applicari puellis virginibus Religionem intrantibus. 395
CCXIX. Fideicommiſſum quomodo reſultet ex prohibitione de non alienando propter conſeruationem familiæ,& quando bona peruenire debeant ad poſteros domus. 400
CCXX. Archipresbyter,& Ordinarius Carpi an poſſit ſuis Clericis ſubditis conferre primam comę Tonſuram,& quatuor Minores Ordines,& dimiſſorias ad Sacros dare. 418

D. IOAN.



# D. IOAN. BAPT. CIARLINII, CARPENSIS, V. I. D. CONTROVERSIARVM FORENSIVM IVDICIORVM LIBER SECVNDVS.

## CAPVT CXVIII.

### EPITOME.

Diuiſio an ſit reformanda, ſi in diuiſione obuenerint vni fratri plura bona fideicommiſſaria, & obnoxia, quàm alteri, qui habuit plura bona libera.

### SVMMARIVM.

1 *Diuiſio habet vim permutationis.*
2 *Permutationis partes debent eſſe æquales, alias minori datur reſtitutio.*
3 *Diuiſio eſt reformanda in parte, in qua minor eſt læſus.*
4 *Dona onerata minoris æſtimantur.*
5 *Pretium rerum augetur,& minuitur ex onere, & eius conditione.*
6 *Bona debent ita æſtimari, vt æquale ſit habere rem, vel pretium.*
7 *Minores non poſſunt ſe prouocare ad diuiſionem, nec minor maiorem.*
8 *Diuiſio inter minores nõ poteſt fieri ſine decreto Prætoris.*
9 *Diuiſio debet reduci ad æqualitatem.*
10 *Æqualitas eſt ſeruanda in diuiſione.*
11 *Contractus eſt nullus non ſeruata forma ſtatuti.*
12 *Minor ſi contrahit cum alio minore, adhuc ſeruari debent ſolemnitates ſtatuti.*
13 *Diuiſio requirit etiã ſolemnitates ſtatuti inter minores.*
14 *Minor non poteſt diuidere ſine ſolemnitate ſtatuti, nec permutare.*
15 *Minoris ratificatio requirit omnes ſolemnitates, quæ requiruntur in ipſo contractu.*
16 *Ratificari quod non poteſt expreſsè, nec poteſt tacitè.*
17 *Minor ſemper magis læditur ex ratificatione actus inualidi.*
18 *Minoris contractus per procuratorem geſtus, quando valeat ſine ſolemnitate.*
19 *Minoris contractus per procuratorem geſtus eſt nullus ſine ſtatuti ſolemnitate.*
20 *Mandatum generale,& ſpeciale quale dicatur.*
21 *Minoris vtilitas non poteſt conſiderari in generali mandato.*
22 *Nullitas contractus non poteſt allegari, niſi ab ipſo minore contrahente.*
23 *Minori datur etiam reſtitutio in contractu diuiſionis.*
24 *Reſtitutio datur minori ſolùm in parte, in qua fuit læſus.*
25 *Diuiſio per ſortes valet, nec reſcinditur propter læſionẽ.*
26 *Diuiſio per ſortes quando poſſit reſcindi.*
27 *Minor ius ſuum ignorare præſumitur.*
28 *Læſio magna efficit, vt reformetur etiã diuiſio per ſortes.*
29 *Diuiſio vniuerſitatis bonorũ quomodo admittat læſionẽ.*
30 *Læſio in diuiſione quando conſideretur reſpectu rerum particularium.*
31 *Minor quando reſtituatur aduerſus alium minorem.*
32 *Diuiſio non retractatur, licet vnus acceperit bona obnoxia, alter libera.*
33 *Diuiſio inter maiores dicitur valida, niſi adſit læſio vltra dimidiam.*
34 *Minor reſtituitur, etiãſi læſio non perueniat ad dimidiã.*
35 *Reſtitutio in integrum eſt remedium pinguius quàm l.2.de reſcind.vend.*
36 *Minori non nocet ſcientia m lè facti.*
37 *Minor ſuccedens in ius alterius habet iuſtam ignorantiæ cauſam.*
38 *Minor reſtituitur propter ignorantiam.*
39 *Scientia in genere an ſufficiat in facto.*
40 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*
41 *Diuiſio eſt ſpecies tranſactionis.*
42 *Scientia fideicommiſſi debet eſſe ſpecifica in diuiſione.*
43 *Diuiſionis reformatio datur in parte vbi eſt læſio.*
44 *Læſio quanta eſſe debeat, vt detur minori reſtitutio, eſt Iudici arbitrarium.*
45 *Diuiſio an reformetur ſolũ ob læſionem vltrà dimidiã.*
46 *Diuiſio facta per arbitros reformatur ſi adſit læſio in ſexta parte.*
47 *Res minoris valet ratione oneris adiecti.*
48 *Res vendita cum pacto redimendi minoris valet in quarta parte.*

49 *Fideicommiſſi bona recuperantur ſine pretio.*
50 *Bona fideicommiſſaria quomodo æſtimentur reſpectu liberorum.*
51 *Diuiſioni non contradici q·i fideicommiſſum petit.*
52 *Diuiſio bonorum non remittit fideicommiſſum.*

## Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

REFORMANDA eſt diuiſio bonorum facta
inter fratres de Gazolis, quia in ea inter-
uenit magna læſio, ſiquidem perillu-
ſtriſſ. D. Philippus eorum, pater duplicis
generis habebat ſubſtantiam; alia enim erant bona
eius propria, & libera, alia ſubiecta fideicommiſſario
conditionali ordinato per D. Marium eius patruum,
ideo vnicuique fratrum erat aſſignanda æqualis portio
de vtriſque bonis, & nihilominus arbitri diuiſorij de
prædi[c]tis ignari inter alia poſuerunt in parte perillu-
ſtriſs. D. Franciſc. Gazolij maiorem partem bonorum
paternorum pro ſumma duc. 5225. & in parte D. Alberti
poſuerunt bona fideicommiſſaria dicti D. Marij aſcen-
dentia ad dictam quantitatem, & propterea D. Alber-
tus fuit in tali diuiſione læſus, quia pro bonis liberis
valoris ducat 5225. recepit bona obnoxia dicto fidei-
commiſſario, quæ ideo ſunt longè minoris valoris, quia
diuiſio habet vim permutationis, *l. cum pater, §. hæredi-*
1 *tatem, de leg.* 2. Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 118. *num.* 18. Odd. *de
reſtitut. in integr. quæſt.* 66. *art.* 4. *num.* 26. *verſ. alia ratio,*
Mangil. *de euict. quæſt.* 114. *num.* 1. *ad fin.* ſed in permuta-
tione partes debent eſſe æquales, alioquin minor reſti-
2 tuitur in integrum, *l. Titia, de iur. dot.* Mauric. *de reſtitut.
in integr. quæſt.* 213. *num.* 3. Odd. *d. tract. quæſt.* 56. *num.* 1. &
*d. quæſt.* 66. *ſub num.* 26. *ad fin.* ergo reformanda eſt præ-
3 dicta diuiſio in ea parte, in qua dictus D. Albertus eſt
læſus, ad textum *in l. maioribus,* vbi Bald. & DD. *C. com-
mun. vtriuſque iud. l. ſi maior, C. communi diuid. l.* 4. *§. hoc
iudicium, ff. eod. l. vlt. in fin. l. ſi ſoror, C. de collat.* de læſio-
ne autem euidenter conſtat, quia bona libera obuene-
runt dicto D. Franciſco, & obnoxia dicto D. Alberto in
exceſſu pro ducat. 5225. Certum eſt enim bona libera
4 longè maioris eſſe, quam onerata, ſeu obnoxia, & fidei-
commiſſario vel alteri oneri, ſeu obligationi ſubiecta,
hæc enim minoris ſemper æſtimantur, quia ex qualitate
5 rei, & eius conditione pretium augetur, vel minuitur, vt
*in l. quod ſæpè, §. fin. ff. de contrah. empt.* vbi gl. & *in l. vendi-
tor, §. fin. ff. de ſeru. expert.* & meliùs *in l.* 1. *§. hæres,* ibi: *Iu-
lianus autem,* vbi Bart. *ad fin.* Alex. *num.* 2. *Iaſ. num.* 9. Rip.
*ſub num.* 2. *ff. ad Trebell. l. mortis cauſa, §. fin. de donat. cauſ.
mort.* DD. *in l. pretia rerum,* vbi Ang. *ſub n.* 1. & Alex. *ſub
num.* 3. *ff. ad l. Falcid.* Arius Pinell. *in l.* 2. *p.* 3. *cap.* 4. *n.* 19.
*C. de reſcind. vend.* vbi dat multa exempla. Maſcard. *de
probat. littera V, concl.* 1404. *num.* 14. 15. Surd. *conſ.* 181.
*n.* 20. & *conſ.* 282. *n.* 16. latè Cyri c. *contr. for.* 222. *n.* 70. 71.
72. 85. 87. 90. *ad fin.* & *contr.* 421. *n.* 1. 2. 3. *& ſeqq.* ergo re-
formanda eſt dicta diuiſio in hac parte; ſiquidem cer-
tum eſt, quod bona fideicommiſſo ſubiecta, & quæ de-
bent remanere in familia maſculina, vix emptorem in-
uenire poſſent, niſi fortè pro leuiſſimo pretio, & ta-
6 men æſtimata ſunt vt libera, vnde debent reduci ad ta-
lem æſtimationem, vt æquale ſit habere rem, vel pre-
tium. Gloſſ. *in d. l. pretia rerum, in verb. funguntur, in* 3.
*except. ff. ad l. falcid.* Cyriac. *d. contr.* 222. *n.* 85. Vnde cùm
fideicommiſſum non fuerit æqualiter diuiſum, ita diuidi
debet, vt portiones ad æqualitatem redigantur, vt ſen-
tire videtur Peregr. *de fideicom. art.* 52. *num.* 65. *in fin.*

Nec multùm hîc inquirendum videtur de læſione ad
reſcindēdam dictã diuiſionem; quia ſine ope reſtitutio-
nis poteſt reformari, cum ſit nulla, & inualida, nam di-
ctus D. Albertus, & Franciſcus erant ambo minores,
ideo non poterant ſe inuicem ad diuiſionem prouoca-
re & ſine decreto Prætoris ad eam validè deuenire, cum
inter fratres, & ſocios id ſit prohibitum adeo, nec mi-
nor poſſit prouocare maiorem, niſi authore Prætore: 7
ſic per textum *in l.* 1. *§.* 1. & *l. ſi pupillorum, in princ. ff. de
reb. eorum, l. pen. C. de præd. min.* Bart. *in l. ſi res pignori,
num.* 7. *ff. fam. erciſc.* & *l. iubemus, in princ, C. de ſacroſ. Eccl.*
Dec. *conſ.* 349. *n.* 2. 3. Soc. Iun. *conſ.* 79. *n.* 7. *lib.* 1. Crau.
*conſ.* 268. *in fin.* Ortiz. *in l. filiusfam. §. Diui, num.* 112. *ff. de
leg.* 1. Simoncell. *de decret. min. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 16. *verſ.
ſuperiori itaque,* & *n.* 23. latè Menoch. *de arb. iud. caſ.* 171.
*n.* 34. 35. & *lib.* 3. *præſ.* 6. *num.* 4. & *præſ.* 61. *num.* 1. Rot.
*conſ.* 105. Felic. *in tract. de ſociet. c.* 39. *num.* 42. *& num.* 61.
ſed hic diuiſio non fuit facta cum decreto Iudicis ap- 8
probantis talem diuiſionem, ergo tanquam inualida po-
teſt reformari quandocumque durante adhuc minori
ætate, ſi reſultet inæqualitas. Cyriac. *contr. for.* 478. *n.* 51.
& *contr.* 514. *num.* 5. vbi quod diuiſio debet reduci ad 9
æqualitatem, non quod omnia reducantur in commu-
ne, vel fiat noua diuiſio, nec mirum, quia in contractu 10
diuiſionis æqualitas eſt ſeruanda, vt *in l. pen. in fin. C.
communi diuid.* & *l. inter filios, C. fam. erciſc.* Peregr. *con-
ſil.* 70. *ſub n.* 5. *verſ. æqualitas, lib.* 5. Cyriac. *d. contr.* 478. *nu-
mer.* 50. *& ſeqq.*

Verumtamen aliunde etiam probatur nullitas dictæ
diuiſionis, ſiquidem dicti fratres minores ad eam deue-
nerunt mediantibus procuratoribus, & arbitris diuiſo-
riis cum ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti in contractibus
minorum; inſtrumentum enim diuiſionis caret decre-
to Iudicis, & conſenſu curatoris, & conſanguineorum,
ideo nullum eſt, & inualidum, forma ſtatuti non ſeruata, 11
*l. cùm hi, §. ſi prætor,* vbi DD. *ff. de tranſact.* Bald. *in l.
comparationes, n.* 7. *& ſeq. C. de fid. inſtrum.* Gloſſ. *in c.
cùm dilecta, in verb. irritum,* vbi Felin. *n.* 6. *verſ. geſta, de
reſcript.* & *in cap. venerabili, in verb. caſſauimus,* vbi Abb.
*n.* 1. & *num.* 5. *in fin. de off. deleg.* Dec. *conſ.* 532. *n.* 2. 3. Rot.
*diuerſ. deciſ.* 72. *n.* 10. *p.* 2. latè Pic. *ad ſtat. Vrb. cap.* 151.
*gl.* 11. *n.* 2. 3. 4. Fenzon. *ad ſtat. Vrb. c.* 68. *in annot. n.* 30.
& *c.* 92. *in annot. n.* 21.

Nec conſtat, quod contrahatur cum alio minore,
quia ſecundum veram, & communem opinionem vbi
per ſtatuta præſcribuntur certæ ſolemnitates in con-
tractibus minorum adhibendæ, illæ etiam ſeruandæ 12
ſunt, quando minor cum alio minori contrahit, vel ali-
quo modo ſe obligat. Alex. *conſ.* 119. *num.* 3. *lib.* 6. Ruin.
*conſ.* 97. *num.* 2. *lib.* 5. Natt. *conſ.* 540. *numer.* 13. Lamber-
tengh. *de contract. mul. ad fin. q.* 34. *num.* 118. Ludouiſ. *de-
ciſ.* 164. *n.* 6. latè Fenzon. *ad ſtat. Vrb. c.* 152. *in annot. n.* 55.
56. vbi quod ille minor, qui tractat de damno vitando,
vt hic D. Albertus, poteſt opponere de nullitate ex de-
fectu ſolemnitatum ſtatuti.

Neque aliquod poteſt eſſe dubium, quin ſolemnita-
tes ſtatuti de minoribus ſint neceſſariæ etiam in con-
tractu diuiſionis, quia in quolibet contractu requirun-
tur, in quo minor lædi poteſt, ex Puteo *deciſ.* 162. *n.* 1. 2. 13
*lib.* 1. & dixit etiam Rota *in vna Romana reuelationis,* 22.
*Maij* 1602. *coram Ortembergo,* & *in vna Camerin. tranſ-
actionis,* 24. *Maij* 1606. *coram Ludouiſio,* & *in alia Rom.
præienſi erroris calculi,* 21. *Iun.* 1610. *coram eodem,* vt apud
Ludouiſ. *deciſ.* 473. *num.* 6. & apud Fenzon. *ad ſtat. Vrb.
c.* 147. *in annot. p.* 2. *in ſect.* 1. *deciſ.* 18. *num.* 2. *fol.* 387. vbi
reddit rationes etiam, quia diuiſio eſt ſpecies tranſa-
ctionis, vel permutationis, in quibus omnino requi- 14
runtur ſolemnitates ſtatuti.

Neque etiam obſtat, quod dicti minores acceptaue-
rint dictã diuiſionem, & perſeuerauerint in ea per mul-
tos annos, quia ratificatio requirit eaſdem ſolemnita-
tes, quæ ſunt neceſſariæ in celebratione ipſius contra-
ctus, & debet fieri cum curatoris auctoritate, *l. ſi vt pro-* 15
*ponis, C. de nupt. l. nuptiæ, ff. de rit. nupt.* Gl. *in l. ſi procura-
tor,* vbi Iaſ. *n.* 19. *de condict. indeb.* Rom. *conſ.* 12. *n.* 6. Dec.
*conſ.* 536. *n.* 6. Bero. *conſ.* 134. *num.* 2. *lib.* 1. pulchrè Ludo-
uiſ. *deciſ.* 473. *n.* 9. Odd. *de reſtit. in integr. q.* 25. *art.* 1. *n.* 7. 16
& quod non poteſt expreſsè ratificari, nec etiam poteſt
tacitè, vt per Gratian. *diſc.* 673. *num.* 11. ſed hîc nulla ſo-
lemnitas



ſolemnitas interuenit, ergo ratificatio actum non
confirmat, imo minorem ſemper magis lædere videtur,
17 vt per Odd. *d. q.* 25. *art.* 1. *n.* 2. *&* 9.

Minus obſtat, quod minores prædicti conſtituerint
procuratores & arbitros ad diuidendum cum ſolemni-
tatibus ſtatuti, quo caſu non videtur neceſſaria alia
ſolemnitas in actu geſto ab ipſo procuratore, qui
18 ſit maior 25. annis, cum ſufficiat ſolemnitas in man-
dato adhibita, vt per Ang. & Raph. *in l. apud Iulia-
num, §. fin. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur,* vbi etiam
Bart. & Cum. in hanc ſententiam inclinare videntur.
Aret. *in §. hæreſi, col.* 1. *verſ. quærit. Inſt. de oblig. quæ ex
quaſi delict. contr.* Soc. *in l.* 1. *§. fuit quæſitum, col.* 4. *verſ.
quod decidit, ff. ad Treb.* plenè Alex. *conſ.* 189. *per to-
tum, lib.* 7.

Nam reſpondetur hæc procedere quando procurator
fuit ſolemniter conſtitutus ad certum actum peragen-
dum in ſpecie, itavt procurator habeat ſpeciale mãda-
tum ad ſic, & taliter contrahendum; quia tunc videtur
interueniſſe cauſæ cognitio, & diſcuſſio ſuper actu ge-
rendo, ſecus eſt quando procurator fuit in genere con-
ſtitutus ad vendendum, locandum, vel diuidendum,
cum deſignato ſpeciali negotio cum ſuis qualitatibus,
quia tunc non potuit interuenire plena negotij diſ-
cuſſio, an vtile fuerit minori ſic, vel ſic contrahere, &
eo caſu requiritur eadem ſolemnitas in actu per procu-
ratorem gerendo, quæ neceſſaria erat in conſtitutione
procuratoris, vel actu per minorem celebrando: per
19 textum *in d. l. apud Iulianum, §. contractum, ff. ex quibus
cauſ. in poſſ. eatur,* & *c. nullit. de elect. lib.* 6. & *in l. ſi pu-
pillorum,* vbi Bald. *de rebus eorum,* & ſic diſtinguere
viſus eſt Feder. de Sen. *conſil.* 95. incipit: *Abbas ſub-
iectus,* & *conſil.* 252. incipit: *Caſus talis eſt,* & Laurent.
de Rodulph. *in c. ſine exceptione,* 12. *quæſt.* 2. *in quæſt.* 12.
*&* 18. & ita pulchrè diſtinguendo docet Soc. *in l.* 1. *§.
item quærimus, num.* 17. 18. 19. vbi etiam Iaſ. *de acquir.
poſſeſſ.* idem Soc. *conſ.* 112. *num.* 16. 17. *lib.* 1. latè Pariſ.
*conſ.* 98. *num.* 46. & *conſil.* 99. *num.* 37. *lib.* 1. vbi plenè, vbi
teſtatur de veriſſima opinione, & quod ſic fuit conſul-
tum per multos ſolemnes DD. Italiæ: latè Tiraq. *de
leg. connub. leg. fin. gl.* 3. *num.* 173. 174. 175. vbi reddit ra-
tiones. Simoncell. *de decret. lib.* 2. *titul.* 5. *n.* 52. Borgn.
*de tutor. & cur. num.* 13. pulchrè Ant. Gabr. *concl. lib.* 6.
*tit. de reg. iur. concl.* 2. *num.* 32. 33. 35. vbi benè ſic diſtin-
guendo concordat opiniones: ſic etiam latè Lamber-
bertengh. *de contract. mulier. gl.* 20. *num.* 2. 3. 4. & bene
Bertaz. *clauſ.* 7. *gl.* 19. *num.* 8. vbi ſic docet.

Neque dicatur hic procuratores fuiſſe conſtitutos
ſpecialiter ad diuidendum, & ita ceſſare obiecta: nam
20 reſpondetur hoc etiam eſſe generale mandatum in ge-
nere diuiſionis, quæ multas poteſt habere ſpecialitates,
ſicut mandatum ad vendendum, & concedendum ad
vſum quædam bona, factum à minore cum ſolemnita-
te ſtatuti dicitur generale, vt poſt Alex. *conſ.* 189. *col.* 2.
*verſ. quintò probatur, lib.* 7. dixit Lambertengh. *d. gl.* 20.
*num.* 5. & ideo non erit ſpeciale mandatum, niſi quan-
do fuit factum ad ſic, & ſic contrahendum, vel diui-
dendum ad finem ſtatuti, quod exigit conſenſum pro-
pinquorum minoris, vt eius vtilitatem procurare poſ-
ſint, quod niſi in ſingulis ſpeciebus adhibeatur plena
21 diſcuſſio, fieri non poteſt, vt per Soc. *in d. l.* 1. *§. item
quærimus,* & ibi Iaſ. *de acquir. poſſeſſ.* Alciat. *in l. tranſ-
actione, C. de tranſact.* benè Bertaz. *d. gloſſ.* 19. *num.* 10.
*verſ. ſed ſi ſimpliciter,* prout hic euenit, vbi in generali
mandato ad diuidendum non potuit cognoſci qualitas
diuiſionis, an vtilis eſſet minoribus, ſiquidem hîc dicti
fratres non dederunt in mandatis DD. arbitris, vt in
vna parte ponerent plura bona obnoxia, & fideicom-
miſſaria quàm in alia, neque quod portiones ſubiice-
rent periculo ſortis, vnde neceſſe erat, in tali diuiſio-
ne adhibere ſtatuti ſolemnitates, prout in contractu
minoris fieri ſolet.

Reformanda eſt igitur dicta diuiſio in hac parte, quia
licet in totum ſit nulla, tamen nullitas iſta non po-
teſt allegari, niſi prout velint minores, & eis placeat,
quia in eorum fauorem inducta eſt: ad textum *in l.* 22
*quoties, l prima, C. de fideicomm.* & *in l. filio præterito,
ff. de iniuſt. rupt. & irrit. teſt.* Bald. *conſ.* 174. *in fin. lib.* 5.
& faciunt notata per Iaſ. *in l. vniuerſa, num.* 2. *& ſeq. C.
de prec. Imper. off.* Felin. *in cap. ſi aurem, num.* 4. *de re-
ſcript.* Alex. *conſ.* 96. *num.* 1. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 323. *num.* 1.
Oſaſch. *deciſ.* 94. *n.* 23. Surd. *de alim. tit.* 8. *priuileg.* 56.
*n.* 80. *in fin.* Scacc. *de iudic. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 384. Rot. *diuerſ.
deciſ.* 385. *num.* 4. *p.* 1. in terminis Fenzon. *ad ſtat. Vrb.
c.* 151. *in annot. n.* 51. 52. & *in ſect. part.* 1. *fol.* 372. *n.* 20.
21. vbi etiam docet, quod talis nullitas poteſt opponi
tantum per ipſos minores, non autem contra eos, & in
hoc claudicare contractum ad fauorem ſolùm ipſorum
minorum.

Verùm dato etiam, quod dicta diuiſio mero iure ſub-
ſiſteret, adhuc tamen non eſt dicto D. Alberto minori
deneganda reſtitutio in integrum, dum ſe in ea læſum
eſſe proponit? ſic probat textus cum rubrica *in l.* 1. 23
*Cod. ſi aduerſ. tranſact. vel diuiſ.* & probat latè Mauric.
*de reſtit. in integr. quæſt.* 213. *in princ. & per totam,* vbi
docet id procedere, etiamſi in diuiſione interueniſſet
Iudicis decretum. Rebuff. *eod. tract. art.* 1. *gloſſ.* 3. *n.* 24.
latè Odd. *eod. tract. quæſt.* 66. *ſub num.* 25. *verſ. congruit
etiam,* vbi reddit rationes, & alios allegat, & ſimiliter
propter hoc poterit reformari ea diuiſio pro illa par-
te, in qua dictus minor fuit læſus, quia tantum dat re- 24
ſtitutio, quantum tulit læſio: ſic per textum *in l. ſi res,
§. ſi mulier, ff. de iur. dot.* & *in §.* 1. *Inſt. de auth. tut.* Odd.
*de reſtit. in integr. q.* 4. *art.* 1. *n.* 6. latè Cancer. *var. reſolut.
lib.* 2. *c.* 1. *n.* 290.

Nec obſtat videri aliud eſſe dicendum, quando diui-
ſio facta eſt per ſortes, tunc enim commune videtur
eſſe periculum, per textum *in l. verum, §. ſciendum, ff. de* 25
*minor.* Bald. *in l. ait Prætor, §. fin. ff. eod.* Nam reſpon-
detur primò hæc procedere, quando partes habebant
notitiam inæqualitatis partium, quia tunc cum poſſent
lucrari, non debent conqueri: verùm ſi ignorabant,
tunc debent audiri, quia conſenſiſſe videntur, vt tam
magna inæqualitas ſortis iuridicè terminaretur, ſic in 26
puncto tradit Felic. *in tract. de ſociet. c.* 40. *num.* 40. *verſ.
& hæc dicta,* pulchrè Peregr. *conſ.* 93. *num.* 25. *in fin.* &
*num.* 26. *lib.* 1. & conferunt tradita per Menoch. *lib.* 3.
*præſ.* 118. *num.* 16. ſed non ſolùm dicti minores, ſed
etiam arbitri ignorabant bona aliqua fuiſſe fideicom-
miſſo obnoxia, nec vnquam apparet de eo habuiſſe
ſcientiam, quod ſufficit, quia ignorantia facti præſumi-
mitur, & maximè in minore, qui ius ſuum ignorare
cenſetur, vt latè per Cyriac. *contr. for.* 474. *n.* 79. *part.* 3. 27
Bertaz. *clauſ.* 11. *gl.* 4. *num.* 3. ergo adhuc locus eſt re-
formationi.

Secundò reſpondetur, quod etiam diuiſio per ſortes
poteſt reformari, quando in ea contingit magna læſio,
propter beneficium reſtitutionis in integrum, vt per 28
textum *in d. l. maioribus, C. communia vtriuſque iud. iun-
cta l.* 2. *C. quand. & quib. quart. pars, lib.* 10. inquit Bald.
*in d. l. maioribus,* & *in conſ.* 72. *n.* 2. *lib.* 2. Vbald. *de duo-
bus fratr. p.* 11. *princ. n.* 79. Odd. *d. q.* 56. *art.* 4. *n.* 27. *verſ.
ſublimitant.* Tuſch. *litera D, concl.* 530. *n.* 1. Fel. *d. c.* 40.
*n.* 40. ſed hic magna læſio interuenit, quia bona libera
data ſunt vni, & alteri fideicommiſſaria, quæ propter
onus fideicommiſſi longè minoris æſtimantur, vt vi-
ſum eſt, ergo non eſt deneganda reformatio.

Neque dicatur, quod quando diuiditur vniuerſitas,
læſio debeat attendi non reſpectu vnius rei, ſed totius
diuiſionis ipſius vniuerſi, ad *not. in l. Labeo ſcribit, ff. de* 29
*iudic.* quia reſpondetur id eſſe verum, niſi ſingula ſin-
gulariter æſtimentur; nam etiam tunc pro ſingulis agi
poteſt, ita per *l. cum idem, ff. de ædilit. edict.* & *l. ſi plura,* 30
*eod.* dixit Bald. *in conſ.* 91. *num.* 1. *verſ. ſed hoc eſt verum,*
lib. 2.

lib.2. Sed hic ſingula corpora per ſe, & diſtinctè fuerunt æſtimata,ergo reſpectu etiam tantùm bonorum fideicommiſſo ſubiectorum poteſt peti reformatio ex capite læſionis, maximè cùm non appareat hoc damnum in aliis bonis fuiſſe reſarcitum,adeo vt valeat fieri compenſatio,vt inquit Bald. in d.conſ.91.in fin.Vnde D. Albertus minor etiamſi tractet cum alio minore,
31 debet reſtitui in integrum, quia tractat de damno vitando,ſic Odd.d.tract.18.art.5.n.35.verſ.breuiter. Cyriac. controu.for.303.n.94.& ex facto ipſo conſtare videtur de magna læſione dicti D.Alberti ex eo, quia in ſuam portionem accepit bona conditionata, & fideicommiſſario obnoxia; D. verò Franciſcus habuit bona libera pro dicta ſumma, vt inquit Peregr. conſ.63. num.22. lib.1.

Neque dicatur,quod ſi in diuiſionibus aliquis ſcienter recipiat bona fideicommiſſaria, ſeu obnoxia, alter verò libera, nequeat ſub hoc prætextu diuiſio retracta-
32 ri, quia ſciens non decipitur, & ſibi debet imputare, qui talem portionem accepit, vel ſic fieri diuiſionem permiſit, vt per textum in l.ſi fratres, C.communia vtriuſque iudic. & in l. ſi fundus ſciens, C. de euict. Ruin. conſ.7.in fin. lib.3. Bero. conſil.108. in vltim. dub. lib.1. Becc. conſ. 24.num.34. Crau. conſ. 211. n.7. bene Peregr. de fideicomm. art. 52. n.63. & latiùs conſ.93. ſub num.24. lib.1. ad rem Felic. de ſociet. c.40.n.33. Mangil. de euict. q.114.ſub n.8.

Quia reſpondetur hæc procedere inter maiores 25. annis, qui habent bonorum ſuorum liberam adminiſtrationem,& poſſunt ſibi præiudicare ſine decreto iudicis, quia tunc niſi læſio adſit vltra dimidiam iuſti
33 pretij, rata habetur diuiſio inter maiores, vt poſt Baldum in terminis Peregr.d.conſ.93.num.22.verſ.& idem, lib.1. & tradunt DD. in l.familiæ, C.fam. erciſc. & in d. l. maioribus, C.communia vtriuſque iud. nos autem verſamur inter minores, qui ad impetrandam reſtitutionem in integrum non indigent tanta læſione, quæ
34 perueniat ad dimidiam, iuxta lib. 2. Cod. de reſcind. vend. quæ continet remedium ordinarium,& commune tam minoribus, quam maioribus, & reſtitutio eſt remedium pinguius, quod conceditur minori etiam
35 propter læſionem infra dimidiam, vt plenè per Abb. in c.cum dilecti,n.5.de empt.& vend. Odd. de reſt. in integr.q.17. art.14.n.112.& propterea ſcientia facti non nocet minori, quin obtineat reſtitutionem, ſi læſus eſt
36 etiam infra dimidiam, cum tantò magis conſtet de lapſu eius iuuenili,vt ad rem inquit Odd. de reſtit.d.q.17. art.14.n.113. verſ. Præterea.

Veruntamen quia hoc totum fundatur in ſcientia rei obnoxiæ,vel fideicommiſſariæ,vt per Peregr.d conſ.93. n.24.25.& de fideicom.art.52. n.63. hæc plenè erat ex aduerſo probanda, quia in facto non præſumitur, immo cùm dicti minores in ius aliorum ſucceſſerint, habuerunt iuſtam ignorantiæ cauſam, ne ſcirent,quid in
37 bonis paternis eſſet, vt inquit in terminis Mauric. de reſtit.in integr. q.61. n.2. & hæc ſola ignorantia fideicommiſſi eſt iuſta cauſa conſequendi reſtitutionem in integrum,vt de communi latiſſimè Odd.d.tr.q.8.art.9.
38 n.45.verſ.contrarium, vbi plurimos congerit.

Neque dicatur, quod in diuiſione arbitri fecerunt mentionem de bonis D.Marij Gazzolij, dicentes ea eſſe de eius iuribus, propter quod videntur habuiſſe ſcientiam eius fideicommiſſi, ſaltem, inquam, quoad materiam diuiſionis ſufficientem, vt per Nonium con-
39 ſil.41.n.17. Honded. conſ.33.n.35.

Nam reſpondetur, quod etiamſi arbitri habuiſſent aliquam ſcientiam teſtamenti dicti D.Marij, tamen ex hoc non poteſt argui, quod minores quoque fuerint ſcientes, ſed melius reſpondetur, quod neque in arbitris probatur talis ſcientia ex prædictis verbis,quoniam poteſt eſſe, quod bona diuiſa fuerint de iuribus olim dicti D.Marij, & tamen non fuerint ſubiecta alicui fideicommiſſo, & etiam ab inteſtato peruenerint ad eius hæredem, & poſtea ad dictos minores, ſiquidem 40
non probat hoc eſſe,quod ab hoc contigit abeſſe,l.non hoc,C.vnd.legitim.l.neque natales, C.de probat. & maximè quia non ſufficit generalis teſtamenti ſcientia,ſed requiritur ſpecialis eius notitia,& relictorum in eo,ſicut etiam in tranſactione,cuius diuiſio eſt ſpecies, l.qui Romæ,§.duo fratres,de verb.obl.& ita ſicut in tranſactio- 41
ne,ſic in diuiſione requiritur ſpecifica teſtamenti,& fideicõmiſſi ſcientia, ex l.1.§.1.ff.quemadmodũ teſt.aper. Ang. in d.l. tres fratres,ff.de pact. Imol.in d.l.qui Romæ, 42
§.duo fratres,vbi Alex. n.55.Aret.col.10.Iaſ.n.105.Rip. n.67.de verb.oblig.Rom.conſ.403.col.vlt.Crau.conſ.193. n.8. Soc.conſ.128.n.116.lib.1. Pariſ. conſ.12.n.83.lib.2. Becc.conſ.11.num.19. latè Peregr. de fideicomm.art.52. num.21. qui confutat alios,& requirit hanc ſpecificam ſcientiam: vnde cùm tam minores ipſi, quàm arbitri diuiſorij ignorauerint fideicommiſſum, non eſt deneganda diuiſionis reformatio in ea parte, in qua dictus D.Albertus minor fuit læſus,vt per Odd.de reſtit. 43
d.q.66.art.4.n.27. verſ.Sed hoc reſtringunt.

Neque dicatur hic non conſtare de tanta læſione, quæ ſufficiat ad impetrandam reſtitutionem in integrum;& maximè quia quanta debeat eſſe læſio, iudicis arbitrio remiſſum eſt in cauſis minorum, ex Odd. de 44
reſtit. in integr. quæſt.4. art. 12. num.106. Cancer. var. reſol. lib.2. tit.1. n.283.

Nam reſpondetur iudicem teneri in dubio pro minore iudicare; & ideò potius inclinare debet ad fauorem pupilli,vel minoris,& iam ſatis oſtenſum eſt ex facto ipſo hic probari magnam dicti Alberti læſionem, dum recepit bona fideicommiſſaria, & alteri obueniſſe libera quoad ſummam prædictam inæqualem, nihilominus ex abundanti animaduertendum eſt, quod quamuis in maioribus 25.ad reformandam diuiſionem 45
videatur neceſſaria læſio vltra dimidiam, per gl. in d.l. maioribus, vbi DD. C. communia vtriuſque iud. tamen videtur, quod illud traditum fuerit potiùs per modum exempli,quàm ad reſtringendam dictam legem ad terminos l.2. C. de reſcind.vend. ſiquidem in diuiſione ſocietatis,æqualitas eſt ſeruanda, l.ſi non fuerint,ff.pro ſoc. & præſertim diuiſio, maximè ſi fiat per arbitros,dicitur continere manifeſtam iniquitatem,ſi adſit læſio in ſexta parte,vt probat textus in l.vnde ſi Heruæ, & l.ſeq.ff. 46
pro ſoc. Bart. in l.ſocietatem,§. arbitrorum, n.25.ff.eod. Orian. in c.quoniam contra, p.vlt.q.14. de probat. Ferret. caut.8.n.2. Corneus conſ.59. Ruin.conſ.31.num.3.lib.1. Caſtr.conſil.122.ſub n.2. lib.2. Decian. conſ.33. n.144. 145. lib.1. pulchrè Felic. de ſociet.c.40.n.44. vbi benè probat, quod in diuiſione iniquitas eſt manifeſta, ſi continet læſionem in ſexta parte; ſic etiam diſtinguit, & declarat Valaſch. de partition. c.39. n.9. 10. Cyriac. contr.325.n.28. vbi docet, quod ſi fiat diuiſio per arbitros,ſufficit læſio in ſexta parte ad eam reformandam.

Sed hic adeſt læſio pluſquam in ſexta parte,quia bona fideicommiſſaria longè minoris valent,quàm bona libera propter onus adiectum fideicommiſſi, cuius caſu eueniente bona euincuntur à poſſeſſore nullo pretio reſtituto; etenim res minus valet ratione oneris 47
adiecti, cap. cùm Ioannes, vbi Soc. in 7. not. de fid. inſtrum. quia onus adiectum eſt pars pretij, l. ſi ſeruus, ff. de condict. furt. & l. fundi partem,ff. de contrah. empt. Vnde videmus, quod res vendita cum pacto retrouendendi æſtimatur minoris iuſto pretio in quarta parte, & etiam minus, propter onus dicti pacti, vt pulchrè inquit Soc. conſil.15.num.56. lib.1. Iaſ. conſ.153. 48
num.2.verſ. item eſt, lib.4. Tiraq. de retract. conuent. in præfat. num.20. verſ. vbi dicit, Ceph. conſ. 261. num.9. Laderch. conſ.129. num.4. Cyriac. controu.261.num.47. p. 2. cum aliis per me adductis controu. 40. num.35. Si ergo diminuitur pretium rei in quarta parte,& vltra ob ſolum pactum de retrouendendo,eò quia venditor poſ-
ſit



ſit rem recuperare eodem pretio prius reſtituto, vtique res fideicommiſſaria non erit æſtimanda pro dimidia iuſti pretij, quia poteſt dari caſus, quod euincatur, & à poſſeſſore auocetur nullo pretio reſtituto ex na-
49 tura rei, & quia ſic proceditur in fideicommiſſis. Bart. in d.l.qui Romæ, §. duo fratres, quæſt.11. vbi Rip. num.99. DD.in d.l.ſi familiæ. Peregr. de fideicom.art.52. num. 68. & propterea euidens eſt læſio dicti minoris, quæ ſufficeret etiam in maiore ad reſcindendam diui-
50 ſionem, ſecundùm prædicta: ergo multò magis ſufficiens eſt in minore propter beneficium reſtitutionis, & vtique non credo, quod poſſit inueniri homo ſanæ mentis, qui paratus ſit eruere bona fideicommiſſaria ſcienter pro dimidia pretij iuſti ob periculum manifeſtum euictionis.

Nec obſtat diuiſio dicto D. Alberto, quin poſſit poſtea bona fideicommiſſaria obuenta dicto D. Franciſco auocare à fiſco, cui delata ſunt ob delictum dicti
51 D.Franciſci, quia diuiſioni non contradicit, qui fideicommiſſarium petit. Gionagn. conſ.100. num.3. lib.1. nam quando fideicommiſſa ſunt conditionalia poſt mortem diuidentium collata, non cenſentur remiſſa per diuiſionem cum clauſulis etiam prægnantibus factam, niſi expreſsè fuerit dictum, & eueniente caſu vnius ex diuidentibus,alter ſuperſtes ex fideicommiſſo agere poteſt, & rem à ſucceſſore defuncti, vel alio poſ-
52 ſeſſore euincere ſine timore euictionis, latè Peregr. de fideicomm.art.52.n.18.& n.65.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.599. num.9.10. Mangil. de euiction. quæſt.114. num.6.7.8.& ſeq. latè Gionagn. conſil.100. num.13.41.43.44.45.75. 91. lib.1. vbi tollit contraria, & docet per diuiſionem quibuſcunque clauſulis factam non intelligi renuntiatum fideicommiſſario, niſi ſcienter id fiat, quæ ſcientia hîc non cadit, nec aliqua verba adſunt, quibus id argumentari liceat, ideò certi ſumus, quod reformanda venit hæc diuiſio inter dictos fratres, vt æquales fiant partes bonorum fideicommiſſario ſubiectorum, & poſtea liberum erit etiam dicto D. Alberto auocare à fiſco bona fideicommiſſaria, eo quòd venerit caſus fideicommiſſi. Et ita iuris eſſe cenſeo.

## CAPVT CXIX.

### EPITOME.

Manutentio an ſit danda habenti ſtallum in Eccleſia ad ſedendum, vt mulieres eius intereſſe poſſint concioni, & diuinis officiis.

### SVMMARIVM.

1 *Laici non poſſunt habere ius ad ſedendum in ſcamnis, aut ſtallis Eccleſiæ.*
2 *Epiſcopus poteſt gratificari cui vult circa ſedilia in Eccleſia.*
3 *Regij ſynodus circa ſedilia Eccleſiæ.*
4 *Sedendi ius, ſicut ſepultura tranſit ad hæredes etiam extraneos.*
5 *Sedendi ius, ſicut iuſpatronatus, & ſepultura non tranſit ad fideicommiſſarium.*
6 *Quaſi poſſeſſio iuris ſedendi in Eccleſia acquiritur per vnicum actum.*
7 *Familiaritatis iure quæ fiunt, non tribuunt ius.*
8 *Sedilium, & ſcabelli vſus in Eccleſia laicis permiſſus eſt.*
9 *Manutentio datur laicis pro vſu ſedendi in Eccleſia.*
10 *Quaſi poſſeſſionem habens ſedendi in ſcamno, vel alia faciendi poteſt ſe defendere etiam armis.*
11 *Poſſeſſorio in ſummariiſſimo agitur principaliter, ne quis turbetur.*
12 *Manuteneri petens cenſetur allegare titulum adminiculatiuè.*
13 *Poſſeſſorium merum intentaſſe præſumuntur, qui petunt ſe manuteneri.*
14 *Petitorij cumulatio non datur, vbi vterque manuteneri petit.*
15 *Poſſeſſorio omiſſo non licet tranſire ad petitorium.*
16 *Petitorij cum poſſeſſorio datur cumulatio in incorporalibus.*
17 *Poſſeſſorium eſt prius terminandum.*
18 *Petitorio intentato an liceat redire ad poſſeſſorium.*
19 *Poſſeſſorio, & petitorio ſimul intentato quodnam prius ſit terminandum.*
20 *Manutentionem petens præſumitur iura produxiſſe ad colorandum.*
21 *Poſſeſſionem ad colorandum licet producere iura ſuper petitorio.*
22 *Poſſeſſorij meri natura non alteratur ex productione tituli.*
23 *Poſſeſſio titulata facilius eſt manutenenda.*
24 *Poſſeſſorio, & petitorio intentato pronuntiandum eſt ſuper eo, de quo magis liquet.*
25 *Poſſeſſorio in ſummariiſſimo ſufficiunt probationes leues, etiam per coniecturas.*
26 *Teſtis vnicus probat in poſſeſſorio.*
27 *Poſſeſſio quæritur per vnicum actum in incorporalibus.*
28 *Manutentio datur etiam pro iis, quæ veniunt in conſequentiam.*
29 *Sedilium ius præſumitur potius gentilitium.*
30 *Familiæ præſumitur eſſe ſtallum, cui impreſſa ſunt illius inſignia.*
31 *Subrogatum ſapit ius eius, in cuius locum ſubrogatur.*
32 *Vidua gaudet priuilegiis mariti, & dicitur de eius familia.* & n. 33.
34 *Vicarius non tranſmittit ad hæredem ius vtendi.*
35 *Poſſeſſio poſterior præſumitur clandeſtina, & cedit antiquiori.*
36 *Poſſeſſio anterior etiam reſpectu horarum præfertur.*
37 *Poſſeſſor anterior, qui ſe non habuit pro ſpoliato, manutenendus eſt.*
38 *Poſſidere dicitur, qui ſe non habuit pro ſpoliato.*
39 *Poſſeſſor turbatus, poteſt habere ſe pro ſpoliato, & intentare remedium recuperandæ.*
40 *Poſſeſſio iunior attenditur, quando antiquior fuit interrupta.*
41 *Poſſeſſio antiquior continuata præfertur iuniori etiam titulatæ.*
42 *Poſſeſſoris ſucceſſor poteſt iuuari poſſeſſione anteceſſoris, & quando.*
43 *Poſſeſſor non poteſt dici ſe habuiſſe pro ſpoliato, dum ſuſtinuit litem.*
44 *Pro ſpoliato nemo præſumitur ſe habere in dubio.*
45 *Poſſeſſio ſaltem ciuilis præſumitur animo retenta.*
46 *Poſſeſſio ciuilis ſufficit ad manutentionem contra eum, qui naturalem occupauit.*
47 *Teſti vnico non creditur.*
48 *Proteſtationi præiudiciali tacès non videtur conſentire.*
49 *Poſſeſſione non videtur priuatus, niſi fuerit prohibitus, & acquieuerit.*
50 *Poſſeſſione non priuatur quis per ſequeſtrum Iudicis.*
51 *Clauſula, Sine præiudicio, quid operetur.*
52 *Attentans non dicitur acquirere poſſeſſionem.*
53 *Vltimus ſtatus attenditur in iudicio manutentionis.*
54 *Laici ſunt capaces iuris ſedendi in Eccleſia, & in eo manutenendi.*
55 *Tituli probatio non eſt neceſſaria in poſſeſſorio.*
56 *Conſtare de non iure agentis quot modis dicatur.*
57 *Ius perſonale non tranſit ad hæredes etiã vigore ſtatuti.*
58 *Statutum de continuanda poſſeſſione non habet locum in bonis ab Eccleſia prouenientibus.*

59 *Poſſeſſio rei ab alio poſſeſſæ non poteſt continuare in hærede.*
60 *Iuris gentilitij ſunt incapaces, qui non ſunt de familia.*
61 *Poſſidere quis præſumitur iure proprio, non familiaritatis.*
62 *Nomine proprio, non alieno quando aliquid factum dicatur.*
63 *Familiaritatis titulus non præſumitur, niſi quando alius titulus excogitari non poteſt.*
64 *Poſſeſſorio in iudicio ſufficit, quod titulus ſit poſſibilis.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

VErtebat cōtrouerſia inter Illuſtriſſimos DD.Com. Calcaneos ex vna, & perilluſtriſſ. D.Alexandr. Taculum ex altera circa ius ſedendi pro eorum mulieribus in ſtallo exiſtente in Eccleſia Cathedrali Regij pro intereſſendo Veſperis, & Concioni ſacræ, & diu agitata cauſa per modum dubitandi videbatur locum eſſe gratificationi, provt Epiſcopo videri poterat, quia laici non poſſunt habere dominium, vel aliquod ius
1 in Eccleſiis in ſedibus, vel ſcamnis, aut ſtallis ad ſe-
2 dendum inuito Epiſcopo, à cuius gratia totum pendet, ſicut Iuſpatronatus, & ius fœnerandi. Hoſt. *in cap. abolendæ*, vbi Io. And. *num.*2. Anch. & Abb. *ſub num.*5. Butr. *ſub num.*3. Zabarell. *num.*5. Io.de Anan. *n.*4. *de ſepultur.* Abb. *in cap. quantò* 3. *num.*11. *verſ. aduerte, de iudic.* Petr.de Vbald. *de Canonic. Epiſc. & Paroch. c.*12. *in fin. n.*5. *&* 6. *tract. tom.*15. *p.*2. *fol.*239. Roch. *de iurepatr. in verb. in Eccleſia, n.*13. Gratian. *diſc.*210. *n.* 47.48. Giouagn. *conſ.*8. *num.*3. *lib.*2. Genua *in prax. Archiep. Neap. c.*34. *n.*22. & concordat Conſtitutio Synodalis Regij *tit.*7. *n.*22. vbi ſtatuitur, & declaratur Rectoribus
3 Eccleſiarum licere ſedilia rectè diſponere, & amouere iuxta rei, & Eccleſiæ exigentiam, adeo vt nemo cenſeatur in eis vllum ius irreuocabile etiam poſt longum tempus habere.

Deinde ſatis probatum eſt dictum ſtallum fuiſſe fabricatum per D.Aldam Taculam, quæ dum vixit, eo vſa eſt, & ideò ius ſedendi in illo tranſiuit ad DD. Com. Calcaneos eius hæredes, vt certū eſt, quod hoc ius tranſit ad hæredes etiam extraneos, ſicut ius ſepulchrorum,
4 *l. ius ſepulchri*, & *l. ſi ſepulchrum, C. de relig. & ſumpt. fun.* Pariſ. *conſ.*149. *lib.*4. Molin. *de primog. Hiſp. c.*23. *n.*35. *lib.*1. Gratian. *d. diſc.*210. *num.*37.

Nec obſtat, quod antea in eodem loco eſſet ſtallum antiquum mariti dictæ D. Aldæ, quæ licet fuerit hæres illius, tamen fuit grauata reſtituere hæreditatem genitori dicti D. Alex. & ſic videtur grauata etiam ad reſtituendum ius dicti ſtalli, nam reſpondetur quod
5 hæc iura honorifica, velut iuſpatronatus, ius ſepulchrorum, & ſimilia, provt ſedilium, non tranſeunt ad fideicommiſſarium, ſed remanent penes hæredem grauatum, ad textum *in l. quia perinde, §.*1. & *l. ſi patroni filius, ad Trebell. l. ſi quis fuit hæres, de relig. & ſumpt. fun.* Peregr. *de fideicom. art.*6. *num.*38. Ant.Gomez. *reſol. p.*1. *cap.*5. *num.*29. *verſ. nec obſtat*, & ego dixi *contr. for.*1. *num.*44.45.46.

Et cùm Illuſtriſſ. Comitiſſa vxor Illuſtriſſ. Comitis Aurelij Calcanei pluries, ac pluries ſederit in dicto ſtallo, manutenenda eſt in quaſi poſſeſſione iuris hu-
6 iuſmodi, quod acquiritur etiam per vnicum actum, Rot. *deciſ. recent. Farin.* 533. *n.* 2. *p.*1. Poſth. *tract. de manutent. obſ.*18. *n.*24.25. Giouagn. *conſ.*8. *num.* 17. *lib.*2. & quamuis etiam vxor dicti D. Alex. aliquando in eo ſederit, tamen id factum eſt permittente dicta D.Comitiſſa ex ſua benignitate, vt probatum eſt per vnum
7 teſtem, ideo nullum eſt ius acquiſitum dicto D. Taculo, quia hoc iure familiaritatis factum eſſe cenſetur, ad textum *in l. qui iure familiaritatis, ff. de acquir. poſſeſſ.* Poſth. *eius tract. de manutent. obſ.* 18. *num.*46.

His tamen non obſtantibus cenſui dictum D.Taculum fore, & eſſe manutenendum in quaſi poſſeſſione ſedendi in dicto ſtallo pro ſeruitio mulierum eius, & familiæ ſuæ pro concionibus audiendis, & intereſſendo diuinis officiis, laicis enim vſus ſedilium, & ſcabelli, & ſtalli in Eccleſia permiſſum eſt. Hoſt. *in d. c. abolendæ*, 8
*n.*20. & *n.*161. vbi Abb. *n.*5. Butr. *n.*3. *de ſepult.* Roch. *de iur. patr. verb. in Eccleſia, n.*18. Molin. *de primog. Hiſp. lib.*1. *c.*14. *n.*34. Gratian. *lib.*1. *c.*110. *n.*13.14.15. Giouagn. *d. conſ.*8. *num.*5. *& ſeqq. lib.*2. ideò pro conſeruanda hac quaſi poſſeſſione ſedendi in Eccleſia ſuper ſcamno, & ſedili in illo, vel iſto loco, etiam eminentiori, & vſu ſedilium competit mandatum de manutenendo, & datur poſſeſſori manutentio pro conſeruatione ſuæ poſ- 9
ſeſſionis, ad textum *in cap. licet cauſam*, vbi Bald. *de probat.* Bened. *in c. Raynutius, in verb. duas habens filias, n.*21. *verſ. immò ſi eſſent*, & *verſ. & ad hoc, de teſtam.* Purpur. *conſ.*540. *n.*19. Cordub. *in l. ſi quis à liberis, in princ. num.*25. & *num.*30.31. *de liber. agnoſc.* Addent. ad prax. Archiep. *c.*34. *n.*31. vbi vide, quia in hac materia multa ſcitu digna dicit. Farin. *deciſ. recent.*378. *n.*1. *p.*2. Gratian. *diſc.*110. *n.*16.17.18. & *diſc.*210. *n.*56. & *diſc.*615. *n.*70. Giouagn. *d. conſ.*8. *num.*12. *lib.*2. Poſthius *de manutent. obſ.*10. *n.*19. & Rot. apud eum *deciſ.*117. *n.*1.

Quæ adeò vera ſunt, vt exiſtens in quaſi poſſeſſione ſedendi in ſuperiori loco, & præcedendi in ſedendo, 10
vel ſtando, poſſit etiam armata manu reſiſtere ei, qui vult illum amouere. Bald. *in l. obſeruare, §. antequam, in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* Menoch. *conſ.*257. *n.*55. *lib.*3. & *conſ.*902. *n.*77. *lib.*10. Gratian. *d. diſc.*110. *n.*16. & *diſc.* 210. *n.*32. & Giouagn. *d. conſ.*8. *n.*14. vbi alios allegat.

Nec dubium eſt, quin in hoc iudicio ab vtraque parte fuerit intentatum remedium retinendæ, & merum poſſeſſorium, ſiquidem pro parte dicti Taculi fuit proteſtatum ſe eſſe in poſſeſſione dicti ſtalli, & inſtitutum condemnari Illuſtriſſ. D. Calcaneum ad deſiſtendum à quibuſcunque moleſtiis, & turbationibus, quod ſatis eſt ad cognoſcendum agi de mero poſſeſſorio ſummariiſſimo, & de eo prius cognoſcendum eſſe, quàm 11
de poſſeſſorio, in hoc enim iudicio principaliter agitur, ne poſſidens turbetur: ſic Caſtr. *conſ.* 3. *num.* 2. *verſ. in iſta verò*, *lib.* 2. Natt. *conſ.* 121. *num.* 2. Rot. *conſ.* 8. *num.* 23. *lib.*4. Giouagn. *conſ.*11. *n.*36. *lib.*1. & ſimiliter D. Calcaneus profeſſus eſt ſe eſſe in poſſeſſione inſtando ſe in ea manuteneri, propter quod cenſetur titulum deduxiſſe adminiculatiuè, non ad fi- 12
nem deducendi petitorium. Grat. *conſ.*10. *num.*13.24. 35.36. *lib.*1. Gozadin. *conſ.*10. *num.* 20. 21. 33. Crau. *conſ.*793. *n.*4. Rim.Iun. *conſ.*69. *n.*31. Burſat. *conſ.*234. *n.*26. Honded. *conſ.*22. *n.*22.34. *lib.*2. & reſpectu vtriuſque quia ambo ſe manuteneri inſteterunt, & ſic me- 13
rum poſſeſſorium intentaſſe præſumuntur. Alex. *conſ.* 92. *n.*6. *lib.*5. Honded. *conſ.*22. *n.*13. *lib.*2. Seraph. *deciſ.* 1440. *n.*3. Menoch. *de retin. rem. vlt. n.*28. Tuſc. *littera I. concl.*284. *n.*19. Poſthius *de manutent. obſ.*78. *n.*3.

Vnde non eſt hìc quærendum de petitorio, nec de meritis cauſæ diſceptandum, quia in hoc iudicio non datur cumulatio petitorij cum poſſeſſorio; vbi enim vtraque pars tentauit hoc ſummariiſſimum poſſeſſorium, tunc ex natura Iudicij ceſſat cumulatio tum ra- 14
tione ordinis, tum ob repugnantiam. Bart. *in l. naturaliter, §. nihil commune, n.*29. & *n.*161. vbi Rip. *n.*168. *de acquir. poſſ.* Abb. *in c. paſtoralis, num.*16. *de cauſ. poſſ. & propr.* Menoch. *de retin. d. rem. vlt. n.*30. Maſcard. *de prob. concl.*1205. *n.*3. Mareſcot. *var. reſ. lib.*1. *cap.*36. *n.*22.23. Port. *d. tract. obſ.*7. *n.*41.42. propoſito enim hoc ſummariiſſimo iudicio ſuſpenſum cenſetur petito- 15
rium, & quodcunque aliud iudicium, adeo vt vna pars alterâ inuitâ non poſſit tranſire ad petitorium, vel poſſeſſorium ordinario omiſſo hoc iudicio. Giouagn. *d. conſ.*11. *n.*42. *lib.*1. Rota *recent. deciſ.*365. *num.*9. *p.*1. Caualer. *deciſ.*185. *n.*2. Poſthius *d. tract. obſ.*7. *n.*4.5.15. vbi plurimos congerit.

Neque



Neque conſiderandum eſt, quod in iuribus incor-
16 poralibus, vt hic, admittatur cumulatio petitorij cum poſſeſſorio. Bart. *in d. l. naturaliter, §. nihil commune, n.*21. quia hoc procedit, quando petitorium tantum ab vno, poſſeſſorium ab alio fuit intentatum, ſecus
17 quando vtraque pars contendit ſe poſſidere, quia tunc prius eſt terminandum poſſeſſorium. Rot. *diuerſ. deciſ.* 349. *n.*3. & *deciſ.*351. *n.*2. *p.* Immò in iuribus incorpo-
18 ralibus petitorio etiam intentato non intelligitur renuntiatum poſſeſſorio, & ad illud licet redire. Seraph. *deciſ.*277. *n.*2. Gratian. *diſcept.*113. *ſub num.*65. *verſic. quod tamen.* Melchior. Lotter. *de re benef. lib.*1. *quæſt.*38. *num.*220.221. Poſthius, *d. tract. de manut. obſ.*57. *num.*74.
19 & propterea etiamſi intentaret ſimul poſſeſſorium, & petitorium, tamen ratione repugnantiæ prius de poſſeſſorio agendum eſt, quàm de petitorio. Bart. *in d. l. naturaliter, §. nihil commune, n.*19. Bero. *conſ.*75. *n.*110. *lib.*3. Menoch. *de retinend. rem.*3. *num.*512. Contard. *de moment. poſſ. lim.*2. *num.*917. Giouagn. *conſ.*12. *n.*2. *lib.*1.

Hinc non obſtat, quod D.Taculus produxerit nonnulla iura merita cauſæ, & titulum tangentia, quia
20 præſumitur id feciſſe ad colorandam quaſi poſſeſſionem, ſtante quod à principio dixit ſemper ſe eſſe in poſſeſſione, & in ea manutenendum eſſe. Bero. *in cap. in litteris, num.*15. *de reſtit. ſpol.* Corn. *conſ.*10. *n.*4. *lib.*4. Contard. *d. lim.*2. *§.*9. *num.*24. Crauet. *conſ.*793. *num.*1. Honded. *d. conſ.*22. *num.*18.40. etenim ad colorandam
21 poſſeſſionem licitum eſt in iudicio manutentionis docere de iuribus, quæ petitorium tangunt, & Iudex tenetur ea admittere pro colorando poſſeſſorio etiam ſummariiſſimo; pulchrè Honded. *d. conſ.* 22. *n.*13.14. Gratian. *diſc.*402. *n.* 2. Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.*323. *n.*6. Giouagn. *conſ.*10. *n.*77. & *conſ.*11. *n.*41. *lib.*1. Franc. Milan. *deciſ.*3. *n.*80. *& ſeqq.* & *n.*117. *lib.*1. Poſthius *d. tract. de manutent. obſ.*71. *n.*120.121. quia natura huius
22 meri poſſeſſorij non alteratur ex deductione tituli ad colorandam poſſeſſionem. Curt.Iun. *conſil.*223. *num.*14. Contard. *d. lim.* 2. *§.*1. *n.*31. & *§.*8. *n.* 26. & *§.* 9. *n.*4. Hond. *d. conſ.*22. *n.* 21.27. & hoc vtile eſt, quia faciliùs
23 poſſeſſio titulata eſt manutenenda, & data paritate poſſeſſionis in tempore, præfertur poſſeſſio titulata non titulatæ: latè Poſthius *d. obſ.*71. *n.*105. & *n.*117.
24 in quibus locis infinitos congerit, & dato, quod vtrumque ſimul fuiſſet intentatum, tamen cum de poſſeſſorio magis liqueat, ſuper eo prius pronuntiandum eſt, vt per Beltram. *deciſ.*506. *in fin.* Staphil. *de lit. iuſt. §. in primis, n.*59. & *§. ſi pars, n.*2. Marcheſ. *de commiſſ. p.*1. *§.* 2. *n.* 104. *fol.* 1012. vbi multas Rotæ deciſiones allegat.

Hinc ſolummodo reſtat videre, quænam pars meliùs probauerit ſe dictum ſtallum poſſidere, & eſſe in quaſi poſſeſſione ſedendi ſuper eo: in quo puncto ſuperiorem eſſe exiſtimo dictum Taculum, ſiquidem probauit per plures teſtes ipſum, & familiam D. Petri Aloyſij eius patris habuiſſe, & tenuiſſe ſtallum, de quo controuertitur, in loco dictæ Eccleſiæ, vbi nunc reperitur, & in eo fuiſſe impreſſa inſignia domus, quæ ſunt tres Taculæ, adeo vt illud ſtallum fuerit ſemper tentum, & habitum pro ſtallo illorum de Taculis, & matronas dictæ familiæ fuiſſe ſolitas in eo ſedere intereſſendo diuinis officiis, & ſacræ concioni, in tantum, quod ſi aliæ mulieres fuiſſent in eo, aduenientibus Taculis recederent, vt deponunt fusè teſtes examinati, vt in proceſſu. Vnde ſatis conſtare videtur de quaſi poſſeſſione iuris ſedendi ad fauorem D.Taculi, & eius familiæ
25 ad effectum manutentionis in ſummariiſſimo in quo ſufficiunt leuiores etiam probationes per coniecturas, indicia, & præſumptiones, ad tradita per Menoch. *de retinend. rem. vlt. n.*34. Ludouiſ. *deciſ.*258. *n.*3. Farinac. *deciſ. recent.* 661. *num.* 5. *p.*2. Caualer. *deciſ.*76. *num.*4. Poſth. *de manut. obſ.*38. *num.*3. 4. 5. 6. adeò, vt ſatis eſt per vnum teſtem probare ſuam poſſeſſionem. Ludouiſ. 26
*deciſ.*438. *num.*3. Beltram. *ad eundem deciſ.*160. *num.*3. Caualer. *deciſ.* 64. *num.*3. & *deciſ.* 379. *num.* 3. Poſth. *d. obſer.*38. *num.*7.8. & apud eum Rot. *deciſ.*222. *num.*6. immo in iuribus incorporalibus, vt in iure ſedendi, 27
vel præcedendi, acquiritur quaſi poſſeſſio per vnicum actum. Gloſſ. *in cap. cum Eccleſia, verſ. Epiſcoporum*, vbi Abb. *num.*22. *de cauſ. poſſ. & propriet.* Caualer. *deciſ.*286. *num.* 5. in terminis Giouagn. *conſ.* 8. *num.* 17. *lib.* 2. Poſth. *d. tract. obſeruat.* 18. *num.* 25. quod in tantum procedit, vt detur manutentio etiam pro iis, quæ ve- 28
niunt in neceſſariam conſequentiam, velut exiſtens in poſſeſſione ſcamni debet etiam manuteneri in iure ſedendi in eodem ſcamno, ne poſſeſſio reddatur inutilis, quia vſus ſcamni non conſiſtit in alio, quàm in ſedendo. Gratian. *diſc.*615. *num.*70. Farinac. *deciſ. recent.*378. *num.* 1. *p.* 2. Poſthius *d. tract. de manutent. obſ.* 73. *num.* 189.190.

Benè etiam fuit colorata dicti Taculi poſſeſſio, dum probauit illud ſtallum fuiſſe domus, & caſatæ de Taculis cum obſeruantia ſubſecuta in illos de familia, ex hoc enim præſumitur potiùs gentilium, quàm hæreditarium, ſicut iuſpatronatus. Hier.Gabriel. *conſ.*196. *num.*6.7.8. *lib.*2. quod magis confirmatur, dum proba- 29
tum eſt inſignia domus prædicta fuiſſe in illo impreſſa; inde enim præſumitur ſpectare ad familiam. Gabriel. *d. conſ.*196. *num.* 10. Farinac. *deciſ. recent.*13. 30
*num.*3. & *deciſ.*518. *num.*5. *p.*1. Coccin. *deciſ.*230. *num.*1. Ergo iſtud ius non potuit tranſire ad DD. Calcaneos, ſed tantùm ad eos de familia Taculorum, etiamſi non ſint hæredes defuncti. Ricc. *collect. deciſ.*897.

Nec obſtant probationes DD. de Calcaneis, & primò quod loco ſtalli domus Taculorum, D. Alda Tacula fecerit fabricari nouum ſtallum, & reponi in loco veteri: nam primo reſpondetur hanc ſubroga- 31
tionem non tollere ius Taculorum, quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, ad textum *in §. fuerat, Inſt. de action. l. filiæ ſuæ, §. Titia, de cond. & demonſtr. l. ſi eum, §. iniuriarum, ff. ſi quis caut.*

Deinde reſpondetur, quod hoc confirmat iura Taculorum, quia dicta D.Alda olim vxor D. Flaminij de Taculis tanquam vidua poterit vti dicto ſtallo, ſicut 32
aliæ matronæ de Taculis, quia vidua coruſcat radiis mariti, & iiſdem priuilegiis potitur, adeo, vt retineat domicilium mariti, & de eius familia dicatur. Rol. 33
*conſ.*86. *num.*6. *& ſeqq. lib.*1. Soc.Iun. *conſ.*76. *num.*175. *& ſeqq. lib.* 1. Tuſch. *littera V, concluſ.* 204. *num.* 8. Tiraq. *in tract. ceſſ. cauſ. limit.*15. cum vulg.

Neque DD. Calcanei poſſunt adiuuari poſſeſſione dictæ D. Aldæ in dicto ſtallo, tum quia erat gentilitium, tum quia illa habebat ſolum vſum, vt vidimus: certum eſt enim quod vſuarius non tranſmittit ad hæredem 34
vſum, quem habet, *l.*2. *&* 3. *ff. quando dies leg. ced. leg. vſus aquæ, de vſu, & habit. l. Lucius, de ſeru. ruſt. præd.* Noal. *de tranſmiſſ. caſ.*66. *num.*1.

Nec prædictis refragatur poſſeſſio D. Comitiſſæ Calcaneæ, quia non probat poſſeſſionem manutenibilem; licet enim dicunt teſtes eum vidiſſe in dicto ſtallo viuente dicta D. Alda, dicunt etiam id fuiſſe de eius licentia, & quod in eo erat etiam D.Daria de Taculis, & alij dicunt, quod dicta D.Comitiſſa non cœpit vti dicto ſtallo, niſi poſt mortem D. Aldæ, imò teſtis vltimo loco examinata dicit vidiſſe dictam D. Dariam in dicto ſtallo vnà cum dicta D.Comitiſſa, quando inter eas orta eſt contentio poſt mortem D. Aldæ: ex quibus apparet meliorem, & antiquiorem eſſe poſſeſſionem dicti D. Taculi, quæ habuit originem à matronis de domo Tacula, incipiendo etiam ab eius matre, & ideo hæc ſola poſſeſſio Taculi eſt manutenibilis vti antiquior, cùm Taculus nunquam habuerit ſe pro ſpoliato, non autem poſſeſſio di-

 ctæ

ctæ D. Comitiſſæ matronæ de Calcaneis vti poſterior,
35 quia præſumitur clandeſtina, & turbatiua : ſic per tex-
tum *in cap. licèt cauſam*, vbi DD. *de probat.* Caſtrenſ.
*conſil.* 3. *ſub num.* 2. *lib.* 2. Rot. *diuerſ. deciſ.* 187. *num.* 1.
& *deciſ.* 562. *num.* 3. *p.* 4. Farinac. *deciſ. recent.* 106.
*num.* 1. *deciſ.* 322. *num.* 2. *deciſ.* 652. *num.* 2. *part.* 1. Ludouiſ.
*deciſ.* 31. *num.* 1. Caualer. *deciſ.* 2. *num.* 3. & *deciſ.* 44.
*num.* 5. & *deciſ.* 522. *num.* 1. & *deciſ.* 629. *num.* 8. latiſſi-
mè Poſth. *de manutent. obſeru.* 71. *num.* 12. vbi infinitos
congerit, & *num.* 3.4.5.8.9. vbi probat ſatis eſſe, ſi etiam
36 reſpectu horarum anterior ſit poſſeſſio : ſic etiam Rota
apud eundem Poſth. *deciſ.* 49. *num.* 2. *deciſ.* 54. *num.* 5.
*deciſ.* 58. *num.* 4. *deciſ.* 126. *num.* 2. *deciſ.* 169. *num.* 7.
*deciſ.* 179. *num.* 2. *deciſ.* 227. *num.* 3.

Hoc autem procedit, quando prior poſſeſſor nun-
quam habuit ſe pro ſpoliato, vt hic, & continuauit
37 poſſidere vſque ad tempus contentionis, vel motæ li-
tis. Rot. *d. deciſ.* 55. *num.* 1. & *deciſ.* 366. *num.* 2. *p.* 1. &
*deciſ.* 35. *num.* 3. *p.* 2. *recent.* Ludouiſ. *deciſ.* 40. *num.* 3. &
*deciſ.* 323. *num.* 3. Mantic. *deciſ.* 185. *num.* 5. Seraph.
*deciſ.* 1386. *num.* 2. Poſth. *d. tract. obſ.* 57. *num.* 41.42.
38 poſſidere enim dicitur, qui ſe non habuit pro ſpolia-
to, & poteſt petere manutentionem contra turbantem.
Put. *deciſ.* 410. *lib.* 2. Farin. *d. deciſ. recent.* 35. *num.* 3. *in fin.*
*p.* 2. Rot. *diuerſ. deciſ.* 180. *num.* 2. *p.* 4. Seraph. *deciſ.* 177.
*num.* 1. Poſth. *d. obſ.* 55. *num.* 40. vbi quod eſt in poteſta-
39 te illius, qui turbatur in ſua poſſeſſione, vel habere
ſe pro ſpoliato, & intentare remedium recuperandæ,
vel non habere ſe pro ſpoliato, & proponere reme-
dium manutentionis.

Vnde præferri debet dictus D. Taculus, qui poſt
turbationes adiit Iudicem pro manutentione, alio-
quin ſi interrupta eſſet eius poſſeſſio, tunc attendere-
40 tur poſſeſſio iunior, quæ eo caſu præfertur antiquæ
etiam titulatæ in iuribus incorporalibus. Tuſch. *litte-
ra P. concl.* 430. *num.* 28. Poſth. *d. obſ.* 71. *num.* 49. *verſ.
vbi quod*, & *num.* 55. vbi quod in hoc iudicio attendi-
tur vltimus ſtatus, ſecus eſt, quando antiquior poſſeſ-
41 ſio fuit continuata, & poſſeſſor non habuit ſe pro
ſpoliato, quia tunc anterior poſſeſſio etiam non titu-
lata præfertur poſteriori etiam titulatæ in hoc iudicio
manutentionis. Menoch. *de retin. d. rem.* 3. *num.* 228.
Honded. *conſ.* 2. *num.* 23. *col.* 1. Surd. *conſ.* 481. *num.* 4.
Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.* 40 *num.* 5. & *deciſ.* 323. *num.* 7.
imò cùm hoc ius ſit in vniuerſum familiæ Taculorum,
42 poteſt ſucceſſor priuari poſſeſſione prædeceſſoris. Garz.
*de benef. p.* 5. *cap.* 5. *num.* 73. & *ſeqq.* Farin. *deciſ.
recent.* 326. *p.* 1. & *deciſ.* 62. *num.* 2. *p.* 2. Ludouiſ. *deciſ.* 246.
*num.* 1. & ibi Beltram. *num.* 2. Seraph. *deciſ.* 1417.
*num.* 2. *in fin.* Caualer. *deciſ.* 655. *num.* 9. Viuian. *de iure
patr. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 18. Poſth. *d. tract. obſ.* 55.
*num.* 95.96.

Nec dici poteſt, quod D. Taculus habuerit ſe pro
43 ſpoliato, tum ex litis ſuſtentatione, Veral. *deciſ.* 309.
*lib.* 2. Farinac. *deciſ. recent.* 307. *num.* 2. *p.* 1. & *deciſ.* 669.
*num.* 3. *p.* 2. Ludouiſ. *deciſ.* 471. *num.* 1. tum quia poſt
moleſtias petiit ſe manuteneri. Ludouiſ. *deciſ.* 307.
*num.* 12. Poſth. *d. obſ.* 57. *num.* 40. & quatenus eſſemus
dubij de eius voluntate, ſemper præſumitur quod non
44 ſe habuerit pro ſpoliato, adeo vt hoc dicenti incum-
bat hoc onus probandi. Farin. *deciſ. recent.* 560. *num.* 3.
*p.* 1. Giouagn. *conſ.* 40. *num.* 10. *lib.* 2. Ludouiſ. *d. deciſ.*
307. *num.* 10. Marcheſ. *de commiſſ. p.* 1 *fol.* 1065. *num.* 3.
Poſthius, *d. obſ.* 57. *num.* 57.58. Nam animo præſumitur
45 retenta ſaltem ciuilis poſſeſſio. Farinac. *deciſ. recent.* 560.
*num.* 3. *p.* 1. Giouagn. *conſ.* 40. *num.* 10. *lib.* 2. & ciuilis
46 ſufficit ad manutentionem obtinendam contra eum,
qui naturalem occupauit. Farin. *deciſ. recent.* 106.
*num.* 3. & *deciſ.* 135. *num.* 3. & *deciſ.* 476. *num.* 4. *p.* 1.

Nec obſtat proteſtatio dictæ D. Comitiſſæ ſemel ſe
declarantis ex benignitate permittere D. Dariam mane-
47 re in dicto ſtallo, tum quia id non eſt probatum, niſi
per vnicum teſtem, cui ſoli non eſt credendum, *ex cap.
licet*, & *c. veniens, de teſtib.* tum quia D. Daria non con-
ſenſit dictæ proteſtationi, imo etiamſi tacuiſſet, cenſe-
tur ei contradixiſſe, quia ei eſt præiudicialis. Gratian. 48
*diſc.* 260. *num.* 13.14. & non poteſt dici D. Dariam fuiſſe
priuatam poſſeſſione, niſi prohibita fuerit poſſidere,
& acquieuerit. Seraph. *deciſ.* 637. *num.* 5. Farin. *deciſ.* 49
*rec.* 99. *num.* 1. *p.* 2.

Minùs obſtat ſequeſtrum Iudicis, dum ſibi auocauit
poſſeſſionem ſtalli, ne partes venirent ad arma, quia
hoc ſequeſtrum non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione
nec ei præiudicat, ſi poſſidere ſe probet, quia auocatio 50
fuit neceſſaria. Menoch. *de retin. rem.* 3. *num.* 86. & *rem.
vlt. num.* 1. Gail. *pract. obſ. lib.* 1. *obſ.* 6. *in fin.* Ruin. *conſ.* 28.
*num.* 1. *lib.* 4. Rot. *diuerſ. deciſ.* 273. *n.* 1. *p.* 2. Farin. *deciſ.
recent.* 506. *num.* 2. *p.* 1. Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.* 9. *n.* 11.
latè Poſthius *d. tract. obſ.* 60. *num.* 1.2. vbi plurimos con-
gerit, & maximè ſtante clauſula, de qua in decreto Iudi-
cis, *ſine præiudicio iurium partium*, quæ præſeruat ea- 51
rum iura, & efficit, vt nemo poſſeſſione priuetur. Fon-
tanell. *de pact. nupt. gl.* 3. *clauſ.* 7. *part.* 10. *n.* 21. & 22 *tom.* 2.
Farin. *deciſ. recent.* 513. *n.* 6. *p.* 1. Poſth. *d. tract. obſ.* 60. *n.* 3.
& propterea etiamſi poſt auocationem D. Comitiſſa 52
acceſſerit ad dictum ſtallum, ex hoc tamen nullum ius
acquirit, quia hoc laborat vitio attentatorum. Farin.
*deciſ. recent.* 483. *num.* 2. & *deciſ.* 267. *num.* 5. *p.* 2.

Non obſtant in contrarium adducta, & primò quod
laici non poſſunt habere dominium in ſedilibus in Ec-
cleſia, & Epiſcopum poſſe gratificari, cui voluerit : quia
reſpondetur litem non eſſe cum Epiſcopo, qui nullas
partes fecit in hoc iudicio, nec propoſuit ſe velle ma-
gis pro vna, quàm altera parte, & ſic non controuerti-
tur ius ſedendi, & patronatus, ſed tantum agitur inter
plures patronos de illius pertinentia, quo caſu ad ef-
fectum manutentionis ſufficit vnus actus, & vltimus
ſtatus attenditur, ad textum *in c. conſultationis*, vbi 53
Abb. *n.* 2.9. *de iurepatr. c. quærelam, de elect.* Dec. *conſ.* 134.
*n.* 1. & Creſcent. *deciſ.* 2. *in fin. de iurepatr.* Achil. *deciſ.* 5.
*n.* 3. *eod. tit.* & ſic dixit Rota *in vna Beneſ. S. Andreæ*,
19. *Decemb.* 1608. *coram Attrebatenſi, in princ.* ibi : *Nam
& ſi*, de qua Io. Aloyſ. Ricc. *in Prax. for. Eccl. p.* 1. *reſol.*
132. *n.* 3. & maximè ſatis fundata eſt intentio dicti D. Ta-
culi in caſu noſtro, quia hic non agitur de dominio ali-
cuius rei, ſed conſideratur ius ſedendi, & vſus ſtalli, cu- 54
ius iuris laici ſunt capaces, & in tali vſu, & iure ſedendi
in Eccleſia poſſunt manuteneri. Hoſt. *in d. c. abolendæ*,
*n.* 20. Gratian. *d. c.* 110. *n.* 13.14. Giouagn. *d. conſ.* 8. *n.* 5.
quod ſufficit D. Taculo ad victoriam in hoc iudicio.

Deinde reſpondetur ſatis fuiſſe D. Taculo docere de
ſua poſſeſſione, quia in hoc iudicio ſummariiſſimo ma-
nutentionis non admittuntur exceptiones proprietatis,
nec requiritur probatio tituli poſſeſſionis. Ferret. *conſ.* 7. 55
*n.* 3.4. Mantic. *deciſ.* 172. *num.* 3. Ludouiſ. *deciſ.* 9. *n.* 8.9.
Farin. *deciſ. rec.* 270. *num.* 4. & *deciſ.* 573. *num.* 2. *p.* 1.

Et dato etiam, quod prædicta aliquid releuarent, non
tamen per hoc poteſt dici conſtare de non iure dicti D.
Taculi, quia non poteſt dici id conſtare, niſi per confeſ- 56
ſionem partis, rem iudicatam, vel iuſtitia liquida. Seraph.
*deciſ.* 555. *n.* 8.9. *deciſ.* 575. *n.* 2.3.6. & *deciſ.* 876. *n.* 2. Rot.
*deciſ. rec.* 269. *n.* 4. *p.* 2. Coccin. *deciſ.* 245. *n.* 13. Beltram.
*ad Lud. deciſ.* 77. *n.* 12. Mareſc. *lib.* 1. *c.* 55. *n.* 66.

Non obſtat ſecundò, ſtallum fuiſſe factum à D. Alda,
ideo tranſire ius ſedendi in eo ad DD. Calcaneos,
maximè vigore ſtatuti de continuanda poſſeſſione de-
functi in hæredem. Nam reſpondetur D. Aldam ſub-
rogaſſe ſtallum loco antiqui de familia Taculorum,
ideò mortua D. Alda ius illud gentilitium remanere
penes Taculos eiuſdem ſtalli poſſeſſores, tum quia il- 57
lud ius perſonale non tranſit ad hæredem, etiam vi-
gore dicti ſtatuti. Iaſ. *conſ.* 147. *num.* 3. *part.* 2. Tiraq.
*tract. le mort ſaiſit*, *p.* 4. *lim.* 2. Farinac. *deciſ. rec.* 260.
*num.* 4. *p.* 2. & *deciſ.* 263. *num.* 2. & *num.* 5. *p.* 2. Beltram.
*ad*



*ad Ludouiſ. deciſ.* 222. *num.* 12. tum quia ſtatutum illud
habet locum in re merè prophana, non in bonis pro-
58 uenientibus ab Eccleſia, vel in ea exiſtentibus. Iaſ. *con-
ſil.* 152. *col. fin. verſ. prædicta fortiùs*, *lib.* 4. Cyriac. *con-
tr. for.* 12. *num.* 63. & ceſſat omnis ambiguitas, quia cùm
D. Taculus eſſet in poſſeſſione ſtalli, ſtatutum non
59 intelligitur continuaſſe in hæredem D. Aldæ poſſeſ-
ſionem rei ab alio poſſeſſæ. Natt. *conſ.* 237. *num.* 4. Fa-
rin. *deciſ. rec.* 263. *p.* 2.

Non obſtat, quod iura ſepulturæ, patronatus, & ſimi-
lia tranſeãt etiam ad hæredes extraneos, imò non tran-
ſire in fideicommiſſarium, ſed remanere penes hære-
dem grauatum. Nam reſpondetur hæc reſpicere peti-
torium, non autem eſſe diſcutienda in hoc iudicio ma-
nutentionis. Verùm ſi nolumus hoc etiam intactum
relinquere, dicendum eſt contraria procedere in iuri-
bus ad extraneos tranſitoriis, non autem in patronatu,
vel alio iure gentilio, provt eſt hoc Taculorum, id
enim neque ad extraneos hæredes tranſire poteſt, nec
remanet penes hæredem grauatum, ſed tranſit ad fi-
deicommiſſarium de domo, vel alios de agnatione, &
familia, quia cæteri, qui non ſunt de familia, ſunt
60 incapaces iuris huiuſmodi : ſic pulchrè Ant. Macer.
*var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 60. *n.* 19. *in princ.* & *verſ.* 3. Cioff.
*conſ.* 18. *num.* 4. *in princ.*

Non eſt autem dicendum, quod D. Tacula poſſederit
iure familiaritatis, quia reſpondetur id non conſtare, &
in dubio præſumendum eſt, quod quis poſſederit iure
61 proprio, & iuſto titulo potiùs, quàm iure familiaritatis.
Coccin. *deciſ.* 180. *n.* 4. Farin. *deciſ. rec.* 495. *num.* 3. *in fin.
part.* 1. & maximè ſtante multiplicitate actuum, quia
62 tunc quod geſtum eſt, cenſetur factum nomine pro-
prio, non alieno. Rip. *in c. cùm Eccleſia*, *n.* 55. *de cauſ.
poſſeſſ. & propriet.* Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 1. *num.* 3. *eod.
tit.* Gratian. *diſc. for.* 450. *num.* 34. Beltram. *ad Ludouiſ.*
63 *deciſ.* 572. *in fin.* & ſanè poſſeſſio iure familiaritatis
non præſumitur, niſi quando alius titulus excogitari
non poteſt. Soc. Sen. *conſ.* 131. *num. quarto*, *lib.* 1. & *con-
ſil.* 13. *num.* 17. *lib.* 4. Menoch. *de arbit. iud. caſ.* 160. *nu-
mer.* 2. Coccin. *dict. deciſ.* 180. *numero quinto*, ſed hic
D. Tacula videtur poſſediſſe nomine gentilitio familiæ
Taculorum, ergo non eſt recurrendum ad titulum fa-
miliaritatis, & caſu quo non eſſet hoc plenè probatum,
relinquitur probandum in iudicio petitorio, vel poſſeſ-
ſorio ordinario, quia pro nunc in iudicio manutentio-
nis ſufficit, quod titulus ſit excogitabilis, & poſſibilis,
adeo vt in proceſſu cauſæ de bono iure doceri poſſit.
Rot. *diuerſ. dict. deciſ.* 269. *numero primo*, *p.* 2. Seraph.
*deciſ.* 555. *num.* 8. Mareſc. *lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 66. & ita
iudicaui, & Excellentiſſ. & Reuerendiſſ. Legatus Bo-
noniæ aditus per viam appellationis mandauit ſen-
tentiam meam executioni demandari, vnde partes po-
ſtea facta executione quieuerunt.

## CAPVT CXX.

### EPITOME.

Clerici familiares, aut miniſtri ſancti Offi-
cij, an ſint exempti à ſuo Ordinario, ſi
delinquant extra officium ſuum, & quo-
modo.

### SVMMARIVM.

1 *Familiares S. Officij ſunt ſubiecti Inquiſitoribus tan-
tùm in Hiſpania.*
2 *Inquiſitores poſſunt cognoſcere cauſas ſuorum Officia-
lium, & familiarium.*
3 *Familiares Inquiſitorum, quando puniri poſſint à Iu-
dicibus laicis.*
4 *Inquiſitorum familiares à ſecretis gaudent priuilegio
fori in ciuilibus.*
5 *Miniſtros S. Officij gratis ſeruientes congruum fuit
priuilegio fori decorari.*
6 *Familiares Epiſcoporum gaudent priuilegio fori.*
7 *Inquiſitores, & Epiſcopi quoad priuilegia æquipa-
rantur.*
8 *Epiſcopus eſt manutenendus in poſſeſſione cognoſcendi
cauſas clericorum Officialium S. Officij.*
9 *Inquiſitoribus data poteſtas non derogat poteſtati
Epiſcoporum.*
10 *Epiſcopus habet fundatam intentionem cognoſcendi
cauſas omnium clericorum.*
11 *Exemptiones clericorum ab Ordinariis ſublatæ ſunt.*
12 *Epiſcopus manuteneri debet in quaſi poſſeſſione deci-
dendi cauſas omnium clericorum, & ſacerdotum.*
13 *Epiſcopus non tenetur probare poſſeſſionem pro manu-
tentione iuriſdictionis.*
14 *Priuilegij exhibitio non ſufficit, niſi exemptionis quaſi
poſſeſſio probetur.*
15 *Inquiſitores Lombardiæ an ſint in poſſeſſione cognoſ-
cendi cauſas familiarium.*
16 *Priuilegium amittitur per non vſum.*
17 *Iuriſdictionem tribuit ſolitum, & conſuetudo.*
18 *Familiarium S. Officij forum quodnam ſit.*
19 *Obſeruantia optima interpres.*
20 *Obſeruantia immemorabilis habet vim priuilegij.*
21 *Conſuetudo immemorabilis præſumitur eſſe cum au-
ctoritate S. P.*
22 *Conſuetudo quando non requirat præſcriptionem.*
23 *Officialium S. Officij priuilegia.*
24 *Officiales S. Officij quomodo conueniri poſſint de iis,
quæ pertinent ad eorum officium.*
25 *Notarius S. Officij quo priuilegio vtatur.*
26 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
27 *Quod non mutatur, ſtare non prohibetur.*
28 *Epiſcopus olim habebat iuriſdictionem etiam in om-
nes Regulares.*
29 *Conſuetudo localis non poteſt extendi extra locum.*
30 *Officiales laici S. Officij coram quo Iudice conueniendi.*
31 *Inquiſitores quando habeant iuriſdictionem in ſuos
Officiales.*
32 *Epiſcopus dicitur Inquiſitor Ordinarius.*
33 *Priuilegium non trahitur de perſona ad perſonam.*
34 *Priuilegium tollitur mutatione perſonæ.*
35 *Doctoris dictum debet intelligi iuxta doctrinas ab eo
allegatas.*
36 *Familiares quoad delationem armorum iudicantur ab
Inquiſitoribus.*
37 *Familiares S. Officij quomodo gaudeant priuilegio
fori.*
38 *Epiſcopus, ſicut Inquiſitor poteſt procedere in cauſis
fidei.*
39 *Epiſcopus poteſt punire familiares S. Off. & quomodo.*
40 *Familiares S. Officij laici an abſolutè eximantur
à iuriſdictione ſui Iudicis.*
41 *Abſurda ſunt euitanda.*
42 *Regulares ſunt immunes à iuriſdictione Epiſcopi.*
43 *Regulares in cura animarum ſubſunt Epiſcopo.*
44 *Armorum vſus eſt permiſſus familiaribus, & Officiali-
bus S. Officij.*
45 *Inquiſitores cognoſcunt cauſas ſuorum familiarium
quoad abuſum armorum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia virgo manum.

QVæſitum fuit, an familiares Inquiſitorum, & eo-
rum Notarij, qui non aſſiſtunt eorum perſonæ,
ſed deputantur per loca, ſubſint foro Inquiſitorum tam
in criminalibus, quàm in ciuilibus, ſi delinquant extra
eorum

eorum officium, vel potius puniendi ſint ab Epiſcopis, ſi incedant in habitu clericali, & quid de aſſiſtentibus, ſi non ſint regulares.

Et ſanè videbatur dicendum eos eſſe exemptos ab 1 aliis, & ſolis Inquiſitoribus ſubiectos, quia ſic ſeruatur in Hiſpania, teſte Simanch. *de Cathol. inſt. tit.*41.*n.*19. Villadieg. *in ſua Polit.c.*5. §.20.*n.*147. Carleual. *tract. de for. compet. lib.*1.*tit.*1.*diſp.*2.*q.*6.*ſect.*6.*n.*508. doctiſſimè Caren. *de cauſ. S.Offic.p.*1. *tit.*14.§.5.*n.*17. Dian. *mor.par.*4. *tract.*8. *reſol.*55.

Et ad hoc conferunt tradita per Farinac. *de hæreſ. quæſt.*186. *num.*38. & Caſtr.Pallau. *mor. part.*1.*tract.*4. *diſput.*8.*punct.*12. §.2. *num.*9. dicentes, quod Inquiſi- 2 tores fauore fidei poſſunt cognoſcere de quibuſcumque cauſis criminalibus ſuorum familiarium, & officialium aduerſus hæreticam prauitatem, adeo vt non poſſint ab aliis Iudicibus inquiri, aut puniri, ſed tantum capi, & arreſtari, & poſteà ad Inquiſitores remit- 3 ti, excepto tamen crimine læſæ Maieſtatis, rebellionis, vel ſeditionis, publicæ proditionis, raptus, effractionis Eccleſiarum, Monaſteriorum & ſodomiæ, & qui deliquerint in eodem officio ſeculari, vel contra litteras ſecuritatis Principis, vel contrauenerint mandatis Regis, vel contempſerint, vel reſtiterint Regiis iudicibus, aliáve maiora, vel atrociora crimina commiſerint, & quoad cauſas ciuiles dicit Caſtr. Pallau. *dict. loco*, eos tantum gaudere fori priuilegio, qui ſunt à ſe- 4 cretis DD. Inquiſitorum.

Et ſanè id videtur eſſe rationabile, tum quia cùm familiares, & Notarij Inquiſitorum ſine ſtipendio inſer- 5 uiant, equum fuit eos hac fori prærogatiua decorari, teſte Caren. *dict.*§.5. *num.*18. tum quia ſicut Epiſcopi 6 cognoſcunt cauſas ſuorum familiarium, etiamſi delinquant extra ſuum officium, teſte Carleual. *dicto loco*, & ego dixi *controu.*20. *num.*35. ita dicendum eſt de familiaribus Inquiſitorum, quia Inquiſitores, & Epiſcopi 7 quoad priuilegia æquiparantur, nec minora Inquiſitoribus conceduntur, quàm Epiſcopis. Gratian. *diſcept. forenſ.*340. *num.*35. & *cap.*341. *num.*12. Royas *de heret. part.*2. *num.*409. & poſt Paramum *in tract. de origine S. Inquiſitionis*, dixit pulchrè Caren. *dict.* §.3 *num.*19.

Nihilominus ego requiſitus de mea ſententia à meo Epiſcopo dixi meo iudicio clericos, & Sacerdotes, qui in aliquo officio deſeruiunt Inquiſitoribus, ſi delinquant extra ſuum officium, non eſſe exemptos à iuriſdictione Epiſcopi, coram quo tam ciuiliter, quam criminaliter conueniri poterunt, niſi in contrarium adſit legitima conſuetudo, quia omni diligentia adhibita non potui adinuenire aliquem canonem, vel conſtitutionem Pontificiam, aut Concilium, quod tales eximat iuriſdictione Epiſcoporum, & ſubiiciat Inquiſitoribus, & ideò dicebam Reuerendiſſ. Dominum Epiſco- 8 pum Regienſem manutenendum eſſe in ſua quaſi poſſeſſione cognoſcendi, & decidendi omnes cauſas tam ciuiles, quàm criminales clericorum & Sacerdotum, & maximè illorum qui curam habent animarum, vel etiamſi habeant ſolam primam tonſuram intra fines ſuæ Diœceſis, etiamſi ſint Notarij, miniſtri, vel Officiales cuiuſcumque generis Sanctiſſimæ Inquiſitionis, 9 quando delinquunt extra ſuum officium, & vbi non tractatur de intereſſe negotiorum Sancti Officij, velut ſi committant adulteria, fornicationes, homicidia, furta, vel alia crimina, quæ non ſpectant ad S. Officium, etiamſi ſint familiares Inquiſitorum, vel eorum Officiales, & Vicarij foranei, quia poteſtas data Inquiſitoribus non derogat poteſtati, & iuriſdictioni Epiſcoporum, vt habetur *in Clem.*1. vbi DD. *de hæretic.* tum quia Ordinarius Regien. ab immemorabili ſemper exercuit talem iuriſdictionem in ſuos clericos etiam Officiales Sancti officij, nemine contradicente, vt apparet ex proceſſibus Curiæ Epiſcopalis, vnde non ſunt mutanda, quæ certam ſemper habuerunt interpretationem ad tuxtum *in l. minimè, ff. de legib.*

Vt autem hoc euidentiùs pateat, præmitto apud omnes pro indubitato haberi, quod Epiſcopus, & Ordinarius Eccleſiaſticus habet intentionem fundatam exercendi iuriſdictionem contra omnes Eccleſiaſticas perſonas, etiam in dignitate conſtitutas intra fines ſuæ Diœceſis, & cognoſcendi earum cauſas tam ciuiles, 10 quàm criminales, vel mixtas non ſolum de iure communi, *cap. omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.*7. ſed etiam vigore Concilij Tridentini *ſeſſ.*24.*cap.*20. *de reformat.* vbi tolluntur etiam priuilegia, exemptiones, & conſuetudines cõtrariæ, adeò vt Epiſcopus ex ſola iuris aſſiſtentia ab- 11 que onere aliquo probandi debeat manuteneri in hac quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdictionem in omnes clericos, & Sacerdotes, ad textum *in cap. venerabilibus*, 12 §. *quia verò, de except. cap. cum perſonæ, de priuileg. in* 6. Veral. *deciſ.*306.*num.*1.3. & *deciſ.*706.*part. prima*, & *deciſ.*201.*part. ſecunda.* Seraphin. *deciſ.*1278.*numero primo.* Rot. *diuerſ.*145. *num.*6.*part.*1. & *deciſ.*715.*numero primo*, *part.*4. Lud. Poſthius *in tract. de manutenend. obſeru.*10. *num.*17. 18. & latiùs *obſeru.*45. *n.*7.8.13.14. vbi infinitos congerit, & docet id procedere, etiamſi ex aduerſo allegetur exemptio, & tradit non eſſe ei inhibendum, donec diſputatur, & quovſque de exem- 13 ptione liquidò conſtet, adeò vt Epiſcopus non habeat neceſſe probare ſuam quaſi poſſeſſionem: hoc idem confirmat Rot. apud Tamburin. *de iur. Abbatum, parte* 3. *deciſ.*49. *numero ſecundo*, & *deciſ.*63. *numer.*3. & *num.*8. vbi tradit etiam ad euitandam manutentionem Ordinarij, non ſufficere exhibitionem priuilegij, niſi vlterius adſit quaſi poſſeſſio exemptionis. Vndè non 14 eſt dubium multo magis manutentionem competere exiſtenti in quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdictionem, vt per Lud. Portium *dict. obſeru.*10.*num.*9.

Ideo M. Reu. Dominus Peregrinus Cocchius Sacerdos, & beneficiatus in Eccleſia Sancti Martini de Ruberto, quamuis ſit Notarius & Vicarius eò loci Sancti Officij, pro ſuis delictis debet puniri à ſuo Epiſcopo, quia non conſtat in iure habere priuilegium fori S. Inquiſitionis in hac Lombardia, & quatenus 15 illud haberet, nihil ei ſuffragaretur, niſi probaret illud eſſe in viridi obſeruantia, & Inquiſitorem eſſe quoad ſuos familiares in hac quaſi poſſeſſione eos iudicandi, & puniendi. Rot. *dict. deciſ.*63. *numero* 8. & apud Farinac, *deciſ. recent.*491.*numero quarto, part.*1. & apud Poſthium *deciſ.*197. *numero* 4. & 5. Sed ſic eſt, quod neque clerici, neque Inquiſitores in hac Diœceſi fuerunt vnquam in hac quaſi poſſeſſione, vt cauſæ Officialium Sancti Officij cognoſcantur ab Inquiſitoribus, prout iſta negatiua poteſt facilè probari ex libris actuariis eorum, in quibus nunquam apparet, quod ipſi talem exercuerint iuriſdictionem in eorum miniſtros, niſi deliquerint in Officio, & affirmatiua benè probatur ex libris actuariis Cancellariæ Epiſcopalis, vbi conſtat Clericos, & Sacerdotes Officiales Sancti Officij delinquentes extra ſuum officium fuiſſe proceſſatos, & punitos ab ipſo Epiſcopo, vel eius Vicario ab immemorabili tempore, videntibus etiam Inquiſitoribus, & non contradicentibus, ſed potiùs eorum cauſas pro expeditione commendantibus, provt ego memini eueniſſe in cauſa M. Reu. Domini Ioan. Pratiſolij, D. Anton. Mariæ Fantini, Franc. Fangardini, Claudij Magiſtri, Ioan. Ferrarij, Peregrini Solonei, Franciſci de Guttis, & aliorum multorum, qui erant Notarij ſeu Vicarij foranei Sancti Officij, imò dictus Patriſolius erat illius Conſultor, & Procurator fiſcalis, & tamen eorum cauſæ tam ciuiles, quàm criminales fuerum cognitæ, & deciſæ in foro Epiſcopali, ergo danda eſt manutentio dicto Reuerendiſſimo D. Epiſcopo, quia nihil eſt innouandum in præiudicium eius poſſeſſionis, qui non tenetur ius ſuum dimittere, etiam



etiam per contradictionem aduerſarij. Lud. Poſthius *dict. tract. de manutent. obſeru.*8. *num.*56.

Nec de prædictis eſt vllo modo mirandum, etiamſi prædicti Officiales haberent tale priuilegium; tum quia illud amittitur non ſolùm per bonum vſum, ſed etiam, & multò magis per contrarium vſum, *cap. ſi de* 16 *terra*, & *cap. accedentibus, de priuileg*, Gloſſ. *in cap. gratum, verb. receſſum, de off. deleg.* Menoch. *lib.* 6. *præſ.*41. *num.* 3. Barboſ. *de off. Epiſcopi, p.*1. *alleg.*26. *num.*14. tum quia etiamſi Epiſcopus non haberet de iure iuriſdictionem in tales Officiales extra officium delinquentes, tamen ab immemorabili ſolito eum acquiſiuiſſet, quia conſuetudo, & ſolitum, etiamſi non ſit immemorabile, tribuit iuriſdictionem, ad textum *in cap.* 17 *cùm contingat, de for. compet.* Gratian. *diſcept.* 184.*n.*25. pulchrè Tuſch. *pract. concluſ. littera C. concl.*808.*num.*9. vbi docet, quod conſuetudo non ſolum dat iuriſdictionem, ſed etiam illam ampliat, & debet ſeruari, etiamſi 18 ſit contra ius; & ideò ad rem in terminis noſtris de officialibus, & miniſtris Sancti officij, an gaudeant priuilegio fori Inquiſitorum, Caren. *de cauſ. Sancti Offic. p.*1.*tit.*14.§.5.*num.*22. dixit extra Regna Hiſpaniarum de foro familiarium S. Officij non eſſe agendum, quia circa hoc vniuſcuiuſque ciuitatis, & prouinciæ erit obſeruanda conſuetudo.

Et benè hoc dictum fuit, quia optima eſt interpre- 19 tatio, quæ deſumitur ab obſeruantia. Seraphin. *deciſ.* 1410.*num.*16. Rot. *diuerſ. deciſ.*249.*num.*16.*p.*5. & præſertim quando eſt immemorabilis, quia tunc habet vim 20 iuſti tituli, & priuilegij, etiam in reſeruatis Principi, ad textum *in l. hoc iure*, §. *ductus aquæ, ff. de acqu. quotid. & æſtiu. c. ſuper quibus*, §. *prætereà, de verbor. ſignific.* Farinac. *deciſ. recent.*11.*numer.*2.4.*p.*2. & excludit omnem malæ fidei præſumptionem. Alexand. *conſil.*24.*num.*18. *lib.*5. Surd. *conſ.*525.*num.*9.*lib.*4. Ludouiſ. *deciſ.*467.*num.*14. 21 adeo, vt ex curſu tanti temporis præſumatur interueniſſe auctoritas, & conſenſus Summi Pontificis, ad textum *in l. cum de in rem verſo*, vbi not. DD. *ff. de vſur. l. cùm filius, de petit. hæred. cap. peruenit*, vbi DD. *de cenſib.* Afflict. *deciſ.*254. *num.*4. Couarr. *in cap. poſſeſſor*, 2. *part.* §.7. & 10. *num.*2. *verſ. firmat, de reg. iur. in* 6. Rot. *d. deciſ.*11. *numer.*3. nos autem non habemus neceſſe probare quidquam, cùm Inquiſitores non ſint hic in aliqua poſſeſſione exercendi tale priuilegium, ſed benè Epiſcopus fuit ſemper, & eſt in hac quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdictionem in clericos etiam Officiales Sancti Officij, & ideò ab hac conſuetudine, & obſeruantia non eſt recedendum, quia eſt optima, & fidelis legum interpres, *c. cùm dilectus, de conſuetud.* Seraph. *deciſ.*706. *n.*17. Farinac, *deciſ. recent.*480.*num.*6.*p.*2. Rot. *diuerſ. deciſ.*161.*num.*1.*p.*5. & cùm hæc conſuetudo de- 22 ſumatur ab obſeruantia, non requirit præſcriptionem. Seraph. *d. deciſ.*1410.*num.*17.

Hæc ſufficere videntur dicto Reuerendiſſimo D. Epiſcopo ad manutentionem obtinendam, nec obſtare ei aliqua priuilegia Officialium, & familiarium Inquiſitorum, quæ nunquam includunt hoc beneficium 23 fori, imo ſemper videntur eſſe reſtricta ad Officium ſuum, non etiam ſi delinquant extra illud, reſpectu ſaltem clericorum, & ſacerdotum in ordine ad ſuos Epiſcopos, quia de laicis non loquor, verè enim ſi extra officium ſuum delinquant, non ſuffragantur illis aliqua priuilegia, vt videtur ſanxiſſe Alexander IV. Pontifex Maximus in ſua Conſtitutione, quæ incipit: *Ad extirpandam*, §. *quod ſi dictis*, de qua apud Nicol. Eymeric. *in Direct. Inquiſit. in collect. litterarum Apoſtolicarum, fol.*4. *in fin. libri*, quam confirmat Clemens IV. vt apud eundem *dicto loco, fol.*62. §. *nunc ipſi*, vbi ſtatuitur, quod Officiales Sanct. Inquiſitionis non poſſint aliquo 24 tempore conueniri de iis, quæ fecerint, vel pertinent ad eorum officium, niſi tantum provt Epiſcopo, & Inquiſitori videbitur; & hoc idem expreſſum videtur *in Clement. nolentes, de hæretic.* in illis verbis; *Nec ſcienter attentent Eccleſiarum bona ob clericorum delictum prædicti occaſione Officij fiſco etiam Eccleſiæ applicare*; & melius Vrbanus IV. in ſua Conſtitutione dat. 2. non. Auguſti, anno primo eius Potificatus, hanc rem decidere viſus eſt, dum prohibuit, ne Officiales ſedis Apoſtolicæ poſſint Notarios Inquiſitorum excommunicare, vel interdicere, quandiu in proſecutione negotij S. Inquiſitionis fuerint: ex quibus verbis comprehenditur priuilegium Notarij Sancti Officij eſſe reſtrictum ad officium ipſius, ad finem, vt poſſit ſe ſubtrahere iuriſdictioni ſui Iudicis Eccleſiaſtici, & ideò non eſſe 25 extendendum, ſi delinquat extra Officium, ſiue aſſiſtant eis, ſiue non, quia in hoc nulla videtur eſſe differentia.

Vnde optima videtur poſſe fieri illatio ad priuilegium fori, quatenus extat, eſſe limitatum ad eorum officium, qui inſeruiunt Sanctę Inquiſitioni, & in concernentibus illud, & propterea ſi tales miniſtri, & familiares delinquunt extra illud, remanere debet ſub correctione, & poteſtate ſui Epiſcopi, quia incluſio vnius 26 eſt excluſio alterius, *leg. cùm Prætor, in princip. ff. de iudic. leg. maritus, de procur.* & quod non mutatur, ſtare non prohibetur, *leg. præcipimus, Cod. de appellat. cap. cùm expediat, de elect. in* 6. nulla enim lex, aut conſtitutio, nullusve canon priuat Epiſcopum ſua iuriſdictione in 27 Clericos, qui ſunt Officiales S. Officij, ſi extra ſuum officium delinquant, vel ciuiliter conueniendi ſint, & ab initio omnes Eccleſiaſtici, etiam Regulares, ſub 28 iuriſdictione fuerunt Epicopi, *cap. qui verè*, 16. *quæſt.*1. *cap. viduitatis*, 27. *quæſt.*1. *cap. Abbatis*, 18. *quæſt.*2. & alibi.

Non obſtant in contrarium adducta, & primò non eſt arguendum ab obſeruantia Hiſpaniæ, in cuius Regnis familiares Sancti Officij ſunt conueniendi coram Inquiſitoribus, quia hæc eſt conſuetudo localis, quæ fundata eſt in concordatis inter Pontificem, & Regem Hiſpaniarum, & diuerſimodè etiam in illis regionibus obſeruatur, vt videre eſt apud Caren. *de cauſ. S. Off. p.*1. 29 *tit.*14.§.5.*num.*17. & Dian. *mor. p.*4. *tract.*8. *reſol.*55. ideò talis conſuetudo localis, & concordata non poteſt trahi in exemplum quoad alia loca, vbi non vigent tales conſuetudines, & concordiæ. Feder. de Sen. *conſ.*81.*numer.*4.*verſ. tertium argumentum.*

Non obſtant ſecundo loco allegata per Farinac. *de hæreſ. quæſt.*186. *num.*38. & Pallau. *dict.*§.2.*num.*9. vbi docent, quod Inquiſitores fauore fidei poſſunt cognoſcere de quibuſcumque cauſis criminalibus ſuorum familiarium, exceptis tamen quibuſdam delictis grauibus, de quibus apud dictum Farinac. Nam primò reſpondetur hæc non tendere ad limitandam iuriſdictionem Epiſcoporum in ſuos clericos, & ſubditos, ſed procede- 30 re tantùm in miniſtris, & Officialibus Sancti Officij laicis, & ſecularibus, qui vtique eximuntur à iuriſdictione iudicum ſecularium, exceptis delictis grauibus, de quibus Farinac. dicto loco, provt ſic de laicis, vbi officiales delinquunt, loquitur dicta Conſtitutio Alexand. IV. & Clem. IV. & eodem modo de laicis loquuntur Simanch. *de Cath. inſtitut. tit.*41. *de miniſtr. & eorum offic. num.*19. *part.*2. *fol.* 172. Paramus *de orig. Inquiſit. lib.*3. *quæſt.*6. *numero* 27. ibi: *Per Iudices ſæculares*, & expreſsè intelligit Gratian. *diſcept. forenſ.* 340. 31 *num.*34. ibi: *Eximuntur à iuriſdictione iudicum ſecularium*, & Caſtr. Pallau. *d.*§. *ſecundo, num.*9. ibi: *Expediebat hæc à Iudice ſæculari*, & ſimiliter Dian. *moral. part.*4. *tract.*8. *reſol.*55. ibi: *Inquiſitio formata per Iudices ſeculares.* Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccl. lib.*1. *de priuileg. cler. cap.*39.*num.*25. ibi: *Quod eximuntur à iuriſdictione iudicum ſecularium.* Caren. *dict.*§.*numer.*17. *in fin.* ibi: *Ad iudices laicos*: hi enim omnes, & alij, qui de hac materia loquuntur, ſemper hanc fori prærogatiuam tribuunt laicis miniſtris Sancti Officij, qui indigebant exemptione

ptione à foro ſæculari, & ideo voluerunt fauore fidei eos eſſe ſubiectos non ſolùm Inquiſitoribus,ſed etiam Epiſcopis, qui pariter tractant cauſas Sancti Officij, & ſicut hoc fuit æquum, & conueniens in laicis familiaribus Inquiſitorum, quia niſi eximerentur à foro ſæculari,fortè retraherentur à benè exequendo eorum officio, ita eſſet abſurdum eximere clericos à iuriſdictione ſui Epiſcopi,quia iam ſunt de foro Eccleſiæ abſque alia
32 exemptione. Nam Epiſcopus quoque dicitur Inquiſitor Ordinarius, vt inquit in verbis Marc. Antonin. *var.reſol.lib.3.reſol.14. num.1.verſ. 3. in fin.* & Marcell. Vulp.*in prax.for.iudic. cap.*41 *num.*32. & ideò Epiſcopus, & Inquiſitor ſunt in cauſis fidei æquè Iudices, quo ſtante non erat opportunum, aut neceſſe clericos eximere à iuriſdictione Epiſcopi, & tradere ſub poteſtate Inquiſitoris, alioquin ſe inuicem deſtruerent, & tamen ſunt in officio fidei vnanimes, & coniuncti.

Cùm ergo priuilegia fori Officialibus Sancti Officij conceſſa loquantur ſolùm de laicis, & laicos ſolos eximant à iuriſdictione iudicum ſecularium, demptis quibuſdam criminibus grauibus, non ſunt trahenda etiam ad clericos foro Epiſcopi ſubiectos, quia priuilegium
33 non trahitur de perſona ad perſonam. Surd.*conſ.* 103. *num.*14.& *conſ.*127.*num.*66.67.Rot.*diuerſ.deciſ.*62. *numer.quarto*, & *deciſ.*424. *num.*11.12. *p.*5. Caſtr.Pallau. *Mor.p.*1. *tr.*3.*diſp.*4.*punct.*12.*n.*1.2. vbi hanc materiam latè tractat, & docet quod priuilegia tantùm valent,
34 quantùm ſonant; certum eſt enim quod mutatione perſonæ tollitur priuilegium, *l.Paulus*, vbi DD. *de acquir.hæred.* ideo exemptio, quia laici eximuntur à poteſtate ſeculari ob miniſterium Sancti Officij, ceſſat in clerico,qui eſt diuerſus,& non indiget tali exemptione, & longè diuerſa eſt vtriuſque ratio.

Deinde reſpondetur, quod tradita per Farinac. *dict. quæſt.*186. *num.*38. non procedunt in Italia, ſed ſolùm in Regnis Hiſpaniarum Regis vigore concordatorum;
35 dictum enim Doctoris debet intelligi iuxta leges, & doctrinas ab eo allegatas.Bartol. *in l.non ſolum, §.ſi liberationis, ff.de liber.leg.* Gratian. *diſcept.* 689. *num.* 28. *lib.*4.& ita debet intelligi Farinac. *dicto loco*, ſecundum doctrinam Io.à Royas *ſing.*101. Simanch. *de cathol. inſtit.d. tit.*41.*num.*19. Param. *d.q.*6. *n.*27. quos allegat, qui omnes loquuntur de concordia inita inter iudices ſeculares, & ſupremum Tribunal Inquiſitionis Hiſpaniæ, vt videre eſt apud Carenam *de cauſ. Sancti Offic.*
36 *part.*1.*titul.*14. §.5. *num.*17. & Dian. *dict. reſol.* 55. *per totam*, & propterea extra regna Hiſpaniarum non eſt tractandum de foro familiarium S. Officij ſecundùm prædicta, ſed vniuſcuiuſque loci obſeruanda eſt conſuetudo, vt inquit pulchrè doctiſſimus Caren. *dict.* §.5. *num.* 22. Vnde non vidi vnquam hos familiares in his partibus vllo modo iudicari ab Inquiſitoribus niſi quoad delationem armorum, vt etiam viſus eſt ſentire Caren.*dict.* §.5. *num.*18.

Non obſtat illa ratio de congruo, quia familiares Sancti Officij deſeruiunt illi gratis; ideò conueniens fuit eos decorari hac fori prærogatiua: nam id non probat quod familiares huiuſmodi habeant fori priuilegium, ſed quod in Regnis Hiſpaniæ fuit congrua ratio illud concedendi,& ſic laudatur motiuum ſic decorandi laicos, ſed Carenas *dicto* §. 5. *num.* 18. id non admittit generaliter in Italia; verùm tantùm docet poſſe proportionabiliter applicari reſpectu facultatis deferendi arma, quam ab Inquiſitoribus ſolent habere familiares: ergo extra negotium armorum non concludit hæc ratio.

Magis ſtringere videtur aliud motiuum, quod ſicut Epiſcopi cognoſcunt cauſas ſuorum familiarum, ita
37 debent facere Inquiſitores: ſed hoc eodem modo reſoluitur à Caren. *dict.* §.5.*num.* 20. *verſic. igitur*, dicente ex hac ratione fuiſſe in Hiſpania æquum iudicatum, quod idem priuilegium Inquiſitoribus concederetur in illis regionibus: ergo illud Inquiſitores non habent à iure communi, ſed ſpeciali illius prouinciæ, imò illa æquitas concludit ſolum quoad miniſtros laicos, vt eximantur à poteſtate ſeculari, non autem quoad clericos, qui iam ſunt de foro Eccleſiæ, & non indigent tali prærogatiua, ſiue in paruis, ſiue in magnis cauſis, vt dictum eſt.

Accedat ex abundanti, quod omnia priuilegia fauore fidei Inquiſitoribus conceſſa competunt etiam Epiſcopis, & Ordinariis locorum Eccleſiaſticis, niſi expreſsè aliquid eis denegetur; adeo, vt per delegationem factam Inquiſitoribus non derogetur, quin etiam Epiſcopus in Italia, & alibi ſecundùm ius commune 38
auctoritate ordinaria procedere valeat, vt probatur per Clementinam 1. *de hæretic.* & *extrau. ex eo, eod. titul.* Nicol. Eymeric. *in Direct. Inquiſit. part. ſecunda, capit.* 17. Peña *ad eundem p.*3. *comm.* 105. *verſic. num autem.* Gratian. *diſcept.* 340. *num.* 35. & *diſceptat.* 341. *numero vndecimo.* Ergo ſi Epiſcopus gaudet eodem priuilegio Inquiſitorum, poterit etiam corrigere, & coercere familiares,& officiales Sancti Officij,etiam laicos, 39
ſi deliquerint in officio; imò dicta Conſtitutio Alexand.IV. *in dicto §. quod ſi dictis*, dum eximit Officiales laicos à poteſtate ſeculari, ne conueniri poſſint de iis, quæ pertinent ad eorum officium, non ſubmittit eos ſolis Inquiſitoribus, ſed ſimul etiam Diœceſanis: ſi ergo Epiſcopus ſaltem coniunctim poteſt corrigere, & punire Officiales Sancti Officij laicos in his, quæ pertinent ad eorum officium, quantò magis poterit idem Epiſcopus ſuo marte corrigere,& punire ſuos clericos,& ſubditos familiares,ſeu Officiales Inquiſitorum in his, quæ non concernunt eorum officium,& quando extra illud delinquunt. *Authent. multò magis, C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

Præterea ſi laici familiares Sancti Officij non abſolutè eximuntur à poteſtate Iudicis ſecularis, etiam in Regnis Hiſpaniæ,quin poſſint ab eo puniri, ſi contra- 40
ueniant mandatis Principis, vel contemnant eius Iudices,vel delinquant in eorum officio ſeculari,& aliis, de quibus Farinac. Pallau.Simanch.*in dd.locis*, quantò magis dicendum erit, quod liceat Epiſcopo ſuos clericos,& Sacerdotes punire ſi ei non obediant,vel in eorum officio delinquant, aut ſcandaloſè viuant contra conſtitutiones,& præcepta dicti ſui Epiſcopi? *arg.l.qui teſtamento, in princ.de teſtam.*

Denique ſi aliter ſeruaretur, vtique magnum reſultaret abſurdum, quia Epiſcopus non poſſet ſuos clericos continere in officio: & cùm magna ſit multitudo Notariorum,familiarium, & Officialium Sancti Officij, & in vnoquoque loco plures adſint, & bene, ſi incumbant eorum officio; imò ferè omnes Archipreſbyteri, Præpoſiti, & Rectores Eccleſiarum fiant Vicarij, vel Notarij Sancti Officij, & magnus numerus etiam clericorum ſimplicium, qui hoc familiaritatis titulo vtuntur, vt armis, & aliis prærogatiuis potiri valeant, vtique ſi omnes exempti eſſent à iuriſdictione Epiſcopi, etiam quando delinquunt extra ſuum officium, Epiſcopus quaſi remaneret ſine ſubditis, vel contemneretur ab eis, nec poſſet eos continere in officio, & ſic regimen Eccleſiæ maximè perturbaretur, & neceſſe eſſet, vt Inquiſitores ſe implicarent negotiis ſecularibus clericorum, & cauſis clericorum laicorum criminalibus, & ciuilibus,& ſic minus aptè poſſent cauſis Sanctæ Fidei incumbere, & propterea videtur dicendum Pontifices noluiſſe hos familiares clericos delinquentes extra
Officium Sanctæ Inquiſitionis eſſe ita priuilegiatos, 41
ne poſſint à ſuo Epiſcopo puniri, ne ſequantur abſurda prædicta, *arg. leg. nam abſurdum, de bon. libert. l.diuortio*, vbi DD. *ff. ſol.matrim.l.fin.in princ. C.de vſur.* cum vulgaribus.





Hæc autem multò magis eſſent abſurda in his familiaribus, & Officialibus qui curam exercent animarum, quia ita ſubſunt Epiſcopo, vt nulla eis proſit exemptio,adeo vt etiam regulares,qui omnino à iuriſ-
42 dictione Ordinarij immunes ſunt, Barboſ. *de off. Epiſc. p.*3.*alleg.*105.*n.*3. tamen ſi exerceant curam animarum ſubſunt Epiſcopo, & quoad eam poſſunt ab eo viſitari,
43 corrigi,& puniri,vt ſanxit Greg.XV.*in Bulla de exemptis*, & dixit Barboſ. *d.alleg.*105.*n.*28. ergo multò magis clerici ſeculares poterunt à ſuo Epiſcopo puniri, ſi exercent curam animarum, etiamſi ſint Officiales S.Inquiſitionis: imò intellexi hos Curatos non poſſe ab Inquiſitoribus eligi in Officiales eorum,maximè in locis vbi adſunt Regulares.

Non loquor de delatione armorum, quia ſcio permiſſum fuiſſe miniſtris, familiaribus, conſultoribus,& Officialibus S.Officij, neceſſariis pro negotiis fidei, & eorum defenſione,& dummodo eis non abutantur,ar-
44 mis vti, quibus miniſtri Curiæ ſecularis vtuntur, *in Clem.* 2. *in fin.* vbi Barboſ. *n.* 9. 10. *de hæret.* Peña *ad Eymeric.d. comm.*105.*verſ. quibus autem*, Farin.*de hæreſ. q.*102.*num.*91. Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccl.d.c.*39.*n.*28. Caren. *d.*§.5.*n.*18. decet tamen vt cum modeſtia defe-
45 rant, valdè enim indecorum videtur armatum videre clericum, ſicut militem,niſi tanta eſſet fidei,& Inquiſitorum neceſſitas, vt id etiam expediret, & omni caſu ſpectat ad Inquiſitores cognoſcere de abuſu armorum, & prouidere, non autem de vulneribus illatis,vel aliis delictis, quæ ad eorum officium non pertinent.

Hæc autem dicta ſint ea, qua decet reuerentia, pro defenſione tantùm iuriſdictionis Epiſcoporum, ſalua deciſione, & determinatione S.R.Eccleſiæ, & S.Congregationis Romanæ in vniuerſo orbe præeminentis ad cauſas S.Officij, cuius iudicio me ſubmitto, in ea enim adſunt viri prouidi, & valdè ſapientes,qui mundum illuſtrare poſſunt, & ad eos ſpectat huiuſmodi controuerſias dirimere: ego autem minimus omnium ſic iuri conuenire putaui,& ſtatim mutabo ſententiam, ſi aliter fuerit declaratum per prædictos Eminentiſſimos, & Sapientiſſimos Patres.

---

# CAPVT CXXI.

## Epitome.

Ius retractus, tam iure congrui, quàm in cenſibus, an poſſit alteri cedi, & quomodo?

## SVMMARIVM.

1 *Venditor quod poſſit rem venditam pro ſe tantùm redimere, valet pactum.*
2 *Cenſus dominus in venditione rei aliis eſt præferendus.*
3 *Cenſus dominus poteſt bona vendita retrahere.*
4 *Ceſſionarius repræſentat perſonam cedentis.*
5 *Pactum redimendi rem venditam tranſit ad hæredes, & poteſt cedi.*
6 *Pactum retrouendendi an poſſit cedi, & ius retractus proximitatis.*
7 *Actio omnis cedi poteſt.*
8 *Cedi poſſunt omnia iura.*
9 *Ceſſionarius poteſt omnia, quæ cedenti licebant.*
10 *Emptoris hæres tenetur ſeruare pactum de retrouendendo.*
11 *Retrouendere qui tenetur, ad fructus etiam obligatur, ſi eſt in mora.*
12 *Moroſus quando dicatur retrouendere debens.*
13 *Conuentio informis non obligat.*
14 *Contractus factus contra formam ſtatuti eſt nullus.*
15 *Contractus ſine ſolemnitatibus ſtatuti præſumitur damnoſus.*
16 *Nullum quod eſt, nullum præſtat impedimentum.*
17 *Nullitas contractus minoris attenditur, quatenus minor velit.*
18 *Minoris hæres poteſt allegare nullitatem contractus.*
19 *Voluntas hominis declaratur magis factis, quàm verbis.*
20 *Conceſſo vno omnia conceduntur, per quæ deuenitur ad illud.*
21 *Contrahentes tenentur ſeruare ſolemnitates loci contractus, non originis.*
22 *Mulier extra locum ſtatuti poteſt ſe liberè obligare.*
23 *Statuendi poteſtas inter ſubditos nō arctatur territorio.*
24 *Mulier quando cenſeatur fraudare ſtatutum, dum contrahit extra locum ſtatuti.*
25 *Nemo plus iuris alteri dare poteſt, quàm ipſe habeat.*
26 *Iuramentum validat contractus nullos.*
27 *Clauſula*, Pro iurato, *quid efficiat.*
28 *Iuramentum non obligat ſuper contractu, qui præſumitur à ſtatuto doloſus.*
29 *Iuramētum non poteſt probari per inſtrumentū nullum.*
30 *Enuntiatiua in inſtrumento non probat in præiudicium tertij.*
31 *Ceſſio eſt inutilis, ſi non conſtat de iure cedentis.*
32 *Retractus competens domino cenſus æquiparatur retractui iure vicinitatis, vel conſanguinitatis.*
33 *Cenſus dominus quî poſſit retrahere rem venditam.*
34 *Retractus ius ex vicinitate, vel conſanguinitate an poſſit cedi.*
35 *Vicinus, vel conſanguineus non poteſt cedere ius retractus extraneo.*
36 *Ius retrahendi eſt perſonale, & non poteſt cedi.*
37 *Cedi poteſt ius congrui vnà cum re ipſa.*
38 *Cenſus Dominus non poteſt cedere ius retractus, niſi cum cenſu ipſo.*
39 *Cenſus Dominus non debet cogi habere cenſuarium, quem nollet.*
40 *Prælationis ius, quod habet dominus cenſus, procedit ſi velit rem pro ſe.*
41 *Prælationis ius an ſit ceſſibile.*
42 *Emphyteutæ vltimi proximiores quando dominus inueſtire teneatur.*
43 *Proximiores finita emphyteuſi inueſtiri debent.*
44 *Retractus ius habens, poteſt retrahere pro ſeipſo tantùm, non pro alio.*
45 *Retrahere an quis velit pro alio quomodo cognoſcatur.*
46 *Pauper non præſumitur pro ſe velle retrahere.*
47 *Mandanti, non exequenti actus tribuitur.*
48 *Soluens de pecuniis alienis pro alio non poteſt reportare ceſſionem ad ſui commodum.*
49 *Emptor ſoluens alicui de pretio rei cenſetur ſoluere de pecuniis creditoris.*
50 *Cenſus tribuit ius retractus, & quis.*
51 *Cenſus non impedit liberam rei alienationem.*
52 *Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, facilè concedendum.*
53 *Cenſus dominus poteſt cogi ad habendum quemcumque ſucceſſorem.*
54 *Lex exorbitans non extenditur.*
55 *Ius congrui quomodo tranſeat in alium.*
56 *Retrahens an teneatur iurare rem pro ſe velle.*
57 *Retrahendi ius habens, poteſt renuntiare tali iuri.*
58 *Retractus renunciatio quomodo inducatur.*
59 *Tacens, & ſciens quando conſentire videatur.*
60 *Scientia quando inducat ratificationem.*
61 *Retrahendi ius renuntiare videtur, qui fructus perceptos recipit in cenſu.*
62 *Mulier nupta extra territorium non dicitur ſubdita.*
63 *Ceſſionarius repellitur exceptione, quæ repellit cedentem.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1628. ſub die 18. Maij DD. Victoria, &
Cornelia de Boccalinis Scandian. vnà cum D. Ca-
tharina earum matre tam nomine proprio, quam D.
Franc. earum fratris, vendiderunt D. Hyppolito Spa-
lanzano nomine R. D. Nicolai eius patrui, cuius etiam
fuit hæres, vnam petiam terræ bubulcarum octo pro
duc. 72. cùm dimidio pro qualibet bubulca cum pacto
retrouendendi in termino ſex, annorum & eadem die
dictus D. Franciſcus ſolemniter venditionem ratifica-
uit, & eadem etiam die (ſine tamen ſolemnitatibus)
dictæ venditrices promiſerunt dicto Spalanzano in
caſu retrouenditionis eum præferre cuicunque alteri,
adeò vt pro ſe ſolum poſſint redimere, ſed nihilomi-
nus ſub die 7. Nouembris 1640. ceſſerunt & vendide-
runt dictum pactum retrouendendi D. Iulio Mattaco-
dæ ponentes eum in locum ſuum pro pretio duc. 30.
vnde dictus Spalanzanus volens ſe magis cautum red-
dere procurauit à D. Anaſtaſia Terzana ceſſionem iu-
rium ſuorum, & retractus propter cenſum annuum,
quem habebat ſuper prædictis terris longè prius, &
propterea lite coram me introducta per dictum D. Iu-
lium pro redemptione dictarum litterarum quærеba-
tur, quid eſſet de iure iudicandum.

Et ſanè prima facie videbatur dicendum dictum
D. Spalanzanum fore cæteris præferendum vigore
dicti pacti, quoniam venditor tenetur ſeruare pactum,
1 vt poſſit tantum pro ſe rem venditam redimere, & non
alij id ius cedere, vt per textum in l. videamus, §. iurare,
& in l. in actionibus, §. 1. de in lit. iurand. & Cagn. in l. 2.
col. 8. verſ. limita niſi pactum, C. de pact. inter empt. &
vend. dixit Tiraq. de retract. conuent. §. 26. gloſſ. 3. n. 43.

Imò cùm certum ſit Dominum cenſus in venditio-
ne rei cenſuatæ eſſe præferendum cuicunque alteri, vt
2 expreſsè cauetur in Conſtitutione Pij V. in verſ. vbi
autem vendenda ſit, de cenſ. & firmat Cenc. tract. de cenſ.
p. 2. cap. 2. quæſt. 1. art. 3. num. 1. & in addit. ad eundem
art. & Rot. poſt eum deciſ. 157. & deciſ. 158. & propterea
ſicut ipſe poteſt bona cenſui ſuppoſita, & ſine denun-
3 ciatione vendita ab emptore retrahere, & quatenus ea
poſſideat, ſibi ipſi retinere, Seraph. deciſ. 1474. num. 2.
Cenc. d. tract. p. 2. cap. 2 q. 1. art. 4. n. 1. 2. & Rot. poſt eum
deciſ. 158. n. 1. & deciſ. 308. n. 1. ſic poterit ſibi retinere
4 dictus Spalanzanus iura ceſſa ab eo habens, quia ce-
dentis perſonam repræſentat. Tob. Non. conſ. 84. in
princ. Surd. conſ. 322. num. 3. & conſ. 424. num. 22. adeò
vt ſuccedat in omne ius, & priuilegium cedentis. Rim.
Iun. conſil. 291. num. 40. lib. 3. Surd. conſ. 22. num. 16. &
conſ. 82. n. 13. Cenc. de cenſib. part. 2. cap. 2. quæſt. 2. art. 1.
num. 45. qui loquitur in terminis cenſus.

His tamen non obſtantibus cenſui dictum D. Iulium
eſſe præferendum, tenerique dictum Spalanzanum ei
retrouendere dictam terram, ſicut tenebatur illam re-
trocedere dictis venditoribus, qui rectè potuerunt ce-
dere, & vendere dictum ius, & pactum redimendi
dicto D. Iulio, & cuicunque alteri, cum in re ſua qui-
libet ſit moderator, & arbiter, & ſicut pactum iſtud
5 tranſit ad hæredes, ſic cedi poteſt cuicunque, vt per
Caſtr. conſ. 1. n. 2. lib. 2. Alex. conſ. 228. n. 2. & conſ. 132.
num. 1. lib. 6. Crau. conſ. 191. n. 2. latè Tiraq. de retract.
conuent. §. 26. gl. 3. n. 1. & ſeqq. & n. 42. verſ. tamen con-
trarium. In quibus locis multos allegat, & dicit in hoc
6 differre ius retrahendi ex conuentione à retractu ra-
tione proximitatis: ſic etiam poſſe cedi tale pactum re-
trouendendi, docuerunt Dec. conſ. 164. in fin. Rol.
conſ. 28. num. 15. 26. 34. lib. 2. Grat. conſ. 157. n. 14. lib. 2.
Anch. Regienſ. qq. fam. lib. 1. q. 13. n. 8. Mantic. de tac. &
amb. conuent. lib. 4. tit. 32. n. 13. Farin. deciſ. poſth. 547. n. 2.
p. 2. Gratian. diſc. 978. n. 4.

Nec eſt mirum, quia omnis actio regulariter cedi
poteſt, & in alium transferri etiam in ſpe, l. 1. de hær. 7
vel act. vend. l. ſpem, C. de donat. l. nec emptio, ff. de contrah.
empt. l. pactum, in fin. ff. de pact. Bart. in l. fin. ff. de adm.
tut. Ruin. conſ. 98. n. 15. lib. 1. latè Tiraq. de retract.
conuent. §. 26. gloſſ. 3. num. 2. 4. & multis ſeqq. vbi am-
pliat multis modis facultatem cedendi, & ideò cùm 8
dictus D. Iulius ſuccedat in locum venditoris, poterit
rem venditam cum dicto pacto redimere, quia poteſt
omnia, quæ cedenti licebant, ad textum in l. emptor,
C. de hær. vel act. vend. l. fin. C. de priuil. fiſc. cap. deniq. 7.
q. 1. Non. d. conſil. 84. in princ. Bero. conſ. 107. n. 18. lib. 1. 9
Rim. Iun. d. conſ. 291. num. 40. Surd. d. conſ. 22. num. 16.
& conſ. 82. n. 13. & conſ. 532. n. 6. 7. & in terminis Cenc.
de cenſ. d. quæſt. 2. art. 1. n. 4. 5. & Farin. d. deciſ. poſth. 547.
n. 2. p. 2.

Modò his ſtantibus dictus Spalanzanus negare non
poteſt faciendam eſſe retrouenditionem, ſiue conſide-
retur vti principalis, ſiue vti hæres primus emptoris,
quia etiam hæres ementis tenetur ſeruare pactum de 10
retrouendendo, ad textum in l. 2. ibi: Hæres emptoris,
& ibi expreſsè Petr. à Bel. Pert. C. de pact. inter empt.
& vendit. Caſtr. conſil. 306. col. fin. lib. 2. Bertr. conſil. 15.
ad fin. lib. 2. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 7. n. 27. 28.
Mantic. de tac. & amb. conuent. lib. 4. tit. 32. n. 34. adeò,
vt etiam ad fructus teneatur reſtituendos, quia eſt in 11
mora retrouendendi, poſtquam fuit interpellatus, &
noluit retrouendere, nec pretium recipere, ad textum
in d. l. 2. vbi DD. Abb. in cap. ad noſtram, num. 8. de empt.
& vend. Natt. conſil. 513. num. 3. Mantic. d. tit. 32.
num. 100. Rot. apud Farin. deciſ. poſth. 733. num. 2. p. 1.
vbi etiam dicit, quod retrouendere debens ſatis dicitur
fuiſſe in mora, & id apparet eo ipſo, quod ſibi fue- 12
runt oblatæ pecuniæ, & illo non acceptante fuerunt
depoſitatæ, quia depoſitum legitimè factum habet
omnes effectus, quos habet ſolutio, l. creditor, vbi
Bart. num. 2. C. de pign. gloſſ. in l. ſi debitor offerat, verb.
debitor, ff. de ſolut. Crauet. conſil. 705. num. 8. verſ. ſic
tamen, lib. 4.

Non obſtant in contrarium adducta, nam illa
conuentio, quod emptor aliis præferendus ſit caſu, 13
quo venditores nolint pro ſe reemere, vtique poneret
falcem ad radices, ſi eſſet valida. Verum quia fuit in-
formis, & in ea deſiderantur ſolemnitates Statuti Re-
gij, lib. 2. cap. 69. & proclamatis Scandiani ſub die 15.
Aug. 1609. in quibus præſcribitur forma ſeruanda in
contractibus minorum, & mulierum, vt ſine inter-
uentu proximiorum, & decreto iudicis contrahere,
vel ſe obligare non poſſint, & quoad minorem re-
quiratur etiam curatoris auctoritas, quorum neu-
trum hic adfuit, ideo conuentio eſt nulla, vt in dictis
ſtatutis decernitur. Certum eſt enim quod contractus 14
quicunque geſtus contra formam ſtatuti eſt ipſo iure
nullus, l. cùm hi, §. ſi prætor, ff. de tranſact. l. non du-
bium, C. de legib. cap. cùm dilecta, ante fin. vbi gloſſ. in
verb. irritum, de reſcrip. cap. venerabili, vbi gloſſ. in verb.
caſſauimus, & Abb. num. 1. & num. 5. de off. deleg. Bald.
in l. ordo, num. 7. C. de execut. rei iud. & in conſ. 198.
num. 1. lib. 5. Felin. in cap. 2. num. 7. in fin. de teſtib. Dec.
conſ. 532. num. 3. vbi de communi, Pariſ. conſ. 98. num. 76.
lib. 1. Honded. conſ. 5. num. 28. lib. 2. Oſaſch. deciſ. 165.
num. 16. Surd. deciſ. 144. n. 17. & deciſ. 268. num. 8. Rot.
diuerſ. deciſ. 72. num. 10. p. 2. Pic. ad ſtat. Vrb. c. 151. gl. 11.
num. 2. 4. 7. vbi quod contractus mulieris, vel minoris
factus ſine ſolemnitate ſtatuti non ſolùm eſt nullus,
ſed etiam præſumitur damnoſus, & ſic etiam apud eum 15
Rot. deciſ. 73. num. 2. quod procedit etiamſi in ſtatuto
non adſit decretum irritans, quia adhuc contractus
eſt nullus. Honded. d. conſ. 5. num. 29. Bertaz. clauſ. 7.
gloſſ. 6. num. 1. Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 329. n. 399.
part. 1. quo ſtante potuerunt iterum facultatem re-
troemendi concedere, & vendere dicto D. Iulio, ſer-
uatis ſtatuti ſolemnitatibus, & ſuam conditionem
facere



facere meliorem non obſtante dicta conuentione nul-
16 la, & inualida, quia quod nullum eſt, nullum etiam
præſtat impedimentum, d. l. non dubium, C. de legib. l. in-
bemus, §. prædia, C. de Sacroſ. Eccl. cap. quæ contra, de reg.
iur. in 6. cap. in nomine Domini, in fin. de teſtib.

Non obſtat, quòd dictæ mulieres, & minor in hoc
iudicio nihil dicunt contra dictam conuentionem, &
ideo ſit obſeruanda, etiamſi ſit nulla, quia nullitas
17 contractus ob non ſeruatas ſolemnitates eatenus atten-
ditur, quatenus ipſi velint, & petant. Dec. conſil. 323.
n. 1. Gabriel conſil. 20. n. 66. & ſeqq. lib. 1. Oſaſch. deciſ.
94. n. 23. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 56. n. 80. in fin.
Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 2. n. 384. Put. deciſ. 2. lib. 1.
Rot. diuerſ. deciſ. 385. n. 4. p. 1. recent. & Rot. apud Pic. ad
ſtat. Vrb. deciſ. 60. n. 7. Fenzon. ad ſtatut. Vrb. lib. 2. c. 151.
18 n. 51. 52. vbi quod talis nullitas poteſt allegari etiam
ab hærede minoris, non autem à tertiis perſonis. Nam
reſpondetur, quod dictus minor, & eius ſorores ſatis
dicuntur voluiſſe dicere de nullitate dictæ conuentio-
nis, ex quo contra eius tenorem ceſſerunt francandi,
ſeu redimendi facultatem, quam habebant, dicto D. Iu-
lio, ſpreto dicto D. Spalanzano, qui ſe præferendum
credebat; etenim voluntas hominis magis declaratur
19 factis, quàm verbis, l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de oper.
nou. nunt. l. ſi tamen, §. ei qui, ff. de ædil. edict. l. quibus, de
legib. cap. dilecti, de appell. cap. gratum, de off. deleg. ſi enim
voluerunt dictum D. Iulium habere terram prædictam,
ſequitur, quod noluerint eum permanere apud dictum
D. Spalanzanum, quia qui vult conſequens, vult etiam
20 neceſſarium antecedens, & conceſſo vno omnia viden-
tur conceſſa, per quæ deuenitur ad illud, l. 2. vbi gloſſ.
& DD. ff. de iuriſd. om. iud. & §. licet, in fin. Inſt. ex qui-
bus cauſ. manum. lic. Lud. Sacc. conſ. 145. n. 16. lib. 2.

Non obſtat, quod talis venditio ſaltem valida ſit
reſpectu dictarum mulierum, quæ erant maiores
21 25. annis, & fecerunt talem conuentionem extra di-
ſtrictum Scandiani, & ſic non tenebuntur ſeruare ſo-
lemnitates ſtatuti originis, vel domicilij, ſed loci con-
tractus, vt per Bart. l. 1. C. de ſacroſ. Eccl. Gabriel
conſ. 13. n. 13. lib. 1. Bertaz. d. clauſ. 7. gloſſ. 19. ſub n. 17.
verſ. contrarium, Gratian. diſc. 124. n. 15. & propterea
22 dictæ mulieres ſecundùm ius commune potuerunt li-
berè contrahere, & ſe obligare. Bero. conſ. 176. n. 45.
lib. 1. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 328. n. 218. & ad
rem Pic. de ſtat. Vrb. cap. 151. gloſſ. 2. n. 51.

Nam primò reſpondetur dictas mulieres non po-
tuiſſe contrahere etiam extra diſtrictum Scandiani
abſque ſolemnitatibus ſtatuti eiuſdem loci, quia ſic
expreſsè diſponitur in dicto proclamate, verſ. Dichia-
rando ancora, quod validum eſt, quia poſſunt ſtatuen-
tes ligare ſuos ſubditos nominatim ad ſic contrahen-
dum etiam extra territorium ſuum, & maximè circa
res in territorio exiſtentes, quia poteſtas ſtatuendi in-
23 ter ſubditos non arctatur territorio, per textum in l.
fin. ff. de decret. ab ord. fact. l. ſi quis in hoc, C. de Epiſcop.
& Cler. Bald. in l. fin. ſub num. 2. verſ. ſed contra, de
iuriſd. om. iud. Alex. conſ. 128. num. 2. ad fin. lib. 1.
Ruin. conſ. 39. num. 16. in fin. lib. 1. Gabriel de ſtatut.
concl. 8. num. 4. Surd. conſ. 535. num. 18. Gratian. diſc. 253.
num. 16.

Accedat, quod id factum fuiſſe videtur in fraudem
ſtatuti, cùm enim dictæ mulieres eadem die, qua ven-
ditionem fecerunt ſolemniter in territorio Scandiani,
egreſſæ fuerint territorium, & fecerint dictam con-
uentionem de præferendo dictum Spalanzanum, &
24 ſtatim hoc facto reuerſæ fuerint, vtique id totum vide-
tur fraudulenter eſſe factum, & ſubiacet eidem nulli-
tati ſtatuti. Aret. conſil. 54. col. 2. verſ. ex quo, & conſil. 73.
col. 4. verſic. fatendum, Caccialup. in l. 1. col. 51. verſic.
quando verò, C. de ſumm. Trinit. Pariſ. conſil. 99. col. fin.
verſ. prætereà, & verſ. quæ etiam, lib. 1. latè Lam-
berteng. de contract. mulier. gloſſ. 2. verb. mulierem,
num. 53. 54. vbi alios allegat. Pic. ad ſtat. Vrb. d. cap. 151.
gloſſ. 2. num. 55. 56. 57.

Deinde reſpectu mulierum prædictarum dictus Spa-
lanzanus non poteſt ſe defendere, quia in contractu
ipſæ videntur interueniſſe ad cautelam pro ſuo iure, &
intereſſe, non quia ſint dominæ dictæ terræ, ſtante
quod illa eſt hæreditaria eorum patris, in cuius hære-
ditate ſucceſſit tantùm dictus D. Franciſcus, excluſis
fæminis vigore ſtatuti Scandiani, lib. 2. cap. 29. &
propterea ipſæ de per ſe non potuerunt concedere
hanc facultatem dicto Spalanzano in terris, quarum 25
dominium non habebant; ſiquidem nemo plus alteri
dare poteſt, quàm ipſe habeat, l. nemo plus iuris, vbi
Dec. & Cagn. de reg. iur. l. traditio, ff. de acquir. rer.
domin.

Non obſtat, quod ſtante clauſula, Pro iurato, poſſit
dici dictam conuentionem factam ſine ſolemnitatibus 26
fieri validam vigore iuramenti, ex Auth. ſacramenta
puberum, C. ſi aduerſ. vend. Alex. conſ. 29. n. 14. lib. 7.
Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 328. num. 423. p. 1. Honded.
conſ. 42. num. 22. lib. 1. Gratian. cap. 27. num. 30.

Nam reſpondetur clauſulam, Pro iurato, non ef-
ficere, vt quis contraueniendo efficiatur periurus, ideo 27
non operatur validitatem actus, cui ſtare non cogitur
contrahens ob eius nullitatem; niſi timore periurij,
ſed demus iuramentum interueniſſe, adhuc contractus
remanet nullus non ſeruata forma ſtatuti, quod diſpo-
nit in dicto verſ. dichiarando, & præſumit mulieres, &
minores contrahentes ſine dicta ſolemnitate inductos
fuiſſe per fraudem, & dolum ad ſic contrahendum, 28
& ad iurandum, ita vt contrarium probari non poſſit:
vnde cùm contractus præſumatur doloſus, & iura-
mentum dolo extortum, non eſt obligatorium, &
adhuc tanquam nullum, & inualidum ſperni poteſt.
Bart. in l. omnes populi, num. 25. de iuſt. & iur. Caſtr.
in d. Auth. ſacramenta puberum, num. 11. verſ. ſed ſi
quæritur, C. ſi aduerſ. vend. Curt. Iun. conſ. 118. num. 16.
& ſeqq. vbi de communi. Rol. conſ. 99. num. 10. lib. 3.
Honded. d. conſ. 5. num. 40. lib. 2. latè Gabr. conſ. 13.
num. 6. & ſeqq. lib. 1. Mandoſ. ad Rom. conſ. 12. in pri-
ma edit. verſ. & iſta, vbi de magis communi. Bertaz.
conſ. crim. 229. num. 5. & ſeqq. vbi loquitur de ſtatuto
Regij. Gratian. diſc. for. 27. num. 27. de magis communi
Franc. Viu. inter communes opin. 791. num. 2. latè Pic.
ad ſtat. Vrb. cap. 151. gloſſ. 23. num. 5. 6. 7. vbi latè id pro-
bat Rota apud eum deciſ. 1. num. 20. Seraph. de priuileg.
iuram. priuileg. 61. num. 11. & num. 18. Fenzon. ad ſtat.
Vrb. cap. 108. num. 75. & Rot. apud eum ad cap. 151.
deciſ. 15. num. 1. fol. 384. etenim hoc caſu tollitur 29
etiam fides inſtrumento, vt per illud iuramentum
probari non poſſit. Bart. in d. l. omnes populi, num. 25.
Barz. deciſ. Bonon. 99. num. 15. Mohed. deciſ. 16. de
præſcript. & Puteus deciſ. 116. lib. 1. Pic. d. gloſſ. 23. n. 6.
& Rot. apud eum deciſ. 59. num. 2. & ſic ſublata fide
inſtrumento, non apparet de aliquo iuramento, &
dolus, qui præſumitur in contractu abſque ſolemnita-
tibus facit corruere per indirectum etiam vires iura-
menti, quæ ſunt intelligenda iuxta ea, quæ alibi ſcrip-
ſimus in hac materia, vt non procedant, quando ſta-
tutum ſolùm præſumit dolum in iuramento, non au-
tem in contractu, & quando concurrunt requiſita, de
quibus Sperell. deciſ. for. can. 47. num. 4. verſ. hæc tamen
ſententia.

Non obſtat vltimò ceſſio iuris retractus per dominũ
cenſus ad finem, vt dictus Spalanzanus poſſit rem ven-
ditam retinere vigore Bullæ Pij V. nam primò reſpon-
detur, non ſatis conſtare, cenſum prædictum fuiſſe fun-
datum ſuper terris prædictis, quia enuntiatiua inter di-
ctum D. Spalanzanum, & D. Anaſtaſiam facta in inſtru-
mento non probat in præiudicium tertij, per textum 30
in Auth. ſi quis in aliquo, C. de edend. Rim. Iun. conſil.
257. n. 76. Geneua de verb. enunt. lib. 2. q. 1. n. 1. & n. 7.

Maſc. de probat.concl.924. n.1. & n.5. & ideò cùm non conſtet de iure cedentis, ceſſio redditur inutilis. Bart. in l.ſi ſic, §.fin. de leg.1. Alex. in l. locus, n.3. de acquir. poſſeſ. Crau. conſ.627. ſub n.1.

Sed eſto, quod ſatis conſtaret dictam D. Anaſtaſiam
31 fuiſſe dominam dicti cenſus, & habuiſſe iura anteriora, adhuc dicendum eſt non potuiſſe cedere ius ſuum retrahendi cuiquam, quia pro ſe tantùm retrahere poterat, non pro extraneo; quod vt liquidè appareat, præmittendum eſt veriſſimum eſſe, quod ius retractus, quod competit domino cenſus in caſu alienationis rei cenſitæ, æquiparatur omnino iuri retractus compe-
32 tenti in certis locis vigore conſanguinitatis, vel viciniratis, & regulis iiſdem regulatur, vt pulchrè dixit Cenc. de cenſib. p.2. cap.2. quæſt.1. art.4. n.21. ex Rota apud eum deciſ.159. n.3.4. & repetit idem Cenc. in addition. ad eundem tract. de cenſ. d. art. 4. n.55. verſ. quam difficultatem, & n.83. verſ. ego verò, vbi dicit, quod
33 iſte retractus, qui conceditur ex beneficio conſtitutionis Pij V. ſuper cenſibus, regulatur ſecundùm illum, qui datur ratione vicinitatis, vel ſanguinis. & proindè ſi ſciamus, quid in hac difficultate conſtituendum ſit in retractu iure vicinitatis, vel ſanguinis, ſciemus etiam, quid ſentiendum ſit in hoc contractu cenſuario.

In hoc puncto verè non eſt concors DD. ſententia, quia non defuerunt qui crediderint ius retractus
34 ex vicinitate, vel conſanguinitate competens cedi poſſe etiam extraneo, vt dixit Petr. in l. ad officium, per illum textum in fin. C. commun. diuid. Henr. Boic. in cap. ſanè, in fin. de priuileg. Alber. ſibi contrarius in prima part. ſtatut. quæſt. 62. verſ. item quæro, Rol. conſil. 28. n. 30. lib. 2. Turr. conſil. 87. n. 10. Marzar. conſ.111. n.114. Carpan. ad ſtat. Mediol. cap.417. n.364. part. 1.

Veruntamen vera, & communis DD. ſententia docet, ius retractus competens ex vicinitate, vel conſanguinitate non poſſe cedi extraneo, qui non ſit vicinus, vel conſanguineus, & in hoc differt à retractu conuentionali, qui liberè cedi poteſt, quia venditor illum ſibi conuentione parauit, ſecus eſt in retractu vicinitatis,
35 vel conſanguinitatis à lege, vel ſtatuto proueniens, id enim cùm ſit perſonale, tenent omnes cedi non poſſe extraneo, vt voluerunt Cyn. Bald. Alber. Ang. Salyc. & Caſtr. in d. l. ad officium, C. communi diuid. Bart. in l.4. §. cùm igitur, q.1. C. de in diem addict. Alber. de ſtatut. q.89. verſ. ſed an proximior, Afflict. de iur. prothomiſ. §.1. n.43. Ruin. conſ.47. n.2. lib.4. Pariſ. conſ.82. n.26. lib.3. Dec. conſ.222. col.2. verſ. ſed his latis, Tiraq. de retract. lign. §.26. gloſſ.1. n.1.2. vbi dicit, quod hoc iure prælationis
36 licet vti, quando quis vult emere pro ſe, ſecus ſi pro alio, quia perſonale priuilegium non egreditur perſonam.

Sicut igitur ius congrui ratione vicinitatis, vel conſanguinitatis non poteſt cedi alteri, qui non ſit vicinus, vel conſanguineus, niſi tamen quando ratione vi-
37 cinitatis cedit vicinus ius retractus vnà cum re ipſa, quia tunc ceſſio valet, & admittitur cum omnibus iuribus apud vicinum exiſtentibus, Bald. in tract. prothomiſ. col.2. verſ. quæro nunquid, & col. 6. verſ. his ſic præmiſſis. Afflict. eod. tract. §.1. n.43. Alber. in l. qui ſolidum, §. prædia, de leg.2. Caſtr. conſ.450. in ſecundo dub. lib.2. Pariſ. conſ.82. num.26. lib.3. Tiraq. de retract. lign. §.26. gloſſ.1. num.39. latè Cyriac. contr.254. n.14. vbi alios allegat. Sic Dominus cenſus non poteſt cedere ius retractus,
38 quod habet vigore Bullæ Pianæ, niſi cedat ſimul, aut vendat cenſum ipſum, ex Giurb. deciſ. Sicil. 84. n. 8. verſ.1. in onerosis, quia æquiparantur retractus ex iure vicinitatis, vel proximitatis proueniens, & retractus ex cenſu originem ducens, vt vidimus, & æquiparatorum eadem eſt natura, & diſpoſitio, per textum in l.1. vbi DD. communiter de leg.1.

Nihilominus in terminis huius quæſtionis cenſus aliter cenſuit Cyriac. d. contr.254. per totam, & maximè ſub n.19. vbi allegat in puncto Gutierrez. pract. qq. lib.2. cap.167. verſ. præterea, & adducit rationes, quia non intereſt cenſiti magis vendere Titio, quàm Sempronio, & quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt, facilè eſt concedendum, & conſiderat abſurdum proueniens, ſi ali- 39
ter diceremus hoc ius retractus cedi non poſſe ſine re ipſa, quia dominus cenſus cogeretur habere debitorem, quem nollet.

Sed in hac parte meliùs cenſuit Lud. Cenc. tractat. de cenſib. part.2. cap.2. quæſt.1. in Addition. ad art.3. n.4.5. vbi dicit, quod ius prælationis prædictæ quæ conceditur domino cenſus, dum venditur res cenſui ob- 40
noxia, habet locum, dummodo ipſe velit rem ipſam pro ſe retinere, ſecus eſt ſi velit præferri, & rem retrahere ad effectum, vt illam poſtea amico ſuo concedat: & ſanè mens Pontificis in dicta Bulla videtur fuiſſe, vt emptor cenſus, qui non poteſt, vel non vult vti commodo dictæ prælationis in venditoris incommodum, & quandoque ad æmulationem, valeat illud ius cedere extraneo, ponendo eum in locum ſuum, quia qualitas, & ratio, propter quam prælatio conceditur, non conuenit indiſtinctè cuilibet, ſed tantùm domino cenſus, ideo alteri cedi non poteſt, niſi fiat ſimul ceſſio ipſius cenſus.

Et hoc etiam alio ſimili confirmari poteſt, quia certum eſt in iure, directum dominum emphyteuſis tam Eccleſiæ quam priuatæ habere ius prælationis, ſi Emphyteuta velit rem vendere, & caſu quo illa deuoluat ad dominum ob finitam lineam, poſſe eam ſibi retinere: quod ſi velit ius prælationis alteri cedere, vel ob finitam lineam extraneum inueſtire, id facere non poteſt, quia prælatione debet vti ad ſui commodum, non alteri cedere, & proximiores vltimi defuncti inueſtire iiſdem pactis, & conuentionibus, quas ab alio inuenire poteſt, & ſic infertur hoc ius prælationis non eſſe ceſſibile ſine re ipſa: ſic Guid. 41
Pap. quæſt.411. qui dicit vidiſſe ſemper ita iudicatum in Curia Parlamenti Delphinatus: ſic etiam Oſach. deciſ. Ped.156. n.2. Franch. deciſ. 226. n. 2. Amad. de Pont. qq. laudem.13. n. 6. Tiraq. d. gloſſ.1. n.43. vbi licèt n.44. referat alios aliter ſentientes, tamen colligitur, quod perſiſtit in negatiua, dum n.45. & ſeqq. confirmando ſuam ſententiam, quod ius retractus, & prælationis cedi non poſſit, multa alia ſimilia adducit. Sic etiam Bart. in l.4. §. cùm igitur, q.1. C. de in diem addict. Cyn. Petr. Alber. Caſtr. Salyc. & alij in l. officium, in fin. C. communi diuid. Tuſch. littera C, concluſ.212. n.28.29. & concl.209. n.4. Cancer. var. reſol. lib.1. cap.11. de emph. n.48. latè Giurb. deciſ. Sicil.51. n.6.8. vbi quod ita iudicauit Conſiſtorium S. hoc ius prælationis cedi non poſſe.

Sic etiam dominus directus finita emphyteuſi tenetur proximiores vltimi defuncti inueſtire iis pactis, & conditionibus, quas ab alio inuenire poteſt, ſi rem pro ſe nolit retinere. Abb. in cap. bonæ, el 2. n.21. verſ. in gl. fin. 42
vbi Corſet. in verb. renocationem, in 3. lim. de Poſtul. præl. Aret. in l. ſi mihi, & Titio, col.5. verſ. hoc autem, de verb. oblig. Rip. in l.1. n.9.10. de priuil. cred. Curt. Sen conſ.48. n.9. verſ. & idem Calcan. conſ.8. n.45. Iaſ conſ.24. col. pen. verſ. ſed non crederem, lib.3. Pulchrè Gozad. conſ.86. n.24. qui ſic cõciliat opiniones. & conſ.39. n.22. & 24. verſ.3. latè Ruin. conſ.152. n.3. vſque ad fin lib.1. Mil. in repert. verb. Emphyteuſi finita, ſub num.13. vſque ad fin. Veral. deciſ.403. part.1. Mantic. deciſ.10. n. 6.7. Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 17. n. 23. & ſeq. Honded. conſ. 51. n. 42. lib.1. & de magis communi teſtatur Clar. in §. emphyteuſis, q.44. in fin. latè ſic docet Mareſcot. var. reſol. lib.1. reſol.3. n. 9. 10. 41. vbi docet Rotam Romanam hanc 43
ſententiam vti veriorem, & æquiorem ſemper amplexatam fuiſſe: ſic etiam Gratian. diſc. for. 742. num. 60. & diſc. 885. n.1. vſque ad n.12. Cenc. de cenſ. in addit. ad dictum art.3. n.5. & in fin. vbi dicit ita fuiſſe ſæpius obſeruatum, & non recedendum à tali obſeruantia, ex quibus apparet non benè ſentire Cyriac. d. contr.254. n.13. dum voluit directum dominum poſſe cedere ius prælationis, quia loquitur contra veram, & communem DD. ſententiam, & eius dictum non poteſt ſuſtineri, niſi in caſu, quando res ipſa ceditur ſimul cum iure prælationis, vt erat caſus ipſius in d. contr.254. num. 14.

Sic igitur habens ius retractus ſine iure vicinitatis, ſiue conſanguinitatis, vel cenſus, aut alio iure, vel ſtatuto, poteſt tantùm retrahere pro ſe, & ad ſui com-
44 modum, non autem admittitur ad retrahendum pro alio, vel in alterius beneficium, vt communiter tradiderunt DD. in l. ad officium, vbi Alber. n.13. C. communi diuid. idem Alber. in 1. part. ſtat. q.89. Guid. Pap. ſing.639. Iaſ. in l.1. §. vſufructuarius, ſub n.5. verſ. item circa, ff. de nou. oper. nunt. Marſil. ſing.54. in fin. Afflict. de iur. proth. §.4. n.1.2. Vrſill. deciſ.238. n.6. Præt. conſ.96. n.9. Carroc. de locat. part.3. grad.2. ad l. nemo cui, quæſt.1. n.34. C. de locat. latè Surd. conſ.295. n.21.22.23. Coſt. de rat. port. quæſt.100. n.3. Carp. ad ſtat. Mediol. cap.442. n.14. part.1. Giurb. deciſ. Sicil.51. n.5. & per totam, vbi etiam docet, quomodo, & quibus coniecturis probetur aliquem velle ad alterius commodum retrahere, inter quas potiſſima eſt illa; ſi
45 retrahens ſit pauper, & ad ſoluendas pecunias pro retractu neceſſarias, per ſe ſit inhabilis, prout eſt caſus
46 noſter, quia dicta D. Anaſtaſia eſt valde pauper, & pro ſe non poteſt, nec ei expedit dictam terram retrahere: & hoc idem videtur confirmare Giurb. deciſ. 84. num.15. vbi tradit ius congrui ratione vicinitatis non poſſe cedi, aut donari per ſe, niſi cum re ipſa fuerit ceſſum.

Neque dicatur hunc eſſe caſum noſtrum, cùm dicta D. Anaſtaſia tranſtulerit dictum cenſum in dictum Spalanzanum, quia ipſe nihil fecit proprio marte, ſed de mandato, & de pecuniis venditorum, qui partem pretij terrarum dimiſerunt in manibus dicti Spalanzani emptoris cum pacto, vt cum eis extingueret cenſum prædictum, ideo ex hoc ipſe commodum con-
47 ſequi non poteſt, quia actus mandanti, non autem exequenti tribuitur, l. item eorum, §. ſi decurione, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. Crau. conſil. 144. num. 3. Surd. conſil. 29. n.3.4. & conſil.255. n.22. & conſ.377. n.26. Gratian. diſc.553. n.2. & ego dixi contr. 38. n.33. ideò perinde eſt, ac ſi negotium fuiſſet geſtum cum ipſis venditoribus. Gratian. diſc.424. n.16. & propterea ius prælationis debet concedi illi, quem ipſi venditores nominauerunt, non dicto Spalanzano, qui ſoluens, & cenſum extinguens de pecuniis dictorum vendito-
48 rum, non potuit ad ſui commodum ceſſionem reportare, iuxta Gloſſ. in l. Ariſto, ff. quæ res pignor. oblig. poſſ. Bart. in l. Modeſtinus, n.4. ff. de ſolut. Mantic. de tac. &
49 amb. conuent. lib.11. tit.29. n.10. Gratian. diſc. for.963.19. Farin. deciſ.63. n.4. & per totam, part.2. vbi quod emptor ſoluens de pretio rei emptæ creditoribus venditoris, cenſetur ſoluere de pecuniis illius, non autem propriis, & quod tali caſu nulla cenſio interuenire poteſt.

Modò non obſtant adducta per Cyriac. d. contr.254. n.19. tum quia pro eo non deſeruit auctoritas Gutierrez pract. qq. lib.2. cap.267. verſ. præterea, cùm eò loci nihil dicat de iure cedendi ius retractus, ſed tantum intendit probare, vt emptor cenſus vigore huius facul-
50 tatis poſſit retrahere rem, vel fundum, ſuper quo conſtitutus eſt cenſus à tertio, cui res fuit vendita, & tradita irrequiſito eo, quia cenſu cum hypotheca, quæ ex conſtitutione cenſus contrahitur, impeditur dominij tranſlatio; & ſic non facit ad rem: tum quia rationes per eum allegatæ non conuincunt. Primò enim quòd non interſit cenſiti, an magis vendat Titio quàm Sempronio, non ſubſiſtit, quia valde eius intereſſe poteſt propter multa pacta, quæ in venditionibus apponuntur poſt contractum obſeruanda, & quia plerumque habetur fides de aliqua parte pretij, & ſic vt contractus faciliùs obſeruetur, intereſt venditoris, ſi amico, vel confidenti, aut diuiti, & viro pacifico, & non potenti vendat, ex quibus, & aliis reſpectibus poteſt multùm intereſſe, cui vendat, & maximè ſua intereſt, vt rem liberè vendere poſſit, ſi dominus eam pro ſe nolit: cenſus enim impoſitio non tollit libe- 51
ram rei alienandæ facultatem. Aret. conſil. 14. num. 5. Dec. conſil.164. ſub num.3. verſic. vlt. non obſtat. Ruin. conſil.42. n.8. lib.1. Honded. conſil.81. n.5. lib.2. Cyriac. contr. for.145. n.62.63.

Non obſtat ſecundò regula illa, Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, facilè concedendum eſt: l. 2. 52
§. item Varus, in fin. ff. de aqu. plu. arcend. l. ſcripta, C. de precibus Imper. offer. quia hoc non eſt præceptum, ſed conſilium; cùm enim vnuſquiſque in re ſua ſit moderator, & arbiter, l. in re mandata, C. mand. poteſt etiam alicui denegare, quod ſibi non nocet, & illi prodeſt. Verumtamen multis rationibus, & reſpectibus poteſt hoc eſſe damnoſum venditori, & etiam emptori, à quo retrahendum eſt, quibus maximè interſit, ne fiat retractus, de quo fortè certi ſunt, quia dominus cenſus non eſt potens ad ſoluendum pecunias pro retractu, vel non ei expedit rem illam habere; quo caſu ſi ius retractus alteri cedere poſſet, fortè venditori, vel emptori magnum incommodum afferret.

Non obſtat tertiò quod modò dominus cenſus cogeretur habere debitorem, quem fortè nollet: quia reſpondetur hoc non eſſe habendum in conſideratione in contractu cenſus, neque Bulla ſuper hoc fecit 53
aliquam prouiſionem; nam ſi cenſuarius, qui ad cenſum ſoluendum tenetur, faciat ſibi hæredem extraneum, vel rem, ſuper qua fundatus eſt cenſus, ſine fraude alicui donet, vtique ſine vllo remedio dominus cenſus cogetur habere debitorem, quicunque ille ſit, etiamſi illum nollet, quia habet ius prælationis, & retractus tantum in caſu, quando res venditur, vt legitur in Bulla, lex enim exorbitans, vt iſta retractus, 54
non trahitur de caſu ad caſum, l.3. §. hæc verba, de neg. geſt. Surd. deciſ.213. ſub n.4. Cenc. de cenſ. part.2. cap.1. quæſt.3. art.5. n.2.3. ideò ſatis eſt domino cenſus, quod ſaluum ſit ius illius, & quod nihil ſibi fuerit præiudicatum: vnde concludendum eſt, tradita per Cyriac. d. contr.254. procedere tantùm in caſu, quando dominus cenſus cederet alicui cenſum ipſum vnà cum iure retrahendi, imò re ſimpliciter alienata tranſit in emptorem ius prothomiſeos abſque ſpeciali ceſſione, ſi credi- 55
mus Bald. de iur. prothom. n.6. Afflict. eod. tract. §. 6. n. 15. & n. 19. Caball. conſil. 36. n. 11. & conſil. 127. n. 4. Tuſch. littera I, concl. 533. n. 31. Giurb. deciſ. Sicil. 84. n.15. verſ. imò re ſimpliciter, vbi poſtea dicit, quod ſi res vendatur cum iuribus, & pertinentiis eius, abſque dubio ius congrui ſub illa generalitate continebitur.

Oportet igitur dominum cenſus pro ſe rem retrahere, & auocare, ſi vult ius prælationis, quo caſu ceſſante fraude poterit rem eandem alteri vendere poſt aliquod tempus, nec tenebitur iurare ſe velle eam pro ſe 56
retinere, vt vtrumque dixit Amad. de Pont. tract. de laudem. quæſt.13. ſub n. 6. 7. & Cyriac. d. contr. 254. n. 25. & quamuis alteri hoc ius ceſſiſſet, non erit ei impedimento ad retrahendum pro ſe, quia ceſſio eſt inualida. Caſtr. conſ.335. n. 1. lib.1. Giurb. deciſ. 63. n. 4. Cyriac. d. contr. 254. n. 23.

Accedat, quod dicta D. Anaſtaſia cenſus prædicti domina videtur tacitè renuntiaſſe iuri retrahendi dictas terras, vigore dicti cenſus recipiendo poſt venditionem per plures annos fructus tam maturatos ante venditionem, quàm poſt illam, & videtur tacitè ratificaſſe

57 ficaſſe eam, ſiquidem dominus cenſus poteſt huic fa-
cultati non ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè renuntia-
re, per *l. ſi quis in conſcribendo*, vbi gl. & DD. *C. de pact.*
Decian. *conſ.* 39. *n.* 42. *lib.* 2. Peregr. *deciſ.* 12. *n.* 4. & in
puncto Cenc. *de cenſ. d. p.* 2. *c.* 2. *q.* 1. *in addition. ad art.* 2.
*n.* 21. & *n.* 22. & quamuis talis renuntiatio fortè non
inducatur recipiendo fructus decurſos ante venditio-
nem, vt defendit Cenc. *d. q.* 1. *in addit. ad art.* 4. *n.* 21. 26.
30. tamen recipiendo etiam fructus poſt venditionem
58 maturatos faciliùs præſumitur iuri ſuo renuntiaſſe, &
venditionem ratificaſſe, *l. Paulus, ff. rem rat. hab.* Alex.
*conſ.* 117. *lib.* 5. Dec. *conſ.* 232. *n.* 5. Rot. *diuerſ. deciſ.* 328.
*n.* 6. *p.* 4. vbi loquitur in materia cenſus, quod ſatis ra-
tionabile eſt, quoniam licèt ſciens, & tacens non videa-
59 tur conſentire in actu continente aliquid ſibi onero-
ſum, *l. procurator, ff. rem rat. haber. l. qui vas, §. vetare, ff. de*
60 *furt.* tamen quando ad ſimplicem ſcientiam additur
aliquis actus poſitiuus, vt hic recipiendo fructus poſt
venditionem maturatos, tunc qui actum non impro-
bat, intelligitur approbare, & tacendo ſibi præiudicat,
*l. ſi filius, ad Macedon. Clem.* 1. *de procur.* Bart. *in l. quo
enim, §.* 1. *ff. rem rat. hab.* & *in l. cum tabernam, §.* 1. *in fin.*
per illum textum, *ff. de pign.* & *in l. Lucius, de conſtitut.
pecc.* Bald. *in l. ſi abſentis, col.* 2. *C. ſi cert. pet.* & *in l. fin. C.
ad Macedon, cum vulg.* ergo ſi ratificauit contractum,
& iuri ſuo tacitè renuntiauit, in vanum poſtea illud
ceſſit dicto Spalanzano, quia nemo dat, quod non ha-
bet, *l. nemo plus, de reg. iur. cum vulg.*

Verùm in caſu noſtro dicta D. Anaſtaſia ſibi præiu-
dicauit in hoc iure retrahendi recipiendo etiam fructus
maturatos ante venditionem, quia emptor eos ſoluit
tanquam partem pretij rei venditæ, ſiquidem tempore
venditionis pro fructibus decurſis illa erat creditrix de
ducatonis vigintiſeptem, quos de parte pretij vendito-
res reliquerunt in manibus emptoris, vt illos ſolue-
ret dictæ Dominæ Anaſtaſiæ cenſus prædicti dominæ,
vt legitur in inſtrumento venditionis, ideo tali caſu
dominus cenſus recipiendo fructus decurſos tanquam
61 ſibi debitos ex ipſa venditione, cenſetur ratificaſſe ven-
ditionem, & renuntiaſſe iuri eam reſoluendi per re-
tractum, ad textum *in l. de lege, §. fin.* & *l. poſt diem, ff. de
leg. commiſſ. l. commiſſoriæ, C. de pact. inter empt. & vend.
l.* 2. *de dot. promiſſ.* Aret. *conſil.* 140. *n.* 11. *verſ. ſed quæritur.*
Crau. *conſil.* 106. *n.* 2. *lib.* 1. latè Mantic. *de tac. & amb.
conuent. lib.* 4. *tit.* 29. *n.* 18. 19. Gratian. *diſc.* 301. *n.* 59.
Maſcard. *de probat. concl.* 1256. *n.* 37. & in puncto Lud.
Cenc. *d. tract. de cenſib. p.* 2. *c.* 2. *q.* 1. *in Addition. ad art.* 4.
62 *n.* 48. vbi ſic probat, quod recipiens fructus decurſos
ante venditionem rei cenſitæ ab emptore, qui os ſolue-
re debuit ad computum pretij, venditionem ratificaſſe
præſumitur: ergo ſumus in claris, quod dicta domina
cenſus non potuit poſteà cedere hoc ius retractus dicto
D. Spalanzano.

Accedebat ex abundanti, quod dicta D. Anaſtaſia
nupta extra territorium Scandiani non poterat am-
plius dici ſubiecta ſtatutis, & oneribus loci, quia ſe-
quitur viri domicilium, vt per Dec. *conſ.* 661. *n.* 6. Ceph.
*conſ.* 13. *n.* 14. & *conſ.* 246. *n.* 14. 17. Laderch. *conſ.* 52. *n.* 3.
4. 5. & *conſ.* 74. *n.* 6. 15. Mazzol. *conſ.* 86. *n.* 13. 14. Honded.
*conſ.* 6. *n.* 16. *lib.* 2. ideò tanquam forenſis non poterat
acquirere bona ſtabilia in territorio Scandiani, reſi-
ſtente illi ſtatuto loci, *lib.* 5. *tit.* 9. & propterea cùm eſ-
ſet incapax acquiſitionis dictarum terrarum, non po-
tuit cedere dicto Spalanzano ius eas acquirendi quod
63 ipſa non habebat, quia exceptio hæc repellit etiam
ceſſionarium, *l. exceptiones, de except.* Surd. *conſ.* 333.
*n.* 16. Gratian. *diſc.* 906. *n.* 9. & *diſc.* 955. *n.* 21. Verùm
quia hæc quæſtio de muliere nupta extra territorium
recipit multas controuerſias, non inſiſto multùm in
hoc puncto, cùm ex aliis ſatis appareat excludendum
eſſe dictum Spalanzanum, eumque teneri retrouen-
dere dictam terram dicto Domino Iulio; & ita cenſui.

## CAPVT CXXII.

### Epitome.

Contractus mulieris non ſeruata forma ſtatuti an validetur iuramento, & quid poſſit ſtatutum circa iuramentum?

### SVMMARIVM.

1 *Statutum Mutinæ in contractibus mulierum requirit interuentum duorum proximiorum.*
2 *Forma ſtatuti non ſeruata contractus eſt nullus.*
3 *Contractus nullus nullum poteſt producere effectum.*
4 *Inſtrumentum facit rem certam, & manifeſtam.*
5 *Donatio ſi appareat ex inſtrumento, præſumptio contraria remouetur.*
6 *Inſtrumentum præſumitur verum, & ſolemne.*
7 *Nullitatem inſtrumenti allegans debet plenè probare.*
8 *Inſtrumentum quando ſanet plures defectus.*
9 *Periurium incurrit agens, antequam abſoluatur à iuramento, & repellitur ab agendo.*
10 *Periurij exceptio eſt dilatoria, & quando.*
11 *Periurij exceptio vſque ad ſententiam opponi poteſt.*
12 *Iuramenti de non contraueniendo qui ſint effectus.*
13 *Iuramenti relaxatio quando petenda.*
14 *Iuramentum metu, & dolo extortum an ſit obligatorium.*
15 *Iuramento contraueniens ſit periurus, antequam habilitetur.*
16 *Mulier quando non ligetur iuramento propter ſtatutum.*
17 *Iuramenti vires non poteſt tollere ſtatutum.*
18 *Iurans tenetur ſeruare contractum etiam inualidum.*
19 *Clauſula irritans non tollit vires iuramenti.*
29 *Statutum de contractibus mulierum an reſpiciat vtilitatem publicam.*
21 *Statutum non poteſt impedire iuramenti obſeruantiam.*
22 *Iuramentum non eſt obligatorium, quando præſumitur dolo extortum.*
23 *Iurans nulliter, tamen contraueniens ſit periurus.*
24 *Statutum non poteſt diſponere de iuramento etiam indirectè.*
25 *Iuramenti obſeruantia eſt de iure diuino.*
26 *Statutum præſumens iuramentum vi, vel dolo extortum, non tollit vires iuramenti.*
27 *Iuramentum dolo præſumptum adhuc obligat ante abſolutionem.*
28 *Statutum præſumens iuramentum dolo extortum, vt valeat quid requiratur.*
29 *Statutum poteſt præſumere dolum ſuper contractu, non ſuper iuramento.*
30 *Cauſa ſtatuti annullantis iuramentum debet probari.*
31 *Iuramentum non poteſt per ſtatutum tolli expreſsè.*
32 *Statutum poteſt tollere fidem inſtrumento.*
33 *Minoris iuramentum an teneat, ſi à ſtatuto præſumatur doloſum.*
34 *Statutum confirmatum à Papa poteſt tollere iuramentum.*
35 *Iuramentum non ligat, ſi non ſolùm iuramentum, ſed etiam contractus præſumatur doloſus.*
36 *Iuramentum doloſum poteſt ſperni, & quomodo intelligatur.*
37 *Præſumptio cadit ſuper caſu dubio.*

38 *Iuramen-*



38 *Iuramentum contra bonos mores ciuiles eſt obligatorium.*
39 *Iuramentum contra bonos mores naturales non obligat.*
40 *Iuramento contraueniente denegatur audientia, ſi agat antequam abſoluatur.*
41 *Periurus non poteſt amplius habilitari.*
42 *Abſolutio à periurio ad effectum agendi eſt reſeruata Papæ.*
43 *Iuramento contraueniens an poſſit abſolui, & quomodo.*
44 *Iurans ſeruare contractum poteſt conueniri coram Epiſcopo pro obſeruantia.*
45 *Iuramenti pro obſeruantia non poteſt impediri recurſus ad Epiſcopum.*
46 *Iuramentum addit forum foro.*
47 *Iudex Eccleſiaſticus eſt ſolus competens, ſi controuertatur de iuribus iuramenti.*
48 *Iuramenti habilitatio an requirat partis citationem.*
49 *Abſolutio iuramenti ad effectum agendi quomodo danda.*
50 *Iuramento abſolutus adhuc tenetur illud ſeruare, & quando.*
51 *Iuramentum ſemper eſt ſeruandum, quoties poteſt ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Mutinenſi in qua quærebatur, an mulier te-
neretur ratam habere donationem eius nepti factam
pro augmento dotis tempore nuptiarum de ſcutis mil-
le, dubium oriebatur ex ſtatuto Mutin. *lib.* 2. *rubr.* 110.
1 quod præſcribit ſolemnitates obſeruandas in contracti-
bus mulierum, vbi requirit præcipuum interuentum
duorum proximiorum, aliter contractus ſit nullus non
2 ſeruata ſtatuti forma. Bald. *conſ.* 198. *n.* 1. *lib.* 5. Felin. *in
cap.* 2. *n.* 7. *in fin. de teſtibus*, Rot. *in vna Romana nullitat.
contract.* 28. *Iun.* 1619. *coram Burato*, vt apud Dominic.
Pic. *de contract. ſine ſolemn. deciſ.* 73. *n.* 2. Fenzon. *ad Stat.
Vrb. cap.* 151. *n.* 13. provt hic factum eſt, vbi adhibiti
fuerunt pro attinentibus proximioribus, qui non erant
tales: ergo iſte contractus tanquam inualidus nullum
3 poteſt producere effectum, ex *l. non dubium, C. de legib.
l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re iud.* Fenzon. *ad Stat. Vrb.
cap.* 98. *n.* 50. & *cap.* 147. *n.* 15.

Nihilominus pronuntiandum videtur pro validita-
te donationis ex cauſa dotis, quia inſtrumentum ex fa-
cie ſua habet ſpeciem validitatis cum contineat iudicis
decretum, & conſenſum proximiorum, qui haberi po-
tuerunt, & ſic ordinatrix habet intentionem funda-
4 tam ex inſtrumento, quod facit rem certam, & mani-
feſtam, ad textum *in l. cùm precibus, C. de probat.* Ceph.
*conſ.* 80. *num.* 20. Pacian. *conſ.* 103. *n.* 2. 4. Gratian. *diſc.
for.* 269. *num.* 37. Farin. *deciſ. recent.* 620. *num.* 1. *in fin. p.* 1.
Ludou. *deciſ.* 459. *n.* 2. Caual. *deciſ.* 206. *n.* 2. & *deciſ.* 287.
5 *n.* 3. & in terminis de muliere donante in inſtrumento
inquit Card. Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.* 13. *tit.* 17.
*n.* 5. vbi quod ſi de donatione facta à muliere conſtet
per inſtrumentum, omnis contraria præſumptio re-
mouetur, & ei ſtandum eſt, donec liquidiſſimè probe-
tur eius nullitas, vt per Gratian. *diſc.* 255. *n.* 2. Cyriac.
*contr.* 181. *num.* 22. *p.* 1. vbi docent etiam quod inſtru-
6 mentum præſumitur verum, & ſolemne in forma, &
cauſa, & maximè ſi in eo interueniat iudicis decretum,
quia præſumitur pro eius iuſtitia, & rectitudine. Bald.
*in l. iuris gētium, §. quod ferè, in* 3. *not. ff. de pact.* & *in l. cum
hi, §. ſi Prætor, verſ. item ſi plus, de tranſact.* Menoch. *lib.* 2.
*præſ.* 75. *n.* 48. Cyriac. *contr.* 182. *n.* 7. *p.* 1. & ſi verſamur
in dubio, adhuc pronuntiandum eſt pro validitate
actus, ad textum *in l. quoties, la* 2. *ff. de rebus dub. l. ſi
quando, in princ. de leg.* 1. Rim. Iun. *conſ.* 561. *n.* 3. Cyriac.
7 *d. contr.* 181. *n.* 26. & *contr.* 182. *n.* 49. adeò vt allegans
nullitatem, debeat eam plenè, & concludenter proba-
re. Cyriac. *d. contr.* 181. *num.* 22. *p.* 1. Creſcent. *deciſ.* 2.
*num.* 1. *de præſ.* Farin. *deciſ. recent.* 611. *num.* 4. *part.* 1.

Et tantò magis dicta mulier tenetur obſeruare
dictam donationem, quia in dicto inſtrumento pro-
miſit donatrici cum mutuis ſtipulationibus, & iurauit
omnia, & ſingula in eo contenta fuiſſe, & eſſe vera; &
ea perpetuò obſeruare, & non contrafacere etiam ſub
poena periurij, vnde licet iuramentum ſoleat vnum 8
tantum defectum ſupplere, tamen in forma ſic ampla
præſtitum, ſanat omnes defectus, vt per Lamberteng.
*de contract. mulier. verb. finis, n.* 36. Seraph. *deciſ.* 1184.
*n.* 15. *in fin.* Gratian. *diſc.* 27. *n.* 28. Ludouiſ. *deciſ.* 291.
*num.* 7. & *num.* 11. Mareſcot. *lib.* 2. *reſol.* 27. *num.* 15.
Andreol. *contr.* 6. *num.* 40. Vnde non contraueniendo
dicta mulier efficitur periura, & incurrit poenas per-
iurij.

Et propterea dicta mulier donans, etiamſi nulla
fuiſſet donatio, tamen debebat ante cœptum iudicium
petere relaxationem, & abſolutionem à iuramento,
alioquin agens, vel excipiens incurrit periurium, de- 9
neganda eſt ei audientia, omni actione, & exceptio-
ne priuatur, & à limine iudicij eſt repellenda, *l. ſi
quis maior*, vbi gloſſ. & DD. *C. de tranſact. cap. paruuli*,
vbi Gloſſ. 22. *q.* 5. Specul. *de actor. §.* 1. *n.* 16. Alex. *conſ.* 17.
*n.* 8. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 26. *n.* 95. *lib.* 3. Anchar. *fam lib.* 3.
*q.* 49. *n.* 1. Pacian. *conſ.* 134. *n.* 2. Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſſ.* 23.
*num.* 17. vbi allegat multas Rotæ deciſiones. Coccin.
*deciſ.* 268. *n.* 2. Farin. *deciſ.* 701. *p.* 1. *recent.* & *deciſ.* 5. *n.* 1.
*p.* 2. *recent.* idem Farin. *deciſ. poſth.* 46. *n.* 1. & *deciſ.* 54.
*n.* 2. 3. *p.* 2. Ludouiſ. *deciſ.* 64. *num.* 1. 2. 10. 11. Caualer.
*deciſ.* 144. *n.* 1.

Nam licèt exceptio periurij ſit dilatoria, tamen eſt
etiam peremptoria, & poteſt contra dictam mulierem 10
in quacunque parte iudicij opponi vſque ad ſententiam
& ex tunc impediet proceſſum ad vlteriora, ex doctrina 11
Innoc. *in cap. conſtitutus, de reſcript.* & Gemin. *in cap.* 1.
*col.* 4. *de lit. conteſt.* notat Bart. *in l. eleganter. §. ſi quis po-
teſt, n.* 6. *ff. de condict. indebiti.* Ant. Corn. *in tract. de abſol.
à iuramento, p.* 2. *q.* 23. *n.* 4. 7. Pic. *ad Statut. Vrb. d. gl.* 23.
*n.* 52. Coccin. *deciſ.* 268. *n.* 5. pulchrè Farin. *deciſ. poſth.*
54. *n.* 2. *p.* 2. vbi Rota docet hanc periurij exceptionem
vſque ad diffinitiuam ſententiam opponi poſſe.

Hoc autem multò magis procedit, ſi in contractu
Iudex ſuum interpoſuit decretum, & eo approbante
fuit mulieri delatum iuramentum, vt per Bald. *conſ.* 39.
*n.* 3. *lib.* 3. vbi etiam dicit, quod iſtud iuramentum de
non contraueniendo habet duos effectus, quia ſi op- 12
ponitur ad impediendum proceſſum, verè illum impe-
dit, ſi verò in modum peremptoriæ exceptionis, indu-
cit abſolutionem à petitis in iudicio, & propterea ante
cœptum iudicium petitur relaxatio iuramenti ad ef-
fectum agendi, etiamſi ſtatutum præſupponat iura-
mentum minoris, & mulieris dolo, & metu exortum, 13
& contractum nullum faciat ob non ſeruatas ſolemni-
tates. Boccat. *ad conſtit. March. gl.* 2. *n.* 19. Pic. *ad ſtat.
Vrb. gl.* 23. *n.* 18. 19. 20. 21. vbi probat, quod iuramen-
tum etiam metu, & dolo extortum eſt obligatorium, 14
quia voluntarium ſecundùm quid, & obligat ad eius
obſeruantiam, ſi non ſit de re turpi, vel impoſſibili,
donec à competenti iudice fuerit cauſa cognita re-
laxatum.

Vnde eſt, quod etiamſi ob defectum ſolemnitatum
à ſtatuto annulletur iuramentum, & caſſetur, adhuc iu-
rans ligetur iuramento antequam abſoluatur, quia iura-
mentum eſt res ſpiritualis, circa quam ſtatuentes nihil
potuerunt in hoc ſtatuere, quin contraueniens fiat per- 14
iurus antequam à Iudice Eccleſiaſtico habilitetur, vt
per Butr. *in cap. cum contingat*, vbi Abb. *n.* 26. *de iureiur.*
pulchrè Rom. *conſ.* 437. *n.* 5. *& ſeqq.* latè etiam Pic. *d.
gl.* 23. *n.* 17. *& ſeqq.* Ant. Corn. *d. tract. de iuram. p.* 3. *q.* 4.
*num.* 5. *p.* 4. *caſ.* 12. *n.* 6. vbi latiſſimè: ſic etiam Ludouiſ.
*deciſ.* 64. *n.* 6. vbi Beltram. *n.* 14. vbi concordātes adducit.
Farin. *deciſ. poſth.* 46. *n.* 1. *p.* 2. & Sperell. *deciſ.* 46. *n.* 2. 3.



late

latè Andreol. contr. for.73.n.59. qui allegat plurimos
de communi teſtantes.

Neque obſtat doctrina Bart. in l. ſi quis pro eo, n. 9.
verſ. ſed ſi lex, ff. de fideiuſſ. vbi docet, quod quando ſta-
16 tutum dirigit verba in perſonam, prohibens ne mulier
contrahat ſine certa ſolemnitate, tunc ligatur iu-
ramento, quia ſic contrahendo peccat mortaliter ad-
uersùs legis prohibitionem.

Nam reſpondetur opinionem Bartoli eſſe à vero
alienam, quia ſiue ſtatutum loquatur in rem, ſiue in
17 perſonam, non poteſt tollere vires iuramenti, quod fit
Deo, & cum non ſit de re turpi, poteſt ſeruari ſine in-
teritu ſalutis æternæ, & ideo etiam iſto caſu contractus
nullus ob ſolemnitates non ſeruatas validatur iura-
mento, & deficiente materia peccaminoſa iurans ſic te-
18 netur ſeruare contractum aliàs inualidum, vt per tex-
tum in l. 1. §. & cum, C. de rei vxor. act. iunct. cap. cum con-
tingat, de iureiur. & cap. quamuis, de pact. in 6. Rayn. à
Forliu. in d. l. ſi qui pro eo, de fideiuſ. Abb. in d. cap. cum
contingat, n. 6. verſ. hanc opinionem, vbi etiam Butr. &
Imol. de communi de iureiur. & latiſſimè contra Barto-
lum tenet Lamberth. de contract. mul. verb. finis, n 9. 10.
vbi plurimos congerit. Sperel. deciſ. 48. n. 9. Andreol.
contr. 73. num. 59. vbi infinitos congerit de communi
19 teſtantes etiam in caſu, quando in ſtatuto adeſt clauſu-
la irritans, & hoc etiam benè firmauit Sanchez in De-
calog. tom. 1. lib. 3. cap. 9. n. 30. verſ. inſuper, vbi in noſtris
terminis loquitur volens, quod contractus firmetur iu-
ramento, & n. 35. 36. & cap. 12. n. 45. in quibus locis re-
probat prædictam Bartoli diſtinctionem, & plurimos
legiſtas, & canoniſtas concordantes adducit.

Et ſanè cùm ſtatutum huiuſmodi de contractibus
20 mulierum reſpiciat principaliter vtilitatem priuatam,
& ſecundariò publicam, vt pulchrè per Sperell. d. deciſ.
25. n. 21. & deciſ. 46. n. 10. Sanchez d. cap. 9. n. 31. ſequi-
tur, quod huiuſmodi ſtatutum non obliget ad culpam;
21 & ideò non impedit iuramenti obſeruantiam, vt per
Sanchez d. cap. 9. n. 31. & n. 35. & d. cap. 12. n. 44. vbi in-
finitos congerit. Pic. d. gl. 23. n. 20. & ita ſentire videtur
Sperell. d. deciſ. 47. n. 10. 11. & concordat Ant. Corn. d.
tract. de iuram. p. 4. caſ. 12. n. 6. verſ. ex quibus, & verſ. vnde,
qui omnes, & maximè Sanchez confutant Bartoli præ-
dictam diſtinctionem.

Tota difficultas reducitur ad aliam doctrinam Barr.
in l. omnes populi, n. 25. de iuſt. & iur. vbi docet iuramen-
tum non eſſe obligatorium, nec indigere abſolutione,
quando ſtatutum vetans contractum ſine certa ſolem-
22 nitate, præſumit etiam, vt hic, iuramentum vi, dolo, &
metu extortum, & contra bonos mores: ſic etiam
Burſat. conſ. 339. n. 11. lib. 3. Honded. conſ. 5. n. 4. lib. 2.
Veral. deciſ. 200. à n. 4. vſque ad fin. lib. 3. Pic. d. gl. 23. n. 5.
verſ. limita ſecundò, & Rot. apud eum deciſ. 84. verſ. nec
obſtat, & deciſ. pen. n. 24. de cõmuni Sperell. deciſ. 47. n. 4.

Sed primò reſpondetur, quod nihilominus petenda
eſt prius abſolutio à tali iuramento, cum non debeat
23 quis eſſe iudex proprij iuramenti, & quia etiam ex iu-
ramento nullo contrahitur periurium, vt ſic pulchrè
ex Crauet. conſ. 191. n. 9. verſ. ſed magis, cenſuit Rot. d.
deciſ. 84. verſ. quia nihilominus, vbi alias Rotæ deciſio-
nes allegat, & hoc etiam firmauit Pic. d. gloſſ. 23. n. 17.
& ſeqq.

Deinde reſpondetur opinionem Bartoli in hoc etiam
puncto poſſe dici erroneam, quia ſtatutum laicorum
non poteſt directè, vel indirectè diſponere circa mate-
24 riam iuramenti quæ eſt res ſpiritualis, & eius interpre-
tatio pertinet ad Eccleſiam, ad textum in cap. venerabi-
lis, de elect. & ideo dictum ſtatutum non poteſt de eo
diſponere, etiamſi eſſet lex Imperatoris, cap. Eccleſia
S. Mariæ, de conſtit. cap. tuam, de ordin. cogn. cap. quamuis,
de iureiur. in 6. Pic. d. gloſſ. 23. n. 3. alioquin periuriis fa-
cilè via aperiretur, quod non eſt dicendum, l. 1. Cod. ſi
aduerſ. vend. l. 2. C. de indict. vid. toll. & ſi aliter dicere-
mus, facilè laici poſſent tollere vires iuramenti per
indirectum, contra diſpoſitionem cap. quanto, de
priuileg. cap. cùm quid, de reg. iur. in 6. quod non vide-
tur admittendum, quia obſeruantia iuramenti eſt de
iure diuino, cap. etſi Chriſtus, de iureiur. per illudque 25
acquiritur obligatio Deo, cap. debitores, vbi DD. eod.
cum vulg.

Vnde contra Bartolum plurimi tenent, vt Rayn. de
Forliu. & Alber. in rep. d. l. omnes populi, de iuſt. & iur.
vbi docent, quod etiamſi ſtatutum præſumat iura-
mentum metu, vel dolo extortum, adhuc non tollat
vires iuramenti, nec impediat, quin contractus firme- 26
tur iuramento: idem docet Butr. in d. cap. cùm contin-
gat, vbi DD. de iureiur. vbi etiam Abb. n. 14. verſ. aut
minor, idem Abb. in cap. Eccleſia S. Maria, n. 18. verſ.
hoc dicerem, de conſt. Ruin. conſ. 51. num. 22. lib. 1. &
conſ. 195. num. 8. lib. 1. vbi contra Bartolum teſtatur de
communi: pulchrè, & latè Bero. conſil. 180. n. 15. 16.
& ſeqq. & conſ. 81. n. 2. & ſeqq. vbi loquitur in termi-
nis de ſtatuto Mutinæ, & teſtatur de veriori, & magis
communi opinione: ſic etiam Rol. conſ. 99. lib. 3. per
totum, Tuſch. pract. concl. littera S, concl. 580. n. 43. vbi
de magis communi, & ita etiam contra Bart. tenet, &
tradit Ant. Corn. d. tract. de iuram. p. 4. caſ. 12. n. 10. 11. 12.
vbi multas rationes adducit, & probat, quod non ſuf-
ficit illa præſumptio ſtatuti de dolo, vel metu, ne per
indirectum, & ſine exiſtentia etiam veri doli, aut me-
tus tollat vires iuramenti, apud quos multi alij alle- 27
gantur.

Verùm ſi placet magis ſequi opinionem Bart. in
practica, & eum admittere, ſano modo eſt intelligen-
da, vt procedat, quando ſtatutum præſumit dolum, vel
metum in ipſo contractu mulieris, quod facere poteſt,
non verò ſi tantùm præſumat, vt hic, iuramentum do-
lo, vi, metu extortum, quod facere non poteſt, ad hoc
enim vt opinio Bartoli locum habeat, duo copulatiuè
concurrere debent. Primum vt ſtatutum circa iura-
mentum nihil expreſsè ſtatuat, vel præſumat. Secun-
dum, quod præſumendo dolum in contractu in ea re-
gione adſit veriſimilis ſuſpicio, & præſumptio doli,
metus, & ſimulationis, vt quia in loco ſtatuti ſolitum
fuerit decipere mulieres, vel minores in cõtractibus, &
ita exprimant; his concurrentibus validum erit ſtatu-
tum, & contractus inualidus non obſtante iuramento;
his deficientibus inane erit ſtatutum reſpectu iuramen- 28
ti, vt per Abb. in d. cap. Eccleſia S. Mariæ, n. 18. verſ. hæc
dicerem, vbi Butr. de conſtit. Caſtr. in Auth. Sacramenta
puberum, col. 11. C. de Sacroſ. Eccl. vbi etiam Corn. col. 3.
verſ. 2. fallit, Caccialup. in d. l. omnes populi, col. 37. vbi
Crot. n. 47. 12. concl. verſ. 2. limita, de iuſt. & iur. & pul-
chrè ſic declarat tale ſtatutum Ruin. conſ. 51. n. 22. 23.
lib. 1. vbi probat ſic procedere opinionem Bart. quando
ſtatutum præſumit dolum ſuper contractu, non ſuper 29
iuramento, & quando ſtatuentes moti ſunt ex ratio-
nabili cauſa, de qua extrinſecus apparere debet, ita
vt non credatur narratiuæ ſtatuentium. Idem Ruin.
conſ. 194. n. 8. 9. 10. lib. 1. & conſ. 195. n. 8. eod. lib.
vbi hoc idem pulchrè confirmat Pariſ. conſ. 53. n. 33.
lib. 1. & perbellè etiam Rol. d. conſ. 99. n. 15. 19. lib. 3.
vbi hanc ſententiam ſic firmat in terminis, vt teſtatur
de magis communi latè Ant. Corn. d. tract. de iuram.
part. 4. caſ. 12. num. 10. 13. vbi in ſpecie requirit, quod
appareat de ſpecifica, & veriſimili cauſa præſumen-
di dolum, vel ſimulationem, adeò vt non ſufficiat, 30
ſi ſit expreſſa in ſtatuto, in tantum, quod ſe fundans
in ea, debeat eam probare: & poſt Martham ſic etiam
eruditè docuit Sperell. deciſ. 47. num. 4. verſ. hæc ta-
men ſententia, vbi vide, quia pulchrè de more ſuo
declarat, & ſic diſtinguendo opiniones concordat, &
cum eis concordat ad rem Duard. in Bullam Cœn. Do-
mini, lib. 2. can. 15. quæſt. 19. n. 59. vbi in hac materia
contractus minoris, vel mulieris ſine ſolemnitatibus
facti



facti ad validitatem ſtatuti requirit, quod in eo nulla
31 ſit facta mentio iuramenti, ſed ſolùm de actu tempo-
rali, præſumendo contractum per dolum, vel metum
extortum, & ſic intelliguntur Curt. Iun. conſ. 118.
num. 16. Honded. conſ. 5. num. 40. lib. 2. Mandoſ. ad Rom.
conſil. 12. in prima editione, verſ. & iſta. Franc. Viu. inter
communes opin. 791. n. 2. Pic. d. gloſſ. 23. n. 5. vbi quod
quando ſtatutum præſumit minorem, vel mulierem
ſine eius ſolemnitate contrahentem dolo, & metu
fuiſſe inductos ad ſic contrahendum, tunc ſtatutum
tollit per indirectum vires iuramenti in illo contractu
32 appoſiti, quia interponitur ſuper actu doloſo, & tunc
ſtatutum tollit fidem inſtrumento, quia diſponit de
materia ſibi ſubiecta, ſecus eſt, ſi diſponat ſuper iura-
mento, vt hic, provt in terminis docuit etiam Dian.
mor. p. 1. tract. 3. de immun. Eccl. reſol. 73. verſ. dicendum
eſt, vbi ait huiuſmodi ſtatutum ſic præſumendo iura-
mentum minoris, vel mulieris dolo, & metu extortum
33 non eſſe validum, niſi prædictis duobus requiſitis con-
currentibus; ideò non obſtat dictum ſtatutum Muti-
næ, quia illud non præſumit dolum in contractu, ſed
in iuramento, dicens: Nulla perſona poſſit contrahere,
vel quaſi, vel aliquid agere aliquo ex prædictis modis cum
aliqua muliere ſine ſolemnitate præſentis ſtatuti, etiamſi
in prædictis, vel aliquo prædictorum interceſſerit iuramen-
tum, quod in caſibus prædictis auctoritate præſentis ſtatuti
præſumatur metu, dolo, & per vim extortum, & contra bo-
nos mores; vt in dicto ſtatuto, lib. 2. rubr. 110. verſ. &
nulla perſona. Vnde ceſſat, quia immediatè diſponit ſu-
per iuramento, & quia non conſtat quidquam de illa
cauſa quod mulieres ſoleant decipi in illa regione, vt
neceſſe eſt: ſic in verbis Ruin. d. conſ. 194. n. 9. in fin.
lib. 1. Sperell. d. deciſ. 47. ſub n. 4.

Et quamuis Pic. d. gloſſ. 23. n. 5. verſ. limita 2. dicat
idem eſſe etiam, quando ſtatutum annullat contractus
minorum, vel mulierum ſine certa ſolemnitate etiam
iuramento vallatos, præſumendo iuramentum dolo, &
metu extortum, quia ex hoc præſumitur etiam con-
tractus doloſus. Nam ipſe loquitur de ſtatuto Romæ,
34 quod eſt confirmatum à Pontifice Maximo, & dicitur
Papale, ideo non eſt dubitandum, quin poſſit diſpone-
re etiam ſuper iuramento, & præſumere in eo dolum,
& fraudem, vt per Honded. d. conſ. 5. n. 43. lib. 2. Ruin.
conſ. 95. n. 8. in fin. lib. 5. Granut. theor. 25. n. 22. Pic. d.
gloſſ. 23. n. 11. hoc autem circumſcripto, ſecundùm ma-
gis communem DD. ſententiam videtur neceſſarium,
quod ſtatutum præſumat etiam doloſum contractum,
35 non ſolum iuramentum, provt hæc duo ſimul conſide-
rat Honded. d. conſil. 5. num. 40. verſ. tamen quando, &
Burſat. conſ. 329. n. 11. verſ. quod ſtatutum, in fin. lib. 3. vbi
eam opinionem aduerſam probat, niſi quando ſtatutum
ſuper iuramento diſponeret: ſic Sperell. d. deciſ. 47. ſub
n. 4. Duard. & Dian. in dictis locis.

Nec obſtat, quod iuramentum dolo extortum non
36 obliget, quia hoc intelligitur de dolo vero & ex pro-
poſito, ſic enim loquuntur omnia iura, quæ permittunt
iuramentum doloſum ſperni, cap. quamuis, de pact. in 6.
cap. cùm contingat, vbi DD. de iureiur. cap. licet mulieres,
eod. tit. in 6. Seraph. deciſ. 771. n. 14. Surd. conſ. 87. n. 13.
verſ. mihi tamen. Hîc autem non adeſt dolus verus, ſed
præſumptus, & fortè etiam dubius, adeo vt ſtatutum
de eo dubitaſſe videatur, & dum illum præſumit, præ-
37 ſumptio etiam cadit ſuper caſu dubio, vt per Ruin.
conſ. 51. n. 23. verſ. ideo ſtatutum, lib. 1. vbi in verbis hoc
dicit. Ergo ceſſat ratio illa, quod vbi eſt dolus, ibi iu-
ramentum ſperni poſſit, quia procedit ſolum in dolo
vero.

Non obſtat etiam, quod iuramentum contra bonos
mores præſtitum non ſit obligatorium, quia hoc ve-
rum eſt, quando iuramentum eſt contra bonos mores
naturales, vel continet aliquid turpe, & peccamino-
ſum, ſecus eſt quando iuramentum eſt contra bonos
mores ciuiles per artificium iuris, vt hic, & iſto caſu
iuramentum eſt obligatorium contra legem laicorum,
quæ ſuo modo aliquid facit contra bonos mores, vt 38
poſt Bald. in l. pactum, q. 19. C. de collat. & in rub. C. de
condict. ob turp. cauſ. docuit pulchrè Alex. conſ. 7. n. 9.
lib. 6. vbi ſic declarat, & hoc idem poſt multos tradit
Aug. Barboſ. in reg. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6.
vbi dicit, hoc eſſe intelligendum de iuramento contra
bonos mores naturales, qui nos retrahunt à recta via, 39
& optimo modo viuendi; non autem contra ciuiles;
& idem docet Sanchez mor. p. 1. lib. 3. cap. 9. n. 30. vbi
multos allegat, & benè probat, quod iuramentum con-
tra bonos mores ciuiles obligat.

Et quamuis hæc opinio ſit multùm controuerſa, &
in practica non eſſet facilè obtinere pro inualiditate
ſtatuti, tamen ſi iudex ſit veritatis amator, vt ſupponi-
tur, non debet abhorrere hanc opinionem, quæ de iu-
re veriſſima eſt, & valde communis, & maximè eſt ſe-
quenda propter periculum animæ: verùm in caſu noſtro
multò magis hæc opinio eſt amplexanda, quia hæc mu-
lier cœpit iudicium cõtra donatricem pro annihilanda 40
donatione, antequam habilitaretur à iuramento, quo
caſu ei deneganda eſt audientia. Pic. d. gl. 23. n. 17. vnde
nec etiam poteſt amplius habilitari ob periurium in-
curſum, quia iam contrauenit iuramento, quo caſu Or-
dinarius Eccleſiaſticus non poteſt eam abſoluere vel 41
habilitare etiam ad effectum agendi, vt pulchrè docet
Afflict. deciſ. 30. n. 6. vbi dicit ſic votatum fuiſſe per om-
nes, nemine diſcrepante; ſic etiam Sperel. deciſ. for. Eccl.
83. n. 41. & ſeqq. & ita tenent Innoc. Butr. & Abb. in cap.
debitores, de iureiur. Felin. in cap. 1. n. 28. verſ. retenta, eod.
& in cap. intelleximus, vbi etiam Dec. de iudic. Gozadin.
conſil. 69. n. 21. vbi de communi teſtatur. Neuiz. conſ. 23.
n. 8. Pariſ. conſ. 10. n. 94. lib. 1. & conſ. 43. n. 16. lib. 2. vbi
de communi. Brun. conſ. 91. n. 1. Rol. conſ. 34. n. 2. 5. lib. 1.
vbi de magis communi, & conſ. 26. n. 29. & ſeqq. lib. 1.
Viu. deciſ. 120. n. 31. Honded. conſ. 18. n. 6. lib. 1. Surd.
conſ. 327. n. 19. vbi teſtatur de communi. Pic. ad ſtat.
Vrb. d. gloſſ. 23. n. 44. vbi pluries de communi, latè Ant.
Corn. d. tract. de iuram. p. 3. q. 4. n. 2. & ſeqq. vbi docet
etiam, quod ſi abſolutio concederetur ab Ordinario,
eſſet iniuſta tum ratione periurij: tum quia eſt reſerua-
ta Papæ, à quo ſolo poteſt obtineri ex aliqua iuſta cau- 42
ſa, ex Crauet. conſ. 6. n. 27. & n. 93. Pic. d. gl. 23. n. 44. 45.
latè Farin. fragm. crim. p. 2. verb. iuramentum, n. 1301. vbi
plurimos congerit. Corn. d. tract. de iuram. p. 3. q. 4. n. 68.
doctè Sperell. deciſ. 83. n. 43. 45. vbi in terminis allegat
Rotam in vna Firmana Altaris, 29. Ianu. 1607. coram
Marco Montio: & ſi dicta mulier furtiuè fortè abſolue-
retur, adhuc teneretur obſeruare iuramentum. Gratian. 43
diſc. 233. n. 22. lib. 2. imò debet prius abſolui à periurio,
deinde à iuramento. Afflict. deciſ. 220. n. 17. verſ. Tertia
ſubreptio. Pic. d. gl. 23. n. 45.

Vnde cùm dicta mulier iurauerit obſeruare con-
tractum, & ei non contrauenire, poteſt ratione iura-
menti coram iudice Eccleſiaſtico conueniri, & compel-
li ad eius obſeruantiam, etiamſi contractus ſit nul- 44
lus, nec poteſt impediri aditus ad Epiſcopum directè,
vel indirectè, vt in cap. fin. vbi gloſſ. in verb. iuram. & ibi
Io. And. de for. compet. in 6. Imol. in cap. cùm contingat,
ſub n 29. de iureiur. latè Lamberteng. de contract. mul.
verb. finis, n. 82. vbi plures allegat, & Cacher. deciſ. 78.
n. 14. Marcheſan. de commiſſ. p. 1. comm. 1. cap. 3. num. 9.
Barboſ. in cap. licèt mulieres, n. 14. de iureiur. latè Corn.
d. p. 3. q. 5. n. 50. & ſeqq. vbi dicit etiam, quod iſte eſſet
vnus caſus ex illis excommunicationis Papalis con-
tentæ in Bulla Cœnæ Domini, ſi impediretur recur-
ſus ad iudicem Eccleſiaſticum pro obſeruantia iura- 45
menti. Sanchez in Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 13. n. 11. &
n. 12. vbi contra hæredem etiam extendit per implora-
tionem officij iudicis Eccleſiaſtici.

Benè verum eſt, quod dicta mulier pro obſeruantia
dicti

dicti iuramenti poteſt conueniri coram vtroque iudice
tam Eccleſiaſtico,quàm ſeculari,quia eſt locus præuen-
46 tioni,& iuramentum addit forum foro, vt per Sanchez
d.cap.13.n.13. Verùm ſi dubium eſſet de viribus iura-
menti, & an obligaret, tunc ad iudicem Eccleſiaſticum
47 pertinet cognitio, vt poſt Bald. in c.1.§.item ſacramen-
ta,col.2.in fin.verſ. ita dicam,de pac.iuram.firm. Felin.in
cap.2. num.28. de ſponſal. in terminis Lamberteng. de
contract.mul.§.finis,n.85.in fin. Sanchez d. cap.13.n.13.
in fin. Ant. Corn. d.tract.de iuram.p.4.caſ.20.n.12. vbi
allegat alios, & quamuis non ſit neceſſaria partis cita-
tio , quando aliquis habilitatur à iuramento ad ef-
48 fectum agendi. Pic. d.gloſſ.23.n.47. tamen neceſſaria
eſt in abſolutione à periurio , quia ex contrauentione
acquiſitum eſt ius parti,latè Boccat.ſuper conſtit.March.
gloſſ.2.n.40.& ſeq. Pic. d.gloſſ.23.n.48.
Concludendum eſt igitur , quod abſolutio à iura-
49 mento etiam ad effectum agendi tantùm, quæ poſt in-
curſum periurium , & ſine cognitione cauſæ non da-
tur, hic non ſit vllo modo concedenda, Ant. Corn. d.
tract. de iuram. p.3.q.3.n.30.31. nihil prodeſſe poteſt
dictæ mulieri , quæ verum dolum aduerſarij probare
debebat, vt vidimus, quoniam talis abſolutio , ſeu ha-
bilitatio ſolùm habilitat abſolutum ad comparendum
coram iudice ſine metu periurij, non autem tollit vires
iuramenti , nec fit aliquod præiudicium inſtrumento,
nec iuramento in eo appoſito , quod remanet in ſuo
eſſe quoad reliqua,& ſi iurans poſt abſolutionem parte
citata , & ſeruatis ſeruandis non probet dolum aduer-
ſarij , vel metum ex parte ſua , ex tali abſolutione non
tollitur validitas contractus ; & iurans tenetur ſtare
50 promiſſis. Felin.in cap.1.ſub n.24.& ſub n.26.de iureiur.
Grat.conſ.61.n.10.lib.1. Corn.conſ.72.num.2.3.lib.3.&
conſ.60.num.7.& ſeq.lib.2. Mandel. conſ.198.n.2.lib.1.
Peregr.conſ.53.n.19.& conſ.77.n.16.lib.1. pulchrè Pic.
d.gloſſ 23.n.49. Ant.Corn. d. tract. de iuram. p.1.q.2. &
p.4.q.10 n.31. Rot.apud.Farin.deciſ.recent.580.n.7.p.1.
Sanchez d.lib.4.c.21.n.33.Hic autem dicta mulier non
probauit dolum,vim,aut metum,neque aliquam iuſtam
cauſam contraueniendi dicto iuramento,neque ex pro-
poſito, neque re ipſa, ergo tenetur obſeruare iuramen-
tum, quia ſic obſeruando facit rem licitam,& æquitati
naturali conuenientem,dum ſeruat fidem nepti nuben-
51 ti in promiſſione dotis,quotieſcumque enim iuramen-
tum poteſt ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ , eſt
ſeruandum, cap.ſi verò,cap.cùm contingat,de iureiur.cap.
quamuis, vbi Barboſ.n.27. de pact.in 6. Anch.conſ.226.
n.3. Alex.conſ.149.num.17.lib.7. Ant.Corn.d.tract.de
iuram.p.1.q.2.n.1.2.3. Rot.apud Farin. deciſ.poſth.375.
n.1.p.1.vbi loquitur in terminis de contractu mulieris.
Mareſcot. lib.2. reſol.27.n.5. Et ita.

---

## CAPVT CXXIII.

### Epitome.

Donationem dicens nullam ob non ſeruatam ſtatuti ſolemnitatem , quid probare debeat?

### SVMMARIVM.

1 *Contractum minoris, vel mulieris impugnans quid probare debeat.*
2 *Proximiores extitiſſe non ſufficit probare, niſi probetur fuiſſe in loco, & potuiſſe interuenire.*
3 *Minor contractum ſuum impugnans, quid probare debeat.*
4 *Nullitatem contractus mulieris allegans ob defectum proximiorum qui probare debeat.*
5 *Habilitas proximioris probanda eſt.*
6 *Decretum, & inſtrumentum habet pro ſe præſumptionem.*
7 *Clauſula,* omni meliori modo, *ſupplet omnes defectus.*
8 *Clauſula,* & omni meliori modo, *quid operetur.*
9 *Statutum Mutinæ* lib.2. rubr.110. *declaratur.*
10 *Attinentis præſentia debet probari ab eo, qui eum allegat.*
11 *Proximior ſi contractui non interuenit, probandum eſt eum fuiſſe maiorem 25. annis.*
12 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*
13 *Prolatio euidens vbi requiritur, non ſufficit adducere præſumptionem.*
14 *Statutum præſcribens formam circa abſentiam attinentium probandam, eſt ſeruandum.*
15 *Negatiua debet probari ab eo, cuius intentionis eſt fundamentum.*
16 *Abſentia præſumitur, niſi præſentia probetur.*
17 *Solemnitas extrinſeca ex quanto tempore præſumatur.*
18 *Tempus longum eſt decem annorum.*
19 *Tempus triginta annorum requiritur ad præſumendam ſolemnitatem extrinſecam.*
20 *Decretum iudicis probat adhibitam fuiſſe ſolemnitatē.*
21 *Iuramentum facit præſumi omnia fuiſſe ſolemniter facta.*
22 *Iudex præſumitur feciſſe, quod de iure debuit facere.*
23 *Solemnitates ex decreto iudicis præſumuntur adhibitæ in contractu mulieris.*
24 *Solemnitates quando non præſumatur fuiſſe adhibitas.*

Ne ſcribam vanum , duc pia Virgo manum.

PRoſequendo eandem materiam pro obſeruantia di-
ctæ donationis,dato etiam,quod iuramentum non
obligaret,adhuc valida eſt donatio non obſtante excep-
tione donatricis,quod proximiores in ea adhibiti non
eſſent tales , & prætermiſſus fuerit D. Marcus eius pa-
truelis , hoc enim non ſatis conſtat , & non ſufficit ad
oſtendendam nullitatē dicti contractus:nā impugnans 1
contractum minoris,vel mulieris ex eo,quod in eo non
interuenerint eius proximiores,non ſolùm tenetur pro-
bare exiſtentiam illorum in loco contractus plene , &
concludenter, ſed etiam quod in illa die potuerint cō-
modè interuenire cōtractui,& fuerint ætatis neceſſariæ
ad conſentiendum,ſanique & habiles, præditique om-
nibus requiſitis à ſtatuto.vt per Alex.ad Bart. in l.ſi ter- 2
tius,n.6.ff.de aqu.plu.arc. pulchrè videtur Caſtr.conſ.124.
n.2. verſ.2. videndum.lib.1. Corn. conſ.241.n.7.lib.2. &
conſ.242.n.2.lib.4.Achil.deciſ.4.de præſ.Rot.apud Zach.
deciſ.134.num.8. Tiraq.de leg.connub.gloſſ.8.n.29.& ſeq.
Borgnin.de tut.& cur.n.31.ad med.pulchrè Pic.ad ſtatut.
Vrb gloſſ.19.n.22. vbi ſic benè docet, & allegat multas
Rotæ deciſiones,& probat minorem,qui cōtractum im-
pugnat,teneri probare exiſtentiam,& habilitatem tem- 3
pore contractus:ſic etiā pulcherrimè Ludouiſ.dec.459.
n.10. vbi Beltram. n.12. allegat alias Rotæ deciſiones:
& concordat Coccin. deciſ.403.n.4. verſ. neque releuat.
Rota apud Farin. deciſ. recent.712. n.2.3. p. 2. & deciſ.
poſth.261.n.6.& deciſ.344.n.4.& deciſ.469.n.1.& ſeq.p.1.
& deciſ.poſt.84.n.2.p.2.in quibus,& præcipuè in d.deciſ.
469. Rota perbellè materiam hanc dilucidat, egregiè
probans quod ſic impugnans contractum mulieris ob 4
non interuentum proximiorū,tenetur probare conclu-
denter nedum præſentiam illorum,ſed etiā habilitates
tam naturales, quàm accidentales, & quod habuerint
requiſita ſtatuti, ſed dicta mulier non probauit dictum
D.Marcum illa die fuiſſe præſentē in ciuitate Mutinæ,
neque fuiſſe maiorem 25. annis,& habilem ad conſen-
tiendum:ergo ſuccumbere debet,cum enim ſe fundet in
exiſtētia proximioris habilis,debet plenè probare qua-
litatē habilitatis,ad textū in l.ab ea parte,de probat.Caſtr. 5
d.conſ.124.n.2. Pic. d.gloſſ.19.n.22. Rot.apud Farin. d.
deciſ.



deciſ.poſth.469.num.2.p.1. & ſic dicta mulier defecit in
ſalutari ſuo.
Et hæc tantò magis vera ſunt , quia dicta donataria
ſatis habet fundatam ſuam intentionem in inſtrumen-
to donationis , in quo dicitur interueniſſe duos proxi-
miores nominatim cum qualitatibus neceſſariis, & ad-
eſt decretum iudicis eos pro habilibus cum cauſæ cog-
6 nitione approbantis : vnde præſumitur pro inſtrumen-
to,& pro decreto,quod omnia fuerint ſolemniter acta;
& quod iudex ſe benè informauerit mulierem non ha-
buiſſe alios proximiores ; vel quod illi erant abſentes,
aut impediti , vel inhabiles ; vt ad rem pulchrè docet
Alex. conſ.80.num.4.5.10.11.lib.5.latiſſimè Pic.ad ſtat.
Vrb.gl.21.n.20.21.22.23.24. pulchrè etiam Fenzon.ad
7 ſtat.Vrb.c.113.num.23. & maximè ſtante clauſula, omni
meliori modo, quæ ſupplet omnes ſolemnitates , & de-
fectus ſanat , vt in puncto Alex. d.conſ.80.n.4. Rip. in
l.1.§.ſi quis ita,n.25.de verb.oblig. Ceph.conſ.772.n.10.
8 & ſi præcedat dictæ clauſulæ dictio, Et , operatur , vt
pro validitate actus exprimenda habeantur pro expreſ-
ſis. Marth. clauſ.84.n.3.p.1. Seraph. deciſ.1184.num.3.
Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ.3. num. 8. Farin. deciſ.
recent.733. num.9. p.2.
Non obſtat autem , quod ſtatutum Mutinæ lib. 2.
9 rubr. 110. verſ. etſi aliquis , præſcribat formam ſeruan-
dam, quando attinens proximior eſt abſens, vt mulier
ſine eo contrahere poſſit , dummodo de dicta abſentia
appareat per relationem Nuntij , qui ipſum citauerit
bis ſaltem in ſcriptis ad eius habitationis domum,
quod non conſtat hic factum fuiſſe circa perſonam
D.Marci. Nam reſpondetur hoc ſeruandum eſſe in
10 contrahendo,ſed poſtquam contractum eſt,ille,qui im-
pugnat contractum , tenetur probare præſentiam atti-
nentis tanquam fundamentum ſuæ intentionis. Pic.
d.gloſſ.19.n.22. quia donec probetur contrarium , ſo-
lemnitates aliæ interueniſſe præſumuntur virtute de-
creti iudicialis. Pic. d.gloſſ.21.n.24. & propterea ſtatu-
tum non releuat ab onere probandi præſentiam in ci-
uitate proximioris attinentis.
Deinde reſpondetur , quod etiamſi ſtatutum præ-
dictum releuaret ab onere probandi præſentiam dicti
attinentis, ex quo non fuit ſeruata forma , tamen non
liberat ab onere probandi, quod ille attinens eſſet ma-
ior 25. annis, & eſſet habilis ad conſentiendum , quia
11 ſtatutum circa hoc non diſponit ; & ideò res in diſpo-
ſitione iuris communis remanet, quod in impugnante
contractum minoris, vel mulieris requirit etiam hanc
probationem , ex Ludouiſ. d. deciſ.459.n.9.10. Farin.
deciſ.poſth.469.per tot.p.1. vbi enim duo copulatiuè re-
quiruntur, non ſufficit alterum fuiſſe probatum.
Tertiò reſpondetur dictam mulierem non ſatis pro-
baſſe dictum D.Marcum fuiſſe eius proximiorem,prout
conſtare debet , non enim ſufficit eam probaſſe , quod
fuerit eius patruelis , quia poteſt eſſe adhuc , quod illi
attinentes , qui fuerunt in contractu adhibiti , eſſent
12 illo proximiores , quia non probat hoc eſſe , quod ab
hoc contingit abeſſe, l.neque natales, C.de probat. & in
terminis dixit Alex. conſ.124.n.1.2.lib.4. qui ſatisfacit:
vbi enim requiritur plena , & euidens probatio ad di-
luendam probationem , vel præſumptionem contra-
13 riam, non ſufficit adducere præſumptionem aliam, ſed
neceſſe eſt validiores adferre probationes. Menoch.
de præſ.lib.1.q.9.n.7.8.9.
Vnde non obſtat , quod ſtatutum præſcribens for-
14 mam circa abſentiam conſanguineorum probandam,
ſit obſeruandum. Rot. apud Pic. ad ſtat. Vrb. deciſ.3.
n.8.9. Nam , vt dixi , nec ſunt obſeruanda , antequam
contractus celebretur , & inſtrumentum ſtipuletur,alia
enim inquirere debet iudex,an facta ſint,ſed poſtquam
perfectum eſt inſtrumentum,pars quæ illud impugnat,
tenetur plenè probare negatiuam,quod illi,qui tanquā
conſanguinei proximiores fuerunt adhibiti, non erant
tales ; quia eſt fundamentum ſuæ intentionis. Seraph. 15
deciſ.889.n.1. Farin. deciſ.recent.502.n.7.p.1.& deciſ.
poſth.315.n.3. & deciſ.486.n.7.p.1.& deciſ.poſth.468.
n.7. par.2.
Credendum eſt igitur omnia fuiſſe ſolemniter acta;
& donataria non indiget aliâ probatione , quàm eâ,
quæ apparet ex facie inſtrumenti , & quatenus dictus
Marcus fuiſſet etiam proximior illis , qui inſtrumento
interfuerunt , abſentia eius præſumitur ; niſi probetur 16
præſentia. Alex. d.conſ.80.n.11.lib.5. & ſatis adimple-
tum eſſe præſumitur,quod ſtatutum requirit de relatio-
ne nuncij , tum ex lapſu longi temporis à die con-
tractus ad diem motæ litis, ſiquidem ſtante adminicu-
lo decreti iudicis , & lapſu decem annorum omnis ſo- 17
lemnitas etiam extrinſeca præſumitur adhibita; & im-
pleta, ex textu in l.ſi filius, vbi DD. C.de petit.hær.l.cùm
de in rem, ff. de acquir. hær. DD. in l.ſciendum, de verb.
oblig. latè in terminis Carpan. ad ſtatut. Mediol.c.328.
num. 287. p. 1. vbi ſolemnitatem ex ſtatuto in con-
contractu mulieris adhibendam probat ex magis com-
muni DD. ſententia ex ſpatio decem annorum præſu-
mi impletam, longum enim tempus in hoc dicitur eſſe
tempus decem annorum. Felin. in cap. Albericus, n.5. 18
de teſtibus , ad rem bene facit Aldobrand. conſ.5.n.87.
lib.1. quem poſt hæc ſcripta vidi.
Verùm quia alij requirunt ſpatium 30. annorum vt
præſumatur ſolemnitas extrinſeca,vt per Alex. conſil.1. 19
num.20.lib.4. ſi magis placeret hæc ſententia , illa non
procedit , quando ſimul concurrit iudicis decretum
pronuntiantis omnia ritè facta ; & defectus ſupplens,
nam aſſertio mulieris donantis , quæ omnia vera eſſe
affirmauit , iuncta cum iudicis decreto , & temporis
longinquitate probat ſolemnitatem fuiſſe adhibitam. 20
Surd. deciſ.231.num.21. verſ.7. & hoc clariùs habetur
apud Rot.Recent.Farin.deciſ.poſth.85.n.1.p.2.vbi docet
vigore decreti Iudicis præſumi adhibitam ſolemnita-
tem requiſitam ad validitatem actus, & hoc multò ma-
gis procedit in contractu , vbi interuenit iuramentum
cuius vigore omnia præſumuntur ſolemniter facta. 21
Ceph. conſ.62.n.16.lib.2. Maſcard. de prob.concl.1322.
num.28.
Et ſanè cùm officium ſit Iudicis contractum aucto-
rizantis omnia indagari, vt ſeruentur ſolemnitates ne-
ceſſariæ , credendum eſt ſibi etiam conſtitiſſe de rela-
tione nuntij circa abſentiam dicti D. Marci antequam
ſuum interponeret decretum , quia Iudex præſumitur 22
feciſſe, quod iure debuit facere, l.Herennius, §. Gaia, ff.
de euict. & C. de off.ciu.iud.cap.in præſentia,de probat. &
ideò quando decretum iudicis interuenit , facit præſu-
mere omnes ſolemnitates fuiſſe adhibitas in contractu 23
minoris vel mulieris, ex l.etſi præſes, C.de præd.& aliis
rebus min. l.ſi quidem, §.ſi verò, C. eod. Specul. in tit.de
empt.& vend.§.vlt.n.6. Bald. in l. quæcumque, §.fin.ff. de
public.in rem act.& in l.cum ij, §.ſi prætor,n.3.ff.de tranſ.
Alex.in l.ſciendum,n.14.20.& ſeqq.ff.de verb.oblig. &
conſ.125.n.5 lib.1. Alciat.præſ.reg.3.præſ.18.n.1.Ceph.
conſ.34.n.3. latè Menoch. lib.2.præſ.75.n.12. Maſcard.
de prob. concl.488.n.1. Becc. conſ.52.n.13. Rol.conſ.90.
col.2.lib.1. Gabriel conſ.23.num.6.lib.1. Surd.deciſ.231.
n.20.21. Pic. ad ſtat. Vrb.gloſſ.21.n.24. contrarium ta-
men poteſt probari,vt in d.l.ſi præſes,& ſi ex facie ſcrip-
turæ appareret nullo modo interueniſſe ſolemnitates,
tunc non præſumeretur etiam ex diuturnitate tempo-
ris. Alex. conſ.1.n.21.lib.4. Vnde neque ex hoc capite
poteſt dici donationem prædictam fuiſſe nullam , aut
inualidam , &c.

CAPVT

# CAPVT CXXIV.

## EPITOME.

Donatio ex cauſa dotis non requirit ſolemnitates ſtatuti in contractibus mulierum; & quando hoc verum ſit?

## SVMMARIVM.

1 *Conſanguinei intereſt, ne conſanguineus donet extraneo.*
2 *Proximior ratione intereſſe non conſideratur, ac ſi non eſſet in rerum natura.*
3 *Dotis cauſa eſt priuilegiata, ne requirat ſolemnitates ſtatuti.*
4 *Donatio mulieris ex cauſa dotis eſt valida ſine ſolemnitatibus ſtatuti.*
5 *Clauſula*, omni meliori modo, *ſuſtinet contractum etiam ſine ſolemnitatibus, & quando.*
6 *Dotis augmentum gaudet iiſdem priuilegiis, quibus dos.*
7 *Mulier quando non poſſit donare ex cauſa dotis ſine ſolemnitatibus.*
8 *Mulier an poſſit dotare extraneam ſine ſolemnitatibus.*
9 *Augmentum dotis videtur factum ad fraudandum ſtatutum.*
10 *Mulier minor non poteſt donare ex cauſa dotis.*
11 *Mulier de iure non prohibetur donare.*
12 *Mulier ex ſtatuto Mutinæ non poteſt ſe obligare ex cauſa dotis.*
13 *Statuti caſum ſi habemus, nihil vlterius eſt quærendũ.*
14 *Qualitas ſequens refertur ad præcedentia.*
15 *Qualitas quando non poſſit dici repetita.*
16 *Statutum non loqui in hoc caſu ſufficit dicere.*
17 *Statutum exorbitans non extenditur de caſu ad caſum.*
18 *Conſtitutio Ægidiana non eſt trahenda extra caſum ſuum.*
19 *Mulier facilius ſe obligat, quàm donet.*
20 *Mulierum genus auariſſimum, & non ſolet donare.*
21 *Mulierum in obligationibus conſideratur tantùm an vera ſit cauſa obligationis.*
22 *Donationis in contractu non conſideratur læſio, ſed an adſit dolus, vel fraus.*
23 *Læſionis ratio in quibus contractibus non habeatur.*
24 *Donatio ex cauſa dotis non dicitur contractus læſiuus.*
25 *Donatio indiſcreta quando non poſſit dici.*
26 *Donatio prudens quando dicatur.*
27 *Donatio quando dicatur læſiua.*
28 *Mulier donando pro dote neptis cum reſeruatione vſuſfructus prudenter fecit.*
29 *Donatio magna, & imprudens non poteſt dici ſine dolo.*
30 *Merita donatariæ quomodo probentur.*
31 *Statutum, ne mulieres contrahant ſine ſolemnitatibus, quare factum.*
32 *Ratio in proœmio expreſſa præſumitur finalis.*
33 *Ceſſante ratione legis ceſſat lex.*
34 *Formæ inobſeruantiâ quando non vitietur contractus.*
35 *Dolum præſumi in contractu quid operetur.*
36 *Dolus ſi præſumatur in iuramento, an præſumatur etiam in contractu.*
37 *Intentio reprehenſibilis non eſt fouenda.*
38 *Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio.*
39 *Inſtrumentum quidquid continet, habetur pro vnico actu.*
40 *Donatio ob matrimonium ſequuto matrimonio eſt irreuocabilis.*
41 *Donatio iurata debet adimpleri.*
42 *Iuramentum facit contractum irreuocabilem.*
43 *Conſcientiæ in foro debet obſeruari donatio inualida, ſed vera.*
44 *Mulier ſi confiteatur contractum eſſe verum, etiamſi ſit nullum, tenetur obſeruare.*
45 *Contractus ſi appareat verus, & non doloſus, debet ſeruari, etiamſi deficiat ſolemnitas.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN eodem negotio donationis ex cauſa dotis, dato
etiam, quod omiſſa fuerit in inſtrumento ſolemnitas
interuentus vnius proximioris, adhuc videbatur di-
cendum ſubſiſtere donationem, eamque eſſe adimplen-
dam, ne defraudata remaneat puella cum eius ſponſo,
quæ vigore dictæ donationis credidit ſe congruè dota-
tam, & ſponſus fuit ſub hoc colore inductus ad ma-
trimonium, etiamſi fortè aliàs non eſſet contracturus
ob tenuitatem dotis, & ideo dato etiam quod dictus
D. Marcus fuiſſet proximior dictæ mulieris donantis,
non erat tamen talis, vt eius conſenſus requireretur,
quia tractabatur de eius intereſſe; cum enim eſſet ſuc-
ceſſurus dictæ donatrici ab inteſtato, ſecundùm ſtatu-
tum Mutin. *lib. 2. rub.* 151. ſua intererat, ne fieret dicta 1
donatio, per quam diminuebatur patrimonium do-
nantis, & propter hoc intereſſe de eo iudicandum erat 2
perinde ac ſi non fuiſſet in rerum natura. Farin. *deciſ.
poſth.* 344. *num.* 5. *p.* 1. & *deciſ.* 190. *n.* 3. *p.* 2.

Deinde in dicto contractu non erat neceſſaria ſo-
lemnitas dicti ſtatuti, quia dicta mulier deuenit ad
hanc donationem ex cauſa dotis eius neptis, & aug-
menti eius, vt patet ex inſtrumento ipſo dotationis,
& propterea non ſeruatâ ſtatuti ſolemnitate potuit
dicta mulier 25. annis maior donare nepti, & alteri
mulieri ex cauſa dotis, quæ in hoc eſt ſpecialiter priui- 3
legiata, ad textum *in l. promittendo, in princ. ff. de iur.
dot.* & *in l. fin. C. ad SC. Velleian.* & *in l. 1. §. ſed ſi liber-
tus, ff. ſi quid in fraudem.* Iaſ. *in l. ſi conſtante, num.* 26.
*ſol. matr.* Lambertheng. *de contract. mul. gloſſ.* 21. *verb.
occaſione dotis, num.* 5. Bald. Nouell. *de dot. p.* 6. *priuil.* 47.
*in fin. num.* 48. Neguſ. *de pign. p.* 1 *p.* 8. *princ. num.* 33. &
hoc defendit Ruin. *conſ.* 194. *num.* 4. & *conſ.* 195. *num.* 2.
*lib.* 1. & *conſ.* 61. *num.* 3. *lib.* 3. Crot. *conſ.* 226. *num.* 4.
Gozad. *conſ.* 43. *num.* 12. Tiraq. *de retract. conſang. gl.* 14.
§. 1. *num.* 91. Ceph. *conſ.* 13. *ſub num.* 44. Soc. Iun. *conſ.* 8.
*n.* 23. *lib.* 2. & de magis communi Burſat. *conſ.* 22 *n.* 11.
*lib.* 1. latè Menoch. *conſ.* 261. *n.* 39. & latiſſimè Cyriac.
*contr.* 81. *n.* 10. 11. 12. *vſque ad n.* 16. vbi plurimos alle-
gat fusè etiam Amat. *deciſ. March.* 42. *n.* 9. pulchrè Rota
apud Farin. *deciſ.* 177. *n.* 11. *p.* 1. *recent.* vbi docuit vali- 4
dam eſſe donationem, ſeu promiſſionem dotis factam à
muliere maiore 25. annis abſque ſolemnitatibus ſtatu-
tariis: & *deciſ.* 511. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* Veral. *deciſ.* 199. *p.* 3. &
Rot. apud. Pic. *ad ſtatut. Vrb. deciſ.* 66. *in princ.* Cancer.
*var. reſol. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 43. Cocc. *deciſ.* 433. *n.* 1. Rot. apud
Farin. *deciſ. poſth.* 344. *n.* 5. *in fin. part.* 1. & meliùs *deciſ.*
490. *n.* 4. 5. *p.* 2. vbi ſuſtinet promiſſionem dotis factam
à muliere ſine ſolemnitatibus ſtatuti validam eſſe, id-
que procedere etiamſi partes videantur voluiſſe con-
trahere iuxta formam ſtatuti, quia non apparet, quod
ad eam ſe voluerint aſtringere: & ideò ex clauſula, *om- 5
ni meliori modo*, ſuſtinetur contractus etiam ſine ſolem-
nitatibus ex cauſa dotis. Sic etiam latè confirmat An-
dreol. *contr. for.* 73. *num.* 52. 53. 54. Pic. *ad ſtat. Vrb. gl.* 7.
*num.* 255. 256. & Rot. *apud eum deciſ.* 12. *num.* 9. 10. &
*deciſ.* 40. *n.* 29. & ſimiliter Rot. diuerſ. apud Rubeum
*deciſ.* 167. *n.* 6. 7. *p.* 3. vbi multis adductis probat dona-
tionem mulieris ob cauſam dotis eſſe validam ſine ſo-
lemnitatibus ſtatuti.

Et hoc procedit non ſolùm in promiſſione dotis, ſed
etiam in augmento eius, quia dotis augmentum gau-
det omnibus priuilegiis dotalibus, & ideo mulier ma- 6
ior 25. annis poteſt donare, & ſe obligare ita ex aug-
mento dotis, ſicut ex cauſa ipſius dotis ſine ſolemnitate
ſtatuti, vt per Gabriel. *conſ.* 10. *n.* 6. *lib.* 1. Coccin. *dec.* 423.

*n.* 2.



*n.* 2. Gratian. *diſc.* 172. *n.* 19. Rot. *diuerſ. deciſ.* 300. *n.* 8.
*p.* 6. apud Rubeum, & apud Farin. *deciſ. recent.* 206. *n.* 1.
*p.* 2. & apud Pic. *ad ſtat. Vrb. deciſ.* 66, *num.* 2. Cyriac.
*contr.* 85. *n.* 10. latè, & pulchrè Andreol. *d. contr.* 73. *n.* 55.

Verùm hæc propoſitio vera, & communis notabili-
ter declaratur, vt procedat duobus concurrentibus,
ſcilicet quando mulier donans ex cauſa dotis, vel eius
7 augmenti eſt talis conditionis, vt teneatur dotare, &
non prohibeatur donare, alioquin neceſſariæ ſunt ſta-
tuti ſolemnitates, vt per Rot. penes Coccin. *deciſ.* 433.
*n.* 3. & *deciſ.* 479. *n.* 5. & apud Pic. *ad ſtat. Vrb. deciſ.* 69.
*n.* 3. quaſi tunc factum ſine ſolemnitatibus videatur
factum ad fraudandum ſtatutum, quod nobis videtur
faceſſere negotium, quia dicta mulier non tenebatur
dotare dictam ſuam neptem.

Sed reſpondetur, non eſſe neceſſariam illam quali-
tatem, quod mulier donans cauſa dotis teneatur dota-
re illam, qui donat, ſi vult euitare ſtatuti ſolemnita-
tes, quia axioma ſumptum procedit etiam quando
tractatur de dotanda muliere extranea, & ſatis eſt,
quod talis ſit mulier, cum qua liceat matrimonium
8 contrahere, vt probat textus *in d. l. fin. C. ad Velleian.* in
illis verbis: *Pro qualibet muliere, cum qua licitum eſt
matrimoniam contrahere.* Talia enim verba non ſunt
reſtricta tantum ad eas mulieres, quæ neceſſariò ab
alia muliere ſunt dotandæ, ſed omnes mulieres gene-
raliter comprehenduntur, vt dotari ab altera muliere
valeant ſine ſtatuti ſolemnitate, vt ſic pulchrè decla-
rat Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſſ.* 7. *n.* 255. *in fin.* vbi dixit etiam,
quod Rota *in Rom. dotis*, 29. *Maij* 1602. *coram Ortem-
bergo*, ſic hanc rem ponderauit, & ſic etiam docuit
Andreol. *d. contr.* 73. *num.* 58. *in fin.* Rota apud Pic. *ad
ſtat. Vrb. deciſ.* 13. *num.* 5.

Nec obſtant deciſiones in contrarium adductæ, tum
quia in illis non fuit hoc principaliter diſcuſſum, ſed
obiter dictum, vt inquit Pic. *d. gloſſ.* 7. *num.* 254. *in fin.*
& apud eum Rot. *deciſ.* 13. *ſub n.* 5. *ad fin.* tum quia lo-
quuntur propriè in caſu quando poſt contractum ma-
trimonium mulier fecit augmentum dotis, quod ideò
præſumitur factum ad fraudandum ſtatutum, vt habe-
9 tur *in d. deciſ.* 66. *ſub n.* 3. & apud Coccin. *d. deciſ.* 479.
*n.* 5. qui non eſt caſus noſter, quia hæc mulier donauit
nepti in ipſo contractu ſponſalium, & dotationis, adeò
vt ſponſus vigore dictæ promiſſionis dotis fuerit in-
ductus ad nuptias, & propterea ceſſant ſtatuti ſolem-
nitates etiam quando mulier ſe obligat pro dotanda
muliere extranea, vt latè apud Pic. *ad ſtat. Vrb. d. gl.* 7.
*n.* 254. vbi multos allegat, & multas Rotæ deciſiones
adducit. Rot. *d. deciſ.* 13. *num.* 5.

Ideò res reducitur ad ſecundum caput limitationis,
quod mulier non ſit prohibita donare, velut quia ſit
10 minor, tunc enim verè non poſſet ſe obligare etiam
ex cauſa dotis ſine ſolemnitatibus, vt per Pic. *ad ſtat.
Vrb. gloſſ.* 7. *n.* 259. & in his terminis procedunt, quæ in
contrarium adducuntur: nos autem verſamur in mu-
11 liere maiore 25. annis, quæ de iure non prohibetur
donare, vt per Rot. *diuerſ. deciſ.* 88. *n.* 7. & *deciſ.* 278.
*n.* 13. *p.* 6. apud Rubeum. Cyriac. *contr. for.* 128. *n.* 43. &
*contr.* 181. *num.* 28. & facit Lambertheng. *de contract.
mul. gl.* 15. *verb. iurante marito, n.* 9. vbi mulier abſolutè
donare non prohibetur, ſed ſolùm quæritur, an requi-
rantur ſtatuti ſolemnitates, quas ceſſare diximus in
cauſa dotis: ergo valida fuit dicta donatio: ſic proba-
re etiam videtur Rota *d. deciſ.* 13. *n.* 6.

Maius dubium facit dictum ſtatutum Mutinenſe
*lib.* 2. *rub.* 110. *in princ.* vbi videtur expreſſe etiam
prohibere, ne mulier ſe poſſit obligare ſine ſolem-
12 nitatibus etiam ex cauſis dotis, ſtatuens, & prohibens,
ne *vlla mulier cuiuſcunque ætatis ſit, poſſit aliquem con-
tractum, vel quaſi contractum, vel liberationem, di-
ſtractum, obligationem etiam ex cauſa dotis, vel con-
feſſionem alicuius qualitatis, receptionem, renuntiatio-
nem, fideiuſſionem, donationem, venditionem, alienatio-
nem, vel hæreditatis aditionem, vel immixtionem, vel
alium quemuis contractum, vel quaſi, per quem quoquo mo-
do tota mulier appareat obligata, vel aliquid, vel qualecun-
que præiudicium ſibi generetur, inire, vel facere poſſit ſine,
&c.* Vnde cùm habeamus caſum ſtatuti, nihil vlteriùs
eſt quærendum, *l. ancillæ, C. de furt.* Bart. & DD. omnes 13
*in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.*

Nihilominus adhuc ſuſtineri poteſt, quod dicta do-
natio valida ſit, etiamſi careret ſolemnitatibus ſtatuti,
quaſi non comprehendatur dotis cauſa in eius diſpo-
ſitione: vt autem hoc benè percipiatur, attentè ani-
maduertendum eſt, quod donare, & ſe obligare ex cau-
ſa dotis inter ſe differunt, vt ſatis patet, & infra oſten-
dam, & propterea quando ſtatutum voluit comprehen-
dere cauſam dotis, id expreſſit ſolùm in obligatione
mulieris, dicens; *Obligationem etiam ex cauſa dotis.* Illa 14
enim qualitas: *ex cauſa dotis*: refertur tantùm ad
præcedentia immediatè, cùm per ſe ſtare non poſſit, vt
per Leand. Galganet. *in tract. de condit. & demonſtr. p.* 2.
*c.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 8. & ideò illa vox, *ex cauſa dotis*, non
poteſt intelligi repetita in ſequentibus, quia poſita eſt
ad qualificandam, & ampliandam illam dictionem,
*Obligationem*, præcedentem: ſic Bart. *in l.* 1. *num.* 1. *verſ.* 15
*ſi enim illa clauſula. ff. de rebus dub.* & *in l. talis ſcripturæ,
§. hanc autem, num.* 3. *verſ. quandoque in diſpoſitione, ff. de
legat.* 2. Iaſ. *in l.* 1. *num.* 9. *lim.* 6. *C. de liber. præter.* Curt.
Iun. *conſ.* 7. *n.* 11. *verſ. ſextò præmittitur.* Decian. *conſ.* 1.
*num.* 153. *vol.* 2. Simon de Præt. *de interpret. vlt. vol. lib.* 2.
*dub.* 2. *col.* 2. *num.* 164. *fol.* 170.

Non ſic loquitur ſtatutum, cùm prohibet mulieri
donare ſine ſolemnitatibus; tunc enim non exprimit,
etiam ex cauſa dotis, & ſic tantùm generaliter prohi-
bet donationem, quæ prohibitio non extenditur ad
donationem ex cauſa dotis, vt plenè viſum eſt, nos
enim verſamur in caſu donationis, non obligationis;
& ideò cùm illa clauſula, *etiam ex cauſa dotis*, qualificet
tantùm illud verbum, *Obligationem*, non etiam dona-
tionem, quam poſtea ſtatutum enumerat, ſequitur, quod
ſtatutum prohibeat tantùm obligationem ex cauſa
dotis, non etiam donationem ex eadem cauſa, & ad
euadendum ſtatutum nobis ſufficit dicere, quod illud
non loquitur de hoc caſu donationis ex cauſa dotis, vt
ad rem dixit Rota apud Verall. *deciſ.* 3. *numero* 3. & *de-* 16
*ciſ.* 199. *num.* 1. *verſ. & quia ſtatutum, part.* 3. quod enim
ſtatuentes non dixerunt, neque nos dicere debemus,
ſi enim ſtatuentes voluiſſent idem procedere etiam in
donatione, benè ſciuiſſent explicare, nec enim poteſt
fieri repetitio qualitatis præcedentis ad alia verba re-
ſtrictæ, & cùm ſtatutum huiuſmodi ſit à iure exorbi-
tans, non extenditur de caſu ad caſum, ex Gemin. *conſ.* 17
62. *num.* 9. *verſ. exorbitantia*, Abb. *conſ.* 44. *in fin. lib.* 1.
Oldrad. *conſ.* 150, *num.* 3. Dec. *conſ.* 37. *num.* 5. Becc. *conſ.* 3.
*num.* 43. & magis ad rem Rot. apud Farin. *deciſ. recent.*
375. *num.* 5. *p.* 1. vbi in materia contractus mulierum, 18
vel minorum contrahentium ſine ſolemnitatibus di-
cit conſtitutionem Ægidianam non eſſe trahendam
extra caſum ſuum, & maximè quando poteſt aſſignari
ratio diuerſitatis, quæ conſtituitur etiam ex maioritate,
vel minoritate rationis, prout adeſt rationis diuerſitas
in noſtro caſu.

Nam diuerſa ſunt, quod ſe pro alio obliget (ad quod
ſolet facilè induci) & quod ſimpliciter de propriis bonis
aliquid donet (quod raro ſolet facere) prout in ſimili di-
citur de Senatuſconſulto Velleiano, quod prohibet mu-
lieri alienam in ſe ſuſcipere obligationem, & pro alio
intercedere; non autem ex hoc prohibetur de ſuo do-
nare, quia illud voluit ſuccurrere mulieri ſe obliganti,
nec trahitur ad donantem, quia faciliùs mulier ſe pro 19
alio obligat, quàm alicui donet, vt per gl. *in l. ſi ego, verſ.
ſed & ſi, ff. ad Velleian.* dixerunt in verbis Mantic. *de tac.
& amb. conuent. lib.* 13. *tit.* 17 *num.* 2. 3. Gratian. *diſc.* 669.

n.14. 15.16.& hoc idem probat Cyriac.contr.for.128.
n.38.39. vbi benè hoc idem explicat,& dicunt præfa-
ti DD. quod vbi maius eſt periculum, vt in obligatio-
ne,ibi magis eſt conſulendum.
Vnde cùm ſtatuentes Mutinenſes cognouerint ma-
ius eſſe periculum, quod mulier propter eius facilita-
tem ſe obligaret pro alio, voluerunt, quod nec poſſet
ſe obligare ex cauſa doris, quod non prohibuerunt ex-
preſsè in donatione,vt nec poſſet donare ex cauſa do-
tis, quia de hoc erat minus periculum, cùm mulierum
genus ſit auariſſimum, & miraculum ſit, ſi mulier,
20 quod ſuum eſt,alteri donet, d.l.ſed ſi ego, in fin. ad Vel-
leian. gl. in l.ſi à ſponſo, vbi Bald. C. de donat. ante nupt.
& in l.ſi ſtipulata,§.1.de don.inter vir.& vx.gloſſ.& Bart.
in l. qua dotis, num.1. vbi Caſtr. n.5.ff.ſol. matr. Bart.
conſ.7.n.2.in fin.lib.2.Crau. conſ.389.n.16. & conſ.547.
n.15.& conſ.862.n.3.Tiraq.de ll.connub.l.9.n.35.& ſeq.
Ceph.conſ.325.n.15. Mantic. d.tit.17.num.1. Gratian.
d.diſc.669. n.17. Pacian.conſ.54. n.31.32. Ergo ſtante
hac ratione diuerſitatis inter donationem, & obliga-
tionem non eſt arguendum,quod ſicut ſtatutum noluit
mulierem ſine ſolemnitatibus poſſe obligari etiam ex
cauſa dotis,ita noluerit,quod poſſit ex eadem cauſa do-
nare,quia hæc diuerſa ſunt, & habent diuerſum moti-
uum rationis.
Neque dicatur,quod dicta mulier in dicta donatio-
ne fuit valdè læſa,cùm per eam diminuatur eius patri-
monium, & ei generetur præiudicium, quod non ad-
mittit dictum ſtatutum, & propterea videtur fuiſſe de-
cepta,& dolore inducta ad ſic donandum.Nam reſpon-
detur, quod hîc nullus odor fraudis, vel doli poteſt
conſiderari, in quo bona fides ſuperabundauit inter
coniunctos ſanguine in actu ſponſalium: nec veriſi-
mile eſt,quod puella donataria teneræ ætatis deceperit
amitam vetulam,& ideo potius dicendum eſt,quod ip-
ſa donatrix voluerit decipere neptem, & eius ſponſum
donando eis ſine conſenſu proximioris attinentis, vt
ipſa poſſet de nullitate donationis dicere, ſponſi verò
nullo modo valerent contractum matrimonium diſſol-
uere; & propterea in hoc contractu donationis ex
cauſa dotis factæ ad fauorem neptis non attenditur
vtilitas donatricis,aut læſio,ſed tantùm conſiderari de-
bet, an ſit decepta, quia in obligationibus mulierum
ſufficit,quod cauſa obligationis vera fuerit,& cognita.
21 Rot. apud Farin. deciſ. recent.619.p.2. & apud Pacific.
de Saluian.interd.deciſ.127.num.3.Fenzon. ad ſtat.Vrb.
c.151. num.30.
Etenim in donationibus, & refutationibus, quæ
fiunt ex aduerſo, nihil recepto, & gratuitò, cum ſint
actus ſui naturâ læſiui, non conſideratur læſio, ſed an
adſit tantùm dolus vel fraus,alioquin omnes donatio-
nes reſcinderentur,& propterea in contractu donatio-
22 nij nulla habetur ratio læſionis, vt tradit Anchar.
conſ.433.in fin.Bald.cõſ.129.col.fin.lib.2. Alex.conſ.125.
n.7.lib.1.Dec.conſ.181.num 4.Soc.Iun.conſ.67.num.23.
verſ.quantùm verò,lib.2.Surd. conſ.46.num.8.& conſ.87.
num.23. & conſ.114. num.15. lib.1. Gratian. diſc.925.
num.26.27.pulchrè Altograd.conſ.5.num.81. lib.1. latè
Andreol. contr.for.6. num.7. vbi docet, quod adeò in
donationibus ratio læſionis non habetur, vt id proce-
23 dat etiam in donatione notabilis quantitatis, ſicut
etiam idem in fideiuſſione probauit Fenzon.d.cap.151.
ſub num.30. quæ omnia multò magis procedunt in do-
24 natione facta in contractu dotis, quia tunc non dici-
tur contractus læſiuus, vt per Rot. diuerſ. apud Ru-
beum deciſ.55. num.7. part.6. & propterea hæc dona-
tio non potuit reſcindi, niſi interueniſſet dolus di-
ctæ donatariæ verus, & ex propoſito ſtante iura-
mento, vt per Surd. d. conſ.87. n.13. verſ. mihi tamen,
lib. 1.
Multi tamen dicunt hæc non procedere in dona-
tione indiſcreta, & immoderata, quod quidem verum
puto,& rationabile,ſed alienum eſt à caſu noſtro, quia
donatio, quam fecit dicta mulier, non eſt talis, quæ
eam conſtituat in ſtatu paupertatis,vel indigentiæ,ne-
que excedit modum dotationis pro qualitate ſponſi,&
ſponſæ, cùm enim ſibi reſeruauerit vſufructum in vita
ſua, & pactum fecerit, quod moriente donataria ſine
filiis res donata reuertatur ad hæredes donatricis; &
ideò donatio non poteſt dici imprudens, neque indiſ- 25
creta,cum perueniat ſolùm ad ſummam ſcutorum mil-
le inter nobiles, & honorificas perſonas, vt pulchrè
probat Dec. conſ.448. num.15. verſ. quartò, vbi dicit,
quod donatio eſt prudens,quando donans nepti dona-
uit, & reſeruauit ſibi vſumfructum toto tempore eius 26
vitæ, & cum eo videtur ſentire Crauet. conſ.34.num.4.
eumque ſequitur pulchrè Pacian. conſ.52. ſub num.25.
ad fin. & num.38. 39. qui videatur, quia ſatisfaciet; ſic
etiam benè dixit Pic. ad ſtat.Vrb.gl. 10. num.3. quia ex
hoc ſaluat donationem mulieris ſine ſolemnitatibus
factam, & maximè ſtante coniunctione ſanguinis, vt
per Pic. d.gl.10. num.2. & propterea etiamſi dicta mu-
lier fuiſſet minor 24. an. adhuc ſuſtinenda eſſet dicta
donatio iurata, adeo vt in ea non ſit conſideranda læ-
ſio, cum non excedat medietatem facultatum donatri- 27
cis,vt per Surd.conſ.46.num.15. & ad rem facit Odd.de
reſtit.in integr.q.23.art.12. num.51. vbi tradit minorem
non eſſe reſtituendum, quando prudenter ſe geſſit fa-
ciendo actum laudabilem,licèt ex huiuſmodi actu fue-
rit grauiter læſus.
Imò ſtante quod dicta mulier ſic donando pro dote
neptis cum reſeruationibus prædictis prudenter ſe geſ- 28
ſit,non poteſt in tali contractu dolus præſumi,nec ip-
ſa poteſt dici læſa,vt per Corn. conſ.11.num.23.& conſ.
124.in litera T,verſ.nec obſtat.lib.2. Rip.conſ.16. n.14.
verſ.item verum,lib.3.Alb.conſ.77.n.22. verſ. nec obſtat.
& conſ.100. num.5.verſ. nec obſtat. & conſ.181. num.57.
Crauet. conſ.192.Menoch.conſ.80.num.71.pulchrè Pa-
cian. conſ.54.num.21. 22. & ſeqq. qui quidem probant
donationem magnam, & factam ſine cauſa, & im-
prudenter non poſſe dici ſpontaneam, & ſine dolo,
ſecus verò dicunt, quando non eſt talis, vt hæc noſtra 29
donatio,quæ fuit facta cum magna cautela ad fauorem
neptis in actu matrimonij, vt virum magis honorifi-
cum haberet, & ipſa ſibi reſeruauit vſumfructum, &
tantò laudabilior eſt donatio, quia fuit facta nepti be-
nemeritæ, cuius merita probantur per aſſertionem do-
natricis, vt per Gratian. diſc. 657. num.51. 52. & per 30
eius iuramentum.Mantic.de tac.& amb.conuent. lib.13.
tit.15. num.42.
Cùm igitur ſtatutum prædictum factum fuerit, ne
mulieres decipiantur,& blanditiis hominum inducan- 31
tur ad contrahendum, vt legitur in eius principio,quæ
ratio cum fuerit expreſſa in procemio, præſumitur fi- 32
nalis, ad textum, in l.fin. vbi Bart. & DD. ff. de hær. in-
ſtit. latè Gratian. diſc.924.num.22.23. Fenzon. ad ſtat.
Vrb.cap.151.num.23. verſ.fraudibus, non poteſt habere
locum in hac donatione facta ſic prudenter, & con-
ſultò ad fauorem perſonæ coniunctæ, & benemeritæ 33
ex cauſa dotis, quia ceſſante ratione, vel cauſa finalis
legis ceſſat ipſa lex,& diſpoſitio, l.adigere,§.quamuis,ff.
de iurepatr. l. quod dictum, ff. de pact.cap.cum ceſſante, de
appell. Tiraq. in tract.ceſſ. cauſ. part.1. num.125. Surd.
conſ.84. num.10.16. vbi in hac noſtra materia mulie-
ris contrahentis ſine ſolemnitate ſtatuti, & ſine forma
requiſita benè probat, quod ex inobſeruantia formæ
non vitiatur actus ceſſante ratione formæ, quando 34
principaliter reſpicit priuatam vtilitatem, ſecundariò
verò publicam, vt hic, & alios allegat, & idem docet
Turret. conſ.36. num.25. lib.1. in ſimili conſtitutione
Alciat. conſ.20.num.7.lib.1. Caſſador. deciſ.2.num.2.de
iudic. Mantic. de tac.& amb.conuent.lib.2. tit.4. num.46.
pulchrè etiam in terminis Andreol. contr.for.84.n.10.
vbi in ſimili ſtatuto dante formam contractui inquit,
obſer



obſeruantiam formæ non vitiare actum ceſſante ratio-
ne formæ, quando principaliter reſpicit priuatam vti-
litatem, ſecundariò publicam: ergo non poteſt dici
nulla hæc donatio, quia etiam non ſeruata ſtatuti for-
ma habemus effectum illius diſpoſitionis,quod mulier
non fuerit decepta,vel fraudata,aut irrationabiliter læſa.
Neque dicatur dolum præſumi ab ipſo ſtatuto, dum
non ſeruatur eius forma. Nam reſpondetur,quod ſi be-
35 ne legatur dictum ſtatutum Mutinenſe lib.2. rubr.110.
nullo loco præſumit dolum in contractu, prout requi-
rebatur. Lancell. Gall. conſ.98. n.25. verſ. verùm ſtatu-
tum; ſed benè illum præſumit in iuramento,quæ ſunt
diuerſa, & ab vno non infertur ad aliud, l.Papinianus,
ff.de minor. non enim ex hoc quia dolus præſumitur in
36 iuramento, ideò præſumitur etiam in contractu, niſi
probetur exteriùs. Abb. conſ.71.n.7.verſ.ego verò,lib.1.
Ruin. conſ.194.n.9.lib.1. Rol.conſ.99.n.21.lib.1. Ant.
Corn. tract. de iuram.p.4.caſ.12.n.13.Gallia d.conſ.98.
n.29. in fin.
Imò tantùm abeſt, quod dicta mulier fuerit decepta,
& dolore inducta ad donandum, vt potiùs ipſa videa-
tur voluiſſe eludere dictos ſponſos donatarios, dum
minus ſolemniter donauit aſſerendo eſſe proximiores,
qui non erant, vt poſſet poſt matrimonium deficere à
promiſſis, & nihilominus matrimonium eſſet irre-
tractabile, & ſponſus teneretur ad onera matrimonij,
37 & ſic videtur habuiſſe intentionem reprehenſibilem,
quæ non eſt fouenda, nec permittendum, vt ſponſi ſic
remaneant deluſi, & in damno, ad textum in l.2.§.1.ff.
de arb. l.1.§. magiſtrum, de exercit. act. Crauet. conſ.91.
n.11. Rol. conſ.81. n.15. lib.4. Menoch. conſ.68. n.22.
Surd.conſ.143.n.34.Gratian.diſc.924.n.15.& n.34.hæc
enim donatio poteſt dici correſpectiua ad matrimo-
nium, & ad promiſſionem ſponſi de oneribus matri-
monij ſuſtinendis,quia eſt expreſſa cauſa dotis,& nup-
38 tiarum quæ non poteſt eſſe ſine matrimonio, l.2.ff. de
iure dot. l.fin. C. de donat. ante nupt. cùm enim ſit facta
in eodem inſtrumento dotali,& inter eaſdem perſonas,
dicitur omnino correſpectiua, quia quidquid contine-
tur in eodem inſtrumento, habetur pro vnico actu, vt
39 per Tiraq. in l. vnquam, in verb. donatione largiens,
n.117.C.de reuoc. donat. Crauet. conſ.298.n.13.verſ.imò
iſti. Menoch.conſ.156.n.16.& præſ.12 n.3.& n.31.lib.6.
Pacian. conſ.112.n.12.13. Rot.diuerſ.deciſ.127.n.12.p.6.
apud Rubeum. Et ideò ſecuto matrimonio donatio eſt
irreuocabilis, nec amplius poteſt minui, aut moderari,
40 iuxta l.perfectam, C. de donat. quæ ſub mod. Grat.conſ.7.
n.42.lib.2. Surd.conſ.143.n.55. Gratian. diſc.924.n.12.
& ſtante cauſa dotis, & matrimonij non requiritur in-
ſinuatio. Rot.diuerſ. d.deciſ.58.n.5.
Tenetur igitur dicta mulier ad obſeruantiam dictæ
donationis, & contraueniens incurrit periurium, nec
habet iuſtam cauſam petendi abſolutionem à iuramen-
to,ſiquidem iurans non poteſt conſequi abſolutionem,
quando iuramentum confirmat contractum, & maxi-
mè dotis, vel donationis, quia in ea non poteſt conſi-
derari deceptio in pretio,vel læſio, vt dictum eſt; ideò
41 iurans debet compelli ad obſeruantiam donationis, ex
mente Abb. in cap. cùm contingat, col. pen. vbi etiam
Imol. de iureiur. Alex.conſ.125.n.11.lib.1. Alb.conſ.11.
n.3. & conſ.198.n.25. Soc.Iun.conſ.67.n.24.lib.1.Hier.
Gabriel conſ.127.n.27.28.29.Crau.conſ.114.n.12.Ceph.
conſ.137.n.52. Becc.conſ.58.n.6. Altograd.conſ.5.n.48.
lib.1. Surd. conſ.87. n.13. ad fin. vbi idcircò probat læ-
ſionem non conſiderari in donatione, ſed cauſæ veri-
tatem, vnde non reſcinditur etiam obtenta habilita-
42 tione à iuramento, & ſic contractus eſt irreuocabilis,
& iuramentum indiſpenſabile, vt inquit Bonacin.
tract.de contract.diſp.3.q.1.punct.1.n.10.verſ.quando ve-
rò: & propterea dicta donatrix in foro externo non
poteſt obtinere victoriam, neque etiam tuta eſt in foro
43 conſcientiæ, ſciens non fuiſſe deceptam, neque dolo
inductam, quia in eo attenditur ſola veritas, & præ-
ſumptio ſine veritate apud Deum non excuſat à pecca-
to, vt in terminis noſtris dixit Duard. in Bullam Cœn.
Domini, lib.2. can.15. q.19. n.60. Vnde ſi dicta mulier
cum iuramento interrogata à iudice confiteretur con-
tractum fuiſſe verum, & non doloſum, vel meticulo- 44
ſum,non poſſet contradicere, & teneretur ad eius ob-
ſeruantiam non obſtante ſtatuto annullante, vt poſt
Abb. in d. cap. cùm contingat, n.12. in fin. de iureiur.
probat Ant.Corn.d.tract.de iurament.p.5. caſ.12.n.18.
19. 22. vbi ſic docet procedere etiam in foro externo, 45
quia ex eius confeſſione apparet contractum non fuiſ-
ſe doloſum, vel meticuloſum, & ſic ceſſat motiuum
ſtatuti, & cauſa finalis, & formæ inductæ à ſtatuen-
tibus ad euitandas fraudes in contractibus mulierum.
Et ita, &c.



---

# CAPVT CXXV.

## EPITOME.

Cauſæ omnes in prima inſtantia ſunt deci-
dendæ coram Ordinariis locorum, adeò
vt inhibitiones quæcunque non ſint ti-
mendæ.

## SVMMARIVM.

1 *Cauſæ omnes Eccleſiaſtici fori coram Ordinariis loco-
rum in prima inſtantia ſunt cognoſcendæ.*
2 *Biennium ſi ſit lapſum etiam in prima inſtantia licet
adire ſuperiorem.*
3 *Appellationes in prima inſtantia non ſunt recipiendæ.*
4 *Inhibitiones non debent fieri in prima inſtantia.*
5 *Appellationum modum, & formam præſcripſit ſacra
Congregatio.*
6 *Inhibitiones nimis ſunt familiares, & fiunt ſine cauſæ
cognitione.*
7 *Legati, & alij quid ſeruare debeant in admittendis
Appellationibus & inhibendo.*
8 *Inhibitiones non ſeruata forma iuris ſunt nullæ.*
9 *Inhibitiones non debent facilè ſuperiores conce-
dere.*
10 *Archiepiſcopus,vel Legatus quomodo poſſint ſe ingere-
re in cauſis Ordinariorum.*
11 *Inhibitio non viſis actis relaxata eſt nulla, & impunè
ei non paretur.*
12 *Decretum S.Congregationis circa appellationes obſer-
uandum.*
13 *Ordinarius Eccleſiæ ſolus eſt competens in prima
inſtantia.*
14 *Sententia lata à Nuntio Apoſtolico in prima inſtan-
tia eſt nulla.*
15 *Nuntius Apoſtolicus non poteſt cognoſcere cauſas in
prima inſtantia.*
16 *Archiepiſcopus non eſt Iudex competens in prima
inſtantia ſuffraganei.*
17 *Inſtantia prima fori Epiſcopalis non poteſt cognoſci ab
Auditore Cameræ.*
18 *Inſtantia prima ſpectat ad Epiſcopum, vel eius Vica-
rium priuatiuè quoad alios.*
19 *Appellatio à Vicario foraneo vel ab Archidiacono
deuoluit ad Epiſcopum.*
20 *Appellatur à delegato Epiſcopi ad Epiſcopum, non ad
Archiepiſcopum.*
21 *Archiepiſcopus in cauſis Ordinariorum habet iuriſ-
dictionem limitatam ad cauſas appellationis.*
22 *Metropolitanus non poteſt ad ſe auocare cauſas Ordi-
nariorum.*

23 *Auocatio cauſarum à foro Epiſcopi non datur, niſi per viam legitimæ appellationis.*
24 *Superior an poſſit adiri per viam querelæ in prima inſtantia.*
25 *Nullitas ſententiæ poteſt proponi coram ipſo Ordinario, vel eius ſuperiore.*
26 *Archiepiſcopus an poſſit adiri per viam nullitatis, & appellationis.*
27 *Archiepiſcopus quoad cauſas ſuffraganeorum non poteſt adiri per viam querelæ.*
28 *Iudicem ſuperiorem adire per viam querelæ quid ſit.*
29 *Querela, & nullitas ſunt idem.*
30 *Iudex ſuperior, qui non poteſt adiri per viam querelæ, non poteſt etiam per viam nullitatis.*
31 *Archiepiſcopus non poteſt adiri, niſi per viam appellationis.*
32 *Querela eſt propriè, quoties cauſa defertur ad Iudicem ſine appellatione.*
33 *Archiepiſcopus poteſt adiri per viam querelæ certis caſibus.*
34 *Epiſcopi vitium quandoque dat iuriſdictionem Epiſcopo.*
35 *Metropolitanus nullo caſu poteſt adiri per viam querelæ.*
36 *Metropolitanus non habet iuriſdictionem in cauſis ſuffraganeorum niſi in appellatione.*
37 *Epiſcopus ſi nulliter, & iniquè iudicet, ad quem recurrendum.*
38 *Papa non habet iuriſdictionem limitatam.*
39 *Appellatio dat iuriſdictionem Archiepiſcopo etiam quoad nullitatem.*
40 *Viam, quam elegiſti, hæc tibi pateat.*
41 *Sententiæ nullitas coram quo iudice proponi poſſit.*
42 *Nullitas an poſſit per ſe deduci coram Archiepiſcopo.*
43 *Legatus de latere an poſſit adiri per viam querelæ.*
44 *Legati de latere habent limitatam iuriſdictionem ad cauſas appellationis.*
45 *Legatus, & alij ſuperiores debent obſeruare c. Romana, de appell. in 6.*
46 *Appellans quomodo ſit audiendus.*
47 *Auditores Legatorum quid ſeruare debeant in appellationibus.*
48 *Legati, & alij non poſſunt ad ſe auocare cauſas Ordinariorum.*
49 *Nullitas ſortitur naturam appellationis.*
50 *Nullitatis Iudex debet procedere vt in appellatione.*
51 *Legatus, & Metropolitanus quomodo debeant recipere appellationes.*
52 *Inhibitiones quando, & quomodo concedendæ.*
53 *Inhibitionibus quando liceat non parêre.*
54 *Inhibitio quando non liget manus Iudicis.*
55 *Inhibitio quando ſit timenda, vel non.*
56 *Inhibitio nihil operatur, niſi ſit canonica.*
57 *Inhibitio canonica quid requirat.*
58 *Inhibitio non debet fieri, niſi parte citata.*
59 *Citatio requiritur antequam inhibeatur.*
60 *Inhibitio debet fieri cum cauſæ cognitione.*
61 *Superiores quando debeant inhibere, vel non.*
62 *Inhiberi quando poſſit ſine alia cognitione.*
63 *Inhibitiones poſt appellationem quomodo concedendæ.*
64 *Appellatio ab interlocutoria an ſufficiat ad inhibendum.*
65 *Appellatio datur à decreto de carcerando, & à carceratione.*
66 *Carceratus debet remanere in carceribus donec cognoſcatur, an iuſtè.*
67 *Inhibitiones quomodo relaxandæ in cauſa carcerationis.*
68 *Appellatio quomodo admittenda à grauamine irreparabili.*
69 *Carcerari quando quis debeat, pendet ab arbitrio Iudicis.*
70 *Appellans dum carceratur, adhuc carcerandus eſt.*
71 *Appellatio non liberat à carcere.*
72 *Appellatio non admittitur, niſi conſtet reum fuiſſe iniuſtè carceratum.*
73 *Appellanti ſcripturæ ſunt tradendæ.*
74 *Scripturæ quomodo dari debeant appellanti.*
75 *Appellans non poteſt eximi à iuriſdictione iudicis Ordinarij quoad alias cauſas.*
76 *Archiepiſcopus non poteſt eximere ſubditum à iuriſdictione Ordinarij.*
77 *Legatus non poteſt eximere ſubditum Ordinarij ab eius iuriſdictione.*
78 *Exemptiones ſunt præiudiciales.*
79 *Exemptiones ſunt de reſeruatis Papæ.*
80 *Exemptio non eſt facilè concedenda.*
81 *Inſtantia prima eſt relinquenda ordinario intra biennium.*
82 *Querela quid ſupponat, & quomodo procedat.*
83 *Querela deuoluit totum negotium, & quando.*
84 *Nullitatis remedium æquipollet appellationi.*
85 *Nullitas eſt probanda ab eo, qui querelat.*
86 *Querelæ viâ procedere quid ſit.*
87 *Executio non impeditur per querelam.*
88 *Inhiberi non poteſt, ſi ſola nullitas proponatur.*
89 *Appellatione deſerta remanet deſerta nullitas.*
90 *Nullitas quomodo deuoluat negotium principale.*
91 *Inhibitiones quando ceſſare debeant.*
92 *Papa poteſt omnia in negotiis Eccleſiaſticis.*
93 *Auditor Cameræ eſt iudex competens etiam in prima inſtantia, vbi eſt obligatio Cameralis.*
94 *Biennium quomodo currat in prima inſtantia.*
95 *Ordinarius ſi eſt negligens per biennium in cauſis expediendis, datur recurſus ad ſuperiorem.*
96 *Appellationi quando locus elapſo biennio.*
97 *Epiſcopus Regienſis eſt exemptus.*
98 *Ordinariis decet iuriſdictio illæſa conſeruari.*
99 *Epiſcopus eſt iudex in ſolidum in tota ſua Diœceſi.*
100 *Legati non debent impedire Ordinarios in ſua iuriſdictione.*
101 *Auocari non debent cauſæ ab Ordinariis.*
102 *Sententia nondum lata non licet appellare ad ſuperiorem.*
103 *Inhibitiones quando ſperni poſſint.*
104 *Appellans quomodo poſſit habere ſcripturas.*
105 *Appellatio non datur in cauſa viſitationis, & morum correctionis.*
106 *Actuum originalia non debent tranſmitti ad iudicem ad quem.*
107 *Cenſura Eccleſiaſtica quomodo relaxanda à iudice appellationis.*
108 *abſolutio ad cautelam quomodo, & quando impertienda.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

SAnctiſſimè ſanxit ſacroſanctum Concilium Trid.
*ſeſſ.24. cap. 20. de reformat.* cauſas omnes ad forum
Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiamſi 1
beneficiales ſint, in prima inſtantia coram Ordina-
riis locorum duntaxat cognoſcendas, atque omninò
ſaltem infra biennium à die motæ litis terminandas,
alioquin poſt id ſpatium liberum ſit partibus, vel al- 2
teri earum iudices ſuperiores aliàs tum competentes
adire, qui cauſas in eo ſtatu, quo fuerint, aſſumant,
& quamprimùm terminari curent, nec antea aliis
committantur, nec auocentur, neque appellationes
ab eiſdem interpoſitæ per ſuperiores quoſcunque reci- 3
piantur, earumve commiſſio, aut inhibitio fiat niſi
à diffinitiua, vel à diffinitiuæ vim habente, & cu- 4
ius grauamen per appellationem à diffinitiua repara-
ri nequeat: & latiùs ad tollendas ambiguitates,
& controuerſias iuriſdictionales, quæ inter appella-
tionum, & prioris inſtantiæ iudices non ſine par-
tium



5 tium diſpendio, cuiuſque iuſtitiæ impedimento, & ſæ-
pè cum ſcandalo oriuntur, Sacra Congr. Em. DD. Card.
negotiis Epiſcoporum præpoſitorum ſub die 16. Octo-
bris 1600. explanauit ordinem ſeruandum in appella-
tionibus admittendis, & proſequendis, cuius tenor in
calce huius controuerſiæ regiſtrabitur.

Verùm quia vix ſeruatur quidquam, & miniſtri ſu-
periorum ſæpè, & vt plurimum de facto procedentes,
forſan etiam contra mentem Primatum, & Metropoli-
tanorum, & aliorum ſuperiorum, conantur auocare
cauſas ad ſe, pendentes coram ordinariis locorum in
prima inſtantia, tam in ciuili, quàm criminali negotio,
relaxantes inhibitiones rigoroſas non viſis actis, ne-
que parte citata, vel audita, neque conſtito ſibi de ap-
pellatione, aut de aliquo grauamine, & licet de hoc
ſæpè conquerantur Ordinarij, tamen nunquam ſtabi-
lis prouiſio obtineri poteſt in graue damnum iuriſdi-
ctionis Ordinariorum, & curſus Iuſtitiæ, quia propter
hoc ſæpiſſimè delicta remanent impunita, provt ego
quandoque vidi, quia ligantur manus Iudicis ordinarij,
& ſuperior non informatus non curat perficere pro-
ceſſum, & reus inueniens fautores circuntegit ſua cri-
mina, & ordinarij fruſtra defatigantur, & negligen-
tiores fiunt, dum vident, quod Iudices appellationum
ſtatim nulla cauſæ cognitione adhibita inhibitiones
tranſmittunt, adeò, vt introducta ſit tanta facilitas in-
hibendi, vt Notarij inſciis Iudicibus ponant decretum
6 inhibitionis, volentes etiam vt ſtatim præſentata cita-
tione parti ad videndum inhiberi, quod ex tunc habea-
tur, ac ſi eſſet inhibitum, vt teſtatur de prædictis Scacc.
*in tract. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæſt. 10. n. 34. ſub verſ.*
*Ad quartum*: quæ ſunt adeò abſurda, vt inde naſcan-
tur mille inconuenientia, & pugnant de directo con-
tra diſpoſitionem Concilij Trid. *ſeſſ. 22. cap. 7. de reform.*
vbi ſtatutum eſt, vt legati, Nuntij Apoſtolici, Patriar-
chæ, Primates, & Metropolitani in appellationibus ad
7 eos interpoſitis in quibuſvis cauſis, tam in admittendis
appellationibus, quàm in concedendis inhibitionibus
poſt appellationem ſeruare teneantur formam, & teno-
rem ſacrarum conſtitutionum, & præſertim Innocen-
tij IV. *in cap. Romana, de appellat. in 6.* quacunque con-
ſuetudine etiam immemorabili, aut ſtylo, vel pri-
uilegio in contrarium non obſtantibus, aliter inhibi-
8 tiones, & proceſſus, & inde ſecuta quæcunque ſint ipſo
iure nulla, in ea enim decretali præcipitur Metropoli-
tanis, ne appellationes à ſententiis ſuffraganeorum
ſuorum recipiant ante diffinitiuam ſententiam, & ni-
ſi vocatis vocandis, & cognito de grauamine cauſas
auocent, vel inhibeant, aliaque in illa ſalubri conſtitu-
tione in materia appellationis prudenter ſtatuuntur,
quæ ſi Primates, & alij ſuperiores obſeruarent, & præ
oculis haberent, ſicut mandat dictum Concilium, non
9 ſic paſſim litteras inhibitoriales concederent, vt inquit
in verbis Steph. Quarant. *in ſum. Bull. verb. Archiepiſ-*
*copi auctoritas, ſub n. 19. verſ. denique.*

Præſtat hoc mihi occaſionem diſcutiendi articulum,
10 quomodo Archiepiſcopus, vel legatus poſſit ſe inge-
rere in cauſis coram ordinariis inferioribus pendenti-
bus in prima inſtantia, eò quod quidam R. D. Bartho-
lomeus Accurſinus denuntiatus de crimine inceſtus
cum duabus ſororibus, & aliis, & non modicè inditia-
tus, fugam arripuit, & ad Metropolitanum recurſum
habuit multis mendaciis repreſentatis, à quo dicitur
obtinuiſſe inhibitionem non viſis actis, neque petitis,
11 neque ſibi conſtito de aliquo iniuſto grauamine, &
propterea dicebam inhibitionem eſſe inualidam, & im-
punè licere ei non parere, vt legitur in dicto Concilio
Trid *ſeſſ. 22. cap. 7. de reformat.* & in dicto Decreto Sa-
cræ Congregationis facto ſub die 16. Octobris 1600.
*in §. inhibitiones*: cuius tenorem per extenſum habes
apud Quarant. *d. verb. Archiepiſcopi auctoritas, ſub*
*n. 20. verſ. ſciendum eſt.* & Prax. Archiep. Neap. *cap.* 88.
*n. 37. 38. in prima editione.* Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccl.*
*reſol.* 404. *ſub n.* 1. Piaſec. *in prax. Epiſcopali, p. 2. de*
*appell. cap. 4. n. 18.* pulchrè Bellarm. *in obſeruat. ad Concil.*
*Trid. ſeſſ. 24. c. 20. in verb. per appellationem, de reformat.*
*fol.* 443. qui omnes de verbo ad verbum referunt dictum
decretum, & de eo etiam ſæpè meminerunt Scacc. *in* 12
*tract. de appellat. c. 2. q. 17. lib. 3. p. 1. in fin.* Bellet. *diſq. cleric.*
*p. 1. tit. de fauor. cler. cau. §. 5. ſub n. 26.* Sperell. *deciſ.* 48.
*ſub n.* 46. adeò vt non ſit dubitandum de veritate dicti
decreti.

Certum eſt igitur, quod omnes cauſæ, tàm ciuiles,
quàm criminales, & mixtæ ad forum Eccleſiaſticum
ſpectantes coram Ordinario loci in prima inſtantia 13
ſunt cognoſcendæ, & decidendæ, adeò vt nullus ſupe-
rior Iudex, dempto Pontifice, poſſit ſe in eis ingerere,
vt ordinauit Concilium Trid. *de reform. ſeſſ. 24. cap.* 20.
& habetur *in d. cap. Romana, de appell. in* 6. Fuſch. *de*
*viſit. lib. 1. cap. 33. poſt n. 3.* Franc. Leo *in fori Eccl. theſaur.*
*p. 1. cap. 2. n. 20. & p. 2. cap. 7. n. 61.* vbi loquitur etiam de
Nuntiis Apoſtolicis, & Legatis à latere, vt non poſſint 14
in prima inſtantia ſe impedire. Mar. Anton. *lib. 1. reſol.* 15.
*n.* 3. Viuian. *de iur. patr. p. 2. lib. 7. cap. 3. num.* 5. Ricc. *in*
*collect. deciſ. p. 4. collect. 1353. in fin.* Piaſec. *in prax. Epiſc.*
*p. 1. verb. inſtantia. §. 4.* Chartar. *deciſ. crimin. 53. n. 6. 9.*
10. 11. Barboſ. *de off. Epiſc. p. 3. alleg. 81. n. 2. 3. & ad Concil.*
*Trid. d. ſeſſ. 24. cap. 20. n. 1.* vbi etiam Bellarm. & tradit
Poſthius *in tract. de manutent. obſeru. 107. n. 2.* vbi quod
ſententia lata à Nuntio Apoſtolico in prima inſtantia
eſt nulla, quod adeò verum eſt, vt hoc ius Ordinarij, 15
vt in prima inſtantia procedat, nullo modo à partibus
poſſit in eius præiudicium renunciari, niſi ipſe conſen-
tiat, vt poſt Soar. *de pace, in pract. tom. 2. prælud. vlt. n.* 18.
Ludou. à Sarauia *de iuriſd. Adiunctorum, q. 7. n. 7.* dixit
Barboſ. *ad Conc. Trid. d. cap. 20. n. 2.* vbi Bellarm. *in princ.*
dicit quod Nuntius Apoſtolicus non poteſt cognoſce-
re cauſas in prima inſtantia, niſi de conſenſu partium,
& ordinarij: pulchrè Chartar. *deciſ. crim. 53. n. 9. 10. 11.*
vbi probat non poſſe Archiepiſcopum cognoſcere
cauſas ſubditorum eius ſuffraganeorum, niſi con-
ſentiant ipſi ſubditi, & Epiſcopus in prima in-
ſtantia.

Et in terminis de Archiepiſcopo, vt non poſſit, aut
debeat ſe ingerere in prima inſtantia cauſarum, quæ 16
agitantur coram eorum ſuffraganeis, probatur per tex-
tum *in cap. 1. de off. ordin. in 6. & in d. cap. Romana, de*
*appell. in 6.* & dicto Concilio Trid. *ſeſſ. 24. cap. 20. de*
*reform.* vbi expreſsè hoc dicit Chartar. *d. deciſ. 53. n. 6.*
Bellarm. ex mente Sacræ Congreg. *in verb. Per ſuperio-*
*res,* Zerol. *in prax. for. Eccl. part. 1. verb. appellatio, verſ.*
*ad decimum,* Barboſ. *in ſumm. Bull. verb. Archiepiſcopus,*
*ad fin.* vbi idem confirmat.

Et hoc idem dicendum eſt etiam de Auditore Ca-
meræ Apoſtolicæ, ac aliis Iudicibus Romanæ Curiæ, 17
vt non poſſint cognoſcere in prima inſtantia de cauſis
clericorum, vel aliorum in partibus coram Ordinariis
tranctandis, adeò vt poſſint decernere monitoria ad
extrahendas partes à iuris domiciliis. Diaz *pract. qq.*
*lib. 1. q. 12. n. 8.* Aloyſ. Ricc. *in prax. aur. reſol. 126. & deciſ.*
*Cur. Archiep. Neap. part. 4. deciſ. 271. n. 6. & deciſ. 273.*
*n. 3.* Barboſ. *de off. Epiſc. p. 3. alleg. 81. n. 3. & ad Concil.*
*Trid. d. cap. 20. n. 4.* vbi pulchrè Bellarm. *in addition.*
*n. 2.* vbi minùs clarè hoc dicit: hæc enim prima in-
ſtantia ſpectat ad Epiſcopum, vel eius Vicarium priua- 18
tiuè quoad alios ſuperiores; quorum officium quieſcit
vſque ad ſententiam, vel grauamen, imò ſi interpo-
neretur aliqua appellatio à ſententia inferioris, velut
Vicarij foranei, vel Archidiaconi, tunc appellatio de- 19
uolueret ad Epiſcopum, non autem ad Archiepiſco-
pum, vt habetur *in d. cap. Romana, verb. ab Archidia-*
*conis, de appellat. in 6.* & notat Prax. Archiep. Neap. 20
*cap. 1. n. 7. verſ. limita vltimò*: ſicut etiam à delegato
Epiſcopi non appellatur ad Archiepiſcopum, ſed
ad

ad Epiſcopum,ceſſante tamen fraude, vt per Franch.in
c.dilectus,el 3.de appellat. Domin.in d.cap. Romana, in
princ.eod.in 6. & Prax.Archiep.Neap. d.c.71.n.7.verſ.li-
mita ſecundò, vbi teſtatur de communi. Barboſ. de off.
Epiſc.p.1.tit.4.n.71.

Non eſt igitur mirandum, ſi Archiepiſcopus non
poteſt ſe intromittere in cauſis primæ inſtantiæ ver-
tentibus coram ſuis ſuffraganeis, quia ipſe habet iu-
riſdictionem limitatam ad cauſas appellationis legiti-
21 mæ adeò, vt niſi ad eum deuoluant per appellationem
legitimè interpoſitam, non poſſit in illis ſe impedire,
vt in d.c.Romana,§.cùm autem,& c.ſi verò,de appellat.in
6. & in cap.paſtoralis, de off.ordin. c.dilectus, c.cùm cau-
ſam,c.ſollicitudinem, de appell.cap.1. de for.compet. in 6.
pulchrè Couar.pract.qq.lib.1.c.9.num.2. vbi quod Me-
tropolitanus non poteſt auocare cauſas ab Epiſcopo
eius ſuffraganeo, niſi ex cauſa appellationis tantùm.
22 Prax.Archiep. d.cap.71.num.7. Quarant.d.loco,ſub n.18.
Chartar. d.deciſ.crim.53.num.8.Barboſ. de off.Epiſc.p.1.
tit.4.num.61. perbellè etiam Fenzon. ad ſtatut.Vrb.cap.
166. in Annotation. n.16. vbi probat, quod Archiepi-
ſcopus habet limitatam iuriſdictionem ad cauſas appel-
lationum, & hoc idem deciditur in dicto decreto Sacr.
Congr.facto de anno 1600.in §. Metropolitani,& §.ſeq.
vbi quod nec ipſi Archiepiſcopi, neque etiam Nuntij,
23 vel Legati de latere non habentes ſpecificam faculta-
tem maiorem non poſſunt cauſas in Curiis Ordina-
riorum, vel aliorum inferiorum Iudicum pendentes ad
ſe aduocare, niſi per viam legitimæ appellationis ad
eorum tribunalia deferantur; ergo ceſſat omnis am-
biguitas, & concludendum, quod in prima inſtantia
nihil poſſint in præiudicium Ordinarij.

Veruntamen miniſtri dictorum Primatum, vt elu-
dant diſpoſitionem ſacrorum canonum, & Concilij
Trid. & decreti S. Congregationis, ſolent efficere vt
cum cautela iuſtificetur commiſſio cauſæ, vt aiunt per
modum recurſus,& querelæ,& pars adit ſuperiorē op-
24. ponendo querimoniam contra Ordinarium,quod ma-
lè, vel nulliter proceſſit, & hoc modo putant ſanare
omnem defectum, tum ex doctrina Bart. in l.ſi expreſ-
25 ſim, n.14. 15. de appellat. vbi dicit, quod poteſt dici de
nullitate ſententiæ Ordinarij tam coram ipſo, quàm
coram eius ſuperiore, quia tam cauſa appellationis,
quàm nullitatis deuoluit totam cauſam ad ſuperiorem,
adeò vt poſſit etiam primam ſententiam reformare:
tum ex doctrina Abb.in c.in litteris, in fin.de off.delegat.
vbi hoc idem confirmat, & dicit hoc dictum non eſſe
26 tradendum obliuioni, quia ſicut Archiepiſcopus po-
teſt adiri per viam appellationis, ita etiam per viam
nullitatis.

Hoc tamen non obſtante verior eſt, & communis
DD. opinio, quod Archiepiſcopus non poſſit adiri à
ſubditis ſuorum ſuffraganeorum, per viam querelæ, &
nullitatis ex ratione antedicta, quia habet limitatam
27 iuriſdictionem ad cauſas legitimæ appellationis; &
ita probatur clarè per textum in c.1. de off. legat.cap.ve-
nerabilis de ſent. excommunic. in 6. c.paſtoralis, de off.
Ord. Felin. in c.in litteris, ad fin. de off.deleg. Franch.
in c.dilecto, numero 67.verſ. & in hoc caſu, de appellat.
Quarant. d. verbo Archiepiſcopi auctoritas, ſub num.20.
verſ. 4. quæro, Prax Archiep. Neap. d. c.71. numero 8.
verſ. vbi dicunt. Couar. d.cap.9. num.2. Barboſ. de vni-
uerſ.iur.Eccl.lib.2. cap.7.num67. Fenzon. ad ſtat. Vrb.d.
c.166.n.16.

Et in hoc animaduertendum eſt,quod adire Iudicem
28 per viam querelæ non eſt aliud, quàm ad eum recurre-
re ob nullitatem, querela enim eſt remedium nullitatis
ſeiunctum ab appellatione, & ſic paria ſunt dicere de
nullitate, & adire per viam querelæ, ad textum in l.4.
29 verb.querimoniam,C.de accuſ.c.1.de off. deleg.gl.eſt in c.
concertationi.in verb.debitum, vbi Archid. & Io.And.de
appellat.in 6.Felin.in d.c.in litteris,n.3. verſ.& nota,de
off. deleg. gl. Abb. & alij in cap. querelam, de procurat.
Corſet. in ſingular. verb. querela, pulchrè Couar. pract.
qq.lib.1.c.9.num.2.verſ.querelam verò,Franch. in d.c.di-
lecto,ſub n.67.de appellat.Fenzon.d.c.166.n.15.16.Scacc.
de appellat.q.19.rem.1.concl.6.ſub n.85.ad fin.

Ideò non eſt mirum, ſi Archiepiſcopus non poteſt
adiri per viam querelæ, quia habet limitatam iuriſdi-
ctionem ad cauſas appellationis; querelare autem non
eſt appellare, ſed dicere de nullitate, ideò concludunt
omnes, quod Archiepiſcopus non poteſt adiri per
viam querelæ, & nullitatis, nec poteſt de nullitate
cognoſcere principaliter,niſi per viam appellationis,&
quatenus inhæret nullitas appellationi,quia Iudex,qui
non poteſt adiri per querelam, vt Metropolitanus,non
poteſt de nullitate tractare per ſe, & principaliter abſ-
que appellatione. Archid. & Domin. in d.c. concerta- 30
tioni,ſuper gl.in verb.debitum, de appell.in 6. Franch. in
c.1.§.poſt hæc,verſ.ſed lapſus, de appell.in 6.& in d.c. di-
lecto,num.67. eod. vbi etiam Card.Alex. num.58. ad fin.
pulchrè Couar.pract.qq.lib.1.cap.9.numero 2.verſ. quo-
rum opinio, vbi hoc clariſſimè dicitur. Felin. in d. c. in
litteris,ad fin. de off.deleg.Prax.Archiep. Neap.d.cap.71.
ſub numero 7. verſ. limita quartò, vbi verbis claris idem
notat. Rip. in l. quod iuſſit, ſub numero 69. de re iud.
pulchrè Vant.tract.de nullitat.tit.coram quo null. prop.
poſſ. numero 20. vbi teſtatur de magis communi DD.
opinione.Scacc. de appell.lib.3.cap.2. quæſt.19. remed.1. 31
concl.6.num.85. Barboſ.de off.Epiſc.p.1.tit.4.num.69. &
de vniuerſ.iur.Eccl.lib.1. cap.7. num.67. Fenzon. ad ſtat.
Vrb. d. cap.166. num.16. ex quibus ſatis conſtat, quod
Archiepiſcopus non poteſt adiri extra remedium ap-
pellationis, provt eſt textus in cap.fin. in princ.ibi: cùm
minimè appellatum extiterit, vbi gl. 2. de for. compet.
in 6. Abb. in cap.ad reprimendam, de off.ord. Felin. in d.
cap.in litteris,in fin.de off. deleg. vbi etiam Dec. num.47.
Franch.d.loco.Quarant.d.verb. Archiepiſcopi auctoritas, 32
ſub num.20.verſ. quartò quæro, vbi ideò dicit Archiepiſ-
copum non poſſe adiri per viam querelæ, quia propriè
querela dicitur, quoties cauſa defertur ad Iudicem abſ-
que appellatione, vt in l.4.C.de accuſ. gl.& Abb. in d.c.
querelam,de procur.Franch.in d.cap.dilecto, ſub num.67.
Scacc.d.concl.6. num.85. Barboſ.c.7. num. 64.67. & ſic
omnes in hoc concordant, & tamen etiamſi non
ſit appellatum, nec conſtet de grauamine, adhuc ſi
Archiepiſcopus, vel alius ſuperior adeatur per viam
querelæ, ſtatim conſulunt ei miniſtri inhibendum
eſſe, & ita relaxantur inhibitiones ſine vlla cauſæ
cognitione,vel partis citatione, quod eſt magnum ab-
ſurdum.

Vnus tamen eſt caſus,in quo aliquibus viſum eſt Ar-
chiepiſcopum adiri poſſe per viam querelæ,& nullitatis 33
ſine appellatione,quando Ordinarius iudicauit per ſor-
des, vel per gratiam, & non ſeruauit priuilegia Sedis
Apoſtolicæ,vt per Io.Andr.in d.c.concertationi,Gemin.
in c.venerabilibus,n.4.de ſent.excommunicat. in 6. Qua-
rant.d.loco,n.11.& ratio eſt,quia hoc caſu vitium Epiſ-
copi pronunciantis transfert iuriſdictionem in ſupe-
riorem,ad textum in l.abſentem,in verb.iniuriam,C.de ac- 34
cuſ.lib.4.vbi Salyc.C.cod.Bald.in c.1.col.1.de off.Leg.

Verumtamen etiam in iſto caſu dicendum eſt Me-
tropolitanum non poſſe adiri per viam querelæ ſi-
ne appellatione, quia ſemper militat eadem ratio,
quod limitatam habet iuriſdictionem ad cauſas ap- 35
pellationis, & ideò ipſe non eſt ſuperior reſpectu nul-
litatis ſolius, & de hoc eſt textus expreſſus cap.1. de
ſuppl. negl. Præl. in 6. vbi Epiſcopus ex ſuo delicto
impeditus non transfert iuriſdictionem in Archie-
piſcopum? & confert etiam textus in cap.1.de off. Le-
gat. vbi deciditur, quod Archiepiſcopus non po-
tuiſſet audire querelas contra ſuos ſuffraganeos, niſi
fuiſſet etiam Legatus Sedis Apoſtolicæ,qui gerit vices
Papæ; & ita expreſsè tenuit Felin. in d.cap. in litteris,
num.5.



num.5. verſ. primus itaque caſus, de off. deleg. vbi docet,
quod etiamſi Epiſcopus iudicauerit per ſordes, tamen
per viam querelæ non poterit adiri Archiepiſcopus, &
in hanc ſententiam inclinat etiam Franch.in d.cap.di-
lecto, num. 67. verſ. & licet dictum Baldi, de appell. vbi
tamen cogitandum dicit: & cum eo tranſit Scacc. de
appel. d. concluſ. 6. num. 89. in fin. adhuc enim verum
36 eſt, quod Metropolitanus non habet iuriſdictionem
in cauſis Suffraganeorum, niſi mediante appellatione,
vt in d.cap.Romana, de appell.in 6. Vant. de nullit. d.tit.
coram quo null. prop. poſſ. n.20. Couar.d.cap.9. ſub n.2.
cum aliis fusè adductis.

Non dico tamen, quod hoc caſu Epiſcopus, ſeu Or-
dinarius poſſit cognoſcere de nullitate ſententiæ, quia
non eſt veriſimile, quod pronunciet, ac declaret id,
37 in quo verſatur ſua turpitudo: nec dico, quod res ca-
reat remedio, certum eſt enim quod ipſe non debet
ſuæ iniquitatis eſſe cognitor, ſed recurrendum eſt ad
eius ſuperiorem, d.l.abſentem,C.de accuſ.l.1.§.1. iuncta
gl. verſ. Iudex, ff. quæ ſent. ſine appell. reſc. cap.fraterni-
tatis, de frig. & malef. Bart. in d. l. ſi expreſſum, num.13.
14. C. de appell. Alex. conſ.73. num. 11. lib. 6. Vant.
d.loco,num.10.11.Scacc.de appell.quæſt.19.rem.1.concl.6.
num. 89.

Sed benè dico hoc caſu Archiepiſcopum non dici
ſuperiorem, ſed Papam, & ſupremum Principem, qui
38 non habet limitatam poteſtatem, vel iuriſdictionem,
vt pulchrè declarat Vant. d.loco,n.20. Couar. d.cap.9.
n.2. verſ. hoc enim, latè Scacc. d.concl.6.n.84. vbi mul-
tos allegat.

Neque inde reſultat aliquod abſurdum, quia ille,
qui de nullitate vult dicere, & adire Superiorem, non
caret remedio etiam adeundi Metropolitanum, ſi velit
cum nullitate etiam appellare; tunc enim Archiepiſ-
39 copus erit iudex competens virtute appellationis, &
poterit etiam incidenter de nullitate cognoſcere, vt
plenè per Franch. in d. cap. dilecto,num.149. de appell.
Scacc. d. concl. 6. num. 87. verſ. tu latiùs; ſi verò nolit
appellare, ſed tantum de nullitate dicere, & querela-
re, ſibi imputet: ſi Archiepiſcopum adire non poſſit,
adeat iudicem competentem limitatam iuriſdictionem
non habentem. Scacc. d. concluſ. 6. n. 84. cui idcircò
dicere licebit, viam quam elegiſti, hæc tibi pateat,
40 l. ſi mulier, §. fin. ff. de eo, quod met. cauſ. & §. quæ de
ſallone,verſ.ſed noſtra, Inſt.de oblig.ex delict. cum vulg.

Non obſtant modò in contrarium adducta; & pri-
mò doctrina Bart. in d. l. ſi expreſſim, num.14.15. C. de
appellat. vbi dicit, quod nullitas ſententiæ poteſt pro-
41 poni tam coram Iudice ordinario, qui eam tulit,
quàm coram eius ſuperiore, quia id communiter in-
terpretatur de ſuperiore abſoluto, & iuriſdictionem
limitatam non habente, provt ſic expreſsè dicit Felin.
in d. cap. in litteris, num. 5. verſ. ad dictum, de off.
deleg. Franch. in d.cap.dilecto, num.67.verſ. non obſtat,
de appell. Scacc. d. concl.6. num.84. Couar. d.cap.9. ſub
num. 2.

Non obſtat Abb. in d. cap. in litteris, in fin. dicens,
quod etiam nullitas poſſit per ſe deduci coram Archie-
piſcopo,quia id falſum eſſe ex ſupradictis deprehendi-
42 tur; & ideò Abbas communiter reprobatur, vt per
Felin. in d. cap. in litteris, num.5. ad fin. ibi: licèt ali-
ter dicat hic D. Abbas, de off. deleg. Franch. in d. cap.
dilecto, num. 67. verſ. licèt Panormitanus contrarium
dixerit, & non benè. Vant. de nullit. d. tit. coram quo
nullit. prop. poſſ. num.20. ibi: quidquid dixerit Abbas,
qui ab aliis reprobatur: & ita ſentiunt omnes, Fenzon.
d. cap.166. num.16. Scacc. d. concl. 6. num. 85. verſ. non
recedas.

Reſtat videre, an ſaltem Legatus de latere, vel Nun-
43 tius Apoſtolicus poſſint adiri per viam querelæ, & nul-
litatis abſque appellatione, quod pro certo habendum
eſſe videtur ad eius fauorem, per textum in d. cap.1. de
off. Legat. vbi id expreſsè dicitur.Card.Alex. in d.cap.di-
lecto, n.58. ad fin. vbi etiam Franch. de appellat. Scacc.
d. concl. 6. n. 84. vbi alternatiuè loquitur de Papa, &
Legato.

Veruntamen hæc vera erant ante Concilium Trid.
abſque dubio, ſed poſt illud aliter dicendum videtur, 44
ſiquidem vigore Concilij etiam Legati reſpectu Suffra-
ganeorum ſuæ prouinciæ videntur limitatam habere
iuriſdictionem ad cauſas appellationis; ſiquidem nulla
in eo ſit differentia inter Legatum,& Nuntium,ac in-
ter Patriarchas, Primates, & Metropolitanos, quibus
omnibus præcipitur,vt obſeruare debeant conſtitutio- 45
nem Innocentij IV.in d.c.Romana,de appellat.in 6.non
obſtante quacunque conſuetudine in contrarium fa-
ciente;vt videre eſt in dicto Concilio Trid. ſeſſ.22.c.7.
de reform.ſed ſic eſt,quod in d.c.Romana,Superior non
habet iuriſdictionem niſi ex cauſa appellationis à dif-
finitiua,vel habente vim diffinitiuæ,adeò vt appellans
non ſit audiendus,nec Superior inhibere poſſit niſi in- 46
cipiat cognoſcere,an appellationis cauſa vera ſit,& non
poteſt ſe intromittere in aliis cauſis extra eam, de qua
appellatum eſt, vt teſtatur Bellarm.in d.c.7. in verb.Ro-
mana,&ibid.Barboſ.n.3.poſt Sell.in ſelect.can.c.23.n.14.
dicit fuiſſe deciſum,quod Auditores Legatorum,& alij
Iudices Apoſtolici à Legatis, & Nuntiis delegati, qui-
bus committunt cauſas Ordinariorum decidendas, te- 47
nentur ſeruare hoc decretum Concilij ſuper inhibitio-
nibus iuxta formam,d.c.Romana,de appellat.in 6.& hoc
idem expreſſiùs declarauit,& ſanxit dicta Sacra Congr. 48
ſub die 16.Octob. 1600. in dicto decreto, §. Metropoli-
tani, verſ. Item nec alij quiuis ſuperiores, etiam Nuntij,
ſiue Legati de latere ſpecificam facultatem maiorem non
habentes,cauſas in Curiis Ordinariorum,vel aliorum infe-
riorum Iudicum ad ſe non auocent,niſi per viam legitimæ
appellationis ad ipſorum Tribunalia deferantur. Ergo
etiam Legati habent limitatam iuriſdictionem de iure
ad cauſas appellationis, & ſic non poterunt adiri per
viam querelæ: Fenzon.ad ſtat.Vrb.c.166.n.16. niſi ſpe-
cificè Pontifex eis aliud maius in mandatis concedat.

Vnde vanum eſt refugium recurrere ad nullitatem,&
viam querelæ ad finem, vt cauſæ in prima inſtantia
pendentes coram Ordinariis, auocentur ad tribunalia
Legatorum & Metropolitanorum, quia neceſſaria eſt
appellatio, & tunc nullitas cum appellatione con- 49
iuncta ſortitur eius naturam,& regulatur iiſdem regu-
lis. Franch. in d.c.dilecto, n.149.de appellat. Scacc. eod.
tract.q.19.rem.1.concl.3. n.13. ideò iudex de ea cogno-
ſcens debet procedere provt in cauſis appellationum, 50
& obſeruare diſpoſitionem d.c.Romana, de appell. in 6.
& Concil.Trid.d.ſeſſ.22.cap.7.de reform. & decreti præ-
dicti Sacræ Congr. facti de anno 1600.

Et propterea neque Legatus,neque Metropolitanus
poterunt recipere aliquas appellationes, niſi per pu-
blica documenta, quæ realiter exhibeantur,prius con-
ſtiterit appellationem à ſententia diffinitiua, vel ha- 51
bente vim diffinitiuæ, aut à grauamine, quod per diſ-
finitiuam reparari non poſſit, in caſibus à iure non
prohibitis per legitimam perſonam, ac intra debita
tempora fuiſſe interpoſitam,ac proſecutam,dum autem
coram inferioribus cauſæ pendent, de illato grauami-
ne ſuperiores cognoſcere non valent ante diffiniti-
uam, vel vim habentem diffinitiuæ, licèt conteſtentur
ſe id facere citra præiudicium curſus cauſarum, nec ad
hunc effectum licet eis inhibere, aut ſimpliciter
mandare, vt ipſis copia proceſſus tranſmittatur etiam
expenſis appellantis, vt legitur in dicto decreto facto
de anno 1600.in §.appellationes,& §.dum autem.Quod
eſt conforme dicto capiti Romana,de appellat.in 6.quod
vtinam obſeruaretur, quia meliùs iuſtitiæ locus eſſet,
iuriſdictiones Eccleſiaſticæ non ſe inuicem impedi-
rent,& delicta non remanerent impunita,quia dum hæc
diſputantur, proceſſus negligitur, reus inſtruitur, &

ſæpe euadit impunè, dum ligantur nimis properè ma-
nus Ordinarij, & poſtea Superior aliis implicitus,
committit negotium miniſtris, qui potius fauent reo,
quam veritatem indagare conentur, vt ſæpiſſimè vidi,
quod tamen non faciunt miniſtri boni, & qui Cano-
num ſacrorum ſunt zelatores.

Non dico tamen non eſſe audiendos reos, qui ad
Superiores recurrunt, quia verè aliquando ab Ordi-
nariis iniuſtè grauantur: ſed bene dico, quod non
omnia eis credantur, niſi verè doceant de grauamine
iniuſtè illato iuxta formam dictæ decretalis Concilij
Trid. & dicti decreti, nimis enim dolendum eſt, quod
ad ſimplicem vocem rei fugacis, & ſæpè contumacis,
52 qui pœnam effugere ſtudet, relaxentur inhibitiones
contra Ordinarios ſuo officio incumbentes, & tamen
inhibitiones poſt appellationem, vbi permittitur, re-
ceptæ, non ſunt concedendæ, niſi cum inſertione te-
noris ſententiæ, aut decreti diffinitiui, aut vim diffini-
tiuæ habentis, vel damnum per diffinitiuam irrepara-
53 bilem continentis, aliàs inhibitiones, & proceſſus, &
omnia inde ſecuta quæcunque ſunt ipſo iure nulla,
eiſque impunè non parere licet, vt legitur in eodem
Decreto, §. *inhibitiones*, & *in dicto cap. Romana*, & in
dicto Concilio Trid. *d. cap.* 7. vbi Bellarm. & Barboſ. ſic
docent. Quæ autem dicantur afferre præiudicium irre-
parabile, docet Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccl. reſol.* 405.
*per totam*, vbi vide.

His igitur non ſeruatis inhibitiones ſunt nullæ, &
inualidæ, & ſine pœna eis contraueniri poteſt, vt vi-
ſum eſt, quia inhibitio nulla non ligat manus Iudicis
54 inhibiti, quin procedere poſſit ea non obſtante ad vl-
teriora, *cap. non ſolùm, in fin. de appellat. in* 6. Gemin. *in
cap. ne captandæ*, §. *fin. n.* 6. *de conceſſ. præbend. in* 6. Pariſ.
*conſil.* 108. *n.* 10. *vol.* 1. Rol. *conſil.* 77. *n.* 27. *in fin. vol.* 2.
Soc. Iun. *conſil.* 47. *in princ. vol.* 4. Surd. *conſ.* 424. *n.* 32.
*vol.* 3. Borell. *in ſumm. deciſ. p.* 1. *tit.* 35. *n.* 153. Lancell.
*de attent. cap.* 20. *ampl.* 11. *num.* 5. & *lim.* 1. Eugen.
*conſ.* 75. *num.* 68. Farin. *conſ.* 17. *num.* 24. *vol.* 1. & *in
addit. littera H.* Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccl. reſol.* 406.
*num.* 3. *ad fin.* vbi dicit, quod inhibitio iniuſta, ſeu in-
ualida non eſt metuenda, etiam ſine appellatione,
55 quod tamen non procedit in inhibitione Rotali, quæ
ſiue iuſta, ſiue iniuſta, eſt timenda ob reuerentiam
Pontificis, cuius Rota poteſt dici Auditorium, Borell.
*d. tit.* 35. *num.* 80. vbi multos allegat, quod tamen
non procedit, ſi inhibitio Rotalis eſſet calumnioſa,
vt per Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 20. *ampl.* 11.
*num.* 33.

Nam animaduertendum eſt, quod inhibitio de iu-
re non ligat, neque operatur effectum ſuum, nec facit
56 attentata, niſi quando eſt canonica. Felin. *in cap.
ſuper quæſtionum*, §. *fin. col.* 1. *de off. deleg.* Pariſ. *conſil.* 172.
*num.* 15. *lib.* 4. Rol. *conſil.* 77. *num.* 24. *lib.* 2. Lancell. *de
attent. part.* 2. *cap.* 12. *lim.* 16. *num.* 22. Ad hoc autem, vt
inhibitio dicatur canonicè facta, multa concurrere
debent, ſcilicet quod conſtet cauſam per appellatio-
57 nem fuiſſe ad ſuperiorem deuolutam, eamque intra de-
cem dies fuiſſe interpoſitam, & antequam inhibitio
relaxetur, pars eſt citanda ad contradicendum appel-
lationi, aliàs non tenet inhibitio: ſic per textum *in
d. cap. Romana*, §. *quod ſi obiiciatur*, vbi gloſſ. & DD.
*de appell. in* 6. cuius obſeruationem mandat Concil.
Trid. *d. ſeſſ.* 22. *c.* 7. *de reform.* & hoc docuit etiam Iaſ. *in
l. ne quicquam, n.* 3. *de off. Proconſ. & Leg.* vbi dicit, quod
communiter tenetur, in inhibitione relaxanda per Iu-
58 dicem ad quem requiri partis citationem, licet in
practica malè ſeruetur idem Iaſ. *in l. ſi opus nouum, n.* 6.
*verſ.* 1. *adde, de nou. oper. nunt.* vbi hoc in iure veriſſimum
eſſe dicit Felin. *in d. cap. ſuper quæſtionum*, §. *fin.* vbi dicit
ſe ita vidiſſe à practicis obſeruari. Dec. *conſ.* 460. *n.* 20.
Pariſ. *conſ.* 172. *n.* 15. *lib.* 4. Aret. *conſ.* 20. *col. pen. verſ. cir-
ca ſecundum*, Rol. *conſ.* 77. *n.* 24. *lib.* 2. Couar. *pract. qq.*
*cap.* 24. *n.* 3. latè Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 20. *in præfat.
q.* 5. *n.* 209. 210. 211. *& ſeqq.* vbi latè hoc probat, & teſta-
tur de communi, & quod de ſtylo Palatij nunquam fit
inhibitio, niſi parte vocata: ſic etiam docet Borell. *in
ſumm. deciſ. p.* 2. *tit.* 35. *n.* 58. 59. 60. & *n.* 70. 71. vbi plu-
rimos congerit: pulchrè etiam Aloyſ. Ricc. *in prax.
for. Eccl. reſol.* 406. *n.* 1. 2. *& ſeqq.* vbi docet ante cita-
tionem appellari, & receptionem appellationis non 59
eſſe inhibendam, quia cognitio, an ſit Iudex, debet
præcedere omne exercitium iuriſdictionis; poteſt enim
eſſe, vt appellatio ſit friuola, & fruſtratoria.

Ideò antequam concedatur inhibitio, debet præcede-
re cauſæ cognitio ſuper iuſtitia appellationis, aliàs in- 60
hibitio non valet, per textum *in d. c. Romana*, §. *ſi verò*, &
§. *autem*, vbi Gemin. *de appell. in* 6. Specul. *de appell.* §. *de
off. verſ. ſed quæritur.* Felin. *in cap. dilectus*, 2. *col. pen. de
reſcript.* Franch. *in cap.* 1. *n.* 14. *de appell.* Pariſ. *conſ.* 108.
*n.* 6. & *n.* 31. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 91. *n.* 7. *lib.* 2. Rol. *d. conſ.* 77.
*n.* 24. Couar. *d. cap.* 24. *n.* 3. latè Lancell. *de attent. p.* 2.
*cap.* 20. *in præfat. q.* 4. *n.* 119. 120. 121. 122. 123. *& ſeqq.* vbi
latiſſimè hoc probat, provt Borell. *d. tit.* 35. *n.* 72. 73. *&
ſeqq.* vbi plurimos congerit. Ricc. *d. reſol.* 406. *ſub n.* 3.
ex quibus apparet, quàm malè faciant illi Superiores,
qui paſſim nulla præuia cauſæ cognitione, non conſti-
to de grauamine, nec parte citata, ad ſolas preces rei 61
fugacis, vel mendacis, qui ſæpe narrat, quod probare
non poteſt, relaxant inhibitiones, quæ ſiue iuſtæ, ſiue
iniuſtæ, ſunt timendæ; ſeruatis tamen de iure ſeruan-
dis, vt per Ricc. *d. reſolut.* 406. *num.* 3. *verſ. quibus ca-
ſibus.*

Benè verum eſt, quod ſi appellatum eſſet à diffini-
tiua, vel habente vim diffinitiuæ, & per publica do-
cumenta conſtaret non ſolùm de ſententia, ſed etiam
de appellatione intra legitima tempora, dummodo in
eo caſu non ſit prohibita appellatio à iure, vel ab ho- 62
mine, tunc ſtatim poſſet fieri inhibitio, etiamſi cauſa
non ſit expreſſa, quæ in diffinitiua non requiritur, vt
per textum *in cap. paſtoralis*; §. *præterea*, *de off. deleg.*
Gemin. *in d. cap. Romana*, §. *quod obiiciatur, ſub n.* 2. *verſ.
ſed Innocentius*, vbi Franch. *col.* 2. *verſ. ſi verò, de appell.
in* 6. Rot. *in nouiſ. deciſ.* 346. incip. *ſi appellatur, de appell.
à diffin.* Borell. *d. tit.* 35. *n.* 62. *part.* 2. & concordat dictum
decretum S. Congr. de anno 1600. *in* §. *inhibitiones*, vbi
poſt appellationem, ſi permittitur, receptam non con- 63
ceduntur, niſi cum inſertione tenoris ſententiæ, aut
decreti diffinitiui, aut vim diffinitiuæ habentis, vel
damnum per diffinitiuam irreparabile continentis,
alias inhibitiones ſint nullæ ipſo iure, eiſque impunè
non parere liceat.

Hoc ſanè tolerabile eſſet, quia iam Iudex à quo
functus eſt officio ſuo, & poteſt quieſcere, ſi de iure
non ſit prohibita appellatio, verùm ſi eſſemus in ap-
pellatione ab interlocutoria, tunc non ſufficeret cauſæ
cognitio, de qua ſupra, ſed ante inhibitionem debet
conſtare, quod appellatio ſit ex probabili cauſa inter-
iecta, & talis, quæ, ſi fuerit probata, deberet legitima
reputari, & quod per talem appellationem negotium 64
ſit deuolutum ad ſuperiorem, & quod denique ſupe-
rior recepta appellatione incipiat cognoſcere de veri-
tate cauſæ, & tunc, non antè, poteſt in cauſa inhibe-
re. Specul. *de appell.* §. *de officio, ſub n.* 7. *verſ. ſi autem*, per
textum *in cap. non ſolùm, ad fin. de appell. in* 6. Gem. *in
d. cap. Romana*, §. *ſi verò, ad fin.* Rot. *deciſ.* 58. aliàs 412.
*ſi appelletur, n.* 2. *de appellat. in nou.* Lancell. *de attentat.
d. part.* 2. *cap.* 20. *in præfat. q.* 4. *n.* 137. 138. 139. Borell. *d.
tit.* 35. *n.* 58. 59. Ricc. *d. reſol.* 406. *n.* 3. *verſ. ad hæc*, & ni-
hilominus etiam in his cauſis ſeruatur eadem facilitas
in inhibitionibus relaxandis in graue damnum iuſti-
tiæ, & litigantium.

Verùm quia ſæpiſſimè ſuperiores ad ſe auocare cau-
ſas ordinariorum prætendunt ſub prætextu indebitæ,
& iniuſtæ carcerationis rei, vt per appellationem à de-
creto



creto de carcerando eo, quod ab huiuſmodi grauami-
ne detur appellatio, vt per Card. Zabarell. *in Clem.
frequens, q.* 6. *de exceſſ. prælat.* Borell. *in ſum. deciſ. p.* 2.
*tit.* 33. *n.* 118. Quarant. *d. verb. Archiep. auctoritas, ſub
n.* 20. *verſ. hinc dubitari poteſt*, ibi: *tenor verò.* Ricc. *in
prax. for. Eccl. reſol.* 405. *n.* 4. vbi ponunt decretum
S. C. in hæc verba: [ An quod decreto Concil. Trid.
*ſeſſ.* 13. *cap.* 1. *de reform.* & *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *de reform.* di-
citur de grauamine, quòd per appellationem à dif-
finitiua reputari non poteſt, intelligi poſſit, & debeat
de grauamine indebitæ carcerationis. Sanctiſſimus
D. N. audita relatione Congregationis Concil. decla-
rauit ita eſſe intelligendum, & ideò ab huiuſmodi gra-
uamine appellari poſſe, & ordinarium teneri huius
appellationi deferre, & proceſſum transferre ad Iudi-
cem appellationis, interim tamen reo manente in
carceribus, donec Iudex appellationis cauſa cognita
aliud iuſſerit. ]

Verumtamen in hoc etiam cadit abuſus, quia ſpre-
to huiuſmodi decreto deuenitur ad inhibitiones non
viſis actis, & quandoque mandatur reum à carceribus
relaxari ſine aliqua cognitione, provt vidi in facto de
67 quodam reo carcerato ex cauſa graui, quem iuſſit A. C.
per Ordinarium, in cuius carceribus manebat, liberari
præſtita fideiuſſione de ſe præſentando, non viſo pro-
ceſſu, neque adhibita aliqua cognitione cauſæ, &
poſteà reus neque acceſſit ad Iudicem ad quem, ne-
que de delicto imputato fuit interrogatus; & tamen
ſeruandum in hoc eſſet decretum prædictæ Sacræ Con-
gregationis factum de anno 1600. *in* §. *cùm à grauami-
ne*, quod per diffinitiuam reparari nequit, vt ſi indebitæ
carcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis
etiam comminatæ appellatur, non niſi viſis actis, ex
68 quibus euidenter appareat de grauamine, appellatio ad-
mittatur, aut inhibitio, vel prouiſio aliqua conceda-
tur; cauſa appellationis pendente, appellans eodem,
quo reperitur carcere, permanebit, quo ad Iudex ad
quem appellatum eſt, viſis actis, & cauſa cognita aliter
decreuerit, &c.

Si igitur hoc decretum obſeruaretur, nulla eſſet
controuerſia, nec quiſquam iuſtè dolere poſſet, cum
enim materia carcerationis pendeat à qualitate cauſæ,
an ſit grauis, vel leuis, & an adſint indicia, necne, to-
ta pendet ab arbitrio iudicis, quando carcerari quis de-
69 beat, vel non. Bald. *in cap.* 1. *in verb. damna, n.* 3. *de pace
conſtant.* Afflict. *in cap.* 1. *n.* 21. *ex quibus cauſ. feud. amitt.*
Menoch. *de arb. iud. lib.* 1. *quæſt.* 88. *n.* 1. Borell. *d. tit.* 33.
*n.* 121. ideò ſi dum reus ad carcerem ducitur, appellat,
70 adhuc carcerari poteſt, Innoc. *in cap. vt famæ, de ſent.
excommunic.* Guid. Pap. *deciſ. Delph.* 235. Borell. *d.
tit.* 33. *n.* 118. & non obſtante appellatione in carcere
detinetur, & cuſtodiri debet, vt ſtylus etiam ſeruat,
Bald. *in l.* 2. *verſ. ſed incidenter, C. de Epiſc. audient.* Guid.
71 Pap. *deciſ.* 237. *Clar. in prax. quæſt.* 46. *num.* 2. Lancell. *de
attentat. part.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 4. *n.* 22. Scapp. *de iur. non
ſcript. lib.* 5. *cap.* 60. *n.* 3. Borell. *d. tit.* 33. *n.* 118. 112. Vnde
72 antequam Iudex ad quem inhibeat Iudici à quo, debet
ſibi conſtare illa qualitas, quod fuerit iniuſtè, & inde-
bitè carceratus, vt in dicto decreto ſtatuitur, & decla-
ratur, & ſenſit Zabarell. *in d. cap. frequens, quæſt.* 6. *de
exceſſ. Prælat.* Borell. *tit.* 33. *n.* 123. *in fin.* dicens, quod
pendente diſcuſſione, an iuſtè fuerit appellatum, car-
ceratus manet penes Iudicem, à quo fuit appellatum;
& ita obſeruandum eſt.

Neque dicatur, quod reus non poſſit habere ſcriptu-
ras ab actuario ordinarij, & ideo carcerem reddi nimis
73 longum, & obnoxium, quia reſpondetur huic incon-
uenienti fuiſſe ſatis benè prouiſum per Concilium
Trid. *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *de reform.* cùm prædictum Decre-
tum S. Congreg. anni 1600. *in* §. *ſi appellans*, aſſerat
ſi ſententiæ, aut appellationis examen culpa Iudicis à
quo, vel actuarij haberi non poſſet, quod non ideo re-
pienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio conceden-
da, ſed eis tantum, ad quos pertinet, iniungi poterit,
vt ſoluta condigna mercede, ac tunc examen authen-
ticum appellanti intra breuem aliquem terminum 74
cõpetentem tradatur, & caueat Iudex à quo, ne ſi verè
appellatum fuerit, in cauſa appellabili interim aliquid
in præiudicium appellantis attentet, &c. ex quibus
conſtat S. Congregationem apprimè omnibus proui-
diſſe, & decretum ſanctum, & valdè ſalubre promul-
gaſſe, cuius ſola obſeruantia deſideratur.

Aliud abſurdum ſæpè etiam ex prædictis reſultat,
quia rei impunè habere cupientes, ſtudent ſe eximi à
iuriſdictione Iudicis ordinarij, hoc enim ſummoperè
deſiderant malè agentes, vt vel nullum, aut multum
diſtantem habeant ſuperiorem, quod tamen eis non eſt
concedendum, niſi reſpectu cauſæ, pro qua pendet ap-
pellatio, quoniam appellans in aliis cauſis ordinarij
iuriſdictioni ſubiicitur, & ideo Iudex ad quem iu- 75
riſdictionem ordinarij in aliis impedire non poteſt,
nec ab eius poteſtate totaliter eximere appellantem, vt
ſtatutum eſt *in d. cap. Romana*, §. *cum verò*, vbi DD. *de
appell. in* 6. & apertè etiam legitur in dicto Decreto
anni 1600. *in* §. *Metropolitani, in fin.* dum dicit: *Tu-
que appellantes non poſſint ſuperiores ab inferiorum iuriſ-
dictione quoad alias cauſas eximere.* Et loquitur tam de
Metropolitanis, quàm de Legatis, & Nuntiis, ac aliis
ſuperioribus; ſiquidem certum eſt quod Archiepiſco-
pus non poteſt eximere quemquam ſubditum à iuriſ-
dictione ſui Suffraganei, quia hoc eſt reſeruatum Pa- 76
pæ, & ſi exemptionem concedat, non valet, vt *in
cap. duo ſimul, de off. ordin. cap. nullus, de iurepatr.* Abb.
*in cap. cùm inter, n.* 14. *de re iud.* ſic Eraſm. à Chokier *in
tract. de iuriſd. ord. in exempt. part.* 1. *q.* 3. *n.* 10. *verſ. diſtin-
guendum*; & hoc idem dicendum eſt de Legato à 77
latere, vt non poſſit talem exemptionem ſubditis Or-
dinariorum concedere, cum nihil valeat facere, quod
tendat in violationem iuris communis, *ex gloſſ. in cap.
quoad tranſlationem, de off. Legat.* Abb. *in cap. fin. n.* 2. *cum
apoſtill. de confirm. vtil. vel inutil.* Rebuf. *in prax. benef.
part.* 1. *tit. de renoc. vnion. n.* 26. Boër. *de poteſt Leg. n.* 44.
Villadieg. *eod. tract. part.* 1. *q.* 9. *n.* 64. pulchrè Barboſ. *de
vniuerſ. iur. Eccl. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 80. vbi id apertè dicit, do-
cetque quod eximere aduerſatur iuri, & plurimùm præ- 78
iudicat Eccleſiæ: idem confirmat Eraſm. *d. q.* 3. *n.* 13.
vbi dicit, quod Legatus de latere duplici ratione non
poteſt eximere; tum quia exemptionis conceſſio eſt de 79
reſeruatis Papæ, tum quia Legatus de latere non poteſt
quidquam facere violando ius commune, & quod ideò
non eſt facilè concedenda exemptio, ſed potius reii- 80
cienda, quod ſatis conforme eſt Concilio Trid. *ſeſſ.* 24.
*cap.* 11. & *cap.* 20. *de reform.*

Vnde apparet, quàm iuſtè prætendant Ordinarij
relinquendam ſibi eſſe primam inſtantiam, & ea pen-
dente intra biennium non fore ſibi à ſuperiore inhi-
bendum, ſiue per querelæ, ſiue per viam appella-
tionis adeatur, adeò, vt nec valida cenſenda ſit con-
ſuetudo contraria, vtpotè offendens regulas SS. Pa- 81
trum, & canonum antiquorum, vt per textum *in cap.
nullus*, 9. *quæſt.* 2. & *cap. per ſingulas*, 1. *quæſt.* 2. *cap. con-
queſtus, cap. Archiepiſc.* 9. *quæſt.* 3. dixit in verbis Barboſ.
*de vniuerſ. iur. Eccl. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 77. vbi quod non eſt
obſeruanda conſuetudo, vt Metropolitani cognoſcant
cauſas in prima inſtantia ad eorum ſuffraganeos
ſpectantes.

Et hoc idẽ dicendum eſt, etiamſi demus tam Archie-
piſcopum, quàm Legatum, vel A. C. poſſe adiri per viam
querelæ ſimpliciter ſine appellatione, ſecũdùm opinio-
nem Abb. *in d. c. in litteris, in fin. de off. deleg.* quia tũc que-
rela ſupponit decretũ, vel ſententiam præcedentem, li- 82
cet nullam, & inualidam, cùm ſatis viderimus idem eſſe
querelare, quod de nullitate dicere, vt per Couar. *pract.
qq. lib.* 1. *cap.* 9. *ſub num.* 2. & propterea ordinarius iam
functus

functus eſt officio ſuo etiam nulliter iudicando, &
83 querela tunc deuoluit negotium ad ipſum ſuperiorem
ſicut appellatio, vt per Bart. *in d. l. ſi expreſſim, n.14.
C. de appellat.* Abb. *in d.cap.in litteris,in fin.* Franch. *in
dicto cap. dilecto, ſub n. 24. de appell.* qui dicunt reme-
84 dium nullitatis æquipollere remedio appellationis;
ideo ſemper præceſſit prima inſtãtia coram Ordinario,
& fit deuolutio negotij ad Archiepiſcopum, non poſ-
ſet enim adiri per viam querelæ, niſi mediante deuo-
lutione, vt per Barboſ. *de vniuerſ. iur.Eccl.p.1.cap.7.ad
medium*, vbi quod ante pronuntiationem Ordinarij
non fit prædicta deuolutio ad Archiepiſcopum: ergo
etiamſi Metropolitanus, vel Legatus adeatur per viam
85 querelæ, neceſſe erit primùm præceſſiſſe inſtantiam
coram Ordinario & vt negotium deuoluat ad ſuperio-
rem, neceſſe erit priùs probare de nullitate allegata,
quia eſt fundamentum intentionis eius, qui querelat,
& de nullitate dicit. Bart. *in l.1.§.quod autem,ff.ne quid
in flum.publ.* Iaſ. *conſ.164.n.3.lib.2.* Becc. *conſ.53.n.9.*
Surd. *deciſ.56.n.2.* & *deciſ.75.n.11.* & ſic ſeruanda erunt
omnia, quæ de appellatione diximus in terminis etiam
opinionis Abb. cui tamen reſpondet Scacc. *de appell.
q.19.rem.1.concl.6.n.85.* vbi latè diſcutit articulum, an
Archiepiſcopus poſſit adiri per viam querelæ; & ne-
gatiuè concludit.

Imò cùm ſatis probatum ſit per viam querelæ pro-
86 cedere, non eſſe aliud quàm de nullitate ſeorſum di-
cere, Scacc. *d. concl.6.num.85.verſ. non recedas*, longè
cautiùs procedere debebit Iudex ad quem in relaxanda
inhibitione, quando principaliter dictum eſt de nulli-
tate, quàm ſi ſimul cum appellatione, & per viam ap-
pellationis, quia niſi tunc incontinenti nullitas poſſit
87 probari, non impedietur executio ſententiæ, *l.fin.in fin.
C.de ord. cogn.* Bart. *in l.4. §. condemnatum, ff. de re iud.*
vbi etiam Ang. *col.2.* Bald. *in d. l. fin. in fin.* & *in l. tale
pactum, §. qui prouocauit, verſ.xij.quaro, de pact.* pulchrè
Franch. *in d.c.dilecto, n.149.verſ.Tertiò hoc, de appell.* vbi
benè dicit, quod ſi nullitas ſeorſum ab appellatione
intentatur, non poteſt coram iudice executionis op-
poni exceptio litis pendentis ſuper nullitate, quia ſi lis
pendeat ſuper nullitate principaliter mota ſeorſum ab
appellatione, non impeditur executio, & ſic non pote-
88 rit fieri inhibitio per Iudicem ad quem Iudici à quo: ſi
verò nullitas deducitur ſimul cum appellatione, & ſic
querela, & appellatio concurrunt, tunc iudicatur de
nullitate, prout de appellatione, per Franch. *d. cap.
89 dilecto, n.149.verſ.patet ergo, de appellat.* adeò vt deſerta
appellatione remaneat etiam deſerta nullitas, vt per
Scacc. *de appell.d.q.19.rem.1.concl.4.n.14.* & tunc nullitas
ſic deducta cum appellatione operatur deuolutionem
90 non ſolùm cauſæ nullitatis, ſed etiã negotij principalis,
per textum *in d.c.dilecto.* & *in c.exhibita, in fin.de appell.*
Archid. & Io. And. *in fin.de re iudic. in 6.* Franch. *in d.
c.dilecto, verſ.ampliùs*, vbi etiã Imol. & Innoc. *de appell.*
ergo ſequitur clarè, quod adire ſuperiorem ſiue per viam
91 querelæ, ſiue per viam appellationis, non efficit, quin
firma maneant, quæ diximus de inhibitionibus non
relaxandis in prima inſtantia coram Ordinariis pen-
dente, quia ſemper ſeruanda eſt forma *d. cap. Romana,
de appellat. in 6.* Concilium Trid. *ſeſſ.22.cap.7.de reform.*
& *ſeſſ.24 cap.20.de reform.* & dicti decreti Sacræ Congr.
*facti de anno 1600.* tam à Metropolitanis, & Primati-
bus, quàm à Legatis, & Auditore Cameræ, & aliis,
92 dempto Papa, qui poteſt omnia in negotiis Eccle-
ſiaſticis.

Debet etiam excipi Auditor Cameræ in illis nego-
tiis, in quibus adeſt obligatio formæ Cameralis, quo-
niam cauſas obligatione Camerali ſecundum formam
93 Cameræ Apoſtolicæ firmatas in partibus exiſtentes
Auditor Cameræ ad ſe auocare poteſt, etiamſi extra
Curiam contractus ſit celebratus, & licèt pendeant
coram Ordinariis, quia eſt merus executor omnium
obligationum Cameralium, & quia ita ſe obligans
cenſetur conſentire in eius iuriſdictionem, etiamſi co-
ram ordinario cœptum ſit iudicium, vt ex Galleſ. *in
tract. de oblig. Camer. in princ.* & ibi Zacch. dixit latè
Lancellot. *de attentat. lit. pend. part.2. cap.4. lim.15.n.4.
& ſeqq.* & *cap.20. lim. 26. n. 2. 3. & per tot.* Flores de
Mena *var.lib.1.q.12.n.48.* Gratian. *diſc.118.in fin.* Ricc.
*in prax.aurea, reſol.342.* Nouar. *in ſing.iur.can.concl.54.
n.5.* Barboſ. *de off.Epiſc.p.3.cap.81.n.16.* & *ad Concilium
Trid. de reform. ſeſſ.24.cap.20.n.5.*

Vnum tamen pro coronide notandum eſt, quod li-
cèt in dicto Concilio Trid. *d. cap.20.* præcipiatur, vt 94
Ordinarij infra biennium à die litis motæ cauſas ter-
minare debeant, alioquin ad ſuperiores liceat habere
recurſum, tamen hoc intelligendum eſt, ſi ipſe Ordi-
narius fuerit in dicto termino negligens, & ſteterit per 95
ipſum, quin cauſa expediatur, adeò vt defectus ſit in
iudice, qui etiam interpellatus noluit cauſam expedire:
ſic deciſum refert Marcheſan. *de commiſſ.p.2.§.4.n.54.*
Franc. *in Theſaur.for.Eccl.p.2.c.1.n.72.* Ricc. *in prax.
aurea reſol.334.in princ.* & *deciſ.Curiæ Neap.deciſ.153.
p.4.* Gramm. *vot.31.n.13.* Oſaſch. *deciſ.Pedem.12.n.16.*
Nouarr. *in ſing.iur.can.concl.55.* Barboſ. *de off Epiſc.p.3.
d. alleg.81. num.9.* vbi pulchrè dicit, quod ad hoc, vt
conſtet de culpa Iudicis, debet ſæpè perquiri, & de hoc
etiam coram Iudice ſuperiore inſtari, quia ſi per Iudi-
cem non ſteterit, etiam elapſo biennio non erit locus 96
appellationi: idem Barboſ. *ad dictum Conc.Trid.ſeſſ.24.
de reform.cap.20.n.25.* poſt Salgad. *tract. de poteſt. regia
tom.1.p.2.cap.17.n.35.* ſic conformat quod ſi per Iudi-
cem non ſteterit, quominus intra biennium cauſa de-
finiatur, ſed ob illius grauitatem, & qualitatem, vel
partium cauillationes non ſit definita, elapſo etiam
biennio non habet locum appellatio.

Placeat ergo ſuperioribus relinquere Ordinariis
cognitionem in prima inſtantia, & non grauabuntur,
ſi ſecunda deferatur ad maiorem, & inhibitiones iuſtè
timebuntur, & non erit qui recuſet obedire; & ſanè
mens ſuperiorum recta eſt, ſed ſæpe miniſtrorum ope-
râ hæc naſcuntur inconuenientia, in caſu autem noſtro
alio etiam reſpectu poſſet ſperni inhibitio, quia Epiſ-
copus Regienſis eſt exemptus, & Sedi Apoſtolicæ im-
mediatè ſubiectus, vt ego demonſtraui *in contr. for.5.* 97
*n.72.73.iur. Eccl. cap.7.n.33.* ſed quidquid ſit de hoc,
cuius iudicium ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, non
eſt opus hoc remedio, ſi obſeruentur ſacri Cano-
nes, & Concilia, ac decreta S. Congregationis. Et
ita, &c.

Hæc autem dicta ſunt pro defenſione iuriſdictionis
Epiſcoporum, & Ordinariorum, quia iuſtitiæ diſtri-
butiuæ eſt officium, vt vnicuique quod ſuum eſt,
tribuatur, & ideò omnibus Epiſcopis, & Ordinariis
debet ſua iuriſdictio illæſa ſeruari, ad textum *in cap.* 98
*peruenerit 11.quæſt.1.cap.2. de religioſ.dom.* gloſſ. *in cap.
ſicut olim, de accuſat. cap. dilecti filij, de priuileg. cap.fin.*
vbi DD. *de confirm. vtil. vel inutil.* nam Epiſcopus eſt
Iudex in ſolidum in ſua Diœceſi, & cuncta debent de-
ferri prius ad ipſum, *cap.fin.de off. Archid.* & ipſe omnem 99
cauſam ſibi competentem debet audire in ſua Diœceſi,
*cap. de perſona*, vbi Card. Alex. *11. q.1.* adeo, vt habeat
vniuerſalem iuriſdictionem in tota ſua Diœceſi, *cap.
conquerente, de off.ordin.cap.1.de iudic.* Gemin. *in d.cap.
Romana, §. Archidiaconis, de appell.in 6.* & ideò optimè
ſancitum eſt in dicto Concilio Trid. *ſeſſ.24. cap.20. de
reform.* quod Legati etiam de latere, & alij quaruncum-
que facultatum vigore non ſolùm Epiſcopos in præ- 100
dictis cauſis impedire, aut aliquo modo eorum iuriſ-
dictionem præripere, aut turbare non præſumant, ſed
nec etiam contra clericos, aliaſve perſonas Eccleſiaſti-
cas, niſi Epiſcopo prius requiſito, eoque negligente
procedant. Hoc ſi obſeruetur, ſatis erit. Sequitur te-
nor dicti Decreti S.C.

Ad



Ad tollendas ambiguitates, & controuerſias iuriſ-
dictionales, quæ inter appellationum, & prioris in-
ſtantiæ Iudices, non ſine partium diſpendio, curſuſque
Iuſtitiæ impedimento, & ſæpè cum ſcandalo oriuntur;
ſacra Congregatio cauſis Epiſcoporum præpoſita facta
prius relatione Sanctiſſimo D.N. Clementi Papæ VIII.
ac de ſanctitatis ſuæ mandato viuæ vocis oraculo de-
ſuper habito, in hunc, qui ſequitur modum ab omni-
bus, ad quos ſpectat, in poſterum fieri, ac ſeruari man-
dauit, ac mandat, vt Metropolitani, Archiepiſcopi, Pri-
mates, aut Patriarchæ in ſuffraganeos, eorumve
ſubditos non iudicent, niſi in caſibus à iure ex-
preſſis.

Item nec alij Superiores, etiam Nuntij, Sublegati
101 de latere ſpecificam facultatem maiorem non haben-
tes, cauſas in Curiis Ordinariorum, ſeu aliorum infe-
riorum Iudicum pendentes ad ſe non aduocent, niſi
per viam legitimam appellationis ad ipſorum Tribu-
nalia deferantur, tuncque appellantes ab inferiorum
iuriſdictionibus quoad alias cauſas exire non poſ-
ſint.

Appellationes nunquam recipiantur, niſi per pu-
blica documenta, quæ realiter exhibeantur, priùs
conſtiterit appellationem à ſententia diffinitiua, vel
habente vim diffinitiuæ, aut à grauamine, quod per
diffinitiuam ſententiam reparari non poſſit in caſibus
à iure non prohibitis, per legitimam perſonam, &
intra debita tempora fuiſſe interpoſitam, & proſe-
quutam.

Nec dum cauſæ coram inferioribus Iudicibus pen-
dent ante diffinitiuam ſententiam, vel vim diffinitiuæ
102 habentem de grauamine illato ſuperiores cognoſcere
valeant, licèt citra præiudicium curſus cauſarum ſe id
facere conteſtentur, nec ad hunc effectum liceat eis
inhibere, aut ſimpliciter mandare, vt ipſis copia pro-
ceſſus tranſmittatur, etiam expenſis appellantis.

Inhibitiones poſt appellationem, ſicut præmittitur,
receptam non concedantur, niſi cum inſcriptione te-
103 noris ſententiæ, aut decreti diffinitiui, aut vim diffini-
tiui habentis, vel damnum per diffinitiuam irreparabi-
le continentis, alias inhibitiones, & proceſſus, & inde
ſequuta quæcunque ſint ipſo iure nulla, eiſque impu-
nè non parere liceat.

Si appellans aſſerat ſententiæ, aut appellationis
exemplum culpâ Iudicis à quo, vel actuarij haberi non
poſſe, non ideò recipienda erit appellatio, aut aliqua
inhibitio concedenda, ſed eis tantum, ad quos perti-
104 net, iniungi poterit, vt ſoluta condigna mercede, acto-
rum exemplum authenticum appellanti intra breuem
aliquem competentem terminum tradatur. Caueat ta-
men Iudex à quo, ne ſi verè appellatum fuerit in caſu
appellabili, interim aliquid in præiudicium appellantis
attentatum ſit, & ſi per actum publicum, aut per teſtium
depoſitiones conſtiterit acta denegari appellanti, tunc
mandato tradendi acta poſſit Iudex appellationis adii-
cere, ne interim aliquid noui contra appellantem at-
tentetur.

Ab executione decretorum S. Concilij Trid. aut vi-
ſitationis Apoſtol. appellationes à Metropolitanis non
recipiantur, nec ſi Epiſcopi virtute eiuſdem Sac. Conc.
procedunt vt Sedis Apoſtolicæ delegati in cauſis, quæ
ſub eorum iuriſdictione ordinaria non comprehen-
duntur, ſalua tamen in hoc caſu Legatorum, & Nun-
ciorum Apoſtolicorum authoritate.

In cauſis verò viſitationis Ordinariorum, aut cor-
rectionis morum, quoad effectum deuolutiuum tan-
105 tùm admittantur, niſi de grauamine per diffinitiuam
irreparabili agatur, vel cùm viſitator citata parte, &
adhibita cauſæ cognitione iudicialiter procedit, tunc
enim appellationi locus erit etiam quoad effectum ſuſ-
penſiuum.

Cùm à grauamine, quod per diffinitiuam reparari
nequit, vt indebitæ carcerationis, ſeu torturæ, aut ex-
communicationis etiam comminatæ appellatur, non,
niſi viſis actis, ex quibus euidenter appareat de graua-
mine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel pro-
uiſio aliqua concedatur.

Cauſa appellationis pendente, appellans in eodem,
quo reperitur carcere permanebit, quoad Iudex ad
quem appellatum eſt, viſis actis, & cauſa cognita ali-
ter decreuerit; & tunc ſi à Iudicis ad quem decreto
vim diffinitiuæ habente fuerit appellatum; nihil
mandare, aut pro ſui decreti executione attentare po-
terit, donec per Iudicem ſuperiorem aliud fuerit ordi-
natum.

Acta originalia proceſſuum primæ inſtantiæ ad Iu-
dicem appellationis Notarius mittere non cogatur,
niſi probabilis aliqua falſitatis cauſa, & ſuſpicio inci- 106
dat, quæ iudicialiter obiiciatur; & tunc terminata
cauſa remittenda ſunt ad Ordinarium, vt in ſuo Ar-
chiuio conſeruentur.

Cenſura Eccleſiaſtica in appellantem prolata relaxa-
ri, aut nulla declarari per Iudicem appellationis non
poſſit, niſi auditis partibus, & cauſa cognita, tunc-
que ſi conſtiterit eam iuſtam eſſe ad iudicem, qui ex-
communicauit, appellans remittendus eſt, vt ab ipſo 107
iuxta ſacros Canones beneficium abſolutionis, ſi hu-
militer petierit, debitamque emendationem præſterit,
obtineat: ſi verò iniuſtam eſſe clarè appareat, ſuperior
abſolutionem impendat; ſi dubitetur, honeſtius eſt, vt
ad excommunicationem intra breuem aliquem com-
petentem terminum eidem præfigendum abſoluendus
remittatur, licèt etiam ſuperior hoc caſu id ipſum
per ſe præſtare iure poſſit.

Abſolutio ad cautelam non niſi parte citata, & viſis
actis, cùm dubitatur de nullitate excommunicationis
ab homine prolatæ, vel à iure ſi occurrat dubium 108
facti, vel probabile dubium Iuris, concedenda erit,
tuncque ad tempus breue cum reincidentia, & præſti-
ta per excommunicatum cautione de ſtando iuri, & pa-
rendo mandatis Eccleſiæ tantùm: & ſi iuxta formam à
iure præſcriptam apparebit, quem ob manifeſtam of-
fenſam excommunicatum fuiſſe, debitam etiam ſatis-
factionem præſtare, etſi ob contumaciam manifeſtam,
expenſas pariter ſatisfacere, & cauere de iudicio ſiſti
coram excommunicatore quis tenebitur, priuſquam ad
cautelam abſoluatur.

A ſententia etiam diffinitiua contra verum contu-
macem appellatio non recipiatur, nec inhibitio,
aut alia quæuis prouiſio, quandiù appellans in hu-
iuſmodi vera contumacia perſtiterit, concedatur: Ro-
mæ in ſacra Congregatione, die xvj. Octob. 1600.

Alex. Card. Florent.

Hieron. Agvcchivs, Secr.

# CAPVT CXXVI.

## Epitome.

Mora quando poſſit purgari in vltimis vo-
luntatibus, & maximè quando præcepto
adiecta eſt pœna, & dies.

## Svmmarivm.

1 *Præceptum teſtatoris quomodo ſe habeat non im-
plens.*
2 *Caducitati in vltimis voluntatibus, vt locus ſit, qua-
tuor requiruntur.*

Hæres

3 Hæres vt incurrat pœnam à teſtatore impoſitam requiritur ſcientia ſpecifica.
4 Dies interpellat pro homine, & quando.
5 Priuatiua in materia dies non interpellat pro homine.
6 Interpellatio requiritur, vt pœna incurratur.
7 Præceptum teſtatoris implere etiam poſt tempus ſufficit.
8 Mora de iure canonico ſemper purgari poteſt re integra.
9 Pœna non incurritur, ſi factum reuocetur, propter quid?
10 Pœna euitatur, ſi omiſſum executioni demandetur.
11 Dolus requiritur, vt pœna incurratur.
12 Caducitas vt euitetur, ſufficit qualibet cauſa.
13 Caducitas eſt materia rigoroſa, quæ ceſſat ex leui cauſa.
14 Teſtatoris mandatum vt lex ſeruari debet.
15 Hæres poteſt à teſtatore priuari hæreditate, ſi non obediat eius mandato.
16 Pœna priuationis à teſtatore impoſita per inobedientiam committitur.
17 Teſtator poteſt in eodem teſtamento hæreditatem dare, & adimere.
18 Filius inobediens teſtatori non priuatur legitima, ſed reſiduo hæreditatis.
19 Legitima non priuatur, qui contrauenit menti teſtatoris.
20 Teſtator poteſt obligare hæredem ad ratificandum eius teſtamentum.
21 Pater poteſt excepta legitima vocare extraneos, ſi filius non ſeruat eius voluntatem.
22 Teſtari vnuſquiſque poteſt de bonis ſuis liberè, excepta legitima.
23 Pater poteſt ſuam hæreditatem relinquere filiis ſub conditione.
24 Filius excepta legitima habetur pro extraneo, & pœna ab eo exigi poteſt.
25 Voluntati teſtatoris contraueniens efficitur indignus eius hæreditate.
26 Hæres, qui non paruit voluntati teſtatoris, priuandus eſt hæreditate.
27 Culpa grauior in committendo, quàm omittendo.
28 Pœna incurritur, ſi hæres non obediat teſtatori tam committendo, quàm omittendo.
29 Omittens accipere inſignia teſtatoris priuatur hæreditate.
30 Inobediens teſtatori priuatur hæreditate.
31 Negligens parere voluntati teſtatoris priuatur hæreditate.
32 Hæres, qui tenetur dare decem in termino, ſi nouem tantum dederit, incurrit pœnam.
33 Moroſus in obediendo teſtatori priuatur eius hæreditate.
34 Inobediens vt puniatur, quando requiratur monitio.
35 Lex inobedientem teſtatori non punit, niſi præuia monitione.
36 Legatum non ſoluens quando priuetur hæreditate.
37 Mora non poteſt purgari poſt commiſſam pœnam in vltimis voluntatibus, & quando.
38 Pœnæ locus eſt ſine purgatione moræ, quando dies eſt appoſitus obligationi.
39 Dies interpellat pro homine etiam in pœnalibus.
40 Interpellatio quando non ſit neceſſaria, vt hæres impleat mandatum teſtatoris.
41 Monitio ad incurrendam pœnam non requiritur, vbi dies, & pœna ineſt obligationi.
42 Hæres inobediens teſtatori ſine interpellatione incurrit pœnam.
43 Pœna, & dies ſi ſint à teſtatore expreſſa, incurritur pœna ſine interpellatione.
44 Moræ purgatio non datur in contractibus, vbi dies, & pœna expreſſa eſt.
45 Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates valet.
46 Scientia teſtamenti requiritur, vt hæres inobediens priuetur hæreditate.
47 Hæres præſumitur habere ſcientiam teſtamenti, qui ſoluit legata.
48 Scientia teſtamenti inducitur ex ſolutione legatorum.
49 Priuatio hæreditatis non incurritur niſi hæres detractet implere teſtamentum.
50 Hæres tenetur implere mandatum teſtatoris quamprimùm poteſt id facere, alias, &c.
51 Dies an interpellet pro homine, ſi tractatur de priuando hærede ipſa hæreditate.
52 Hæredem obtemperaſſe teſtatori ante litis conſtationem ſufficit.
53 Mora an poſſit purgari ab hærede inobediente.
54 Hæreditas transfertur ad ſubſtitutum data inobedientia hæredis, & quando.
55 Contraueniens voluntati teſtatoris hæres ipſo facto priuatur commodo hæreditatis.
56 Moroſus non poteſt poſtea adimplere, & euitare pœnam teſtatoris.
57 Mora ſemel commiſſa perpetuò durat.
58 Temporis limitati lapſus inducit renuntiationem.
59 Dictio, ſtatim, quid importet.
60 Dictio, ſtatim, eſt ſignificatiua latæ ſententiæ, & ipſo iure.
61 Ius ſtatim quæritur ſubſtituto per contrauentionem hæredis.
62 Hæres contraueniens voluntati teſtatoris habetur pro mortuo.
63 Mortis, & contrauentionis caſus purificantur in hærede.
64 Æquiparatorum eadem eſt natura & diſpoſitio.
65 Mora non poteſt purgari, niſi intra breue tempus.
66 Moræ purgatio fundatur in æquitate, quæ ceſſat lapſo longo tempore.
67 Moræ purgatio non admittit reſtitutionem in integrum.
68 Mora non poteſt purgari, vbi eſt pactum reſolutiuum.
69 Hæres priuatus hæreditate poteſt detrahere legitimam, & Trebellianicam.
70 Trebellianicâ non eſt priuandus, qui priuatur hæreditate patris, ob contrauentionem.
71 Hæres, qui priuatur poſt aditam hæreditatem, cenſetur fideicommiſſo grauatus.
72 Trebellianica quando cenſeatur prohibita ob priuationem hæredis.
73 Caducitatem excuſari per quamlibet cauſam quomodo intelligatur.
74 Cauſa vt excuſet à mora, & caducitate qualis eſſe debeat.

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Mirandulana deuolutionis bonorum. D. Lucretius Pedocha nobilis dicti loci in ſuo teſtamento dotatis duabus eius filiabus Hyppolita, & Minotia, hæredem fecit D. Franciſcum eius filium, cui ſubſtituit eiuſdem filios maſculos, & maſculis deficientibus fæminas; & his quoque ceſſantibus vocauit filias proprias, volens bona conſeruari in familia, & fecit multas alias adnotationes, & maximè prohibuit dicto eius filio, vllo vnquam tempore ſe præſtare fideiuſſorem pro aliquo, quia noluit ſuper eius bonis valere obligationem, vt hæreditas integra perueniat ad ſubſtitutos, vt latiùs in teſtamento, in quo etiam ſubiunxit, *Comandando, che detto ſuo herede ſia tenuto ſubito, che ſia vſcito della pupillare età approuare, & ratificare la preſente ſua diſpoſitione, & tutte le coſe da lui ordinate per publico inſtrumento, & dato, che non voleſſe ratificare, ò approbare il detto ſuo teſtamento all'hora lo priua della ſua heredità, & vuole ſolo habbia la legitima, & in quel Caſo inſtituiſce le dette ſue figlie.*

Sed



Sed dictus D. Franciſc. hæres antedictus egreſſus pupil-
larem ætatem non curauit adimplere præceptum teſta-
1 toris, & ratificare voluntatem patris, imò in hac mo-
ra permanſit vſque ad annum 40. ſuæ ætatis tempore
motæ litis, quando dicta D. Minotia eius ſoror, ſtante
quod altera facta eſt monacha ordinis S. Claræ, viſo,
quod dictus hæres eius frater diſſipabat ſubſtantiam,
intentauit deuolutionem dictorum bonorum hæredi-
tatis paternæ, ob non implementum præcepti teſta-
toris, eo quod tali caſu ipſa fuerit inſtituta, quæritur
quid iuris.
Et ſanè videtur dicendum, quod non ſit locus cadu-
citati prædictæ, quia ad hoc, vt priuationis pœna lo-
cum habeat ob contrauentionem factam præcepto
teſtatoris, quatuor requiruntur copulatiuè, ſcilicet in-
terpellatio partis, monitio iudicis, ſcientia plena, &
perfecta diſpoſitio pœnalis, & detractatio oneris,
2 cùm aliud ſit omittere implementum voluntatis teſta-
toris, aliud illi contrafacere, vt poſt Anguil. *pleno*
*conſil.* 36. Ruin. *conſil.* 184. *vol.* 2. Burſat. *conſil.* 161. *vol.* 2.
inquit pulchrè Coſta *tract. de ration. ratæ, q.* 143. *n.* 3. 4. 5.
quem ſequitur Merlin. *tract. de legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 21.
*n.* 10. & *n.* 19. vbi quod non ſufficit ſcientia præſump-
3 ta, ſed requiritur ſpecifica, totalis, & indubitata; imò
oportet quod habeat ſcientiam teſtamenti in illa par-
te pœnali. Menoch. *conſil.* 533. *n.* 6.
Neque obſtat, quod dies interpellet pro homine,
4 iuxta *l. magnum, C. de contrah. & committ. ſtipul.* qu[ia]
5 hoc non procedit in materia priuatiua, vt poſt Gabriel.
*com. concl. tit. de ſolut. concl.* 2. *n.* 14. Caroc. *deciſ.* 9. *n.* 14.
dixit pulchrè Coſt. *d. q.* 143. *n.* 6. & ideò magis com-
munis eſt DD. ſententia, vt requiratur interpellatio,
6 vt per Merlin. *d. q.* 21. *n.* 11. *verſ. nihilominus*. Vnde cùm
hæc omnia non verificentur copulatiuè, videtur ceſſa-
re deuolutio prætenſa.
Cui tantò minùs locus eſſe poteſt, quia ante litis
conteſtationem dictus hæres obtemperauit teſtatori,
& acceptauit omnem eius diſpoſitionem per inſtru-
7 mentum publicum, ideò hoc ſufficit ad pœnam eui-
tandam, vt pulchrè dixit Merlin. *d. q.* 21. *n.* 36. mora
8 enim de iure canonico poteſt purgari quandocunque
re integra. Farin. *deciſ. recent.* 577. *n.* 2. *p.* 2. Beltram. *ad*
9 *Ludouiſ. deciſ.* 559. *ſub n.* 10. ſicut enim pœna non in-
curritur, ſi factum reuocatur, antequam ſit ius quæſi-
tum ſubſtituto, latè Fuſar. *de ſubſtit. q.* 583. *n.* 7. ita eui-
10 tatur, & faciliùs, ſi quod omiſſum fuit, executioni
demandatur, ad tradita per Beltram. *d. deciſ.* 559. *n.* 10.
*lim.* 5.
Et denique videtur dictus hæres excuſandus à pœna
caducitatis, quia non probatur, quod doloſè omiſe-
rit ratificationem teſtamenti paterni ſibi præceptam,
11 & tamen dolus requiritur, & ſine dolo non incurritur
pœna. Mandel. *conſ.* 97. *n.* 35. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 58.
*n.* 19. 20. *lib.* 1. Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 2. *tit. vlt. n.* 21. *in*
12 *fin.* Merlin. *d. q.* 21. *n.* 17. & ad effugiendam caducitatem
prædictam ſufficit quælibet cauſa, etiam facta, & in-
iuſta, ac beſtialis. Ludouiſ. *deciſ.* 338. *num.* 8. Caualer.
*deciſ.* 81. *n.* 3. Rubeus *deciſ.* 293. *n.* 5. *part.* 2. hæc enim
13 eſt materia rigoroſa, & Rota ſolet illam excuſare etiam
ex leui cauſa. Farin. *d. deciſ. recent.* 577. *num.* 4. *part.* 2.
Seraph. *deciſ.* 1228. *n.* 5.
His tamen non obſtantibus reſoluendum videtur,
quod dictus hæres ceciderit à commodo hæreditatis,
dempta legitima, & apertus ſit locus ſubſtitutis, quia
aperta ſunt verba teſtatoris mandantis, quod prædictus
eius filius ſtatim poſt pupillarem ætatem teneatur ra-
tificare dictum eius teſtamentum, aliàs eum priuauit
hæreditate, legitima excepta, & ſubſtituit dictas eius
14 filias: ergo venit caſus ſubſtitutionis, quia mandatum
teſtatoris, vt lex, obſeruandum eſt, §. *diſponat, in*
*Auth. de nupt.* & ideò poteſt teſtator præcipere ſuo hæ-
redi, vt aliquid faciat, vel dicat ſub pœna priuatio-



nis hæreditatis, adeò vt ſi ſit inobediens, poſſit priuari
commodo hæreditatis, dummodo præceptum non ſit 15
turpe, vel impoſſibile, vt benè probat textus *in l. vnic.*
vbi Bart. Bald. Salic. & communiter DD. *C. de his, quæ*
*pœn. nom. l. quoties, C. de donat. quæ ſub mod. l. ſtipulatio*
*iſta, §. alteri, ff. de verb. oblig. cap. verùm de condit. appoſit.*
Bart. & DD. *in l.* 2. *§. vlt. ff. de verb. oblig.* Alex. *conſil.* 138.
*num.* 12. *lib.* 1. vbi quod quando pœna priuationis im-
ponitur à teſtatore, nemo ambigit, quin per inobe- 16
dientiam committatur. Pariſ. *conſil.* 100. *num.* 7. *lib.* 4.
pulchrè Decian. *conſil.* 48. *num.* 27. 28. *lib.* 2. vbi quod
quando talis pœna per teſtatorem eſt impoſita, nihil
aliud conſideratur, niſi contemptus ipſe inobedien-
tis, & talis voluntas pro lege ſeruanda eſt, quia teſta-
tor in eodem teſtamento poteſt hæreditatem dare, & 17
adimere in pœnam, adeò vt id totum pendeat ex ar-
bitrio teſtatoris; & concordat Rota Rom. die 15.
Febr. 1588. coram Comitolo, vt apud Gaſpar. Ant.
Theſ. *qq. for. lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 21. Honded. *conſ.* 82.
*num.* 1. 2. 3. 4. & *num.* 8. vbi licèt defendat filium
inobedientem teſtatoris præcepto non priuari legiti-
ma, tamen quoad reſiduum hæreditatis habet pro 18
indubitato; & idem docet Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 2.
*tit. vlt. num.* 2. & *num.* 22. *in fin.* vbi quod debemus
eſſe contenti pœna priuationis hæreditatis, & non 19
extendere ad priuationem legitimæ, & Trebellianicæ.
Rota *poſt conſil. crim.* Farin. *lib.* 2. *deciſ.* 87. *n.* 2. Rota
apud Cenc. *de cenſ. deciſ.* 15. *n.* 1. 2.
Et ſanè non eſt mirum, quod ſic poſſit pater inſti-
tuere filium, præcipiendo ei, vt paternum approbet
teſtamentum, in quo non adſint conditiones tur-
pes, vel impoſſibiles; quia dummodo ſalua ſit legiti- 20
ma filiorum, pater de reſiduo poteſt ad libitum diſpo-
nere, & extraneum etiam hæredem inſtituere, cùm
ſit ſatis filio legitimam titulo inſtitutionis relinquere,
& tunc parentes poſſint in cæteris bonis extraneos
vocare, ad textum *in l. cùm quæritur, de inoff. teſtam.*
*l. Papinianus, §. quoniam, eod. l. fin. C. de liber. præter.*
*l. parentibus*, vbi Bart. *C. de inoff. teſtam. l. verbis legis,* 21
*ff. de verb. ſign.* gloſſ. *in l. Titia, §.* 1. *de leg.* 2. Crauet.
*conſil.* 856. *num.* 2. 3. *vol.* 5. *ex text. in §.* 1. *in authent.*
*de trien. & ſemiſſ.* & *§. aliud quoque capitulum, in auth.*
*vt cùm, de appell. cognoſc.* Mangil. *de imput. & detract.*
*q.* 3. *num.* 9. *q.* 29. *num.* 11. *q.* 71. & *q.* 80. *num.* 10.
Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 9. *tit.* 8. *num.* 56. & *lib.* 11.
*tit.* 18. *num.* 13. qui dicunt vnumquemque de bonis
ſuis poſſe liberè diſponere, præterquam de legitima, 22
quæ filiis debetur ſine onere, & ſine conditione: er-
go teſtator potuit bona ſua, quæ legitimam excedunt,
filiis ſuis non relinquere, vel ſub aliqua conditione 23
relinquere, velut approbandi ſuum teſtamentum, *arg.*
*text. in l. in actionibus, in princ. ff. de in lit. iurand. l. in-*
*terdictionibus, ff. de pact.* Alciat. *in l. actione, ſub num.* 19
*C. de tranſact.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. d. lib.* 9. *tit.* 8.
*num.* 64.
Vnde ſi pœna infligitur filio inobedienti quoad
bona legitimam excedentia, pœna committitur, &
exigi poteſt, quia in hoc habetur pro extraneo, & ſit 24
locus *dict. l. vnic. C. de his, quæ pœn. nom.* & *§. fin.* vbi
Aret. *Inſt. de legat.* Peregr. *de fideicom. art.* 11. *num.* 89.
*verſ. vbi quod*, & *num.* 90. *verſ. nam pœna*, vbi hoc
admittit ſine difficultate, quando pœna imponitur
ipſi inobedienti ob factum proprium, vel propriam
negligentiam: contraueniens enim voluntati teſta-
toris efficitur indignus hæreditate, *l. poſt legatum, de*
*his, quibus vt indign. cap. ex eo, de reg. iur. in* 6.
Crau. *conſil.* 1. *num.* 3. Pariſ. *conſil.* 19. *num.* 55. *lib.* 2. 25
Alex. *conſ.* 127. *num.* 2. *verſ. aut volumus, lib.* 7. Hond.
*d. conſil.* 82. *num.* 14. *lib.* 2. Rot. apud Theſ. *d. lib.* 2.
*quæſt.* 20. *num.* 20. Ideò hic hæres, qui non paruit vo- 26
luntati teſtatoris, & fuit in mora per annos xx. &
vltrà, non ratificando paternum teſtamentum, eſt

D excluden

excludendus ab eius hæreditate , vt inquit Theſ.
qq. forenſ. lib. 1. q. 34. num. 5. Pariſ. conſ. 19. num. 200.
cum ſeqq. lib. 2.

Et prædicta procedunt , ſiue hæres contraueniat
27 voluntati teſtatoris committendo , ſiue negligendo,
& omittendo : nam licet culpa ſit grauior , vbi quis
peccat committendo , tamen vtroque modo denega-
tur obedientia teſtatori , quam requirit in ſuo teſta-
28 mento, & hoc ei indiſtinctè , & abſolutè concedit, d.
leg. vnic. vbi Bald. num. 54. C. de his , quæ pœn. nom. &
hoc admittunt omnes in eo , qui omiſit aſſumere in-
ſignia , & nomen teſtatoris , provt præceperat teſta-
tor , quod incidat in pœnam priuationis hæreditatis
29 à dicto teſtatore impoſitam. Pariſ. conſ. 15. col. vlt.
& conſil. 19. num. 52. & num. 55. lib. 2. vbi latè probat,
quod inobediens præcepto teſtatoris , quia non de-
30 fert eius inſignia , & nomen , priuatur omni emo-
lumento , & quidquid percepit , vnà cum fructibus
reſtituere tenetur , & eum ſequitur plenè Peregr. de
31 fideicomm. art. 11. num. 121. ad fin. ſic etiam Coſt. de
rat. ratæ , quæſt. 143. num. 1. 2. vbi loquitur de eadem
conditione arma deferendi , & nomen teſtatoris.
Fuſar. de ſubſt. quæſt. 447. num. 3. verſ. & in ſpecie , &
num. 4. 8. 13. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæſt. 21.
vbi loquitur de negligente parere voluntati teſtatoris,
& concludit , quod priuatur hæreditate , vt ibidem
dictus Merlin. d. quæſt. 21. num. 8. probat , licèt non
poſſit priuari legitima , & Trebellianica ; ſic etiam
docuit Theſaur. qq. for. lib. 1. quæſt. 34. num. 15. vbi
quod Senatus cenſuit hæredem priuatum eſſe hæredi-
tate teſtatoris , cuius inſignia aſſumere omiſit contra
præceptum teſtatoris : quod ſanè iuſtum eſt , ſiquidem
in effectu ita inobediens eſt teſtatori , qui facit actum
contrarium eius voluntati , ſicut qui omittit facere,
quod teſtator fieri mandauerat intra certum tempus,
adeò , vt ſi dixiſſet teſtator , quod hæres teneretur
ſoluere Titio decem intra decem dies , illis verò tranſ-
actis ſi non ſoluiſſet , teneretur illi dare fundum , &
32 dato caſu , quod etiam nouem in termino dediſſet,
adhuc tamen quia non plenè ſatisfecit menti teſtato-
ris in termino , poſt decem dies Titius poteſt petere
fundum nouem reſtitutis , vt per Bald. in d. l. vnic.
num. 54. C. de his , quæ pœn. nom. & cum eo tranſeunt
omnes DD. niſi per errorem ſoluta fuiſſent illa no-
uem : ergo multò magis in caſu noſtro dicendum eue-
niſſe caſum fideicommiſſi ex quo dictus hæres mo-
33 roſus fuit per xx. annos , & vltra in adimplenda vo-
luntate teſtatoris , cui obedire oportebat ſtatim poſt
pupillarem ætatem , ex Menoch. conſ. 533. n. 12. Pariſ.
conſil. 19. n. 226. & ſeqq. lib. 2.

Non obſtant modò in contrarium adducta , & pri-
mò quod ad incurrendam huiuſmodi caducitatem qua-
tuor copulatiuè requirantur, ſcilicet interpellatio par-
34 tis , monitio iudicis , ſcientia plena, & detractio one-
ris , ex Coſt. de ration. rat. quæſt. 143. num. 3. 4. Nam
reſpondetur hæc procedere , quando dies non eſt ap-
poſitus obligationi, & pœna non imponitur à teſtato-
re, ſed à lege, quæ volens punire inobedientem priua-
35 tione hæreditatis , vel alio commodo , id non facit,
niſi præuia monitione , & interpellatione , adeò vt
etiam concedat purgationem moræ , vt probatur in
Auth. hoc ampliùs , C. de fideicom. & in cap. potuit , de
locat. mitiùs enim agitur cum lege , quàm cum homi-
ne, l. ſi cùm dies, §. fin. ff. de arb. l. ſi cum, §. cùm intra, de
cõpenſ. l. 2. de diuerſ. & temp. præſcr. l. Celſus ait, in princ.
iunct. gloſſ. de recept. arb. provt Coſt. in d. quæſt. 143.
loquitur in terminis d. Auth. hoc ampliùs, C. de fideicom.
& hoc probatur ex doctrina Innoc. in cap. extirpandæ,
de præbend. & Archid. in cap. propter 18. diſtinct. quos
ſequitur Bald. pulchrè in dict. Auth. hoc ampliùs, n. 16.
dicens, quod monitio non eſt neceſſaria, vbi in diſpo-
36 ſitione adeſt præfixa dies , ſi verò non adeſt dies , tunc
diſtinguit , aut quis punitur propter factum , & tunc
neque admonitio requiritur , aut propter negligen-
tiam, & tunc neceſſaria eſt monitio : ſed in caſu noſtro
præceptum teſtatoris habet diem ; & pœnam ab eo
expreſſam , & impoſitam. Ergo non requiritur alia
monitio , vel interpellatio, ſiue hæres puniatur prop-
ter factum , ſiue ob ſolam negligentiam : & ratio eſt
quia in vltima voluntate pœnâ commiſsâ non poteſt
mora purgari , quando dies , & pœna eſt expreſſa , vel 37
etiam venit ex tacita , vel euidenti mente teſtatoris,
ex textu in l. 1. ff. de pœn. leg. qui fundum , de contrah.
empt. l. Thais, §. intra, ff. de fideicom. Clem. ei quem , de
conceſſ. præb. & in verbis dixit Bald. in d. l. vnic. num. 50.
& num. 53. C. de his, quæ pœn. nom. & propterea ſi non
licet purgare moram , vbi pœna , & dies eſt expreſſa
in obligatione , minùs neceſſaria erit interpellatio, 38
quia notum eſt omnibus illud axioma , quod dies in-
terpellat pro homine , l. traiectitia , §. de illo , de act. 39
& oblig. l. magnam , de contrahenda , & committ. ſtipul.
cum vulgaribus , & tradunt DD. in rep. l. ſi inſulam, de
verb. oblig. ad rem Pariſ. conſ. 19. num. 201. 202. 206. 207.
lib. 2.

Et magis etiam in puncto non eſſe neceſſariam in-
terpellationem , vel monitionem ad inuitandum hæ-
redem , vt impleat teſtatoris præceptum , quando fuit
appoſita dies , & pœna per teſtatorem , qui etiam pro-
uiderat in caſu priuationis , vt his factum eſt , de alio 40
ſucceſſore, docent communiter DD. etiamſi agatur de
priuando hæredem ob omiſſionem , quia omittit fa-
cere , quod fieri mandauerat teſtator , vt per textum in 41
l. ſi cum præfinitione , ff. quando dies leg. ced. & Bald. in
dict. Authent. hoc ampliùs , ad med. C. de fideicomm.
dixit pulchrè Caſtr. conſil. 292. num. 9. lib. 2. vbi loqui-
tur de eo hærede, cui teſtator præceperat , quod confi-
ceret inuentarium hæreditatis intra tres menſes ſub
pœna priuationis , prouidendo de alio ſucceſſore in
caſu contrauentionis, & dicit, ac probat non fuiſſe ne- 42
ceſſariam interpellationem, vel monitionem, quia dies
interpellat pro homine : concordat in fortioribus Soc.
Sen. conſil. 133. num. 15. verſ. tum in caſu noſtro, & n. 16.
lib. 1. vbi loquitur de inobediente hærede ob non
factum, & ſic ob delictum omiſſionis, & negligentiæ,
& probat ſine alia monitione incidere in pœnam :
ſic etiam Gozadin. conſil. 34. col. 2. verſic. nec obſtat, pul-
chrè Crauer. conſil. 193. num. 4. verſ. & quod monitio, 43
vbi quod nullum eſt dubium de hoc , quando teſtator
expreſſit pœnam , & diem. Sed latiùs , & meliùs hoc
probat : vide Pariſ. conſil. 19. num. 200. 201. 202. 203.
206. 207. & 226. ac ſeqq. lib. 2. vbi multis rationibus
docet hoc caſu non fuiſſe neceſſariam monitionem,
vel interpellationem ; & cum eis ſentit Sim. de Præt.
de interpret. vlt. vol. fol. 485. n. 11. in fin. Alber. conſil. 49.
n. 14. Decian. conſ. 2. n. 148. 149. lib. 2. Fuſar. de ſubſt.
quæſt. 447. n. 13. Theſaur. qq. for. lib. 1. quæſt. 34. num. 14.
Rot. apud Farin. poſt lib. 2. conſiliorum, deciſ. 87. num. 2.
Cyriac. controu. for. 519. n. 45. Rota apud Cenc. de cenſ.
deciſ. 15. n. 2. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæſt. 21. n. 12.
& Mangil. de imput. & detract. quæſt. 127. n. 18. & n. 19.
in fin. Marcabrun. ab Anguill. conſ. 36. n. 97. 98. vbi mul-
tos congerit : ſic etiam Burſat. conſ. 167. n. 18. lib. 2. qui
concludunt , quod quando hæc duo expreſſa ſunt à
teſtatore, ſcilicet pœna, & dies, tunc incurritur pœna
priuationis hæreditatis ſine alia monitione : & qui te-
netur ratificare , dicitur eſſe in mora etiam non inter-
pellatus, ſi non ratificauit quam primùm potuit. Ruin.
conſ. 136. n. 9. in fin. lib. 5.

Vnde non videtur dubitandum eſſe de prædictis quin
vera ſint, quia etiam in contractibus cõmunis eſt DD. 44
ſententia veriſſima , quod vbi in obligatione appoſita
eſt dies , & pœna expreſſa, non datur purgatio moræ,
vt per l. traiectitia 5. §. de illo, de action. & oblig. d. l. magnã,
de contrah. empt. l. 1. verſ. niſi fortè, de pen. leg. l. 2. verſ.
omninò



omninò , C. de iur. emph. & ita docent Odofred. Dyn.
Aret. Bart. in l. ſi inſulam , vbi Alexand. teſtatur de
communi, ff. de verb. oblig. vbi pulchrè Io. Crottus ſub
num. 26. 27. 28. 29. & Ang. de Vbald. num. 16. latè de-
fendunt hanc communem ſententiam ab omnibus ar-
45 gumentis in contrarium facientibus. Gratian. diſc. 307.
num. 15. 16. Ergo idem dicendum eſt etiam in vltimis
voluntatibus , quia valet argumentum à contractibus
ad eas , per textum in l. fin. vbi notat Salc. C. de legat.
§. 1. & ibi gl. Inſt. de leg. Fuſ. can. toll. Rom. in Auth. ſi-
militer, fall. 12. C. ad l. falcid. Bart. in l. 2. §. ſi quis ita , de
verb. oblig. Si ergo non datur moræ purgatio , ſequi-
tur , quod non ſit neceſſaria aliqua interpellatio , vel
monitio , quæ non fit ad alium finem , niſi inobe-
diens inuitetur ad obediendum , & ſic ad moram pur-
gandam.

Non obſtat, quod requiratur plena, & totalis ſcien-
46 tia teſtamenti ad finem , vt tanquam inobediens pri-
uetur commodo hæreditatis, vt per Seraph. deciſ. 1091.
num. 2. Nam hoc in facto ſatis verificatur de noſtro
teſtamento , cuius plenam, & exactam ſcientiam ha-
buiſſe dictum hæredem probatur tum ex poſitionibus
pro confeſſis habitis , tum ex inſtrumento dotationis
eius ſororis, vbi lata de eo fit mentio , & diſcurſus, &
hæres ſoluit legata , immò dicta eius ſoror ſibi reſer-
47 uat ius ſuccedendi in dicta hæreditate vigore fidei-
commiſſi in dicto teſtamento ordinati , quod etiam de
præſenti quæſtione intelligi poteſt , facta enim hac
mentione præſumitur hæres ſcientiam habuiſſe dicti
teſtamenti paterni , vt per Peregr. de fideicom. art. 52.
num. 104. in fin. Cacheran. deciſ. Ped. 112. num. 17.
Farinac. deciſ. recent. 281. part. 2. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 595.
n. 28. Et ad rem Crau. conſ. 193. n. 6. verſ. contrarium, &
n. 7. vbi tollit omnem maculam.

Et maximè hæc ſcientia in eo apparet vera, & realis
dum ipſe hæres ſoluit legata dotium ſororibus, & pro-
curauit ſibi fieri quietantias iuxta tenorem dicti teſta-
48 menti ; ex hac enim ſolutione legatorum inducitur
ſcientia teſtamenti. Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, q. 3.
vbi Rip. n. 54. de verb. oblig. Rol. conſ. 36. n. 26. lib. 2.
Ruin. conſ. 139. n. 6. lib. 2. Peregr. de fideicom. d. art. 52.
n. 104. verſ. quartus , vbi de communi. Intrigl. de ſubſt.
cent. 3. quæſt. 94. n. 5. Fuſar. d. q. 595. n. 25. vbi plurimos
congerit. Farin. frag. p. 2. littera I, num. 137. & deciſ.
recent. 364. ſub n. 4. p. 2. Menoch. conſ. 533. ſub n. 6. vbi
tamen limitat, quando apparet hæredem ſoluiſſe lega-
ta per exhibitionem particulæ tantùm teſtamenti in
illa parte , quæ continet ſolum legatum , ſed hoc non
apparet in caſu noſtro, vbi conſtat ex dictis poſitioni-
bus, & inſtrumento dictum hæredem eſſe informatum
de toto tenore teſtamenti.

Non obſtat , quod ad priuandum ob hoc hæredem
teſtatoris hæreditate vltra mentionem , & interpella-
tionem , requiratur etiam , quod ipſe recuſet , & de-
49 tractet implere voluntatem teſtatoris, ex Coſt. de ration.
rat. d. quæſt. 143. n. 3. Hic reſpondetur hæc procedere,
ſi vera ſunt , in caſu , quando verè neceſſaria eſt mo-
nitio , & conceditur moræ purgatio , ſed quia viſum
eſt hæc non requiri , quando in præcepto teſtatoris
extat dies , & pœna certa , non eſt expectandum ad
pœnam incurrendam , quod ipſe hæres recuſet adim-
plere mentem teſtatoris , quam neglexiſſe viſus eſt
ex lapſu termini præfixi : nam ille incidit in pœnam
ex vera ceſſatione , & negligentia , quia non adim-
50 pleuit quamprimùm adimplere potuit , vt per gloſ-
ſam communiter approbatam in l. ſi poſt tres, ff. ſi quis
caut. tenent Dyn. & Guil. de Cun. in l. ita ſtipulatus,
vbi Bart. in prima oppoſit. 4. part ff. de verb. oblig.
Pulchrè in verbis Soc. Sen. in d. conſil. 133. num. 13.
verſ. ad vltimum , & num. 14. 15. 16. lib. 1. Pariſ. d.
conſ. 19. num. 200. 201. 202. 203. lib. 2. vbi hoc maxi-
mè locum habere dicit , quando præceptum teſtato-
ris erat facilè adimplendum , & honeſtum , & de-
pendebat ab eius voluntate , nec requirebat miniſte-
rium alterius , vt hîc , vbi erat in eius manu ratificare
teſtamentum patris , quandocunque ſibi placuiſſet.

Non obſtat in materia priuatiua diem non interpel-
lare pro homine , ex Coſt. d. quæſt. 143. num. 6. Nam
reſpondetur id non ſatis probari per dictum Coſtam,
quia DD. ab eo allegati id non dicunt , vt videre eſt
apud Gabriel. de ſolut. concl. 2. n. 14. ab eo adductum,
qui de hoc nihil dicit : ſed nec verum eſt in termi-
nis noſtris , quando , ſcilicet teſtator expreſsè præ-
cepto ſuo appoſuit diem , & pœnam , quia tunc ad
inducendam priuationem dies interpellat pro ho-
mine , vt apud Caſtr. d. conſil. 292. num. 9. lib. 2. &
Soc. d. conſ. 133. num. 15. 16. Pariſ. d. conſ. 19. n. 200. 51
& ſeqq.

Non obſtat , quod ante litis conteſtationem ob-
temperauerit dictus hæres præcepto teſtatoris ratifi-
cando eius teſtamentum , quod ſufficere videtur , vt
per Merlin. de legitim. d. quæſt. 21. n. 36. Namque Mer- 52
linus hoc non probat , quia Coſta d. quæſt. 143. n. 9.
ab eo allegatus de hoc nihil dicit : deinde illud non
poteſt eſſe verum, niſi in caſibus, in quibus eſt purga-
tio moræ , hoc enim non eſt aliud , quàm moram vel- 53
le purgare , quod ei prohibitum eſt , vt per Pariſ.
conſil. 19. num. 226. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 16.
num. 127. verſ. ego autem , cum aliis plenè ſuprà ad-
ductis ſtante præfixione diei, & certæ pœnæ ; ſiquidem
ſtatim elapſo tempore , & die , quo potuit adimplere,
& non adimpleuit , lex ipſa exequitur , & fit tranſlatio 54
hæreditatis ad ſubſtitutum , vt per Felin. in cap. præ-
tereà , in 2. not. de ſponſal. pulchrè Pariſ. d. conſil. 19.
num. 203. Iaſ. in d. Auth. hoc amplius , num. 2. C. de fi-
deicom. & bene Surd. conſil. 403. num. 15. ſub verſ. quæ,
vbi docet , quod ſtante contrauentione facta per hæ-
redem voluntati teſtatoris , fuit ipſo iure , & facto pri-
uatus commodo hæreditatis, quæ ideò peruenit ad ſub- 55
ſtitutum ſtatim abſque Iudicis miniſterio perindè , ac
ſi dictus hæres eſſet mortuus. Ergo non potuit dictus
hæres euitare caducitatem , etiamſi poſtea ratificaue-
rit dictum teſtamentum poſt multos annos , quia
adhuc extra illum terminum adimplens eſt in mora, 56
vt per Gratian. diſcept. for. 725. num. 14. 15. quia cùm
dictus hæres ſemel fuerit in mora , ſemper eius mora
durauit , & contumacia , quia mora ſemel commiſſa
perpetuò durat , & tranſit etiam ad hæredes, l. cùm pa-
trifamiliàs, vbi Salic. & Flor. ff. de vſur. Bologn. in l. ſi 57
finita , §. Iulianus, num. 301. ff. de damn. infect. Franch.
deciſ. 16. num. 10. Cyriac. controu. forenſ. 441. num. 50.
Gratian. diſcept. 307. num. 15. 16. vbi dicit etiam,
quod quando aliquid eſt implendum infra aliquod
tempus , eo elapſo amplius impleri , aut fieri non po- 58
teſt , cùm lapſus temporis limitati inducat renuntia-
tionem : & ad rem Crau. d. conſil. 193. ſub num. 4.
Pariſ. d. conſil. 19. num. 226. lib. 2. Surd. conſil. 3.
num. 40.

Et ſanè dictus hæres non obſeruando præcep-
tum teſtatoris , qui mandauit , quod poſt pupillarem
ætatem teneretur ſtatim ratificare eius teſtamentum,
ſub pœna priuationis , quo caſu vocauit ſorores dictæ
hæredis , quas etiam vocauit in caſu mortis , non po-
teſt effugere pœnam , quia ſine vlla dilatione , & ſine
temporis interuallo tenebatur hoc adimplere , quia 59
ſic importat illa dictio , ſtatim : per l. ſi finita , §. non
autem ſtatim , ff. de damn. infect. l. cùm quidam , de
legat. 2. Tiraquell. in l. ſi vnquam , verb. reuertatur,
num. 120. C. de reuoc. donat. Surd. deciſ. 57. num. 9.
Gratian. diſcept. 41. num. 10. Ricc. deciſ. Neap. part. 4.
deciſ. 299. num. 5. Farinac. frag. part. 2. littera I , ex
num. 114. 125. Et eſt ſignificatiua latæ ſententiæ, & de-
notat ipſo iure, vt in l. commiſſa, vbi gloſſ. verb. ſtatim,
ff. de publican. & vectig. & in §. 1. verb. ſtatim , Inſt.

*quibus non eſt permiſſum fac.ieſt.* Tiraq. *in d.l.ſi vnquam,*
*verb. reuertatur, num.*116. Surd. *deciſ.* 211. *num.*32. &
*conſ.*437.*n.*33 Farin. *fragment.c. im.p.*2.*verb. lex,n.*114.
Vnde ſtatim, & ipſo iure quæſitum fuit ius ſubſti-
tuto per contrauentionem hæredis, vt per Surd. *d.conſ.*
61 403.*nu.*15.*verſ.quæ*, Pariſ. *d.conſ.*19.*num.*226.*lib.*2. Quia
ſic contraueniens voluntati teſtatoris, & paruipen-
dens pœnam priuationis, quo ad eius hæreditatem
62 videtur mortuus, & æſtimatur, ac ſi defeciſſet, vt per
textum *in l. amiſſione, §. qui deficiunt, ff. de cap. dim.*
Pariſ. *d. conſ.*19. *num.*163. & meliùs Surd. *d.conſ.*403.
*ſub num.*15.*ad fin.* & Theſ. *qq.for.lib.*1.*quæſt.*34.*num.*15.
Qui pariſicant caſum mortis, & caſum contrauentionis
63 voluntati teſtatoris, & ideò ſicut per mortem fuiſſet
excluſus dictus hæres abſque ſpe purgandi moram, &
ſic eo deficiente veniſſet caſus fideicómiſſi ad fauorem
64 ſubſtituti; ita etiam ob contrauentionem hoc idem
dicendum eſt, quia æquiparatorum eadem eſt ratio, &
diſpoſitio per textum *in l.*1. vbi DD. omnes, *de legat.*1.
Vnde certum eſt, quod dictus hæres remanet exclu-
ſus, quia non potuit moram purgare, & maximè poſt
tantum temporis curriculum, ſiquidem dato etiam,
quod poſſet eſſe locus purgationi moræ, id faciendum
erat intra breue tempus arbitrio prudentis Iudicis;
æquitas enim, quæ permittit ſæpe moram purgare, id
non concedit, niſi poſt breue tempus, *d. cap. potuit,*
vbi DD. *de locat.* & pulchrè *in l. ſi ſunt dies, §.*2.*fin.ff. de*
65 *arb.* vbi textus copulatiuè conſiderat modicitatem
tempor s, & quod mora fuerit purgata ante cœptum
iudicium: ſic etiam probatur per *l. ſi ita quis, §.*2. *de verb.*
*oblig.* & *l. ſi poſt tres, ff. ſi quis caut.* ac *l.*1. *§. colonus, de*
*locat.* pulchrè Io. Crott *in rep. l. ſi inſulam, numero* 22.
*de verb. oblig.* vbi adducit optimam rationem dicens,
quod purgatio moræ fundatur in æquitate, quæ ceſ-
66 ſat, quando longum tempus lapſum eſt, & reus non
impleuit promiſſa, & præcipuè cum tractatur de au-
ferendo actori actionem quæſitam, vt hic: & ita etiam
tenet Rot. apud Farinac. *deciſ. poſth.* 640. *numero* 5.
*parte* 2. vbi cæteri allegantur, Burſat. *conſ.* 167. *nume-*
*ro* 30. *lib.*2. Seraph. *de priuileg. iur. priu.* 48. *numero*
11. & Gratian. *diſcept.* 307. *numero* 31. & *deciſ.*42.*n.*7.
Sed iſte hæres procraſtinauit ratificare teſtamentum
prædictum per annos 25. & vltra, & hoc ſolùm fecit,
quando ſoror iam fecerat mandatum ad litem agitan-
dam, ergo nihil ei prodeſſe poteſt moræ purgatio, adeò
vt etiam carere debeat ſpe reſtitutionis in integrum,
67 quia contrauenit menti Teſtatoris, vt per Laderch.
*conſil.* 112. *num.*3.
Et ſinè non video, quomodo hic poſſit admitti mo-
ræ purgatio ſtante prouiſione facta à teſtatore ſibi de
alio hærede, quando dictus hæres ſtatim poſt pupil-
larem ætatem non ratificaret dictum teſtamentum, quia
per hæc verba videtur reſolui prior inſtitutio ſaltem
per fideicommiſſum, & ideo ſicut in contractibus,
in quibus adeſt pactum reſolutiuum in caſu, quo non
obſeruarentur conuenta, non eſt licitum purgare mo-
68 ram vllo iure, vt *ex leg. commiſſoria, C. de pact. inter*
*empt. & vend.* Bald. *in cap.*1. *in princ. quam temp. mil.*
Ang. *in d. l. ſi inſulam*, vbi Alex. *col.* 13. & alij com-
muniter, *ff. de verb. oblig.* pulchrè Grat. *conſil.* 93. *nume-*
*ro* 61. *lib.* 1. Put. *deciſ.*66. *numero* 2. *lib.*3. Rot. *diuerſ.*
*deciſ.*410. *numero* 7. & *deciſ.*869. *in fin. part.* 4. & Cy-
riac. *contr. for.* 159. *numero* 12. 13. 33. 45. 48. vbi de
communi etiam ſecundum æquitatem canonicam. Bel-
tram. *ad Ludouiſ. deciſ.* 559. *num.*10. *lim.*3. Vbi alias
Rotæ deciſiones adducit, ſic dicendum eſt in vltimis
voluntatibus ob inobſeruatum teſtatoris præceptum.
Pariſ. *d.conſ.*19 *num.*206.207.208. *lib.*2. ſuperiùs enim
oſtenſum eſt valere argumentum à contractibus ad vl-
timas voluntates, & maximè vbi non poteſt conſide-
rari diuerſitas rationis, vt hic, vbi ſicut contrahentes
ſuſtulerunt moræ purgationem ob pactum reſolutio-
nis contractus, ita teſtator prouidendo ſibi de alio hæ-
rede ſubſtituto, quod licèt directò facere non poſſit,
tamen per indirectum obliquè non prohibetur face-
re per viam fideicommiſſi, vt per Peregr. *de iur. fiſc.*
*lib.*2. *tit. vlt. numero* 21.
Et propterea cenſeo, quod iſte hæres ſic priuatus
non ſeruato teſtatoris honeſto præcepto poterit detra-
here non ſolùm legitimam, ſed etiam Trebelliani-
cam, quia cùm ſemel fuerit hæres, non poteſt deſi-
nere eſſe hæres, niſi ex Trebelliano, quod ei conce-
dit Trebellianicæ detractionem: ſic contra alios te-
nent Raphael & Imol. *in l. paterfamilias, ff. de hær.* 69
*inſtituend.* idem Raphael. *in l.*1. *ff. de his, quæ pœn. nom.*
Aret. *conſ.*18. *col.*3. *verſ. ſed antequam.* Alciat. *conſil.*
97. *lib.*9. Rim. *conſil.*258. *vol.*2. Ruin. *conſ.*47. *col. vlt.*
*lib.*2. & Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 2. *tit. vlt. num.* 22. *verſ.*
*contrarium tamen*, vbi teſtatur de veriori, & communi,
& *de fideicom. art.*3. *numero* 92. & *art.*5. *numero* 14. &
*art.* 11. *numero* 128. Merlin *de legitim. lib.*3. *tit.*2.*q.*21.
*numero* 9. Et licèt multi teneant hunc hæredem pri-
uandum eſſe ſaltem Trebellianica, tamen verior mihi
videtur, & magis communis altera ſententia, ex tra- 70
ditis per Ceph. *conſ.* 282. *num.*13. & latiſſimè Mangil.
*de imput. q.*128. *numero* 2. 3. 4. & *numero* 16. & maximè
in caſu noſtro, vbi teſtator non priuat hæredem ex
nunc prout ex tunc, ſed tantùm pro tunc & eo caſu
contrauentionis, & ſic pœna imponitur poſt aditam 71
hæreditatem, quo caſu hæres cenſetur per fideicom-
miſſum grauatus, vt per Caſtr. *conſ.*77. *col.*2. *lib.*1.
Alex. *conſ.*57. *numero* 2. *lib.*2. Corn. *in l.*1. *numero* 2. 3.
*C. de his, quæ pœn. nom.* Ruin. *conſ.* 47. *numero* 4. *lib.*2.
Menoch. *conſ.*58. *numero* 17. & *num.* 48. quo caſu abſ-
que dubio Trebellianicam deducere poteſt, *l.*1. vbi
DD. *ff. ad Trebell.* & *§. ſed quia hæredes, Inſt. de fidei-*
*com. hær.* Quod non ſic procederet de plano, quando
hæres ob inobſeruatum teſtatoris præceptum, caderet
à titulo & nomine hæredis, quia fuit priuatus ex nunc 72
ipſa hæreditate, tunc enim non poſſe deducere Tre-
bellianicam probat Mangil. *de imput. & detract. d.q.*
128. *num.*17. 18. 19. vbi alios allegat.
Non obſtat denique, quod ſine dolo non incurra-
tur caducitas à qua excuſat etiam quælibet leuis cau-
ſa. Nam reſpondetur, quod dolus ſatis probatur ex
eo, quod contrauentum eſt diſpoſitioni teſtatoris, quæ 73
erat clara, non ambigua, vel obſcura, & ideò non
præſtat iuſtam excuſationem, & ſola ſcientia teſtamen-
ti arguit dolum in hærede, qui non obtemperauit
præcepto teſtatoris etiam in omittendo, vt pulchrè
poſt Aret. *conſil.* 67. *col.*4. *ad fin.* dixit videndus Cran.
*conſil.* 193. *numero* 5. vbi hæc benè probat, & cum eo
tenet Gaſp. Ant. Theſaur. *qq. for. lib.*1. *q.*34. *num.*29.
*verſ. ad ſecundum*, & Rot. Rom. apud eundem *lib.* 2.
*q.*21. *n.*24. *verſ. non obſtat.* Cyriac. *contr.*519. *n.*23. 24.
Et licèt verum ſit, quod quælibet cauſa etiam in-
iuſta excuſet à mora, & à caducitate, tamen neceſſa-
rium eſt, quod aliquo modo ſit colorata, & proba-
bilis, quia alias ſi ſit friuola, non attenditur, vt per
Aret. *d. conſ.*142. *num.*25. Decian. *conſ.*11. *num.* 8. *lib.* 74
2. Theſ. *in d. locis*, & pulchrè Rota *poſt lib.* 2. *conſ.*
Farinac. *deciſ.*87. *num.* 6. Vbi vide etiam additionem
multùm congruam, & elegantem, quæ probat non
ſatis eſſe allegare cauſam, niſi probetur, imò neceſſa-
rium eſſe etiam, quod allegans cauſam probet ſe ex illa
cauſa motum fuiſſe, quia qui vult ſe excuſare ex credu-
litate ſua ſiue iuſta, ſiue iniuſta, probare aliquid de-
bet, per quod veriſimile ſit eum ſic credidiſſe; ſed hic
hæres nullam cauſam probauit, ob quam in ſpatio tan-
ti temporis non ratificauerit dictum teſtamentum,
quod facere poterat cum magna facilitate: ergo dan-
da eſt hæreditas ſubſtituto, cui ſtatim aperta eſt
via, & ius quæſitum fuit propter negligentiam, &
inobedientiam hæredis taliter, quod non poteſt am-





plius mora purgari, vt inquit in verbis Pariſ. *d. conſ.*19.
*n.*226. & ſic iudicatum fuit.

---

# CAPVT CXXVII.

## EPITOME.

Manutentio eſt danda exiſtenti in quaſi poſſeſſione percipiendi diſtributiones quotidianas, & quid requiratur?

## SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor quis ſit, in primis quærendum, & ille manutenendus eſt.*
2 *Mandatum de manutenendo conceditur poſſeſſori etiam in rebus incorporalibus.*
3 *Manutenendus eſt beneficiatus etiã ſine oſtenſione tituli.*
4 *Diſtributionum percipiendarum quaſi poſſeſſori danda eſt manutentio.*
5 *Manutentio datur etiam ſucceſſori percipiendi diſtributiones.*
6 *Manuteneri petens probare debet ſe fuiſſe in poſſeſſione tempore litis, vel ante.*
7 *Poſſeſſio optimè probatur per partis confeſſionem.*
8 *Poſſeſſio manutenibilis probatur per reſponſionem poſitionibus datam.*
9 *Confeſſio partis contrariæ probat poſſeſſionem petentis manuteneri.*
10 *Maſſarius Collegij quid poſſit.*
11 *Poſitionibus poteſt reſpondere Syndicus etiam ſine ſpeciali mandato.*
12 *Syndicus vniuerſitatis poteſt reſpondere poſitionibus.*
13 *Intereſſe præualet attinentiæ.*
14 *Charitas prima incipit à ſe ipſo.*
15 *Iudex poteſt ſe de notorio informare, etiam in cubiculo.*
16 *Manutentio vt obtineatur ſufficiunt leuiores probationes.*
17 *Manutentionis ad effectum ſufficit vnus teſtis.*
18 *Probatio ſemiplena ſufficit in poſſeſſorio ſummariiſſimo.*
19 *Manutentionis in iudicio non admittuntur exceptiones contra teſtes.*
20 *Poſſeſſio ſummariiſſima probatur etiam per teſtes inhabiles.*
21 *Manutentio tractat de modico præiudicio.*
22 *Poſſeſſorio in iudicio attenduntur actus turbatiui.*
23 *Poſſeſſio poſterior præſumitur vitioſa, & clandeſtina.*
24 *Poſſeſſio anterior præſumitur continuata vſque ad tempus litis.*
25 *Manutentio datur ei, qui poſſedit, dummodo non habuerit ſe pro ſpoliato.*
26 *Poſſeſſor priuatus detentione non præſumitur ſe habere pro ſpoliato.*
27 *Spoliatum ſe non habere pro ſpoliato, credendum eſt eius aſſertioni.*
28 *Manuteneri petens non præſumitur ſe habuiſſe pro ſpoliato.*
29 *Spoliatus non tenetur reſpondere in petitorio, donec fuerit reſtitutus.*
30 *Spolium non eſt, ſi manuteneri petens adeat iudicem ad tollendas turbationes.*
31 *Poſſeſſori non eſt danda manutentio, de cuius iniuſta poſſeſſione notoriè conſtat.*
32 *Proprietatis defectu probato, amplius de poſſeſſione non agitur.*
33 *Poſſeſſionem eſſe notoriè iniuſtam quomodo conſtare poſſit.*
34 *Manutentio vt impediatur, quomodo de iniuſta poſſeſſione appareat.*



35 *Iniuſtum notoriè non dicitur, quod recipit aliquam difficultatem.*
36 *Notoriè conſtare quomodo dicatur.*
37 *Manutentioni non nocet mutatio ſtatus perſonæ.*
38 *Mutatio perſonæ non efficit, vt denegetur manutentio.*
39 *Manutentio non impeditur per decretum irritans.*
40 *Manutenendus eſt etiam ſimplex detentor.*
41 *Detentio non tollitur per decretum irritans.*
42 *Vltimus ſtatus attenditur in manutentione.*
43 *Parochus vnius Eccleſiæ quando poſſit lucrari diſtributiones in alia.*
44 *Manutentio vt detur poſſeſſori, ſufficit vt in petitorio poſſit docere de iuribus ſuis.*
45 *Scriptura priuata non eſt liquida probatio.*
46 *Scriptura priuata non recognita non impedit manutentionem.*
47 *Manutentio non impeditur ex iuribus non liquidis, & non notoriis.*
48 *Pactum, & conuentio requirunt duorum conſenſum.*
49 *Contractus quid ſit.*
50 *Stipulatio quid requirat.*
51 *Obligatio non eſt, vbi non adeſt pactum.*
53 *Contractus innominatus tollitur per pœnitentiam.*
54 *Proteſtatio tollitur per actum contrarium.*
54 *Conditionem verificari neceſſe eſt, vt agatur ex actu conditionali.*
55 *Electio debet eſſe pura, & ſine pacto.*
56 *Pactum etiam de re licita non valet in collationibus.*
57 *Pactiones omnes inter electum, & electores præſumuntur iniuſtæ.*
58 *Pactum, quod ineſt à iure, in electione fieri poteſt.*
59 *Electio non tenet, ſi pactum aliter exprimatur, quàm à iure ineſt.*
60 *Conſtitutiones, quæ non ſunt in viridi obſeruantia, non obligant.*
61 *Electus non poteſt obligari fortiùs, quàm eſſet obligatus.*
62 *Pactum ante electionem non valet inter electum, & electores.*
63 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
64 *Qualitatem legis probare debet ſe fundans in lege qualificata.*
65 *Beneficiatus quomodo quis eſſe poſſit in pluribus Eccleſiis.*
66 *Notoriè aliquid conſtare quomodo dicatur.*
67 *Poſſeſſor etiam iniuſtus non debet priuari commodo ſuæ poſſeſſionis.*
68 *Poſſeſſio an ſit iuſta, vel iniuſta remittitur ad petitorium.*
69 *Poſſeſſor eſt manutenendus vſque ad declaratoriam, etiamſi ſit priuatus ipſo iure.*
70 *Priuatus beneficio ipſo iure non eſt remouendus vſque ad ſententiam.*
71 *Exceptiones altioris indaginis non admittuntur in ſummariiſſimo poſſeſſorio.*
72 *Petitorium non poteſt cumulari cum poſſeſſorio, & quando.*
73 *Poſſeſſorium excludit petitorium.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

MAnutenendus eſt M. R. D. Hyppolitus Spalan-
zanus in quaſi poſſeſſione percipiendi diſtribu-
tiones quotidianas, & alia emolumenta, honores, &
onera, quæ competunt cæteris Preſbyteris de conſor-
tio Scandiani, inter quos ipſe fuit adſcriptus, donec in
plenario iudicio fuerit cognitum, an ſit priuatus tali
commodo vigore cuiuſdam conuentionis, quæ dicitur
inter eos interueniſſe; ſiquidem in primis explorari de- 1
bet, quis ſit poſſeſſor, & ille manutenendus eſt, *§. reti-*
*nendæ, Inſt. de interdict. l. ſi coloni, C. de agric. & cenſ.*
*lib.*11. *l. liberis, §. vlt. ff. de liber. cauſ. l. æquiſſimum*, aliàs, *l. ſi*

citiùs, §. ſed &, n. ff. de vſufr. l. ſi de poſſeſſ. C. de prob.
cap. cùm veniſſent, de iuſtit. cum vulgaribus.
Vnde poſſeſſori ante omnia concedi debet manda-
tum de manutenendo non ſolùm in rebus corporali-
2 bus, ſed etiam in iuribus, & rebus incorporalibus, &
pro earum quaſi poſſeſſione, vt per Aret. in d. §. retinen-
dæ, num. 2. verſic. quartò competit, Inſt. de interd. Puteus
deciſ. 426. in vna Paduana, lib. 2. Seraph. deciſ. 299. n. 9.
latè Poſthius in tract. de manutent. obſeru. 10. n. 4. vbi
plurimos congerit.
Et hoc procedit non ſolùm in prophanis, ſed etiam
in ſpiritualibus, & cauſis beneficialibus, adeò vt obti-
3 nens beneficium debeat manuteneri in ſua quaſi poſ-
ſeſſione, etiam abſque tituli probatione, non obſtante,
quod de illius defectu, vel inualiditate diceretur. Rot.
apud Marcheſ. de commiſſ. p. 2. num. 2. fol. 483. Seraph.
deciſ. 299. n. 4. latè Poſth. d. tract. de manut. obſ. 42. n. 28.
& Rot. apud eum deciſ. 113. n. 9. Gratian. diſc. forenſ. 310.
n. 72. Farin. deciſ. poſth. 193. n. 8. 9. p. 1.
Idque adeò verum eſt, vt procedat etiam in quaſi
poſſeſſione percipiendi diſtributiones quotidianas, pro
4 quibus manutentio poſſeſſori ante omnia concedenda
eſt, vt per Seraph. deciſ. 1089. n. 1. & n. 3. vbi docet hoc
verum eſſe, etiamſi non conſtet de quantitate diſtribu-
tionum, & eum ſequitur Poſthius d. tract. de manut.
obſ. 10. n. 64. latè Sperell. deciſ. 96. n. 14. & n. 26. 27. 28.
5 vbi probat etiam ſucceſſori in beneficio dari manuten-
tionem percipiendi diſtributiones, in quarum poſſeſ-
ſione erat anteceſſor.
Benè verum eſt, quod petens manutentionem debet
probare ſe fuiſſe in tali poſſeſſione de tempore motæ
6 litis, vel ante, aut turbationis, ad textum in §. hodie,
Inſt. de interdict. Crau. conſ. 248. n. 5. Rot. deciſ. 3. vt lit.
pend. & deciſ. 17. de reſtit. ſpol. in antiq. Seraph. deciſ. 1047.
n. 7. latè Poſth. d. tract. obſ. 17. n. 1. vſque ad n. 10. vbi in-
finitos congerit. Sperell. d. deciſ. 96. num. 14. Rota apud
Poſth. deciſ. 113. n. 16. & deciſ. 187. n. 5. & apud Durand.
deciſ. 269. n. 4. & apud Rubeum deciſ. 123. n. 1.
Sed in hoc dictus R. D. Hyppolitus partes ſuas ad-
impleuit, dum per confeſſionem partis aduerſæ habi-
tam in reſponſione ad poſitiones probauit ſe fuiſſe ad-
miſſum ad conſortium prædictorum Presbyterorum, &
à Maſſario illorum fuiſſe illi datas ſuas ratas diſtribu-
7 tionum, vſquequò nata eſt præſens controuerſia, ſi-
quidem poſſeſſio optimè probatur per partis confeſ-
ſionem, ex Crau. conſil. 1, o. n. 5. Rot. apud Ludouiſ.
deciſ. 458. n. 4. 5. Farin. deciſ. poſth 445. n. 1. p. 2. & Ru-
beus deciſ. diuerſ. 326. n. 2. p. 2. Qui loquitur in terminis
de confeſſione data poſitionibus, per quam probatur
8 poſſeſſio aduerſarij manutenibilis: idem Farin. deciſ.
poſth. 562. n. 1. p. 2. vbi quod confeſſio partis contrariæ
ſic probat poſſeſſionem petentis manutentionem, vt ab
9 ea reiiciatur etiam qualitas vitij, velut ſi confiteretur
poſſeſſionem quidem, ſed vitioſam, quia adhuc non
attenta qualitate vitij dicitur ſatis probata poſſeſſio
pro eo, qui manutentionem petit.
Et quamuis poſitionibus reſponſum fuerit per ſo-
lum Maſſarium, ſeu Syndicum DD. Presbyterorum,
qui eſt vnus ex illis, apud quem reſidet adminiſtratio
rerum Collegij, nihil refert, quia hoc ſufficit, ipſe
enim dicitur habere mandatum cum libera, & poteſt
10 multò maiora, vt per Ciarlinium contr. forenſ. 2. n. 45.
Et ideò talis Maſſarius, ſeu Syndicus poteſt reſpon-
11 dere poſitionibus, etiam ſine ſpeciali mandato, vt per
textum in cap. præſentiam, de teſtibus in 6. cum gloſſ. in
l. 2. §. hoc etiam, verb. vel plurima, de iuram. calum. Soc.
Sen. conſil. 55. col. fin. verſ. Primò licèt Syndicus, lib. 1.
Franc. March. deciſ. Delph. 909. n. 1. 2. vol. 2. pulchrè
dixit Borell. in ſumm. deciſ. part. 2. cap. 1. num. 107. vbi in
verbis hoc docet, & poſt Michelor. de poſition. cap. 64.
num. 15. tradidit etiam pulchrè Poſthius d. tract. de
manutent. obſeru. 83. n. 20. vbi benè dicit, quod Syndicus
vniuerſitatis poteſt reſpondere poſitionibus ſine ſpe- 12
ciali mandato.
Nec obſtat, quod dictus Maſſarius, ſeu Syndicus
DD. Presbyterorum eſſet attinens dicti R. D. Hyppo-
liti, quia ſi Collegium nolebat ipſum reſpondere po-
ſitionibus, debebat alium conſtituere Syndicum ad
reſpondendum, ſed non ideò præſumitur falſum dixiſ-
ſe, cùm pariter tractaretur de proprio eius intereſſe 13
communi cum aliis Presbyteris, præualet enim præ-
ſumptio ſui intereſſe præſumptioni attinentiæ, quia
prima charitas incipit à ſeipſo, ad textum in l. præſes, 14
vbi gloſſ. fin. C. de ſeru. & aqu. Rom. conſil. 364. num. 2.
Tuſch. littera C, concluſ. 220. n. 3. Ideò præſumitur di-
xiſſe verum, & maximè quia tractabatur de facto pa-
tenti, & notorio, quod ſcilicet dictus R. D. Hyppoli-
tus fuiſſet admiſſus ad chorum cum aliis Presbyteris ad
participandum, ſiquidem hæc omnia à populo circum-
ſpiciuntur, & ſi dictus Maſſarius voluiſſet hanc verita-
tem negare, eius mendacium fuiſſet nimis patens, &
ignominioſum propter periurium, & de tali veritate
poſſeſſionis tanquam de re notoria potuiſſet Iudex
etiam in cubiculo ſe informare, l. 3. §. fin. vbi Florian. 15
de tert. l. ſi non defendantur, de pœn. Rol. conſil. 44.
n. 36. lib. 1. Rim. Iun. conſ. 6. num. 33. Menoch. conſ. 230.
num. 41.
Vnde talis confeſſio Maſſarij emanata in poſitioni-
bus ſufficit pro fundanda intentione dicti R. D. Hyp-
politi, maximè in hoc iudicio, in quo tanquam ſumma-
riiſſimo poſſeſſorio ſufficiunt leuiores probationes 16
pro obtinenda manutentione, vt pluries cenſuit Rot.
teſte Seraph. deciſ. 1417. n. 1. & deciſ. 1485. n. 5. Poſth.
d. tract. obſ. 38. n. 6. & Rot. apud eum, deciſ. 9. n. 30.
Gratian. diſc. 681. n. 20. Farin. deciſ. poſth. 564. n. 4. p. 1.
Durand. deciſ. 314. n. 17. & deciſ. 320. n. 2. adeò, vt ad
hunc effectum manutentionis ſufficiat probare poſſeſ-
ſionem per vnum teſtem; ex Abb. in cap. cum Eccleſia 17
Sutrina, num. 23. vbi Rip. n. 52. de cauſ. poſſ. & propriet.
Seraph. deciſ. 624. n. 5. & deciſ. 1326. n. 1. latè Poſth. d.
obſ. 38. n. 14. & apud eum Rot. deciſ. 201. n. 3. & deciſ. 222.
n. 6. Gratian. diſc. 910. n. 23. Rubeus deciſ. 15. n. 14. p. 2.
adeò vt ſufficiat ſemiplena, & aliqualis, ac ſummaria
probatio. Poſth. d. obſ. 38. n. 3. 4. 5. 8. 9. 18
Et ideò in hoc iudicio manutentionis non admit-
tuntur exceptiones contra teſtes, nec enixè cauillantur
eorum dicta, vt poſt Couar. pract. qq. cap. 17. n. 4. cenſuit 19
pluries Rot. apud Seraph. deciſ. 392. n. 2. deciſ. 910. n. 2. &
deciſ. 1147. n. 15. & apud Rubeum deciſ. 156. num. 4. p. 2.
Quoniam in hoc iudicio admittuntur ad probandam
poſſeſſionem teſtes etiam inhabiles, & exceptionem
patientes, vt cenſuit Rot. apud Farin. deciſ. poſth. 118. n. 3. 20
p. 2. & ratio eſt, quia in manutentione agitur de nullo,
vel modico præiudicio, & reparabili in alio iudicio, 21
vt per Poſth. d. obſ. 38. n. 11. vbi alios allegat.
Nec obſtat, quod per aliquot menſes dicti Presby-
teri recuſauerint ſoluere dicto R. D. Hyppolito ſuam
portionem diſtributionum, quia hoc eſt, quod dedit
cauſam liti, & id eſt de facto procedere, & ius ſibi dice-
re, quia hinc cœpit turbatio, ideò hoc nihil prodeſt
DD. Presbyteris, neque nocet dicto R. D. Hyppolito,
quia non attenduntur iſti actus turbatiui in hoc iudi-
cio, vt pluries cenſuit Rot. apud Farin. deciſ. poſth. 129. 22
n. 6. p. 2. Poſthius d. tract. obſ. 71. n. 5. & Rot. apud eum
deciſ. 71. n. 7. Durand. deciſ. 330. n. 4. & deciſ. 349. num. 1.
Rubeus deciſ. 191. n. 12. part. 2.
Ideò cùm dictus R. D. Hyppolitus docuerit de ſua an-
teriori poſſeſſione percipiendi diſtributiones, & intereſ-
ſendi choro cum aliis Presbyteris ad effectum manute-
nendi, debet præferri dictis Presbyteris, etiamſi ipſi pro- 23
barent de poſteriori poſſeſſione, quia poſterior poſſeſ-
ſio præſumitur vitioſa, & clandeſtina, cap. licèt cauſam,
vbi DD. de probat, Aret. in d. c. retinendæ, n. 9. de interdict.
Menoch. de adipiſc. rem. 6. n. 12. & de retin. rem. 3. n. 725.
latiſſimè



latiſſimè Poſthius d. tract. de manut. obſeruat. 71. n. 2. vbi
infinitos congerit. Farin. deciſ. recent. 600. n. 1. p. 1. &
deciſ. poſth. 146. n. 1. p. 2. & deciſ. 258. n. 1. p. 2. Durant.
deciſ. 257. n. 2. & deciſ. 328. n. 1. & deciſ. 330. n. 3. Rub.
deciſ. 114. n. 6. part. 3.
Cùm enim dictus R. D. Hyppolitus probauerit ſuam
poſſeſſionem anteriorem, ea præſumitur continuata
24 vſque ad tempus litis ad effectum obtinendi manuten-
tionem, & duraſſe vſque quò allegat ſe poſſediſſe, &
ſtatur eius aſſertioni, iuxta tradita per DD. in l. ſiue
poſſideris, C. de probat. Abb. in cap. cùm ad ſedem, n. 15.
verſ. quæro, de reſtit. ſpol. Alex. conſ. 133. n. 3. lib. 1. Becc.
conſ. 75. num. 14. 15. lib. 1. latiſſimè Poſthius d. tract. de
manutent. obſ. 17. n. 10. 11. 12. vbi plurimùm congerit.
Rot. poſt eum deciſ. 165. n. 3. 4. Farin. deciſ. poſth. 129.
n. 4. & deciſ. 224. n. 1. p. 2. Manutentio enim danda eſt
25 ei, qui poſſedit, licet fuerit priuatus actuali detentione,
dummodo retinuerit animum poſſidendi, & non ha-
buerit ſe pro ſpoliato. Bart. in l. 1. §. huius autem, ſub
num. 3. verſ. ſed ſi. ff. vti poſſid. Put. deciſ. 419. in fin. lib. 2.
Rot. diuerſ. deciſ. 180. n. 1. 2. p. 4. Seraph. deciſ. 1089. n. 3.
Ludouiſ. deciſ. 46. num. 9. & deciſ. 307. num 6. 7. pulchrè
Cyriac. contr. for. 389. num. 2. 3. Farinac. deciſ. recent. 630.
n. 1. p. 2.
Nec eſt præſumendum, quod ſe habuerit pro ſpo-
26 liato, niſi apertè probetur contrarium. Ludou. deciſ. 268.
num. 6. Cyriac. contr. 389. num. 4. Poſth. d. obſ. 17. n. 23.
adeò vt in hoc ſtandum ſit eius declarationi, & aſſer-
27 tioni, quod non ſe habuerit pro ſpoliato. Gloſſ. in §. ſed
iſtæ, in verb. dicit, Inſt. de act. Ludouiſ. deciſ. 163. n. 4. &
28 deciſ. 460. n. 13. Poſth. dict. obſeru. 17. n. 22. Cyriac. d.
contr. 389. n. 5. & quotieſcunque quis inſtat pro ma-
nutentione, vt hic, non poteſt dici, quod habuerit ſe
pro ſpoliato, vt dixit Rota apud Rubeum deciſ. 330.
n. 7. p. 2.
Et dato etiã, quod dictus D. Hyppolitus ſe habuiſſet
pro ſpoliato, adhuc non tenetur aduerſariis reſpondere
quidquam in petitorio, nec poteſt reconuenire ſuper
29 eo, antequam plenariè fuerit reſtitutus vſque ad mini-
mum obolum. Bald. in cap. conquerente, n. 1. de reſtit. ſpol.
Crau. conſ. 140. n. 3. Surd. conſ. 28. n. 31. & conſ. 166. n. 5.
Puteus deciſ. 298. lib. 2. Verall. deciſ. 270. n. 5. p. 2. Farinac.
deciſ. recent. 365. n. 10. p. 1. Cyriac. d. contr. 389. n. 13. Ve-
30 rùm hîc non agitur de ſpolio, ſed de manutentione,
quia Spalanzanus adiuit Iudicem ad tollendas turba-
tiones, & ne de facto ſpoliaretur. Poſthius d. tract. obſ. 4.
num. 9.
Verumtamen aduerſarij hæc omnia euitare facilè
putant, quia res deuenit ad caſum, à quo incipere non
poteſt ob mutationem ſtatus perſonæ dicti Spalanza-
ni, qui factus eſt Parochus cuiuſdam Eccleſiæ, & ideò
non poteſt amplius deſeruire conſortio Preſbytero-
rum, & maximè quia per propriam ſcripturam conue-
nit hoc caſu eueniente ſe conſortio renuntiare, & nol-
le amplius eſſe de illo, vnde cùm in promptu conſtet,
euidenter, & notoriè abſque alia diſputatione, de in-
iuſtitia, ſeu nullitate dictæ poſſeſſionis, non eſt huiuſ-
31 modi poſſeſſori danda manutentio, ſed potiùs poſſeſ-
ſio reuocanda, ad textum in l. 1. ff. vti poſſid. l. improba,
C. de acquirend. poſſeſſ. Menoch. de retinend. rem. 3. n. 790.
Gratian. diſc. 870. n. 18. latiſſimè Poſthius dict. tract. de
manutent. obſeru. 42. num. 137. & ſeqq. vbi plurimos con-
gerit. Farin. deciſ. poſthum. 577. num. 7. part. 2. Sperell.
32 deciſ. 96. num. 31. Probato enim defectu proprietatis, de
poſſeſſione amplius non quæritur. Rota apud Ru-
beum. deciſ. 35. num. 1. part. 2. & cum prædictis latè
concordat Cancer. poſt var. reſol. lib. 1. cap. 1. num. 134.
135. 136.
Nam reſpondetur hæc eſſe aliena à caſu noſtro, non
enim ſic notoriè conſtat de nullitate, vel iniuſtitia poſ-
ſeſſionis dicti R. D. Spalanzani, vt ei debeat denegari
33 manutentio, quia nunquam dicitur conſtare de non
iure poſſeſſoris, niſi per rem iudicatam, vel confeſſio-
nem partis, vel iuſtitia clara, & aperta, adeò vt iura id
probantia non recipiant aliquam diſputationem, vel
controuerſiam, nec aliquo modo offuſcantur. Seraph.
deciſ. 876. n. 2. vbi dicit, quod Rota ſemper obſeruauit,
vt ad effectum impediendi reſtitutionem, vel manuten-
tionem nõn dicatur conſtare de non iure actoris, niſi 34
per confeſſionem, vel rem iudicatam, & quod ſic infi-
nitis in cauſis fuit reſolutum, ex Rot. de reſt. ſpol. deciſ. 3.
in nou. idem Seraph. deciſ. 810. n. 14. Ludouiſ. deciſ. 425.
n. 3. 4. Giouagn. conſ. 8. n. 114. lib. 1. Lotter. de re benef.
lib. 1. quæſt. 34. n. 29. latè Poſthius d. tract. obſ. 42. n. 140.
141. 153. 154. pulchrè Sperell. d. deciſ. 96. num. 31. Rot.
apud Poſth. deciſ. 236. num. 2. Farin. deciſ. poſth. 577. n. 3.
part. 2. adeò vt poſſeſſio actoris non diceretur notoriè
iniuſta, ſi in facto, vel in iure reciperet aliquam diffi- 35
cultatem, ex Corn. conſ. 10. n. 3. lib. 4. Rot. diuerſ. deciſ. 85.
n. 4. p. 1. Farin. deciſ. recent. 659. n. 6 p. 2. Poſth. d. obſ. 42.
n. 157. Sperell. d. deciſ. 69. n. 31. vbi perbellè loquitur, &
multa concordantia allegat. Lotter. de re benef. lib. 2.
quæſt. 34. n. 31.
Sed ſic eſt, quod pro parte DD. Preſbyterorum nihil
deductum eſt, per quod poſſit dici notoriè conſtare de
non iure Spalanzani, ſiquidem, ſi loquimur primo de
mutatione ſtatus, & conditionis, quia ſit factus Paro- 36
chus, id nihil impedit hoc iudicium ſummariiſſimum,
quin debeat manuteneri, donec plenè de negotio fue-
rit cognitum, vt poſt Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7.
gloſſ. 3. p. 10. n. 43. tom. 2. inquit pulchrè Poſthius d. obſ. 10.
n. 44. vbi dicit, quod ſi vniuerſitas vellet aliquem im-
burſatum exburſare, quia fortè mutauerit conditio- 37
nem, & ſtatum, ſubueniretur illi petendo ſe manutene-
ri in eo ſtatu, donec de negotio eſſet cognitum: nam
dato etiam, quod eius admiſſio in dictum Collegium
fuiſſet reuocata à Pontifice cum decreto irritanti, quod 38
inficit titulum, & poſſeſſionem, non tamen tollitur
detentio, & inſiſtentia facti, quæ ſola ſufficit ad ma-
nutenentiam obtinendam in hoc ſummariiſſimo poſ-
ſeſſorio, ex Caſtr. in l. Attilius, n. 5. verſ. habet, ff. de donat.
Io. Neuiz. conſ. 40. n. 3. Laur. Salu. conſ. 27. n. 3. Couar.
pract. qq. cap. 17. n. 5. verſ. ſic ſanè, latè Menoch. de retin.
rem. vlt. n. 18. pulchrè Rot. apud Farin. deciſ. recent. 752.
n. 6. part. 2. vbi in terminis loquitur de tali reuocatio-
ne in decreto irritanti, vt non tollat detentionem, & 39
manutentionem, & latiſſimè Poſthius d. tract. obſer. 42.
num. 74. vſque ad n. 105. vbi latè docet etiam ſimplicem
detentorem eſſe manutenendum adeò, vt ſufficiat pro 40
manutentione etiam poſſeſſio aſinaria etiamſi non ſit
iuſta, vel legitima, quia in hoc iudicio non quæritur
de bono, vel malo iure poſſidentis. Idem Poſth. d. tract.
obſ. 46. n. 17. & apud eum Rot. deciſ. 194. n. 8. & deciſ. 215.
n. 10. vbi quod etiam decretum irritans non tollit de-
tentionem, & manutentionem in hoc ſummariiſſimo 41
poſſeſſorio.
Multò magis ergo manutenendus eſt dictus Spa-
lanzanus in dicta quaſi poſſione, quia ei non ob-
ſtat aliquod decretum irritans, nec mutatio ſtatus il-
lius eſt incompatibilis cum ſtatu Preſbyterorum, quod
euidenter probatur, quia anteceſſor illius, & eiuſdem
Eccleſiæ Rector ſimiliter erat de conſortio DD.
Preſbyterorum, & ſimul obtinebat Eccleſiam Paro-
chialem, quæ eſt à Caſtro Scandiani non longè diſtãs,
& participabat de diſtributionibus cum aliis de con-
ſortio, ideò hoc non videtur denegandum etiam dicto
Spalanzano eius ſucceſſori, quod multis etiam aliis
non fuit denegatum, quoniam in beneficialibus ad
cognoſcendum, qualis debeat eſſe ſtatus rei, atten-
ditur vltimus ſtatus, & maximè in manutentione. 42
Gonzal. ad reg. 8. gl. 45. §. 2. n. 14. Viuian. de iurepatr.
part. 2. lib. 11. c. 6. n. 13. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 34.
n. 21. Poſth. d. tract. obſ. 71. num. 56. & Rota apud eum
deciſ. 172. n. 21. Nec habetur pro inconuenienti, quod

Parochus etiam alterius Eccleſiæ ſit de conſortio præ-
dicto, & lucretur diſtributiones pro modo ſeruitij,
43 dum Eccleſiæ non ſunt inter ſe ita diſtantes, vt Paro-
chus poſſit etiam horis canonicis in altera Eccleſia
intereſſe, ſed tantùm priuatur diſtributionibus pro
tempore, quo abeſt à choro, vt curæ animarum inſer-
uiat, vt per Monet. de diſtrib. quotid. part. 2. quæſt. 11.
n. 69. & Barboſ. de Canonic. & dignit. cap. 24. n. 12. verſ.
At ſi, vbi alios allegat. Et melius idem Barboſ. de off.
paroch. cap. 8. n. 16. vbi vide, etenim talis admiſſio ad con-
ſortium non datur in titulum, nec eſt beneficium for-
male, ideò non poteſt inducere incompatibilitatem,
vt hæc omnia probauit plenè Spalanzanus, quando
trahitur iudicium petitorium, vel poſſeſſorium ordina-
44 rium, hæc enim pro nunc allegat ad oſtendendum ex-
ceptionem partis aduerſæ non eſſe liquidam, & noto-
riam, cum ſufficiat, quod Spalanzanus poſſit docere
de iuribus ſuis. Giouagn. conſil. 8. n. 115. lib. 1. Rot. diuerſ.
decis. 28. num. 9. & deciſ. 99. num. 10. part. 1. Poſth. d. tract.
obſeru. 42. n. 158. 160. Detur ergo ei manutentio, quæ de
iure ei competit, & poſtea in petitorio hæc pleniùs
diſcutientur, ad tradita per Poſth. d. obſer. 42. n. 44.

Nec obſtat ſcriptura illa priuata, quæ producta eſt
pro parte Preſbyterorum contra dictum Spalanzanum
ad oſtendendum, quod ipſe conſenſit ſuæ excluſioni,
45 quando promotus fuit ad Eccleſiam Parochialem.
Nam ſimiliter hæc ſcriptura non eſt liquida probatio,
& notoria ad probandum de non iure poſſeſſoris, quia
non eſt in forma probanti, nec eſt recognita, vt requi-
46 ritur, vt fidem faciat ad impediendam manutentionem,
ex cap. 1. vbi DD. de fide inſtr. Oldrad. conſ. 127. num. 6.
Ruin. conſ. 115. n. 4. 5. Veral. deciſ. 17. n. 3. part. 3. Rot.
diuerſ. deciſ. 38. n. 4. 5. p. 4. Poſth. d. tract. obſ. 98. n. 6. &
Rot. apud eum deciſ. 236. n. 6. & ſcriptura priuata fidem
nullam facit ſine recognitione. Crot. conſ. 182. n. 83.
lib. 2. Burſat. conſ. 57. n. 7. lib. 3. Caball. conſ. 155. n. 9.
Hier. Gab. conſ. 184. n. 8. lib. 2. Poſth. d. tract. obſ. 98. n. 18.
& poſt eum Rot. deciſ. 80. n. 2. Ergo non eſt attenden-
da ad impediendam manutentionem, quia per ſe non
probat, & debet recognoſci, vel iuſtificari, & tamen
ſcripturæ, & iura exhibita ad impediendam manuten-
tionem, debent eſſe talia, vt ſint liquida, & notoria,
47 nec egeant aliqua probatione, vt per Poſth. d. tract.
obſ. 42. num. 140. 153. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 34.
num. 31.

Sed dato etiam, quod dicta Scriptura fuiſſet recogni-
ta, vel iuſtificata, adhuc non eſt talis, vt poſſit dici ex
ea notoriè conſtare de non iure actoris, ſiquidem dicta
ſcriptura facta à dicto Spalanzano parte abſente, &
nemine pro ea ſtipulante non continet aliquam obli-
gationem ipſius, ſed tantummodò quandam declara-
tionem animi illius, quod non intendit eſſe de con-
ſortio, quatenus beneficium ſibi conferendum non eſ-
ſet in loco vocato à conſtitutionibus. Nam hoc ſoli-
48 loquium non poteſt dici pactum, vel conuentio, quia
hæc duorum conſenſum, & placitum inſimul requi-
runt, l. 1. §. eſt autem, & §. conuentionis, ff. de pact. nec
poteſt dici contractus, quia non eſt vltro, citroque
49 obligatorius, ad textum in l. Labeo, la 1. §. contractu, de
verb. ſign. nec etiam habet vim ſtipulationis, in qua
requiritur, quod vterque prius loquatur, & ſe inuicem
50 exaudiant, l. 1. in princ. & §. ſi quis ita. & l. 5. §. ſtipu-
latio, de verb. obligat. Ergo ex tali ſcriptura non poteſt
oriri aliqua obligatio, quia vbi non eſt pactum, vel
51 conuentio, ibi non cadit obligatio, d. l. 1. §. adeò au-
tem, ff. de pact. & quatenus poſſet dici contractus, eſ-
ſet contractus innominatus, non correſpectiuus, qui
52 per pœnitentiam tollitur, vt pulchrè per Bald. in
conſ. 104. n. 1. verſ. ſed in contractibus, lib. 1.

Vnde ſi vis, & potentia dictæ ſcripturæ ponderetur,
apparet, quod aliud non continet, niſi quandam pro-
teſtationem, & animi declarationem à dicto Spalanza-
no factam, quæ in ſe nullam nutrit obligationem,
ideò cùm voluntas hominis ſit ambulatoria, potuit
Spalanzanus mutare propoſitum, provt mutaſſe præ-
ſumitur, ex quo obtento beneficio parochiali adhuc
perſeuerauit in conſortio: quod cum ſit contrarium
proteſtationi, dicendum eſt eam fuiſſe ſublatam, quia
proteſtatio per actum contrarium poſtea factum tolli- 53
tur, ad textum in l. cùm in plures, §. locator, ff. de locat.
& conduct. cap. cum M. Ferrarienſis, de conſtit. cap. ſolli-
citudinem, de appell. Bart. in l. qui in aliena, §. Celſus,
n. 5. de acquir. hær. & in l. pacta nouiſſima, n. 6. vbi Alex.
n. 4. & Curt. Sen. n. 19. in fin. C. de pact. Tuſch. lit. R,
concl. 322. Mant. de tacit. & amb. conuent. lib. 16. tit. 7.
num. 2. part. 2.

Accedat, quod dicta ſcriptura non eſt pura, ſed con-
ditionalis dupliciter, quatenus obtineret dictum benefi-
cium, & quatenus eſſet in loco non vocato à conſtitutioni-
bus, & propterea hæc duo prius erant verificanda in
proceſſu, antequam Preſbyteri poſſent iuuari tenore 54
dictæ ſcripturæ, quia exiſtentia conditionis requiri-
tur, l. proinde, ff. ſi cert. pet. l. cedere diem, de verb. oblig.
Bald. dict. conſil. 104. n. 1. verſic. conditionis exiſtentia,
lib. 1. Sed de hoc nihil conſtat in proceſſu, & ad id
demonſtrandum neceſſariæ erant aliæ probationes pro
parte dictorum Preſbyterorum: ergo non conſtat no-
toriè de non iure agentis, vt per Poſth. d. tract. de
manutent. obſ. 42. n. 140.

Sed demus etiam, quod prædicta ſcriptura verè im-
portet pactum, & conuentionem à DD. Preſbyteris
acceptatam, per quam ipſi fuerint inducti ad eum eli-
gendum in eorum conſortium, & nunc eius vigore
habito parochiali beneficio ipſe ſit obligatus ad ad-
mittendum conſortium, adhuc reſpondeo dictum Spa-
lanzanum non teneri ad obſeruantiam dicti pacti, quia
in ſpiritualibus, & negotiis Eccleſiaſticis, & beneficia-
libus electio debet eſſe pura, & libera abſque aliqua
conditione, vel pacto etiam licito, alioquin omnes
pactiones ſunt caſſæ, & nullius momenti, vt in cap.
fin. de pact. & in cap. quæſitum eſt, de rer. permut. cap. 2.
vbi DD. de elect. in 6. cap. Artaldus 8. quæſt. 3. cap. quam 55
pio, vbi etiam DD. de ſimon. gl. Hoſtienſ. Abb. Dec. &
alij in cap. ex parte 1. de off. deleg. Oldrad. conſil. 224. ſub
n. 5. Gemin. conſil. 84. n. 1. cap. fin. & n. 2. Pariſ. de confid.
benef. quæſt. 1. n. 60. & n. 64. Puteus deciſ. 234. num. 1.
& deciſ. 396. in fin. part. 3. Vbi docet, quod in electio-
nibus, & collationibus ad beneficia non valet pactum
de re illicita, niſi ſit de onere annexo ipſi beneficio,
& eum ſequitur Garz. de benef. part. 8. cap. 3. n. 16. 17. 18. 56
Caſtellin. de elect. canon. cap. 3. n. 5. vbi in electioni-
bus improbat omnia pacta, & conuentiones, & maxi-
mè ante electionem, quia omnes conuentiones, quæ 57
fiunt ante electionem inter electum, & electores,
præſumuntur iniuſtæ, pulchrè Gemin. conſil. 84.
num. 2. quem ſequitur Tuſch. pract. concl. litt. P, concl. 11.
num. 3.

Hoc tamen non procedit, quando pactum, vel condi-
tio ineſt à iure, vt hic fortè dici poſſet, vt per Dec. in d. 58
cap. ſignificaſti, n. 17. de elect. Garz. d. cap. 2. n. 4. & n. 14. 15.
Nam reſpondetur id procedere, quando tale pactum, vel
conditio exprimitur eo modo, quo ineſt, ſecus eſt, ſi
aliter exprimatur, quia tunc pactum improbatur, vt per
textum in l. ſi ita legatum, §. illi ſi volet, de leg. 1. & gl. in l. 59
aliquando, ff. de condit. & demonſtr. Bart. in l. 3. de leg. 1.
dixit Abb. in d. cap. ſignificaſti, vbi Dec. n. 17. de elect. Pu-
teus d. deciſ. 234. n. 2. part. 3. Garz. de benef. part. 8. cap. 3.
num. 16. 17. & ſeqq. Sed hîc non poteſt dici, quod hoc
pactum de reſignando ius conſortium, quando habue-
rit aliud beneficium à conſtitutionibus nominatum, in-
ſit de iure, neque etiam reperitur in dictis conſtitutioni-
bus, & quatenus aliquid de hoc ſtatueretur, non tamen
ſtatuitur eo modo, quo in dicta ſcriptura exprimitur,
vt euidenter patet. Ergo pactum non valet.

Et



Et maximè quia conſtitutiones illæ habuerunt ſem-
per hanc interpretationem, vt Parochi Eccleſiarum
vicinarum, & præcipuè huius Eccleſiæ, cuius dictus
Spalanzanus eſt Rector, non arceantur à dicto Col-
legio: ergo nihil eſt immutandum, ad textum in l. mi-
nimè, ff. de legib. etenim conſtitutiones, quæ non ſunt
in viridi obſeruantia, non obligant, etiamſi ſint iura-
tæ. Oldrad. conſ. 259. ſub num. 1. & per totum, & latè
Maſcard. de ſtatut. interpret. concl. 6. n. 78. 81. Ergo non
potuerunt fieri conuentiones, vt dictus Spalanzanus
in hac parte eas teneretur obſeruare, quia electiones
debent eſſe puræ, & ſine aliquo pacto, adeò, vt etſi
electus eſſet obligatus ad illud, quod in pactum de-
ductum eſt, tamen ſi fortior eſſet obligatio noua, adeò,
61 vt robur adiiceret priori obligationi, pactum omninò
eſſet inualidum, vt per Couar. variar. reſol. lib. 1. cap. 20.
num. 4. verſ. ſiquidem: Garz. d. cap. 3. n. 18. vbi multos
alios adducit, & n. 19. vbi in fortioribus terminis dicit,
nec poſſe deduci in pactum aliquid ad tollendas diffe-
rentias, ſeu lites, quia fortè in eo adſunt opiniones,
ſeu prætenſiones partium diuerſæ, quamuis verior ſit
opinio de eo, quod in pactum deductum eſt. Ergo in
caſu noſtro licèt prætenderent DD. Preſbyteri, quod
de eorum conſortio eſſe non poſſent, qui Parochias
non nominatas haberent, quia tamen vſus eſt in con-
trarium, id non potuit eſſe materia pacti, vt quis non
62 eligeretur ad conſortium, niſi promitteret illud dimit-
tere, poſtquam promotus fuerit ad Parochiam, & ideò
hoc negotium eſt examinandum eo modo, & perindè,
ac ſi non extaret dicta ſcriptura, & pactum, vt dixit
Couar. d. cap. 20. ſub n. 4. verſ. ſiquidem.

Et tantò magis videtur ceſſare effectus dictæ ſcriptu-
ræ, quæ facta videtur, ne conſtitutionibus conſortij
contraueniatur, ad quas ſe refert, relatum eſt enim in
63 referente cum omnibus ſuis qualitatibus, l. aſſe toto, vbi
Bart. de hær. inſtit. ſed conſtitutiones non priuant iure
conſortiali quemquam, qui obtineat aliud beneficium,
niſi deſinat habitare in caſtro, ſeu loco Scandiani: ergo
dicti Preſbyteri, antequam agerent ad excluſionem
dicti Spalanzani debebant probare, quod ipſe non
habitaret in dicto loco, quia fundans ſe ſuper ſtatuto,
ſeu conſtitutione qualificata, debet probare verificatam
64 eſſe qualitatem illius, vt per Io. And. in cap. ſin. vbi DD.
de homicid. in 6. Surd. conſ. 45. n. 14. & conſ. 130. n. 1. lib. 1.
Laderch. conſ. 74. n. 2. Ciarlinius contr. for. 68. n. 24. &
contr. 85. n. 17. quod hic verificari non poteſt, quia dictus
Spalanzanus adhuc habitat in terra Scandiani, & licèt
teneatur reſidere in Parochia, tamen ob vicinitatem
loci, & alias iuſtas cauſas toleratur ad tempus, dum
65 tamen Eccleſia debitis non defraudetur obſequiis, &
ſic nondum venit caſus conſtitutionis, etiamſi eſſet in
viridi obſeruantia, quia quandiu in loco habitat, nihil
fit contra conſtitutionem per ea, quæ tradit Barboſ.
de off. Parochi, cap. 8. n. 16. ſed ea verè non eſt in vſu, vt
patet in perſona anteceſſoris dicti Spalanzani, qui fuit
ſemper in eodem conſortio admiſſus ad participatio-
nem diſtributionum pro modo ſeruitij, etiamſi eſſet
Parochus Eccleſiæ, quam modò obtinuit dictus Spa-
lanzanus, quæ ſufficere debent ad oſtendendum non
66 conſtare notoriè de non iure actoris, per ea quæ tradit
Poſth. d. tract. de manutent. obſ. 42. num. 153. Sperell. d.
deciſ. 96. n. 31.

Ex quibus ſatis conſtat non eſſe denegandam ma-
nutentionem dicto Spalanzano in ſua poſſeſſione per-
cipiendi diſtributiones vnà cum aliis cōſortialibus, do-
nec fuerit iudicatum de prædictis, non enim eſt æquum,
vt per viam indirectam exigens priuetur commodo
ſuæ poſſeſſionis, quamuis prætendatur eſſe iniuſtus
67 poſſeſſor, ad textum in l. qui cœtu, §. ſi de vi, ad l. Iul. de
vi publ. cap. in litteris de reſtit. ſpol. cap. licèt Epiſcopus,
de præb. in 6. Honded. conſ. 20. n. 46. 47. lib. 1. Giouagn.
conſ. 11. n. 2. lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 47. n. 56.
Cyriac. contr. for. lib. 1. cap. 10. n. 6. Pulchrè Gratian. diſc.
for. 113. n. 29. & diſc. 208. n. 14. vbi allegat multas Rotæ
deciſiones. Poſth. d. obſ. 42. n. 103. & Rot. apud eum
deciſ. 201. n. 6. vbi quod diſcuſſio, an iuſta, vel iniuſta 68
ſit poſſeſſio, reiicitur ad petitorium. Lotter. de re benef.
lib. 3. quæſt. 18. n. 29.

Quæ adeò vera ſunt, vt etiamſi vigore dicti pacti,
ſcripturæ, vel conſtitutionis dictus Spalanzanus re-
maneret ipſo facto, & ipſo iure priuatus dicto benefi-
cio, ſeu iure participandi de dicto conſortio, adhuc
non eſt de facto priuandus ſua poſſeſſione, ſed adhuc
eſt manutenendus in ea, donec pendet diſcuſſio, an
ſit locus priuationi inductæ ipſo iure, & ſequatur 69
declaratoria Iudicis, vt per Treuiſan. deciſ. 25. numer.
22. 23. lib. 1. Poſthius d. obſeru. 42. n. 103. verſ. vbi etiam,
& cenſuit Rota in Tullenſi, ſeu nullius Monaſt. 15. Febr.
1610. coram Sacrato, & in Valentina penſionis, 3. Iunij
1602. coram Lita, refert Lotter. de re benef. lib. 3. quæſt. 18.
num. 28. Licèt enim quis ſit ipſo iure priuatus aliquo
iure, tamen executio non poteſt attentari de facto, ſed 70
opus eſt miniſterio Iudicis, qui declaret pœnam eſſe
incurſam, vt latè oſtendit Lotter. dict. c. 18. n. 25. 26.
27. vbi multos allegat: ſed iſti Preſbyteri de facto vel-
lent dictum Spalanzanum expellere ab eorum conſor-
tio, non expectata aliqua Iudicis declaratione: ergo
non ſunt audiendi, ſed danda eſt manutentio eidem
Spalanzano.

Benè ergo fecit Iudex à quo, dum Spalanzano con-
ceſſit manutentionem, & mandatum de manutenen-
do in ſua quaſi poſſeſſione reſeruando iura Preſbyte-
rorum pleniùs diſcutienda in petitorio, vel ordinario
poſſeſſorio, quia ſatis conſtabat de quaſi poſſeſſione
dicti Spalanzani, vt oſtenſum eſt, & exceptiones
Preſbyterorum erant turbidæ, & altioris indaginis, &
ideò ad petitorium remittendæ, quia in hoc ſumma- 71
riiſſimo manutentionis iudicio non admittuntur ex-
ceptiones, quæ altiorem requirunt indaginem, & egent
diſcutione. Menoch. de retinend. rem. vlt. ſub num. 43.
Gratian. diſc. 926. n. 27. latiſſimè Poſt. d. obſ. 42. n. 68. vbi
plurimos congerit, & obſ. 94. n. 4. Rot. apud eum deciſ.
101. num. 2. & deciſ. 119. n. 7. & deciſ. 295. n. 7. Farin.
deciſ. recent. 614. n. 4. p. 1. Ciarlin. contr. for. 114. num. 18.
Rota apud Rubeum deciſ. 187. n. 9. & deciſ. 213. n. 11.
part. 3.

Nec tenebatur Spalanzanus reſpondere poſitioni-
bus partis aduerſæ, vel recognoſcere dictam ſcriptu-
ram, antequam obtineret mandatum de manutenen-
do, quia dum controuertitur poſſeſſorium ſummariiſ-
ſimum, non tenetur reſpondere ſuper poſſeſſorio or-
dinario, vel ſuper petitorio, eo quod parte opponen- 72
te non poteſt cumulari petitorium cum poſſeſſorio, gl.
in c. paſtoralis, in verb. quod de recuperandu, verſ. & è
conuerſo, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & in l. ordinarij, in
verb. Iudice, C. de rei vend. Bart. Alex. Iaſ. & DD. com-
muniter in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. hær.
Aret. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, in vlt. not. de verb. obl.
Menoch. de retin. poſſ. rem. 3. n. 537. Farin. deciſ. recent. 698.
n. 2. p. 2. Gratian. diſc. 681. n. 22. Poſth. d. tract. obſ. 7. n. 41.
42. & ita ſæpius cenſuit Rot. apud Farin. deciſ. poſt. 177.
n. 2. 4. p. 2. vbi dicit, quod ſi aliter fieret, præuerteretur 73
ordo iuris in præiudicium poſſeſſoris, qui interim non
debet priuari commodo poſſeſſionis, quod maximum
eſt, ſed omnes exceptiones, quæ turbidæ ſunt, debent
reiici ad petitorium, vt per Farin. d. deciſ. 177. n. 9. p. 2.
Et ita, &c.

CAPVT

# CAPVT CXXVIII.

## Epitome.

Appellatio non datur in poſſeſſorio ſummariiſſimo, & quomodo id procedat, & quando.

## SVMMARIVM.

1 *Appellatio eſt prohibita à decreto de manutenendo.*
2 *Appellatio non datur in poſſeſſorio ſummariiſſimo.*
3 *Appellatio an admittatur in poſſeſſorio quoad effectum deuolutiuum.*
4 *Appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum non datur in poſſeſſorio.*
5 *Manutentionis decretum trahit ſecum executionem.*
6 *Decretum manutentionis non admittit appellationem quo ad vtrumque effectum.*
7 *Appellatio datur in poſſeſſorio, quando pronunciatur per cedulam.*
8 *Manutentionis decretum per modum interlocutoriæ eſt inappellabile.*
9 *Reſeruatio iurium ſolet fieri in decreto de manutenendo.*
10 *Mandatum de manutenẽdo eſt de poſſeſſoriis leuioribus.*
11 *Poſſeſſorij ſummariiſſimi damnum eſt reparabile.*
12 *Decretum de manutenendo eſt reuocabile.*
13 *Manutentionis decretum admittit appellationem, quando eſt notorium iniuſtum.*
14 *Diſtributiones percipiendi quaſi poſſeſſio ſufficit ad manutentionem.*
15 *Appellatio non datur in poſſeſſorio, ſi iniuſtitia allegata ſit turbida.*
16 *Inſtrumentum non facit rem notoriam, ſi aliquid releuans illi opponatur.*
17 *Decretum manutentionis non retractatur per ſcripturas poſtea productas.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

MOdò reſtat videre, an in hoc ſummariiſſimo iudicio manutenionis detur appellatio adeò, vt dicti Preſbyteri potuerint à decreto de manutenendo ad fauorem Spalanzani facto appellare, & commiſſio-
1 nem cauſæ impetrare, in quo puncto omnes DD. tenent vnanimiter prohibitam eſſe appellationem, & decretum manutentionis eſſe ſtatim exequendum, quia eſt remedium, quod celeritatem deſiderat, & factum eſt ad tollendas rixas, & contentiones, & ideò ſtatim ad executionem deueniendum eſt reiecta appellatione, quæ ab huiuſmodi decreto denegatur tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, ad textum *in l. vnic.* vbi
2 DD. *C. ſi de moment. poſſeſſ.* & præcipuè Contard. *lim.* 3. *num.* 48. 49. & *in cap. fin. §. de poſſeſſione 2. quæſt.* 6. *gl. pen. in c. cum ad ſedem, ad fin. de reſtit. ſpol.* Dec. *conſ.* 28. *num.* 5. Menoch. *de retin. rem. vlt. num.* 49. Alex. *conſ.* 99. *num* 22. *verſ. & præſuppoſito, lib.* 5. Ruginell. *de appell. §. 2. cap. 3. in verb. poſſeſſorium, num.* 706. Scacc. *cod. tract. c. 2. q. 17. lim. 6. membr. 7. n. 1. & ſeqq.* Gratian. *diſc.* 74. *num.* 16. 18. 28. Caualer. *deciſ.* 88. *num.* 2. latiſſimè Poſthius *d. tract. de manutent. obſ.* 106. *num.* 1. 7. 8. 9. *& ſeqq.* vbi infinitos congerit, & multis modis hoc ampliat, & hoc vltra per eum allegatos docuerunt etiam Lancell. *de attent. part. 2. cap. 12. lim.* 25. *numero* 28. Guttier. *can. qq. lib. 1. cap. 34. num.* 96. 109. Capyc. *deciſ.* 55. *ad fin.* Seraph. *deciſ.* 1295. *num.* 3. & Martin. And. *deciſ.* 68. *num.* 1. 2. Tuſch. *lit. M. concl.* 79. *n.* 8. & pulchrè vide Sperell. *deciſ. can.* 96. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi hoc perbellè declarat, & teſtatur poſt Seraphinum, quod Rota perpetuò ita obſeruauit.

Et quamuis multi putauerint appellationem conceſſam eſſe à tali decreto, ſaltem quoad effectum deuolutiuum, vt per Benintend. *deciſ.* 79. *num.* 6. Contard. 3
*de moment. poſſeſſ. lim.* 3. *num.* 4. tamen quoad effectum ſuſpẽſiuum de iure ciuili, & canonico admittũt omnes denegandam eſſe appellationem, quæ nihil iuuabit ad retardandam executionem, vt ſemper ſeruauit Rota 4
teſte Gratian. *diſc. for.* 310. *num.* 65. 68. 69. Cyriac. *contr. for.* 366. *num.* 7. 8. latè Poſth. *d. obſ.* 106. *num.* 33. 36. Sperell. *d. deciſ.* 96. *num.* 1. 2. quia decretum manutentionis trahit ſecum executionem. Menoch. *de retinend.* 5
*rem. vlt. num.* 57. Poſth. *d. obſ.* 106. *num.* 11. 12. Sed verius eſt non dari appellationem quoad effectum ſuſpenſiuum, neque deuolutiuum, ex Bald. *in d. l. vnic.* 6
*numer.* 4. vbi Salyc. *num.* 3. *C. de moment. poſſeſſ.* Menoch. *d. rem. vlt. quæſt.* 17. *num.* 48. Ruginell. *d. §. 2. cap.* 5. *ſub numer.* 648. *& numero* 779. Contard. *in d. l. vnic. lim.* 16. Ioſeph Lud. *deciſ. Peruſ.* 20. *numero* 9. Poſth. *d. obſ.* 106. *numero* 33. 36. 37. 38. vbi latiſſimè hoc probat, & rationibus comprobat, pulchrè etiam Cyriac. *d. contr.* 366. *numero* 9. 10. 11. vbi multos allegat.

Ideò ex prædictis dubio procul deneganda videtur appellatio, etenim ſi qui ſunt docentes appellationem eſſe concedendam, hi loquuntur in terminis, quando Iudex per cedulam, ſeu ſchedulam pronunciauit 7
in ſcriptis per modum ſententiæ diffinitiuæ ſub nomine primæ perſonæ, dicens: *condemnamus*, vel *abſoluimus*, quia tunc videtur functus officio ſuo, & de iure canonico datur appellatio ad vtrumque effectum. Boccat. *de interd. vti poſſid. c.* 17. *num.* 5. *& ſeqq.* Gratian. *diſc. for. cap.* 310. *num.* 8. Tuſch. *lit. M, concl.* 79. *num.* 8. Farin. *deciſ. recent.* 185. *num.* 4. & *deciſ.* 287. *num.* 7. 8. *part.* 2. latè Poſth. *in d. tract. de manut. obſ.* 106. *numer.* 68. *verſ. ſecus*, & Rot. apud eum *deciſ.* 23 *numero* 5. & *deciſ.* 24. *num.* 15. & *deciſ.* 25. *num.* 15. & apud Cenc. *de cenſ. deciſ.* 242. *num.* 14. Martin. Andr. *d. deciſ.* 60. *nu.* 3. *& ſeqq.* pulchrè Sperell. *deciſ.* 96. *num.* 3. 4. 5.

Quod in caſu noſtro locum habere non poteſt, vbi Iudex à quo relaxauit mandatum de manutenendo per viam decreti, & per modum interlocutoriæ ſine ſcriptis, & ſine cedula ſub verbis tertiæ perſonæ, dicens, *Decreuit, pronuntiauit*: tunc enim non dicitur ſententia diffinitiua, ſed decretum interlocutorium, & tali caſu denegatur appellatio quoad vtrumque effectum. 8
Boccat. *d. c.* 17. Farin. *deciſ. recent.* 183. *num.* 4. & *deciſ.* 287. *num.* 7. *part.* 2. Poſth. *d. obſ.* 106. *num.* 68. perbellè Sperell. *d. deciſ.* 96. *numero* 6. *verſ. ſecus autem*: vbi in fortioribus id ſuſtinet etiam quando iudex pronuntiauit quidem per clauſulam, ſed per verba tertiæ perſonæ, *Dicit, pronuntiauit, & decreuit*: adhuc enim dicitur decretum, & ſententia interlocutoria, non diffinitiua, & ceſſat appellatio, & ſic ſentiunt omnes, qui in principio fuerunt adducti, adeò vt hæc communiſſima videatur omnium ſententia.

Et hoc in caſu noſtro videtur eſſe certiſſimum, quia Iudex à quo decreuit quidem mandatum de manutenendo ad fauorem dicti Spalanzani, ſed expreſsè reſeruauit illæſa iura partium tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio plenario, & ordinario, quæ quidem reſeruatio 9
eſt propria ſimplicis, & interlocutorij decreti de manutenendo, ad textum *in l. 2. § meritò ff. pro ſoc.* Neuiz *conſ.* 81. *n.* 17. Dec. *conſ.* 451. *nu.* 17. Gomeſ. *ſ. per reg. de iur. quæſ. non toll. quæſt.* 2. *n.* 5. Rot. *diuerſ. deciſ.* 641. *nu* 8. *p.* 1. Farin. *deciſ. recent.* 404 *n.* 5 *p.* 2. Ludouiſ. *deciſ.* 275. *n.* 14. Sperel. *d. deciſ.* 96. *n.* 7. ideò non eſt danda appellatio, nec vllo modo admittenda. Et hoc rationabile eſt, quia mandatum de manutenẽdo eſt de poſſeſſoriis leuioribus, adeò vt grauamẽ ex illo illatũ non ſit conſiderabile, & quatenus eſſet alicuius cõſiderationis, eſt reparabile tam in 10

peti



11 petitorio, quàm in poſſeſſorio ordinario: latè Poſth. *d. obſ.* 106. *num.* 57. 58. 59. *& ſeqq.* vbi plurimos congerit, imò nunquam tranſit in iudicatum quoad iudicem, qui licèt nunc concedat vni mandatum de manutenendo, quia conſtat illum poſſidere, tamen ſi cras
12 conſtiterit alium poſſidere, poterit primum decretum reuocare, & huic ſecundo manutentionem concedere: pulchrè Poſth. *d. obſ.* 106. *num.* 65. 66. Farinac. *deciſ. recent.* 287. *num.* 7. *part.* 2.

Benè verum eſt, quod hæc omnia notabiliter limitantur non procedere, quando conſtaret euidenter, & notoriè de nullitate, vel iniuſtitia, ſeu iniquitate de-
13 creti, adeò vt talis iniuſtitia eſſet ita notoria, vt nullam offuſcationem, dubietatem, vel diſputationem reciperet, vt poſt Barz. *deciſ.* 71. *n.* 39. dixit Poſthius *d. obſ.* 106. *num.* 83. Contard. *in d. l. vnic. lim.* 9. *num.* 30. & *num.* 50. Gratian. *diſc.* 515. *num.* 49. Sperell. *d. deciſ.* 96. *num.* 31. vbi alios allegat.

Sed hoc nullo modo poteſt caſui noſtro applicari, vt iam in præcedentibus latè diſcuſſum eſt, ſiquidem decretum ad fauorem dicti Spalanzani de manutenendo ſatis iuſtificatur ex actis, ex quibus apparet mediante confeſſione partis aduerſæ eum fuiſſe in
14 quaſi poſſeſſione iurium conſortialium, & percipiendi diſtributiones, quod ei ſufficit pro habenda manutentione, etiamſi non oſtendat alium titulum. Poſth. *d. tract. obſ.* 42. *num.* 28. & apud eum Rot. *deciſ.* 113. *num.* 9. Gratian. *diſc.* 310. *num.* 72. Farin. *deciſ. poſth.* 193. *num.* 8. 9. *lib.* 1. cum aliis in præcedentibus adductis.

Exceptio verò contra eum ex aduerſo propoſita eſt obſcura, turbida, & fortè nullius momenti, ſiquidem ſcriptura, quam pro Achille produxerunt dicti Preſbyteri non eſt in forma probanti, non continet aliquam conuentionem, vel pactum, propter quod Spalanzanus ad quidquam obligetur erga eos, continet ſimplicem proteſtationem, & animi eius declarationem, quæ per actum contrarium fuit reuocata; & quatenus eſſet pactum, illud eſſet iniuſtum, & inualidum, quia in electionibus, & antè non licèt paciſci quidquam; & ſi benè conſideretur, nihil contradicit poſſeſſioni, quam habet dictus Spalanzanus, vt ſatis in præcedentibus probatum eſt: ergo exceptio, quæ oritur ex dicta ſcriptura pro dictis Preſbyteris non facit conſtare de notoria iniuſtitia dicti decreti, & ideò non eſt attendenda ad impediendam manutentionem, vel concedendam appellationem, cum ſatis ſit allega-
15 tam iniuſtitiam eſſe turbidam, vel aliquo modo velatam. Franc. *in cap. dilecti, num.* 142. *ad med.* & *num.* 155. *ad fin. verſ. ex quibus, de appellat.* Corn. *conſ.* 10. *num.* 3. *lib.* 4. Poſth. *d. tract. obſ.* 42. *num.* 157. 158. 159. 160. & poſt eum Rot. *deciſ.* 105. *num.* 2. Sperell. *d. deciſ.* 96. *num.* 31. *ad fin.*

Non poteſt ergo dici, quod talis ſcriptura priuata etiamſi eſſet recognita faciat notorium ius pro dictis Preſbyteris, cùm plurimas habeat difficultates, ſiquidem neque inſtrumentum authenticum, quod aliàs ſo-
16 let dici probatio probata, & euidens, in hoc iudicio ad dictum effectum facit rem notoriam, ſi contra illud aliquid etiam coloratè apponatur, vt per Soc. Sen. *conſ.* 266. *ſub n.* 4. *verſ. vel ad minus, lib.* 2. Burſat. *conſ.* 305. *n.* 3. & *conſ.* 349. *n.* 9. *lib.* 4. pulchrè Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt.* 34. *n.* 31. 32. vbi pulchrè loquitur, & eum ſequitur Poſth. *d. obſeru.* 42. *n.* 161. Ergo ſi inſtrumentum etiam authenticum in hoc caſu non faceret rem notoriam, multò minus id poteſt dici de ſcriptura priuata; ideò concludendum eſt decretum de manutenendo non eſſe retractandum, vel retardandum per appellationem, & maximè quia proceſſum eſt ad illud ante probationem ſcripturæ, quia etiamſi poſtmodum
17 illa fieret, nullo modo haberetur in conſideratione pro retractando actu iam ſortito actu validitatem: ſic pulchrè in terminis docet, & probat Lotter. *de benef. lib. 1. quæſt.* 24. *num.* 32. vbi videre poteris. Moderanda eſt ergo inhibitio, & partes remittendæ ad ſuos Iudices, prout in ſimili caſu fecit dictus D. Sperell. *d. deciſ.* 96. *n.* 1. & per totum. Et ita, &c.

# CAPVT CXXIX.

## Epitome.

Emphyteuta Eccleſiæ an teneatur ad collectas, & onera laicorum.

## SVMMARIVM.

1 *Collectæ imponuntur principaliter perſonis, & ſecundariò rebus.*
2 *Dominium vtile eſt ſeparatum à directo.*
3 *Emphyteuta Eccleſiæ tenetur ad collectas laicorum.*
4 *Feudatarius Eccleſiæ tenetur ad onera laicorum.*
5 *Emphyteuta naturaliter poſſidet.*
6 *Collectæ poſſeſſorem ſequuntur.*
7 *Nemo debet duplici onere grauari.*
8 *Emphyteuta priuati tenetur ad collectas.*
9 *Bona allibrata cenſuum onere grauata minus æſtimantur.*
10 *Emphyteutam Eccleſiæ grauari collectis conſuetudine receptum eſt.*
11 *Emphyteuta Eccleſiæ ſecundum veram, & communem opinionem non tenetur ad collectas laicorum.*
12 *Emphyteuta ſoluens magnum canonem non tenetur ad collectas, aliàs ſecus.*
13 *Emphyteuta priuati tenetur ad collectas etiamſi ſoluat magnum canonem.*
14 *Collectas ſoluit, qui fructus percipit.*
15 *Immunis eſt, qui habet rem ad liuellum ab exempto.*
16 *Collectari non poſſunt bona emphyteutica Eccleſiæ.*
17 *Emphyteuta fiſci eſt immunis à collectis.*
18 *Fiſcus, & Eccleſia æquiparantur.*
19 *Eccleſiæ cauſa eſt fauorabilior, quàm fiſci.*
20 *Æquiparatorum idem ius etiam quoad legem nouam.*
21 *Eccleſia, & fiſcus in materia collectarum æquiparantur.*
22 *Eccleſiæ bonorum exemptio eſt realis.*
23 *Immunitatis priuilegium non eſt perſonale.*
24 *Immunitas Eccleſiæ tranſit etiam ad emphyteutas.*
25 *Eccleſiæ priuilegium reale tranſit etiam ad liuellarios.*
26 *Collectas ſi dominus ſoluere non tenetur, nec etiam eius emphyteuta.*
27 *Collectari non poteſt poſſidens rem immunem à collectis.*
28 *Onere duplici nullus debet grauari.*
29 *Emphyteuta Eccleſiæ poteſt collectari à domino ſpirituali, non temporali.*
30 *Emphyteuta Eccleſiæ quare non poſſit collectari à domino temporali.*
31 *Eccleſiæ non poſſunt laici præiudicare etiam per indirectum.*
32 *Dominium vtile emphyteutæ ſubeſt domino temporali.*
33 *Vtile dominium habet prærogatiuam directi.*
34 *Dominium emphyteutæ dependet ab Eccleſia.*
35 *Collectarum onus ſpectat ad liuellarium, non ad dominum.*
36 *Emphyteuta Eccleſiæ à quo Principe collectandus.*
37 *Emphyteuta Eccleſiæ, & priuati quomodo differant.*
38 *Collectandi onus ad quem ſpectet.*

39 Collecta

39 *Collecta materialiter imponitur rebus, formaliter perſonis.*
40 *Collectæ quodnam ſit fundamentum.*
41 *Conſuetudo ſoluendi collectas quomodo præiudicet Eccleſiæ.*
42 *Conſuetudo localis non trahitur extra locum ſuum.*
43 *Conſuetudinem adeſſe Doctori atteſtanti an credatur.*
44 *Conſuetudo collectandi Eccleſiam eſt improbata.*
45 *Conſuetudo contra immunitatem Eccleſiæ, non valet.*
46 *Bona Eccleſiæ emphyteutica ſunt immunia.*
47 *Collectarum materia eſt odioſa.*
48 *Immunitatis Eccleſiæ cauſa eſt fauorabilis.*
49 *Opinio Eccleſiæ fauorabilis eſt amplexanda.*
50 *Collectas quales debeat ſubire Eccleſia.*
51 *Emphyteuta non poteſt collectari, niſi deducto canone.*
52 *Collecta ſoluitur ab emphyteuta reſpectu tantùm ſui emolumenti.*
53 *Valor rei æſtimatur deducto onere.*
54 *Directus dominus laicus tenetur ſoluere collectam reſpectu penſionis.*
55 *Emphyteuta nunquam tenetur ad collectas, quando redundat in damnum Eccleſiæ.*
56 *Emphyteuta non ſoluit collectas ſtante ſolito non ſoluendi.*
57 *Conſuetudo quando debeat eſſe præſcripta, vel non.*
58 *Emphyteuta clericus, vel Eccleſia non tenetur ad collectas.*
59 *Emphyteuta Eccleſiæ eſt immunis à muneribus ſordidis.*
60 *Munera ſordida quæ, remiſſiuè.*
61 *Emphyteuta Eccleſiæ non ſoluit collectam, ſi eius bona non ſunt in æſtimo.*
62 *Emphyteuta Eccleſiæ non ſoluit collectam impoſitam à Principe recognoſcente ſuperiorem.*
63 *Emphyteuta non ſoluit collectam merè realem.*
64 *Collectarum onus reſpicit fructus.*
65 *Collecta in imponenda, & ſoluenda quid ſeruandum.*
66 *Laici non poſſunt præiudicare Eccleſiæ primariò, neque ſecundariò.*
67 *Emphyteuta tenetur ad collectas, non autem dominus directus.*


Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

CVm multùm frequens ſit materia collectarum, & onerum, quæ extra ordinem hodie imponuntur vbique locorum occaſione bellorum, & tumultuum, & controuerſiarum publicarum, ſæpe vertitur in dubium, an emphyteutæ, & feudatarij Eccleſiæ ad eas teneantur, & poſſint conſtringi cum aliis laicis ad ſoluendas huiuſmodi taleas, quæ quotidie ſuper bonis, & fructibus bonorum imponuntur, & quia variæ ſunt ſcribentium opiniones, & rationes, adeò vt vix cognoſci poſſit, quænam ſit communis DD. ſententia, inutile non putaui rem hanc fusè, & dilucidè proſequi.

Nam cùm collectæ extraordinariæ principaliter im-
1 ponantur perſonis, & ſecundariò rebus, *l. reſcripto*, &
*l. fieri, ff. de muner. & honor.* ideò magna DD. caterua
ſenſit emphyteutas, & feudatarios laicos, & ſimiles,
qui rem aliquam ab Eccleſia recognoſcunt ſub aliquo
canone, vel etiam ſine alio onere, teneri ad ſoluendum
collectas quas Dominus temporalis laicis imponit,
quia mutatione perſonæ mutatur conditio rei; etenim
priuilegium immunitatis conceſſum eſt Eccleſiæ, &
perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum bonis, & fructibus,
bona autem emphyteutica, liuellaria, & feudataria
2 non ſunt Eccleſiæ, neque perſonarum Eccleſiaſtica-
rum quoad fructus, & vtile dominium, quod eſt ſepa-
ratum à directo, & per contractum in emphyteutam
tranſlatum eſt, & conſequenter ad ipſum pertinet, ideó-
que tam fructus, quàm dominium vtile ſubiectum eſt
iuriſdictioni Principis ſecularis, ſicut laicus emphy-
teuta, & ſicut ad laicum emphyteutam pertinent
fructus, ſic ſpectat onus collectæ, quæ non imponi- 3
tur vnquam pro dominio directo, ſed pro fructibus, &
vtili dominio: ſic tenuit originaliter Iſern. *in cap. 1.
verb. plauſtrorum, n. 56. 67. quæ ſint regal. in vſibus feud.*
Luc. de Peñ. *in l. vnic. C. de impon. lucr. deſcript. lib. 10.*
Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, n. 9. de conſt.* Dec. *in cap.
quæ in Eccleſiarum, n. 6. verſ. tertiò nota, eod.* And. Sicul.
*conſ. 14. col. fin. lib. 1.* Alex. *conſ. 101. n. 11. lib. 1.* Bald. *in
l. placet, n. 26. verſ. ſed quid, C. de Sacroſ. Eccl.* & *in l. 1.
col. 1. verſ. 6. C. de iur. emph.* Purpur. *conſ. 322. num. 9.
verſ. tertiò contingit,* Garz. *de expenſ. cap. 12. n. 69. 70.*
videndus Feſtas *de collect. part. 2. cap. 2. lim. 10. n. 43. 46.*
47. 48. latè Menoch. *de arb. iud. caſ. 180. n. 8.* & *caſ. 562.
n. 22. 31.* Surd. *conſ. 338. n. 13.* Valaſch. *de iur. emph. q. 17.
n. 21. & ſeqq.* & *n. 15. verſ. quæ verò.* Franc. de Cald. *de
iur. emph. lib. 2. de nomin. emph. quæſt. 7. n. 13. verſ. qua ra-
tione, ad fin.* Marth. *de iuriſd. p. 4. caſ. 13. n. 1. 2.* Tuſch.
*littera C, concl. 16. n. 19.* & *concl. 557. n. 19.* Rol. *conſ. 61.
n. 14. 15. lib. 4.* Alder. Maſcard. *de ſtatut. interpret. concl. 1.
n. 248.* Caualc. *deciſ. 44. n. 100. verſ. quartò.* Alterius *de
cenſur. diſp. 19. cap. 6. dub. 6.* & Filliucius *mor. tract. 16.
cap. 11. q. 4. n. 302.* latè, & pulchrè Bonacin. *de cenſur. in
practic. in cœn. Domini, diſp. 1. q. 19. punct. 3. propoſit. 1. n. 9.*
vbi alios allegat. Leſſius *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 24. de
locat. & conduct. dubit. 9. verſ. ſecundò ſequitur*: & non
eſt differentia inter laicum emphyteutam, & feudata-
rium, quia vterque eſt dominus fructuum, & vtilis do- 4
minij, & ideo tenetur, ad collectas, & onera laicorum.
Iaſ. *in l. 1. n. 33. verſ. quid autem, C. de iur. emphyt.* Tuſch.
*littera C, concl. 557. n. 21.* & hanc magis communem
DD. ſententiam dixit Odd. *conſ. 70. n. 31.* & ſequitur
Carroc. *de locat. & conduct. tit. de collect. n. 27.* & funda-
menta huius opinionis ponit Odd. *d. conſ. 70. num. 13.
& ſeqq.*

Nec deſunt rationes fundamentariæ huius ſen-
tentiæ, quæ tot habet ſequaces, ſiquidem apud omnes 5
habetur pro indubitato, quod emphyteuta naturaliter
poſſidet, per textum *in l. naturaliter, in princ.* vbi Alex.
& alij, *ff. de acquir. poſſ.* ideò tenetur ad collectas, & one-
ra, quæ poſſeſſorem ſequuntur, *d. l. 1.* vbi gl. *in verb. ne- 6
que, C. de iur. emph. l. 3. §. ex pluribus,* & *§. ex contrario, ff.
de acquir. poſſeſſ.* Rim. Sen. *con. 31. n. 56. lib. 1.* Soc. Sen.
*conſ. 119. vol. 1.* vbi per totum id probat duodecim ar-
gumentis. Feſtas *d. cap. 2. n. 45.* Odd. *conſ. 70. n. 17.*

Nec valet dicere, quod nemo debet duplici onere
grauari, vt inquit Bart. *in l. priuatæ, C. de excuſat. mun.* 7
*lib. 10.* quod tamen eueniret, ſi emphyteuta teneretur
ad canonem erga dominum directum, & ad collectas
domini temporalis: nam reſpondetur, quod ſi hæc ra-
tio vera eſſet, ſequeretur, vt neque emphyteuta priuati
teneretur ad collectas, quia in eo militat eadem ra- 8
tio, & tamen certum eſt eum teneri, per textum *in d.
l. 2.* vbi DD. *C. de iur. emph.* & ſic conſiderat Petr. de
Vbald. *ad tract. de collect. in conſ. 2. n. 3. fol. 99. in tract.
tom. 12.*

Neque obſtat priuilegium Eccleſiæ, quia hoc non
redundat in eius damnum, ſiquidem ſi emphyteuta
ſoluit aliquem canonem, ille priùs deduci debet ad fa-
uorem Eccleſiæ, & reſpectu tantùm reſidui grauari de-
bet, quod eſt in dominio ipſius; bona enim allibrata
cenſuum onere grauata minùs æſtimantur, *l. pro locis,* 9
*C. de annon. & trib. lib. 10.* vnde non poteſt dici, quod
emphyteuta duplici onere grauetur, quia vnico tan-
tùm onere grauatur reſpectu ad bona, quæ minùs ſunt
æſtimata; & reſpectu canonis, quem ſoluit Eccleſiæ,
nullo modo grauatur: ſic pulchrè conſiderat Feſtas *de
collect. d. cap. 2. n. 47.*

Verumtamen de conſuetudine ſeruatur, vt etiam em-
phyteutæ Eccleſiæ grauentur pro eorũ vtili dominio,
&



& fructibus, & teneantur ad collectas, non videtur du-
10 bitandum de hac opinione à praxi recepta & vſu fre-
quentata: nam Bartol. *in d. l. priuatæ,* alterius ſententiæ
auctor, adhuc fatetur, quod Peruſij ſeruatur hæc opi-
nio contra emphyteutam: & de hac conſuetudine fi-
dem faciunt etiam Iaſ. *in d. l. 1. ſub n. 31. C. de iur. emp.*
Alex. *d. conſ. 101. lib. 1.* pulchrè Feſtas *de collect. d. cap. 2.
n. 49.* vbi dicit, quod hæc quæſtio tranſit ſine dubio,
quia hodie emphyteutæ Eccleſiæ de conſuetudine
compelluntur ad collectas. Tuſch. *d. littera E, concl. 557.
num. 19.* vbi dicit hoc idem de conſuetudine. Surd.
*conſ. 338. n. 13.*

Altera tamen ſententia DD. valdè communis habet,
& docet emphyteutam, ſeu vaſſallum Eccleſiæ non te-
neri ad collectas domini temporalis, quia licèt ſit lai-
cus, tamen bona ſunt Eccleſiaſtica reſpectu directi do-
minij, cui inhæret, & deſeruit vtile, & quia collectari
poteſt à domino Eccleſiæ, ideò non poteſt collectari
à domino temporali, cuius onera ſemper redundarent
11 in Eccleſiam, quia ſemper cogeretur iniquioribus con-
ditionibus inuenire vaſſallos, & liuellarios, etenim de-
bet attendi directum dominium Eccleſiæ, quod tan-
quam dignius trahit ad ſe vtile, & quoties dominus di-
rectus eſt exemptus, eodem modo immunis cenſendus
eſt eius emphyteuta: ſic probat textus *in d. leg. priuatæ,*
vbi Bartol. originaliter ita ſenſit, & ibi Ang. ac Io. de
Platea, *C. de excuſat. muner. lib. 10.* Iaſ. *in Auth. quas
actiones, n. 4. verſic. vide etiam, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & *in
d. l. 1. n. 31.* Rip. *lib. 2. reſponſorum, cap. 22. n. 14.* pulchrè
Petr. de Vbald. *d. conſil. 2. n. 4. 5. tom. 12. tractat. fol. 99.* vbi
reſpondet etiam ad contraria. Parpal. *in d. l. placet, n. 16.*
latè Sylua *conſil. 9. num. 9. verſ. his tamen,* & *n. 17. 23. 24.*
vbi tollit contraria. Thomat. *de collect. §. pauperes, n. 29.*
Rip. *in tract. de peſte, verſ. nec obſtat, num. 124.* Burſat.
*conſ. 42. n. 22. lib. 1.* Perſonal. *de gabell. n. 83.* Menoch.
*conſ. 444. num. 7. lib. 5.* Ruin. *conſ. 111. n. 10. verſ. item
nota, lib. 5.* Eugen. *conſil. 96. n. 23. lib. 1.* Remig. Gou.
*de charitat. ſubſid. quæſt. 61. num. 29.* Tuſch. *littera E,
concl. 558. n. 3. ad fin.* & *littera O, concl. 136. n. 7. 8. 10. 11.*
Scap. *de iur. non ſcript. tit. de Principe, cap. 28. n. 10. 11.*
And. Fachin, *contr. iur, lib. 1. cap. 81. verſ. ego puto,* vbi
reſoluit omnia, & pulchrè reſpondet ad illam ratio-
nem aduerſæ ſententiæ, quod mutatione perſonæ mu-
tatur conditio rei. Felician. à Sol. *tract. de cenſ. lib. 2. in
præf. n. 4. verſ. vnde,* latè Grilinz. *conſ. 40. n. 4. 7.* & *conſ. 71.
per totum,* & *conſ. 77. num. 2.* Ceual. *in ſpecul. com. opin.
contr. communem, quæſt. 726.* vbi tradit vtramque opi-
nionem communem eſſe, ſed hanc iuridicam, & te-
nendam: ſequitur doctiſſimus Sperell. *deciſ. 41. n. 25.
verſ. ſed reſpondetur,* vbi docet hanc ſententiam Eccle-
ſiæ fauorabilem eſſe ſequendam. Dueñ. *reg. 100.
ampliat. 3. n. 3.* Boſſ. *in prax. crim. tit. de Principe, n. 128.*
vbi alios allegat, & reddit rationes Molpheſ. *de conſuet.
Neap. part. 2. tit. de Aug. quæſt. 8.* Maſch. *de ſtat. quæſt. 1.
n. 145. 147.* latè Odd. *conſ. 70. n. 32. 33. 40.* vbi reſoluit
contraria, & hanc opinionem dicit veriorem, magis
æquam, & ſuauem, & etiam communem, & ſic docet
Rot. Rom. pluries, *vt in Rom. domus,* apud Farin. *deciſ.
crim. 305. n. 12. ad fin.* & *in Rom. de Scapucc. 11. Ian. 1611.
coram Coccin.* apud Pacific. *de Saluian. interdict. in
ordin. 238. n. 29.* & *in Rauennat. emphyteuſis 28. Martij,
coram Merlino,* quæ eſt *deciſ. Rot. diuerſ. 42. n. 17. p 6.*
latè Tambur. *de iur. Abb. p. 1. diſp. 15. quæſt. 20. n. 5.* Vbi
multos allegat, & præcipuè dictas Rotæ deciſiones, &
ita etiam reſoluit Dian. *mor. part. 3. tract. 1. de immunit.
Eccl. reſol. 24. verſ. ſed contrariam*: vbi quod vidit etiam
ita ſæpiſſimè obſeruatum, & allegat dictum Felicia-
num, qui teſtatur ita ſæpè fuiſſe deciſum Compluti
pro Collegio D. Ildefonſi. & pro Monialibus S. Claræ,
& Rectorem Academiæ excommunicationis mucrone
defendere bona emphyteutica Collegij à quacunque
impoſitione: & hanc ſententiam ego quoque ſequutus
ſum *contr. for. 17. n. 108.* & tenuit etiam Bocerus *in tract.
de iur. collect. cap. 14. n. 6.* Io. Harpreçt. *ad Clar. in §. Em-
phyteuſis, quæſt. 26. n. 3.* vbi vide.

Tertia ſuccedit ſententia opiniones concordans, quæ
diſtinguendo putat ſe inueniſſe veritatem, docet enim
quod ſi penſio, quæ præſtatur annua pro prædio em-
phyteutico, ſeu liuellario, correſpondet fructibus ter-
ræ, tunc locum eſſe ſecundæ opinioni, vt emphyteuta
non poſſit collectari à Domino temporali, quia dupli-
ci onere grauaretur, quod eſt iniquum, tales enim vi- 12
dentur potius coloni, quàm emphyteutæ Eccleſiæ; ſi
verò canon, vel annua penſio non correſpondet fructi-
bus, quia vel nihil ſoluitur, aut quid minimum pro
recognitione directi dominij, tunc procedit prima
opinio, quod emphyteuta, ſeu vaſſallus Eccleſiæ poſ-
ſit collectari à Domino temporali, quia deducto ca-
none ſi grauatur reſidui reſpectu, Eccleſia damnum
non ſentit, & laicus collectatur pro eo, quod ſuum
eſt: ſic originaliter diſtinguere videtur Albert. Brun.
*de Statut. fœmin. excluſ. art. 8. quæſt. 22. n. 108. ſub quæſt. 73.*
vbi articulum diſputat, & ſic diſtinguit. Carol. de Graſſ.
*de effect. cler. eff. 3. n. 81. 82.* vbi multos allegat, & hanc
diſtinctionem defendit ab impugnatione Menochij.
Bellet. *diſq. Cler. tit. de exempt. cler. à mun. publ. §. 8. n. 5.
in fin.* Carroc. *de locat. & conduct. tit. de collect. n. 27. 28.*
29. Hier. Gattic. *de immun. Eccl. in conſ. vnic. n. 66. verſ.
ſaltem, fol. 412.* alios ego allegabam *d. controu. for. 17.
n. 110.* Surd. *conſil. 338. n. 13.* Feſtas *de collect. p. 4. cap. 2.
n. 45. verſ. non obſtant.* Grilinz. *conſ. 71. n. 10. 13. conſ. 77.
n. 32.* Odd. *d. conſil. 70. n. 6.* & *n. 35.* Paul. Squill. *de priuil.
cler. cap. 8. num. 61. 62.*

Sed verè hæc diſtinctio non ſubſiſtit, nec habet ra-
tiones conuincentes, nec fundatur ſuper aliquo cano-
ne, vel lege, ex qua id poſſit rationabiliter deduci, &
ſi aliter diceremus, ſequeretur, quod idem eſſet di- 13
cendum in emphyteuta priuati, & nihilominus quo-
ad eum habemus *l. 2. C. de iur. emphyteut.* ſtatuentem
indiſtinctè, & generaliter, quod emphyteuta tenetur
ad collectas, nec diſtinguit, an ſoluatur magnus
canon, aut paruus: ergo nec nos diſtinguere debemus,
ad textum *in l. 1. ff. de legat. præſt.* cum vulgaribus. Se-
cundò hæc diſtinctio eſſet contra illud fundamentum,
propter quod maximè tenetur, quod emphyteuta te-
neatur ad collectas, quia ſcilicet habet ius in re, &
colligit fructus, quæ omnia militant ſiue magnus,
ſiue paruus ſit canon, & penſio ſoluenda. Tertiò eſt
contra textum *in l. 1. C. de annon. & tribut. lib. 10.* vbi
qui fructus percipit, non qui penſionem recipit, col-
lectas ſoluit; vt hæc benè conſiderat Petr. de Vbald.
*d. conſil. 2. n. 3. in 12. tom. tract. fol. 99. column. 10.* &
conſideratur etiam apud Fachin. *controu. iur. lib. 1. cap. 91.
verſ. idem reſponderunt,* licèt alio reſpectu: nam om- 14
nes admittunt differentiam eſſe inter emphyteutam
Eccleſiæ, & emphyteutam priuati, quia hic recogno-
ſcit rem à Domino, qui poteſt collectari, ille verò ab
Eccleſia, quæ immunis eſt ab omni grauamine, ideò
ipſe quoque immunis cenſendus eſt. Eugen. *dict.* 15
*conſil. 96. num. 23.* Silua *dict. conſ. 9. num. 12.* Odd.
*d. conſil. 70. num. 24. 38.* Petr. Vbald. *conſ. 52. num. 4.
dict. fol. 99.* vbi multas rationes adducit: & propterea
inanis eſt talis diſtinctio, & alia ratione dicendum eſt
emphyteutam Eccleſiæ eſſe exemptum, & ideò mihi
magis placet diſtinctio Boceri *de iur. collect. cap. 10.
n. 6. 17.* de qua Harpreçt. *ad Clar. §. emphyteuſis, quæſt. 46.
n. 3.* dicentis, quod emphyteuta tenetur ad collectas ex
ſumma neceſſitate publica indictas, vt ſunt collectæ
Turcicæ: ad cæteras verò contributiones non tenetur:
ſic etiam Odd. *conſ. 70. num. 34.*

Tenenda eſt igitur indiſtinctè ſecunda ſententia,
quod ſicut Eccleſia, ita eius emphyteuta eſt immunis ab
omnibus collectis, & oneribus extraordinariis, quæ 16
imponuntur rebus, ſeu perſonis pro rebus, ſiue ſoluat
magnum

magnum canonem, ſiue paruum, aut nihil, quam ſe-
quuti ſunt grauiſſimi Doctorores, & amplexata eſt
Rota Rom. vt in d.deciſ.diuerſ.42.num.87.88.part.6.&
apud Farinac. d.deciſ.305.n.2. Et eandem opinionem
tenuit Sacra Congreg. Emin. & Reuerendiſſimorum
DD. Cardinalium ſuper negotiis iuriſdictionis, & im-
munitatis Eccleſiaſticæ, & ſignanter in vna Caput-
aquenſ. 27. Auguſti 1627. Ponente bon. mem. An-
ſelmo, tenoris, qui ſequitur: Sacra Congr. cenſuit Epiſ-
copum non poſſe permittere, vt ſuper bonis emphyteoticis
Eccleſiarum laici collectent. Et in vna Balneoregienſ. 15.
Februarij 1633. ſequentis tenoris: Sacra Congreg. cen-
ſuit dari reſolutiones antiquas, quod bona emphyteutica
Eccleſiæ non poſſunt à Laicis collectari: cuius ſententiæ
rationes vide apud Odd. conſil.70.n.21.

Et hæc opinio iuribus, & rationibus ſolidiſſimis
ſatis probatur, ſiquidem valdè vrget textus in dict. leg.
priuatæ, C. de excuſat. muner. lib.10. vt ibidem conſide-
17 rant Bart. Ioan. de Platea, & alij, vbi emphyteuta fiſci
dicitur immunis ab iſtis præſtationibus, & collectis
non ex propria perſona, ſed eo, quod eſt emphyteuta
fiſci: ergo eodem modo dicendum eſt de emphyteuta
Eccleſiæ, quia ſicut fiſcus transfert ſuum priuilegium
18 exemptionis in emphyteutam, ſic faciet Eccleſia ſtan-
te, quod in iure fiſcus, & Eccleſia æquiparantur quoad
priuilegia, l.fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. & §. finimus, iunct. gl.
in Auth. de non alien. reb. Eccl. cap. quid ergo, gloſſ. 23.
quæſt. 4. gloſſ. in cap. auditis, vbi Abb. de reſtit. in integr.
Tiraquell. de priuileg. piæ cauſ. priuileg. 143. Menoch. de
arb. iud. caſ. 372. n. 27. Odd. conſ. 70. n. 22. Genuenſ. in
practic. Eccl. quæſt. 251. per totum: nam omnes admit-
tunt licitum eſſe arguere à fiſco ad Eccleſiam, vel piam
cauſam, vt latè docet Euer. de loc. legal. cap. 62. n. 1. 2.
& per totum, & ad rem noſtram ſic docet Silua d. conſ. 9.
n. 11. Imò hoc argumentum procedit à fortiori in Ec-
cleſia, vt per Griſinz. conſil. 71. n. 15. & conſil. 77. n. 12.
19 quià fauorabilior eſt cauſa Eccleſiæ, quàm fiſci, qui eſt
vltimus priuilegiatorum, vt inquit Seraph. deciſ. 594.
num. 25.

Nec obſtat reſponſio Albert. Brun. de Statut. fœm.
exclud. dict. quæſt. 73. dicentis, quod fiſcus, & Eccleſia
non inueniuntur æquiparati in hoc à lege antiqua:
ergo lex noua ſuperueniens in vno non trahitur ad
alium, vt voluit Matheſ. in tract. extenſ. in 6. colum. & de
hoc facit mentionem Vbald. d. conſ. 2. ſub n. 2.

Nam reſpondetur verius eſſe, quod quando duo
æquiparantur in iure, lex noua ſuperueniens in vno
20 habet locum etiam in altero, vt tradunt omnes in l. 1.
ff. de leg. 1. vbi Iaſ. n. 27. vult id procedere etiam in ma-
teria correctoria. Verùm non indigemus tali extenſio-
21 ne, quia DD æquiparant fiſcum, & Eccleſiam etiam in
terminis collectæ, & onerum, vt teſtatur etiam con-
trariæ ſententiæ auctor And. de Iſern. in d. cap. 1. verb.
plauſtrorum, quæ ſint regal. in vſibus feud. gloſſ. in l. 1. vbi
Salic. Cod. ſi propter public. penſ. Balb. de præſcript. in
5. part. princ. quæſt. 5. verſ. poſtremò. Silua d. conſ. 9. n. 11.
Odd. d. conſ. 70. n. 21. 22.

Non deſunt rationes validiſſimæ, quia cùm exemp-
22 tio bonorum Eccleſiæ ſit verè, & merè realis, ex cap.
quamquam, ibi: ac res ipſarum, de cenſib. in 6. cap. nulli li-
ceat, & cap. quicunque 12. q. 2. & Bulla in Cœn. Domini,
can. 18. ibi: Eccleſiarum bonorum, & docuit Rot. in vna
Taurinenſ. gabellæ, 28. Iunij 1630. de qua in mea contr.
for. 103. n. 65. vbi docet, quod priuilegium immunita-
tis non eſt perſonale, ſed ordini Eccleſiaſtico, & bonis
23 Eccleſiarum conceſſum, illudque competit de iure di-
uino, dict. cap. quamquam, & habetur in Conc. Trid. c. 20.
ſeſſ. 25. de reform. Rot. in dict. deciſ. in princ. Ergo ſequi-
tur neceſſariò, quod illa immunitas tranſeat etiam ad
24 emphyteutas Eccleſiæ, vt per Rot. diuerſ. deciſ. 23. n. 6.
p. 2. & d. deciſ. 42. n. 17. 18. p. 2. latiſſimè Card. Alban. in
conſultat. ad Iul. III. de immunit. Eccl.

Et propterea non eſt mirum, ſi hæc immunitas tran-
ſeat etiam ad emphyteutam Eccleſiæ, qui eam repræ-
ſentat, & à qua ius habet dependens; qui enim dicunt
priuilegium perſonale extingui cum perſona, intelli-
guntur, quando illud eſt merè perſonale, vel quando
res ipſa cum pleno dominio fuit à priuilegiato abalie-
nata; ſecus ſi adhuc in ea retineat aliquod dominium,
quia non ceſſat tunc eius priuilegium, cùm ergo priui- 25
legium Eccleſiæ non ſit merè perſonale, ſed reale,
ideò non eſt mirum, ſi competat etiam emphyteutæ,
& egrediatur perſonam Eccleſiaſticam, ad gloſſ. in
Clem. 1. in verb. exclud. in fin. de decim. vbi Zabar. n. 22.
Imol. n. 14. Vital. n. 29. Dec. in l. qui in ius, n. 2. 3. de
reg. iur. Soc. conſ. 93. ſub n. 3. lib. 3. Ruin. conſ. 157. n. 9.
lib. 3. Menoch. conſ. 276. n. 7. Rim. Iun. conſ. 26. n. 29. 45.
Rot. d. deciſ. 23. n. 2. 5. p. 2. & licèt mutetur perſona,
dum ab Eccleſia ad Laicum res tranſit in emphyteu-
ſim, nihil refert, vt docet Fachin. contr. iur. lib. 1. cap. 91.
ad fin.

Deinde duplici ratione id breuiter, & doctè compro-
bat Fachin. contr. iur. lib. 1. cap. 91. dicens in hac materia
bonam regulam eſſe, vt quoties dominus ad collectas
non tenetur, non teneatur etiam Emphyteuta, l. priua- 26
tæ, C. de excuſat. muner. lib. 10. ſed Eccleſia non tenetur
de collectis, l. 2. C. de Epiſc. & cler. cap. 1. de immunit.
Eccleſ. in 6. ergo nec emphyteuta tenetur: ſic etiam
Petr. Vbald. d. conſ. 2. n. 67. Eugen. d. conſ. 96. n. 23.

Altera ratio eſt, quia poſſidens rem immunem à col-
lectis, non poteſt collectari, l. 1. Cod. de impoſ. lucrat. 27
deſcript. lib. 10. Fachin. d. cap. 91. n. 2. Sed emphyteuta
Eccleſiæ poſſidet rem immunem à collectis, quia bona
Eccleſiæ ſunt immunia, l. placet, C. de ſacroſ. Eccleſ. cap.
non minùs, de immun. Eccleſ. ergo emphyteuta Eccleſiæ
non tenetur ad collectas.

Accedat ratio valdè potens, cui non video in hac
materia reſponſum, etenim in materia onerum eſt vna 28
maxima, quod nullus debet duplici onere grauari,
l. honores ſubeunti, ff. de muner. & honor. ſed emphyteuta
Eccleſiæ poteſt collectari à domino Eccleſiaſtico. Petr.
Vbald. dict. conſ. 2. n. 4. verſ. 1. Boſſ. in prax. crim. tit. de
Principe, n. 128. Odd. d. conſ. 70. n. 4. Ergo non poteſt à
domino temporali collectari, alioquin eſſet deterioris 29
conditionis, quàm emphyteuta priuati, immò Eccleſia
immediatè læderetur, quia ſi emphyteuta Eccleſiæ
ideò recuſaret ſoluere collectam impoſitam à Principe
Eccleſiaſtico, ipſa Eccleſia ſoluere teneretur, vt per
Petr. Vbald. d. conſ. 2. n. 4. in fin. quod eſt contra d. l. 2. C.
de iur. emph. & l. obſiſtere, C. de annon. & trib. lib. 10. quia
verè onus ſoluendi collectam ſpectat ad emphyteutam,
non ad Dominum, quando bona collectari poſſunt,
vt latè docet Soc. d. conſ. 119. vol. 1. & Odd. d. conſ. 70.
n. 23. 24. 25.

Denique emphyteuta Eccleſiæ nunquam poteſt
collectari à Domino temporali, quando id reſultat in
damnum, & præiudicium Eccleſiæ, ſaltem indirectè,
quia non inueniret emphyteutas cum iiſdem conditio- 30
nibus, ſed conueniret ei dare fundum ad liuellum vi-
liori penſione, vt conſiderat Bart. in l. fin. §. quoties,
quæſt. vlt. ff. de publican. Silua d. conſ. 9. num. 12. Odd.
d. conſ. 70. num. 24. 38. Menoch. d. conſ. 444. num. 27. 28.
lib. 5.

Nec obſtat non eſſe attendendum ſecundarium Ec-
cleſiæ præiudicium, vt per Valaſch. de iur. emph. quæſt. 17.
ſub n. 15. nam reſpondetur errorem eſſe id admittere,
quando verè tendit ad damnum Eccleſiæ, quia nec ſe- 31
cundariò lædenda eſt, quoniam paria ſunt directè, vel
indirectè immunitatem Eccleſiæ offendere. Auth. caſſa,
vbi Bald. n. 7. C. de ſacroſ. Eccl. & cap. quantò, de priuil.
in 6. Suarez de leg. cap. 34. n. 3. bene Sperell. deciſ. 12.
n. 47. & clarè diſponitur in Bulla Cœnæ Domini. Odd.
d. conſ. 70. ſub num. 39.

Non obſtant argumenta in contrarium adducta, vt
ſcilicet



ſcilicet collecta imponatur ſuper fructibus, & vtili do-
minio, quod eſt ſeparatum à directo, & quod ſpectat ad
32 Laicum, & ſubeſt iuriſdictioni Principis ſecularis, vt
per Valaſch. d. quæſt. 17. num. 12 & ego dixi d. contr. 17.
num. 80. & num. 107. Nam reſpondetur vel eſſe con-
nexum cum directo, vel ſaltem concurrere cum præro-
gatiua qualitatis, & ſubiecti Eccleſiaſtici, quia domini-
33 um vtile vaſſalli, etiamſi eſſet ſeparatum à directo ſecun-
dùm præſentem ſtatum, tamen ei ſubiicitur, & famula-
tur, & cùm directum ſit dignius, non eſt mirum, ſi tra-
hit illud ad ſe cum eadem prærogatiua, vt ſentire vide-
tur pulchrè Petr. de Vbald. d. conſ. 2. num. 5. ad fin. Surd.
conſ. 57. numero 23. verſ. & propterea, pulchrè Rot. di-
uerſ. d. deciſ. 42. numero. 18. p. 6. & licèt ius, & dominium
34 vtile ſit penes laicum emphyteutam, non eſt tamen in-
dependenter ab Eccleſia, quæ etiam in eo habet ius ho-
noris, & præeminentiæ, & prælationis, vt tradit Bero.
in c. quæ in Eccleſiarum, num. 14. de conſtit. Rot. d. deciſ.
42. num. 17. 18.

Non obſtat ſecundum fundamentum, quod onus
collectarum ſpectet ad poſſeſſorem, & fructus percipi-
entem, ideò emphyteutam non poſſe illum effugere.
Nam hæc diſputatio ſupponit bona eſſe collectabilia,
& quæſtionem verti tantum inter dominium directum,
& emphytheutam, quo caſu certum eſt onus ſpectare
35 ad liuellarium, non ad dominum, ex d. l. 2. vbi DD. C.
de iure emphyt. Soc. d. conſ. 119. lib. 1. vbi id demonſtrat
duodecim rationibus, ſecus eſt, ſi bona non poſſint col-
lectari, vt hic, quia bona emphyteutica Eccleſiæ adhuc
remanent ſub dominio aliquo Eccleſiæ, & ſic ceſſat in
eis ius collectandi per dominum temporalem. Ita Pe-
trus de Vbald. d. conſ. 2. n. 6. Eugen. d. conſ. 86. num. 24.
& ſeq. Surd. conſ. 2. n. 5. 15. Silua d. conſ. 9. num. 23. pul-
chrè Boſſ. in prax. crim. tit. de Principe, num. 28. Odd.
d. conſ. 70. num. 26. 27.

Non obſtat, quòd ſi verum eſſet emphyteutam non
eſſe grauandum duplici onere, immunis quoque eſſet
emphyteuta priuati, & tamen certum eſt eum teneri ad
canonem ſoluendum domino directo, & collectas do-
mino temporali. d. l. 2. C. de iur. emphyteut. Nam reſ-
pondetur nos non deducere argumentum hoc modo,
ſed dicimus iniquum eſſe, vt emphyteuta Eccleſiæ poſ-
36 ſit collectari à domino temporali, & Eccleſiaſtico; cùm
enim ius eum collectandi ſpectet ad Principem Eccle-
ſiaſticum, non debet etiam grauari à domino tempo-
rali, vt benè conſiderat Bald. in d. conſil. 2. numero quin-
to. Silua d. conſ. 9. numero 21. Odd. d. conſ. 70. numero
39. vnde non valet argumentum ab emphyteuta priua-
ti ad emphyteutam Eccleſiæ, ſiquidem ille poſſidet
37 materiam aptam ad collectandum, iſte verò poſſidet
fundum, qui à ſolo domino Eccleſiaſtico poteſt col-
lectari: & ita ſentire videtur non ſolùm Petr. de Vbald.
dict. conſilio ſecundo, numero 5. & 6. ſed etiam Dec.
conſilio 28. numero ſexto, Eugen. dict. conſilio 96.
numero 24. Boſſ. in pax. crim. dict. tit. quinto, de Princi-
pe, numero 128.

Non obſtat reſponſio Feſtarij, quod Eccleſia ex hoc
damnum non ſentiat, quia deducitur priùs canon ſol-
uendus. Nam id iam ſublatum eſt, tum quia onus col-
38 lectandi emphyteutam Eccleſiæ ſpectat ad ius Princi-
pis Eccleſiaſtici. Petr. Vbald. dict. conſ. 2. numero 4. 5.
6. tum quia id non poteſt contingere ſine damno Ec-
cleſiæ, quæ ſemper cogeretur inuenire emphyteutam
iniquioribus conditionibus. Siluan. d. conſilio nono,
numero 12. Ped. conſ. 70. numero 24. 38. & ſuperiùs ſatis
dictum eſt.

Non obſtat, quod collecta imponitur perſonis pro
rebus, & ideo emphyteuta Eccleſiæ tanquam laicus
non poſſit ſubterfugere collectas domini temporalis.
Nam reſpondetur facile eſſe hoc argumentum torque-
ri, non enim negamus perſonam obligari, ſed tamen
ratione rei, quæ ſit collectabilis, gloſſa penult. in l. re-



ſcripto, §. ſciendùm, ff. de muner. & honor. Vnde eſt, quod
collecta imponitur propriè rebus materialiter, licèt for-
maliter perſonis, & ita dirigitur obligatio in perſonam
propter rem. Bald. in l. propter, C. qui bon. ced. poſſ. Natt. 39
conſil. 149. numero quarto, & conſilio 160. num. 7. Oſaſch.
deciſ. Pedem. 95. num. 46. Roſent. de feud. cap. 5. concluſ.
89. littera B. Cùm igitur res ipſa ſit fundamentum col-
lectæ, & cauſa finalis, vt probatur ex d. l. reſcripto, §. pa-
trimonialia, de mun. & honor. ſequitur, quod forma non
poſſit applicari materiæ, quæ non eſt collectabilis à 40
domino temporali, & ideò non poteſt ſuſtineri hæc
impoſitio, vt per Corn. conſilio 199. numero 11. libro
primo, Surd. conſilio 262. numero 28. libro ſecundo,
pulchrè Sperell. deciſ. for. Eccl. 41. numero 53. ſub verſ.
cùm itaque, & numero quinquageſimoquarto, vbi more
ſuo doctiſſimè hoc dilucidat. Boſſ. d. tit. de Principe,
numero 128.

Non obſtat conſuetudo allegata, ſoluendi collectas 41
per emphyteutam Eccleſiæ, quia hæc negari poteſt,
niſi probetur legitimè præſcripta per tempus immemo-
rabile, & longum, alioquin etiamſi per aliquod tem-
pus coluiſſent emphyteutæ Eccleſiæ collectam, ſeu ga-
bellam, nihil ſibi præiudicant, niſi fortè in eo, quod
ſolutum eſt, ad textum in cap. ſi terra, & cap. accedenti-
bus, de priuileg. l. 2. vbi gloſ. & Bart. ff. eodem tit de
priuileg. veteran. l. 2. C. de his, qui ſponſ. muner. publ.
Petr. & Cyn. in l. voluntariæ, quæſtione tertia, C. de ex-
cuſat. tut. Alexand. conſil. 33. libro quinto, Natta con-
ſilio 44. numero decimoſexto, & decimoſeptimo.

Non enim probatur hæc conſuetudo vniuerſalis; &
licèt Bart. in d. l. priuatæ, C. de excuſat. mun. libro decimo,
atteſtetur de conſuetudine Peruſij, hæc eſt conſuetudo
localis, quæ non trahitur extra locum ſuum. Surd. con- 42
ſilio 323. numero decimotertio; & ſi aliqui Doctores fi-
dem facerent de conſuetudine vniuerſali, non eſſet il-
lis credendum, quia Doctori de conſuetudine atte-
ſtanti creditur tantùm quoad ea loca, in quibus ver- 43
ſatus eſt. Alex. conſilio quinto, numero ſeptimo, volumi-
ne tertio, Dec. conſilio 472. numero 16. Rol. conſilio 57.
numero vigeſimoſeptimo, & conſilio 94. numero vigeſi-
moſecundo, volumine quarto, Ceph. conſilio 361. nume-
ro vigeſimoquinto. Menoch. conſil. 360. numero 94. Becc.
conſilio 67. numero 32. Surd. conſilio 331. numero deci-
mo quinto

Sed dato etiam, & non conceſſo, quod extaret talis
conſuetudo collectandi emphyteutas Eccleſiæ, tamen
cum per eam lædatur immunitas Eccleſiaſtica ratione
connexionis, vel ſupereminentiæ, quam habet Eccle- 44
ſia directa domina ſuper emphyteutam adeò, vt id ſem-
per aliquo modo ſit præiudiciale Eccleſiæ, vt ſatis
oſtenſum eſt, ſequitur, quod talis conſuetudo ſit tam
iure Canonico, quàm Cæſareo prohibita, & improba-
ta, & nullo modo ſeruanda, vt probatur per textum
in Authent. caſſa, vbi DD. C. de ſacroſ. Eccl. & in §. illi-
citas, de pac. iuram. firm. in vſibus feud. c. clerici, de iud.
c. ad noſtram & c. cùm inter, de conſuet. c. cùm terra, de
elect. cap. quamquam, de cenſ. in 6. cap. qualiter, & quan-
do, vbi Abb. numero 7. de iudic. Soc. in c. ſi quis clericus,
num. 28. & in cap. ſanè, num. 10. de for. compet. Surd. con-
ſil. 301. num. 52. 54. latiſſimè, & doctiſſimè Sperell. de-
ciſ. forenſ. Eccl. 37. num. 41. 42. 44. 48. vbi infinitos con-
gerit, & probat talem conſuetudinem etiam immemo-
rabilem eſſe improbatam, & induci non poſſe, & eſſe
ſacris canonibus inimicam, & nullatenus attendendam,
& quotannis abrogari in Bulla Cœn. Domini, adeò 45
vt dicenda ſit potiùs corruptela, & frequentia peccan-
di, quàm conſuetudo, & ſi quid præiudicij ex dicta con-
ſuetudine emanaſſet, illud reparauit Sanctiſſimus Vrba-
nus VIII. in ſua conſtitutione edita die 5. Iunij 1641.
vbi ſuſtulit quoſcumque vſus, & quæcumque ſolita Ec-
cleſiæ, & perſonis Eccleſiaſticis præiudicialia, dempta
præſcriptione centenaria, vel antiquiori cum obſer-

uantia ſubſecuta, & titulo vero, adeò vt ſtante dicta Bulla nunc ſit inane, & fruſtratorium recurrere ad ſolitum, vel ad conſuetudinem in rebus, & negotiis, vbi de præiudicio Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticarum perſonarum tractatur directè, vel indirectè, vt pleniſſimè legitur in ea.

Vnde concludendum eſt in puncto iuris veram, & magis communem, & rationabilem eſſe illam DD. ſententiam, qui tenent emphyteutam Eccleſiæ nullo modo poſſe grauari, ſeu collectari pro bonis emphyteuticis, feudalibus, & liuellariis, ſiue paruum, ſiue magnum
46 canonem ſoluat, aut nihil, & in praxi eſſe ſeruandam, prout ſeruari, & ita fuiſſe deciſum teſtantur Felician. *de cenſib. p. 2. in præfat. ſub num. 3.* vbi quod vidit bis, aut ter ſententia deciſum, & obtentum priuilegium immunitatis Eccleſiaſticæ extendi etiam ad bona emphyteutica. Dian. *dict. p. 3. mor. tract. primo, de immun. Eccleſ. reſol. 24. verſ. ſed contraria*, vbi idem confirmat. Bocerus *d. tract. de iur. collect. cap. 10. numero. 17.* Harprect *ad Clar. d. quæſt. 46. num. 3.* vbi opiniones fœdere diſtinctionis meliùs ad concordiam reducuntur, quàm factum ſit per tertiam ſententiam.

Et ſanè hæc ſententia videtur ab omnibus timoratæ ſcientiæ, & zelantibus immunitatis Eccleſiæ ſequenda rationibus prædictis, & etiam generali motiuo, quo
47 apud omnes pro certo habetur, materiam collectarum eſſe odioſam, & ſtrictè interpretandum ſecundum Rom. *conſ. 87. numero 40.* Crauet. *conſil. 111. numero 26.* Becc.
48 *conſil. 73. in fin.* è contra verò cauſam immunitatis Eccleſiæ eſſe fauorabilem, & latiſſimè interpretandam. Tiraquell. *de priuileg. piæ cauſ. priuil. 101.* Rot. *diuerſ.*
49 *deciſ. 24. part. 2.* & propterea in iudicando, & conſulendo ſemper amplexanda eſt illa ſententia, quæ tutior eſt, & Eccleſiæ fauorabilis, ad textum *in l. ſunt perſonæ, ff. de rebus & ſumpt. fun. cap. fin. de re iud.* Iaſ. *in l. filiusfam. §. Diui, in prima lect. num. 82. de leg. 1.* Gratian. *diſcept. forenſ. 88. num. 6. & diſcep. 131. numero 2.* ad rem Odd. *conſ. 70. num. 28. in fin.*

Verùm ſi ob potentiam aduerſarij, vel alio reſpectu hoc tempore, quo in multis locis vix poteſt immunitas Eccleſiæ defendi, ob multitudinem priuilegiatorum nequeas in praxi obtinere pro hac ſententia tam iuſta, & iuridica, & fortè non expediat mittere manum ad cenſuras vitandi maioris mali cauſa, vel ob conſuetudinem immemorabilem contrariam ſaltem perſuadeas eos, qui contra emphyteutam tenent, eſſe intelligendos cum aliquo temperamento, ſi iam perfecta ſit præſcriptio centenaria cum obſeruantia, & titulo vero, vel cum mo-
50 dificationibus infraſcriptis; namque ſi ſermo eſſet de contributionibus, ſiue collectis, quæ ad tempus ex improuiſo præter morem, ex ſumma neceſſitate publica inducuntur, vt ſunt collectæ Turcicæ, hæ enim præſtandæ quoque ſunt ex poſſeſſionibus Eccleſiaſticis, *leg. neminem, C. de ſacroſ. Eccleſ. l. vnic. Cod. vt nem. lic. in empt. ſpec. ſe excuſ.* & de his vide Dian. *mor. part. quinta, de immunit. Eccl. tract. 1. reſol. 1.* ſecus eſt in aliis contributionibus, vt inquit Bocerus *in d. tract. de iur. collect. cap. 10. numero 6. 17.* & poſt Ruland *de commiſſ. part. 4. capit. 6. num. 31.* inquit Ioan. Harprect. *ad Clar. in dict. §. emphyteuſis, quæſt. 46. numero 3.* Odd. *d. conſ. 70. num. 3.* & ideo iſte eſt vnus caſus, in quo emphyteuta Eccleſiæ iuridicè tenebitur ad collectas; valdè enim mihi placet diſtinctio dicti Bocerij, pluſquam Bruni, conſulto ſaltem Epiſcopo.

Verùm attenta priori ſententia, quod emphyteuta Eccleſiæ collectari poſſit, ſiue ſoluat magnam penſionem, ſiue paruam, eam limita primò & declara, vt procedat detracto canone, non enim debet emphyteuta
51 ſoluere collectam, niſi reſpectu ſui emolumenti, deducta penſione, quam domino ſoluit, & expenſis, & propterea bona emphyteutica minus æſtimari debent propter cenſum, & penſionem, cui ſubiiciuntur, *l. pro locis*, vbi Bart. *C. de annon. & trib. libro decimo*, vnde per æquatores in taxandis oneribus, & collectis debent hæc conſiderare, & deducere penſionem, quam emphyteuta tam priuati, quàm Eccleſiæ ſoluit domino, & eum aſtringere ad ſoluendam collectam tantum reſpectu ſui emo- 52
lumenti, vt tradunt in terminis Iſern. & Afflict. *in dict. cap. primo, verb. plauſtrorum, numero trigeſimoſexto, quæ ſint regal. libro ſecundo, feud.* Luc. de Peñ. *in leg. vnic. C. de imper. lucr. deſcript. libro decimo*, Alexand. *in leg. vbi purè, ff. ad Trebell. & in l. quoties, ff. ad l. falcid.* Iaſ. *in l. non ampliùs, de leg. primo, & in l. 1. numero ſexto, de iuriſd. om. iud.* pulchrè Feſtas *de collect. d. cap. ſecundo, numero quadrageſimo ſeptimo, quadrageſimo octauo.* Brun. *de ſtat. fæm. excl. articulo octauo, princ. num. 106. & ſeqq.* 53
vbi omni caſu vult, quod in æſtimando valore rei deducatur onus, quod ab emphyteuta Eccleſiæ ſoluitur: ſic etiam Valaſch. *de iur. emphyteut. quæſtione decimaſeptima, numero octauo, verſic. cuius quidem ſententia.* Purpur. *conſilio 332. numero ſecundo.* Surd. *conſilio 338. numero decimotertio*, ita etiam docet Bonacin. *de cenſur. in Bulla Cœn. content. diſputatione prima, quæſtione decimanona, parte tertia, §. primo, numero decimo*, vbi docet res emphyteuticas eſſe grauandas minori collecta propter onus canonis, alioquin emphyteuta plus cæteris grauaretur, aut dominus directus læderetur, quia non poſſet conſueto pretio bona ſua in emphyteuſim dare: verùm ſi dominus directus eſſet laicus, teneretur ſoluere collectam reſpectu penſionis, quam percipit, *argum. leg. ſi quos, Cod. de reſcindend. vend. l. 2. C. de præd. nauic libro 11.* Valaſch. *dict. quæſt. decimaſeptima, num.* 54
9. ſi verò eſſet Princeps Eccleſiaſticus, qui imponeret collectas, tunc Eccleſia ipſa ſolueret pro rata penſionis, quam ei ſoluit emphyteuta illius. Petr. Vbald. *dicto conſil. 2. numero quarto*, Odd. *d. conſ. 70. numero 39.* Eug. *d. conſ. 96.* & alij ſuprà relati: & ideò ſi penſio correſponderet fructibus, Emphyteuta non teneretur ad collectam ſoluendam, vt per Odd. *dict. conſil. 70. numero 6.*

Secundò limitatur, & declaratur, vt non procedat, quando verè collecta ita eſſet grauis, vel ſic impoſita, vt redundaret in damnum Eccleſiæ directæ dominæ, 55
quia hoc modo indirectè Eccleſia grauaretur, velut ſi ob huiuſmodi onus Eccleſia cogeretur minori pretio prædia dare in emphyteuſim, vel emphyteutas non inueniret: ita Odd. *d. conſil. 70. numero 6.* Graſſ. *d. eff. 7. num. 82. in fin.* Bonacin. *in Bullam Cœn. Domini diſp. 1. q. 19. p. 3. §. 1. num. 9. verſic. hoc tamen*, vbi alios etiam allegat, & hoc eſt de mente etiam omnium DD. qui primam opinionem ſequuntur, qui licèt teneant emphyteutam teneri ad collectas domini temporalis, id tamen non admittunt, ſi per hoc lædatur Eccleſia, vel damnum ei inferatur conſiderabile.

Tertiò limitatur eadem ſententia, vt non procedat, quando extaret conſuetudo non ſoluendi collectam ad fauorem emphyteutæ Eccleſiæ, & ille eſſet in quaſi poſ- 56
ſeſſione non ſubeundi tale onus, quia euenerit talis caſus, & non ſoluerit, & pro exempto habitus fuerit, vt latè oſtendit Grilinz. *dict. conſ. 40. numero 16. 17.* Felician. à Sol. *de cenſ. lib. 2. in præfat. numero 3. verſ. vnde.* Graſſ. *d. eff. 3. numero 74.* & ſentire videtur Valaſch. *d. quæſt. 17. numero 29.* vbi in ſolutione colle- 57
ctarum, & tributorum multùm tribuit conſuetudini: & ego dixi *d. contr. for. 17. numero 112.* adeò, vt non ſit neceſſe, quod talis conſuetudo non ſoluendi ſit præſcripta, quia non eſt conſuetudo facti, vt voluit Anton. de Butr. *in c. fin. de conſuet.* Aret. *conſ. 11. col. pen.* Dec. *conſil. 38. numero 1. verſ. & in tali conſuetudine.*

Quartò limita in Clerico, vel Eccleſia habente em- 58
phyteuſim ab alia Eccleſia, vel etiam à laico, quia non tenebitur ſoluere collectas à domino temporali impoſitas, etiamſi emphyteuſim recognoſcat à laicis, quia



quia attenditur conditio eius perſonæ, quæ eſt exempta ratione Clericatus, quia ſicut dicunt dominium vtile cenſeri ſæculare, ſi fuit ab Eccleſia conceſſum ſæculari; ita ſi concedatur Ecceſiaſtico, erit Eccleſiaſticum, & immune. Iaſ. *in d. l. 2. n. 2. C. de iur. Emphyt.* puchrè Valaſc. *d. q. 17. n. 16.* vbi vide.

Quintò limita quoad munera ſordida, etenim admittunt ferè omnes, quod vaſalli, & emphyteutæ Eccle-
59 ſiæ ſint exempti à muneribus ſordidis, vt ſic per Bart. *in leg. Senatorum, C. de dignit. lib. 12.* inquit Thom. Parpal. *in d. l. placet. n. 16. C. de ſacroſ. Eccl.* Dueñ. *reg. 100. ampl. 3.* Menoch. *de arb. iud. caſ. 562. num. 31. 32.* vbi alios adducit. Graſſ. *de eff. cler. eff. 3. num. 84. in fin. & n. 85.* Alderan. Maſchard. *de ſtat. interpret. concl. 1. n. 249.*
60 Paul. Squill. *de priuil. cler. priuileg. 8. num. 63. in fin.* qui etiam dicunt idem eſſe in emphyteuta fiſci, quæ autem ſint munera ſordida habebis *ex l. maximarum*, vbi Bart. Ioan. de Platea, & Luc. à Peñ. *C. de excuſat. muner. lib. 10.* Menoch. *d. caſ. 562. n. 31. 32.* quod tamen non placet Valaſch. *d. q. 17. n. 15. in fin.* ſed loquitur ex capite ſuo, & contra communem.

Sextò limita eandem ſententiam, quando collecta imponitur per æs, & libram, ſeu ſecundum æſtimum;
61 quia tunc ſi res emphyteutica prædicta non reperitur deſcripta in libro æſtimi, in tali impoſitione collectæ non comprehendetur emphyteuta Eccleſiæ, etiamſi rem poſſideat, quia iſto caſu non attenditur poſſeſſio bonorum, ſed ſolùm æſtimum, ſeu alibratio, vt dicit Ang. *in l. fin. C. ſine cenſ. vel rel.* & Bald. *in l. 1. §. quod ſi nemo, col. antepen. verſ. ſuper tertio ff. quod cuiuſque vniu. nom.* plenè Dec. *conſ. 285. n. 5.* Crau. *conſil. 111. num. 13.* Valaſch. *d. quæſt. 17. n. 31.* Menoch. *conſ. 75. n. 10.* Odd. *d. conſ. 70. num. 7. 11.* Graff. *d. eff. 3. num. 84* Paul. Squillant. *d. priuileg. 8. n. 63.*

Septimò limita in collecta impoſita à Principe, ſeu Domino recognoſcente ſuperiorem, vt ſunt omnes
62 Principes, & Barones Regni Neapolis, qui non habent merum, & mixtum imperium cum omnimoda iuriſdictione independenter; ab illis enim & ſimilibus non poteſt Eccleſia collectari, nec eius emphyteuta, & ſi collecta ab eis imponeretur, emphyteuta Eccleſiæ non comprehenderetur. Bald. *in l. cùm multa, in fin. C. de bon. quæ liber.* Bart. & alij *in l. 1. C. de ſuperindict. lib. 10.* Iaſ. *in l. 1. num. 19. C. de ſacroſ. Eccl.* Silua *d. conſ. 9. num. 17.* Odd. *d. conſ. 70. num. 5.* Graſſ. *d. eff. 3. num. 85.* Vnde talis emphyteuta non tenebitur ſoluere collectas, quas imponunt Communitates, & feudatarij, qui ſubſunt maiori Magiſtratui, & Principi, aliter dicendum erit de Principibus Lombardiæ, qui habent iura Imperij.

Octauò limita in collecta reali, quæ imponeretur ſuper re, & proprietate fundi, vel domus, velut ſi diceretur in impoſitione, pro qualibet bubulca ſoluatur ſo-
63 lidum, & pro qualibet domo libra: tunc onus iſte reſpicit rem, nec habet relationem ad fructus, & ideo in tali impoſitione non erit comprehenſus emphyteuta, ſeu vaſſallus Eccleſiæ, quia ille tenetur ſolum ad ſoluendum collectas, quæ imponuntur propter fructus. Alexand. *dict. coſil. 201. num. 11. lib. 1.* Rim. Iun. *conſ. 447. num. 2.* Graſſ. *d. eff. 3. num. 80.* etenim collectarum onus
64 reſpicit fructus, & ſequitur eum, qui fructus colligit, *l. ſi pendentes, §. ſi quid cloacarij, ff. de vſufr. l. omnes, C. ſine cenſ. vel reliq. & l. ſi negotium, Cod. de neg. geſt.* Alexand. *d. conſil. 101. num. 11.* Decian. *conſil. 69. numero quinto, lib. 3.* ergo ſi imponatur collecta, quæ non reſpiciat fructus, ſed rem, mutabit naturam, ſed ad eam ampliùs non tenebitur emphyteuta tam Eccleſiæ, quàm priuati, quia ſola ratione fructuum collectari poſſunt; tunc autem ſatis erit euidens collectam eſſe realem, nec fructus reſpicere, quando æquè collectatur bubulca terræ parui valoris, ſicut illa, quæ maximi æſtimatur, & quando pariter grauatur domus magna, ſicut parua; quia tunc certum eſt haberi reſpectum ad rem, non autem ad fructus, & prouentus, quia regulariter in imponenda collecta facultates cuiuſlibet per publicos Officiales circumſpicari debent, & æſtimari, vt appareat, qualitum 65
quiſque fructus percipit, quia vnuſquiſque ſoluere debet ſecundum menſuram ſui patrimonij, ad tradita per Bald. *in l. etiam, column. penult. ad fin. de execut. rei iud. & in leg. neque. §. quod ſi nemo, column. ſecunda, circa princ. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* pulchrè Decian. *dict. conſil. 69. num. 2. 3. lib. 3.* Feſtas *de collect. d. cap. ſecundo, num. 47.* vbi ergo hoc non eſt factum, ſequitur neceſſariò quod collecta rei imponatur, & non fructibus, & propterea onus illud ſpectabit ad dominum directum, quæ eſt Eccleſia immunis, & exempta, & ideo neuter eorum poterit cogi hoc caſu ad ſubeundum onus collectæ, & in hoc concordare videntur omnes vtriuſque ſententiæ fautores: ne tamen putes, benigne lector, me contradicere his, quæ latè probaui *in d. mea contr. for. 17.* vbi ſuſtinui vtile dominum emphytheutæ ſubeſſe ſtatutis laicorum, & iuriſdictioni Principis ſæcularis, non obſtante, quod ab Eccleſia proueniat, quia id comprobaui in iis terminis ſolùm, vbi non tractatur de aliquo præiudicio, vel damno Eccleſiæ directè, ſecus eſt autem, vbi tractatur de præiudicio Eccleſiæ, vt hic, vbi vix poteſt dari caſus, in quo emphyteuta Eccleſiæ grauetur circa fructus, quin id reſultet etiam in damnum 66
Eccleſiæ, hoc enim fieri non poteſt, ſine damnum inferatur directè, & primariò, ſiue indirectè, & ſecundariò, *cap. quamquam, de priuileg. cap. ſtatutum, de hæretic. in 6. cap. clericis, §. fin. & §. nos igitur, de immunit. Eccleſ. in 6.* Marth. *de iuriſd. p. 5. cap. 13. num. 20. verſic. quia.* Ergo nulla eſt contrarietas, nullaque contradictio. Bene 67
verum eſt, quod ſi de facto emphyteuta Eccleſiæ grauaretur collectis, non ideo poſſet habere regreſſum contra Eccleſiam, neque retardare ſolutionem canonis; etiamſi ſolueret magnam penſionem, quia ſoluitur pro dominio vtili, & fructibus ſuis, vt latè probat Natta *conſil. 312. numero. 6. 7.* Surd. *conſ. 112. numero. 75.* Eſt ita, &c.

---

## CAPVT CXXX.

### EPITOME.

### Mulier contrahens ſecundas nuptias viuente primo marito an poſſit excuſari, ſi credidit eum fuiſſe defunctum?

### SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſecundum vt contrahi poſſit, certum requiritur de morte viri nuntium.*
2 *Dolo, & fraude ceſſante delictum, neque mulcta dari poteſt.*
3 *Animus, & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
4 *Animus, & voluntas attenditur in delictis, non exitus aut veritas.*
5 *Actus hominum non euentu, ſed conſilio æſtimandi ſunt.*
6 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota habito nuntio de morte viri, non punitur.*
7 *Mulier excuſatur à polygamia, ſi habuit licentiam ab Ordinario nubendi.*
8 *Matrimonium ſecundum ſi contrahatur cum licentia Ordinarij, quid dicendum.*
9 *Mulier contrahens ſecundum matrimonium factis publicationibus, an ſit punienda.*
10 *Licentia Ordinarij de contrahendo matrimonio inducit bonam fidem.*
11 *Matrimonium ſecundum contrahentes cum bona, vel mala fide quomodo tractandi.*

12 *Nuntium certum de morte viri requiritur, vt ſecundum matrimonium iniri poſſit.*
13 *Mulier præſumitur in mala fide, ſi ſecundum matrimonium contrahat ſine certo nuntio mortis mariti.*
14 *Ignorantia iuris non excuſat mulierem ſecundò nubentem.*
15 *Mors viri non ſolum certo nuntio, ſed etiam alio modo probatur.*
16 *Certitudo mortis quanta requiratur ad ſecundum matrimonium.*
17 *Mors per certum nuntium probatur.*
18 *Ordinarius vt concedat contrahi ſecundum matrimonium quantam certitudinem habere debeat de morte primi viri.*
19 *Mors viri, vel mulieris in materia matrimonij quomodo probanda.*
20 *In alternatiuis ſufficit alteram partem adimpleri.*
21 *Sigillum publicum quam fidem faciat.*
22 *Notorium facti permanentis non indiget probatione.*
23 *Remigantem mortuum fuiſſe veriſimile eſt.*
24 *Mors remigantis probatur ex libro nauis.*
25 *Claſſes maritimæ habent ſuos officiales.*
26 *Officiali præſtanda eſt fides in pertinentibus ad eius officium.*
27 *Officialis libro credendum eſt.*
28 *Sigillum publicum non ſolet tradi, niſi viro probo, & legali.*
29 *Mors primi viri probatur per litteras Ducis.*
30 *Vicecomiti triremium quomodo credendum.*
31 *Nauigantes neq; inter mortuos, nec inter viuos recenſentur.*
32 *Triremibus addicti raro domum reuertuntur.*
33 *Falſum nemo committere velle præſumitur.*
34 *Falſa ſcriptura vtens, neſciens eſſe talem, non punitur*
35 *Nomen ſingulare, & rarum probat identitatẽ perſonæ.*
36 *Singularitas nominis quomodo probet perſonam.*
37 *Lex pœnalis non extenditur de caſu ad caſum.*
38 *Demonſtrationes duæ ſufficiunt ad probandam perſonæ identitatem.*
39 *Legatum factum Clarutiæ habitanti in tali parochia cui debeatur.*
40 *Pluralitas perſonarum, & nominum non præſumitur.*
41 *Perſona quomodo ſatis demonſtretur.*
42 *Nominis mutatio non præſumitur.*
43 *Nominis ſingularis eiuſdem raro inueniuntur homines.*
44 *Mors eſt difficilis probationis, & quando.*
45 *Probationes leniores ſufficiunt in his, quæ ſunt difficilis probationis.*
46 *Probatio eſt difficilis de his, quæ fiunt in mari.*
47 *Mors non probatur diuturnâ abſentiâ.*
48 *Mors non probatur famâ, & quomodo id procedat.*
49 *Mors in loco vicino, vel remoto quomodo probetur.*
50 *Mors adminiculis an probetur.*
51 *Certus nuntius de morte viri deſideratur ad ſecundum matrimonium contrahendum.*
52 *Certitudo mortis viri an debeat eſſe phyſica, vel moralis in matrimoniis.*
53 *Probatio veriſimilis quando æquipolleat plenæ, & concludenti.*
54 *Probatio mortis viri in matrimoniis an debeat eſſe plena, vel probabilis.*
55 *Mortuum eſſe primum virum vnde iudex credere poſſit.*
56 *Certitudo moralis ex coniecturis deſumitur.*
57 *Coniecturæ an ſufficiant ad probandam mortem viri in matrimoniis.*
58 *Probatio præſumptiua ſufficit, vbi plena haberi non poteſt.*
59 *Mors viri vt probetur quid requiratur in iudice, quid in coniuge.*
60 *Mortis eadem certitudo requiritur in muliere ſecundò nubente, quæ in Iudice licentiam concedente.*
61 *Iudex vt det licentiam contrahendi ſecundum matrimonium, quid requirat.*
62 *Licentia concedendi ſecundum matrimonium quid requirat.*
63 *Mors alterius coniugis probatur arbitrio iudicis benè regulato.*
64 *Coniecturis mors probatur arbitrio iudicis.*
65 *Probationes vniuerſæ quoad factum ſunt in arbitrio iudicis.*
66 *Iudex regulatè vtens arbitrio in re arbitraria non eſt redarguendus.*
67 *Iudex an poſſit ſequi opinionem minùs probabilem.*
68 *Iudex non tenetur in ſyndicatu iudicans ſecundum opinionem probabilem.*
69 *Mulier in dubio debet ſe abſtinere à ſecundis nuptiis.*
70 *Opinionem probabilem ſequens non dicitur eſſe in dubio.*
71 *Opinionem probabilem ſequens non eſt pœnâ dignus.*
72 *Matrimonium ſecundum contrahens primo non reſoluto Inquiſitoribus an ſubiiciatur.*
73 *Mulier non eſt ſeparanda à ſecundo viro non conſtito de vita primi.*
74 *Mulier quomodo excuſanda poſt ſecundas nuptias ſuperſtite primo viro.*
75 *Teſtibus falſis vtens non punitur, ſi neſciat falſitatem.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

EXcuſandam, & impunè dimittendam dixi eſſe quãdam mulierem, quæ ſecundò nupſit ſuperſtite eius
primo viro, & ſimiliter Iudicem Eccleſiaſticum, qui
conceſſit illi licentiam tranſeundi ad ſecunda vota, quia
in vtroque eorum ad fuit iuſta credulitas mortis illius,
& tantam habuerunt eius certitudinem, vt potuerint 1
arbitrari ſatisfactum eſſe *cap. in præſentia, de ſponſal.*
requirenti certum de morte viri nuntium, antequam
permittatur mulieri ad ſecunda conuolare vota, ex probationibus
factis adeò, vt exiſtimandum ſit cum bona
fide, & ad bonum finem eam mulierem ſecundum contraxiſſe
matrimonium, & Iudicem licentiam fuiſſe impertitum,
& propterea non ſunt plectendi aliqua pœna,
quia vbi non eſt dolus, aut fraus, ibi delictum, 2
neque multa dari poteſt, ad textum *in leg. 1. C. de ſicar.*
*l. qui iniuriæ, ff. de furt. leg. quod reipublicæ, ff. de iniur.*
*leg. cum autem, §. excipiuntur, ff. de ædilit edict.* quoniam
animus, & propoſitum diſtinguunt maleficia, 3
vt *in leg. prima, §. Diuus*, & *in leg. Diuus Adrianus. ff.*
*ad l. Cornel. de ſicar.* & *in capit. ſignificaſti, il ſecondo,*
*de homicid.* & propterea in delictis attenditur animus, 4
& voluntas, non autem exitus, & veritas, vt inquit textus
*in dicta leg. Diuus Adrianus*, vbi gloſſa concordantia
adducit, quia actus hominum non euentu, ſed
conſilio, & propoſito æſtimandi ſunt, vt probat textus 5
*in leg. verum, §. ſciendum, ff. de minor. l. fraudis interpretatio*,
vbi Dec. & Cagnol. *de reg. iur.*

Vnde in terminis de muliere, quæ credidit probabiliter
primum virum deceſſiſſe, nulla pœna eſt puniendа,
ſi tranſiuit ad ſecunda vota, vt euenit, quando
virum in militiam profectum diu expectauit, & de 6
eius morte nuntium aliquod habuit, & fama de eius
morte exiſtente duxit alterum; tunc enim non punitur
aliqua pœna: ita probat *l. miles, §. mulier, ff. ad l. Iul.*
*de adult.* cuius verba refert & ſequitur pulchrè Menoch.
*de arb. iud. caſ.* 420. *num.* 118. 119. & concordat Clar.
*in prax. crim. §. fornicatio, verſic. ſed pone.* Gaſp. Ant.
Theſ. *qq. for. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 8. Peregr. *de fideicom. art.* 43.
*num.* 41. Gutierrez *pract. qq. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 3. *verſ. ſequitur.*
Simanch. *de catholic. inſtit. tit.* 40. *de matrim. n.* 3. Barboſ.
*in d. c. in præſentia, n.* 6. *de ſponſal.* & multò magis
excuſanda eſt mulier, ſi factis diligentiis obtinuit li- 7
centiam ab Ordinario nubendi ſecundo loco, quia
etiamſi ipſa, & iudex falleretur, quia verè vir eius adhuc
ſuperſtes



ſuperſtes ſit, tamen quia certificatio arbitrio boni viri,
qualis dicitur iudex, *l. vir bonus, ff. iudicat. ſolui*, ſufficiens
reputata eſt, excuſatur, & ſic facta copia ab Ordinario
nubendi, etiamſi falleretur Ordinarius, ipſa immunis
eſt à culpa: ſic dixit Magiſter Palatio *in* 4. *ſent.*
*diſt.* 27. *diſp.* 3. *fol.* 602. quem in hac parte ſequitur Gutierrez
*pract. qq. lib.* 2. *quæſt.* 8. *n.* 9. *verſ. quo caſu etiam*,
vbi dicit, quod ſpectat ad Ordinarium cognoſcere hoc
8 impedimentum, & quod facta ab eo copia nubendi, ipſa
excuſatur, & ſine tali licentia non erit immunis à culpa,
imò concludit etiam, quod ſi mulier ſatis certificata
de morte viri, & factis publicationibus ad formam
Conc. Trident. & nullo detecto impedimento Paro-
9 chus ad celebrationem ſecundi matrimonij deueniat,
mulier erit immunis à culpa, etiamſi non præceſſerit licentia
Ordinarij, quod veriſſimum credo, licèt cautiùs
faciat mulier, ſi ſemper hoc caſu licentiam ab Ordinario
obtineat, vt inquit Gutierrez *d. quæſt.* 8. *num.* 9. *verſ.*
*cautius tamen*: & ita etiam ſentire videtur Iul. Chartar.
*deciſ. crim.* 90. *num.* 32. & *num.* 60. vbi dicit, quod licen-
10 tia Ordinarii bonã fidem inducit. Benè verum eſt quod
in ſuo caſu aliter fuit iudicatum, quia conſtabat de mala
fide viri, qui ſecundum matrimonium contraxerat,
non obſtante, quod à Parocho fuerat monitus, ne id faceret,
quia viuebat prima vxor, cuius mortem falſis teſtibus
probauerat, & ſic ad triremes per triennium iure
11 merito ad remigandum fuit condemnatus: non ſic eſt
dicendum, vbi eſt bona fides. Farin. *q.* 140. *n.* 59. *verſ. quo*
*verò*, & *num.* 65. *verſ. ſecunda.*

Verùm in noſtro caſu difficultas conſiſtit in hoc, an
dicta mulier poſſit dici dolo carere, & in bona fide fuiſſe,
& habuerit ſufficientem certitudinem mortis eius vi-
12 ri, quia hodie requiritur certum nuntium de morte coniugis,
ad hoc, vt vir, & vxor viuens, ſiue propria auctoritate,
ſiue de licentia Ordinarij ſecundò nubere poſſit,
per textum *in d. c. in præſentia*, vbi DD. omnes, *de ſponſal.*
& *in c. dominus, de ſecund. nupt.* latè Gutierrez, *d. qu.* 8.
*n.* 4. & *ſeqq.* Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 46. *n.* 6. Farin.
*in prax. q.* 140. *n.* 56. Carrer. *de cauſ. S. Off. par.* 2. *titul.* 5. §.
4. *num.* 24. latiſſimè Iul. Chartar. *d. deciſ. crim.* 90. *numer.*
74. 75. & *ſeqq.* vbi multa allegat. Nam ex quo mulier
13 ſine certo nuntio mortis viri ſecundum matrimonium
contrahere audet, eo ipſo præſumitur in mala fide, vt
argumento textus *in l. quemadmodum, C. de agric. & Cenſ.*
14 *lib.* 11. dixit Abb. *in d. c. in præſentia, num.* 6. *ad fin.* & Gutierrez
*d. lib.* 2. *quæſ.* 8. *num.* 7. pulchrè Caren. *d.* §. 4.
*num.* 29. Chartar. *d. deciſ.* 90. *num.* 77. adeò, vt non videatur
excuſari per ignorantiam, eo quod ſit mulier, quia
eſt ignorantia iuris, quæ neminem excuſat. Caren. *d.* §. 4.
*num.* 30.

Namque adhuc dicendum eſt dictam mulierem, &
iudicem fuiſſe in bona fide, quia non ſunt moti ad ſic
credendum mortem primi viri ex ſola eius longa abſentia,
ſed multis aliis coniecturis, & præſumptionibus violentis,
quæ ſufficiunt ad inducendam hanc bonam fidem,
etenim probatio mortis viri poteſt fieri non ſolùm
15 per certum nuntium, ſed etiam per alias probationes
æquiualentes, vt dixit Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 46
*num.* 9. *verſ. quare*, & ideò ſufficit præſumptio violenta,
& veriſimilitudo, quæ ſit talis, & tanta, vt habeatur pro
16 certitudine, vt per gl. *in c. quoniam, §. ſi autem, in verb.*
*præſumatur, vt lit. non conteſt.* expreſsè dixit Alex. de
Næuo *in d. c. in præſentia, num.* 22. *de ſponſal.* Petr. de
Soncen. *inter conſ. matr. conſ.* 25. *num.* 3. Farin. *d. q.* 140. *n.*
50. Sanchez *d. diſput.* 46. *num.* 9. Bonacin. *de matrim. q.*
3. *punct.* 10. *num.* 12. vbi tenet, quod ſufficit certitudo
moralis. Dian. *mor. p.* 3. *de Sacramentis, tractat.* 4. *reſolut.*
214. vbi idem concludit, & inferiùs latiùs dicetur.

Siquidem dicta mulier omninò debet cenſeri immunis
ab adulterio, & à polygamia, quoniã deſtinauit nuntium
ad perquirendum dictum eius virum ad partes
Mari Adriatici, vbi ad triremes remigabat, ad finem habendi
nuntium certum de morte, vel vita illius, ad tradita
*in d. c. in præſentia, de ſponſal.* Farin. *d. q.* 140. *n.* 67.
& talis nuntius factis diligentiis ſuper triremibus Rei- 17
publicæ Venetæ non inuenit illũ, ſed reuerſus reportauit
fidem extractam ex libro authentio ſupradicti Comitis
triremis vnius dictæ Reipublicæ, ſubſcriptam à
DD. Capitaneo, & Capellano illius, ac aliis, cum ſubſcriptione
etiam notarij & ſigillo magno, in quo erat
ſtemma Reipublicæ Venetæ, & nomen Senatoris Raynerij,
in qua fide habebatur, quod Petrucius per ſupranomen
Buttier, mortuus eſt de anno 1635. ſub die 19.
Aug. in Hoſpitali Ciuitatis Zaræ: vnde cùm maritus
dictæ mulieris, qui verè erat de Lupis, tali nomine, &
prænomine vocaretur, & hoc notorium eſſe probaretur,
adiuncta etiam publica fama de eius morte, exiſtimatum
fuit ſufficienter conſtare de eius morte, & 18
propterea Iudex conceſſit licentiam dictæ mulieri ſecundò
nubendi, & permiſſum videtur *ex Auth. hodie,*
*C. de repud.* & *d. c. in præſentia*, vbi gl. *fin.* ibi: Nec poteſt
certificari de morte per magiſtrum militum, vel per
alium; & gl. *in c. quoniam, §. ſi autem, in verb. præſumatur,*
*vt lit. non conteſt.* ex quibus iunctis probatur, quod
fides ſumpta à magiſtro militum eſt in hoc propoſito
ſufficiens probatio mortis mariti: ergo neque mulier
nubendo, neque Iudex licentiam ei concedendo quidquam
peccauerunt.

Neque refragantur huic motiuo litteræ ſacræ Congregationis
S. Off. ſcriptæ de anno 1630. omnibus
Epiſcopis Italiæ, quarum tenorem ſi videre deſideras, 19
habebis per extenſum typis impreſſum in Synodo Diæceſana
Epiſcopi Cromonæ, edita anno 1635. *fol.* 171.
173. & apud Io. Aug. Boſſ. *in tract. de contract. matrim.*
*c.* 4. *ſub num.* 192. quem vidi poſt hæc ſcripta, in
quibus traditur forma ſeruanda in examinandis teſtibus
circa probandam mortem viri, vel vxoris, & præcipitur,
ne fides admittantur, niſi ſint recognitæ, adeò vt
fiat recognitio manus ſubſcribentis, vel ſigilli, & contrauenientes
inſtructioni prædictæ grauibus pœnis ſubiiciuntur.

Namque nihil creditur fuiſſe contrafactum dictis litteris,
in quibus alternatiuè præcipitur recognitio manus
ſubſcribentis, vel ſigilli fidei, vt legitur circa finem
inſtructionis, & ideò ſufficit alterutrum adimpleri, vel
aliquam partem verificari, *l. ſi hæredi, de cond. inſt. l. ſi is* 20
*qui ducenta, §. vtrùm ita*, vbi Soc. *num.* 1. *de rebus dub.*
*l. cùm pupillus, §.* 1. *de cond. & dem.* idcirco ſatis fuit
recognoſcere dictum ſigillum, quia quoad cætera erat
impoſſiibille, cùm tractaretur de fide facta in mari, &
in partibus valdè remotis; etenim ſigillum videtur eſſe
anima ipſius ſcripturæ cui dat fidem, & inducit conſenſum
ſigillantis, ad tradita par Felin. *in c. ſcrip. de fide*
*inſtrum.* Rom. *conſ.* 303. *in fin.* Tuſc. *lit. S, concl.* 239.
*num.* 4. 8. & ideò ſigillum prædictum facilè fuit recognitum,
quia continebat ſtemma Reipublicæ Venetæ, ſci- 21
licet faciem Leonis alatam, quæ eſt figura D. Marci,
& erat ſine macula, vel aliquo vitio, & taniò magis fidẽ
faciebat, quia erat ſigillum publicum. Tuſch. *d. littera*
*S, d. concl.* 240. *n.* 7. & cùm notorium ſit dictam Rempublicam
quæ viuit ſub tutela D. Marci, tali ſtemmate
vti, vt apparet ex eius duplis aureis, & ducatonis argenteis,
& alijs monetis, in quibus ſculpta cernitur dicta
imago, non erat opus alia recognitione dicti ſigilli,
quàm ea, quæ fit ex eius inſpectione oculati in manibus
Iudicis, quia notorium facti permanentis non in- 22
diget alia probatione, *l. ſi verò, §.* 1. *cùm ibi not. qui ſatiſd.*
*cog. c. ſuper eo, de teſtibus cog. c. bonæ, el* 1. *§. contra de elect.*
*c. de manifeſta* 2. *q.* 1.

Non ergo videbatur dubitandum, quin fides eſſet
præſtanda dictæ fidei, ſtante dicto ſigillo tantæ Reipublicæ,
maximè concurrentibus aliis adminiculis famæ
publicæ, longæ abſentiæ, & naturæ negotij, quia di- 23
cens remigantem eſſe mortuum, dicit rem valdè veriſi-



milem.

milem. Magon.deciſ. Lucenſ.44. num.6. & propterea
mors dicti Petrucij ſatis probata cenſetur ex libro nauis
in quo defunctorum nomina deſcribuntur, vt per Gra-
24 tian. diſc.for.869. num.23. Rot. diuerſ. deciſ. 408. n.2.
p.5. habent enim claſſes Principis ſuos officiales cui-
cunque negotio præpoſitos tenentes rationes rerum &
hominum in claſſe exiſtentium, vt per Iul.Ferret. in
25 tractat.de re naual.lib.6.num.9. & num.22. Vnde dicunt
omnes præſtandam eſſe fidem cuicunque Officiali in
his, quæ ſpectant ad eius Officium, ad textum in c. pa-
26 rati, vbi DD. de appellat. Bart.in l. quædam, §. numula-
rios, ff.de edend. Gratian. deciſ. 137. n.2. pulchrè Ma-
ſtrill.deciſ.249.num.2.& propterea credendum eſt etiam
27 libro officialis in concernentibus eius officium.Bart. in
d. l. quædam, §. numularios, in fin. vbi Iaſ.etiam docet,
& concordat Magon deciſ. Lucenſ. 59. num.2. Pareth.
conſ.94.num.1. Monald. conſ.24. num.7.lib.1. Genua de
ſcript. priuat.lib.4.cap.14.de lib.ration. Official.num.1.
2.3. & ſeqq. latè etiam Dominic. Gait.in tract. de cre-
dito, c.2.tit.2.n.23.24.25.48. vbi probat etiam, quod
liber Officialis fidem facit etiam extra locum, vbi ſcri-
ptus eſt; & pro tertio contra tertium quoad ea, quæ
ſunt eius officio connexa, & ideò tali fidei ex dicto li-
bro authenticæ extractæ fides adhibenda eſt,maximè
ſtante dicto ſigillo cum inſigniis Reipublicæ Venetæ,
28 quod publicum cenſendum eſt,& non ſolet tradi publi-
ca auctoritate, niſi viro probo, & legali. Couar. pract.
qq.c.22.ſub n.9.

Et ſanè ſi mors prædicti viri poteſt probari etiam
per litteras receptas à Duce militum, ſub quo ille mili-
29 tabat, vel commilitonum,vt probatur in d. Auth. hodie,
C.de repud.& gl.in d.c.in præſentia, & expreſsè per Na-
uar.in Manual. confeſſ.c.22.n.53.Bonacin.de matrim.q.
3.punct.10.n.14. ibi: aut quando per litteras, pulchrè
Peregr. de fideicom.art.43.n.41. verſ.aut litteras recipit,
quantò magis mors probabitur per librum Vicecomi-
30 tis triremium, & fidem ab eo extractam publico ſigillo
munitam in materia facili ad credendum,quia nauigan-
tes, nec inter viuos, nec inter mortuos recenſentur,
31 Rot. Genuenſ.deciſ.36.n.6. quia rarò ſolent domum re-
uerti, qui triremibus addicuntur.Magon.d.deciſ.Lucenſi
44.num.6.

Neque dicatur, quod fides illa ſit falſa, ex quo dete-
32 ctum eſt dictum virum adhuc viuere, quia non inde
probatur falſitas, eo quod ex pluralitate nominum id
potuit prouenire,& falſitas non præſumitur,niſi probe-
tur, quia nemo præſumitur velle committere falſum,ad
33 textum in l. cum precibus, C. de probat.in cap.in præſen-
tia, de renuntiat. Ceph.conſ.230. num. 17. Bertaz.conſ.
521. num.14. Surd. conſil.132.num.18. Menoch. lib.5.
præſ. 20.num.1. latè Farin. de teſtib. q. 57. num.100. &
de falſ. qu.153.n.192.193.194.& ſeqq.vbi probat faci-
endam eſſe ſemper interpretationem,vt euitetur falſitas.

Et dato etiam,quod nunc falſam fuiſſe dictam fidem
appareret,id tamen nihil nocet dictæ mulieri, vel Iudi-
ci, quia tempore matrimonij id non conſtabat,& nemo
eorum habebat ſcientiam, vel ſuſpicionem dictæ falſita-
tis, & propterea vtentes dicta ſcriptura ignoranter, &
cum bona fide credendo eſſe veram, & non falſam,nul-
34 lam pœnam merentur, l. Diuus Pius, in fin. C.ad l.
Cornel.de falſ. Cyn. in l. maiorem.num.2. vbi Bald.in
princ. Alber. num.1. C.eod. Clar. in §.falſum, num.19.
verſ. vtens, Menoch. de arb.iud.caſ. 316. num.6. Hon-
ded.conſ.109.num.67. Farin. d.tract.q.159.num.48.

Similiter non obſtat, quod fides prædicta non benè
explicet,vel contineat ſufficienter nomen, & cognomen
dicti viri, qui vocabatur Petrucius de Lupis, & tamen
fides nominat Petrucium, per ſopranome Buttier, & ſic
videtur, quod non benè fuerit fundata intentio dictæ
mulieris ad tranſeundum ad ſecunda vota, & Iudicis
pro danda illi licentia.Nam reſpondetur fidem ſatis ex-
plicare perſonam, & identitatem dicti viri, qui licèt eſ-
ſet de Lupis, non tamen vocabatur tali agnomine, ſed
vulgò nominabatur Petrucius Buttier, vt in fide. Illud
enim pronomen Buttier, eſt ſingulare, & rerum, & ma-
gis ſpecificat perſonam illius, quàm proprium agno- 35
men, & ſatis demonſtrat identitatem illius perſonæ, vt
docet Bart.in l. demonſtratio, num.16.ff.de condit. & de-
monſt. vbi loquitur de quodam Galloprefſo vocato, &
idem ſentiunt Cyn.Bald.& Caſtr. in l.hac conſultiſſima,
vbi Dec.num.18.in fin. C.qui teſt.fac.poſſ. Alex.in l. 1. 36
ff. de liber.& poſthum. Pacian.de probat.lib.2.c.15.n.50.
51. vbi ſatis probat, quando nomen alicuius eſt ſingu-
lare, & rarum, vt in Galloprefſo, & hic, Buttier, tunc
ſolam talis nominis expreſſionem ſufficere ad identita-
tem perſonæ demonſtrandam.

Hic autem ſatis probatum eſt concludenter per te-
ſtes illum virum ſic vulgò fuiſſe vocatum; ergo nihil
aliud eſt quærendum, quia in ore duorum, vel trium
ſtat omne verbum,ad textum in d.l.vbi numerus, de te-
ſtib. nec in examinandis dictis teſtibus erat ad formam
dictæ inſtructionis S.C.recurrendum, quia loquitur, &
diſponit, quando teſtes examinantur ſuper morte, aut
vita viri, vel mulieris, quæ ſunt diuerſa, & ab vno ad
alterum non fit illatio, vulg.l.Papinianus, ff. de minor. 37
& lex pœnalis non extenditur de caſu ad caſum, leg.
teſtamento, la prima, de cond. & demonſtr. Bald. in l.
cum proponas, col.fin.C. de hær. inſtit.Boſſ. tit.de pœn.n.
14. Pariſ.conſ.161.n.15. lib.4. Alex.conſ.65.n.11.lib.4.
Afflict. deciſ.vlt.n.6.

Hic autem magis ſpecificatur perſona dicti viri,quia
non vnica demonſtratio perſonæ illius, ſed duæ verifi-
cantur, ſcilicet nominis proprij, & pronominis, quæ
ſufficiunt ad oſtendendam hominis identitatem; in hac 38
enim perſonæ probatione ſatis eſt nomini proprio ad-
dere aliam qualitatem, per quam vnus diſtinguatur ab
alio, quia pluralitas non præſumitur; ſic docet notabi-
liter Bart. in.l.ſi quis ſeruum,§.ſi inter duos,n.2.ff.de leg.
2. vbi dixit quod ſi teſtator legauit Clarutiæ habitanti
in tali Parochia,& compareat vna mulier nomine Cla-
rutia,quæ in ea Parochia habitet, illi debetur legatum: 39
nec valet dicere, quod poterat adeſſe alia Clarutia in
dicta Parochia, quia ipſa habet ſuam intentionem fun-
datam, & ſtat pro ea præſumptio,quod alia non exiſtat,
& Bartolum ſequuti ſunt Iaſ. in l.2.num.9.C.de bon.poſ-
ſeſſ.ſecundum tab. vbi dicit, quod non præſumitur plu- 40
ralitas perſonarum,& nominum. Dec. in d.l.hac conſul-
tiſſima, num.18. C.qui teſt.facer.poſſ. Crauet. conſ.267.
num.2. & conſ. 269.num.3. Ceph.conſ.90. num. 18.lib.
1. Gratian. diſc.554. num. 56.57. vbi multos allegat,
pulchrè Menoch. lib.6.præſ.15.num.44.vbi expreſsè fa-
cit mentionem de prædicta Bartoli doctrina,& conclu-
dit ſufficere ad perſonam demonſtrandam exprimere
nomen proprium cum aliquo ſigno ipſius perſonæ de-
monſtratiuo, & concordat Pacian. de probat.lib.1.c.48. 41
n.82.83.85.86. vbi adducit multos alios, & reſpondet
etiam motiuo de nominis mutatione, dicens, quod ea
non præſumitur, maximè quando ſaperet delictum, &
quod illa rarò contingit, & multò minùs præſumitur
pluralitas nominis,quando verſamur in nomine raro,cu-
ius expreſſio fundat intentionē illius, cui illa congruit,
vt hîc,vir iſte, qui vocabatur non ſolùm Petrucius, ſed 42
per ſupranomen dicebatur Buttier: ideò præſumitur eſſe
ille,qui in fide prædicta nominatur,& de quo quæritur, 43
quia rarò contingit,vt plures ſint ſimul, ſeu eodem tem-
pore eiuſdē nominis ita ſingularis, & rari,quale eſt ſu-
pradictum,ita benè dixit Ceph.conſ.90.num.19. Pacian.
de prob.lib.2.c.15.n.54.qui alios adducit, ergo ſatis pro-
bata dicitur identitas perſonæ viri dictæ mulieris iuxta
tenorē fidei,cuius vigore ille credebatur mortuus tēpore
ſecundi matrimonij,licèt poſtea cōpertum ſit illum ad-
huc viuere, ex traditis per Gratian.d.diſc.554.n.56.58.

Non ſolùm igitur dicta mulier habuit iuſtam cauſam
credendi virum ſuum fuiſſe defunctum,ſed etiam Iudex
con



concedendi illi licentiam ſecundò nubendi,etenim cer-
tum eſt, quod mors eſt difficilis probationis, vt docet
44 Sim.de Præt. de interpret.vltim. vol.lib.5. dub. 4. num.
149. & maximè quando mors contingit in mari, vel in
remotis partibus. Rot.diuerſ. deciſ.53.num. 3.p.2. Rot.
Genuenſ.deciſ.36.num.5.verſ.licèt mors.Petr.de Barboſ.
de Sonzen. inter conſ. matr. diuerſ. conſ.25. ſub num.4.
45 verſ. vbi autem, lib.1. In his autem, quæ ſunt diffici-
lis probationis, lex contentatur etiam leuioribus pro-
bationibus, & quæ in eo caſu haberi poſſunt, vt per
Rot. Genuenſ. d.deciſ. 36.num.4.Sonzen.d. conſ. 25.ſub
num.4.ad fin. & maximè vbi tractatur de his, quæ fiunt
in mari, & nauibus. Rot. diuerſ. d.dec. 53. numero 3.
46 4.5.part. 2. Rot. Genuenſ. d. deciſ.36.numero 5.vbi pul-
chrè loquitur.

Accedat, quod dicti viri mortis probatio vltra fidem
prædictam adiuuabatur etiam aliis adminiculis, ſcilicet
calamitatis vitæ illius in remigando, diuturnæ abſentiæ
per multos annos abſque nuntio eius vitæ, & fama de
47 eius morte diuulgata; licèt enim ſola diuturna abſen-
tia non ſufficiat, tamen pro adminiculo conſideratur,
gl. in d. c. quoniam, §. ſi autem, verb. præſumatur, vt
lit. non conteſt. ſicut neque fama ſola ſufficit, vt per
48 Sanch. de matrim. lib.2.diſp.46.num.13.tamen cum ad-
miniculis, & in his, quæ ſunt difficilis probationis
ſufficit. Sanchez d.diſp.46. num.15. vbi multos allegat.
Rot.diuerſ.d. deciſ.53.n.2.part.2.Rot. Genuenſ.d.deciſ.
36.ſub n.5.latè Barboſ.in d.c.in præſentia,n.4. de ſponſal.

Vnde communis omnium videtur illa diſtinctio,quod
ſi tractatur de morte alicuius in loco vicino defuncti,
49 tunc melior, & plenior probatio requiratur, quæ per
duos teſtes ſaltem plenè concludat, vt per Sanchez d.
diſput.46.num.11. & num.12. verſ. extra: ſi verò quæ-
ratur de morte alicuius in loco remoto, & valdè lon-
ginquo, vt hic, tunc ſufficit fama publica de morte il-
lius adminiculata vno teſte de viuo, vel aliis adminicu-
lis, & coniecturis, quia tunc certa probatio moraliter
dici poteſt, quæ in hac materia requiritur: ſic gl. d.c.
quoniam, verb.præſumatur, vt lit. non conteſt. gl. in l.ſi
quidem, vbi Bart.num.2. verſ.tamen iſta, C.ſolut. matr.
Butr.in d.c. in præſentia, num.7.vbi Alex. de Næu.num.
15.19. Abb. num.6. de ſponſal. Tabien. verb. impedi-
mentum 10.q. 2.num.2. Silueſt. verb. matrimonium 8.q.
13. p.4. Sonzen.d.conſ.25.num.2.4.Dec.conſ.652.vol.4.
Menoch.de adipiſc.rem. 4.num.672. Maſcard.de probat.
in addit. ad concl. 1070.num.5. Nauar.in Manual.c.22.
num.53. Sanchez de matr. lib.2.diſp.46. numero 15.vbi
multos allegat, & recenſet adminicula ad rem no-
ſtram pertinentia. Tuſch.lit.M. concl.400. num.2. &
50 num.26. Genuenſ.d.deciſ.36. num.5. Herculan.in tract.
de negatiu. num.290. poſt princ Boër. deciſ.288. num.2.
verſ.& idem.Barboſ.in d.c. præſentia, num.4. Peregr. de
fideicom.art.43.num.41.verſ. per famam. Caren.de cauſ.
S.Off.p.2. tit.5.§.4. num.25. vbi ad rem noſtram benè
conſiderat diſtantiam locorum, & difficultatem proba-
tionis, & tunc admittit probationem per famam, &
vnū teſtem,& alias coniecturas.Cùm igitur in hoc caſu
probata ſit fama de eius morte, ergo iunctis adminicu-
lis prædictis & fide prædicta mors dicti viri ſatis certò
probata cenſenda eſt. Boër. d. deciſ. 288. Maſcard. d.
concluſ.1070. num.7. Tuſch. d.concluſ.400.num.2. cum
aliis ſuprà adductis.

Non obſtant iura in d.c.in præſentia,de ſponſal.& cap.
Dominus, de ſecund. nupt. quæ de morte viri certum
nuntium deſiderant, antequam mulier ad ſecunda vota
tranſeat, quia in hac materia difficilis probationis, vbi
agitur de morte viri in longinquis partibus, dicitur ſa-
51 tis conſtare de morte viri per certum nuntium. ſi adſint
veriſimiles coniecturæ, & præſumptiones violentæ,
fama, aut litteræ Ducis militum, quia talis certitudo
52 non requiritur, quod ſit phyſica,ſed ſufficit moralis, vt
probant gl. in d.c.in præſentia, in verb. viris: ſic dixit
Sanchez d. diſp.46. num. 15. vbi certitudinem tantùm
moralem requirit: ita etiam Peregr.d. art. 43. verſ.nec
obſtant.Sonzen.d.conſ25.ſub num.4. id enim æquipollet 53
probationi plenæ,& concludenti, vt per.Pacian.de pro-
bat.lib.2.c.47.n.8. & propterea ſatis eſſe debet,quia re-
quiritur certum nuntium, vel probatio æquipollens, vt
per Sanchez de matrim.d.diſp.46.n.9.verſ.quare,in fin.

Nam licèt in hac materia valdè controuertant Do-
ctores, an ad contrahendas ſecundas nuptias requira-
tur certa, & omninò plena, ac concludens probatio
mortis primi viri,vel an ſufficiat veriſimilis,probabilis,
coniecturalis, aut præſumpta probatio, & vtramque
opinionem probabilem, primam autem probabiliorem
dixerit Sanchez de matrim.lib.2.diſp.46.num.56.tamen
vera,communis,& recepta videtur concluſio,& ſenten-
tia DD. vt ſi difficilis ſit probatio ob diſtantiam loco- 54
rum, vel alia ratione, tunc ſufficiens ſit mortis proba-
tio veriſimilis, moralis, probabilis,ſumpta per conie-
cturas, & præſumptiones, non quidem leues,ſed pro-
babiles, aut violentas, vt per textum in d.c.quoniam,§.
ſin autem, ibi: donec de eius obitu veriſimiliter præſuma-
tur, vbi gloſ. in verb. præſumatur, & Butr. num.9. ac
Card.teſtantur de veriori, vt lite non conteſt.gl.in d.c.in
præſentia, in verb. viris, vbi Hentic. Boich. num.7. in
fin. Anch. num.7.de ſponſal.& poſt Dec. conſ.652.num.
4.inquit Magon. deciſ. Lucenſ.44. numero.15.vbi pro-
pter veriſimiles coniecturas de morte viri docuit Iudi-
cem Eccleſiaſticum arbitrari poſſe, vt mulier ad ſecun-
das nuptias conuolare valeat: idem tenet Sanch. d.diſ- 55
put.46. num. 12. vbi agitur de morte in loco diſtanti
ſequuta, & admittit teſtem qui veriſimilia deponit, &
num.15. vbi admittit ſufficere certitudinem moralem,
quæ ex coniecturis deſumitur: ſic etiam tenet Bonacin.
de matrimon.q.3.p.10. num.12. vbi docet, quod ſufficiat
certitudo moralis: ſic quoque Sonzen.d.conſ.25.n.2.&
ſub n.4.lib.1. vbi teſtatur de veriori opinione, & multis
rationibus comprobat ad rem Menoch. lib.6.præſ.49.
n.28. & de arb. iud. caſ.420.num.18.pulchrè etiam Pe-
regr. de fideicomm.d. art.43. num.41. & poſt Layman in 56
Theolog. mor.p.3.c.3.num.2.tract.10.lib.5.docet perbel-
lè Dian.mor.p.2.de Sacram.tract.4.reſol.214. vbi reſol-
uit ſecundum probabilem opinionem eſſe conſulendū,
quod ſatis ſit moralis, ſeu veriſimilis certitudo mortis
primi viri ad contrahendum ſecundum matrimonium, 57
adeò, vt non debeat fieri ſeparatio, donec cognitum
fuerit verè priorem virum adhuc ſuperſtitem eſſe,& di-
cit ſe ita conſuluiſſe: pulchrè etiam Vincent.Candidus
moral. diſp. lib.2. diſp.28.art.10. dub.8. verſ.dico deci-
moquintò, vbi hoc idem benè concludit, vt ſi vir mor-
tuus ſit in loco diſtanti, ſufficiant coniecturæ ad pro-
bandam eius mortem, ſi non poſſint haberi aliæ proba-
tiones, ex quibus apparet hanc eſſe veram, probabilem,
& communem DD. ſententiam, nec pugnare cum tex-
tu in d.cap. in præſentia, quia vbi verſamur in his, quæ
ſunt difficilis probationis, vt hic, quando mors viri,
vel mulieris in loco valdè diſtanti ſequuta eſt, æquipa-
rantur certum habere nuncium de morte illius, & eam
probare per coniecturas, & veriſimiles præſumptiones,
hæc enim probatio præſumptiua ſufficit, quando inte-
gra, & plena haberi non poteſt, ad textum in l.non om- 58
nes,§.à Barbaris, ff.de re milit.Cyn. Bart.Ang. & Salic.
in d.l.ſi quidem,ff.ſol.matrim.Sonzen d.conſ.25.ſub num.
4.verſ.vbi autē,Sanchez d.diſp.46.n.12.Dian.d.reſ.214.
ad fin.Candid.d.ar.10.dub.8.in fin.& ſentire videtur Ca-
ren.de cauſ.S.Off.p.2.tit.5.§.4.ſub n.25. vbi ſolùm requi-
rit plenas,& exactas probationes mortis viri, vbi ceſſat
difficultas probationis.

Alij tamen diſtinguunt alio modo dicentes, quod ad
effectum concedendi licentiam mulieri ſecundò nuben-
di,mors primi viri debeat concludenter,& non præſum-
ptiuè probari,quo verò ad excuſandam mulierem à pœ- 59
na,& à peccato,ſufficiat veriſimilis,& præſumptiua pro-
batio.

batio, vt per Ant.*in d.c.præſentia*, vbi Anch.*num.* 5.6. Alex. de Næu.*num.* 15.*in fin. de ſponſal.* latè Farinac. *in prax.quæſt.* 140. *num.* 59. & *num.* 65. vbi alios etiam adducit.

Verùm hæc diſtinctio non eſt vera, neque acceptata, ſiquidem eadem certitudo mortis viri requiritur in mu-
60 liere ſecundò nubente, quæ neceſſaria eſt in Iudice nubendi licentiam concedente, vterque enim eodem motiuo mouetur, & ſatis tam mulier, quàm Iudex in hoc negotio parificantur *in d.cap.in præſentia*, vbi Abb. *de ſponſal.* Sot.*in 4.ſent.diſt.37.q.vnic. concl.4.* per dictum textum, & pulchrè aduertit Guttierrez *pract.qq. lib.2. q.8.num.4.verſ.nec huic*, vbi cōfutat talem diſtinctionem
61 & concludit eandem certitudinem requiri in muliere ſecundò nubente, quæ requiritur in Eccleſia licentiam concedente: ſic etiam docet Scanchez *d.diſp.46.n.12.in fin.* vbi ait in hoc non eſſe audiendum Butrium aliter ſentientem; ſic etiam Caren.*de cauſ.S.Off.p.2. tit.5.§.4. num.29.* & ſentit idem Sonzen.*in d.conſ.25.ſub num.7. ad fin.* vbi docuit Iudicem Eccleſiaſticum potuiſſe dare licentiam mulieri contrahendi ſecundum matrimonium etiamſi non conſtaret de morte viri, niſi per famam, & eius diuturnam abſentiam, licet dicat meliùs fore euidentiores habere probationes, & concordat Magon. *d. deciſ. Lucenſ.* 44. *num.* 15. vbi ſenſit propter veriſimiles coniecturas de morte viri Iudicem Eccleſiaſticum potuiſſe arbitrari, vt mulier ad ſecundum matrimonium poſſet conuolare, & hoc eſt de mente Literarum dictæ Sanctæ Congregationis S.Off. datarum anno 1630. impreſſarum in dicto Synodo Cremon. vbi *in verſ. ſi reſponderit affirmatiuè*, quò loci diſponitur, quod non procedatur ad licentiam, niſi producantur authenticæ, & legales atteſtationes, vel teſtes fide digni, & veriſimiliter de obitu coniugis defuncti; vbi ſi conſideretur illa dictio, *Veriſimiliter*, ſatis conſpicuum erit S.Congre-
62 gationem non reſpuiſſe probationes veriſimiles, & per coniecturas, ac præſumptiones, quæ in materia difficilis probationis habentur pro plena probatione, iuxta textum *in d.l.non omnes,§.à Barbaris,ff.de re milit.* Sanchez *d.diſp.46.num.12.* Candid.*d. dub.8.in fin*, Dian.*d. reſol.214.ad fin.*

Verùm attenta etiam opinione, quod certitudo mortis primi viri requiratur ad ſecundas contrahendum nuptias, tamen non eſt præſcriptum à iure qualis aut quanta debeat eſſe talis certitudo, & ideò omnes interpretes tradiderunt id relinqui Iudicis arbitrio, qui ex cauſis ſibi benè viſis, & probabilibus poterit induci ad iuſtam credulitatem de morte viri, & ſic tota iſta materia eſt Iudicis arbitrio, benè tamen regulato, remiſſa, vt per Abb. *in d.c. in præſentia, numero.6.* vbi etiam Butr. *num.7.* Alex.de Næuo, *num.4.* Barboſ.*num.5.de ſponſal.* Couar.*eod.tract. ſponſal.p.2.c.2.§.3.num.4.* vbi dicit arbitrio iudicis relinqui, qualiter mors viri probetur, &
63 eum ſequitur Menoch. *lib.6.præſ.49.num.28.* vbi dicit eſſe in arbitrio Iudicis admittere coniecturas. Gutierrez *pract.qq.lib.2.c.8.num.4.verſ.ſed quod mors viri*, vbi remiſſiuè docet, quomodo tale arbitrium inſtrui debeat: ſic etiam latè Sanchez *de matrim. lib.2. diſp.46.num.7.* vbi multos allegat. Bonac.*de matrim.d.p.10.num.15.* ad rem pulchrè Peregr.*de fideicom. art.43.n.41.ad fin.* vbi
64 pariter concludit id relinquendum Iudicis arbitrio, an ipſe Iudex trahatur ad iuſtam credulitatem de morte viri. Magon. *d. deciſ. Lucenſ.44.num.15.* vbi hoc totum dicit reſidere in arbitrio Iudicis. Menoch. *de arb. iud. caſ.420. num.* 128. vbi hoc idem probat Rot. Genuenſ.*dict.deciſ.36.ſub n.5.* pulchrè Barboſ. *de off. & poteſt. Parochi, cap.21.ſub num.9.* de quo non eſt mirandum, quia quoad factum, an ſit benè probatum, vniuerſæ probationes poſitæ ſunt in Iudicis arbitrio, vt per Rot.Genuenſ.*d.deciſ.36.numero.3.* & *deciſ.191.num.8.*
65 Menoch.*lib.1.præſ.11.num.67.*

Vnde non eſt redarguendus Iudex iſte, qui ſatis perſuaſus tot circunſtantiis, & coniecturis, iuncta fide munita ſigillo Reipublicæ Venetæ conceſſit dictæ mulieri licentiam ſecundò nubendi, & propterea non eſt dicen- 66
dum, quod temerè vſus ſit arbitrio, ſed regulatè iuxta ſenſum prudentis viri, & ideò cùm ſic vſus ſit arbitrio in re arbitraria, non eſt reprehendendus. Menoch. *de arb. iud.caſ.176.n.3.* quod maximè procedit in his, quæ ſunt difficilis probationis, in quibus leuiores etiam probationes admittuntur. Sonzen.*d. conſ.25.ſub num.4.verſ. vbi autem.* Rot.*diuerſ.d.deciſ.53.num.1.5.p.2.* Pacian.*de probat.lib.2.cap.47.num.28.* & dato etiam, quod Iudex iſte vſus eſſet arbitrio ſequendo opinionem minùs probabilem, & tutam, relicta probabiliori, & communi, adhuc non eſt redarguendus, neque tenetur in ſyndicatu, aut in foro conſcientiæ. Martin. Delrius *in diſq.magic.* 67
*lib.5.q.1.§.quotieſcunque*, Bonacin.*de legib. diſp.1.q.4. p.9.n.13.* & in terminis Sancius *in diſp.pract. diſp.44. n.72.in fin.* pulchrè Dian. *mor.p.1. tract.13. reſol.3.* vbi multos allegat, & rationibus comprobat dicens adeſſe rationem apertiſſimam, quia ſecundum omnes ille prudenter agit, qui iuxta opinionem probabilem operatur, ſed ſyndicare Iudicem eò, quod iuxta probabilem opinionem ſententiam tulerit, eſſet eum punire abſque culpa, quod iniquum eſt, & rationi naturali contradicit, & 68
latiſſimè hoc defendit Zachar. Paſqualig. *deciſ.mor.5. n.3.* vbi infinitos congerit, & multas rationes adducit, & reſpondet ad omnia.

Neque dicatur ſequendam eſſe opinionem magis tutam, quando ſumus in dubio, maximè in matrimonio, quia in eo contrahendo ſecundo loco imminet periculum nullitatis, & adulterij, in abſtinendo verò nullum, ergo mulier ne ſe exponat periculo peccati, debet in dubio ſe abſtinere à ſecundis nuptiis, donec certa reddatur de morte viri, vt inquit Sanchez *d.diſp.46.n.6.verſ.ſe-* 69
*cundò.* Caren.*d.§.4.n.29.* Nam reſpondetur licere ſequi opinionem minùs probabilem, etiamſi ſit minùs tuta, quia non poteſt dici eſſe in dubio, qui ſequitur opinionem probabilem, quoniam cùm vtraque opinio ſit rationabilis, & rectæ rationi conformis, poteſt prudenter 70
aut vnum, aut alterum eligi. Nauar. *in manual.c.27.n.286.288.* Azor.*mor.lib.2.c.16.q.2.verſ.his igitur*, Gutierrez *can.qq.lib.1.c.13.n.23.* Laym.*mor. lib.1. tract.1.c.5. §.2.n.7.* Sanchez *lib.1.ſum.c.9.n.14.* Pontius *de matr.lib. 10.c.15.num.4.* Dian.*d.tract.13.reſol.13.* latiſſimè Paſqualig. *deciſ.mor.32. num.6.7.89.* vbi plurimos congerit, & reſpondet contrariis, vnde cùm dicta mulier, & Iudex proceſſerint ſecundùm opiniones ſaltem probabiles, nulla pœna ſunt digni. Candid.*d diſq.1.art.138. dubit.8.* Dian.*d.reſ.214.* ſed prædictis attentis dicendum 71
eſt pro eis ſtare opinionem communem, & magis probabilem, & ſucceſſiuè concludendum eſt dictā mulierem fuiſſe in bona fide, & liberè dimittendam tam ab Ordinario, quàm ab Inquiſitore, imò Gutierrez *d.lib.2. pract. qq. cap. 8. numero 3. verſ. Tertiò.* Simanch. *de Cathol. inſtit.tit.40. de matrim. numero.3.* dicunt tales excuſari à ſuſpicione hæreſis, & per conſequens Inquiſitores debent remittere huiuſmodi reos ad Ordinarios ſuos.

Sed in hoc aliud practicatur in Tribunalibus S. Off. tales enim iudicio & foro Inquiſitorū legitimè ſubdūtur, quia ſe exponunt periculo morali abvtendi Sacramento Matrimonij, & poſſunt interrogari, quid ſentiant 72
de matrimonio, & hanc eſſe veritatem tradit Farin. de *hæreſ.q.178.num.71.verſ.neque exempla*: Maſin.*in prax. S.Off p.9.aſſenſ.43.primæ impreſſionis*, pulchrè & doctiſſimè Caren.*de cauſ. S.Off.p.2. tit.5.§.4.n.27.28. 29.* vbi perbellè reddit rationes, quæ vtiq; veræ ſunt, & procedunt in caſu ſuo, quando mulier non ſeruata forma dicti *c.in præſentia, de ſponſal.* cōuolauit ad ſecunda vota, & ob ſolam longā abſentiam primi mariti exiſtimauit illū eſſe defunctum, non habita alia probabili probatione. Verùm quandoad eſt veriſimiliter probatio primi mariti mor-



73 tis, & præſumptio probabilis, quæ induxit etiam Iudicem ad dandum illi licentiam ſecundò nubendi, non eſt moleſtanda neque ab Ordinario, neque ab Inquiſitore, imò non eſt ſeparanda à ſecundo viro, niſi verè probetur primum virum ſuperſtitem eſſe. Couar. *de ſponſ.p.2.cap.7.§.3.n.4.ad fin.* Dian.*d.reſol.214.* Peregr. *de fideicom.d.art.43.n.41.* Menoch. *d.caſ.420.num.118.* Clar.*in §.fornicatio,verſ.ſed pone.* Theſ.*qq.for.lib.1.q.14. n.8.* Barboſ. *in d.cap.in præſentia, n.6.* qui omnes excu-
74 ſant mulierem ab omni pœna, quando habuit probabilem cauſam credendi virum eſſe defunctum ob veriſimiles coniecturas, & præſumptiones; ſicut etiam Iudex non debet redargui, qui ex iiſdem cauſis motus eſt ad dandum illi licentiam ſecundò nubendi, etiamſi poſtea detegantur teſtes, qui depoſuerunt ſuper morte,
75 falſum dixiſſe; hoc enim nihil nocet neſcientibus falſitatem, vt ſentire videntur Dian. *d reſol.214.* & Chartar.*d.deciſ.90.* vbi Vicarius Mediolani nullam habuit moleſtiam, licet vigore teſtium falſorum conceſſerit licentiam viro accipiendi ſecundam vxorem, cùm tamen verè non eſſet prima adhuc defuncta: & hæc poſt factum ſunt multò magis conſulenda, & ſequenda ad defenſionem mulieris, & Iudicis, nam ante factum conſulerem, vt euidentiores procurarentur probationes quantum fieri poſſet iuxta conſilium Sonzen. *d.conſil. 25. in fin.* Verùm ſi meliores haberi non poſſent, prædictas ſufficere exiſtimo: & propterea dicta mulier negotio diligenter perſcrutato fuit dimiſſa ſine aliqua pœna, ſicut etiam Iudex benignè auditus à S.Congregatione fuit licentiatus abſque vlla pœnitentia cum ſola monitione, vt in ſimilibus eſſet cautus, & benè conſideraret omnia, quia verè in huiuſmodi negotiis nulla diligentia poteſt dici nimia, ſed vbi non eſt dolus, vel fraus, & factum eſt, quantum fieri poteſt in re difficilis probationis, ibi non eſt crimen, nec vlla pœna eſt inſligenda; & ſi deſideras aliquid videre circa litteras prædictas S. C. & quando locum non habent, vide Boſſ. *d.tract.de matrim.contract.c.4.n.190.191.192.*

---

# CAPVT CXXXI.

## Epitome.

Matrimonium ſecundum validum eſt non obſtantibus ſponſalibus per verba de futuro, & quomodo cognoſcatur, an ſit matrimonium, vel ſponſalia.

## SVMMARIVM.

1 *Polygamia quid ſit.*
2 *Mulier reſtituenda eſt primo viro.*
3 *Polygamiæ crimen adeſt, vbi ſunt ſimul duo matrimonia.*
4 *Matrimonium eſt, vbi dicitur,* Accipio te in virum meum.
5 *Matrimonium ſecundum eſt punibile, etiamſi primum fuerit inualidum.*
6 *Matrimonium contrahentes ſine publicationibus, & ſine ritu Eccleſiæ an puniendi.*
7 *Matrimonium contractum poſt ſponſalia cum alio eſt punibile.*
8 *Verba,* Accipio te in vxorem, *quando importent ſponſalia.*
9 *Verba ſubſequentia ex præcedentibus intelliguntur.*
10 *Sponſi ſi in ſponſalibus dicant,* Accipio te in meam, *an ſit matrimonium.*
11 *Matrimonium non præſumitur quis contrahere ſine ſolemnitatibus.*
12 *Factum attenditur magis, quàm dictum.*
13 *Verborum communi intelligentiæ ſtandum eſt in foro externo.*
14 *Sponſæ dicenti ſe non conſenſiſſe non creditur.*
15 *Aſſertioni mariti dicentis adeſſe impedimentum non creditur.*
16 *Matrimonium eſt nullum deficiente conſenſu.*
17 *Coniugum diſſenſus quomodo probetur.*
18 *Mulieris, & viri dicentis adeſſe impedimenta an ſit fides probabilis.*
19 *Viro dicenti non conſenſiſſe in matrimonium quando non credatur.*
20 *Coniugibus dicentibus non habuiſſe animum contrahendi matrimonium creditur arbitrio iudicis.*
21 *Conſenſum negans in matrimonio, quam fidem habeat.*
22 *Coniecturis probatur diſſenſus in matrimonio.*
23 *Sponſalibus contractis non præſumitur ſtatim matrimonium contractum.*
24 *Voluntatis mutatio non præſumitur facta in continenti maximè in deterius.*
25 *Mutare voluntatem non præſumitur quiſquam in continenti.*
26 *Error potiùs præſumitur, quàm voluntatis mutatio.*
27 *Veriſimile quod non eſt, habet imaginem falſi.*
28 *Sponſi an per oſculum, & iungendo dexteram matrimonium contraxerint.*
29 *Matrimonio quomodo Parochus, & teſtes debeant eſſe præſentes.*
30 *Parochi qualis præſentia requiratur in matrimonio.*
31 *Subſequentia declarant præcedentem voluntatem.*
32 *Matrimonium, vel potiùs ſponſalia velle contrahere quomodo præſumatur.*
33 *Matrimonij contrahendi licentiam petens; cenſetur prius illud non contraxiſſe.*
34 *Licentia vbi requiritur, debet actum præcedere.*
35 *Confeſſio probat contra confitentem.*
36 *Confeſſus habetur pro iudicato.*
37 *Mulieri neganti contraxiſſe per verba de præſenti quando credatur.*
38 *Teſtes diſcordes in formalitate verborum non probant.*
39 *Enuntiatiua verba non diſponunt.*
40 *Verba ſecundum ſubiectam materiam diuerſam ſignificationem important.*
41 *Verborum propriæ ſignificationi ſtandum eſt in foro exteriori, & quomodo.*
42 *Verba de præſenti quomodo interpretantur in futurum.*
43 *Matrimonium non præſumitur, niſi probetur.*
44 *Fides non facit fidem.*
45 *Teſtis attenditur ſecundum dictum iudiciale.*
46 *Teſtis dictum extraiudiciale quando attendendum.*
47 *Iuramentum primum teſtis, an ſecundum attendi debeat.*
48 *Teſtis dictum iuratum primum, & ſecundum diuerſa conquaſſantur.*
49 *Parochi neceſſaria eſt præſentia in matrimonio.*
50 *Parochus ruralis an dicatur proprius.*
51 *Domicilium quando ruri non acquiratur.*
52 *Parochus quis dicatur proprius habentis duo domicilia.*
53 *Ruſticus an poſſit contrahere matrimonium coram Parocho rurali.*
54 *Natus ex accidenti in aliquo loco, vbi acquirat domicilium.*
55 *Parochus proprius an dicatur originis, vel domicilij.*
56 *Cauſa limitata limitatum producit effectum.*
57 *Domicilium præſumitur ex habitatione per decem annos.*
58 *Parochus habitationis requiritur in matrimonio.*
59 *Matrimonium coram Parocho, & teſtibus eſt validum etiam ſine publicationibus.*
60 *Matrimonium eſt validum, etſi teſtes, & Parochus diſſentiant.*
61 *Matrimonij eſſentiam non reſpiciunt publicationes.*

62 *Parochi*

*62 Parochi præſentia etiam caſualis ſufficit ad matrimonium.*
*63 Parochi contradictio non inualidat matrimonium.*
*64 Parochus tam ſponſi, quàm ſponſæ ſufficit ad matrimonium.*
*65 Domicilium non præſumitur mutaſſe puella manens apud tutorem.*
*66 Domicilium fuiſſe retentum oſtendit domus retentio.*
*67 Domicilium proprium eſt, vbi quis moratur pro maiori parte anni.*
*68 Parochi reclamatio magis oſtendit contractum fuiſſe matrimonium.*
*69 Duo matrimonia ſimul contrahere punibile eſt.*
*70 Non entis nullæ qualitates.*
*71 Matrimonium ſecundum fuiſſe contractum durante primo, ad quem ſpectet cognitio.*
*72 Sponſalia non ſoluunt ſubſequens matrimonium, ſed ſoluuntur.*
*73 Sponſalia diſſoluuntur ob odium capitale.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1641. contracta fuerunt ſponſalia inter
D. Claram de Gabbis, & D. Stephanum de Magiſtris,
& ſtatim more ſolito ſponſus inter conſanguineos volens
ſponſæ manum cum oſculo obtingere dixit ei coram aſſerto
Parocho, & teſtibus, *Accipio te in vxorem meam*, & ipſa
ſupponitur reſpondiſſe, *Et ego accipio te in virum meum*.
Sed orta magna controuerſia ſuper validitate, & obſeruantia
dictorum ſponſalium puella dixit ſe nolle dictum Stephanum
pro viro ſuo, & prædicta feciſſe, vt morem gereret auo
materno, & mox de anno 1642. conſtituta ad crates
Monaſterij, dum à Parocho requirebatur de conſenſu pro
faciendis publicationibus cum alio viro, ipſa coram eo, &
teſtibus rogatis contraxit matrimonium per verba de
præſenti cum D. Sebaſtiano Carletto per immiſſionem
annulli, & traductionem etiam ad domum. Vnde cœptum
eſt dubitari, an dicta D. Clara inciderit in crimen
polygamiæ, vel aliis pœnis ſit punienda?

Et ſanè videtur dicendum, quod polygama fuerit,
1 quia ſecundum matrimonium contraxit viuente pri-
mo marito, cui idcirco reſtituenda venit, *cap. ſi inter
virum, de ſponſal.* vbi enim duo matrimonia ſimul eſſe
2 probantur, polygamiæ crimen adeſſe certum eſt, vt
docet Caren. *in tract. de S. Off. part. 2. tit. 5. §. 9. num. 52.*
3 Hic autem adeſſe duo matrimonia videtur indubitabi-
le, quia de ſecundo cum D. Carletto adeſt plena pro-
batio, de primo autem cum D. Stephano videtur ad-
eſſe eadem certitudo, quia verba illa reciproca, *Acci-*
4 *pio te in meam vxorem, Accipio te in meum virum*,
important conſenſum per verba de præſenti, & ve-
rum matrimonium, vt habetur *in dict. cap. ſi inter
virum, de ſponſal.* & docet Menoch. *de præſ. lib. 3. præſ...
num. 1.*

Et hoc procedit etiamſi diceretur nullum fuiſſe pri-
mum matrimonium, aut inualidum, quia adhuc pu-
nienda eſt dicta D. Clara, quia contraxit ſecundum
5 matrimonium non expectato iudicio Eccleſiæ ſuper
diſſolutione prioris matrimonij, vt habetur *in cap. cum
in Apoſtolica*, vbi DD. *de ſponſal.* Caren. *d. tract. de S. Off.
d. tit. 5. §. 5. ſub n. 31.* vbi doctiſſimè diſcutit hunc arti-
culum, & diſtinguendo multos caſus multùm eruditè
omnia decidit.

Denique non videtur, quod dicta D. Clara poſſit
impunè habere, quia matrimonium contraxit cum
6 dicto D. Carletto non ſeruato ritu Eccleſiæ, contradi-
cente Parocho, & antequam fierent publicationes,
quia ſic condignâ pœnâ eſt afficienda, *cap. fin. §. vlt. de
cland. deſponſ.* & maximè quia deuenit ad matrimo-
7 nium cum dicto D. Carletto, antequam ſponſalia cum
dicto Stephano inita iudicio Eccleſiæ diſſoluerentur,
ex hoc enim ſolùm punienda venit, *d. cap. ſi inter virum*,
vbi DD. *de ſponſal.* vbi in fine hoc clarè dicit.

Sed his non obſtantibus cenſui dictam Claram eſſe
immunem à crimine polygamiæ, quia verè non con-
traxit matrimonium cum dicto Stephano, ſed tantum
ſponſalia per verba de futuro: & dato etiam, quod
in illo actu dixerint, *Accipio te in vxorem, Accipio te
in virum*; tamen hæc verba prolata ſtatim poſt ſpon-
ſalia, quando ſibi inuicem manus iunxerunt, vt mo-
ris eſt fieri ante celebrationem matrimonij, non im-
portant conſenſum de præſenti, ſed intelligenda ſunt
de futuro, vt ſubiectæ materiæ adaptentur, propter
enim verba præcedentia ſponſalium, quæ ſunt futuri
temporis, declarantur, & reſtringuntur ſequentia in 8
tempus cùm matrimonium fuerit contractum, & ſic
ratione ſubiectæ materiæ ſponſalia de futuro iudican-
da ſunt, & ſponſalium confirmatio, vt *arg. text. in l. fin.
§. cui dulcia, ff. de vin. tritic. oleoque leg.* & *in cap. ſedes, de
reſcript.* & *in Clem. non poteſt, de proc.* vbi probatur, quod
verba ſubiecta ex præcedentibus intelliguntur, & ita
in ſpecie tenent Hoſt. & Abb. *in cap. ex parte, n. 7.* & ibi 9
Præpoſ. *n. 6. de ſponſal.* Rom. *ſing. 338.* Alex. *conſ. 152.
n. 4. lib. 5.* Io. Guttierez, *can. qq. lib. 1. q. 21. n. 36.* meliùs,
& pulchrè Laym. *mor. p. 2. lib. 5. tract. 10. de matrim. ſe-
cundùm ſe, cap. 4. n. 15.* vbi perbellè docet, quod ſi ſponſi
in ſolemnitate ſponſalium vtantur verbis de præſenti,
*Accipio te in meam*, non erit matrimonium ratum, quia 10
præſumi non debet ſponſos voluiſſe nondum præmiſ-
ſis denuntiationibus matrimonium cum graui peccato
contrahere; & licèt vſi ſint verbis præſentis tempo-
ris, videntur tamen voluiſſe ſponſalia contrahere ſicut
alij ſolent, licet aliis verbis externis vſi fuerint, quod
ſatis eſſe videtur pro deciſione præſentis caſus, quia 11
potius attenditur quod fuit factum, quàm quod
dictum, *gloſ. in cap. tua, verb. mulierem, de ſponſal.* & ad 12
item facit Boſſius *in tract. de contract. matrim. cap. 3. ſub
n. 188.* & *n. 195.* vbi vult ſemper eſſe attendendam
intentionem contrahentium, & materiam, de qua
tractatur.

Verumtamen in contrarium multa adduci poſſunt,
quia in foro externo ſtandum eſt communi verborum
intelligentiæ, *cap. ex lit. de ſponſal.* & non creditur ſpon- 13
ſæ dicenti non conſenſiſſe in præiudicium alterius, *gl.* 14
*in cap. tua, in verb. qualiter, eod.* ſicut non creditur viro
aſſerenti adeſſe inter ſponſos ipſos impedimentum di-
rimens, ſi contractum eſt matrimonium, niſi aliter 15
probetur, *cap. ſuper eo, de eo qui cogn. conſang.* vbi Abb.
*n. 5. in fin.* Menoch. *de arb. caſ. 103. num. 8.* Sanchez *de
matr. lib. 2. diſp. 46. n. 33.*

Nam reſpondetur id procedere, quando verè con-
trahentes fecerunt actus externos ſolitos in celebran-
dis matrimoniis, & ita ſe geſſerunt, vt videretur aſtan-
tibus ſe matrimonium inire, & quando non extant con-
iecturæ, & præſumptiones vrgentes diſſenſum proban-
tes, vt hic, vbi non conuenerant ad matrimonium, ſed
ad ſponſalia, & Parochus, aut teſtes non animaduer-
terunt, quod voluerint matrimonium contrahere,
imò vterque ſponſus, & ſponſa dicunt ſe non habuiſ-
ſe animum matrimonij ineundi, ſed tantùm ſponſalia,
& propterea deficiente conſenſu nullum eſt matrimo-
nium, etiamſi prolata eſſent verba apta ad illud con- 16
trahendum, vt probat textus *in d. cap. tua nos*, vbi gl.
*ad fin.* & DD. *in §. nos autem, extr. de ſponſal.* & ceſſante
fraude, ac fraudis ſuſpicione creditur vtrique coniugi 17
dicentibus non conſenſiſſe, quia diſſenſus, cum in
corde lateat, non poteſt aliâ viâ meliùs probari, quàm
per coniugum confeſſionem, ex Bald. *in l. fin. num. 21.
C. de hær. inſt.* Greg. Lop. *in l. 5. verb. la ygleſia, tit. 2. p. 4.*
quos ſequitur Sanchez, *de matrim. lib. 2. diſp. 45. n. 15.*
vbi dicit hoc procedere, vbi nulla adeſt colluſionis 18





præſumptio, & diuerſum eſſe, quando ſponſi confiten-
tur adeſſe inter eos impedimentum dirimens, quia
ad diſſoluendum matrimonium hoc non ſufficit,
quia impedimenta matrimonij aliâ viâ poſſunt proba-
ri, diſſenſus verò ſola contrahentium confeſſione,
ſi deſint coniecturæ: & gloſſ. *in d. cap. tua, in verb. qua-
liter*, dicit non credi viro dicenti non conſenſiſſe in
præiudicium alterius: ergo ſi non adeſt alterius coniu-
gis præiudicium, quin vterque conſenſum neget, fides
19 illis præſtanda erit, ceſſante colluſionis ſuſpicione,
quando nunquam fuerunt in pacifica poſſeſſione
matrimonij.

Imò etiamſi vnus tantùm dicat non conſenſiſſe
matrimonio, nec habuiſſe intentionem illud contra-
hendi, illi credendum eſt etiam in foro externo, ſi
fraudis, & colluſionis nulla ſit ſuſpicio, & adſint pro-
babiles coniecturæ, & præſumptiones, quibus animus
prudentis Iudicis poſſit moueri ad præſtandum illi fi-
20 dem, ſufficit enim certitudo moralis, quæ in iure non
eſt definita qualis eſſe debeat, & ideò talis ſufficit, quæ
virum prudentem attentis circunſtātiis, & coniecturis
certum moraliter reddere poſſit adeò, vt id totum ar-
bitrio Iudicis relinquatur, vt pulchrè tradit Syluester
*verb. matrimonium 4. ſub num. 1.* vbi tenet id procedere,
ſiue negans conſenſum reclamet in continenti, ſiue ex
21 interuallo. Et concordant in dicto Nauarr. *in Manual.
cap. 22. n. 76.* Palud. *4. diſt. 27. quæſt. 2. art. 2. concl. 4. n. 14.*
Couarr. *Decret. p. 2. cap. 2. n. 4. in fin.* vbi docet ſatis eſſe,
22 ſi coniecturis probabiliùs perſuaderi poſſit conſenſum
defuiſſe. Petr. de Ledeſma *de matr. quæſt. 45. art. 4. in fin.*
Sanchez *de matr. lib. 2. diſp. 45. n. 4. 5. 13.* vbi probat ſuf-
ficere coniecturas probabiles ad diſſenſum proban-
dum, & ex illis poterit Iudex deprehendere conſenſum
defuiſſe, vel fictum fuiſſe: benè etiam Corn. *conſil. 91.
n. 8. & ſeqq. lib. 3.* Sanchez *lib. 1. diſp. 18. n. 4.* Rot. apud
Rub. *deciſ. 124. n. 12. p. 3.*

Hic autem ex antecedentibus, & ſubſequentibus, &
his, quæ geſta ſunt in ipſo actu ſponſalium plurimæ
coniecturæ, & præſumptiones colliguntur, ex quibus
ſatis conſtat ſponſos non habuiſſe animum contra-
hendi matrimonium, ſed tantùm ſponſalia; etenim
cùm multas fecerint diligentias, vt inuenirent D. Ar-
chipreſbyterum Bibiani, vt acciperet eorum conſen-
ſum ad finem faciendi publicationes dicti matrimonij,
& ipſe explorauerit ſuper hoc voluntatem puellæ, &
23 ab eis diſceſſerit cum tali ordine, non eſt veriſimile,
quod poſtea eadem quaſi hora mutato propoſito vo-
luerint ſine publicationibus coram Parocho, quem
proprium non credebant, per verba de præſenti matri-
monium contrahere; ſic Layman. *mor. lib. 5. tract. 10.
part. 2. cap. 4. n. 15. verſic. quia præſumi*, delinquere enim
velle nemo præſumitur, *l. meritò, ff. pro ſoc.* Menoch.
*lib. 1. præſ. 308. n. 11.* & *lib. 2. præſ. 55. n. 1.* & *lib. 3. præſ. 19.
num. 60.*

Secunda coniectura non longè diſſimilis à priori
deſumitur ex inſtrumento ſponſalium, in quo dictus
Stephanus promittit contrahere matrimonium cum
dicta D. Clara, ſeruata forma Concil. Tridentini, & ſe-
cundum ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ideò non
eſt veriſimile, quod incontinenti contrahentes muta-
uerint voluntatem, & voluerint illud contrahere
contra ritum Eccleſiæ, & eiuſdem interdictum,
24 præmiſſis denuntiationibus, & aliis, quæ in ſimili-
bus ſeruari ſolent; mutatio enim voluntatis non præ-
ſumitur facta in continenti, maximè in deterius, *leg.
ſancimus, Cod. de teſtam. leg. eum qui, Cod. de probat. leg.
cùm hic ſtatus, §. pœnitentiam, ff. de donat. inter vir. &
vxor. leg. Lucius, la prima, de leg. 2. cap. 1.* vbi gloſſ.
*quod met. cauſ. cap. maiores, §. vltim. de baptiſm.* Menoch.
*lib. 6. præſumpt. 17. num. 2.* & *num. 9.* quia nemo præ-
25 ſumitur ſe velle ſtatim corrigere, & mutare volunta-
tem, *l. non ad ea, vbi gloſſ. ff. de condit. & demonſtrat.*
Alciat. *de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 28. n. 1.* Menoch.
*dict. præſumpt. 37. num. 9. & 10* vbi dicit, quod ſi partes
conueniunt facere vnum, & deinde contrarium fa-
ciunt, præſumuntur potiùs errorem feciſſe, quàm vo-
luntatem mutaſſe.

Deinde tertio loco non eſt veriſimile, quod ante
publicationes voluerint contrahere matrimonium;
quia cùm denegata illis fuerit ab Ordinario diſpenſa-
tio, mox ſponſus, & conſanguinei facilè potuiſſent
ſine publicationibus illud contrahere; quia Parochus
erat frater germanus ſponſi, & ipſe quoque affecta-
bat fieri tale matrimonium, & erat præſens; & coo- 26
perabatur negotio, & ſponſa erat in poteſtate aui ma-
terni, qui erat cognatus dicti ſponſi, & in domo ſua,
& ſic nullo negotio vocatis teſtibus poterant matri-
monium contrahere coram illo Parocho, ſi voluiſſent,
& tamen voluerunt potius cum labore perquirere, &
vocare Archipreſbyterum Bibiani, & illius conſen-
ſum ad faciendas publicationes; & publicum facere
inſtrumentum ſponſalium: ergo non eſt veriſimile;
quod poſtea iungendo manus, & dicendo, *Accipio te
in meam*, voluerint matrimonium contrahere, ſed
tantum ſponſalia confirmare, quia id potuiſſent prius
efficere ſine tanto incommodo, & quod non eſt veri-
ſimile, non eſt credendum, quia habet imaginem 27
falſi. Bald. *in l... Cod. de ſeru. fug.* Iaſ. *in l. ſi extraneus,
n. 8. ff. de condit. ob cauſ.* Dec. *conſil. 94. n. 2.* & *conſ. 644.
n. 6.* Pariſ. *conſil. 83. n. 25. lib. 1.* & *conſ. 55. n. 5. 6. lib. 4.*
Crau. *conſil. 61. n. 9.* Menoch. *de arb. iud. quæſt. 76. n. 20.*
& *caſ. 85. n. 1. & ſeqq.*

Quarta coniectura, quia dicti ſponſi in actu illo
iungendi inuicem dexteram, & oſculum dandi non
ſe declarauerunt apud teſtes, vel Parochum, quod
matrimonium de præſenti contrahere intendebant; 28
& ideò etiamſi exiſtimaſſent ipſi ſe matrimonium
contrahere, id tamen efficere non potuerunt, ſi hanc
ſuam voluntatem teſtibus non ſignificauerunt, vt ait
in terminis Layman *mor. lib. 5. tractat. 2. part. 2. cap. 4.
num. 15.* quia hoc certum eſt in iure, quod Parochus,
& teſtes ita debent eſſe matrimonio præſentes, vt ad-
uertant, & intelligant, quid agatur, cùm non ſuf- 29
ficiat præſentia corporalis, ſed requiratur etiam mo-
ralis cum intelligentia, & aduertentia actus, vt per
textum *in l. coram Titio 209. de verb. ſignificat.* Nauar.
*conſil. 11. de clandeſt. deſponſ.* Henriq. *in ſumm. lib. 11.
cap. 3. §. 1.* Petr. Ledeſm. *de matrim. quæſt. 45. art. 5.
verſ. eſt ſecundum*, Baſil. Pont. *eod. tractat. lib. 5. cap. 21.*
& ante eum Sanchez *de matrim. lib. 3. diſput. 39. n. 1. 5. 6.*
Bonac. *eod. tractat. quæſt. 2. punct. 8. numero 41.* Cened.
*can. qq. lib. 1. quæſt. 30. num. 33. & ſeqq.* Gutier. *de matrim.
cap. 69.* Barboſ. *de offic. Epiſc. part. 3. alleg. 32. num. 78.*
& *de off. Paroch. cap. 21. num. 49.* & *num. 80. verſ. dum-
modò.* Adeò vt neceſſe ſit, vt non ſolum intelligant, 30
ſed etiam videant, quid agatur. Barboſ. *d. cap. 21. ſub
num. 49.* & omnes admittunt requiri hanc Parochi in-
telligentiam, & aduertentiam, vt egregiè cenſuit Rot.
diuerſ. nouiſſ. apud Rubeum *deciſ. 124. num. 12. part. 3.*
vbi teſtatur intelligentiam Parochi eſſe neceſſariam
ita, vt non ſolum exaudiat, ſed etiam intelligat mu-
tuum conſenſum, ſed hic Parochus non intellexit,
nec apprehendit dictos ſponſos voluiſſe matrimonium
contrahere, vt ipſe deponit, ſed intellexit eos voluiſ-
ſe tantum ſponſalia confirmare ritu illo ſolemni in
villis maximè, vbi dexteras iungere ſolent ſæpe etiam
cum oſculo: ergo nullo modo dicendum eſt eum vo-
luiſſe matrimonium contrahere, prout ipſi quoque
ſponſi teſtantur.

Quinta coniectura deſumitur ex ſubſequentibus, quæ
vtique præcedentem intētionem, & voluntatem decla-
rare ſolent, *l. ij qui, C. ad l. Iul. de adult. §. pauonum, Inſt. de* 31
*rer. diuiſ.* Menoch. *præſ. 10. n. 17.* & *præſ. 30. n. 54. lib. 5.* Si-
quidem Parochus nō ſcripſit hoc in libro matrimonio-

rum, provt ſolent matrimonia rata, ſed factæ ſunt publicationes tam in Eccleſia quatuor Caſtellorũ, quàm Bibiani, de dicto matrimonio contrahendo, non contracto, & ſponſus in illa nocte non recubuit cum ſponſa, quæ ſola dormiuit cum ancilla ſua, hæc enim omnia indicant verum eſſe, quod non habuerunt animum contrahendi matrimonium, ſed ſponſalia, provt 32 ſponſus ſic ſemper credidit, quandiu fuit à quodam Theologo informatus, quod hoc poſſet dici matrimonium ob illa verba, *Accipio te in meam*: & propterea ex qualitate perſonarum ſumitur coniectura voluiſſe potius ſponſalia ratificare, quàm matrimonium contrahere. Couar.*d.cap*.4.§.1.*num*.2.Sanch.*d.diſp*.18. *num*.4.

Sexta coniectura vrgentiſſima deſumitur ex eo, quod ſponſus cum fratribus fugam arripuerunt, & abduxerunt ſponſam Parmam verſus, & ipſe illuc requiſiuit Reuerendiſſ. Vicarium Generalem, vt ſibi concederet licentiam deſponſandi dictam Claram per verba de præſenti, quæ ab eo fuit ſibi denegata, quia erant alienæ Diœceſis. Vnde ſequitur certum eſſe, quod priùs non fuerat inter eos contractum matrimonium ratum, quia non erat opus, ſi ita fuiſſet, quod iterum contraheretur, eo quod ſola morte matrimonium diſſoluitur: & licentia debet præcedere, non ſubſequi 33 matrimonium, vt validum ſit. Manuel 1.*tom.ſum*.2. *edit.cap*.219.*num*.14. Salzed.*in pract.cap*.73.*verſ*.13. Menoch.*conſ*.88.*n*.7.Sanch.*de matr.lib*.3.*diſp*.35.*n*.18. vbi etiam probat, quod quotieſcumque ad actus vali-34 ditatem licentia requiritur, ea debet neceſſariò præcedere, per textum *in Auth.licentia,C.de Epiſc.& Cler. in l.ſi quis mibi bona*, §.*iuſſum, de acquir. hær*. Tiraq.*de ll. connub.gl*.6.*n*.7. Rebuff. *de verb.ſign.l*.53.§.*item dubitatum, verſ. item in licentia*.

Septima coniectura multùm conſiderabilis eſt, quod dictus Stephanus ſponſus inquirebatur tam in foro Eccleſiaſtico, quàm Seculari de raptu dictæ D.Claræ, & ideò fuit carceratus Parmæ ad inſtantiam Curiæ Regienſis, ipſe verò prætendebat, quod dicta D.Clara ſibi nuberet, & ſponſalia adimpleret, & ideò de hoc querimonium propoſuit apud Eminentiſſimum Legatum Bononiæ, cui narrauit ſponſalia prædicta, & eorum confirmationem dum manus iunxerunt, & eius fratrem conſtituit Procuratorem ad contrahendum matrimonium, per verba de præſenti coram Eminentiſſimo Legato cum dicta D.Clara, & idem expoſuit Celſitudini ſuæ, nunquam deducens, quod fuerit celebratum matrimonium, ſed tantum ſponſalia: ergo talis confeſſio 35 aduerſarij anhelantis ad matrimonium plenè probat contra ipſum vulgata lege *cum præſum, C. de liber.cauſ*. Seraph. *deciſ*.87.*num*.2.

Octaua coniectura huic ſimilis eſt, quia dictus D.Stephanus conſtitutus in foro ſæculari ad ſe excuſandum à crimine raptus pluries examinatus dixit ſemper ſponſalia prædicta ſic fuiſſe contracta, & ratificata, & nunquam adducit fuiſſe contractum matrimonium ratum, ſed tantum per verba de futuro, & tamen optima fuiſſet excuſatio ad ſe defendendum, ſi dixiſſet matrimonium fuiſſe celebratum, & ſe duxiſſe vxorem ſuam, vbi voluiſſet: ergo veriſimile eſt, quod verum dixerit, & ceſſat omne dubium colluſionis, cùm ipſe omni conatu niteretur pro matrimonio, & propterea 36 tanquam profeſſus pro iudicato eſt, quia ipſe ſua ſententia damnatur, *l*.1. vbi DD. *de confeſſ.cap.vt ſi clerici, de Iudic*. Sanch. *d.diſp*.45.*num*.15. Seraph. *deciſ*.975. *num*.3. vbi probat etiam, quod confeſſio facta in cauſa criminali præiudicat confitenti etiam in cauſa ciuili.

Nona coniectura deſumitur ex depoſitione dictæ D.Claræ, quæ ſæpius examinata, tam in foro ſeculari, quàm Eccleſiaſtico dum eius voluntas exploraretur, ſemper dixit, quod nullo modo volebat dictum Stephanum pro ſuo viro, quia erat impar eius conditioni, tum facultatibus, tum ætate, & moribus, & ſi conſenſit ſponſalibus, id fecit inuita, vt morem gereret eius auo materno, & ideò nunquam conſenſit ei nubere, & propter ea per verba de præſenti contraxit matrimonium cum dicto D.Sebaſtiano, quod non eſt credendum feciſſe, niſi quia ſciebat non eſſe alligatam alteri viro; & ideò cùm ſit honeſtæ vitæ, & conditionis ci- 37 uilis, & ſuum diſſenſum probet non leuibus coniecturis, ei credendum eſt: ſic poſt Bartholom.à Ledeſm.*de matr.dub*.19.*concluſ*.3.Sot *in* 4.*diſt*.27.*q*.1.*art*.3.*propoſ*.1. *verſ.quo ergo*: Sanchez *de matr.lib*.2.*diſp*.45.*n*.12.

Decima coniectura matrimonij non contracti eſt, quia non fuit plenè probatum ſponſos prædictos protuliſſe inuicem verba illa, *Accipio te*. Nam ſolùm dictus Stephanus, & dictus Parochus eius frater hoc deponunt, teſtes verò aliter dicunt: nam interrogati de verbis præciſis in eo actu adhibitis diſcordant in formalitate verborum; Parochus enim deponit verba Stephani fuiſſe: *Io vi tolgo per mia moglie*, & D. Claram reſpondiſſe, *Et io vi tolgo per mio marito*: Chriſanthus verò vnus ex teſtibus dicit Stephanum dixiſſe: *Io vi tocco la mano per mia ſpoſa, ò moglie*, & D.Claram reſpondiſſe: *E mi vi tocco la mano per mio marito*: & Cagoſſius alter teſtis dicit: *Credo, che miſier Stephano diceſſe propriamente queſte parole*: & in idem reincidit auus maternus eiuſdem D. Claræ. At communiter receptum eſt teſtes in formalitate verborum aliqualiter diſcordes, etiamſi in ſenſu concordent, nullam fidem 38 facere, vt per Alex. *in l*.3.§.*fin.n*.13. *de verb. oblig*. Rol. *conſ*.33.*n*.22.*lib*.4. Farin.*de teſtib.quæſt*.64.*n*.67.69.& in terminis noſtris circa matrimonium Alex. *conſ*.150. *n*.2. & *conſ*.153.*n*.4.*lib*.3. Pariſ. *conſ*.15.*n*.17.18.*lib*.3. Zilett. *inter conſ. crim. conſ*. 34.*per totum*, & *conſ*. 35. & *conſ*.93.*n*.24. & admittit Rot.*diuerſ.deciſ*.630.*num*.3. *part*.1.

Imò magis credendum eſt dictis teſtibus, quàm dicto Stephano ſponſo, & Curato eius fratri, & proxenetæ dicti matrimonij, qui ratione intereſſe, & affectionis repelluntur: verba autem illa, *Io vi tocco la mano come mia ſpoſa, è moglie*, non ſatis exprimunt conſenſum de præſenti, ſed potius ſupponunt de præterito, & ſunt 39 verba enunciatiua, quæ non diſponunt. Alex.*conſ*.153. *n*.1.*lib*.5. Dec. *conſ*.310.*n*.3. Pariſ.*conſ*.61.*n*.23.*lib*.4. Rota diuerſ. apud Rubeum *d.deciſ*.124.*n*.10.*p*.3. vbi licèt poſtea Rota reſoluat, per illa verba, *Ego ſto cum meo marito*; contractum fuiſſe matrimonium per verba de præſenti, id fecit, quia coniecturæ, & ſubiecta materia id ſuadebant, quæ ceſſant in caſu noſtro, vbi coniecturæ, & materia ſubiecta ſuadent fuiſſe tantùm ſponſalia; nam licèt verba ſecundum ſe ſumpta aliquid determinatè ſignificent, tamen materiæ applicata ex eius qualitate diuerſam ſignificationem ſortiuntur, 40 ex textu *in l.ſi vno, ff. locat*. Alex.*conſ*.92.*n*.16.*lib*.6. Gemin.*conſ*.122.*n*.3. Maſcard. *de probat. concl*.1046. *n*.2. Menoch.*præſ*.133.*n*.5.*lib*.4. & licèt quoad forum exterius ſtandum ſit propriæ verborum ſignificationi, 41 vt per Sanchez *d.lib*.1.*diſp*.18.*n*.4. non tamen id intelligi debet de verbis practicè ſumptis, quatenus particulari materiæ applicantur, hìc enim tractatur de ſponſalibus, & ſponſalium confirmatione, ideò verba illa applicata huic materiæ non important conſenſum 42 de præſenti, ſed de futuro. Laym. *mor. d.tract*.10.*p*.2. *cap*.4.*n*.15. & hoc eſt conforme iuris diſpoſitioni, quia cùm matrimonium ſit quid facti, non præſumitur, niſi 43 probetur. Menoch.*præſ*.54.*num*.12.& *præſ*.55.*num*.16. *lib*.6.

Neque obſtat, quod teſtes fecerint extraiudicialiter fidem, in qua atteſtati ſunt ſponſos dixiſſe ea verba, *Accipio te*; quia tales atteſtationes non fuerunt in actis exhibitæ, & quatenus extarent, cum emanauerint parte non citata, & coram Iudice incompetente, nihil probant, vulgo enim dicitur, quod fides non facit fidem. *Auth.ſi quis in aliquo, C.de edend*. Abb. *in cap.ſicut no-* 44 *bis, de ſent. excommunic*.Guid.Pap. *deciſ*.19.*num*.2. Decian. *conſ*.51. *numero* 96.*lib*.2. Rot. Ianuenſ. *deciſ*.76. *num*.11.Farin.*de teſtib.q*.80.*numero*.32. meliùs Gratian. *diſc*. 677. *num*. 8.9.Seraph. *deciſ*.106. *numero* 3.& ideò attenditur ſecundum dictum iudiciale iuratum coram 45 Iudice competenti interrogante de verbis præciſis, omiſſo priori dicto extraiudiciali. Felin. *in c. cum in tua*, *n*.7.8. vbi Imol.*n*. 6. *verſ.ſi autem*, *de teſtib*. latè Farin. *de teſtib.q*. 66.*num*.193.

Nec valet dicere, quod fides fuerit iurata coram Not. & iudice ſæculari, quo caſu videtur attendendum eſſe primum dictum extraiudiciale, non ſecundùm depoſi-46 tionem iudicialem. Felin. *in d.c.cùm in tua, ad fin.verſ. ſi tamen, de teſtib*. Aret. *in c.per tuas, num*.33.*eod*. Cou. *var.reſ.lib*.2.*c*.13.*n*.7.*in fin*.Clar.*in prax*.§.*fin.q*.53.*verſ*. 1.*caſus, in fin*. vbi de commun. Farin. *d.q* 66.*n*.111.

Nam reſpondetur primò id procedere quando iuramentum primæ extraiudicialis depoſitionis fuit formaliter præſtitum, ſcilicet parte citata, & de mandato Iudicis competentis, alias ſecus dicendum eſt, quia ſolus Iudex competens poteſt iuramentum deferre, & parte citata, & propterea cùm iuramentum non fuerit for-47 miter præſtitum, adhuc attenditur ſecundò dictum iudiciale, vt declarat Tindar. *de teſtib.lib*.2. *p*.1.*c*.7.*n*.36. Farin.*eod.tract.q*.65.*num*.91.& *num*.215.

Deinde reſpondetur, quod dato etiam, quod non eſſet hoc caſu attendendum ſecundum dictum iudiciale iuratum, tamen neque primum extraiudiciale, quamuis 48 iuratum eſt attendum, ſed neutri ſtandum eſt, quia inuicem conquaſſantur. Iac.de Georg. *in l.qui falſo,n*.7. *verſ. ſubdit, ff.de teſtib*. Rol. *conſ*.40.*num*.9.*lib*.1. Tindar.*d.tract.de teſtib.lib*.2.*p*.1.*c*.4.*num*.1.Cacheran.*conſ*. 65.*numero* 31.*lib*.1. Gabriel *de teſtib. lib*.7.*concl*. 31. *num*.4. Menoch. *de arb.iud. lib*.2.*caſ*. 108.*num*.23. Farinac. *de teſtib.q*.65.*num*.214. & ita ſublata fide teſtibus remanet ſolum dictum ſponſi, & eius fratris, quibus ob intereſſe, & affectionem non eſt credendum. Farin. *de teſtib. q*.60.*num*.1.& *ſeq*.

Veruntamen aliunde conſtat euidenter nullum extitiſſe inter DD.Stephanum, & Claram matrimonium, quia non adfuit proprius eorum, vel alicuius eorum Pa-49 rochus, cuius præſentia eſt neceſſaria, ex Concilio Trid. *de reform.matr. ſeſſ*.24. *cap*.1. Nam R. D. Claudius de Magiſtris Rector Eccleſiæ quatuor Caſtellorum, & frater dicti Stephani, qui ex aduerſo prætenditur interfuiſſe, non erat proprius Parochus alicuius contrahentium. Nam ſi reſpicimus D.Claram, tunc ea habitabat in Parochia Bibiani, & tanquam ciuis Regienſis habebat domum, & domicilium ſtabile in ciuitate Regij ſub Parochia S. Mariæ Magdalenæ, & licèt tempore æſtiuo recreationis cauſa, & propter colligendos fructus ſole-50 ret ipſa, & eius pater, dum viuebat, ſe conferre ad dictam villam Quatuor Caſtellorum, tamen Parochus ruralis non dicitur proprius Parochus, quia non attenditur accidens, ſed natura, & propoſitum: ſic probat textus expreſſus *in c*.15.*de ſepultur. in* 6.latè Menoch.*conſ*. 389. *per totum*, vbi plures allegat, & refert Rotæ deciſiones, quæ reſoluit ſub die 23. Octobris 1579. eum, 51 qui per quatuor menſes ruri ſolet morari, non habere ſufficiens domicilium, vt ruralis Parochus eius proprius dici poſſit; ſic etiam Nauar. *conſ*.7. *de cland. deſponſ*. Sanchez *de matr.lib*.3.*diſp*.23.*num*.3.Garz.*de benef.p*.5. *c*.7.*num*.11.& *ſeq*. Seraph.*deciſ*.607. Ricc. *in prax.reſol*. 214.*num*.2. Beller.*diſq.cler.p*.1.*tit.de exempt.cler.à Stat*. §.5. *num*.8. Barboſ.*de off. Epiſc.p*.3.*alleg*.32.*numero* 66. & *de off. Curat.d.c*.21.*n*.42.Boſſ. *de matr. contract.c*. 4. *num*.17.vbi latè.

Et licèt habenti duo domicilia permittatur contra-52 here matrimonium coram alterius Parocho, etiamſi in eius Parochia non habitet, Sanchez *de matr. lib*.3. *diſp*. 24.*num*.4. Ferentil. *ad deciſ*. Burat.713.*num*.14. tamen non poteſt dici, quod ruſticans minori anni parte dicatur habere etiam ruri domicilium, & ideò cùm abeſt à Parochia rurali, certum erit, quod non poterit contra- 53 here matrimonium coram Parocho rurali, vt apud Dian. *moral.p*.3.*tract*.4.*reſ*.231.quia ceſſante habitatione ampliùs illius Parochi ſubditus dici non poterit, pro vt hic D.Clara, quæ hoc tempore in alia Parochia habitabat.

Non obſtat, quod D.Clara nata ſit in Parochia Quatuor Caſtellorum, & ideò ille videatur Parochus originis. Nam primò reſpondetur, quod illuc nata fuit ex accidenti, dum pater eius ruri morabatur recreationis cauſa, & ideò originalis Parochia eſt in Ciuitate ſub cura S. Magdalenæ, vbi pater degebat; non autem ſub 54 quatuor Caſtellis, vbi accidentaliter nata eſt, *l. filios*, vbi Bart. *num*.4. *C. de municip. lib*.10. Maſc. *de probat. concl*.807.*n*.3.Deinde reſpondetur, quod ad cognoſcendum, quis ſit proprius Parochus, non attenditur domicilium originis, ſed habitationis. Abb.*in c.extirpandæ §. qui verò,n*.11. *verſ.quæro,de præb*.Sanch.*de matr. lib*. 55 3.*diſp*.23.*n*.6.*verſ. verùm tenendum*. Baſil. Pont. *de matrim. lib*.5.*c*.13.*n*.2.Boſſ.*de matrim.contr.c*.4.*n*.14.

Non obſtat, quod Archipreſbyter Bibiani, & Rector prædictus ſibi inuicem vices ceſſerint, & ideò ille quoque Quatuor Caſtellorum videatur fuiſſe proprius Parochus: Nam reſpondetur ceſſionem illam fuiſſe limitatam ad ſponſalia, & ad conſenſum pro faciendis publicationibus, de quibus ſolis fuit requiſitus dictus Archipreſbyter, ideò non debet extendi etiam ad matrimonium contrahendum, quia limitata cauſa limitatum 56 producit effectum, *l.in agris, de acqu.rer.dom.l.cum ſeruo in princ* vbi Bald. *de contrah.empt.l.cancellauerat, de his, quæ in teſtam. delent*. cùm vulgaribus.

Neque etiam reſpectu dicti D. Stephani R. D. Claudius erat eius proprius Parochus, quia licet ille natus ſit, & educatus in domo Eccleſiæ quatuor Caſtellorum, nihilominus per decem annos, & vltra in ciuitate 57 Regij habitauit, vbi etiam fuit receptus in numerum Notariorum, ideò præſumitur domicilium conſtituiſſe in dicta ciuitate *in l.hæres abſens*,§.*proinde, de iudic*. & *in l*.2.& 3.*C. de incol. lib*.10. Alex.*conſ*.155.*n*.3.*lib*.7. Ruin. *conſ*.61.*n*.21.*in* 5.Soc.Iun.*conſ*.49.*n*.6.*lib*.1.Rol. *conſ*. 9.*n*.51.53.*lib*.3.Gratian. *diſc*.824.*n*.39. Ferent.*ad Burat.deciſ*.244.*n*.11.Rot. *in Rom.ſociet*.apud Marcheſ. *de commiſ.p*.2. *num*.1.*fol*.228.Seraph. *deciſ*.999.*num*.2. vbi docet id procedere, etiamſi is, qui alibi cœpit habitare, aliquando reuertatur ad primum domicilium, & iam dictum eſt Parochum originis non dici proprium ad aſſiſtendum matrimonio, ſed requiri Parochum habitationis. Sanch. *de matr.d. lib*.3. *diſp*.23.*n*.6.*verſ. verùm*. Nullũ ergo inter DD.Stephanum, & Claram ex- 58 tat matrimonium, tum quia non fuit vllus proprius eorum Parochus, tum quia defecit conſenſus illorum, & nunquam habuerunt intentionem contrahendi matrimonium, ſed tantum ad ſummum ſponſalia.

Ex his igitur ſatis conſtat, primum aſſertum matrimonium inter D. Claram, & D. Stephanum non extitiſſe, neque in eſſe fuiſſe deductum, reſtat modò videre, an alterum contractum ad crates Monaſterij S. Mariæ Magdalenæ ſit validum, & ſanè de hoc non videtur poſſe dubitari, cùm enim D. Clara, & D. Sebaſtianus Carlettus apertè dixerint ſe inuicem recipere in virum, & vxorem per verba de præſenti, cum immiſſione etiam annuli, etiamſi denuntiationes fuerint omiſſæ, ſufficit ad validitatem matrimonij expreſſio huiuſmodi conſenſus coram Parocho, & duobus teſtibus facta. Nauar.*conſ*.17.*n*.4. *de ſponſal.lib*.4.& *in Manual.c*.22. *numero* 7. Hond.*conſ*.72.*numero* 23.*lib*.2. Sarmient. *ſelect. interpret. lib*.1. *c*.6.*numero*. 7. Guttierrez *pract.qq*. 59 *lib*.2.*q*.4.*n*.8.Borgn.*deciſ*.29.*n*.18.*p*.1.Sanch. *de matrim. lib*.3.*diſp*.5.*per totam*, Aug. Barboſ. *in collect.c.ſi inter*

num.5.de ſponſal.& in tract.de off. Curat.c.21. num.17. Seraph. deciſ. 1099. num.4. Farin. in recent deciſ. 300. n.3.p.2. Cyriac.controu.for.272.num.40. Chartar.deciſ. crim.23.num.6.

Et hoc adeò verum eſt, vt procedat, etiamſi Parochus, vel teſtes renuentes, vel cum dolo, & fraude fue-
60 rint inducti ad intereſſendum, quia adhuc validum eſt matrimonium coram eis factum, dummodo audiant, & intelligant verba contrahentium conſenſum exprimentia. Nauar. conſ. 11. per totum, de cland. deſponſ. Maſcard.de probat. concl.9. num.9. Ricc. in prax. Eccl. refor.213num.3.in.2.edit.Sanchez de matrim.lib.3.diſp. 39.num.9.10. Laym. mor.lib.5. tract.10.p.2.cap.4. n.6. Barboſ. de off. Epiſc.p.3. alleg.32.num.85. & de off.Curat.c.21.num 47. Ferentil. ad Burat. deciſ.713.num.11.
61 vbi teſtatur ita pluries fuiſſe deciſum à S.C. Card.nam publicationes non ſunt de eſſentia matrimonij, licèt peccatum ſit eas omittere ſine licentia Ordinarij, c.fin vbi DD. de cland. deſponſ. & ſufficit præſentia moralis Parochi, & teſtium, etiamſi caſu, & fortuitò præſentes fuerint, dummodo intelligant, & Parochus ad alium finem vocatus, dummodo præſens ſit, ſufficit ad
62 validitatem matrimonij. Nauar. d.conſ.11.in nouiſſ.Sayr. in flor. deciſ.ſub tit.de ſponſal. deciſ. 24. Sanch. lib.3. diſp.39.num.10.Gonz.ad reg.8. Cancell.gl.48.num.35. Piaſec. in prax. Epiſc.p.2.c.4.n.32. verſi.ſufficit.Barboſ. de off.Epiſc.d.alleg.32.num.88.& de off.Curat.d.cap.21. num. 50. vbi alios allegat. Rot. diuerſ. apud Rubeum d. deciſ.124.num.17.p.3.

Nec quidquam refert, ſi Parochus contradicat,& reclamet, quia adhuc validum eſt matrimonium eo præſente, & teſtibus factum,ex l.Titia,de verb.oblig.Nauar.
63 d. conſ.11.Seraph.d.deciſ.1099.num.5.Ferentil. ad Burat.dict.deciſ.713.num.11.Rot. apud Rub.d. deciſ.124. num.17. p.3. Non enim requiritur, vt Parochus approbet matrimonium, ſed benè vt illud ſciat, & intelligat, vt de illo Eccleſiæ conſtare poſſit.Seraph.d.deciſ.1099. Rub. dict.deciſ.124.

Nec obſtat, quod Curatus S.Magdalenæ non fuerit proprius dicti D. Sebaſtiani, quia ſufficit fuiſſe proprium dictæ D.Claræ, quia in matrimoniis ſatis eſt Paro-
64 chum fuiſſe proprium alterutrius contrahentium. Nauar. conſ.3. num.1. de cland.deſp. & in Manual.cap.25. num.144. Salzed. ad Bernard.in pract.cap.76. dub.14. Borgn.deciſ.12.num.21.part.2.Sanchez de matrim.lib3. diſp.19.ex num.1. Bonac.eod. tractat.d. quæſt.2. punct.8. num.7.Laym. mor.lib.5. tract.10.p.2.cap.5.num.4.Rota deciſ.390.num.6.part.2. recent. Barboſ.d. alleg.32.n.98. & d. cap.21. num. 45. vbi pulchrè hoc docet, & dicit ſufficere præſentiam Parochi viri in parochia mulieris, & è contra: ſic etiam Ferentil. ad Burat.d. deciſ. 713. num.12. & Rot. diuerſ. apud Rub. d.deciſ. 124.Philiuc. tom.1.tract. 10. de Sacram.p.1.c.6. num.199. & in hoc omnes concordant.

Et non poteſt in dubium reuocari, an Parochus S. Magdalenæ fuerit proprius dictæ D. Claræ, quia in ea habet originem paternam, & domicilium, & domum habitationis, & in ea morabatur tempore contracti matrimonij,& licet per aliquod tempus moram traxerit in domo aui materni eius tutoris, & curatoris ſub cura Bibiani, tamen id fuit modicum dato etiam, quod decennium exceſſiſſet, tamen non cenſetur mutare domicilium proprium, quia puella manens apud tutorem non præſumitur domicilium mutaſſe.Feder.de Sen.con-
65 ſil.253.in princ.Petr.de Vbald.in tractat.de Can.& Paroch. poſt 2.part.cap.7.num.8.verſic.19.quæritur,& n.26. & ſequentibus, & præſertim cùm retinetur domus, vt hîc, quæ eſt præcipuum ſignum retentionis domicilij. Menoch. conſil.329. num.26.verſ. eſt tertia coniectura.
66 Burat. deciſ.244.num.3.

Et dato etiam, quod tunc temporis, quando manebat apud tutorem, potuiſſet dici, quod Archipreſbyter Bibiani fuiſſet eius Parochus proprius ex traditis per Barboſ. de off.Curat.d.cap.22.n.40. tamen id nihil nocet, quia tempore huius matrimonij iam per ſex menſes deſeruerat domum dicti aui ſui, & reuerſa fuerat ad Parochiam domicilij ſtabilis, & originis, in quo pro maiori parte anni habitare conſueuerat, vt ſolent ciues. 67
Sanchez de matrim.d.diſp.23.num.12.13.lib.3. & conferunt tradita per Menoch.conſil.398.per totum. Bonacin.de matrim.quæſt.2. part.8. num.1.2.Barboſ.d.cap.21. numero 35. Ferentil. ad Burat.d. deciſ. 713.numero 15. Etenim iuncto domicilio paterno dicta D. Clara pro maiori parte anni habitauit ſub Parochia S.Magdalenæ ab initio Septembris anni 1641.vſque ad vigiliam Sancti Ioannis Baptiſtæ, quo die contraxit matrimonium cum dicto D. Carletto per verba de præſenti, vt clarè deponunt teſtes, & Parochus, qui licèt reclamauerit, tamen ex hoc magis oſtendit eos habuiſſe animum, & intentionem contrahendi verum, & ratum matrimonium, vt notat Nauar. d. conſil. 11.in fin. de cland. deſponſ. Rot. diuerſ. apud Rub.d.deciſ.124. numero 12 part.3.

Non obſtant modò adducta in contrarium, quia cùm ex prædictis ſatis conſtet primum matrimonium 68
non fuiſſe, omninò ceſſat polygamæ crimen, quod non cadit, niſi inter duo matrimonia, & ſic debet D. Clara remanere apud D. Carlettum eius virum, ex traditis per DD. in d. cap.ſi inter virum, de ſponſal.

Non obſtat ſecundum,quod D. Clara ſit mulctanda, quòd ſecundum contraxit matrimonium non expectato iudicio Eccleſiæ ſuper nullitate prioris matrimonij, ad textum in d.cap. cùm in Apoſtolica, de ſponſ. Nam reſpondetur nullam litis pendentiam fuiſſe ſuper aliquo 69
matrimonio, ſed tantùm ſuper ſponſalibus, ideò ceſſat diſpoſitio d. cap. cum in Apoſtolica, quia in eo ſupponitur materialiter adfuiſſe matrimonium, & ſponſos habuiſſe intentionem illud contrahendi, licèt inualidè, & nulliter, & ideò immeritò debet expectari ſententia Iudicis illud nullum declarantis, alioquin incurruntur pœnæ, de quibus in dicto canone: hîc autem non tractamus de nullitate prioris matrimonij, ſed dicimus illud non extitiſſe neque materialiter, 70
neque formaliter, vt probatum eſt, ideò non entis nullæ ſunt qualitates, l.eius qui, ff.ſi cert.pet.l.ſi ſeruum, §. ſi modus, de act. empt. §. ideò autem, Inſt. de ſeru. ruſt. præd. Crau.conſ.747.n.22.

Et quatenus id poſſet adaptari caſui noſtro, defectus primi matrimonij eſt adeò patens, vt tergiuerſari non 71
poſſit, ideò probata nullitate prioris matrimonij, cauſæ cognitio non ad Inquiſitorem, ſed ad Epiſcopum ſpectabit ex eo, quod non ſequuta declaratione nullitatis primi,conuolauerit ad ſecundum,eumque puniet iuxta formam d.c.cum in Apoſtolica, de ſponſ. ſic Farin. de hæreſ.q.178.ſub num.71.Caſtr.Pallau.mor.p.1.tract.4. diſp. 8.punct.16.§.8. n.1. in fin. doctiſſimus Caren. de cauſ.S.Off.de polygam.p.2.tit.5.§.5.ſub num.31. vbi benè more ſuo hunc articulum diſtinguendo dilucidat. Vnde propoſito caſu in Congr.S. Off. omnes vnanimiter cenſuerunt dictam Claram eſſe abſoluendam à crimine polygamiæ, & quoad pœnitentias ſalutares eſſe puniendam ab Epiſcopo, eo quod contraxerit non ſeruato ritu Eccleſiæ, validum tamen fuiſſe matrimonium inter dictam D. Claram, & D. Carlettum, & nullum extitiſſe inter eam, & dictum D. Stephanum.

Non obſtat tertium, quod illa non obſtantibus ſponſalibus cum D.Steph.poſtea contraxerit cum D.Carletto.Nam reſpondetur quod ſponſalia non ſoluunt ſubſe- 72
quens matrimonium,ſed ſoluuntur,c.ſi inter,vbi Abb.& Barboſ.in collect.num.5.de ſponſal.Couar.ep.4.decret.p.1. c.5.n.9. Sanch. lib.1.diſp.48.n.1. Chartar.deciſ.crim.21. n.1. imò poteſt dici,quod ſpõſalia illa fuerint diſſoluta 73
ob odiũ capitale inter eos ſuperueniẽ. Seraph.dec.112. num.5.



num. 5. Farin. in prax.q.140.num.26.& deciſ.poſth.246. n.6.part.1.

Non obſtat denique quod dictus D.Carlettus, & D. Clara contraxerint matrimonium omiſſis denunciationibus,& non ſeruato ritu S.Rom. Eccleſiæ,quia idcircò fuerunt,iuxta Chartar.deciſ.crim.25.num.16.ab Epiſcopo pœnitentiis ſalutaribus, & pecuniariis locis piis applicatis mulctati, & per menſem ſeparati fuerunt,& detenti ſub fideiuſſione,ſed nihilominus eorum matrimonium fuit declaratum validum, & per ſententiam Inquiſitoris, & Epiſcopi à crimine polygamiæ liberati. Et ita,&c.

---

# CAPVT CXXXII.

## Epitome.

Communitas quando ſit manutenenda in quaſi poſſeſſione exigendi taxas, & collectas, & quomodo?

## SVMMARIVM.

1 Vltimus ſtatus excauationis fluminum attendendus.
2 Poſſeſſio exigendi acquiritur per vnicum actum, & quando.
3 Actus vnicus patientiæ habetur pro traditione.
4 Collectandi quaſi poſſeſſio acquiritur per vniuerſum actum.
5 Decretum punitionale non admittit appellationem.
6 Poſſeſſio non acquiritur per actus meticuloſos, vel reuerentiales.
7 Canonicorum Capitulum recipiens aliquem in Canonicum de mandato Papæ non ſibi præiudicat.
8 Poſſeſſio exigendi non acquiritur niſi per ſpontaneam ſolutionem.
9 Quaſi poſſeſſio exigendi non acquiritur, vbi ſoluitur de mandato Superioris.
10 Quaſi poſſeſſio in corporalibus non eſt aliud,niſi aduerſarij patientia.
11 Solutio coacta collectarum non tribuit poſſeſſionem exigendi.
12 Collectas ſoluens coactè defenditur à cenſuris.
13 Proteſtatio eſt neceſſaria in eo,qui ſoluit coactè.
14 Proteſtatio non requiritur, vbi conſtat de mandato Domini.
15 Proteſtatio quando non ſit neceſſaria.
16 Proteſtatio eſt vtilis ad metum probandum,ſed non neceſſaria.
17 Onera ſoluentes quando per metum ſoluiſſe præſumantur.
18 Soluens præſumitur ſoluere ex titulo præcedenti.
19 Clauſula,ſine præiudicio,præſeruat ius.
20 Actus conditionalis non præiudicat.
21 Quaſi poſſeſſio non acquiritur per actum factum ſine præiudicio.
22 Clauſula,Pro Nunc, & pro hac, vice quid importet.
23 Dictio, Nunc,eſt demonſtratiua præſentis temporis.
24 Verba, pro hac vice, quid importent.
25 Patronus non recipit præiudicium, ſi Papa conferat pro hac vice.
26 Onerum ſolutiones quomodo præiudicent ſoluenti.
27 Quaſi poſſeſſio in incorporalibus acquiritur duobus concurrentibus.
28 Solutio quomodo faciat acquirere poſſeſſionem exigendi
29 Vltimus ſtatus conſideratur tantum in eo, qui eſt in poſſeſſione.



Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

HOmines villarum,domorum, nemoris ſuperioris, & inferioris Regij,& aliarum etiam villarum iure & rationabiliter prætendunt ſe non teneri priuatim contribuere ad expenſas in reparatione Parmlanæ, & Moleæ aquæductus factas, vel faciendas, quia nimis diſtant ab eis, & non recipiunt vtilitatem ex huiuſmodi excauatione. Sed contradicit Illuſtriſſima Communitas Regij dicens ſe fuiſſe, & eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi collectam, & ſumptus prædictos ab eis ad ratam pro dicta reparatione, prout factum eſt de anno 1596. vt conſtat ex libris dictæ Communitatis, & ex litteris Illuſtriſſimi Laderchij,quæ continent mandatum Domini.

Et ideò nunc non eſt videndum, ad quos onus iſtud pertineat, ſed qualis fuerit vltimus ſtatus excauationis, in quo cùm dicta Communitas fuerit in quaſi poſſeſſione exigendi hanc taxam, manutenenda videtur, ſi- 1
quidem per vnicam ſolutionem, & per vnicum actum exigendi in his, quæ non fiunt iure familiaritatis, vel amicitiæ, ſed iure ſuo, & vi obligationis, acquiritur 2
quaſi poſſeſſio exigendi manutenibilis, per textum in cap. cùm Eccleſia Sutrina, vbi Abb. numero 23. & Rip. numero 49.52.de cauſ.poſſeſſ.& propriet. & in l.1.§.quæſitum, ff. de aqu. quotid. & æſtiu.Bart. in l.1.§.hoc interdicto, ſub numero 1. de itiner.actuque priuat. latè Cenc. de cenſ. part.2.cap.2.quæſtion.5. art.4. numero 23. Rota apud eundem deciſ.242. numero 2. & deciſ.245. num.1. Rot. diuerſ.deciſ.53. numero 1.part.5. Poſthius de manutenent. deciſ. 139. numero 2. Quoniam in iuribus incorporalibus vnicus actus patientiæ habetur pro tra- 3
ditione, & ſic per vnicam ſolutionem collectæ probatur quaſi poſſeſſio collectandi. Bald. conſil. 251. lib. 3. Rip.in d.cap.cùm Eccleſia Sutrina, numero 54. de cauſ. 4
poſſ. & propr.

His tamen non obſtantibus cenſeo dictam Communitatem nullo modo eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi à prædictis hominibus aliquam taxam, ſeu collectam, minuſque teneri eos ad eam ſoluendam, ſiquidem de anno prædicto 1596. dum ſuper hoc contentio eſſet de mandato Domini per litteras prædicti D. Laderchij fuit ſcriptum, quod pro nunc dicti homines ſine præiudicio iurium ſuorum concurrerent ad ſolutionem prædictam, & contribuerent; quod ideò fuit decretum
prouiſionale, quod non dat, neque tollit poſſeſſionem, 5
quia non præiudicat in futurum, & ideò ab eo non datur appellatio ſuſpenſiua, & poteſt exequi non obſtante appellatione, vt per Rebuff. in tractat.de ſent. prouiſ. in præfat. numero 16. & numero 142. fol. 225. 246. Scacc. in tractat. de appellat. quæſt. 17.limit.7. ſub numero 3. Vnde vigore dicti mandati ſoluerunt tunc taxam illam multùm leuem, & ab hodierna multum differentem, & hoc fecerunt ob reuerentiam Domini, & metu executionis, ne de facto grauarentur, & ideò talis modus ſoluendi non tradit aduerſario aliquam quaſi poſſeſſionem exigendi in futurum pro aliis vicibus, ſed tantum pro illo actu, per actus enim meticuloſos,ſiue ob reuerentiam, ſiue ob vim illatam ne- 6
mo acquirit alienam poſſeſſionem, vel quaſi, ad textum in l.ius eius,Cod. de probat. pulchrè Butr. in cap. accedentibus, colum.2.verſ. per prædicta,de priuileg. Felin. in cap.cum acceſſiſſent, numero 29. vbi Dec. numero 32.de conſtit. qui docent, quod ſi Capitulum Canoni- 7
corum de mandato Pontificis recipit aliquem in Canonicum contra priuilegium Capituli, nihil ſibi præiudicat, & hoc idem docet Rota apud Puteum deciſion. 188.n.4.lib.2. Veral.deciſ.277.par.2. Menoch.conſ.402. n.63.lib.5.& de præſ. lib.6. præſ.41.n.14.15. Surd. conſ. 419.num.35. vbi alios allegat, quia oportet ſolutionem eſſe ſpontaneam, vt aduerſarius acquirat quaſi poſſeſ-

 ſionem

8 ſionem exigendi. Innocent. in c. olim, in gl. fin. vbi Abb.
col. 4. de reſtit. ſpol. Caſtr. conſ. 111. num. 2. ad fin. verſ.
præterea, lib. 2. Tuſch. lit. P. concl. 420. num. 13. Rom. conſ.
364. num. 14 Puteus deciſ. 281. num. 2. lib. 2. vbi pulchrè
9 inquit, quod ſoluens, vt pareat mandatis Superioris
non conſtituit aduerſarium in quaſi poſſeſſione exi-
gendi: ſic etiam Seraph. deciſ. 1117. num. 6. Maur. de ſo-
lut. c. 21. n. 25. & Mareſcot. var. reſol. lib. 1. c. 22. num. 12.
Cyriac. contr. 155. numer. 7. 8. lib. 1. Poſthius de manutent.
obſeru. 35. num. 38. 39. qui enim ſoluit, vt obediat man-
datis Domini, non conſentit, & ſpontè non ſoluit, &
ad acquirendam hanc quaſi poſſeſſionem requiritur pa-
tientia illius, contra quem prætenditur acquiſita poſſeſ-
ſio, quia in incorporalibus quaſi poſſeſſio nil aliud eſt,
10 quàm aduerſarij patientia, l. quoties, ff. de ſeruit. l. 1. §.
vlt. ff. de ſeru. ruſt. præd. l. ſi à te, ff. ſi ſeru. vend. l. 2. Cod.
de ſeru. & aq. in verbis Menoch. de retinend. poſſeſſ. re-
med. 5. num. 33.

Et in terminis iure deciſum eſt, quod coacta ſolutio
onerum, collectarum, & taxarum ab eo, qui ſoluere
11 non tenetur, nihil præiudicat, vt habetur in textu l.
curaui, in princ. ff. de muner. & honor. Roman. conſ. 252.
in fin. Dec. in c. ſi de terra, num. 32. de priuileg. Bellinz. de
charitat. ſubſid. q. 61. Marſil. conſ. 99. num. 3. Ruin. conſ.
107. num. 13. & conſ. 196. in fin. & conſ. 288. num. 11. lib. 1.
pulchrè Menoch. d. præſ. 41. num. 14. lib. 6. Silu. conſ. 66.
num. 28. Oſaſch. deciſ. 91. ſub num. 19. pulchrè Surd. conſ.
419. ſub n. 35. vbi ait Menochium defendiſſe Prælatum
Societatis Ieſu in ſtatu Veneto, qui coactè ſic mandan-
12 te Magiſtratu ſoluerat collectas: perbellè ſic etiam do-
cuit Cyriac. contr. 155. num. 6.

Neque obſtat, quod in actu ſolutionis ſit neceſſaria
proteſtatio ſoluentis, quod metu, & per compulſionem
ipſe ſoluat, alioquin ſi non proteſtetur, ſolutio cenſen-
da ſit ſpontanea, & conſtituat aduerſarium in quaſi poſ-
13 ſeſſione exigendi. Seraph. deciſ. 1047. num. 11. Mareſc.
reſol. lib. 1. c. 22. n. 21. Melchior Lotter. de re benef. lib. 1.
q. 38. n. 208. 209. Poſthius d. obſeru. 35. n. 36.

Nam id non procedit, quando ſoluitur vigore de-
creti prouiſionalis, quod pro nunc tantum, & pro illo
actu obligat; tunc enim in ſolutione cenſetur ineſſe
eadem conditio, quæ ineſt in ipſo decreto, vt ratio ip-
ſa, & natura negotij ſatis id perſuadet. Verùm omittitur
licitè proteſtatio ob reuerentiam Domini, quando tra-
ctatur de exequendo eius mandato, non de obediendo
alicui Iudici; hoc enim ipſo, quod præceptum eſt Do-
14 mini, ſatis conſtare videtur de metu exequutionis, & de
coactione, quo caſu non eſt neceſſe proteſtari, vt per
Gratian. diſc. 113. num. 12. Non enim licèt reſiſtere
Domino, qui Superiorem non recognoſcit, & ideò me-
tus, qui inducit ad ſoluendum, idem remouet etiam ani-
mum à proteſtando, & propterea quando tractatur de
obediendo mandatis Principis, ex ſolutione nullum
infertur præiudicium, etiamſi ſoluens non ſit proteſta-
15 tus, quod coactè ſoluit, vt per doctrinam Butr. in d. c.
accedentibus, inquit Bellinz. in d. tract. de charit. ſubſ.
q. 61. quem ſequitur pulchrè Menoch. d. præſ. 41. n. 15.
lib. 6. ad rem facit Gabriel concl. lib. 6. de iur. immun.
concl. 1. num. 8. & licèt fortè vtilis ſit proteſtatio ad me-
tum probandum, tamen non eſt neceſſaria, quia ha-
betur pro facta, ad textum in l. in omnibus cauſis, vbi
Dec. n. 12. & plenè Cagn. num. 6. Bart. in l. de pupillo,
§. 1. ſi quis, ff. de nou. oper. nunt. Rip. in cap. cum M. Fer-
16 rar. num. 92. de conſt. Mandel. conſ. 77. num. 25. lib. 1. &
Gomez in reg. de annal. poſſeſſ. q. 76. Couar. epitom. 5.
decret. p. 2. c. 3. § 5. poſt numer. 12. verſ. quo fit, & verſ.
ſatis enim eſt. Villalob. in com. opin. lit. P, num. 364.
365.

Et ratio eſt, quia iuris præſumptione ſine alio mini-
ſterio hîc metus probatur, dum tractatur de obedien-
do Domino; ſiquidem quando ſubditi ſoluunt onera,
17 ad quæ non tenentur, præſumuntur id feciſſe per com-
pulſionem, & metum. Bald. in tit. de pace conſtantiæ, in
verb. pactiones, ſub num. 1. in vſib. feud. Innoc. in d. c. ac-
cedentibus, vbi Butr. de priuileg. Guid. Pap. conſ. 1. num. 12.
Ruin. conſ. 111. num. 20. lib. 5. Natt. conſ. 106. num. 11.
12. lib. 1. Neuiz. conſ. 43. ad fin. Surd. conſ. 127. num. 24.
25. & conſ. 323. num. 14. Et ideò dicti homines, ſi verè
non ſunt proteſtati, id fecerunt ob reuerentiam Domi-
ni, & licèt decretum prouiſionale fuerit iuſtum, quia
opus celeritatem deſiderabat, non per hoc tamen ſe-
quitur, quod ex eo Communitas fuerit poſita in quaſi
poſſeſſione exigendi, quia ſpontanea non fuit ſolutio,
neque hodie licet facere ſimile decretum prouiſionis,
quia opus perfectum eſt, & iam non tractatur de pro-
uiſione, ne opus differatur, ſed ad quem ſpectet onus
ſoluendi ſumptus, & expenſas neceſſarias, & propterea
non eſt exequutiuè procedendum: ad rem Oſaſch. deciſ.
Pedemont 86. num. 8.

Verùm nos ſumus in caſu fortiori, quia mandatum
Principis non fuit abſolutum, & ſimplex, ſed mode-
ratum, & cum clauſulis ſalutaribus, ſcilicet vt dicti ho-
mines ſoluerent taxam pro nunc, & ſine præiudicio 18
eorum iurium, vt legitur in dictis literis. Vnde ſolutio
videtur facta cum iiſdem clauſulis, & reſeruationibus,
quia ſoluens præſumitur ſoluere ex titulo præcedenti.
Ruin. conſ. 61. num. 9. lib. 5. & clauſula, ſine præiudicio, 19
præſeruat ius illius, ad cuius fauorem eſt appoſita. Farin.
recent. deciſ. 419. num. 3. p. 1. & propterea nulla quaſi
poſſeſſio exigendi cenſetur per aduerſarios acquiſita,
quia ſolutio ſic facta, ſine præiudicio iurium, nullo mo-
do conſtituit aduerſarium in quaſi poſſeſſione exigendi,
quia cenſetur conditionalis, & quatenus per eam infe- 20
ratur præiudicium, perinde eſt, ac ſi talis actus non fuiſ-
ſet factus, l. ſi teſtamento, §. 1. ff. de manumiſſ. teſt. Puteus
deciſ. 32. numero 1. 4. lib. 2. Gratian. diſc. 310. num. 46. &
diſc. 981. num. 40. Rota apud Cenc. de cenſ. deciſ. 250.
ante num. 8. Poſthius d. obſeru. 35. numero 46. & obſ. 52.
num. 16. Garz. de benef. p. 5. cap. 5. numero 65. vbi inquit, 21
quod clauſula, ſine præiudicio, præſeruat ius tam in pe-
titorio, quàm in poſſeſſorio, & propterea aduerſarius
non acquirit poſſeſſionem. Viuian. de iurepatr. p. 2.
lib. 5. c. 2. numero 12. in fin. vbi idem concludit, & teſta-
tur Rotam ſic cenſuiſſe, & ad rem facit Cyriac. contr.
155. num. 22.

Et hoc idem importat clauſula, Pro nunc, ſeu, Pro 22
hac vice; quia inde colligitur Principem voluiſſe tan-
tum præiudicare pro illo tunc, non pro tempore futu-
ro, eo quod dictio illa, Nunc, eſt demonſtratiua præſen-
tis temporis, vt in l. 1. ff. de condict. indeb. l. 1. §. nunc 23
tractemus, ff. de tutel. & ration. diſtr. l. 4. §. vlt. de cond.
& demonſt. Bald. in l. contrà rogatus, num. 1. C. ad Trebel.
Vulpel. de præpoſ. & aduerb. ſign. dict. nullatenus, verſ.
Nunc, pag. 67. Menoch. conſ. 14. num. 3. Alex. in l. hu-
iuſmodi, la ſecunda, num. 3. de verb. obl. Tuſch. littera D,
concluſ. 317. num. 1. & propterea ſtante hac clauſula non
poteſt transferri quaſi poſſeſſio exigendi in aduerſa-
rium, quia hoc eſſet præiudicare parti non ſolùm pro
nunc, ſed etiam in futurum, quod non eſt dicendum,
quia verba illa, Pro nunc, videntur idem importare quod 24
verba illa, Pro hac vice, quæ non dant ius, neque poſſe-
ſionem de futuro, ſed tantùm pro illo tunc præiudi-
cant quoad poſſeſſionem, non etiam quoad merita,
nec faciunt aliquam alterationem in futurum, ſed ſo-
lùm pro illo præſenti, vt probat Lambert. de iurepatr. 25
lib. 3. quæſt. 7. princ. artic. 7. n. 6. vbi dicit, quod licèt Papa
deroget iuripatronatus pro hac vice, tamē patronus non
amittit iuſpatronatus, nec eius quaſi poſſeſſionem. Ita 26
etiam pulchrè Menoch. conſ. 402. n. 64. & ideo ſimiles
piorum ſupportationes, & ſolutiones, ad quas dicti
homines non tenentur, fortè præiudicant reſpectu præ-
teriti temporis, & pro illo actu, non autem obligant
pro futuro, ad textum in l. 2. vbi gl. in verb. labefactatur,
& ibi Bart. ff. de priuileg. veteran. Alex. conſ. 33. ſub n. 2.
vol. 5.



vol. 5. Guid. Pap. quæſt. 587. Iaſ. conſil. 25. n. 5. lib. 3. Natt.
conſ. 77. n. 15. lib. 1. & conſ. 636. n. 138. lib. 3. Dec. conſ. 72.
ſub n. 4. Gozad. conſ. 23. n. 10. Oſaſch. deciſ. 91. n. 22. Surd.
conſil. 419. n. 31. verſ. nec repugnat. Cyriac. d. contr. 155.
num. 17.

Hinc nullo modo dici poteſt, quod dicta Commu-
nitas ſit in quaſi poſſeſſione exigendi dictam taxam, ſeu
27 collectam, aut impoſitionem à dictis hominibus, quia
in iuribus incorporalibus non acquiritur quaſi poſſeſ-
ſio, niſi duobus concurrentibus, ſcilicet animo acqui-
rere volentis, & patientia, & animo alterius contra
quem agitur, vt per Puteum d. deciſ. 281. n. 3. 4. p. 2. Rot.
diuerſ. deciſ. 413. n. 14. p. 5. Rot. apud Cenc. de cenſ. in
addit. deciſ. 123. n. 12. ſed hîc deficit vtrumque, quia do-
minus dum mandauit pro illa vice fieri opus ſine præ-
iudicio iurium partium, & pars vtraque vſa eſt dicto
decreto, ſignum eſt, quod omnium intentio, & animus
fuit, vt pro illa vice tantùm ita fieret; non enim ſatis
28 eſt ad poſſeſſionem prædictam cquirendam, quod dicti
homines ſemel ſoluerint, vel etiam pluries tali modo,
ſed neceſſe eſt probare, quod eo animo ſoluerint vt in
futurum etiam ſoluere deberent, & ſoluendum eſſe
crederent. Tuſch. littera P, concl. 421. n. 4. Cenc. de cenſ.
part. 2. cap. 12. quæſt. 5. art. 4. n. 22. ſed non conſtat, quod
dicti homines hoc animo ſoluerint, imò contrarium
appparet: ergo pro tempore futuro non poterit vl-
lum ius, aut aliqua poſſeſſio dictæ Communitati ac-
quiri.

Cùm ergo dicta Communitas non ſit in quaſi poſ-
ſeſſione exigendi, non poteſt dicere ſe habere pro ſe
29 vltimum ſtatum rei; quia vltimus ſtatus in eo tantum
conſideratur, qui eſt in poſſeſſione. Poſthius in d. tract.
de manutent. obſeru. 71. n. 54. 56. 58. & obſer. 73. n. 1. 4. 5.
vbi alios multos allegat, ideò proceditur de iure.
Oſaſch. d. deciſ. 86. n. 7.

His firmatis ſatis conſtat dictos homines eſſe
abſoluendos à petitis etiam in poſſeſſorio iudicio ſum-
mariiſſimo, & confugiendum eſſe ad petitorium, in
quo ab aliis Iuriſconſultis valdè peritis oſtenditur ple-
nè dictos homines ad nihil teneri, ideo ſuper hoc
nihil addendum eſſe putaui.

## CAPVT CXXXIII.

### EPITOME.

Appellatio an fiat deſerta ob lapſum primi fatalis, adeò vt ſententia poſſit executioni demandari abſque vitio attentatorum?

### SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente nihil eſt innouandum.*
2 *Attentata in primis ſunt reuocanda.*
3 *Appellans ſi non potuit in primo anno expedire cauſam, datur ei ſecundus annus.*
4 *Appellanti ex æquitate canonica datur tertius annus.*
5 *Bellum præſtat iuſtum impedimentum, ne currat fatale.*
6 *Fatale quando non currat appellanti.*
7 *Bellum dicitur caſus fortuitus.*
8 *Impedimentum notorium, vt bellum, non eſt probandum.*
9 *Impeditus impedimento notorio non tenetur proteſtari.*
10 *Proteſtatio quando non ſit neceſſaria impedito.*
11 *Sententia non confirmatur, niſi lapſo biennio appellanti.*
12 *Appellanti non currit fatale, donec diſputatur de aliquo emergenti.*
13 *Fatalia non currunt pendente articulo attentatorum.*
14 *Appellanti non currit fatale pendentibus feriis.*
15 *Fatale non currit, ſi ſtetit per Iudicem.*
16 *Appellanti datur ſecundus annus, ſi ſtetit per Iudicem, ne cauſa terminetur.*
17 *Appellatio an ſit deſerta, debet cognoſcere Iudex ad quem.*
18 *Iudex à quo non poteſt exequi, niſi Iudex ad quem pronuntiet ſuper deſertione.*
19 *Appellationem non eſſe deſertam in dubio eſt pronuntiandum.*
20 *Iudex à quo appellatur, an poſſit reaſſumere iuriſdictionem deſerta appellatione.*
21 *Nullitas quando dicatur principaliter intentata cum appellatione.*
22 *Appellatione deſerta non fit deſerta nullitas.*
23 *Appellatio datur à ſententia, appellationem eſſe deſertam.*
24 *Appellans debet ſumma ope niti, vt infra annum cauſa terminetur, alias fit deſerta.*
25 *Appellatio fit deſerta per lapſum anni, niſi adfuerit impedimentum.*
26 *Appellanti non datur ſecundus annus, niſi euidenter doceat de impedimento.*
27 *Impedimentum quale eſſe debeat, ne appellatio fiat deſerta.*
28 *Appellanti quando detur ſecundus annus abſque allegatione impedimenti.*
29 *Stylus Romæ non debet extendi ad alia loca.*
30 *Impedimenti loco quid ſtylus ſupponat in appellante.*
31 *Appellanti non datur ſecundus annus, niſi probet iuſtum impedimentum, & cauſam.*
32 *Appellationis tempus quando currere incipiat.*
33 *Commiſſionis tempus attenditur.*
34 *Appellatio quomodo fiat deſerta.*
35 *Deſertio appellationis vt euitetur quid agendum.*
36 *Appellans quam diligentiam facere debeat.*
37 *Impedimentum quomodo probetur in appellante.*
38 *Belli impedimentum non indiget probatione, & quando.*
39 *Impedimentum notorium an debeat ſaltem allegari.*
40 *Notorium quando verificari debeat.*
41 *Appellanti an ſufficiat habere vnum menſem pro cauſa expedienda.*
42 *Impedimentum non fuit, quo ceſſante adhuc appellans tacuit.*
43 *Appellanti quando detur ſecundus annus.*
44 *Appellanti vltima mora, & negligentia nocet.*
45 *Impedimentum quale debeat eſſe, vt appellanti detur ſecundus annus.*
46 *Bartoli ſententia damnatur in materia appellationis.*
47 *Impedimentum iuramento probatur.*
48 *Iuramentum ſuper impedimento à ſolo Iudice præſtandum.*
49 *Appellans an poſſit probare impedimentum per iuramentum ſuum.*
50 *Cauſa iuſta, & impedimentum in appellante quomodo probetur.*
51 *Impedimentum per duos teſtes eſt probandum.*
52 *Appellans per duos teſtes debet probare impedimentum.*
53 *Iuramento appellantis ſuper impedimento non ſtatur.*
54 *Impedimentum quando coniecturis, vel iuramento probetur.*
55 *Bellum facilè probatur.*
56 *Impedimentum debet probari in ſpecie, non in genere.*
57 *Iuranti ſuper impedimento non ſtatur, niſi alias ſit idoneæ fidei.*
58 *Arbitrium non habet Iudex in his, quæ ſunt à iure expreſſa.*
59 *Appellatur à Iudice iniquè arbitrante etiam in arbitrariis.*

60 *Deſerta ſit appellatio ob negligentiam appellantis.*
61 *Appellatione deſerta attentata non reuocantur, ſed ſit executio.*
62 *Deſertio appellationis confirmat primam ſententiam.*
63 *Appellatione deſerta expirat iuriſdictio Iudicis ad quem.*
64 *Appellatione deſerta iuriſdictio reuertitur ad Iudicem à quo.*
65 *Iudex à quo poteſt exequi deſerta appellatione, etiamſi ſuper hoc non ſit pronuntiatum.*
66 *Appellatione deſerta an Iudex à quo poſſit exequi reo non citato.*
67 *Contumax verus non poteſt appellare à decreto de exequendo.*
68 *Contumax habetur pro præſente in ſui præiudicium.*
69 *Attentare non dicitur, qui deſerta appellatione exequitur.*
70 *Appellanti quando concedatur ſecundus, & tertius annus.*
71 *Bellum quando dicatur eſſe iuſtum impedimentum.*
72 *Executio ſententiæ ſit deſerta appellatione, niſi probetur iuſtum impedimentum.*
73 *Appellans debet inſtare pro cauſa appellatione, alias appellatio ſit deſerta.*
74 *Emergentia impediunt fatale.*
75 *Præceptum cum clauſula*, & ſi ſenſerit, *per comparitionem ipſo iure reuocatur.*
76 *Præceptum quando reſoluatur in vim ſimplicis citationis.*
77 *Appellanti, qui fuit cauſa impedimenti, currit fatale.*
78 *Appellanti incumbenti ſuper emergenti currit fatale.*
79 *Attentata quando non ſuſpendant curſum fatalis.*
80 *Tempus fatalium quomodo retardetur, vel non.*
81 *Ponens quomodo poſitiones poſſit eligere pro confeſſis.*
82 *Appellans debet remouere omne impedimentum.*
83 *Impedimenta mendicata non proſunt.*
84 *Appellans cauſa inſtructa debet iterum, atque iterum inſtare pro expeditione.*
85 *Fatalium curſui quodnam tempus ſubducatur.*
86 *Appellanti non prodeſt, ſed currit tempus fruſtratoriè conſumptum.*
87 *Feriarum tempus ſubducitur de fatali appellationis.*
88 *Diligentia quanta requiratur in appellante.*
89 *Commiſſionis præſentatio quomodo, & quando facienda.*
90 *Feriarum impedimentum an ſit iuſtum, ne currat tempus appellanti.*
91 *Feriæ ordinariæ an ſint iuſtum impedimentum.*
92 *Appellans quomodo debeat inſtare pro expeditione cauſæ.*
93 *Appellans quando poſſit declinare iuriſdictionem Iudicis à quo.*
94 *Appellatio an ſit deſerta, ad quem Iudicem ſpectet cognitio.*
95 *Iuriſdictio reuertitur ad Iudicem à quo deſerta appellatione.*
96 *Deſertio appellationis à quo Iudice decidenda.*
97 *Emphyteuta ceſſans per biennium, cadit à linello Eccleſiæ.*
98 *Nullitas remanet deſerta appellatione.*
99 *Deſerta appellatione licèt remaneat nullitas, ſententia tamen exequenda eſt.*
100 *Nullitas notoria, quando retardet executionem ſententiæ.*
101 *Nulli as altioris indaginis non retardat.*
102 *Appellatione deſerta quando etiam nullitas deſerta dicatur.*
103 *Iudex debet in primis conſiderare poteſtatem ſibi attributam.*
104 *Iudex appellationis quando non poſſit ſuper nullitate ſententiare.*
105 *Appellationis cauſa quomodo ſoleant committi.*
106 *Appellanti an ſuccurratur appellatione deſerta.*
107 *Nullitas quomodo eſt proponenda.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Parmenſi bonorum mihi commiſſa à Sanctiſ-
ſimo Vrbano VIII. ſub die 29. Aprilis 1641. verrente
inter Archipreſbyterum Nuceti, & Angelum Boſellij,
occaſione bonorum emphyteuticorum, quæ Boſellius
ab Eccleſia illius recognoſcebat ſub annuo liuello, ob
cuius non ſolutionem Archypreſbyter prætendebat
bona fuiſſe ad Eccleſiam deuoluta, & liuellos decurſos,
& ſuper vtroque diſtinctè contra dictum Angelum
ſub die 21. Iunij 1636. obtinuit ſententias fauorabiles
à Reuerendiſſimo D. Vicario Parmenſi, à quibus ap-
pellauit dictus Angelus, & ſub die 26. eiuſdem obti-
nuit commiſſionem appellationum fieri M.R.D. Æmi-
lio Zandemariis, Cancellario Cathedralis Parmæ, ſed
quia cauſam non fecit expediri intra primum fatale,
dictus Archipreſbyter recurſum denuò habuit ad
dictum Vicarium pro executione ſententiarum, & ci-
tato dicto Angelo, nec contradicente eam obtinuit
ſub die 18. Iunij 1638. quæ fuit conſummata, nunc
verò dictus Angelus petit non ſolum pronunciari ma-
lè iudicatum, ſed etiam in primis reuocari dictam exe-
cutionem, & omnia attentata, antequam cauſa appel-
lationis terminaretur, quæritur quid iuris.

Et ſanè pro dicto D. Angelo videtur pronuncian-
dum, quia nimis in iure notum eſt, & tritum, quod
pendente appellatione nihil eſt innouandum, *cap. Ec-* 1
*cleſia S. Mariæ, vt lit. pend. cap. ad diſſoluendum* 11.
*quæſt.* 1. & ſi quid innouetur, certum eſt omnia attenta-
ta in primis eſſe reuocanda, & purganda, *cap. non ſo-* 2
*lùm, de appellat. in* 6. *cap. cùm M, de conſtit.* latè
Lancell. *de attentat. appell. pend. in præfat. part.* 2. *cap.* 12.
*n.* 83. 84. 85. 86. vbi quod de hoc omnia iura clamant.
Rot. apud Puteum *deciſ.* 11. *p.* 3. & apud Marcheſan.
*p.* 1. *de commiſſ. appell. ab exequ. Breu. cap.* 1. *n.* 5. *fol.* 391.
*col.* 1. & *p.* 2. §. 5. *fol.* 178. *col.* 2. *n.* 1. latè Borell. *in ſumm.*
*deciſ. part.* 1. *tit.* 36. *n.* 3. & *n.* 197. 206. 218. vbi multos
congerit.

Neque videtur dicendum, quod appellatio dicti
Domini Angeli fuerit deſerta ob lapſum primi fatalis,
quia ſi appellans non potuit expediri facere cauſam in 3
primo anno, datur ei ſecundus annus, qui dicitur ſe-
cundus fatalis, vt habetur *in Auth. ei qui*, vbi gl. & DD.
*C. de tempor. appellat. cap. cùm ſit Romana, de appellat.*
imò ex æquitate canonica, ſi appellans in ſecundo an-
no per impotentiam non fuit appellationem proſequu- 4
tus, habet tertium annum, vt habetur *in cap. ex ratione*,
vbi Franc. & DD. *de appellat.* Odd. *de reſtit. in integr.*
*p.* 2. *quæſt.* 70. *art.* 1. *n.* 1.

Hîc autem videtur adfuiſſe iuſtum impedimentum
tum ratione temporis bellicoſi, quo omnia ruebant in
armorum clamorem, tum à parte ipſa; certum eſt enim
quod bellum præſtat iuſtum impedimentum, ne fatale 5
currat. Lancell. *de attentat. appell. pendent. part.* 2. *cap.* 12.
*in præfat. ſub n.* 49. Scacc. *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 15.
*art.* 3. *ſub n.* 145. fatale enim non currit, quando appel-
lans intra illud fuit legitimo impedimento detentus, 6
quoniam appellationem fuit proſequutus. Franch. *in*
*d. cap. ex ratione, n.* 25. vbi etiam Innoc. Imol. & Butr. *de*
*appellat.* Lancell. *d. cap.* 12. *in præfat. n.* 48. Scacc. *d. q.* 15.
*n.* 145. vbi pro iuſto impedimento ponuntur caſus for- 7
tuiti, inter quos bellum etiam, & incurſus hoſtium nu-
merantur, §. 3. *Inſt. quibus mod. re contrah. oblig.*

Et hoc adeò verum eſt, vt neque ſit neceſſe probare
tale impedimentum, ſi eſt notorium, prout bellum,
quod publicè geritur. Ioan. And. *in d. l. cùm ſit Romana, de* 8
*appellat.* Oſaſch. *deciſ.* 9. *n.* 3. 4. Scacc. *d. quæſt.* 15. *ſub n.* 34.
*verſ. ſecundò*, adeò ſic impeditus legitimo impedimen-
to



9 to non tenetur proteſtari, aut impedimentum alle-
gare. Iaſ. *in l. properandum, §. ſin autem vterque, Cod.*
*de iudic.* Caputaquenſ. *deciſ.* 123. *part.* 1. Lancell. *de*
*attentat. appellat. pendent. dict. part.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 1.
*num.* 65. Franc. *in cap. ſi iuſtus, ſub num.* 13. *de appellat.*
Scacc. *eod. tract. quæſt.* 15. *num.* 181. *verſic. primò*, ibi:
10 *Tertium impedimentum*, vbi docet quod in impedimen-
tis, quæ proueniunt à caſu fortuito non eſt neceſſaria
aliqua proteſtatio, & in notoriis Iudex poteſt ſupple-
re. Crauet. *conſ.* 104. *num.* 4. ad rem latè Oſaſch. *deciſ.* 9.
*num.* 3. 4.

Et dato etiam, & non conceſſo, quod lapſum eſſet
primum fatale, adhuc tamen non poterat committi
11 executio ſententiarum prædictarum niſi lapſo ſecundo
fatali, quia ſententia non confirmatur, niſi poſt lap-
ſum biennium, vt inquit Bartol. *in d. Auth. ei qui, in*
*fin. Cod. de tempor. appellat.* & *in l. vni, in fin. ff. nil nou.*
*appellat. pend.* Bald. *in l. eos, col.* 2. *verſ. ſcias*, vbi Salic.
*n.* 6. *verſ. de huius, Cod. de appellat.* alios allegat Oſaſch.
*deciſ.* 28. *n.* 4 *verſ. in contrarium*, Scacc. *de appell. d. q.* 15.
*ſub n.* 179. vbi ſine dubio hoc admittit, quando appel-
lans in primo anno fecit aliquam diligentiam pro cau-
ſa expedienda vltra præſentationem commiſſionis
cauſæ, vt hic.

Accedat etiam, quod dictus D. Angelus fuit impe-
ditus non ſolum facto iudicis, qui cauſam non termi-
nauit, ſed etiam facto partis, quæ cauſam arreſtauit
diſputando ſuper emergentibus, & præcipuè circa re-
uocationem cuiuſdam præcepti, & propterea appella-
12 tio non poteſt dici deſerta, quia donec diſputatur de
aliquo emergenti, & incidenti, fatale non currit, vt
per Franch. *in dict. cap. ex ratione, num.* 36. vbi Dec. *n.* 10.
*de appellat.* Gabriel. *de arbit. concl.* 4. *num.* 14. *cum ſeq.*
Antonin. Maceratenſ. *reſol.* 109. *num.* 15. *lib.* 9. ſicut
etiam fatalia non currunt pendente articulo, & diſcuſ-
13 ſione attentatorum. Odd. *de reſtit. in integr. part.* 2.
*quæſt.* 70. *artic.* 3. *num.* 11. Borell. *in ſumm. deciſ. part.* 1.
*tit.* 3. *num.* 1107. & *tit.* 36. *num.* 202. qui alios al-
legant.

Et ſimiliter ſi ſuperueniant feriæ, in quibus ceſſa-
tur à iure reddendo, ſunt cauſa ſufficiens, quod appel-
14 lans excuſetur à proſequendo appellationem, & ſuſ-
pendatur fatale, vt per Lancell. *de attent. p.* 2. *c.* 13. *n.* 73.
75. Scacc. *de appel. quæſt.* 14. *n.* 42. & ſic ſubduci debent
tempora, quibus diſputatum fuit de emergentibus, &
in quibus feriæ præſtiterunt impedimentum.

Vlterius, cùm ſæpiùs Iudex fuerit rogatus ad feren-
dam ſententiam, vt habetur *in proceſſ. fol.* 77. 79. 80. 81.
82. & ipſe diſtulerit cum ſolis monitionibus, videtur,
15 quod ipſe impedimentum præſtiterit, & ſic etiam hoc
tempus ſubducendum eſt, ne currat fatale. Grauet.
*conſ.* 270. *n.* 4. Oſaſch. *deciſ.* 12. *n.* 9. Surd. *conſ.* 8. *n.* 2. &
ſic quando impedimentum prouenit à Iudice, datur
16 ſecundus annus ad proſequendam appellationem ipſo
iure. Abb. *in d. cap. ex ratione, ſub n.* 6. vbi Franch. *n.* 45.
*de appellat.* Scacc. *dict. tract. quæſt.* 15. *n.* 122. Chartar.
*deciſ. crim.* 48. *n.* 10.

Et caſu quo dicta appellatio potuiſſet dici deſerta,
cognitio huius articuli ſpectabat ad Iudicem, ad quem,
17 qui etiam poterit reuocare executionem factam à Iudi-
ce à quo tanquam attentatam, vt per Franch. *in d. cap. ex*
*ratione, n.* 67. 99. *de appellat.* Scacc. *d. tract. q.* 11. *n.* 151. 152.
18 *& ſeqq.* ergo malè fecit hic Iudex à quo exequendo ſen-
tentias, dum cauſa appellationis erat iam introducta
coram Iudice ad quem, ideò ad eum pertinebat. Ricc.
*in prax. for. Eccl. de appell. reſol.* 408. per totam.

Et ſi dubium eſſet, an appellatio fuerit deſerta, pro
non deſertione pronuntiandum eſt, maximè quando
19 conſtat de bono iure in cauſa principali. Caſtr. *in l.* 1.
*ff. ſi quis caut.* Grat. *conſ.* 163. *n.* 12. *lib.* 2. Ferret. *conſ.* 98.
*n.* 6. *lib.* 1. latè Lancell. *de attentat. p.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 1.
20 *n.* 26. 30. vbi multos allegat. Scacc. *de appellat. quæſt.* 17.
*lim.* 1. *num.* 18. Rol. *conſ.* 34. *num.* 3. *lib.* 3. Marcheſan. *de*
*commiſſ. part.* 2. §. 1. *num.* 70. *fol.* 75. Borell. *in ſumm. p.* 1.
*tit.* 33. *n.* 1172. imò deſerta appellatione Iudex à quo,
ſi ei detulit, non poteſt reaſſumere iuriſdictionem
niſi illi per Iudicem ad quem remittatur. Latè Imol.
*in Clem. ſicut, num.* 7. *de appellat.* Marcheſ. *dict.* §. 1.
*num.* 72.

Denique cùm dictus D. Angelus principaliter dixe-
rit de nullitate dictæ ſententiæ D. Vinc. Parmen. ſub
ea forma: *Dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello*; 21
quia tunc negari non poteſt, quin nullitas fuerit prin-
cipaliter propoſita, non autem acceſſoriè, vel inciden-
ter. Bart. *in l. ſi expreſſim, num.* 3. vbi Imol. *column.* 6. *ff. de*
*appellat.* Franch. *in cap. dilecto, col.* 6. *quæſt.* 43. 48. 58. vbi
Dec. *n.* 6. *eod.* Alexand. *conſ.* 2. *col.* 3. *verſ. ſed in hoc, lib.* 2.
Scacc. *de appellat. quæſt.* 19. *rem.* 1. *concluſ.* 2. *num.* 4. latè
Borell. *in ſumm. deciſ. part.* 1. *tit.* 33. *n.* 1150. *& ſeqq.* vbi
multos congerit. Vant. *de nullitat. tit. quot & quibus*
*mod. n.* 114. ideò etiamſi fiat deſerta appellatio ob fata-
lium lapſum, tamen non erit deſerta nullitas, & de ea 22
poterit cognoſci, quia in ea, quæ durat 30. annis, fatalia
non dicuntur currere, & perempta inſtantia nullitatis.
Bart. *in d. l. ſi expreſſim, n.* 10. *verſ. quæro, de appell.* Bald.
*in l. contra maiores, n.* 4. *verſ. ecce, C. de inoff. teſtam.* Van-
tius *de nullit. d. tit. quot & quibus, num.* 24. 25. Peregr.
*deciſ.* 33. *n.* 6. & *deciſ.* 42. *n.* 2. *lib.* 3. *vol.* 3. latè Borell. *dict.*
*tit.* 33. *num.* 1147. 1148. 1153. Ruin. *conſ.* 34. *num.* 10. *lib.* 5.
Mantic. *deciſ.* 90. *ſub n.* 5. Lancell. *de attent. null. pend. p.* 2.
*cap.* 17. *n.* 75. Marcheſ. *de commiſſ. p.* 2. *d.* §. 1. *n.* 70. *fol.* 75.
& *n.* 83. *fol.* 77. pulchrè Fenzon. *ad ſtatut. Vrb. cap.* 192.
*n.* 18. Chartar. *deciſ. crim.* 62. *n.* 23.

Et quatenus etiam pronunciatum eſſet appellatio-
nem eſſe deſertam, adhuc ſententia non debet exequu-
tioni demandari, quia à tali pronuncia datur appella- 23
tio, vt per Franch. *in d. cap. ex ratione, n.* 89. *de appellat.*
Scacc. *de appell. q.* 17. *lim.* 47. *membr.* 1. *n.* 185. 186. Borell.
*in ſumm. deciſ. p.* 1. *tit.* 33. *n.* 1134. *& ſeqq.* & *n.* 1156. vbi
alios congerit: ergo omnia attentata ſunt reuocanda,
& executio reuocanda.

Nihilominus ſatis veritas apparere videtur in con-
trarium, & iudicandum arbitror appellationem dicti
Domini Angeli fore, & eſſe deſertam, quia licèt celer-
rimè eam fecerit committere in termino quinque die-
rum, & commiſſionem præſentauerit Iudici ad quem,
tamen in proſequendo fuit valdè negligens, nec de ea
curam habere viſus eſt, niſi à die 8. Februarij 1638. vbi
petiit terminum ad probandum, & tamẽ iam lapſi erant
menſes 19. & vltra à die appellationis, & commiſſio-
nis, & in primo fatali fuit inſtante appellato ter ei aſ-
ſignatus terminus ad probandum, & tamen non cura-
uit quidquam probare, aut cauſam terminari facere,
ideò videtur non poſſe negari, quin deſerta fuerit dicti
Angeli appellatio, & de hoc habemus caſum expreſ-
ſum *in l. fin. §. illud, C. de tempor. appellat.* confirmatum *in*
*Auth. de iis, qui ingred. ad appellat. §. hæc nos, verſ. hæc*
*itaque*, & *verſic. obſeruatio*, iuncta gloſſa, vbi Imperator
ſanciuit appellantem ſumma ope niti debere, vt intra
primum annum cauſa ad finem perducatur, & omnia 24
litis certamina impleantur, aliàs primam ſententiam
in ſuo robore perdurare, ad effectumque (tanquam ſi
appellatum non fuiſſet) perduci debere, niſi appellans
euidentiſſimis probationibus oſtenderit ſe aliqua ex
cauſa inexcuſabili impeditum, tunc enim aliud annale
ei indulgetur ipſo iure.

Et hoc idẽ iure canonico apertis verbis fuit deciſum,
*vt in cap. cùm ſit Romana, de appell.* & clariùs *in Clem. ſi-*
*cut, eod.* vbi ſummus Pontifex expreſsè ſtatuit appellan-
tem teneri proſequi, & finire appellationem intra an-
num à die interpoſitionis appellationis, quod ſi non
fecerit, appellationem deſertam cenſeri, niſi iuſto ali- 25
quo impedimento fuerit impeditus: & ſic docent
Innoc. *in d. cap. ex ratione, in princ.* vbi Imol. *n.* 4. *verſ. ex-*
*peditum*,

peditum, & Ioan. Andr. & Abb. numero 13. 14. Dec. quæſt. 6. & Franch. de appellat. Abb. in dict. cap. cum ſit Romana, in primo not. Alber. in dict. auth. ei qui, numero 1. in fin. Cod. de temp. appellat. Auguſt. conſil. 310. numero 2. dicens hoc ibi verum videri ſicut Euangelium: latè Marant. de orat. iud. part. 6. §. 2. actus, num. 220. & ſeqq. & hoc verum eſſe, & caſum legis haberi teſtatur Oſaſch. dict. deciſ. Pedem. 28. numero 13. vbi etiam reſpondet ad contraria. Scacc. dict. quæſt. 15. num. 28. & num. 34. Borell. in ſumm. deciſ. part. 1. titul. 33. num. 1055. pulchrè Odd. de reſtit. in integr. part. 2. quæſt. 70. art. 5. num. 32. verſ. ſed in contrarium; qui omnes docent appellanti non concedi ſecundum annum ad proſequendam appellationem, niſi probet euiden-
26 ter iuſtum impedimentum, quod habuit in primo anno: & maximè de illo debet plenè docere, quando appellatus, vt hic, oppoſuit appellationem fuiſſe deſertam. Scacc. dict. quæſt. 15. num. 29. Chartar. deciſ. crim. 48. num. 2. vbi requirit iuſtam cauſam, vt detur ſecundus annus.

Non ſolùm igitur debet probari iuſta cauſa, & legitimum impedimentum, vt in dict. leg. fin. §. illud, & in Auth. ei qui, Cod. de temp. appell. & in dict. Clem. ſicut, eod. ſed etiam debet probare appellans, illud impedimentum à ſe allegatum fuiſſe cauſam, ne ipſe po-
27 tuerit præſtare illud, ad quod tenebatur, & quod fecerit diligentiam pro eo remouendo, ad textum in leg. qui commeatus, ff. de re milit. & in l. 2. §. quod diximus, ibi: tempeſtatem, ff. ſi quis caut. Cauet. conſil. 152. n. 22. & conſil. 179. num. 6. Dec. conſ. 454. num. 6. Boer. quæſt. 40. num. 4. Vant. de nullit. ſentent. ex defect. iuriſdict. ord. num. 166. verſic. & erit, Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 118. num. 7. latè Scacc. de appellat. d. quæſt. 14. num. 34. 35.

Neque obſtat ſtylus Curiæ Romanæ, quo concedi ſolet ſecundus annus ad proſequendum appellationem, ſi ſaltem in primo anno fecerit committi cauſam, & commiſſionem præſentauit, & fecerit aliquem
28 actum, præſertim ante vltimos dies, & aliquam diligentiam pro cauſæ expeditione; nam tunc datur ſecundus annus abſque allegatione, vel probatione alicuius impedimenti. Veſtr. in prax. lib. 3. cap. 5. ſub num. 2. & lib. 7. cap. vlt. ſub num. 8. Neuiz. conſil. 41. ſub num. 5. 13. Put. deciſ. 154. num. 3. lib. 2. Odd. de reſt. in integr. quæſt. 70. art... verſ. & dicit, & ſub num. 32. Scacc. de appell. dict. quæſt. 15. num. 34. verſic. confirmatur, & num. 151.

Nam reſpondeo ſatis eſſe hunc ſtylum ſeruari Romæ abſque eo, quod extendatur ad alia loca. Scacc. dict. quæſt. 15. n. 153. ſiquidem hic non eſt caſus noſter,
29 quoniam dictus D. Auguſtinus non habuit neceſſe recurrere Romam, vel Bononiam pro obtinenda commiſſione cauſæ, cùm Parmæ Archipreſbyter Eccleſiæ Cathedralis ex facultate Apoſtolica ſit delegatus ad committendas cauſas appellationum in forma conſueta, & ſic ipſe Angelus ſine labore in termino quinque dierum impetrauit cauſæ commiſſionem, & inhibitionem, & propterea ceſſat ſtylus Curiæ Romanæ, in qua vtplurimum ſunt cauſæ forenſium, qui non modico tempore indigent ad veniendum, & ducendum teſtes, vel portandum inſtrumentum, & quia magna eſt multitudo cauſarum, quæ ad ipſam Curiam ex vniuerſo Orbe chriſtiano deferuntur, quaſi ſtylus Curiæ diſponat hæc ſuccedere loco cauſæ, & impedimenti, Caſſad. deciſ. 6. n. 8. verſ. ſciendum, de appellat. Put. deciſ. 154. n. 3. pulchrè Scacc. de appellat. d. quæſt. 15.
30 n. 151. & propterea cùm hic verſemur in appellatione pro cuius commiſſione non fuit neceſſe recurrere Romam, vel ad alium locum, ſeruanda eſt vera illa opinio, quod ſecundus annus non detur, niſi probetur
31 iuſtum impedimentum, & iuſta cauſa. Odd. de reſtit. in integr. d. quæſt. 70. art. 5. ſub n. 32. verſ. ſed contrarium. Scacc. d. quæſt. 15. n. 34. 35. & n. 152. Borell. in ſumm. deciſ. part. 1. tit. 33. n. 1055. & n. 1056. ſicut etiam in ipſa ciuitate Roma ſtylus ille non obſeruatur quoad appel-
lationes, quæ in ea Curia interponuntur adeò, vt 32
tunc tempus fatalium incipiat currere à die appellationis, non autem à die præſentatæ commiſſionis, vt per Lancell. de attentat. p. 2. cap. 12. in præfat. n. 50. licèt aliud ſit, quando appellatio in partibus fuit interpo-
ſita, & pro illius proſequutione neceſſe eſt Curiam 33
Romanam adire, quia tunc tempus incipit currere ſolùm à die, quo veriſimiliter potuit appellans committi facere cauſam appellationis in Curia: ita Lancell. in d. præfat. n. 51. Scacc. d. quæſt. 15. n. 175. qui alios allegant,
& propterea in caſu noſtro currit tempus à die appel- 34
lationis non præſentatæ commiſſionis, & ſi labatur primus annus ſine impedimento, vel ſecundus dato impedimento in primo anno, appellatio erit deſerta, ad textum in dict. Clem. ſicut, de appellat. cap. ex parte, de reſcript. Butr. in d. cap. ex ratione, n. 4. vbi Abb. num. 2. Franch. n. 3. 5. Card. ſub n. 2. Dec. n. 1. eod. Bart. in l. fin. n. 2. verſ. ſed dubitatur, C. de tempor. appellat. Lancell. de attent. in d. præfat. n. 50. Ruginell. eod. tract. §. 10. gl. 1. n. 22. verſ. currit autem. Aſin. in prax. iud §. 1. cap. 1. n. 5. Scacc. d. quæſt. 15. n. 162. & n. 173. & propterea cùm dictus D. Angelus appellauerit à ſententiis prædictis ſub die 25. Iunij 1637. nam intra annum prædictum nunquam apparet, quod dictus D. Angelus fecerit aliquam diligentiam pro cauſæ expeditione, & licèt appellatus pro ea inſteterit, tamen potius dictus D. Angelus ſe oppoſuit, & licet produxerit poſitiones quaſdam, tamen non aſtrinxit aduerſarium ad eis reſpondendum adeò, vt ipſe reſponderit ſine vrgentia ponentis, & cùm ipſe appellatus etiam propoſuiſſet quaſdam alias poſitiones, & dictus D. Angelus fuiſſet citatus ad reſpondendum, fuit contumax adeò, vt pro confeſſis habitæ fuerint ad formam cõſtitutionum Synodalium, & cùm Iudex intra ſpatium dicti temporis annalis plures dilationes eo etiam inſtante aſſignauerit, nihil tamen ipſe probauit, nec vnquam procurauit cauſam expediri, ſed à die 23. Martij 1637. vſque ad diem octauam Febr. 1638. rem ſilentio inuoluerit, quo tempore iam deſerta erat appellatio, & nihilominus ipſe appellans petebat dilationem ad probandum ſecundum, tamen pertranſire permiſerit primum annum, quaſi nihil probandum ſibi eſſet in tribus dilationibus ſibi conceſſis: & tamen ſaltem bis, vel fortè ter inſtare debebat pro expeditione. Bald. conſil. 452. n. 2. lib. 4.

Vnde ex lectura proceſſus apparet euidenter de appellantis negligentia, qui in primo anno nunquam curauit cauſam expediri, imò neque in ſecundo, vbi conſumpſit tempus in dilationibus petendis, & aliis, quæ ad rem non faciebant, vnde non eſt mirum, ſi
appellatio remanſit deſerta, quia ad euitandam deſer- 35
tionem debet appellans ſumma ope niti, vt infra annum cauſa appellationis terminetur, vt in dict. leg. fin. §. illud, C. de tempor. appellat. vbi Bald. not. non ſufficere ſemel inſtare pro expeditione cauſæ, quia hoc non eſt ſumma ope niti, vt pulchrè tradit Oſaſch. dict. deciſ. Pedem. 12. ſub num. 6. & num. 7. 8. & propterea vera, & communis eſt illa ſententia, quod ne appellatio fiat deſerta, appellans tenetur non ſolùm infra annum præſentare commiſſionem cauſæ, ſed
etiam adhibere diligentiam pro illius expeditione 36
adeò, vt bis ſaltem hoc faciat, alias non daretur ei ſecundus annus aliquo modo, vt per Bald. in auth. ſi appellatione, in fin. vbi etiam Salic. Cod. de tempor. appellat. idem Salic. in dict. leg. fin. §. illud, Cod. eod. Bertrand. conſil. 111. num. 11. lib. 6. vbi dicit, quod communiter Doctores tenent. Alexander conſil. 164. num. 6. lib. 2. Rot. deciſ. 65. in fin. in nouiſſim. pulchrè videndus Oſaſch. dict. deciſ. 12. num. 7. ad rem Lancell. de attent. parte 2. capitulo 12. in præfat. num.



num. 53. Franch. in dict. cap. ex ratione, ſub num. 46. verſ. ſed tu teneas, de appellat. Gramm. not. 31. ſub num. 12. Cum. ſuper rit. Sicil. cap. 88. num. 68. verſic. 2. & num. 69. & ita ſentire videtur, & de communi teſtari Scacc. dict. tract. de appellat. quæſt. 15. num. 34. vbi requirit magnam diligentiam in appellante, & num. 151. vbi ad euitandam deſertionem requirit impedimentum ineuitabile, & quod appellans maxima diligentia vſus fuerit ad illud euitandum, & num. 158. & 181. Borell. in ſumm. deciſ. part. 1. titul. 33. numero 1096. 1097. pulchrè Odd. de reſtitut. in integr. parte 2. dict. quæſt. 70. artic. 10. num. 67. vbi dicit in verbis, quod non datur ſecundus annus, niſi in primo anno appellans fecerit cauſam committi, & expediri, & bis ſaltem inſteterit: & ſecundùm hanc opinionem tanquam communem iudicaſſe Senatum Pedemontanum teſtatur Oſaſch. dict. deciſione 12. num. 11. in fin. pro qua facit pulchrè Bald. conſil. 452. num. 2. lib. 4. vbi vide, & facit ad rem benè Sperell. deciſ. 85. ſub numero 21. Chartar. dict. deciſ. 48. numero 6.

Si ergo dictus D. Angelus habuit aliquam iuſtam cauſam, vel legitimum impedimentum, debebat illud allegare, & probare ſaltem coram me, vel iudice ad quem, maximè quando de cauſæ deſertione appellatus oppoſuit; nemini enim dubium eſt, quin ap-
37 pellans teneatur probare impedimentum, ſi velit habere ſecundum fatale, & hoc euidentiſſimis probationibus, vt dicitur expreſsè in dict. leg. fin. §. illud, Cod. de temporibus appellationum, & in dict. Clem. ſicut, eod. & probat etiam textus in l. qui commeatus, vbi Bart. ff. de re milit. Franc. in dict. cap. ex ratione, numero decimo, de appellat. vbi dicit nec ſufficere ſolum probare impedimentum, quia vlteriùs probandum eſt, quod niſi adfuiſſet illud impedimentum, facta fuiſſet debita diligentia. Oſaſch. dict. deciſ. 28. in princ. Scacc. dict. quæſt. 15. num. 147. Menoch. de arbitr. iudic. dict. caſ. 118. numero 3. latè Borell. in ſumm. deciſ. parte 1. titul. 33. numero 1060. 1061. vbi plurimos congerit, vbi latè docet, quod appellans non ſolum debet probare impedimentum, ſed etiam quod perfeciſſet actum, quem facere debebat, niſi illo impedimento fuiſſet detentus; pulchrè Sperell. dict. deciſ. 85. num. 26. vbi latè, & dilucidè hoc idem probat.

Non obſtat allegatum impedimentum belli, quod
38 tanquam notorium non indiget probatione, aut proteſtatione. Lancell. de attentat. parte ſecunda, cap. duodecimo, in præf. ampliat. 1. num. 68. Scacc. dict. quæſt. 15. num. 182. Nam reſpondetur, quod dictus D. Boſellus appellans nunquam allegauit in proceſſu hoc, vel aliud impedimentum, etiamſi aduerſarius ei oppoſuerit deſertionem appellationis; quo caſu debebat probare impedimentum. Scacc. dict. quæſt. 25. num. 29.
39 & dato etiam, quod notorium impedimentum liberet à probatione, non liberat ab allegatione, leg. ſi adulterium, §. idem Pollioni, ff. de adult. Felin. in cap. cùm ordinem, numero 8. in fin. de reſcript. Graſſ. de except. in 5. except. num. 9. Sperell. dict. deciſ. 85. num. 21. nec mirum, quia bellum licèt notorium facti tranſeuntis debet conſtare Iudici vt Iudici. Tuſch. pract. concluſ. littera E, concluſ. 192. num. 200. Sperell. dict. deciſ. 85. num. 34. 35. 36. vbi vide, quia pulchrè tollit hoc motiuum multis rationibus: melius fortè id explicat Melch. Lotter. de re benef. lib. 3. quæſt. 18. num. 45. 46. 47. vbi quod vix poteſt dari caſus, quin hoc no-
40 torium verificari non debeat, & maximè cùm ſit notorium facti tranſeuntis, probandum eſt. Ioſeph Lud. deciſ. Peruſ. 67. num. 21. ideò ego non poſſum iudicare de tali impedimento, niſi mihi conſtet, quale illud fuerit: non enim omne bellum præſtat iuſtum impedimentum, niſi ceſſetur à iure reddendo, vel appellanti ſic noceat, vt à negotiis eum abalienet, ſed illo tempore bellum Ducis Parmenſis non fuit ita crudele, vt vel appellans, vel appellatus, aut Iudex fuerint impediti à cauſa agitanda, imò eo feruente apparet, quod coram Iudice agitabatur ex parte vtriuſque; non enim appellans fuit coactus ſubire expeditionem extra ciuitatem, & appellatus erat promptus tam per ſe, quàm per procuratorem ad reſpondendum, & Iudex toto tempore belli ius reddidit, quæ tanquam notoria etiam proponuntur, & ideò appellans non tentauit probare hoc impedimentum, quia ſimul etiam ex eadem probatione hæc reſultaſſet, & proceſſus fabricatus tempore aſſerti belli, ſatis oſtendit hoc non fuiſſe impedimentum ſufficiens, quale requiritur in d. leg. fin. §. illud, Cod. de tempor. appellat. Scacc. dict. quæſt. 15. num. 34. Borell. dict. tit. 33. num. 1061. imò magis actitatum eſt in hac cauſa tempore belli, quàm eo ceſſante, ſiquidem notum eſt factam fuiſſe publicationem pacis ſub die 5. Februarij 1637. & tamen nec poſtea appellans fecit diligentiam, vt cauſa expediretur, imò per multos menſes tacuit, ab eo enim die, quo pax fuit publicata, vſque ad diem 26. Iunij, quo primum fatale expirauit, vltra menſes quatuor ſuperfuerunt, in quibus potuiſſet
commodè cauſam proſequi, & terminari facere, cum 41
in propoſito dicatur vnum menſem ſufficere, ad textum in Auth. ei qui, Cod. de tempor. appellat. Sci manifeſtum omnibus redditur, quod bellum non fuit cauſa non proſequendi appellationem, ſed negligentia appellantis, cùm ſublato etiam impedimento cauſam
non fuerit proſequutus, imò maiori in ſopore per- 42
manſerit, contra tradita à Contard. in l. diffamari, lim. 9. num. 117. C. de ingen. & manumiſſ. Sperell. d. deciſ. 85. ſub num. 21.

Vnde cùm ſecundus annus indulgeatur tantùm illis, qui euidenter oſtenderunt ſe neceſſaria de cauſa fuiſſe præpeditos, & qui tempore habili omnem cona-
tum fecerunt, vt cauſa expediretur, d. l. fin. §. illud, C. 43
de tempor. appell. cap. cùm ſit Romana, de appellat. Clem. ſicut, eod. ſequitur neceſſariò, vt ex impedimento cadente in prima parte anni non poſſit appellans ſecundum annum obtinere, ſi tantùm temporis ſuperfuerit, quo cauſa potuerit commodè terminari, ſed appellans
neglexit illam proſequi, quia ſequens negligentia con- 44
fundit effectum præcedentis impedimenti, & quia vltima mora nocet, ex l. illud, ff. de comm. & peric. rei vend. dicit Bald. in d. Authent. ei qui, ad fin. C. de tempor. appellat. Butrius in dict. cap. ex ratione, vbi Abb. num. 10. Card. num. 27. Franch. num. 63. verſic. aliquando. Dec. num. 57. 58. de appellat. Salic. in dict. Authent. ei qui, column. 1. verſic. ſed hic. Fulgoſ. in d. Auth. item ſi appellatione, num. 5. Oldrad. conſil. 60. ad fin. Bertrand. conſil. 83. num. 4. lib. 7. latè Auguſt. conſil. 310. & ita tenet, & de communi teſtatur Odd. de reſtit. in integr. parte 2. quæſt. 70. art. 10. num. 64. verſic. ſed in contrarium, vbi reſpondet etiam ad doctrinam Bart. quæ in contrarium facere videbatur.

Sed attenta etiam opinione Bart. in d. Auth. Item ſi appellatione, num. 2. dicentis, quod ſi impedimentum durauit tanto tempore, quod intra illud tempus impe-
dimenti potuiſſet cauſa expediri, dabitur ſecundus an- 45
nus, quia id procedit, ſi appellans cœpiſſet ita proſequi cauſam ante finem anni, vt poſſet eam finire, ſed interueniente impedimento non potuit, vt per Scacc. dict. quæſt. 15. num. 150. verſ. declara ſecundò, & num. 154. nam dictus Dominus Auguſtinus non cœpit facere talem diligentiam, vt videretur cauſam velle expediri, & quatenus opinio Bartoli intelligatur, vt propter quodcumque impedimentum contingens, tam in principio, quàm in medio, vel in fine anni detur ſecundus annus, eſt contra communem Doctorum ſententiam, de qua Odd. dict. quæſt. 70. artic. vltim. alioquin abſurdum

ſeque

ſequeretur, quod non poſſet dari deſertio appellationis, quia nemo eſt, qui intra annum non ſit ſaltem vna die, vel hora impeditus, quod eſt apertè contra d. l. fin. §. illud, C. de tempor. appellat. & Clem. ſicut, eo-
46 dem, & ideò non eſt recedendum à communi Doctorum ſententia, quia opinio Bartoli eſt erroneo fundamento firmata, & contra eam fuit iudicatum, vt apud Oſaſch. dict. deciſ. 28. num. 3. verſic. non obſtat, & n. 11. in fin. & ei ſatisfacit Odd. de reſtitut. in integr. dict. quæſt. 70. artic. vltim. Sed verè non eſt quærendum hîc de aliquo impedimento, quia bellum non fuit tale, vt præſtaret tarditatem negotiis, cum appareat ex proceſſu tunc temporis cauſam fuiſſe agitatam, & bello compoſito appellantem per plures menſes maximo cum ſilentio pertranſiſſe, adeò vt lapſum ſit fatale ex mera ipſius negligentia, cùm tamen teneretur maximam adhibere diligentiam ad impedimentum remouendum, ſi illud extitiſſet, vt latè per Maſcard. de probat. verb. impedimentum, concluſ. 884. n. 9. vbi plurimos congerit. Borell. d. tit. 33. n. 1061. Sperell. d. deciſ. 85. n. 21. 26.

Neque dicat appellans, impedimentum iuramento
47 probari, vt per Lancell. de attent. d. part. 12. cap. 12. in præfat. ampliat. 1. n. 69. Borell. dict. tit. 33. n. 1604. 1605. Nam reſpondetur, quod dictus appellans nunquam iurauit extitiſſe aliquod impedimentum, neque petiit
48 admitti ad iurandum; tale enim iuramentum à ſolo Iudice præſtandum eſt, vt per Lancellot. dict. ampliat. prima, num. 71. Maſcard. de probat. dict. concluſ. 884. num. 19.

Sed verius eſt, & receptius, quod appellans non poſſit probare impedimentum per iuramentum, quo dicat ſe fuiſſe impeditum ad proſequendum appella-
49 tionem in primo anno, & ideò prætendat ſecundum annum, tum quia impedimentum non præſumitur, vt pulchrè dixit Oſaſch. dict. deciſ. 28. num. 14. 15. tum quia agitur de magno præiudicio appellati, qui lapſo primo anno habebit pro ſe rem iudicatam, ceſſante impedimento, & ideò ad illud probandum non erit ſatis iuramentum appellantis, quia habemus legem, quæ non à poſſibili, vel à veriſimili, ſed euidentiſſimis probationibus requirit, quod oſtendatur de im-
50 pedimento, & de cauſa euidenti, & neceſſaria, vt habetur in dict. leg. fin. §. illud, Cod. de tempor. appellat. cap. cùm ſit Romana, eod. Oſaſch. dict. deciſ. 28. num. 15.
51 ideò non erit ſatis probare impedimentum per iuramentum, ſed probandum erit per duos teſtes, vt per textum in dict. leg. fin. §. illud, & per gloſ. in leg. fin. in princip. ff. quod met. cauſ. dixit pulchrè Roman. in ſingul. num. 3. incip. teſtis: vbi in terminis notat quod appel-
52 lans non per iuramentum, neque per vnum teſtem, ſed per duos probare debet impedimentum in primo anno, vt obtineat ſecundum fatale: ſic etiam Iaſ. in leg. admonendi, num. 285. ff. de iureiur. Socin. regul. 404. fall. 1. Imol. in dict. cap. ex ratione, vbi Abb. column. 7. & pulchrè Franch. num. 11. de appellat. vbi etiam Hieron. Gigas in add. ad Dec. ſub num. 53. in verb. perſonæ. Rebuf. in tract. de execut. num. 61. perbellè etiam Pariſ. conſilio 108. num. 11. lib. 4. vbi dicit,
53 quod non ſufficit allegare impedimentum, quia debet probari, & non ſtatur iuramento appellantis; ſic etiam latè docuit Maſcard. de probat. dict. concluſ. 884. num. 2. 3. & num. 17. vbi in terminis id probat: & eum ſequitur Scacc. de appellat. dict. quæſt. 15. num. 147. ad fin. Contard. in dict. leg. diffamari, limit. 8. num. 121. Cod. de ingenuis, & manumiſſ. vbi ſequitur Pariſ. in dict. conſil. 108. num. 11. & allegat Rotæ deciſionem, & dicit Iudicem non debere arbitrari iuramentum in hoc caſu eſſe deferendum, quia agitur de magno præiudicio & de priuatione iuris alterius, ſiquidem circumſcripto impedimento ſententia faciet iudicatum, & executioni demandabitur ad fauorem appellati, quod fieri non poſſet, ſi impedimentum probaretur, ideò non debet eſſe in poteſtate appellantis impedimentum probare ſuo iuramento, ſed debet conſtare de iterata eius inſtantia. Bald. dict. conſilio 452. num. 2. lib. 4.

Quæ autem in contrarium adducuntur, procedunt quando verſamur in impedimento difficilis probationis, & adeſſent coniecturæ, & præſumptio- 54
nes pro impedimento, vel ſaltem vnus teſtis, tunc enim ſtante difficultate probandi admittuntur etiam leuiores probationes per teſtes etiam domeſticos, & familiares, & etiam per iuramentum, iunctis coniecturis, vt per l. non omnes, §. à Barbaris, de re milit. leg. ſcire oportet, §. ſufficit, ff. de excuſat. tutor. gloſſ. in cap. cum olim, de priuileg. & in leg. fin. Cod. de fid. inſtrument. ſic Ioan. Andr. in dict. cap. ex ratione, vbi pulchrè Franc. ſub num. 11. de appellat. Bart. & Angel. in l. 2. §. quod diximus, ff. ſi quis caut. Bald. in dict. leg. ſcire oportet, §. ſufficit, & in dict. conſil. 452. num. 1. lib. 4. vbi requirit coniecturas. Rot. deciſ. 3. de iureiurand. aliàs 303. in antiquis. Marſil. in rub. Cod. de probat. column. 74. Signor. de Hom. conſil. 19. Boer. deciſ. 294. numero 16. Contard. in dict. leg. diffamari, limit. 9. num. 121. in fin. latè Maſcard. de probat. dict. concl. 884. numero 12. 13. 14. vbi vide: pulchrè etiam Tuſch. pract. concluſ. littera I, concluſ. 30. num. 11. vbi diſtinguit, quod ſi impedimentum poteſt difficulter probari, tunc ſi extant coniecturæ, ſufficit iuramentum ad illud probandum, ſi verò non eſt difficilis probationis, non ſufficit.

Hic autem non poſſumus dicere dictum D. Angelum fuiſſe impeditum impedimento difficilis probationis, quia ſi de bello intelligit, hoc facile 55
erat probare, quale fuerit, quia publicum erat; ſi de alio intendit, ignoramus, quid ſit, quia ipſe non ſpecificauit; & tamen quando impedimentum pro- 56
batur iuramento, neceſſe eſt impedimentum ſpecificari, quia non ſufficit, ſi exprimatur in genere, vt poſt Bartol. in conſil. 97. numero ſexto, verſic. & debuit, libro primo, dixit Tuſch. dict. concluſ. 30. numero 13.

Benè verum eſt, quòd in impedimentis maximè contingentibus in perſona partis appellantis, quia fortè fuerit infirmus, & appareat eius facies pallida, vel venerit de longinquo, vel de loco ſolitario, vel eſſet difficile ducere teſtes ad Curiam, vel remiſſio occuparet multum tempus, remiſſum eſt arbitrio Iudicis, vt ſtari poſſit iuramento appellantis circa impedimentum, ſi arbitretur, quod alia probatio non poſſit facilè haberi, & ſic remittitur arbitrio Iudicis, quæ probatio ſufficiat, inſpecta tamen qua- 57
litate negotij, & perſonarum adeò, vt ſemper iurans debeat eſſe fidei idoneæ, nec vllo caſu periurus, ſic pulchrè docet Franch. in dict. cap. ex ratione, ſub numero decimo, vbi Abb. & DD. de appellat. Imol. & Gemin. in capit. cupientes, §. quod ſi, de elect. in 6. Arch. & Io. And. in cap. 1. de dol. & contum. eod. lib. Guid. Pap. deciſ. 64. num. 1. verſ. tamen. Menoch. de arb. iud. dict. caſ. 118. num. 3. & de magis communi teſtatur Alex. in dict. l. 2. §. quod diximus, ff. ſi quis caution. Dec. in dict. cap. ex ratione, num. 16. Bauer. in tract. de virt. iuram. num. 55. verſ. quartò principaliter. latè Maſcard. d. concl. 884. num. 17. Contard. in d. l. diffamari, lim. 9. num. 120. vbi alios adducit, & pulchrè loquitur;
non tamen Iudex poterit ſuum arbitrium interponere 58
in his, quæ ſunt in iure expreſſa, quomodo impedimentum debeat probari, vt per Alex. in d. l. 2. §. quod diximus, n. 2. ff. ſi quis caut. & prudenter etiam in aliis ſe gerere oportebit, quia ſi iniquè, aut malè arbitraretur etiã in his, quæ eius arbitrio relinquuntur, ab eius ſenten- 59
tia permiſſa eſſet appellatio, gloſ. ord. in cap. ſuper his, de accuſ. & in l. ſi qua pœna, vbi Bartol. de verb. ſignif. & eſt textus



textus iuncta gloſſ. in cap. 1. de dilat. ſic pulchrè Franch. in dict. cap. ex ratione, n. 10. in fin. de appellat. Vnde non video quomodo dictus D. Angelus appellans poſſit allegare impedimentum, vel probare, cum in proceſſu de eo nulla fiat mentio, & oppoſita deſertione nihil allegauerit, vnde in allegationibus iuris fruſtra de eo inculcatur, quia nullum aliud profertur in medium, quam bellum, quod non obſtitiſſe ſatis demonſtratum eſt.

Hinc ſublato impedimento, de quo nullibi conſtat, remanet ſola negligentia appellantis, qui in primo fatali non curauit expeditionem cauſæ, nec pro ea vnquam fecit inſtantiam, vt tenebatur, ſequiturque
60 deſertam remanſiſſe cauſam appellationis, dict. l. fin. §. illud, C. de temp. appell. dict. Clem. ſicut, eod. Bald. dict. conſil. 452. num. 2. lib. 4. quo ſtante non eſt quærendum de attentatis, & eorum reuocatione, quia
61 deſerta appellatione attentata non reuocantur, & exequutio fit ſententiæ ſine vitio attentatorum, ad textum in cap. cùm ſit Romana, vbi Franch. in vlt. not. de appell. Alciat. in conſilio 48. in princ. lib. 6. Rot. deciſ. 1. de appellat. in nou. latè Lancell. de attentat. part. 2. cap. 12. in præfat. ampl. prima, num. 32. 33. 34. & ſeqq. vbi allegat multas alias Rotæ deciſiones. Rebuff. ad conſtit. Gall. tom. 3. titul. de appellat. art. 5. gloſſ. vnic. num. 14. 15. latè Borell. in ſumm. deciſ. part. 1. tit. 33. num. 1108. 1109. & tit. 36. num. 127. & 281. quia perinde eſt, ac ſi nunquam fuiſſet appellatum. Borell. dict. tit. 36. num. 127. & Rota ſic docet apud Marcheſan. de commiſ. part. 2. §. 3. n. 4. fol. 214. latè Sperell. d. deciſ. 85. n. 15. 16. & ſeqq.

Deſertio enim appellationis confirmat primam ſen-
62 tentiam à qua fuerat prouocatum, & locus eſt executioni. Calder. conſil. 9. de appell. ad fin. pulchrè in potioribus terminis Alexand. conſil. 59. num. 7. lib. 4. Marcheſan. de commiſſ. part. 2. §. 1. n. 80. 81. fol. 76. adeò, vt deſerta quidem appellatione expiret omnio iuriſ-
63 dictio Iudicis ad quem, & per deſertionem remaneat incompetens, vt per Anch. conſil. 345. per totum. Alexand. conſil. 114. num. 1. lib. 5. Tuſch. littera D, concluſ. 223. num.... Lancell. dict. tract. part. 2. cap. 12. in præf. ampl. 1. num. 38. Marcheſan. dict. part. 2. §. 1. num. 83. fol. 77. & propterea Iudex à quo poſt deſertionem am-
64 pliùs non habet manus ligatas, ſed iuriſdictio ad ipſum reuertitur, & poteſt exequi ſuam ſententiam ſine vllo vitio. Ant. Auguſt. in epit. in tit. de deſert. §. 13. Mohed. deciſ. 36. & Rot. pluries apud Marcheſan. dict. part. 2. cap. 1. num. 5. fol. 12. & part. 2. §. 1. num. 5. fol. 78. Alexand. dict. conſil. 59. num. 7. Franch. in dict. cap. cùm ſit Romana, in vltim. not. Lancell. dict. ampl. 1. n. 37. 38. latè Borell. in ſumm. deciſ. part. 1. dict. tit. 33. n. 1103. 1116. & hoc facere poteſt Iudex à quo, etiamſi ſuper deſertione non ſit pronunciatum. Boër. dict. deciſ. 206. n. 11. Gozad. conſil. 58. n. 26. Lancell. d. ampl. 1. n. 40. & hæc adeò vera ſunt, vt procedant, etiamſi Iudex ad quem poſt deſertionem reuocaſſet primam ſententiam, quia
65 cùm iuriſdictione careret, & ideò talis pronuncia ſit nulla, Iudex ad quem poteſt primam ſententiam exequi. Alexand. dict. conſil. 59. n. 7. Scacc. de appell. dict. q. 15. n. 118. & n. 202. & perindè eſt, ac ſi non fuiſſet appellatum Sperell. d. deciſ. 85. n. 16.

Hinc ſequitur, quod D. Vicarius Parmenſis poſt lapſum primi fatalis bene fecerit ſuam exequendo ſententiam inſtante dicto Archipreſbytero Nuceti, adeò vt potuiſſet etiam ad talem executionem deuenire ipſo
66 appellante amplius non citato, ſi credimus Franc. in cap. perſonas, n. 24. in fin. & in cap. dilecti, ſub num. 4. de appell. Boër. d. deciſ. 206. n. 11. Lancell. de attent. dict. ampl. 1. num. 39. tamen dictus D. Vicarius citauit perſonaliter prædictum D. Angelum ad contradicendum, prout citandum eſſe poſt deſertam appellationem dicit benè Aſinius in prax. part. 1. §. 7. cap. 5. lim. 9. num. 2. Marant. in prax. iudic. part. 6. act. 3. n. 16. & n. 17. qui nec comparuit, nec quidquam oppoſuit, & poſtquam commiſit ſententiarum executionem, id ei notificauit, & nihilominus nihil dictus D. Angelus contradixit: ergo fuit verus contumax, & vt talis non poteſt ampliùs à dicto decreto de exequendo appellare, ad notata in l. 1. C. quorum appell. non recip. l. ex conſenſu, fin. ff. de 67
appellat. Marant. in ſpecul. part. 3. 6. part. princip. quæſt. 2. n. 274. Lancell. de attent. part. 3. cap. 28. n. 50. 51. Scacc. de appell. quæſt. 17. lim. 3. n. 1. & ſeq. & n. 3. verſ. requiritur, vbi docet hoc maximè procedere, quando ille fuit citatus peremptoriè, provt hic factum eſt, vt legitur in citatione ipſa in proceſſu regiſtrata. Dum ergo non contradixit, nec appellauit, videtur conſenſiſſe, & de ſe ipſo tantùm dolere poteſt; etenim habetur pro præſente in ſui præiudicium, ad textum l. properan- 68
dum, §. ſin autem, vbi DD. C. de iudic.

Non obſtant in contrarium adducta, & primò quod appellatione pendente nihil ſit innouandum, quia licèt hoc veriſſimum ſit, Lancell. de attentat. part. 2. cap. 12. in præfat. n. 86. tamen nihil nocet in hoc caſu, 69
quia poſt deſertionem appellationis non dicitur innouari, vel attentari, ſi ſententia executioni demandetur. Lancell. dict. cap. 12. ampl. 1. n. 36. ſiquidem deſertio facit, vt amplius non dicatur appellatio pendere, quia deſertione finitur appellationis inſtantia, d. l. fin. vbi DD. Cod. de tempor. appellat. cap. cùm ſit Romana, vbi Franch. & DD. de appellat. Clem. ſicut, eod. Veſtr. in prax. Rom. Cur. lib. 8. cap. fin. n. 8. verſ. ſed poſtquam, Rot. deciſ. 1. de appell. in nou. pulchrè notat Lancell. de attentat. d. cap. 12. in præfat. n. 28. 30. & ampl. 1. n. 32. vſque ad n. 38. vbi allegat multas Rotæ deciſiones, & benè probat, quod poſt deſertionem non poteſt ampliùs conſiderari pendentia appellationis, vel cauſæ.

Secundò non obſtat, quod appellatio non fiat deſerta oblapſum primi fatalis, ſi appellans in primo anno non potuit cauſam expediri facere, d. l. fin. §. illud, 70
C. de tempor. app. & ex æquitate Canonica non ſolùm datur ſecundus annus, ſed etiam tertius, ſi per impotentiam nequiuit appellationem proſequi, d. cap. ex ratione, de appellat. quia hoc verum eſt, dato impedimento, vel impotentia, vt in dictis viribus, ſed hic dictus D. Angelus nullum probauit impedimentum, vel impotentiam, vt tenebatur, dict. leg. fin. §. illud, Franch. d. cap. ex ratione, num. 10. de appellat. vt ſatis vidimus. Ergo, &c.

Tertiò non obſtat, quod bellum in agro Parmenſi geſtum fuerit iuſta cauſa, ne fatale currat. Lancell. d. cap. 12. in præfat. ſub num. 49. quod verum eſt in bello formali, & ita belligerato, vt ceſſetur à iure reddendo, vel appellanti in effectu fuerit impedimento, ne appellationem proſequatur, quod non verificatur in caſu noſtro, vt reſponſum eſt ſupra in verſ. Non obſtat allegatum: hic non repetam, & maximè quia hoc probandum erat coram Iudice delegato in alia ciuitate, vt ad rem Sperell. d. deciſ. 85. n. 36.

Quartò non obſtat, quod lapſo etiam primo fatali non poſſit prima ſententia executioni demandari, niſi lapſo etiam biennio, quia potuerint multa impedi- 71
menta contingere in primo anno, quæ excuſent appellantem à proſequendo, iuxta doctrinam Bart. in dict. Auth. ei qui, in fin. C. de tempor. appellat. quia iam reſponſum eſt hanc opinionem eſſe erroneam, & poſſe procedere ſolum de conſilio, ne fortè dum appellatus petit exequi, appellans doceat de impedimento, non autem de præcepto, quia deſerta appellatione per lapſum primi fatalis ſtatim poteſt ſententia exequi, niſi appellans probet euidentiſſimis probationibus ſe fuiſſe impeditum, d. l. fin. §. illud, C. de tempor. appell. d. Clem. ſicut, eod. Lancell. d. c. 12. ampl. 1. n. 32. 36. pulchrè Oſaſch. d. deciſ. 28. n. 13. & ſeqq. vbi tollit omnia contraria: ſic 72
etiam

etiam Bart. in Auth. de his, qui ingred.ad appel.n.14. &
in Auth.ſed & his, C.de temp. appel. Guid.Pap.conſ.40.
n.5. Mar.Anguiſ. conſ.76.n.35.lib.1. latè Odd.de reſtit.
in integr.part.2. quæſt.70. art.5. verſ. ſed in contrarium,
vbi reſpondet ad doctrinam Bart. & contra eum tenet,
provt etiam contra eam iudicauit Senatus Pedemonta-
nus,teſte Oſaſch.in d.deciſ.28.in fin.& ita etiam tenent
Scacc.d.tract.de appell.quæſt.15.n.34.35.& n.152.Borell.
d.tit.33.n.1055.1056. & ſuprà ſatis hoc exaratum fuit,
73 & confirmatum , vbi appellans non fecit diligentias,
& conatus pro expeditione cauſæ. Bald. in d.conſ.452.
n.2.lib.4. Odd. d.art.5.verſ.ſed contrarium. Oſaſch. d.
deciſ.12.n.7.Lancell.d.cap.12.in præf.n.53.Scacc.d.q.15.
n.158.181. Borell. d.tit.33.n.1096. Odd. d.q.70.art.10.
n.67. ſed hic appellans fuit valdè negligens, nec vn-
quam inſtitit pro cauſæ expeditione , vt vidimus :
ergo.

Quintò non obſtat , quod appellans hic fuit im-
peditus non ſolum facto iudicis , qui cauſam non ex-
74 pediuit, ſed etiam partis, quæ multa emergentia diſpu-
tauit, quæ efficiunt, vt fatale non currat. Franch. in d.
cap.ex ratione,n.36. Nam reſpondetur hoc in iure poſ-
ſe dici verum , ſed non verificari in facto , quia benè
appellatus aliquando inſtitit cauſam expediri,ſed nun-
75 quam appellans ; imò inſtante appellato ſub die
19. Ianuarij 1637. in proceſſu appellationis fol.72.73.
cauſam expediri, & proferri ſententiam, ipſe appellans
contradixit , & petiit declarari primùm durare dilatio-
nem,vel aliam de nouo ſtatui ad probandum proteſtan-
do de nullitate, ſi ſecus fiat, ex quo apparet, quod erat
alienus à cauſæ expeditione , quia pluribus datis dila-
tionibus nihil vnquam ipſe probauit , nec de impedi-
mento proteſtatus eſt,vt erat neceſſe: latè Sperell.dict.
deciſ.85. num.21.

Neque conſiderari debet diſputatio quædam inter
dictos litigantes ſuper quodam præcepto ad inſtan-
tiam appellantis facto ipſi appellato ſuper quadam
pignoratione : tum quia hoc non retardauit cauſam ;
cùm enim eſſet munitum clauſula illa, Et ſi cenſerit ſe
grauatum, compareat, ſtatim per comparitionem appel-
lati , & contradictionem ipſo iure fuit reuocatum , &
ad terminos iuris redactum, & in vim ſimplicis citatio-
nis reſolutum. Ang. in l. de pupillo , §. meminiſſe , ff. de
nou.oper.nunt. Bald.in conſil.245.in fin.lib.2.& conſ.463.
n.7.lib.4. Felin.conſ.4.n.8. Caſtr. conſ.2. n.2.in fin.verſ.
præceptum,lib.2.Iaſ.in d.§.meminiſſe,n.8.Marth.de clauſ.
part.1. clauſ.247. & tantò magis per tale præceptum
76 fuit factum in principio appellationis, quo caſu etiam
ſine dicta clauſula reſoluitur in vim ſimplicis citatio-
nis , ſi prætendens ſe grauatum compareat allegans
cauſam grauaminis,quia à præceptis non eſt inchoan-
dum,vt per Oſaſch deciſ.Ped.86.n.7.tamen quia dictus
appellans in negotio dicti præcepti ſuccubuit , ſiqui-
dem iudex audito appellato reuocauit dictum præcep-
tum, & illud reduxit ad terminos iuris ſub die 24.No-
uembris 1636. imò illud nullum declarauit, & circun-
duxit ſub die 2. Ianuarij 1637. vt in dicto proceſſu
fol.47. vnde potiùs dicendum eſt , quod appellans at-
77 tentauerit, quàm appellatus,& ſic appellans fuit cauſa
impedimenti , & cùm ſuccubuerit , currunt fatalia, &
appellans non excuſatur, vt per Ant.de Butr. in d.cap.
ex ratione, vbi Abb. n.8. & Felin.ſub n.5.verſ. quartò,
& pulchrè Franch. n.37.38. de appellat. Alex.conſ.42.
verſic. & illud.lib.3. Grauat. ad Veſtr.in prax.Rom.Cur.
lib.7.cap.4.in verſic.qua ratione,n.44. Manfred.de attent.
concl.92. Hercul. eod.tract.cap.30.ſub n.58.59. Lancell.
eod. tract. part.3. cap.30. n.102. pulchrè Borell. in ſum.
deciſ.part.1.tit.36.n.203.204.205.206. Odd.de reſtit.in
integr.p.2.q.71.art.1.n.8. Scacc. d.q.15.n.78.verſ.ſecus;
quotieſcunque enim in cauſa appellationis diſputatur
78 ſuper aliquo incidenti, vel emergenti, non currunt fa-
talia, ſi ipſe appellans ſuper illo obtinuit, ſecus eſt, ſi
ſuccubuit, quia tunc non ſubducitur illud tempus, ſed
currit,vt priùs : ſic dixit Bald.in d. Auth.ei qui,ad princ.
C.de tempor.appellat.Franch.in d.cap.ex ratione,n.38.39.
de appell. Lancell. d.cap.30. n.103. Odd. d.q.71. art.1.
n.12.14. Chartar. d.deciſ.crim.48.n.8. ipſe enim appel-
lans ſic videtur calumniosè diſputaſſe articulum atten- 79
tatorum , vel emergentium , in quibus bonus vir non
fouebat ; ideò ex hoc non debet reportare commodum
ſuſpenſionis fatalium , argumento textus in c.cæterùm,
c.ex tenore,c.ſedes,de reſcript.Alex.d.conſ.42.col.4 Rot.
deciſ.102.in fin.incipit : Fatalia,in nou. Lancell.d.c.30.
n.104. Borell. d.tit.36.n.204.205. hic autem appellans
calumniosè ad protelandam litem viſus eſt proculdu-
bio diſputaſſe talia emergentia , quia non ſolùm in eis
ſuccubuit , ſed etiam quia pluribus datis dilationibus,
nihil probare tentauit, nec cauſam expediri aliquando
procurauit.

Hinc non obſtat aliud emergens circa magnam con-
geriem poſitionum,quas dictus appellans produxit ſub
die 30. Decembris 1636. Et non fuit illis reſponſum,
niſi ſub die 10. Ianuarij 1637. diſputando,an illis eſſet
reſpondendum, quia ipſe appellans non fecit aliquam
diligentiam,vt dictus appellatus cogeretur reſpondere,
adeò vt idem appellatus præmiſſis quibuſdam proteſta-
tionibus non pulſatus etiam reſpondit dictis poſitioni-
bus, vt in proceſſu, fol.68. adeò non poteſt dici, quod
appellatus fuit moroſus,cùm attenta Synodo Parmen-
ſi , tit. 45. haberet tempus octo dierum ad reſponden-
dum à die electionis earum pro confeſſis,& nihilomi-
nus reſponderit non vrgente etiam appellante ; qui ta-
men tenebatur omni ope niti ad tollenda diſcrimina li-
tis, d.l.fin. §.illud, C. de tempor.appell. & ſic non poteſt
dici conſumptum fuiſſe tempus in diſputando fruſtra-
toriè , pro vt requiritur ad retardandum tempus fata- 80
lium. Odd. de reſtit.in integr.parte ſecunda, d.quæſt.71.
n.14. imò dictus appellans habebat facile remedium ad
tollendam hanc controuerſiam , ſi extitiſſet, quia non
reſpondente dicto appellato poſitionibus poterat ipſe 81
ponens eligere eas pro confeſſis , vel negatis ad ſui li-
bitum,vt diſponitur in dicta Synodo Parmenſi d.tit.45.
verſic.& termino , quod ſi non fecerit, non poteſt dole-
re, niſi de ſe ipſo, tenetur enim in quantum poteſt om-
ne remouere impedimentum, ne cauſa retardetur, dict.
leg.fin. §. illud, vbi DD. C. de tempor.appell. Franch.in 82
dict. cap. ex ratione,n.10. de appell. Scacc. dict.quæſt.15.
n.34.35.79.156. Sperell. dict.deciſ.85.n.26.

Sed neque debet haberi in conſideratione tem-
pus , quod fuit conſumptum , vt daretur reſponſio
per appellantem poſitionibus ipſius appellati , quia
fuit exiguum , & non exceſſit terminum legalem ,
& appellans poterat ſtatim tollere hoc impedimen-
tum reſpondendo , ſed maluit , quod appellatus elige-
ret eas pro confeſſis , iuxta decretum dictæ Synodi
dict. tit. 45. & ita non poteſt dictus appellans allega-
re hoc pro impedimento , quod ipſe tollere poterat,
dict. leg. fin. §. illud, in vulg. & cùm hæc expedita fue-
rint tali tempore , quod cauſa diceretur inſtructa , &
nihilominus dictus appellans à die 23. Martij , 1637.
vſque ad diem 8. Februarij 1638. tacuerit ſemper , & 83
negligens fuerit , ſequitur , quod hæc impedimenta
nihil ei profuerint , ſed fuerint per eum mendicata.
Odd. de reſtit. in integr. dict. part. 2. cap.70. art. 10.
num. 64. verſ. ſed in contrarium : ad hoc enim vt ap-
pellans excuſetur , duo facere debet , primum litem
exercere , & cauſam vſque ad finem perducere , vt
nihil ſuperſit , niſi ſententiam proferre : alterum,
quod poſtquam cauſa eſt inſtructa , adhuc apud iu-
dicem inſtare debet , quod cauſam expediat iterum,
atque iterum. Bald. in d. Auth. item ſi appellatione , in 84
fin. Franch. in dict.cap.ex ratione, num.47. Felin.in cap.
licèt cauſam,n.23.verſ.quia de probat. Oſaſch.d deciſ.12.
n.10. Bald.d.conſ.452.n.2.lib.4. Odd.d.quæſt.70.art.vlt.
num.



num. 67. igitur , cum in his omnibus defecerit dictus
D. Angelus, non poteſt euitare , quin eius appellatio
remanſerit deſerta , quia ipſe potiùs præſtitit impedi-
mentum , quam ſuſtulerit. Scacc. d.q.15. n.79.156. &
videtur , quod potius appellans attentauerit ſecundum
prædicta , quo caſu currunt fatalia appellanti , etiam
dum tractatur de reuocatione attentorum. Scacc. dict.
q.15.num.76.

Sed eſto, quod hæc fuerint iuſta impedimenta,adeò
vt dum tractatum eſt de reuocando dicto præcepto, &
de reſpondendo poſitionibus,tempus non cucurrerit ,
tamen nihil prodeſt dicto appellanti pro conſequendo
ſecundo fatali, ſiquidem talia impedimenta non ſuffi-
ciunt,vt concedatur annus ſecundus,vel tertius appel-
lanti,ſed tantum efficiunt,vt pendente tali controuerſia
85 non currat primum fatale,& in eo calculando de curſu
fatalium ſubducatur illud tempus diſputationis,& con-
trouerſiæ ſuper quouis articulo incidenti. Bald. in d.
Auth.ei qui,in princ.C.de temp.appell.Franch.in d. c. ex
ratione,n.38.de appellat.vbi Præpoſ.n.13.Veſor. in prax.
d.lib.7.c.vlt.ſub n.19.verſ.idem.Odd. de reſtit. in integr.
p.2.q.71.art.1.n.11.Scacc.de appellat.d.q.15. n.83.in fin.
adeò vt ſi appellans ſic indebitè diſputando emergen-
tia fuerit ab appellato iniquè,& ſine rationabili cau-
ſa impeditus in ipſo iudicio, neceſſe eſt,quod illud tem-
86 pus ſine ratione conſumptum reparetur ad fauorem ap-
pellantis,vt argumento textus in l.ſi pendente,C.de temp.
in integr.reſtit.dixit Franch.in d.c.ex ratione,n.39.in fin.
de appellat.quod ſi hic concedatur , adhuc deſertio ap-
pellationis euitari non poteſt,quoniam dies primi fata-
lis terminabat ſub die 25.Iunij 1637.& appellans ceſſa-
uit actitare in cauſa à die 14.Martij 1637.vſque ad diem
Octauam Februarij 1638.& ſic manſit in ſilentio ferè
vndecim menſibus, quorum quatuor circiter pertine-
bant ad annum primum inceptum ſub die appellatio-
nis 25.Iunij 1636.& alij ſeptem erant pars ſecundi an-
ni,& ideò dato etiam, quod fatalia prima ſteterint in
ſuſpenſo per duos,vel tres menſes,adeò vt tempus non
cucurrerit,tamen tantùm temporis pertranſiit in ſilen-
tio,contra d.l.fin.§.illud,C.de tempor. appellat. quod de-
ſertio euitari non poteſt euidenter;nunquam enim ap-
parebit tantum tempus fuiſſe ſubducendum à calculo,
quantum pertranſiit vltra primum annum.

Sextò non obſtat,quod feriæ fuerint impedimento,
ne cauſa terminaretur, & ideò hoc tempus ſubducen-
87 dum eſſe: Crauet.conſ.270.n.4.Oſaſch.deciſ.12. num.9.
Surd.d.conſ.8.num.2.Nam hi DD.hoc non dicunt , ne-
que de feriis loquuntur,imò faciunt contra hunc ap-
pellantem dicentes,quod appellans non excuſatur ad-
uerſus lapſum fatalium,niſi adhibuerit omnem diligen-
tiam , vt cauſa expediretur intra tempus illorum : ſic
Crauet.conſ.270.n.3.verſ.quinimò,& n.5.Oſaſch.d.deciſ.
12.n.9.vbi tantam diligentiam requirit in appellante ,
88 vt ei neceſſe ſit non ſolùm inſtare iudici pro expeditio-
ne cauſæ , ſed etiam , ſi differat , recurrere ad eius ſu-
periorem, vt prouideat , & multos allegat, & concor-
dat Surd.d.conſ.8.n.23.24. ita vt debeat ſæpius inſtare
ad euitandam deſertionem,vt per Chartar.d.deciſ.crim.
48.num 10.

Benè verum eſt,quod Lancell.de attent.d.c.12.in præ-
fat.n.73.75.& Scacc.de appell.q.14.n.42. de feriis men-
tionem faciunt,ſed in aliis terminis , loquuntur enim
de diligentia facienda in præſentando commiſſionem
appellationis,quæ requirit multos actus,vt impetretur,
89 antequam fiat præſentatio,& ideò ſi tempore,quo erat
præſentanda,contingant feriæ,appellãs erit excuſatus ,
nec appellatio fiet deſerta,non autem loquuntur de fa-
tali tempore,qui dicitur primus annus datus ad proſe-
quendam,& terminandam cauſam appellationis, iuxta
d.l.fin.§.illud,C.de tempor.appell.& cap.cùm ſit Romana ,
eod.dum enim annus aſſignatur,certum eſt in eo con-
tingere ferias tam in honorẽ Dei, quam in vtilitatem
hominum,& nihilominus non dicitur eas eſſe ſubdu-
cendas,& propterea imputandum eſt ei,qui nimium ſe
arctauit,& cauſam expediri non fecit,antequam ſuper-
uenirent feriæ, ſiquidem tempus feriarum non eſt iu-
ſtum impedimentum, quando ſunt ordinariæ , & non 90
retardant curſum fatalium,vt habemus textum expreſ-
ſum in l.2.§.illud etiam,vbi gl.C.de tempor.appell.Bald.
in d.l.fin.§.illud,C.eod.Salic.in Auth.ei qui , ſub n.3.C.
de temp.appellat.pulchrè Franch.in d.c.ex ratione, n.55.
& ibi DD.de appel.ſicut etiam impedimentum feriarum
non dicitur iuſtum impedimentum ad impetrandam
reſtitutionem in integrum,ſi feriæ ſunt ordinariæ , vt 91
meſſium,vindemiarum,& feſtorum,per textum in l.ſed
& ſi per Prætorem,§.ſi feriæ,vbi DD. ff. ex quibus cauſ.
maior.Odd.de reſtit.in integr.p.1.q.14.art.3.num.22.23.
24.dicens,quod imputet ſibi qui ferias præuidere po-
tuit,& in eas non incidere,& facere noluit , quia non
excuſatur:ſic erit in caſu noſtro vbi appellans longum
ſilentium ſeruauit,nec feriarum aduentum curauit;ſed
nec poſt ferias aliquid fecit,ex quo dicendum eſt non
ex aliquo impedimento,ſed ex mera negligentia omi-
ſiſſe cauſam proſequi.

Septimò non obſtat,quod impedimentum prouene-
rit à Iudice,qui requiſitus cauſam non expediuit , quia
reſpondetur hoc in facto non verificari,quia nunquam
in proceſſu apparet,quod appellans inſteterit pro ex-
peditione intra primum fatale,ſed benè aliquoties hoc
fecit appellatus,cui tamen appellans non conſenſit,ſed
dilationem tunc poſtulauit. Verùm iam oſtenſum eſt 92
non ſatis eſſe hoc petere , niſi ſæpiùs id fiat , & cum
proteſtatione , ac recurſu ad ſuperiorem.Oſaſch.d.de-
ciſ.12.num.9.Surd.d.conſ.8.n.23.24. Franch. in d. c. ex
ratione,ſub num.46. Scacc. d. q.15.num.34.35.151.158.
181.Borell.in ſum.deciſ.p.1.tit.33.num.1096.Odd. q.70.
art.20.num.67.Sperell. d. deciſ.85.n.21.vbi de commu-
ni teſtatur.

Octauò non obſtat,quod hæc cognitio ſpectaret ad
Iudicem ad quem , & ideò Iudex à quo non potuerit
prædictas ſententias exequi,niſi ſibi remitteretur exe-
cutio.Franch.in d.c.ex ratione,n.67.Scacc.d.tract. q.11.
n.151.Nam reſpondetur id procedere , quando appel- 93
lans declinat iuriſdictionem iudicis à quo, faciendo ei-
dem inhiberi per Iudicem ad quem,& ſi deinde coram
eo proſequatur appellationem,& ei opponatur de de-
ſertione,ipſe replicabit de impedimento petens etiam
reſtitutionem in integrum,& tunc Iudex ad quem co-
gnoſcet,an appellatio ſit deſerta , & ſic cùm ſententia
adhuc ſtet in ſuſpenſo , non poterit Iudex à quo eam
exequi,& ſi exequeretur,per viam attentatorum poſſet
reuocari , dum enim reuocatur in dubium,an appella- 94
tio ſit deſerta,cognitio ſpectat ad Iudicem ad quem ;
ad textum in cap.perſonas,& cap.cùm ſit,de appellat.& in
c.reprehenſibilis,eod.vbi Imol.Bald.in l.eos , circa princ.
Franch.in d.cap.ex ratione , n. 67. verſ.ſi verò,de appell.
Scacc.d.tract.q.11.n.152.157.Verùm ſi non declinetur
iuriſdictio Iudicis à quo , ſatis illi erit,quod appella-
tio ſit deſerta ex lapſu fatalium, vt ſententiam exequi
valeat, cum non ſit neceſſe latam eſſe ſententiam per
Iudicem ad quem ſuper deſertione appellationis , &
ideò deſerta appellatione poterit adiri primus Iudex ,
qui tulit ſententiam,vt illam exequatur non expectata
alia iuſſione,vel declaratione , & ſi appellans compa-
reat opponendo de pendentia appellationis, replicabi-
tur eſſe deſertam ; de quo Iudex aditus pro executione
ſententiæ cognoſcere poterit tanquam de emergenti ,
quia deſerta appellatione ipſo iure iuriſdictio reuerti- 95
tur ad Iudicem à quo : ſic per textum ſing.in l.ſi contra
maiorem, C.de appellat. vbi Angel. notat , & facit l.
quoniam nonnulli, in fin. C. eod. gl. in d. l. eos , C. eod.
Ang.& Imol. in l.præſes , ff. de re iud. Ang. conſil.126.
& conſil. 136.& ita velle videtur Bart. in l.1. in fin.ff.
nil.nou. appell. pend. pulchrè Franch.in d. c. ex ratione,

*num.*99.*verſ.ſed in contrarium*, vbi benè probat Iudicem qui tulit primam ſententiam, poſſe eam exequi ſine alia declaratoria ſuper deſertione, quem ſequitur Scacc. *de appellat.d. quæſt.*11.*numer.*157. 158. ſed ſic eſt, quod in caſu noſtro dictus D. Angelus citatus coram Iudice à quo ad opponendum, ne executio fieret, nihil oppoſuit, nec eum declinauit, neque ad excuſandam deſertionem allegauit aliquod impedimentum coram eo, vel ſaltem coram Iudice ad quem: ergo non poteſt euitare deſertionem, & ſententiarum executionem; non nego tamen, quin Iudex ad quem non debeat adiri, ſi non incidenter, ſed principaliter ſuper deſertione quæratur, vt per Scacc. *d.quæſt.*11.*numer.*158. ſed oportet ſemper docere de iuſto impedimento, quare non fuerit appellans proſecutus appellationem intra primum fatale, alioquin ſi de iuſta cauſa euidenter non docuerit, firma manebit prima ſententia, iuxta *d.l. fin. §.illud, C. de tempor. appell.* & iudicandum erit bene
96 feciſſe Iudicem à quo aditum pro executione ſententiæ emergenter cognoſcendo de deſertione, vt per *Scacc. d. quæſt.*11. *num.*158. *in fin.* & ideò ego non potui reuocare dictam executionem, quia coram me non fuit doctum de aliquo iuſto impedimento, vel aliqua rationabili excuſatione, vnde prima ſententia remanet in ſuo robore, & legitimè per Iudicem à quo fuit executa. Alex. *d.conſ.*59.*numer.*7. *lib.*4. Marcheſ.*de commiſſ.p.*2.*cap.*1. *numer.*5.*fol.*12. Lancel.*d. ampl.*1.*numer.*37.38. Borell. *d.tit.*33. *numer.*1103.& *num.*1116. Fenzon. *ad Statut. Vrb. cap.*81.*n.*36.

Nonò non obſtat, quod in dubio pronuntiandum ſit appellationem non eſſe deſertam. Lancell. *de attent. p.*2.*cap.*12.*ampl.*1. *num.*26.30. quia hoc verum eſt, ſed alienum à caſu noſtro, quia non verſamur in dubio, cum ſimus in claris deſertam eſſe appellationem ob lapſum fatalium ſine probatione alicuius iuſti impedimenti, & adeò res clara eſt, vt dicatur nos habere caſum legis pro nobis, *d.l.fin.§.illud, C.de temp.appell.* Oſaſch.*d.deciſ.*28.*num.*13. Vnde nihil iuuat oſtendere de bono iure in meritis, quia obſtat res indicata, nec facile eſt dare fumum de hoc bono iure, ſiquidem potius contrarium ſubodoratur, quoniam intentata caducitas per dictum appellatum ſatis videtur iuſtificata, ex quo dictus appellans eius liuellarius per multos annos ceſſauit à ſolutione canonis, quia certum eſt in iure, quod emphyteuta ceſſans à ſolutione canonis per biennium cadit à
97 iure ſuo ad fauorem Eccleſiæ, niſi celeri ſatisfactione moram purgauerit, *c.potuit, de locat.* DD. *in l.* 2. *C. de iure emph.* Clar.*in §.emphyteuſis, quæſt.*8.*in princ.* latè Borell. *in ſum.deciſ.p.*1.*tit.*33. *num.*174. nec appellans poteſt iuuari tranſactione, quam non obſeruauit, nec adimpleuit, frangenti enim fidem fides frangatur eidem, *l. cùm proponas, la ſecunda, C.de pact.l.cum qui*, §.7. *C. de tranſact.* vltra multas alias rationes, quæ adduci poſſent, ſi non obſtaret res iudicata.

Decimò non obſtat, quod deſerta appellatione non ſit deſerta nullitas, quando principaliter intentatur cum
98 appellatione, ex Lancell. *de attent.null.pend.p.*2.*cap.*17. *num.*75. Borell.*d.tit.*33.*num.*1147.*& ſeqq.* Sperell.*d.deciſ.*85.*num.*41.42. Nam primò reſpondetur hoc verum eſſe, adeò, vt ſi poſtea etiam doceatur de nullitate, poſſit reuocari ſententia, & eius executio, quia ſententia nulla non tranſit in iudicatum, *l.ſi expreſſim*, vbi DD.*ff.de appell.* ſed animaduertendum eſt, quod pendente appellatione primi Iudicis officium quieſcit, ſed appellatione deſerta, licèt cauſa nullitatis remaneat, tamen Iudicis primi officium non impeditur in executione primæ ſen-
99 tentiæ, & ſic licuit dicto Vicario Parmenſi poſt deſertionem appellationis ſententiam exequi, non obſtante nullitate: ſic in verbis Bart.*in d.l. expreſſim, numer.*11. vbi Alex. *de appellat.* pulchrè hoc docent Innoc. *in c. cùm in iure, de off. deleg.* Butr.& Imol *in c. dilecto*, vbi Franc.*n.*178.*de appellat.* ſola enim pendentia nullitatis non impedit executionem ſententiæ, *c. licèt, de ſent.excommunic.in* 6. latè Vant.*de null.tit.quot, & quibus mod. num.*29. latiſſimè Lancell.*de attent.p.*2.*cap.*17.*num.*17. 18.*& multis ſeqq.* Franc.*in d.c.dilecto, n.*175.178.*in fin.* vbi pulchrè declarat, Scacc.*de appellat. quæſt.*19.*rem.*1. *concl.*4.*num.*2. *verſ. infero ex ea*, vbi dicit, quod pendentia litis ſuper nullitate principaliter intentatæ non impedit executionem, & ideò executio ſententiæ non dicitur attentata, nec poteſt reuocari per viam attentati, ſed debet expectari finis negotij, & ſequuta victoria ſuper nullitate, tunc omnia innouata officio Iudicis ſunt reuocanda. Benè verum eſt, quod per viam exceptionis potuiſſet impediri executio dictarum ſentẽtiarum opponendo nullitatem euidentem coram Iudice exequente, 100
de qua notoriè conſtat, vel incontinenti poſſit probari, vt docet Bart. *in l.*4.*§.condemnatum, num* 2.3.*de re iud.* & Alex.*ad Bart.in.d.l.expreſſim, lit.B.ff.de appell.* Scacc. *de appell.quæſt.*19.*rem.*1.*concl.*5.*n.*3.& *nu.*23. quod hic non eſt factum, nec exiſtimo potuiſſe allegari aliquam nullitatem euidentem; nam nullitas requirens altiorem 101
indaginem non retardat executionem ſententiæ etiam per viam exceptionis. Bart.*in d.l.*4.*§.condemnatum, n.*3. latè Scacc. *d.rem.*1.*concl.*5.*num.*4.

Hinc ſecundò reſpondeo, tunc deſerta appellatione non cenſeri deſertam cauſam nullitatis, quando verè conſtat de aliqua nullitate notoriè, quia non fuit citatus, procurator carebat mandato, & ſimilia, ſecus eſt quando non conſtat de aliqua nullitate, quia tunc deſerta cauſa appellationis cenſetur etiam deſerta cauſa nullitatis, iuxta deciſionem Achil.15.*de reſcript.*& ſic iudi- 102
cauit Rot.*in Cæſaraugustana penſionis*, 13.*Martij* 1619. *coram Coccin.*& *in Ciuitatis Caſtelli bonorum*, 15.*Martij* 1621.*corã Veroſpio*: ſic referente, & docente Beltram.*ad Ludouiſ.deciſ.*306.*num.*4. pulchrè Fenzon.*ad Stat.Vrb. cap.*192.*n.*19.20. vbi habetur re vera debere conſtare de nullitate notoria, alias deſerta appellatione deſerta quoque remanet nullitas; hic autem dictus D. Angelus non deduxit, nec probauit, aut probare tentauit, neque coram me, neque coram alio Iudice aliquam nullitatem; ergo deſerta ſunt omnia, nec eſt quærendum de reuocatione attentatorum.

Denique reſpondeo in delegatione non fuiſſe mihi commiſſam cauſam nullitatis, ſed appellationis, nulla facta mentione de nullitatis cauſa, ideò non video, quomodo deſerta appellatione mihi liceat ſuper nullitate pronunciare, ſiquidem Iudex debet in primis poteſta- 103
tem ſibi attributam conſiderare, & limites mandati cuſtodire, vt inquit Vant. *de nullit.tit.quot, & quibus mod. numer.*107. & propterea licèt quando nullitas deducitur ſaltem incidenter cum appellatione, poſſit Iudex appellationis cognoſcere tam de iniuſtitia, quàm de nullitate, *l.quædam mulier, ff.fam.erciſc.l.fin.ff.de iurepatr.* Franch.*in d.c.dilecto, num.*148.*de appellat.* tamen quando Iudex habet limitatam iuriſdictionem ad cauſas appellationum, non poteſt ſuper nullitate pronuntiare, præſertim deſerta appellatione, quia tunc ſola remanet 104
cauſa nullitatis, ad quam non fuit delegatus: ſic declarat Rip. *in l.quod iuſſit, num.*49.*ff.de re iudic.* Franch. *in d.c. dilecto, numer.*67.*verſ.ſecundus*, vbi Card. Alex. *numer.*58. *ad fin.de appel.* Felin. *in c. in litteris, ad fin. verſ.ſecundus, de off.deleg.* de magis communi Vant. *de null.tit. coram quo poſſ.numer.*20.*verſ.inſuper.* Scacc. *de appell.d. quæſt.*19.*rem.*1.*concl.*6.*numer.*85. Fenzon. *ad Stat. Vrb.cap.*166.*numer.*16. Vnde quæ in contrarium adducuntur, vt deſerta appellatione non ſit deſerta nullitas, procedunt, quando æquè, & principaliter expreſſim commiſſa eſt cauſa appellationis, & nullitatis, vt in his terminis loquitur Rota apud Ludouiſ. *d. deciſ.* 306.*n.*2. & latiùs Borell.*in ſum. deciſ.p.*1.*tit.*33.*n.*1153. vbi dicit, quod ideò practici Romanæ Curiæ in cõmiſſionibus cauſarum cõmittere faciunt expreſſim, & æquè 105
principaliter cauſas appellationis, & nullitatis, quod hic



hic non eſt factum, ideò imputet ſibi appellans, ſi non fuit vſus opera boni practici in dicta Curia, alias reſponſiones vide apud Sperell. *d. deciſ.*85. *n.*43. *& ſeqq.* vbi doctè talem propoſitionem declarat, & omnia huic caſui accommodat?

Denique non obſtat ſententias prædictas non fuiſſe exequendas, quia data deſertione adhuc licebat à tali pronuntia appellare. Franc. *in d.cap. ex ratione, num.*89. *de appell.* Nam reſpondetur, id verum eſſe, ſi diſtinctè Iudex pronuntiaſſet appellationem eſſe deſertam, ſed Iudex à quo de hoc ne verbum quidem fecit, quia vt vidimus, Iudex à quo poteſt poſt deſertionem appellationis ſuam exequi ſententiam, etiamſi non fuerit pronuntiatum ſuper deſertione. Fenzon.*ad Stat.Vrb.cap.*81.*n.*36. vbi dicit, quod ſic benè euitatur omnis circuitus, & de hoc ſatis ſuprà diximus. Verùm de hoc fruſtra quæritur, quia nuſquam apparet, quod dictus D. Angelus appellauerit ab executione commiſſa per dictum D. Vicarium Parmenſem & ſic non entis nullæ ſunt qualitates. Crau. *conſ.*747.*n.*22. cùm igitur dictus D. Angelus non probauerit ſe legitimè impeditum in primo anno, ne proſequeretur ſuam appellationem, non datur ei ſecundum fatale, ſed appellatio remanet deſerta, & ſententia prima in ſuo robore firma, *d. Auth.ei qui*, vbi DD. *C.de temp.appellat.* adeò vt non debeat arbitrari, ſibi poſſe ſuccurri per oblationem
106 precum, vel ſacrum reſcriptum, vel alio prætextu, vt expreſsè dicitur *in l.nemo, Cod. eod.* ideò in hoc cenſui obſtare rem iudicatam, & confirmandam eſſe potius primam ſententiam, niſi aliundè probetur dictum D. Angelum eſſe reſtituẽdum ex alia rationabili cauſa: & quatenus dictus D. Angelus vellet dicere de nullitate dictarum ſententiarum, id facere debet iuris ordine
107 ſeruato, & porrecta ſua petitione ſuper hoc cum cognitione, vt per Viuium *com.opin.lib.*2.*opin.*30.*in* 3. *ampl. dict.* Lancell. *de attentat. d.ampl.*1.*n.*20. Becriter. *deciſ.*40. *in fin.* pulchrè Sperell. *d. deciſ.* 85. *n.*47. vbi teſtatur etiam ſic Rotam tenuiſſe in vna Brachinonenſi Monaſterij coram Iuſto, vt videre eſt apud eum, quod hic non eſt factum, neque vnquam de nullitate tractatum: & cùm ſuccubuerit in emergentibus, & incidentibus, nec oſtenderit ſe habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, currit ei tempus fatale, quod ceſſaſſet currere, ſi iuſtam cauſam litigandi habuiſſet ſuper illis incidentibus. Chartar. *d.deciſ.crimin.*48.*n.*9.

---

# CAPVT CXXXIV.

## EPITOME.

Deſerta appellatione an appellans poſſit ſaltem ex clauſula generali reſtitui in integrum ad eam proſequendam coram Iudice ad quem.

## SVMMARIVM.

1 *Appellans lapſo primo fatali ex iuſta cauſa habet ſecundum ad proſequendum.*
2 *Appellans an habeat ſecundum annum, ſi in primo fuit impeditus tantum vno die.*
3 *Reſtitutio datur etiam maiori viginti quinque annis ex cauſa.*
4 *Appellanti quando reſtitutio detur ex miſerationis cauſa.*
5 *Reſtitutio non datur maiori, niſi docto de legitimo impedimento.*
6 *Appellans negligens nullo modo reſtituitur.*
7 *Appellanti non datur ſecundus annus, niſi primo fuerit impeditus.*



8 *Maior 25. annis quomodo in integrum reſtituatur.*
9 *Eccleſiæ quando denegetur reſtitutio in integrum.*
10 *Reſtitutio aduersùs rem iudicatam vt detur, quid exquiratur.*
11 *Appellationis proſequendæ reſtitutio quomodo concedatur.*
12 *Appellans quando reſtituatur aduerſus lapſus fatalium.*
13 *Impedimentum quale requiratur ad reſtituendum ad proſequendam appellationem.*
14 *Res iudicata habetur pro veritate.*
15 *Reſtitutio ad purgandam moram quomodo concedatur.*
16 *Princeps ſolus poteſt tollere ius quæſitum tertio.*
17 *Reſtitutio ex miſerationis cauſa à ſolo Principe conceditur.*
18 *Deſertionem inſtantiæ aduersùs ſolus Princeps reſtituit.*
19 *Rem iudicatam aduersùs ſolus Princeps reſtituit.*
20 *Princeps quando poſſit reſtituere aduersùs ſententiam.*
21 *Princeps poteſt ſibi reſeruata alteri demandare.*
22 *Clauſula,* Provt de iure, *quid importet.*
23 *Appellans deſerta appellatione reſtituitur ex iuſta cauſa.*
24 *Sententiam deſerta appellatione partes cenſentur approbaſſe.*
25 *Inhibitio ceſſat deſerta appellatione.*
26 *Arbitrium iudicis debet eſſe regulatum à iure.*
27 *Iudex, cui commiſſa eſt cauſa provt de iure, non poteſt recedere à regulis iuris.*
28 *Sperelli laudes.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

PRoſequendo eandem materiam appellationis in dicta cauſa Parmenſi vbi de lapſu fatalium tractatur, data deſertione inſtantiæ, adhuc quærebatur, an ſaltem per viam reſtitutionis in integrum D. Angelus Boſellus appellans eſſet admittendus ad proſequendam appellationem ex clauſula ſaltem generali, *Si qua mihi iuſta cauſa*, ne periret ius ipſius, & reparari non poſſet, ſtante quod remedium nullitatis caret fundamento?

Et ſanè ſi conſtaret de aliquo iuſto impedimento contingente in primo fatali, vtique concederetur ſecundus annus ad proſequendam appellationem ipſo iure abſque beneficio reſtitutionis in integrum, ad tex- 1
tum *in d.Auth.ei qui, in verſ.indulgeatur*, vbi gl.& DD. omnes, *C. de tempor.appell.* Franch.*in d.cap.ex ratione, n.*54. & *n.*63. vbi Præpoſ.*n.*13. Felin.*n.*6.*de appell.* latè Odd.*de reſtit.in integr.quæſt.*70 *art.*6.*n.*35.*verſ.concluſio*, adeò vt ſi appellans in primo anno non fuit impeditus, niſi vno die, datur illi ſecundus annus, dummodo impedimentum illius diei abſorbuerit effectum totius 2
anni, ſi autem abſorbuit tantùm effectum illius diei, non reſtituitur illi, niſi tantillum temporis, quod abſtulit læſio, vt pulchrè declarat Ang. *in d. Auth. ei qui, ſub n* 1. vbi DD. *C.de tempor.appell.* Franch. *in d.cap.ex ratione, n.*7. vbi Præpoſ.*n.*27. Boich.*n.*7.*de appell.* Odd. *d.quæſt.*70.*n.*46.

Et ſanè cùm in Breui Apoſtolico mihi fuerit commiſſa cauſa cum facultate reuocandi attentata, & reſtituendi in integrum ipſum appellantem etiam ex clauſula generali, videtur ei concedenda reſtitutio, quæ datur etiam maiori ex aliqua cauſa, ad textum *in l.*1.*ff.* 3
*ex quibus cauſ.maior.* & videtur de mente gloſſ. *in dict. Auth.ei qui*, vbi Bart.*n.*3.*C.de tempor.appell.* & hoc ſaltem ex miſeratione, videtur enim quod ſecundus annus poſſit concedi appellanti, etiamſi in primo anno non fuerit legitimè impeditus, nec habuerit iuſtam cauſam impedimenti per viam reſtitutionis in inte- 4
grum ex ſola miſerationis cauſa, dum petit ſibi concedi purgare moram primi anni per diligentiam adhibendam in ſecundo anno: ita videndus Bart.*in d. Auth. ei qui, n.*3.*verſ.puto*, vbi Ang.*n.*3.*verſ.in gl.*& Fulg.*n.*45.

C. de tempor. appell. idem Ang. in l. nemo, n. 1. C. eod. Odd. d. quæſt. 70. art. 6. n. 40.

Verumtamen cenſui, neque locum eſſe reſtitutioni in integrum, quæ non datur maioribus 25. annis ſine
5 iuſta cauſa, & docto de impedimentis legitimis, vt habetur in d. l. 1. & ſeqq. ff. ex quibus cauſ. maior. & in l. 1. C. eod. & tractat latè Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 5. vbi varias cauſas huius reſtitutionis adſtruit, & in terminis noſtris videtur eſſe deciſum in d. l. nemo, C. de tempor. appellat. vbi data negligentia appellantis in primo an-
6 no, non ſuccurritur ei neque per oblationem precum, neque per ſacrum ſcriptum, neque alio prætextu, & eſt de mente d. l. fin. §. illud, C. eod. vbi ſecundus annus penitus denegatur, niſi euidentiſſimis probationibus oſten-
7 datur impedimentum extitiſſe in primo anno. Nam reſtitutio in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, non conceditur negligentibus, ſed tantùm neceſſitate rerum impeditis, adeò vt Iudex ita demum reſtituat, ſi non negligentia, ſed temporis anguſtia quis
8 non potuerit actum perficere, vt expreſsè dicitur in l. non enim, ff. ex quibus cauſ. maior. quod ita verum eſt, vt neque Eccleſiæ negligenti, & rationabilem cauſam, aut impedimentum iuſtum non alleganti denegetur beneficium reſtitutionis in integrum, vt legitur in cap. 1. & 2. de reſtit. in integr. in 6. certum eſt enim quod
9 reſtitutio in integrum non conceditur ſine iuſta cauſa, & ſine cognitione illius, an ſit iuſta, vel iniuſta, ex Abb. in cap. ex litteris, de reſtit. in integr. Silua conſ. 19. n. 2 Odd. de reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 34. art. 5. n. 32.

Et hoc maximè verum eſt, quando petitur reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam, vel aduerſùs deſertionem cauſæ, vel lapſum fatalium ad finem, vt ipſa ſententia reſcindatur, vt hic, quia tunc opportet plenè probare læſionem, & iuſtam cauſam, propter quam quis
10 prætendit reſtitutionem. Hoſt. in cap. ex litteris, col. 6. verſ. vbi verò, vbi Butr. n. 23. & n. 40. vbi etiam Card. in §. quocirca, q. 7. de reſtit. in integr. Card. in Clem. 1. n. 25. eod. Bellam. in cap. conſtitutus, n. 15. eod. Bald. in l. 1. n. 5. C. ſi aduerſ. lib... Caſtr. conſ. 281. n. 6. lib. 1. Salic. in l. nam & poſtea, §. ſi minor, vbi Card. Alban. ff. de iureiur. Crau. conſ. 179. n. 8. Boſſ. in prax. tit. ſi aduerſ. rem iud. n. 4. 5. Lancell. de attent. p. 2. c. 14. n. 9. 10. & c. 18. n. 34. vbi de communi. Odd. de reſtit. in integr. p. 1. q. 34. art. 7. n. 37. & q. 36. n. 73. vbi plenè alios allegat, & quatenus tractaretur, vt dictus D. Angelus per viam reſtitutionis admitteretur ad audientiam, vt poſſet audiri aduerſus
11 omiſſam proſequutionem appellationis, licet multi teneant ſatis eſſe iuſtam cauſam probare ſemiplenè; omnes tamen cōcludunt illam requiri, & eſſe neceſſariam, vt probatur in d. cap. ex litteris, vbi Io. And. Hoſt. Butr. & omnes DD. de reſtit. in integr. latè Odd. d. q. 36. art. 10. vbi non controuertitur, an ſit neceſſaria iuſta cauſa ad obtinendam reſtitutionem in integrum, quia pro certo hoc habetur, ſed quanta debeat eſſe illius probatio: ſed in noſtris terminis habemus textum in d. l. fin. §. il-
12 lud, C. de tempor. appell. quod requirit euidentiſſimas probationes: ergo nihil aliud quærendum eſt, vt dixit Oſaſch. d. deciſ. 28. n. 13.

Et ſanè in hac materia appellationis, quando appellans indiget reſtitutione in integrum aduerſùs lapſum fatalium, quæ ei ſolet concedi, quando in ſecundo anno fuit legitimè impeditus, ne proſequeretur appellationem, Ruginell. de appell. §. 10 gl. 1. n. 19. verſ. exiſtente, Scacc. eod. tract. q. 15. n. 28. in fin. Odd. d. tract. de reſtit. in integr. q. 71. art. 2. n. 15. verſ. ſed contra, habemus iura exprimentia, quod huiuſmodi reſtitutio non conceditur, niſi ex iuſtiſſima cauſa, vt habetur in d. c. ex ratione, de appellat. vbi DD. omnes, & propterea requiritur
13 impedimentum neceſſarium, & ineuitabile, vt in d. l. fin. §. illud, ibi: vel aliam inexorabilem cauſam, C. de tempor. appell. & in §. 1. Auth. de his, qui ingred. ad appell. & vlteriùs oportet, quod appellans vſus fuerit omni diligentia, vt impedimentum remoueret, & quod remouere non potuerit, alioquin non datur ei reſtitutio. Laur. Sylu. conſil. 68. n. 8. lib. 2. Neuiz. conſ. 42. n. 5. & ſeqq. Odd. d. quæſt. 71. n. 19. 20. 21. vbi alia etiam requiſita neceſſaria deſcribit pro obtinenda dicta reſtitutione eo caſu tantum limitans concluſionem, quando impedimentum per ſe notorium eſſet, vt humanâ diligentiâ ſuperari non potuerit, in quo caſu nos non verſamur, vt vidimus in præcedentibus, ſi ergo tam iuſta cauſa requiritur pro obtinenda hac reſtitutione in integrum, idem erit dicendum, quando appellans non poteſt iure ordinario conſequi ſecundum fatale, ſed neceſſe eſt illi confugere ad reſtitutionem in integrum, quæ eſt remedium extraordinarium. Et ideò cùm dictus D. Angelus neque docuerit, neque deduxerit in ſpecie aliquod iuſtum impedimentum, propter quod non potuerit proſequi ſuam appellationem in primo fatali, nullo modo concedenda eſt illi reſtitutio in integrum, alioquin tolleretur ius quæſitum appellato per deſer-
tionem appellationis, qua cauſata eſt res iud cata, quæ 14
habetur pro veritate, l. ingenuum, ff. de ſtat. hom. l. res iudicata, de reg. iur. cap. cùm inter, de re iud. certum eſt enim quod Iudex non poteſt tollere ius quæſitum alteri, cap. fin. de confirm. vtil. gloſſ. in cap. pro illorum, in verb. authoritatem, de præbend. cum vulg.

Neque obſtat, quod etiam ſine cauſa iuſta concedatur reſtitutio in integrum ex miſerationis cauſa ad pur-
gandam moram, ex Bartolo in d. Auth. ei qui, n. 3. C. de 15
tempor. appell. Nam reſpondetur hoc genus reſtitutionis non pertinere ad iudices ordinarios, vel delegatos, qui non habent ſpeciale mandatum, vel facultatem ad ſic concedendum, ſed talis reſtitutio eſt reſeruata
Principi, qui ſolus ex certa tamen ſcientia poteſt tolle- 16
re ius tertio quæſitum, gl. in cap. conſtitutus, de religioſ. dom. & in his terminis intelligendus eſt Bartolus, prout ſic loquitur. Ang. in d. l. nemo, ſub num. 1. C. de tempor. appell. vbi dicit, quod hoc tempus reparationis con-
ceditur appellanti ex mera gratia, & miſericordia Prin- 17
cipis ad purgandam moram contractam per dictum appellatorem, qui non obſeruauit fatalia præſtituta, prout etiam ſenſerunt Abb. in cap. 2. in fin. de purgat. vulg. Marant. in prax. de ord. iud. p. 6. act. 3. n. 61. in fin. & ita quoque ſenſerunt Bart. & Odd. in dictis locis, qui
non dixerunt talem reſtitutionem ſine cauſa ex miſe- 18
ratione eſſe concedendam, ſed loquuti ſunt ſub conditione, ſi concederetur, ſcientes caſum eſſe Principi reſeruatum, qui ſolus poteſt reſtituere aduersùs deſertionem inſtantiæ, gloſſ. in l. ab hoſtibus, ff. ex quibus cauſ. maior. Gram. conſ. 28. n. 7. Tuſch. lit. I, concl. 215. n. 1. & litt. P, concl. 672. n. 3.

Et ad rem noſtram habemus iura aperta, ex quibus probatur, quod aduerſus rem iudicatam ſiue ſit ob deſertam appellationem, vel alio reſpectu, nemo poteſt
reſtituere in integrum, niſi ſolus Princeps ſupremus, 19
& etiam ex aliqua cauſa: ſic habetur in l. diui fratres, in fin. ff. de pœn. l. 1. ad fin. de quæſt. l. Imperatores, vbi Imol. & Alex. col. 2. ff. de re iud. Bart. in l. 1. col. 2. verſ. ego cogitabam, C. de condict. indeb. Abb. in cap. ſuborta, ſub n. 2. de re iud. & in conſ. 77. ſub n. 5. verſ. Princeps autem poſſet, p. 2.
vbi ex multis probat, quod Princeps id faceret poſſet, 20
ſi ex certa ſcientia hoc faceret. Gabr. etiam com. concl. lib. 2. de reſtit. in integr. concl. 2. n. 6. Iaſ. in l. admonendi, col. 1. ff. de iureiur. Tuſch. lit. R, concl. 278. n. 6. vbi docet, quod Princeps etiam ſine cauſa ex certa ſcientia poteſt reſtituere aduerſus rem iudicatam, & propterea coram Iudice ordinario, vel delegato non eſt quærendum de huiuſmodi reſtitutione ſic gratioſa, & ex miſeratione.

Et quamuis delegatus Principis poſſet hoc idem facere, quando ei fuiſſet hoc ſpecialiter demandatum, quia
etiam reſeruata Principi poſſunt per eum alteri deman- 21
dari, cap. prudentiam, de off. deleg. l. vecti, ff. de publicl. non ſolent, C. de nou. vectig. tamen hoc ceſſat in caſu noſtro, quia hoc mihi ſpecialiter non eſt demandatum, ſed ſolùm, quod poſſim reſtituere dictum Angelum in integrum prout de iure, ex clauſula etiam generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, adeò vt exinde colligatur mentem Pontificis non fuiſſe concedere reſtitutionem gratioſam
22 ex miſeratione, ſed ex iuſta cauſa, iuxta terminos iuris, in dict. l. 1. ff. ex quibus cauſ. maior. nam clauſula, prout de iure, propoſita in reſtitutione in integrum, operatur, vt non cenſeatur conceſſa reſtitutio, niſi quatenus de iure competat, vt cenſuit Rot. in Rom. beneficiatus, 10. Martij 1602. coram Peña, & in Segobricenſi Parochialis, 2. Decembris, eod. anno, coram Pamph. ad rem Verall. deciſ. 50. ſub n. 1. p. 1. & Marth. de clauſ. p. 1. clauſ. 105. n. 3. 4. Sperell. deciſ. for. Eccl. 85. n. 38. Cùm ergo
23 dictus D. Angelus nullam cauſam oſtenderit, propter quam ſibi concedenda eſſet reſtitutio in integrum, imò nec eam ſpecialiter petierit, non eſt quærendum, an ei danda ſit, vel vlloquemodo competat, nam priùs debebat appellans hanc iuſtam cauſam deducere, & probare, & tunc ex dicta clauſula generali, ſi qua mihi, ego potuiſſem illi etiam aduerſus rem iudicatam reſtitutionem concedere. Bart. in l. 1. n. 4. C. de ſent. aduerſ. fiſc. Bald. in l. 1. num. 4. C. de condict. indeb. Ang. & Imol. in d. l. Imperatores, de re iud. alioquin ſi paſſim, & ſine oſtenſione legitimæ cauſæ danda eſſet reſtitutio gratioſa ex cauſa miſerationis, de vento ſeruirent, d. l. fin. §. illud, Auth. ei qui, C. de temp. appell. Clem. ſicut, eod. & alia iura, quæ ad amuſſim requirunt diligentiam in appellante, & lapſo primo fatali denegant ſecundum, niſi probetur iuſtum impedimentum.

Deneganda eſt igitur reſtitutio in integrum dicto D. Angelo, ex quo nec probauit, nec probare tentauit aliquod impedimentum, propter quod à deſertione appellationis poſſit excuſari; nam deſerta appellatione per lapſum fatalium ſententia adeò tranſit in iudicatum, &
24 firma remanet, vt partes videantur illam approbaſſe, per d. l. fin. §. illud, Auth. ei qui, C. de temp. appell. cap. cùm ſit Romana, vbi DD. de appell. Anch. conſil. 245. Alex. conſil. 59. n. 7. lib. 4. Ceph. conſil. 201. n. 2. Afflict. deciſ. 78. n. 2. Maſtrill. deciſ. 166. n. 11. Gratian. diſc. 572. n. 34. adeò, vt etiamſi primus Iudex fuerit inhibitus à Iudice ad quem, tamen deſerta appellatione iuriſdictio reuer-
25 titur ad primum Iudicem, vt poſſit exequi ſuam ſententiam, & ceſſat omnis inhibito. Franch. in c. cùm ceſſante, ſub num. 15. verſic. tertiò, de appellat. Rot. deciſ. 65. aliàs 461. de appell. in nou. & deciſ. 1. aliàs 138. de off. deleg. in nou. pulchrè Lancell. de attent. p. 2. c. 20. declarat. 4. n. 2. 3. fol. 420. Gratian. d. diſc. 572. n. 32.

Neque in hoc poteſt quidquam arbitrium iudicis, cuius facultas non extenditur vltra tramites rationis, ſiquidem Iudicis arbitrium debet eſſe regulatum, ſecun-
26 dùm canones iuris, rationis, & æquitatis. Iaſ. in l. ſi ſic legatum, num. 22. ff. de leg. 1. Ruin. conſ. 13. num. 20. lib. 2. Menoch. de arb. iud. q. 13. lib. 1. Gratian. diſc. for. 550.
27 n. 23. vnde ſi Pontifex mihi commiſit cauſam, prout de iure, ego non poſſum diſcedere à iuris tramite, de quo in d. l. fin. §. illud, C. de temp. app. vt doctè etiam per Sperell. d. deciſ. 5. n. 38. qui fuit meus anteceſſor digniſſimus, & pariter iudicauit in vna Parmenſi ſibi à Sereniſſimo commiſſa, dum in Ciuitate Regij Vic. Generalis partes adimpleret: nunc autem factus eſt Epiſcopus, & in Curia Romana Prælatus eſt magni nominis in
28 noſtra legali profeſſione, & in aliis etiam non modicè verſatus.



## CAPVT CXXXV.

### EPITOME.

Prælatus an poſſit ſuper re Eccleſiæ facere pactum in vita ſua duraturum, & quomodo dicatur conſtare de notoria iniuſtitia ſcientiarum.

### SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta non cadit, niſi per biennium ceſſauerit à ſolutione canonis.*
2 *Pacta ſunt ſeruanda.*
3 *Caducitas euitatur ex qualibet cauſa.*
4 *Executio denegatur ſententiis notoriè iniuſtis.*
5 *Reſtitutio conceditur ad proſequendam appellationem ex leui læſione.*
6 *Sententia executioni demandatur deſerta appellatione.*
7 *Sententia, & res iudicata æquat quadrata rotundis.*
8 *Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito prodeſt actori.*
9 *Superueniens ius quando ſufficiat ad obtinendum.*
10 *Sententia quando poſſit proferri ſuper diuerſis à petitis.*
11 *Notorium dicitur, quod nullo modo celari poteſt.*
12 *Exceptio notoria quæ non dicatur eſſe.*
13 *Sententia tollit ambiguitatem.*
14 *Alienari non poſſunt bona Eccleſiæ inconſulto Summo Pontifice.*
15 *Prælatus non poteſt formam antiquæ inueſtituræ alterare.*
16 *Prælatus, & emphyteuta ſine ſolemnitate poſſunt facere pactum ad vitam eorum.*
17 *Tranſactio ſine ſolemnitate ligat Prælatum in vita ſua.*
18 *Cenſus ad vitam Prælati poteſt imponi ſuper rebus Eccleſiæ.*
19 *Emphyteuta poteſt conſtituere vſumfructum ſuper re emphyteutica in vita ſua.*
20 *Emphyteuta poteſt imponere ſeruitutem ſuper re emphyteutica.*
21 *Exceptio non implementi poteſt ſemper opponi.*
22 *Exceptio non implementi habet locum etiam in obligatione in forma Cameræ.*
23 *Implere debet quis ex parte ſua antequam agat.*
24 *Implementum obligationis debet probari ab allegante.*
25 *Permiſſum ad tempus cenſetur poſt tempus prohibitum.*
26 *Inſtrumentum facit rem notoriam.*
27 *Inſtrumentum vt probet, quid requiratur.*
28 *Inſtrumenti exhibitio non releuat.*
20 *Iudex non poteſt ſe informare extra acta.*
30 *Iura producta debent eſſe in forma probanti vt reueleāt.*
31 *Iniuſtitia, & læſio aliqualiter probari debet, vt obtineatur reſtitutio.*
32 *Minor, & Eccleſia reſtituitur docto aliqualiter de læſione.*
33 *Reſtitutio quomodo detur maiori vigintiquinque annis.*
34 *Sententia eſt exequenda lapſo fatali.*
35 *Minor reſtituitur ad proſequendam appellationem, & quomodo.*
36 *Executio conſummata non poteſt impediri vigore reſtitutionis in integrum.*
37 *Reſtitutio an detur poſt petitam executionem ſententiarum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

RVrſus in eadem cauſa Parmenſi fuit diſputatum, an appellans ſit audiendus ex capite notoriæ iniuſtitiæ,

tiæ, quia ſententiæ contra eum latæ conceditur labora-
re hoc morbo duplici ratione : primò ex actione inten-
tata ad caducitatem, quia appellans non ſoluerat cano-
nes, quos debebat ratione emphyteuſis, quam ab Ec-
cleſia recognoſcebat, ſi quidem cernitur ex libello, quod
erat creditor Dominus canonis vnius tantum anni, &
tamen certum eſt, quod de iure canonico non cadi
1 emphyteuta, niſi ſaltem per biennium ceſſauerit à ſot
lutione liuelli, cap. potuit, vbi Can. de locat. l. 2. vbi DD.
C. de iur. emph. Clar. §. emphyteuſis, q. 8. in princ. Tuſch..
lit. E, concl. 122. n. 2. Borell. in ſum. deciſ. p. 1. tit. 33. n. 174.
Ergo non eſt locus caducitati.

Deinde etiamſi non ſoluiſſet per biennium, nihil eſt
timendum, quia conuentum fuerat inter emphyteutam
& Dominum, vt Dominus loco annui canonis tenere-
tur recipere tot bona liuellaria ad vſufructuandum du-
rante vita vtriuſque; & cùm oblatam conditionem
Dominus poſtea recuſauerit, ceſſare debet caducitas,
2 quia pacta ſunt ſeruanda, l. 1. vbi DD. ff. de pact. &
quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat à caducitate. Cor-
3 bul. de cauſ. priu. emph. cauſ. 15. lim. 17. num. 2. Vnde
ex actis apparet de iniuſtitia notoria ſententiarum, qua
cognita deneganda eſt executio. Scacc. de ſent. & re iud.
4 gl. 14. quæſt. 11. p. 1. n. 20.

Quæ adeò vera eſſe videntur, vt etiamſi non con-
ſtet plenè de iniuſtitia huiuſmodi, ſed ſemiplenè, de-
beat dictus appellans audiri per viam reſtitutionis in in-
tegrum, ſiquidem cùm petitur reſtitutio ad appellandum
vel contra lapſum fatalium, vt hic, ad proſequendam
appellationem, tunc docendum eſt in aliquo de iuſtitia
volentis reſtitui etiam quoad negotium principale. &
poſteà meliùs diſcutietur, an læſio ſit vera, ſed pro
nunc ſufficit magis leuis, & ſummaria probatio, vt
concedatur reſtitutio : ſic argumento textus in c. veni-
5 ens, il ſecundo, de teſtibus in 6. c. Romana, §. contrahentes,
de for. comp. lib. 6. & in c. cum ex litteris, de in integr.
reſtit. pulchrè dixit in verbis Ægid. Bellamer. deciſ.
38. ad fin. verſ. ſicut cùm petitur, ad rem Felin. in c.
ſuper, numero 16. verſic. idem dicit, de re iud. Gratian.
diſc. for. 339. numero 45. Ergo hæc ſufficiunt appellato,
vt reſtituatur ad proſequendam appellationem, ſi eſſet
deſerta, vel etiam ad appellandum, ſi lapſum eſſet
tempus.

Verùm his non obſtantibus cenſui non eſſe receden-
dum à deciſis in antecedentibus, nec poſſe dici con-
ſtare de notoria iniuſtitia ſententiarum prædictarum,
ſed pronuntiaui obſtare rem iudicatam, quia deſerta
appellatione per lapſum fatalis nihil ſupereſt, niſi vt
ſententia executioni demandetur, l. fin. §. illud, Cod. de
6 tempor. appell. c. cùm ſit Romana, vbi Franc. de appellat.
& ſententia habet præſumptionem pro ſe, quod fuerit
iuſtè lata, l. Herennius, §. quod, ff. de euiction. l. 2. §. ſo-
lent. de hær. vel act. vend. c. in præſentia, de probat. & fa-
cit de non ente ens, de albo nigrum, & de falſo verum,
gl in l. ſi non ſortem, § hæredi, de condict. indeb. Iaſ. in l.
Iulianus, eodem. Marant. in ſpec. iud. p 6. princ. 3. p. art. 1.
numero 129. pulchrè Scacc. de ſentent. & re iud. gl.
14 q. 2. ſub numero 7. vbi etiam dicit quod ſententia, &
res iudicata æquat quadrata rotundis, creat noua, &
7 vetera tollit, & habetur pro veritate, adeò vt ampli-
us non ſit quærendum de veritate negotij, alioquin
nullus eſſet litium finis, ſed ex litibus lites fierent.

Nec obſtant in contrarium adducta, & primo non
conſtat, quod ab initio cauſæ emphyteuta ceſſauerit
per biennium à ſolutione canonis, quia poteſt eſſe,
quod ex pactis particularibus, aut in iuramentis quis
incidat in commiſſum, etiam ante biennium, & ideò
non dicitur notoriè conſtare de iniuſtitia ſententiæ,
ſed dato etiam quod ab initio id non verificaretur, ta-
men ſufficit, quod ab anno 1632. quo tempore iudi-
cium fuit cœptum, vſque ad annum 1636. quo lata
fuit ſententia, appareat emphyteutam ceſſaſſe per bien-
nium, & vltra à ſolutione liuellorũ, quia ius ſuperueni-
ens etiam poſt litem conteſtatã, ex cauſa tamen de præ-
terito prodeſt actori adeò, vt non ſit opus noua inter- 8
pellatione, & ex eadem cauſa poteſt ſequi condẽnatio,
ad textum in l. ſi rem, §. fin. ff. de pignor. act. l. ſi manda-
uero tibi, ff. mandat. l. ſi in diem, de petit. hæredit. &
plenè in l. non poteſt, de iud. vbi tradunt DD. quod quan-
do aliquid venit in iudicium, quod eſt acceſſorium ad
illud, ſufficit ad obtinendum; ſic etiam Bald. in conſil. 9
150. numero 1. verſic. ſed nemini dubium, lib. 2. Iaſ. in §.
omnium, numero 67. Inſtit. de action. Alexand. conſil. 27.
numero ſecundo, verſ. prætereà, lib. 1. & conſil. 177. in fin.
lib. 2. Bellon. conſil. 25. numero 1. 2. & ſeqq. quod ſufficit
etiam ad pœnam incurrendam, vt per Alexand. conſil.
127. numero 3. & ſeqq. libr. 5. Et maximè hæc procedunt
quando proceditur ſummariè, vel ſola facti veritate
inſpecta, quia tunc poteſt ferri ſententia ſuper proba-
tis diuerſis appetitis. Alex. conſ. 114. num. 3. in fin. lib. 6.
Ruin. conſil. 19. numero 19. lib. 4. Roland. conſil. 53. n. 12. 10
lib. 2. Socin. conſil. 128. lib. 1. Crauet. conſil. 198. numero
ſeptimo, & octauo. Vnde cùm tempore ſententiæ Domi-
nus inſtaret pro caducitate, & iam ſatis conſtaret lap-
ſum eſſe biennium, ex quo emphyteuta ceſſauit à ſo-
lutione canonis, iuremeritò potuit ferri ſententia ca-
ducitatis : imò ex ſecundo proceſſu apparet iterum
propoſitam fuiſſe caducitatem, quando iam emphyteu-
ta per plures annos ceſſauerat ſoluere canonem.

Ideò potiùs iuſta cenſeri debet ſententia, quàm vllo
modo appellari notoriè iniuſta; ſiquidem de hac iniu-
ſtitia liquidò non apparet, vt ad conſtituendum noto-
rium requiritur, adeò vt ſi res recipiat aliquam diſputa-
tionem, vel tergiuerſationem, ampliùs notoria non di-
catur, quia notorium dicitur, quod nullo modo celari
poteſt, cap. veſtra, & cap. fin. de cohab. cler. Abb. in c cum 11
olim, numero 2. vbi DD. de verb. ſign. Crauet. conſil 121.
numero ſecundo. Turret. conſil. 95. numero 3. lib. 1. Pariſ.
conſil. 1. numero 34. lib. 1. Rimin. Iun. conſil. 53. num. 30.
lib. 1. Surd. conſil. 188. numero 12. & conſ. 189. numero
32. libro ſecundo, Menoch. de arb. iud. caſ. 166. numero
quarto. Carol. de Graſſ. de except ad ſtat. except. 5.
numero 6. 7. pulchrè Scac. de appell. quæſt. 9 rem. 1. con-
cluſ. 6. numero 71. in fin. & n. 72. & in tract. de ſent. & re
iud. gl. decimaquarta, quæſt. vndecima, num. 60. vbi do-
cet exceptionem non poſſe dici notoriam, quæ poteſt 12
habere aliquam diſputationem, & quando articulus,
ſuper quo lata eſt ſententia, eſt ambiguus inter iuris
interpretes, tunc non ſolùm iniuſtitia non eſt notoria,
ſed res iudicata ſuperat ambiguitatem, & ſententia ha-
betur pro iuſta, & ceſſante notorio res iudicata tollit 13
diſceptationem ſuper iniuſtitia, vt inquit Scacc. de ap-
pellat. quæſt. 17. lim. 1. num. 62. in fin.

Verùm ad inducendum notorium iniuſtitiæ replica-
batur pro parte emphyteutæ, quod ſi non ſoluit cano-
nem, iuſtè excuſandus eſt, quia conuenerat cum domino,
vt illi traderet ad vſufructuandum tot bona liuellaria in
vita ſua, quot ſufficerent pro canone annuo, vt dictum
eſt Sed reſpondebat Dominus pactum eſſe inualidum 14
ſine aſſenſu Sedis Apoſtolicæ, quia hæc eſt ſpecies alie-
nationis, ad textum in extrauag. Ambitioſæ, de reb. Ec-
cleſ. non alien. quæ prohibetur in bonis Eccleſiaſticis,
Papa inconſulto.

At in hoc meliùs dicebat emphyteuta, imò tale pa-
ctum temporale ad vitam vtriuſque eſſe validum abſque
ſolemnitatibus, ex quo res non egreditur ab Eccleſia, ſed
potiùs pro parte ad eam reuertitur, vnde non poteſt dici
alienatio, ſed canonis aſſecuratio temporalis. Nam
licet poſt perfectum emphyteuſis contractum non
poſſit Prælatus formam antiquæ inueſtituræ altera-
re, & conſuetum excedere ad præiudicium Eccleſiæ, vt 15
per Bald. in Auth. quas ruinas, num. 3. C. de Sacroſ. Eccl.
tamen



tamen ſi fiat pactum ad tempus, donec vixerit ille
Prælatus, ne emphyteuta cadat ab emphyteuſi, etiam-
ſi non ſoluerit canonem, vel quid ſimile, vtique va-
lebit eo viuente, hoc enim modo paciſcendo videtur
16 caducitatem vitæ ſuæ tempore incurrendam remittere,
quod facere poteſt. Gloſſa in dict. cap. potuit, in verb.
expelli, vbi Butr. numero 19. Imol. numero 34. de locat.
de communi Iaſ. in dict. leg. 2. numero 130. Cod. de iur.
emph. Alexand. conſ. 5. numero 19. lib. 5. Ruin. conſil. 156.
numero 19. lib. 1. Alban. de poteſt. Pap. & Conc. part. 1.
numero 140. pulchrè Corbul. de cauſ. priu. emphyteuſ.
cauſ. 15. limit. 1. numero 3. verſ. tamen iſtud, ad rem
Farin. deciſ. poſth. 218. numero 1. verſ. non poteſt. part. 2.
17 vbi quod tranſactio ligat tranſigentem in vita ſua
etiam ſine ſolemnitatibus; etenim tranſactio perſona-
lis, quæ morte tranſigentis finitur, non prohibetur ſu-
per rebus Eccleſiæ. Redoan de rebus Eccleſ. non alien.
quæſt. 2. num. 11. Tuſch. pract. concl. litt. T, concl. 350. n. 5.
Et alienatio bonorum Eccleſiæ ad vitam alienantis
ſuſtinetur eius vita durante. Redoan. d. tract. quæſt. 55.
num. 68.

Hinc eſt, quod cenſus poteſt imponi ſuper rebus
18 Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus ad vitam Prælati.
Redoan. dict. tract. quæſt. 17. numero 12. & numero 16.
& ipſe emphyteuta poteſt ſine conſenſu Domini
19 conſtituere vſufrumctum ſuper re emphyteutica, du-
rante eius vita. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gloſſ. 7.
numero 48. Cald. de iur. emphyteut. lib. 3. cap. 17.
numero 2. & ſimiliter imponere ſeruitutem duratu-
20 ram ad eius vitam. Gigas conſil. 15. numero 5. Corbul.
dict. tract. cauſ. 14. lim. 29. Tuſch. littera E, concl. 216.
numero 2. & concl. 207. numero 104. Cald. dict. tract.
lib. 4. cap. 5. num. 9. 10. Ergo dicendum eſt etiam, quod
prædicti emphyteuta, & Dominus potuerint conue-
nire inter ſe, vt in vita eorum Dominus reciperet ad
vſufructuandum tot bona, quot ſufficerent pro eius
canone.

Hæc vtique vera eſſe dici poteſt, ſed non releuant
dictum emphyteutam, quia non adimpleuit conuen-
tionem ex parte ſua, & ſtetit per ipſum, ne fieret
traditio bonorum prædictorum domino directo, &
Rectori Eccleſiæ, quia noluit tradere bona prædicta
iuxta æſtimationem à peritis hinc inde electis, quia
æſtimatio videbatur ſibi tenuis; & licèt Rector eſſet
paratus acceptare illa bona, & iam publicandum eſſet
inſtrumentum; tamen emphyteuta recuſauit, & receſſit
à contractu, & vterque eorum abiit re infecta adeò,
vt exinde Rector neceſſe habuerit litem hanc in-
choare, vt clarè teſtes deponunt : ergo dictus emphy-
teuta non poteſt iuuari dicto pacto, nec allegare eam
conuentionem, quam non adimpleuit in termino in
ea præſcripto, certum eſt enim quod agens ex aliquo
contractu hinc inde obligatorio debet priùs docere
ſe adimpleuiſſe pro parte ſua adimplenda, vel per eum
21 non ſtetiſſe, alioquin repellitur, quia hæc exceptio
nunquam ſublata cenſetur, ad textum in leg. Iul. §. of-
ferri, ff. de act. empt. Bald. in leg. fin. Cod. commod. An-
gel. in l. ſi ſeruus, §. ſi plurium, colum. 3. ff. ſi quis caut.
Dec. Curt. & DD. in l. cum proponas, Cod. de pact.
Bartol. in l. prima, §. & parui, numero tertio, ff. quod
vi, aut clam. Roman. conſil. 244. numero quarto & quin-
to. Crauet. conſ. 151. numero decimo. Burſat. conſil. 144.
numero 30. lib. ſecundo. Rol. conſil. quinquageſimo ter-
tio, numero vigeſimonono, libro primo. Becc. conſil. qua-
drageſimoquinto, numero decimotertio, latiſſimè Graſſ.
dict. tract. de except. ad ſtat. except. 13. numero trigeſi-
moſeptimo, trigeſimo octauo, trigeſimonono, quadrageſi-
mo, & ſeqq. vbi latè hoc probat, & docet hanc excep-
22 tionem non implementi habere locum etiam in obli-
gatione in forma Cameræ, & iurata, & procedere
etſi agens in minimo ceſſauerit adimplere, quia tota-
liter adimplere debet, antequam ex illo contractu
agat, vel excipiat : ſic etiam Cyriac. controuerſ. forenſ.
239. numero vigeſimoſexto, & ſi dictus emphyteuta
dicit ſe adimpleuiſſe, id probare debet, quia id in- 23
cumbit alleganti implementum, dict. leg. Iulianus,
§. offerri, vbi Bartol. numero ſecundo, l. quæro, §. inter
locatorem, vbi Bartol. ſub numero primo, locat. Cyriac.
controu. forenſ. 180. numero vndecimo, & cont. 239.
numero vigeſimoquinto. Sed hic emphyteuta non adim- 24
pleuit, imò adimplere recuſauit, dum noluit peritos
relationem facere, neque inſtrumentum traditionis
terrarum ſtipulari permiſit; & cùm huic reſolutioni
acquieuerit etiam dictus Rector, ſequitur pactum fuiſſe
diſſolutum mutuo eorum conſenſu; nihil enim tam
naturale eſt, quàm quod vnumquodque eo vinculo
diſſoluatur, quo colligatum eſt, l. nihil tam naturale,
vbi Dec. & Cagn. de reg. iur. cum vulg. ergo non po-
teſt dici de iniuſtitia ſententiæ, per quam declarata
fuit dicta caducitas, non enim potuit poſtea dictus
emphyteuta redire ad primum pactum, & offerre ſe
paratum eius executioni poſt litem conteſtatam; tum
quia amplius res non eſt integra, tum quia lapſus
eſt terminus octo dierum ad bona æſtimanda, &
ad faciendam relationem, de qua in dicto pacto, ad
tempus enim permiſſum, cenſetur poſt illud prohibi-
tum, ad textum in l. ſi ita quis, vbi Aretin. not. 3. 25
& DD. de vulg. Socin. Iun. conſ. 24. numero 2. lib. 1.
Bertaz. clauſul. 15. gloſſ. 2. num. 21. Menoch. conſil. 121.
num. 64.

Et caſu quo in hoc adeſſet aliqua difficultas (quæ
non adeſt) adhuc non poſſet ſecundum prædicta dici
conſtare de notoria iniuſtitia ſententiarum, & maxi-
mè quia licèt dici ſoleat, quod inſtrumentum facit 26
rem notoriam, Lup. alleg. 24. ad med. Menoch. de rem,
ſuper poſſeſſ. rem. 1. num. 194. Lancell. de attent. part. 3.
cap. 24. quæſt. 1. numero 86. Surd. conſ. 214. numero 18.
Graſſ. except. 5. numero 13. 14. vbi alios allegat, ta-
men id procedit, quando illud eſt clarum, & non re-
cipit controuerſiam, & ad rem noſtram quando illud
eſt productum ita, vt ſit factum de actis, ſed hic fuit
tantum productum verbaliter, nec eius tenor legi-
tur in proceſſu, & tamen ad finem, vt eſſet de actis,
oportebat fuiſſe productum parte citata, & quod ori- 27
ginale, vel eius copia collationata fuiſſet dimiſſa in
actis, vt cenſuit Rota in Placentina deuolutionis, 12.
Maij 1602. coram Peña, de qua penes Marcheſ. de
commiſſ. part. 3. fol. 157. Beltram. ad Ludouiſ. deciſ. 59.
numero 11. 12. & propterea talis productio & exhibi- 28
tio inſtrumenti verbaliter facta non releuat. Rom.
conſil. 156. numero 3. verſ. clarum eſt. Burat. deciſ. 134.
numero 10. part. 1. Vnde Iudex non poterat moueri
ad iudicandum ex dicto inſtrumento, quia non erat 29
de actis, non enim iudex poteſt ſe informare extraiu-
dicialiter, vel extra acta, vt per Couar. var. reſol. lib. 1.
cap. 1. numero 9. Rot. diuerſ. deciſ. 445. numero 8.
part. 1. & apud Farinac. deciſ. recent. 404. ſub nu-
mero 1. part. 1. Beltram. ad Ludouiſ. deciſ. 1. numero 5.
ſi ergo non eſt habenda conſideratio de dicto inſtru-
mento, quia non eſt de actis, non poteſt dici, quod
faciat rem notoriam, & maximè quia illud, quod cir- 30
cumfertur, eſt ſimplex copia, quæ non facit fidem, iu-
ra enim producta, vt probent, debent eſſe in forma
probanti. Ludouiſ. deciſ. 393. numero primo, & apud
Farin. deciſ. 511. part. 1. Durand. deciſ. 285. num. 106.

Non obſtat, quod ſufficiat aliqualiter docere de in-
iuſtitia, & læſione ad obtinendam reſtitutionem in
integrum ad appellandum, vel ad proſequendum ap-
pellationem. Gratian. diſc. for. 439. numero 45. cum 31
aliis ſuprà adductis. Nam reſpondetur hæc procedere
in minore 25. ann. & in Eccleſia, quæ vtitur iure mi-
noris, prout in his terminis loquitur Ægid. Bellam. 32
dict. deciſ. 38. ad fin. verſ. ſicut, à quo hæc doctrina
ſumpta eſt, non autem procedit in maiore 25. annis
cui

cui non datur reſtitutio aduerſus omiſſam appel-
lationem, etiamſi Iudex iniuſtè iudicauerit, quia ſi
grauatum ſe ipſum ſentiebat, debebat appellare, alio-
quin ſine iuſta cauſa, vel iuſto impedimento non da-
33 tur maiori in integrum reſtitutio. Odd. *de reſtit. in
integr. part. 1. quæſt. 13. art. 6. num. 21. verſ. & ratio eſt*;
hic autem non fuit probatum aliquod iuſtum impedi-
mentum, propter quod iſte appellans non potuerit
appellationem proſequi in primo fatali, vt viſum eſt:
ergo non eſt illi danda reſtitutio, ſed ſententia debet
34 executioni demandari, *dict. leg. fin. §. illud, Cod. de
tempor. appell.* ſecus eſt in minore, qui reſtituendus eſt
aduerſus rem iudicatam vel omiſſam appellationem,
35 eiuſve proſequutionem ſummariè, & aliqualiter pro-
bata læſione, adeò vt ſufficiat, ſi dederit fumum de
bono eius iure. Barr. *in leg. ſancimus, ſub num. 9. Cod.
in quibus cauſ. reſt. in integ. non eſt neceſ.* in terminis
Præpoſ. *in cap. ex ratione, num. 70. de appell.* Marant.
*in 6. part. §. ſecundus actus principalis.* Natt. *conſ. 343.
num. 1.* vbi de communi. Rol. *conſ. 53. num. 45. lib. 2.*
Boer. *deciſ. 79. num. 6.* Capyc. *deciſ. 96. num. 14.* Rot. *in
antiquis, tit. de reſcript. deciſ. 30.* & *in nou. eod. titul.
deciſ. 1.* pulchrè Odd. *de reſtit. in integ. quæſt. 36. art. 5.
num. 46. verſ. aut loquimur,* & *num. 49.* & *quæſt. 72. art. 4.
num. 74. verſ. & verius puto,* in terminis Bellam. *dict.
deciſ. 38. ad fin. verſic. ſicut.* Felin. *in dict. cap. ſuper, num. 16.
verſic. idem dicit, de re iud.* Gratian. *dict. diſc. 339. n. 45.*
ſed hic emphyteuta eſt maior 25. annis: ergo non po-
teſt iuuari his rationibus.

Accedat, quod nos verſamur in executione iam facta
ſententiarum, & rei iudicatæ, ideò non habet locum
reſtitutio in integrum, quæ poſſet fortè proponi, ſi
ageretur de executione committenda, ſed cùm agatur
de commiſſa, & conſummata, vera concluſio eſt, quod
36 executio iam facta non ſolùm nequit impediri, aut ſuſ-
pendi, ſed nec etiam retractari prætextu petitæ poſt-
modum reſtitutionis in integrum, ad textum *in l. ſi ex
cauſa, in princ.* ſecundùm intellectum Alber. *ff. de minor.*
Butr. & Abb. *in cap. ſuſcitata, num. 9. de reſtit. in integr.*
Crot. *conſil. 344. num. 9. lib. 3.* Benintend. *deciſ. 83. n. 12.*
Delph. *deciſ. 53. num. 18.* Odd. *de reſt. in integr. part. 1.
quæſt. 43. art. 6. n. 89. 91.* Lancell. *de attent. part. 2. cap. 18.
num. 132. 146.* Scacc. *de appell. q. 19. rem. 2. n. 109. 113.* qui
37 hoc idem ſentiunt non ſolùm in executione conſum-
mata, ſed etiam petita, & cœpta, antequam reſtitutio
in integrum fuerit propoſita: ſic etiam docent Burat.
*deciſ. 597. num. 4.* Honded. *conſ. 27. num. 33. lib. 2.* Magon.
*deciſ. Flor. 33. num. 5.* Coſta *de rem. ſubſid. remed. 126.
numer. 12.* Borell. *in ſum. deciſ. part. 2. tit. 36. num. 52.*
ideò non eſt amplius quærendum de appellatione,
vel reſtitutione in integrum, ſed executio iam
facta debet in ſuo robore permanere. Et ita iu-
dicaui.

---

## CAPVT CXXXVI.

### EPITOME.

Non incedens in habitu Clericali, & tonſu-
ra an perdat penſionem, ita vt reuiuiſce-
re non poſſit.

### SVMMARIVM.

1 *Probationes concludentiſſimæ requiruntur in materia obiectiua.*
2 *Penſionarius quando teneatur facere habitum Clericalem.*
3 *Penſio quando non extinguatur per non delationem habitus.*
4 *Penſionem perdit, qui tanto tempore incedit ſine habitu, vt laicus reputetur.*
5 *Penſione excedente ducatos 60. priuatur ipſo facto non incedens in habitu.*
6 *Militari habitu vtens priuatur penſione.*
7 *Militia aſſumpta facit vacare beneficia.*
8 *Penſionibus priuatur miles effectus.*
9 *Clericus aſſumens militiam renunciare videtur clericali militiæ.*
10 *Clericum militare, & ducere vxorem paria ſunt.*
11 *Penſio extinguitur per militiam, & per matrimonium.*
12 *Habitus ſæcularis delatio facit vacare penſiones.*
13 *Miles eſt incapax penſionis.*
14 *Penſio hodie non eſt res prophana.*
15 *Penſiones prophanæ non aſſignantur vlli Clerico.*
16 *Declaratoria ſententia requiritur, etiamſi pœna ipſo iure imponatur.*
17 *Lex ipſo facto ligans quando obliget ante ſententiam Iudicis.*
18 *Clericus non incedens in habitu, non facit fructus ſuos beneficij vel penſionum.*
19 *Sententia declaratoria in pœnis quando non requiratur.*
20 *Penſio extincta non reuiuiſcit per reaſſumptionem habitus clericalis.*
21 *Vtile per inutile non vitiatur.*
22 *Penſio nulla in obolo in totum vitiatur.*
23 *Penſio eſt vnum integrale, quod non poteſt pro parte valere.*
24 *Penſio ſuſtinetur illa in parte, quæ non excedit tertiam partem fructuum.*
25 *Penſionem maiorem reſeruans cenſetur etiam voluiſſe reſeruare minorem.*
26 *Penſio reſeruata ſi vitietur in partem, in totum corruit.*
27 *Penſio per longiſſimum tempus non exacta cenſetur extincta.*
28 *Alternatiuæ ſufficit alteram partem verificari.*
29 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

SVper Canonicatu olim M.R.D. Fabritij Manzolij
fuit reſeruata quædam annua penſio librarum mille
monetæ Mutinæ ad fauorem illuſtriſſimi Domini Mar-
tij Colloretti, familiaris olim Eminentiſſimi Domini
Cardinalis Alexandri Eſtenſis cum priuilegio ad par-
tes, vt non teneretur incedere in habitu, & tonſura, do-
nec inſeruiret dicto D. Cardinali, quo defuncto de an-
no 1624. prædictus D. Martius permanſit in habitu
ſæculari, & negotiis militaribus incumbere cœpit, &
ceſſauit exigere penſionem, nunc verò de anno 1642.
ad exactionem penſionis vult redire, & in aliam perſo-
nam transferre, quæritur quid iuris.

Ego ab amico de hoc conſultus, reſpondi caſum
poſſe videri dubium, tum quia concludentiſſimè pro-
bandum eſt prædictum Dominum Martium ita in-
ceſſiſſe ſine habitu clericali, vt videretur laicus, quia 1
eſt materia obiectiua inferens ad pœnam priuationis
penſionis. Ludouiſ. *deciſ. 20. numero 3.* vbi etiam dicit,
quod teſtes non probant, qui dicunt non inceſſiſſe in
habitu clericali, quia non ſpecificant tempus, &
ideò neceſſariò non concludunt, quia poſſibile eſt,
vt illum viderint, quo tempore iuuabatur Indulto
Apoſtolico.

Deinde videtur, quod hæc penſio non fuerit extin-
cta, quia Sixtus V. *in ſua conſtitutione data pridie Kal.
Feb. 1589.* quæ incipit: *Paſtoralis*, §. 6. non obligat pēſio-
narios ad habitum deferendum, niſi poſtquam cœpe-
rint exigere penſiones, vel per eos ſteterit, quominus
exigantur, ſed potius in caſu noſtro apparet, quod D. 2
Martius eas non exegit, poſtquam expirauit indultum,
nec



3 nec etiam conſtat, quod per ipſum ſteterit: ergo pen-
ſio non fuit extincta, vt benè docet Ludouiſ. *dict.
deciſ. 20. num. 4.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 42.
num. 53.*

His tamen non obſtantibus dixi penſionem fuiſ-
ſe extinctam, & liberum remanſiſſe Canonicatum,
quia per longum tempus dictus D. Martius inceſſit in
habitu laicali, & militiæ operam narrauit, quia tan-
4 to tempore ſine habitu clericali inceſſit, vt communi
opinione laicus reputaretur. Farin. *in prax. part. 1.
quæſt. 8. num. 68.* Ricciul. *de iur. perſon. lib. 7. cap. vlt.
num. 17.* Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 11.
num. 49. in fin.* nam vigore Conſtitutionis Sixti V. *ſub
die 5. Ianu. 1686.* incipit: *Cùm ſacroſanctam*, §. 3. ſi
quis non geſtauerit, vel aſſumpſerit habitum clerica-
5 lem, veſtes ſcilicet talares, priuatur non ſolùm bene-
ficiis Eccleſiaſticis, ſed etiam penſionibus ſine vlla
monitione, citatione, iudicis decreto, aut miniſterio
ipſo facto, & priuatum declarat, & penſiones caſſa-
tas, & extinctas eſſe, & fore ſtatuit, & ita docent
omnes, quando penſio excedit ducatos ſexaginta de
Camera annuos, vt per Gonzal. *ad regul. 8. Cancell.
gloſſ. 15. in princ. num. 56.* Nicol. Garz. *de benef. part. 1.
cap. 5. num. 11. 12. & ſeqq.* & *part. 7. cap. 1. num. 18.* in
quibus locis hoc clarè decidit Bellet. *diſq. cler. part. 1.
tit. de fauor. cler. perſon. §. 8. num. 6.* Farin. *deciſ. recent. 158.
num. 16. part. 1.* vbi in terminis loquitur de eo, qui vſus
6 eſt habitu laicali, & armis militaribus. Barboſ. *de off.
Epiſc. part. 2. alleg. 57. num. 217.* & *de vniuerſ. iur. Eccl.
lib. 3. cap. 11. num. 49.* vbi allegat multas Rotæ deciſio-
nes: ſic etiam Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 42. num. 52.*
Sperell. *deciſ. 66. num. 37. verſic. quo verò*, & ego quo-
que dixi *contr. for. 36. num. 36.* qui omnes concludunt
beneficiarium remanere priuatum penſione ducatos
ſexaginta excedente, ſi habitum, & tonſuram cleri-
calem continuò non deferat, ſed pro laico ſe gerat,
adeò, vt non requiratur aliqua admonitio, vel Iudicis
declaratio.

Et licèt hoc ſufficiat ad penſionem extinguendam,
ita res clarior efficitur in caſu noſtro, quia dictus
D. Martius non ſolùm dimiſit habitum clericalem,
ſed etiam factus eſt miles, & dux militum, quoniam
7 per militiam aſſumptam non ſolum vacant beneficia,
quæ Clericus obtinebat, Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniuerſ.
lib. 3. cap. 14. verſic. 14.* & *cap. 11. num. 50.* latè Farinac.
*fragm. part. 1. verb. Clericus, num. 184.* ſed etiam pen-
ſiones, extinguuntur, ſi quæ in titulum erant Cleri-
co aſſignatæ, vt commodiùs ſuſtentari valeret, vt
hic, quia Clericus effectus miles priuatur omnibus
8 penſionibus, vt per Laurent. *in Clement. prima, §. ea-
dem, de ſuppl. negl. Præl.* quem ſequitur Card. *ibidem
in 6. quæſt. num. 5.* vbi etiam Imol. & *in Clem. 1. quæſt. 18.
num. 19. de rebus Eccleſ. non alien.* Paul. de Rom. *in
tract. de penſion. cap. 3. num. 4.* Caccialup. *in eod. tract.
quæſt. 15.* Gigas *in ſimili tract. de penſion. quæſt. 55.
num. 4. 5.* Ricciul. *de iur. perſon. extr. grem. Eccleſ.
exiſt. lib. 7. cap. 5. num. 26* Barboſ. *dict. tract. de iur. Eccl.
vniuerſ. lib. 3. cap. 11. num. 50. ſub tit. de penſion.* Viuian.
*de iurepatr. lib. 13. cap. 9. num. 55.* Etenim eo ipſo,
quod Clericus ſæcularem militiam aſſumit, clericali
9 militiæ renunciare videtur, vt per Farin. *fragm. part. 1.
verb. Clericus, num. 184. in fin.* & parificantur iſti ca-
ſus, quod Clericus efficiatur miles, vel ducat vxo-
10 rem, vt probat Lotter. *de re benef. lib. 3. quæſt. 26.
num. 84. 86.* & ideò ſicut penſio extinguitur per
11 contractum matrimonij, Barboſ. *dict. cap. 11. num. 30.*
vbi infinitos congerit, ita etiam per militiam
aſſumptam omninò vacare, ſeu ceſſare tenendum
eſt.

Hoc autem ex abundantia iuris dicitur, quia ho-
diè ſtante conſtitutione Sixti V. de habitu clericali
deferendo, inanis eſt quæſtio circa militiam quoad
penſiones ducatos ſexaginta excedentes, cùm ſuf-
ficiat ad priuationem ſola delatio habitus ſecularis. 12
Lotter. *de re benef. lib. 3. quæſt. 26. num. 91.* vtilis
tum eſſet reſpectu penſionum infra ducatos ſexa-
ginta, pro quibus retinendis, cùm non ſit ne-
ceſſaria delatio habitus clericalis, extinguerentur:
tum per aſſumptionem artis militaris, penſio enim
reſeruatur ex ſtylo Curiæ Clerico, qualis deſinit eſſe
qui aſcribitur militiæ ſæculari, & miles eſt incapax 13
penſionis: tum quia reſiſtit ei dicta Bulla Sixti V.
tum quia hodie penſio non poteſt dici res propha- 14
na, ſed eſt res ſpiritualis, vel ſpirituali annexa,
*capit. ad audientiam*, vbi DD. *de reſcript.* Pariſ. *de
reſign. benef. lib. 6. quæſt. 4. numero 54.* Garz. *de benef.
part. 1. cap. 5. numero 19.* vbi dicit, quod Rota te-
net, penſionem non eſſe prophanam, ſed annexam
ſpirituali, & ego latiùs dixi *contr. forenſ. 115. nume-
ro decimono, & vigeſimo.* Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccl.
dict. lib. 3. cap. vndecimo, numero decimoſexto, verſic.
vel ſecundo*, penſiones enim prophanæ non reſer- 15
uantur alicui vti Clerico, ſed vti Laico pro ſerui-
tio temporali, velut pro pulſandis campanis, & ſi-
milibus, vt ego dixi *dict. controu. 115. numero decimo-
octauo*, Barboſ. *dict. cap. vndecimo, numero decimoſexto,*
vbi alij allegantur: ſed hæc penſio fuit reſeruata dicto
Domino Martio vti Clerico, vt commodiùs ſuſtenta-
ri valeat: ergo non poteſt illam conſequi, niſi ſe
gerat pro Clerico, & deferat veſtes clericales, & ton-
ſuram.

Neque obſtat, quod leges pœnales imponentes
pœnam ipſo facto non obligent ante ſententiam Iu-
dicis declaratoriam. Couar. *in capit. peccatum, 2. part.* 16
*cap. 8. §. 6.* Nauarr. *in Manual. cap. 23. numero 69.*
quia dupliciter reſpondetur, & primò, quod id non
procedit, quando in dicta lege ſubiungitur aliquod
verbum, vnde conſtet mentem legiſlatoris eſſe, vt
pœna incurratur, nulla expectata Iudicis ſententia,
vel admonitione, vt hic, vbi Clericus non gerens
habitum, & tonſuram Clericalem ipſo facto priuatur
beneficiis, & penſionibus abſque aliquo Iudicis de- 17
creto, vel miniſterio; tunc enim lex illa ligat, & ef-
fectum ſortitur etiam in foro conſcientiæ ante Iudi-
cis ſententiam declaratoriam: ſic in terminis noſtris
Viuald. *in Candelabrum aureum, in fin. in explanat.
dictæ Bullæ Sixti V. de habit. & tonſ. not. 11.* vbi di-
cit pœnas dictæ Bullæ, ſtatim tranſacto tempore præ-
fixo omnes ligare, & in vtroque foro Clericos inobe-
dientes poſſeſſione & dominio eſſe priuatos, vt dein-
ceps fructus beneficiorum non faciant ſuos, & qui 18
ſecus fecerit, ad reſtitutionem fructuum tenebitur:
ſic etiam latè Garz. *de benef. part. 11. cap. 10. nume-
ro 13. & numero 23.* vbi alios congerit. Bonacin. *de
legibus, diſput. 1. quæſt. 1. part. 7. num. 29.* ibi: *Niſi
aliter conſtet de mente legiſlatoris volentis pœnam ante
vllam Iudicis ſententiam adimpleri.* Valent. *diſput. 7.
quæſt. 5. part. 6. quæſt. 4. ad fin.* Regim. *lib. 13. num. 276.*
Suarez *lib. 5. cap. 7. numero 7.* Tuſch. *lit. D, concl. 98.
num. 57. 58.*

Deinde reſpondetur non requiri Iudicis ſenten-
tiam declaratoriam, quando pœna à iure ipſo facto
impoſita ad ſui executionem nullam hominis actio-
nem requirit, ſed conſiſtit in abſtinentia ab aliqua 19
receptione, vel actione, qualis eſt incapacitas bono-
rum, inhabilitas ad matrimonium, vel ad officium,
vel beneficium, & incurſus cenſurarum, & vt hic,
priuatio penſionis, & maximè in bonis communibus,
in quibus lex, & Eccleſia habent abſolutam poteſta-
tem: ſic latè Garz. *de benef. part. 11. cap. 10. num. 9. ad
fin. verſic. docent*, & *num. 20. 22. 36.* vbi alij allegantur.
Nauarr. *cap. 23. num. 67.* Sot. *1. de iuſt. & iur. quæſt. 6.
art. 6. concl. 2.* Valent. *tom. 2. diſp. 7. quæſt. 5. part. 6.* Clauis
Regia *lib. 3. cap. 9. num. 23.* Vnde ſtatim ac quis publi-
cè

cæ non geſtat habitum clericalem, ipſo iure vacant eius penſiones, & beneficia, adeò vt non requiratur alicuius certi temporis lapſus: Sperell. *deciſ. 67. ſub num. 17.* vbi in terminis dictæ conſtitutionis Sixti V. loquitur.

Et hæc adeò vera ſunt, vt etiamſi dictus D. Martius reaſſumeret habitum clericalem, nihilominus penſio
20 iam extincta non reuiuiſceret, per textum *in l. pen. §. teſtamento, ff. de bon. poſſ. ſecund. tab. l. qui res, §. aream, de ſolut. cap. quæris, de conſecrat. diſtinct. 4.* Rimin. Iun. *conſil. 358. n. 144.* Gigas *de penſ. quæſt. 54. n. 8.* & *conſil. 23. n. 7. 8. 9.* & ego dixi in terminis *controu. forenſ. 36. n. 52. 53. 54. 55. 56.* vbi vide.

Neque dici poteſt, quod hæc penſio poſſit exigi à dicto D. Martio, ſaltem vſque ad ſummam ſcutorum ſexaginta, quia tantùm conſtitutione Sixti V. ad eam
21 percipiendam non requiritur habitus Clericalis delatio, etenim vtile per inutile nullo modo vitiatur, *cap. vtile de reg. iur. in 6. l. qui teſtamento, de leg. 2. l. ex falſis, C. de tranſact. Auth. ex cauſa, C. de liber. præt. §. quod ſi quis, Inſt. de inutil. ſtipulat.*

Nam reſpondetur vnicam eſſe penſionem certæ ſummæ, quæ facit quoddam integrale continens cer-
22 tam ſpeciem, quæ vitiata in aliquo in totum corruit, quia videtur eſſe quid indiuiduum; & ſic dum eſt nulla in obolo, in totum quoque annullatur, ad textum *in l. 1. §. ſi ſtipulatus*, vbi DD. *de verbor. oblig. l. fundus ille,*
23 *de contrahend. empt. l. Pædius, de arb. l. prima, §. item quæritur, ff. de aqu. quot.* & *æſtiu. leg. pro parte, de ſeruit. l. in hoc iudicio, ff. fam. erciſc. §. poſteriore, Inſtitut. quibus mod. teſt. infirm. §. præterea, Inſtit. quibus mod. toll. oblig.* Surd. *deciſ. 7. n. 35.* in terminis Rot. *diuerſ. deciſ. 626. n. 4. 5. part. 1.* Gigas *de penſ. quæſt. 35. n. 2.* Lotter. *de benef. lib. . cap. 38. n. 55.* vbi dicit, quod penſio eſt vnum integrale, quod non poteſt pro parte, valere & pro parte non valere.

Et quamuis in ipſa penſionis conſtitutione, & re-
24 ſeruatione aliud eſſe videatur, quando ita reſeruatur, dummodo non excedat tertiam partem fructuum, quia ſi excedit, non in totum vitiatur, ſed debet ſuſtineri vſque ad eam partem, quæ non excedit, vt latè apud Garz. *de benef. part. 1. cap. 5. n. 417. & ſeqq.* vbi allegat multas Rotæ deciſiones. Marcheſan *de commiſſ. part. 1. §. 1. de cauſ. penſ. fol. 562. col. 2. num. 2.* latè Gratian. *diſc. for. 99. n. 11.* vbi alios allegat.

Nam reſpondetur id procedere in huiuſmodi penſionibus, quia conſtat de mente Papæ, qui reſeruando
25 maiorem penſionem, multò magis videtur voluiſſe reſeruare minorem, vt per Garz. *d. part. 1. cap. 5. n. 418.* Gratian. *d. diſc. 995. n. 13. 16.* Secus eſt in caſu noſtro, vbi non conſtat de mente Pontificis, vt voluerit, quod habens penſionem vltra ſexaginta ducatos, ſi in habitu Clericali non incedat, eam percipere poſſit ſaltem vſque ad dictam ſummam, imò in odium illius, qui deſerit habitum Clericalem credendum eſt potius Papam voluiſſe libertatem beneficij, quam continuationem alicuius ſeruitutis, qualis eſt penſio, & ideò ceſ-
26 ſante prædicta ratione reuertimur ad regulam, quod penſio ſit vnum integrale, & indiuiduum, quod ſi vitietur in parte, in totum corruit. Garz. *de benef. d. part. 1. cap. 5. n. 422.* Gratian. *d. deciſ. 995. num. 15.* Lotter. *de re benef. dict. lib. 1. cap. 38. num. 55.* & propterea cùm
27 non fuerit per dictum D. Martium per longiſſimum tempus exacta, præſumitur ex hac ratione extincta. Caualer. *deciſ. 249. num. 5.* Burſat. *deciſ. 591. num. 9.*

Verùm quia dictus Dominus Martius, non ſolum inceſſit in habitu laicali, ſed etiam Militiæ Seculari ſe aſcripſit, priuatus remanet dicta penſione etiam infra ſummam ducatorum ſexaginta, quia penſiones extinguuntur per aſſumptionem militiæ, vt dixi *dict. controuerſ. forenſ. 36. n. 41. & ſeqq.* & ſuprà oſtenſum fuit.

Non obſtant in contrarium adducta, & primò concludentiſſimè eſſe probandum, quod iugiter inceſſerit in habitu ſeculari, quia hoc conſtat ex diſpoſitione plurium teſtium, & poſt indultum, & expiratum dicti Domini Cardinalis ſeruitium, & eſt notorium, & poteſt de corpore delicti quandocunque conſtare, quia etiam nunc incedit in habitu laicali; propter quod extinguitur penſio: Viuian. *de iurepatr. lib. 13. cap. 9. num. 55.*

Nec obſtat, quod dictus D. Martius non exegerit dictam penſionem, dum inceſſit in habitu ſæculari, quia ſtetit per ipſum, ne exigeret, ſiquidem dicta Bulla, *Paſtoralis*, alternatiuè diſponit, quod extinguantur penſiones, ſi penſionem habens ſine habitu
clericali cœperit eam exigere, vel ſteterit per ipſum: 28
& in alternatiuis ſatis eſt alteram partem verificari, *l. ſi hæredi, de cond. inſtit. l. ſi is qui res, §. vtrum*, vbi Soc. *n. 1. de rebus dub. l. cùm pupillus, §. 1. de cond. & demonſtrat. l. ſi quis ita, de verb. oblig.* Sed verè cœpit etiam exigere, & per multos annos exegit dum erat in ſeruitio dicti Cardinalis, & licèt tunc poſſet ex indultu ſine habitu incedere, tunc ceſſante ſeruitio remanſit obligatus ad eum deferendum, *l. ſi vnus, §. 1. de pact. l. ſtatuliberum, §. Stichum, de legat.* 1. cum vulgaribus.

Cùm igitur ex prædictis extincta cenſeatur penſio, & caſſata adeò, vt nec poſſit reuiuiſcere, non eſt quærendum, an D. Martius poſſit illam transferre, quia
non entis nullæ ſunt qualitates, *l. eius qui, ſi cert. pet.* 29
*l. ſi ſeruum, §. ſi modus, de act. empt. §. ideò autem, Inſt. de ruſt. præd. ſeru.* Crau. *conſ. 747. n. 22.* ad rem Farinac. *deciſ. poſth. 485. n. 5. part. 2.* vbi quod Clericus penſionem extinctam per contractum matrimonij non poteſt in alium transferre. Et ita, &c.

---

# CAPVT CXXXVII.

## EPITOME.

Donatio facta abſenti ſtipulante Notario, an transferat ius irreuocabiliter donatario, & tranſeat ad fiſcum.

## SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum dicitur probatio probata, & manifeſta.*
2 *Donatio eſt prohibita inter patrem, & filium, niſi accedente iuramento.*
3 *Clauſula*, ſub vinculo immaculatæ fidei, *habet omnes vires iuramenti.*
4 *Clauſula*, Pro iurato, *habet vires iuramenti, & quomodo.*
5 *Iuramentum tollit defectum inſinuationis donationis.*
6 *Iuramentum poteſt ſanare plures defectus.*
7 *Donatio facta abſenti poteſt reuocari ante ratihabitionem.*
8 *Donatio non poteſt reuocari, ſi pro abſente Notarius ſtipuletur, & acceptet.*
9 *Ratihabitio non requiritur ſtipulante, & acceptante Notario pro abſente.*
10 *Donatio poteſt ratificari etiam poteſt mortem donantis.*
11 *Abſenti ius acquirit etiam ante ratificatinem ſtipulante, & acceptante Notario.*
12 *Abſenti acquiritur ius, & actio, ac hypotheca etiam ante ratihabitionem acceptante Notario.*
13 *Iuramentum facit acquirere ius abſenti etiam ante ratificationem.*





14 *Donatario quando ius acquiratur ante ratihabitionem.*
15 *Donatio non habet totalem perfectionem ante acceptationem donatarij abſentis.*
16 *Dominium non acquiritur donatario abſenti ante ratificationem, ſtipulante etiam Notario.*
17 *Donatio eſt irreuocabilis etiam ante ratihabitionem donatarij.*
18 *Ius quomodo ſit reuocabile ex parte acceptantis, & non dantis.*
19 *Notario acceptante pro abſente, donatio non poteſt reuocari in præiudicium donatarij.*
20 *Donatarius poteſt renunciare ius ſibi quæſitum.*
21 *Donatio poteſt quandocunque per donatarium ratificari.*
22 *Ratificatio debet fieri re integra.*
23 *Donatore mortuo an donatarius poſſit ratificare donationem.*
24 *Donatoris hæredes an poſſint reuocare donationem ab abſenti factam.*
25 *Donatarij ius tranſit ad eius hæredes etiam ante ratificationem.*
26 *Donatarij hæres an poſſit ratificare donationem illi abſenti factam.*
27 *Ratificandi ius quomodo tranſeat ad hæredes.*
28 *Actio ad tradendum tranſit etiam ad hæredes donatarij.*
29 *Donationem acceptandi ius tranſit ad hæredes.*
30 *Tranſmittuntur ad hæredes ſine agnitione, quæ titulo ſingulari acquiruntur.*
31 *Donatas res conſequendi actio tranſit ad hæredes.*
32 *Ius quæſitum quomodo impediat tranſmiſſionem in alterum.*
33 *Donatoris hæres tenetur ſeruare donationem abſenti factam.*
34 *Fiſcus ſuccedit in bonis delinquentis titulo vniuerſali.*
35 *Fiſcus ſuccedit delinquenti non vt hæres, ſed quaſi hæres.*
36 *Fiſcus tenetur ſeruare donationem à delinquente factam ante delictum.*
37 *Fiſcus non poteſt reuocare donationem factam abſenti, antequam deliquerit.*
38 *Donationem reuocandi ius non tranſit in fiſcum.*
39 *Ratificatio donationis ſemper fieri poteſt, & ſemper res dicitur eſſe integra.*
40 *Donans non poteſt delinquendo præiudicare donatario.*
41 *Fiſcus non poteſt retinere bona donata etiam non acceptata.*
42 *Donatarius primus eſt præferendus primo, & quando.*
43 *Donatarius quando poſſit agere ad bona donata in in alium tranſlata.*
44 *Pupillo quæritur ius per ſtipulationem Notarij etiam ante acceptationem.*
45 *Dominium quæritur infantibus, & pupillis per ſtipulationem Notarij.*
46 *Donationes non valent, niſi vterque iuret eſſe veras, & non fictas.*
47 *Dictio*, ſaluo, *eſt limitatiua, & inducit diuerſum ius.*
48 *Exceptio probat regulam in contrarium.*
49 *Donatio abſenti facta eſt valida etiam antequam acceptetur ab eo.*
50 *Dictio*, Dummodo, *importat modum, & conditionem reſolutiuam, non ſuſpenſiuam.*
51 *Modus quando impleri debeat.*
52 *Solemnitatis omiſſio, quæ ſequi debet actum, non vitiat, ſed reſoluit.*
53 *Nullitas actus eſt pœna contrafacientis formæ.*
54 *Ratificans actum validum efficit, vt valeat prout ex tunc.*
55 *Pupillus ſupra infantiam poteſt vtiliter contrahere ſine ſolemnitatibus.*
56 *Pupillus habetur pro habili in concernentibus eius fauorem.*
57 *Donationis ratificatio inducitur ex ſcientia, & ſola animi declaratione.*
58 *Ceſſante ratione legis ceſſat lex.*
59 *Pupillus non comprehenditur ſtatuto, niſi de eo fiat ſpecialis mentio.*
60 *Donationem pro infante poteſt pater acceptare, & iurare.*
61 *Verbum*, Poteſt, *non importat neceſſitatem.*
62 *Actio, & paſſio non cadunt in eodem ſubiecto.*
63 *Mater debet habere curam filiorum infantium mortuo patre.*
64 *Donatio eſt nulla ſine inſinuatione, quæ ſubſequitur facit eam valere ex nunc.*
65 *Donationis inſinuatio, & ratificatio quomodo æquiparentur.*
66 *Donatio ante inſinuationem dicitur actus conditionalis, & ſtat in ſuſpenſo.*
67 *Donatio, antequam inſinuetur, eſt imperfecta, & non transfert dominium.*
68 *Donatio eſt perfecta, etiam antequam ratificetur.*
69 *Donatio dicitur pura, etiam prius quam ab abſente ratificetur.*
70 *Donatio dicitur valida ex nunc prout ex tunc, ſequuta ratihabitione.*
71 *Decretum irritans quomodo annullet actum.*
72 *Decretum irritans ſequitur naturam actus principalis.*
73 *Donatio facta abſenti an poſſit acceptari, poſtquam donator mutauit ſtatum.*
74 *Portio deficiens accreſcit coniuncto.*
75 *Ius accreſcendi datur inter coniunctos verbis.*
76 *Ius accreſcendi non procedit in contractibus.*
77 *Verbum*, vtique, *attribuit actum cuilibet in ſolidum.*
78 *Verbum*, cuiuſlibet, *quid importet.*
79 *Ius accreſcendi quomodo locum habeat in diſpoſitionibus inter viuos.*
80 *Hæres donatarij poteſt acceptare donationem ei factam.*
81 *Dominium acquiritur pupillis abſentibus ſtipulante Notario.*
82 *Hæres ſuccedit in vniuerſum.*
83 *Hæres an poſſit iurare de voluntate defuncti.*
84 *Iurandi facultas tranſmittitur ad hæredes.*
85 *Coniunctus præſumitur informatus de facto coniuncti.*
86 *Pupillus an poſſit adire hæreditatem ſine tutore.*
87 *Hæreditas euidenter lucroſa poteſt adiri à pupillo.*
88 *Aditionis vim habet gerere ſe pro hærede.*
89 *Adire hæreditatem ſatis videtur, qui declarat ſuam voluntatem.*
90 *Hæres cenſetur adire petendo creditum hæreditatis.*
91 *Voluntas declaratur etiam ex actu nullo.*
92 *Nullitas non poteſt allegari, niſi ab eo, in cuius fauorem inducta eſt.*
93 *Aditio hæreditatis quomodo probetur.*
94 *Minor poteſt reſtitui in integrum ad hæreditatem adeundam.*
95 *Donationes tot ſunt, quot ſunt perſonæ.*
96 *Subſtitutio facta poſt mortem quid operetur.*
97 *Subſtitutio vulgaris non datur poſt agnitam hæreditatem.*
98 *Verbum*, quandocunque, *in ſubſtitutionibus quid importet.*
99 *Subſtitutio compendioſa continet in ſe tres alias.*
100 *Donatio cenſetur ſimulata, ſi donator continuauit in poſſeſſione bonorum donatorum.*
101 *Simulatio non præſumitur.*
102 *Donatio quando præſumatur facta fauore familiæ.*
103 *Simulatio ceſſat in minore, & aliis ſimilibus.*
104 *Pater eſt legitimus adminiſtrator bonorum filij.*

105 *Simulatio præſumptionibus euacuatur.*
106 *Simulatio excluditur coniunctione ſanguinis.*
107 *Donatio quando non præſumatur fraudulenta.*
108 *Alienata per filium debent imputari in legitimam, & Trebellianicam.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NOn obſtantibus ſubtiliter,& doctè motiuatis cen-
ſeo ſatis fundatam eſſe intentionem D. Caroli
Antonij de Priolis ex inſtrumento donationis factæ ſi-
bi,& eius fratri, & ipſi vtrique eorum,& cuiuſlibet eo-
rum filiis per D.Thomam eius patrem, cuius donatio-
1 nis inſtrumentum reddit rem notoriam,& euidentem,
quia dicitur probatio probata, & manifeſta. Latè Ti-
raq. *de retract. lign.* §. 2.*gl.*1.*num.*20. Surd. *deciſ.* 177.
*num.*4. Seraph.*deciſ.*1334. *num.*2. & ego dixi *contr.*36.
*num.*31.

Et quamuis regulariter prohibita ſit donatio inter
patrem,& filium,tamen accedente iuramento firmatur,
2 provt omnes vno ore concludunt, & totus mundus
ita ſeruat,vt per Clar.§.*Donatio q.*8.*n.*8. Tuſch. *litt.D,*
*concl.*673.*num.*25.27.Surd.*conſ.*76. *num.*9. & *conſ.*259.
*num.*15.Mart.*vot.*220.*num.*3.Borell. *in ſumm. deciſ. de*
*iuramento,tit.*60.*num.*125.*part.*1.& *de donat.tit.*9. *num.*
158. & *ſeq.part.*3.vbi infinitos congerit. Giurba *conſ.*
54.*num.*27.Cancer.*var.lib.*1.*c.*8.*num.*91.Caualer. *deciſ.*
648.*num.*9.Amat. *deciſ. March.*51.*num.*16. 17. 18. vbi
plures adducit, & teſtatur de communi. In caſu autem
3 noſtro, licet non adſit iuramentum,tamen ſæpè itera-
tur in dicto inſtrumento clauſula, *Sub vinculo imma-*
*culatæ, & ſinceræ fidei*; quæ operatur omnes effectus
iuramenti ex decreto Principis,excepto periurio,& fo-
ri mutatione, vt per Cyriac. *contr.*322.*num.*35.*par.*2.&
4 *contr.*537.*n.*7.*part.*3.Surd. *conſ.*131.*num.*8. & *conſ.*469.
*num.*28.Sicut etiam clauſula,*pro iurato*, habet eaſdem
5 vires, vt latè dixi *contr.for.*2.*num.*13. & *contr.*40. *n.*73.
& ita iuramentum tollit defectum inſinuationis dona-
tionis,vt de communi Socin.Iun.*conſil.*118.*n.*11. *lib.*2.
6 Pereg. *conſ.*66.*num.*40.*lib.*1.Seraph. *dec.*746. *num.*5.7.
& *dec.*801. *num.*3.9. vbi dicit etiam, quod iuramen-
tum poteſt ſanare plures defectus.Rot.etiam *deciſ.*723.
*num.*84. vbi de communi,*part.*6. *diuerſ.* adeò vt de va-
liditate donationis, quoad prædicta non ſit dubi-
tandum.

Non obſtat quod donatio prædicta fuerit facta ab-
7 ſentibus, quaſi potuerit reuocari ante eorum ratifica-
tionem, per textum *in l. abſenti,ff. de donat.* quia hoc
procedit in ſimplici donatione, non autem in ea, in
8 qua Notarius ſtipulatus eſt, & acceptauit pro abſenti-
bus, tunc enim acquiritur ius abſenti, etiam ante ra-
tificationem irreuocabiliter, adeò, vt ſtante tali ſti-
pulatione, & acceptatione Notarij pro abſente dona-
tori non liceat pœnitere, & ſine ceſſione acquiratur
ius abſenti. Rol.*conſil.*19.*num.*16.17.& *ſeq.lib.*1.vbi la-
tiſſimè tractat & reſpondet omnibus contrariis. Ruin.
*conſ.*47. *num.*2. *verſic. Et ſi licet*, *lib.*5. vbi ait ſom-
9 nium ſibi videri opinionem Caſtrenſis, qui putat re-
quiri ratificationem Clar. *in* §. *donatio*, *q.*13. *num.*2.
Tuſch. *litt. D concluſ.*637. *numer.*48,50. vbi teſtatur
de receptiſſima ſententia, & *concluſ.*641. *num.* 10.11.
vbi teſtatur de magis communi: latè Cacher. *deciſ.*
*Pedem.*33. *num.*4. vbi dicit hanc opinionem in iudi-
10 cando, & conſulendo eſſe ſequendam.Surd. *conſ.*305.
*num.*15. & *deciſ.*111. & 206.*per tot.* vbi pulchrè tra-
ctat, & docet talem donationem poſſe ratificari etiam
poſt mortem donatoris, & tollit omnem maculam,
&c.Mantic.*de tacit.& ambig.conu.lib.*13.*tit.* 8. *à n.*13.
*per tot.*vbi latè probat adeò per ſtipulationem Notarij
ius abſenti acquiri, vt etiam ante ratificationem poſ-
11 ſit ei præiudicari. Ant.Coſta *conſ.*7.*n.*5.vbi ait hanc eſſe
veriorem,receptiorem,& in praxi tenendam. Marc. Ant.
de Amat. *reſol.*30. *num.*4. vbi per tres columnas pro
hac parte plurimos congerit. Rim. Iun.*conſ.*242. *n.*7,
vbi refert,& ſequitur decem & octo Doctores. Idem
cenſuit Cyriac.*contr.*322.*num.*17.& *ſeqq.*vbi plurimos
congerit, & idem tenuit Cancer. *var.reſol.lib.*1. *de do-*
*nat.cap.*8. *numero* 43. Seraph. *deciſ.*427.*num.*2. *adeò*, vt
non ſit dubitandum, quin hæc ſit magis communis
DD.ſententia, quam relatis ſexaginta ſeptem Doctori-
bus firmauit contra Menoch.Fabius Turet.*conſ.*60.*n.*2.
quem ſequitur,& aliàs addit Cyriac. *d.contr.* 322. *ſub*
*n.*2.Gratian.*deciſ.*39.*n.*8.& *diſcept.for.*297. *num.*31. &
*deciſ.*575. *num.*14. Magon. *deciſ. Florent.*39. *num.*14.
& *deciſ.*57. *num.*1. Rot.apud Farinac.*deciſ.*142. *num.*5.
*p.*2. *in poſth.* vbi dicit, quod opinio Caſtrenſis aliter 12
ſentientis eſt communiter reprobata, & ſaltem quoad
ius, & actionem perſonalem, & hypothecam nemini
eſt dubium, quin hæc acquirantur abſenti etiam ante
ratihabitionem per ſtipulationem Notarij. Cacher. *d.*
*deciſ.*33.*num.*12.*verſic. Ius verò*: quod nobis etiam ſuf-
ficeret ad finem,ne fiſcus hanc poſſet donationem im-
pugnare,vel impedire, & ad rem facit Felix *alleg.*39.
*num.*27.*part.*3.vbi dicit ſtante ſtipulatione Notarij ſta-
tim validam, & irreuocabilem eſſe donationem, ſal-
tem quoad donantem; quæ enim in contrarium addu-
cuntur, procedunt reſpectu illius,pro quo Notarius
ſtipulatus eſt; hîc enim ante ratificationem non cogi-
tur retinere,& poteſt dimittere,& non acquirere.Surd.
*d.deciſ.*111.*num.*6. Coſta *d.conſ.*7. *num.*6. Rol. *conſil.*19.
*num.*28.*lib.*1.Burſat.*conſil.*118. *num.*6. Ruin. *conſil.*126.
*num.*10.& *conſil.*172. *num.*16.*lib.*1. Barz. *deciſ.*26. *num.*
13.*verſic.nec prædictis.*Altograd.*conſ.*28.*ſub.numer.*37.*in*
*addition.*

Et licèt hoc ſit certiſſimum,tamen certius redditur,
quando in donatione adeſt iuramentum, quod ſupplet 13
præſentiam partis,& efficit,quod ex ſtipulatione alteri
facta acquiratur ius abſenti, etiamſi nullus ſit, qui pro
eo recipiat,& ſine ceſſione actionem transfert. Rol. *d.*
*conſil.*19.*num.*29.& *multis ſeqq.lib.*1.vbi multos allegat,
& ante ratihabitionem donatarij ius ei acquiri probat.
Gabr.*de verb.obl.concl.*1.*num.*69. Decian. *conſil. primo*, 14
*num.*23.*lib.*3.Gratian. *diſcep.*297. *n.*23.24. 27. Cancer.
*d.c.*8.*num.*39. Rot. *diuerſ. deciſ.*683. *num.*3. *par.*1. Fe-
lix *allegat.*38.*num.*27. *part.*3. Marc.Ant.de Amat.*d.re-*
*ſol.*30.*num.*9.

Nec obſtat motiuum,quod donatio etiam acceptata,
& ſtipulata per Notarium non habeat ſuam totalem
perfectionem, niſi ſecuta ratificatione, & accepta- 15
tione donatarij abſentis, ex Caſtr. *conſ.*195. *in* 2.
*dub. lib.*2. Rot. *deciſ.* 12. *num.*3. & *ſeqq. par.*1. *recent.*
quia iam ſatis oſtenſum eſt opinionem Caſtr. eſſe com-
muniter reprobatam, teſte Crauet. *conſ.* 252.*numero*
2. & cenſuit Rot. *in cauſ. Venetiarum cenſus*, 2. *De-*
*cembris* 1610. *coram Lugdunenſi*, & *in vna Romana do-*
*nationis*,21. *Aprilis* 1614. vt apud Farin. *deciſ. poſth.*
142.*num.* 5.*in fin.part.*2. Ideò non eſt attendenda dicta
deciſio in contrarium allegata, quia non fuit deciſio,
ſed ſimplex votum,quod Rota non approbauit ſtanti-
bus deciſionibus modò adductis, & doctrinis ſæpius
allegatis.

Non obſtat, quod ſaltem ad effectum acquiſitio-
nis dominij, & poſſeſſionis neceſſaria ſit ratihabi-
tio donatarij abſentis, etiamſi Notarius pro eo fue- 16
rit ſtipulatus, teſte Couar. *in rub. de teſtam. par.*3.
*ſub num.*13. *verſ. eſt tamen*: latè Menoch. *conſil.* 733.
*numero* 20. & *ſeqq.* Rot. *diuerſ. d. deciſ.* 683. *num.*
4. *part.*1. Farin. *d. deciſ.poſth.* 12. *numero* 6. Nam re-
ſpondetur hoc verum poſſe cenſeri, & communem
Doctorum opinionem in bonum ſenſum deduci, vt
talis ratihabitio requiratur, vt dominium radicetur
penitus in donatario, non tamen ideò ante ratiha-
bitionem per ſtipulationem Notarij ita ius quæritur 17
donatario abſenti, vt pro parte donatoris reuocari
poſſit,



poſſit,vt tradidit Couar. *var.reſ.lib.*1.*cap.*14. *num.*11.
& *in d.rubr. de teſtam. p.*3. *ſub num.*13. *verſ.ex quibus*
*dubio procul*; & *verſ. quibus minimè*, vbi ait quod com-
munis opinio Doctorũ in hunc ſenſum deducitur. Et
ita dixit Rot. *d. dec.*683.*num.*4. vbi in hoc caſu te-
nuit donationem reuocari non poſſe, licèt requiratur
acceptatio quoad acquiſitionem dominij, & poſſeſſio-
nis,& ad rem Anguill.*conſil.*30.*num.*313.vbi dicit ta-
18 le ius dici reuocabile ex parte acceptantis,ſed non dan-
tis, quia quoad eum dicitur perfectus actus; ſic etiam
Socin.Iun.*conſil.*118. *num.*13. *lib.*2. vbi dicit, quod
quando Notarius pro abſente acceptauit, & ſtipulatus
19 eſt, donatio non poteſt reuocari in præiudicium do-
natarij, etiam ignorantis, adeò vt ei inuito amplius
auferri non poſſit, & concordat Decian. *conſil.* 39.
*num.*144. *lib.*2. vbi dicit, quod donatio facta abſenti
non poteſt per pœnitentiam reuocari etiam antequam
abſens ratificet, quia hoc eſſet ei tollere ius ratifican-
di: pulchrè Intrigl. *deciſ.*20. *num.*2. vbi dicit, quod ſi
in donatione interueniat ſtipulatio Notarij pro abſen-
te, ei acquiritur actio irreuocabiliter,etiam non ſecu-
ta ratificatione,& eum ſequitur Cyriac. *dict.contr.*522.
*num.*18. Mantic. *de tac. & amb. lib.*13. *tit.*8. *numer.*14.
*verſ. quia Notarius*, & *verſ.neque*, vbi dicit tali caſu
donatorem non poſſe reuocare donationem in præ-
iudicium donatarij etiam ignorantis, quia per ſtipula-
tionem Notarij fuit ei ius acquiſitum ſecundum om-
nes, ſed ſi fortè nolit acceptare, non cogitur retinere,
20 quia iuri ſibi acquiſito poteſt renunciare, & concor-
dat Gratian. *d.deciſ.*39.*num.*9.10. vbi per Notarij ſti-
pulationem vult ius acquiri abſenti ſine acceptatione,
& donationem eſſe perfectam, licèt non acquiratur in-
uito, & ante repudiationem dicit validam fuiſſe do-
nationem. Idem Gratian. *diſc.*297. *num.*31.vbi dicit,
quod donatio ſic facta non poteſt reuocari, quamuis
non fuerit ratificata, & receptata in vita donantis,
quod nobis ſufficit, quia ſi donatio facta per dictum
D.Thomam eius filiis non poteſt reuocari, ſequitur
21 quod poſſit quandocunque etiam ex interuallo per do-
natarium ratificari. Surd. *d. deciſ.*111. *n.*8.& *dec.*206.
*n.*8.& 9.Gratian.*d.deciſ.*39.*num.*10.Cyriac.*d.contr.*322.
*n.*40.vbi dicit,quod perpetuò poteſt ratificare.Seraph.
*deciſ.*801.*n.*4.

Non obſtat quod talis ratificatio ſequi debeat re in-
tegra,ſcilicet dum adhuc viuit donans,& donatarius,
22 alias mortuo donante inualida eſt ratificatio, quæ non
poteſt præiudicare his,qui titulo ſingulari, vel vniuer-
ſali bona ſibi compararunt, ex Caſtrenſ. *d.conſ.*195.
quem ſequitur Peregr.*conſ.*100. *in prima dubitatione*,
*lib.*5.vbi plurimos allegat.

Nam reſpondetur hanc ſententiam eſſe reprobatam,
23 quia etiam mortuo donatore ante acceptationem ab-
ſentis, donatio quoad donatorem omnino valida eſt,
& perfecta,nec reuocari poteſt, licèt abſenti quæſita
non ſit: *c.ſi tibi abſenti,de præb.in* 6.*l. Ariſto, de donat.*
*l.per fundum,ff.de ſeruit.ruſticorum præd.*ergo erit etiam
perfecta quoad hæredes donantis; qui cum repræſen-
tent eius perſonam,non poterunt donatario refragari,
24 imò donationi ſtare tenebuntur, ſicut defunctus, vt
pulchrè dixit Couar. *in d.rubr.de teſtam.part.*3.*num.*13.
*verſ.quibus minimè*: ſic etiam tenuit Clar. *d.* §.*donatio*,
*q.*13.*num.*4.Surd.*dec.*111.& 206.*per tot.*Peregr.*conſ.*13.
*num.*3.*lib.*6.Socin. Iun. *conſ.*118. *num.*14. *ad fin.lib.*2.
vbi dicit, quod ius donationis tranſit in hæredes do-
25 natarij etiam ante ratificationem donatarij. Gratian.*d.*
*diſcep.*297. *num.*31.Molin. *de primogen. Hiſpan. libr.*4.
*c.*2.*n.*77.Iacob.Cancer.*var.reſol.lib.*1.*c.*8.*de donat n.*43.
vbi alios allegat,pulchrè Sperell.*dec.*81.*n.*35.*verſ.quia*
*reſponderi*,& *n.*36.vbi dicit veriorem,& magis commu-
nem hanc eſſe Doctorum opinionem, vt etiam poſt
mortem donatoris poſſit à donatario acceptari donatio
abſenti facta.



Imò etiam mortuo donatario, licèt dominium for-
tè,& poſſeſſionem rei donatæ ante ratificationem hæ-
res eius nequeat ſola ratificatione acquirere; tamen
quantum ad hoc vt donatio valeat,nec reuocari poſſit 26
à donante, vtique actio vtilis ſine ceſſione acquiritur,
& poſſunt hæredes donatarij ratam habere acceptatio-
nem Notarij nomine defuncti factam, quia in re,
quæ ad hæredes pertinet poterit hæres ratum habere
quod nomine defuncti fuerit factum: ſic pulchrè Co-
uar. *in rubr.de teſtam part.*3. *num.*13.*verſ. at quantum*;
& idem ſentire videtur Clar. *in d.*§.*donatio*,*q.*13.*num.*4.
Cyriac.*d.contr.*322. *num.*7.Peregr. *conſ.*13.*num.*4.*lib.*6.
pulchrè Rot.apud Farin. *deciſ. poſth.*142. *num.*7.*par.*2.
vbi quod aduersùs opinionem Pauli de Caſtr. poteſt
hæres donatarij ratificare acceptationem talis dona-
tionis factam à Notario, & quod ſæpius Rota ita cen- 27
ſuit;etenim in fiſcum tranſeunt omnes actiones reales,
& perſonales actiuè,& paſſiuè: gloſ. per illum textum
*in l. non intelligitur*, §.*cùm ex cauſa*,vbi Bart. *de iure fiſ-*
*ci.*Bald.*in l.fin.num.*15.*C.de contrahend.empt.* Peregr. *de*
*iure fiſci lib.*5.*tit.*1.*num.*53.& ſic poterit conueniri ab 28
hæredibus donatarij, vt tradat rem donatam, quia re-
ſpectu acquiſitionis ad tradendum ceſſat omnis diffi-
cultas, quin hæc tranſeat etiam ad hæredes donatarij.
Rot.*diuerſ.deciſ.*683.*num* 5.*in fin. par.*1. & apud Farin.
*d.dec.poſth.*142.*num.*6.*verſ. dicebant Domini*, *p.* 2. vbi
alios allegat.

Et ſanè ius acceptandi donationem, & acceptatio-
nem factam à Notario eſt tranſmiſſibile ad hæredes,& 29
ſic hæres donatarij poteſt donationem abſenti factam,
& à Notario ſtipulatam,& acceptatam ratificare,& ac-
ceptare,& negotium,& donationẽ ad ſe trahere,quia eſt
materia tranſibilis,vt ſatis probare videtur Bart. *in l.*
*bonorum.n.*3.*ff.rem rat.hab.*Caſtr.*in l.ſi ſine*,§.*ſi procurat.*
*ff.eod.*Corn.*conſ.*2.*n.*3.4.*lib.*3. Alciat. *conſ.*675. Peregr.
*conſ.*13.*n.*4.*lib.*6.Menoch.*conſ.*92.*n.*73.*lib.*1.

Nec mirum,quia cùm donatio rerum particularium
ſit titulus ſingularis,non vniuerſalis; donatarius eam
tranſmittit ad ſuos hæredes,etiamſi eam non agnoue-
rit, quia ea quæ titulo ſingulari,& non iure hæredita-
rio deferuntur, vt hîc donatio, etiam ſine agnitione 30
tranſmittuntur ad hæredes, *l.ſi arrogator*, vbi Bart.*n.*8.
*in fin.* & *num.*9.Bald.*num.*5.*verſ.item eſt.* Iaſ. *num.*14.*ff.*
*de adopt.* Caſtr. *in l.cùm antiquioribus*, *num.*6.*in fin.* &
Alex.*num.*6.*C.de iur.delib.* Alex.*conſ.*150. *num.*7. *lib.*2.
Nicol.Noal. *de tranſmiſſ.caſ.*8.*num.*22. & *num.*135. &
*caſ.*10. *num.*3. etenim actio ad conſequendum res do-
natas tranſit ad hæredes donatarij non ſolum contra
ipſum donatorem, ſed etiam contra eius hæredes, & 31
ſucceſſores, vt per dictum Nicol. Noal.*d.tract.de tranſ-*
*miſſ.caſ.*44.*n.*7.

Vnde non obſtat,quod re non integra,& poſtquam
ius alteri eſt quæſitum,ſiue titulo ſingulari, ſiue vni-
uerſali non poſſit donatarius ratificare donationem
ſibi abſenti factam, etiamſi pro eo Notarius ſtipula-
tus fuerit.Caſtr. *dict. conſil.*195. nam reſpondetur hoc
fortè eſſe admittendum, ſi ex titulo ſingulari alicui ſit
ius quæſitum, non autem ſi titulo vniuerſali, etenim 32
nihil refert, quod ante acceptationem fuerit in re do-
nata ius alteri quæſitum, & ſic res amplius non ſit in-
tegra,quia id procedit quando ex titulo ſpeciali eſſet
dominium rei donatæ in alterum tranſlatum,vt in ſin-
gularem ſucceſſorem,*l.quoties,C.de rei vend.*non ſic eſt
vbi ante acceptationẽ dominium fuerit tranſlatum in
ſucceſſorem donatoris vniuerſalem, qui ſaltem actione
perſonali tenetur contractus & donationes à defuncto
factas exactè ſeruare,vt in verbis dixit Couar. *in d.rub.* 33
*de teſtam.part.*3.*n.*13.*verſ.Hic verò diſputamus*,quem ſe-
quitur Rot.*diuerſ.d.dec.*683.*n.*5.*part.*1.& apud Seraph.
*deciſ.*472.*n.*7.Tuſch.*litt.D,concl.*641. *num.*14. vbi alios
allegat. Cyriac.*contr.*322. *num.*5. ſed ſic eſt,quod fiſcus
publicatis bonis donatoris delinquentis non ſuc- 34
cedit

cedit in eius bonis titulo particulari,ſed titulo vniuer-
ſali,quia licet non ſit hæres, ſuccedit tamen quaſi hæ-
res, & habetur loco hæredis extranei , in quem tran-
35 ſeunt iura , quæ in hæredem extraneum tranſire poſ-
ſunt, ad textum in l.ſi tutorem , C.de vi pub.gloſ.per il-
lum textum in l.non intelligitur , §.cum ex cauſa,de iure
fiſci.Grammatic.conſ.7.num.1.Menoch.conſil.101. n.15.
& conſil.1253.n.7.8.pulchrè Peregr. de iure fiſci lib.3.
tit.1.num.53.54.vbi alios allegat.Gratian.diſc.304.n.19.
Maſtrill.deciſ.277.num.7. Caball. reſol.crim.caſ.40.n.2.
7.Giurb.conſ.55.n.14.vbi alios allegat : ergo fiſcus ſuc-
36 cedens dicto donatori titulo vniuerſali , tenetur adim-
plere donationem prædictam,& ſicut verus hæres do-
natoris non potuiſſet reuocare dictam donationem,vt
latè per Cancer.var.reſol.lib.1.c.8. n.41. multò minùs
id poterit fiſcus eius ſucceſſor vniuerſalis , qui tenetur
ſeruare obligationes delinquentis ante delictum con-
tractum,cùm vtatur eodem iure,quo hæres extraneus.
Gratian.d.diſc.304.n.19.

Et in ſpecie,quod fiſcus ſuccedens donatori propter
eius delictum non poſſit reuocare donationem ab eo
37 factam eius filio antequam delinqueret , vt poſt Car-
pan. ad nouas Mediol. conſtit. c.omnium , & Guazzin.
de confiſc.concl.23. lim.25. num. 29. dixit in terminis
Giurb.conſil.55.num.10.verſ.nec vis,& ad rem Peregr.d.
tit.1.num.92.vbi in fortioribus terminis , quod ius re-
38 uocandi donationem inter viuos ex pactione ad vo-
luntatem donatoris ad fiſcum non tranſit , & latiùs
hoc probauit Giurb.conſil.54.n.43.& conſil.55.num.10.
vbi plenè : ergo cùm donator nunquam reuocauerit
donationem prædictam , nec fiſcus eam poſſit reuoca-
re , ſequitur omninò , vt ea ſit adimplenda , & obſer-
uanda,imò ſuſtineri poteſt,quod etiamſi res non ſit in-
tegra,quia ante ratihabitionem donatarij alicui ſit ius
quæſitum,adhuc nullum præiudicium donatario fieri
potuerit,quia cùm donator ſtante ſtipulatione Notarij,
& acceptatione non potuerit donationem reuocare ,
ſemper dicitur res integra etiamſi donator de re dona-
ta in alium diſpoſuerit , quia id pro non facto haben-
39 dum eſt quoad præiudicium prædicti donatarij ; & ſic
ratificatio eius tanquam facta re integra ſemper fieri
potuit,vt per textum in l.bonorum,ff. rem ratam haberi.
Bart.& DD.in l.ſi is qui pro emptore,de vſucap. dixit in
terminis Roland.d.conſil.10.n.47.verſ.Poſtremò, lib.1.
pulchrè Soc.Iun.conſil.118.n.19.lib.2.Rubeus conſ.117.
n.8.Crauet.conſil.252.n.2.Gozadin.conſ.87. n.14. Pariſ.
conſ.96.n.135.& ſub num.142.lib.3.Surd.deciſ. 206.n.5.
verſ.ſiue donatio.

Qui loquuntur in terminis,& quando res in alium
fuit tranſlata ante ratihabitionem donatarij,& volũt,
quod adhuc ille poſſit eam ratificare , & petere bona
donata,quia ei non potuit præiudicari. Ideò ſicut do-
nator non potuit in præiudicium donatarij alienare
bona donata contrahendo,ita neque poteſt illi præiu-
40 dicare delinquendo,ad textum in l.ſi filius,C.de bon.pro-
ſcrip.Bart.in l.ſi finita,§.ſi de vectigalibus,n.12.ff.de damn.
infect.Alex.conſil.23.n.6.lib.1.Molin. de primogen. Hi-
ſpan.lib.4.c.11.n.7.pulchrè Giurb.d.conſ.55.n.12.verſ.è
41 contra.Ergo fiſcus non poteſt vigore publicationis bo-
norum donatoris retinere , aut occupare bona , quæ
multò priùs donauerat filiis ſuis ; & hæc multò verio-
ra ſunt,vbi donans obligauit bona ſua pro obſeruatio-
ne donationis,vt hîc,quia tunc donatarius eſt præfe-
42 rendus etiam ſecundo donatario , cui facta eſſet tradi-
tio,& ſi primus donatarius non poſſideret,poſſet petere
bona donata per Saluianum interdictum , vt pulchrè
Socin.Iun.d.conſ.118.n.19.verſ.quo caſu,& verſ. & iſta ,
43 lib.2.& ſic apparet,quod donatarius poteſt ratificare &
agere ad bona donata,etiamſi titulo ſpeciali in alium
eſſent tranſlata.

Hæc quidem omninò ſufficere poſſunt ad tollendũ
omne dubium,cùm potuerit donatarius ratificare do-
nationem prædictam poſtquam bona donatoris fue-
runt confiſcata, tamen ſi adhuc remaneret ſcrupulus ,
eo quòd Iudex perſiſtat in ea ſententia, vt dominium ,
& poſſeſſio non acquiratur donatario , niſi poſt ratifi-
cationem,adhuc hæc difficultas ceſſat in caſu noſtro,&
tollitur ſecundum concluſionem ab omnibus receptã ,
quæ eſt,quod nos verſamur in donatione facta infan-
tibus,vel pupillis,quibus quæritur dominium ex ſtipu-
latione Notarij,quando adeſt conſtitutum , vel preca-
rium,vt hîc, etiam ante apprehenſionẽ rei donatæ vel
ratificationem,vt per textum in l.4.iuncta l.1. & duab. 44
ſeq.ff.rem pupil.ſalu.for.Bald.in l.ſi quis emancipatum,n.2.
C.de donat.Alciat.conſil.112. n.14. Pariſ. conſ.69. n.148.
lib.3.Rol.d.conſ.19.n.16.verſ.& 1.moueor,lib.1.Tuſch. d.
litt.D,concluſ.641. num.26.27.Roſell. in ſumma deciſ.
tit.10.de donat. n.176. part.2. pulchrè Rota deciſ.683.
n.6.par.1.vbi dicit, quod hæc limitatio placuit Docto-
ribus ad tollendam omnem dubitationem. Seraph.dec.
472.n.8.Cancer.de donat. d. c. 8. n.58. Farin.d.deciſ.12.
n.18.par.1.in recent.& in hoc omnes Doctores concor-
dare videntur : ergo ſequitur non eſſe faciendum fun-
damentum in propoſita difficultate, quia cùm hæc do-
natio fuerit facta infantibus,& pupillis abſentibus ſti-
pulante,& acceptante pro eis Notario , dominium fuit 45
eis acquiſitum etiam ante ratificationem ; ideò in fiſ-
cum nihil tranſire potuit.

Vnde non obſtat alterum motiuum de decreto Me-
diolani circa donationes,quod dicitur obſeruari etiam
Parmæ,in quo ſtatuitur , quod donationes rerum im-
mobilium non valeant,niſi tam donans , quàm dona- 46
tarius iurent donationem eſſe veram,& non fictam ne-
que ſimulatam,aut fraudulentam,ſed ſinceram, & bo-
na fide factam,vt legitur in eo decreto quod habemus
apud Carpan.ad ſtat.Mediol.c.342.p.1.

Nam reſpondetur,quod hoc non procedit in dona-
tione facta abſenti, quia licèt pro parte donatarij non
fuerit iuratum,nihilominus donatio valet, vt expreſsè
legitur in dicto decreto,in verſ.ſaluo ; de quo non eſt
dubitandum , tum quia in verbis dicit , quod valeat ,
tum quia dictio illa ,ſaluo, id importat , cum ſit exce-
ptiua , & limitatiua præcedentium , & propterea di- 47
uerſum ius inducit : latè Barboſ. de actionibus vſufre-
quent. dictione 256.& probatur per legem 1.de reg.iur.l.
in his , & l. ius ſingul.de leg. ex quibus probatur exce-
ptionem probare regulam in contrarium , & in termi- 48
nis illius decreti Carpan. ad ſtat. Mediol. d. cap.324.
n.219.dicit,quod poteſt donari abſenti validè ſine tali
iuramento, dummodò illud ſequatur;& hoc rationabi-
le eſt,quia etiam iure communi donatio abſenti facta
pro eo ſtipulante Notario,eſt valida antequam ratifice-
tur à donatario,vt latè per Surd.d.deciſ.111. num.6. & 49
Gratian.d.deciſ.39.num.10.vbi clarè hoc dicunt,& nos
latiùs ſuprà oſtendimus.

Nec obſtat , quod idemmet decretum ſubiungat ,
dummodo quando donatarius voluerit talem donationem
acceptare , iuret, vt ſuprà , per aliud inſtrumentum Nam
in hoc non ſequitur quod validitas donationis ſtet in
ſuſpenſo, donec donatarius iuret , ſed benè , quod re-
ſoluatur niſi iuret, quia illa dictio; dummodo , non im-
portat conditionem ſuſpenſiuam. Sed potiùs modum,
vel ad ſummum , conditionem reſolutiuam , cùm poſt 50
donationem iam factam impleri debeat : ſic propter
doctrinam Bald. in c. dudum , il ſecondo , num.27. de
elect. Iaſ. in l.ſi teſtamentum,num.3. C. de inſtit. & ſubſt.
Dec. conſ.327. num.3. verſ. nec prædictæ , Tiraq. de re-
tract.conſang.§.8.gl.n.1. Seraph. dec.449.num.1.2. Zuc-
card.in l.1.n.173.C.de pact. Amat. deciſ. Ferrarienſ.51.
in fin.Gratian. diſc.124. num.10. Molin. de primogen.
Hiſp.lib.2.c.15.n.28.Rota in vna Ferrarienſ.hæred.5.Maij
1631.latè Menoch. conſil.134. numero 36. 37. 38. vbi
plenè hoc probat , & docet modum eſſe , quando im-
pleri debet poſt actum,& diſpoſitionem factam , non
autem



51 autem in ipſo actu,vel antè,provt euenit in caſu noſtro,
vbi quando donatur abſenti, requiritur in dicto decre-
to, quod poſteà in acceptatione donatarius iuret,vt ſu-
prà per aliud inſtrumentum : omiſſio enim ſolemnita-
tis donationis debentis ſequi poſt actum non vitiat,
etiamſi in ſtatuto adſint verba , quod actus aliàs non
valeat, quia id interpretatur non ſuſpenſiuè, ſed quoad
52 effectum vt poſſit actus irritari, ſi forma non ſeruetur,
& interim non impedit actus validitatem , vt latè per
Alderan. Maſcard. de ſtat.interpret.concluſ.9.num.45.&
ſeqq. vbi alios congerit.

Nec vis eſt facienda in abſurdo allegato; alia eſt enim
ratio nullitatis actus , quando ambo contrahentes ſunt
præſentes donationi, & donatarius non iurat ſecundum
formam in dicto decreto præſcriptam,quia tunc certũ
eſt nolle obſeruare dictum decretum , & ideò illius be-
neficio gaudere non debet, & propterà non eſt mirum,
ſi eo caſu nulla ab initio eſt donatio; quando verò do-
natarius eſt abſens , non intrat huiuſmodi ratio , quia
poteſt ex poſtfacto obedire decreto , & ſeruare eius ſo-
lemnitatem , & propterea non erat iuſtum inualidam
pronunciare donationem antequam conſtaret,an vellet
iurare iuxta formam decreti,quia nullitas ſolet eſſe pœ-
53 na contrafacientis formæ , quæ non eſt imponenda ei,
qui non eſt in culpa , & de quo non conſtat , an velit
implere.

Hic autem donatarius iſte per aliud inſtrumentum
acceptauit donationem prædictam , & iurauit ad for-
mam decreti , vt legitur in inſtrumento,in quo etiam
cum eo iurauit eius mater modo in dicto decreto de-
54 ſcripto . Ergo perindè eſt, ac ſi ab initio ratificaſſet ,&
prout ex tunc , non prout ex nunc valet actus , qui ab
initio validus fuit, vt inquit Surd. d.deciſ.206.numer.8.
Gratian. diſcep.963. num.3.& ſeqq.p.5. Rot. diuerſ.de-
ciſ.82.num.12.13.p.6. Plot.d.conſ.54.num.8.vbi in ter-
minis dicti decreti loquitur.

Nec obſtat quod dictus donatarius eſſet pupillus,
& dandus illi eſſet tutor , non curator ad iurandum, &
ratificandum dictam donationem, quia in fauorabili-
bus,& actu delectabili, qualis eſt donatio, pupillus exi-
55 ſtens in ætate ſuprà infantiam poteſt vtiliter contra-
here , & ſtipulari etiam ſine ſolemnitatibus ; §. 1. In-
ſtit. de auctoritat. tut.§. pupillus,Inſt. de inut.ſtip. l.1.§.
furioſum,de act.& oblig.l. neque, C. de contrahend. ſtip.
Galganet. de tutel.& cur. lib.2.tit.22. numer.3.& lib.3.
quæſt.44. num. 4. vbi hoc benè declarat , quia pupillus
habetur pro habili in omnibus concernentibus eius fa-
56 uorem. Iaſ. in l. contrà, num.2.ff. de pact. & poteſt ad
iurandum admitti. Bart.in l. qui iuraſſe,numer.3.vbi Ia-
ſon num.1.ff. de iureiur. Ergo etiamſi non ſint ſeruatæ
ſolemnitates iuris in conſtituendo tutorem ; nihil re-
fert, cum per ſe actum ad ſui fauorem explicare potue-
rit, & maximè in acceptanda donatione , pro cuius ra-
57 tificatione ſufficit ſcientia, & animi declaratio quando-
cumque facta. Surd. d.deciſ. 111. num. 7. in fin. & dec.
206. num.11. & conſ.355. num. 18. & conſ.231.num.16.
Tuſch. lit. D,concl.641.numer.37. Caualler. dec.12.nu-
mero 2. Farinac. d.dec.poſth.142. numer.7.p.2. Sperell.
dec.81.num.19.

Imò dicendum videtur illud decretum Mediolani,
quod requirit acceptationem donationis ab abſente
cum iuramento,non habere locum in donatione facta
infanti, prout in caſu noſtro , quia infans non eſt doli,
nec fraudis, vel ſimulationis capax. Et in eo ceſſat om-
nis peruerſa ſuſpicio, quę fuit ratio finalis ſtatuti , ideò
58 ceſſante eius ratione , ceſſat etiam eius diſpoſitio , vt in
terminis dicti decreti dixit Carpan. ad ſtat. Mediol. d.
cap.324. num.219. par.1. Etenim in diſpoſitione gene-
ralis ſtatuti non comprehenditur pupillus,& multò mi-
59 nùs infans,niſi de iis fiat ſpecialis mentio,& eadem mi-
litet ratio,vt per Bald. in conſil.135.n.6.lib.3. Tuſc. litt.
P,concl.976. num.2. Surd. deciſ.49. num.9. Sed dictum
decretum non facit mentionem de pupillo,& ratio eius
non militat in eo : ergo nec eius diſpoſitio locum ha-
bere poteſt,c.cùm ceſſante, de appell.cum vulgaribus.

Neque obſtat, quod pro infante poſſit eius pater ac-
ceptare donationem,& iurare, vt dixit Carpan,d.c.324. 60
num.19 & 223.tum quia verbum poteſt, non importat
neceſſitatem , ſed liberam voluntatem,l.ſæpè,de officio 61
Præſ. gloſſ.in cap.ſtatutum,verbo poſſit,de reſcript. Gra-
tian. diſcep.146.num.15. Farin.dec.329.numer.3.p.2.re-
cent.tum quia hic cùm pater fuerit donator, non potuit 62
fungi officio acceptoris,quia actio, & paſſio non cadunt
in eodem ſubiecto, l. Vranius,ff.de fideiuſſoribus. Iaſon,
& Decius in l.debitor, C.de pact. Menoch. conſ.271.nu-
mero 73. & propterea videtur , quod mater donatarij
potuerit iurare in defectum patris , cùm ad ipſam ſpe-
ctet mortuo patre habere curam filiorum,maximè in-
fantium. Federic. de Sen. conſil.254. numer.6. verſ. ſed 63
pone. Tuſch. litt. M, concl. 106. numer.1. Verùm cùm
ipſe pupillus in acceptatione prædicta iurauerit ad for-
mam dicti decreti , non eſt dubitandum de validitate
dictæ donationis per ea , quæ ſuprà diximus , & quate-
nus expediens ei videatur , poterit de nouo acceptare
dictam donationem , & iurare , quia nullum tempus
ei præſcriptum eſt , & vidimus , quod quandocunque
id facere poteſt , cùm ſit actus merus declaratorius eius
voluntatis.

Nec obſtat exemplum de donatione , quod ſi non
fuerit inſinuata,iuxta l.ſancimus,C.de donat. dicitur eſſe
nulla ab initio , itavt inſinuatio ſubſequens non faciat 64
eam valere, niſi provt ex nunc. Bart. in l. Modeſtinus,
ff. de donat. Aretin.conſ.123.num.4. Menoch.conſ.292.
num.2. qui alios allegat. Nam reſpondetur non valere
hoc argumentum ab inſinuatione ad ratificationem ; &
iuramentum propter diuerſitatem rationis , licèt enim
hæc æquiparentur , quoad cauſam finalem ; quia vtra-
que prouiſio facta eſt ad tollendas fraudes ; & ſimula- 65
tiones , non tamen quoad cauſam efficientem, quia ra-
tio propter quam donatio inſinuata reconualeſcit , vt
ex nunc , non autem vt ex tunc,duplex eſt , altera quia
donatio inſinuanda non dicitur perfecta , ſed perfici-
tur ſtatim facta ipſa inſinuatione ; altera , quæ & for-
tior eſt , quia donatio ante inſinuationem dicitur actus
conditionalis , & ſtat in ſuſpenſo , donec ſequatur in-
ſinuatio. Et ideò euentus iſtius conditionis non retro- 66
trahitur, prout pulchrè , & latè docet Rebuff. in com-
ment. ad conſtit. reg. tom. 1. tract. d. donat. gl. 6. vbi
dicit , quod donatio ante inſinuationem eſt imperfe-
cta , non completa , & non facta , & incipit habe- 67
re effectum à die quo inſinuatur , & dominium ſtat
in pendenti,& non transfertur ante inſinuationem ,&
meliùs hoc docet probans vtramque rationem Me-
noch. d. conſil.282. numero 3.4.5. vbi allegat iura ; &
authoritates , quas non repeto. Illæ autem rationes
non accommodantur caſui noſtro , quia in donatio-
ne facta abſenti,ſtipulãte pro eo Notario ſatis vidimus 68
actum eſſe perfectum , antequam ſequatur ratihabitio,
vel iuramentum, vt per Surd. d.deciſ.111.num.6.vbi de
communi teſtatur. Gratian. d.deciſ.39.num.8. cum aliis
ſuperiùs allegatis. Nec etiam talis donatio dicitur con-
ditionalis ante ratihabitionem conditione ſuſpenſiua,
cùm appareat eſſe purè conceptam Et quamuis poſſit
reſolui , ſi non ſequatur ratihabitio , & iuramentum ,
non tamen per hoc tollitur , quominus ſit pura , vt
per Fontanell. deciſ. 224. numero 20. vbi alios alle- 69
gat. Et conferunt tradita ſuperius de illa dictione ,
dummodò , vbi oſtenſum eſt per eam non importari
conditionem ſuſpenſiuam. Et ideò non eſt dubium,
quin hæc noſtra donatio fuerit valida ſecuta ratihabi-
tione , & iuramento donatarij ex tunc , non provt ex
nunc , quia vt dixit Plot. in terminis in d. conſil. 60
54. num. 28. perindè eſt , ac ſi in actu donationis in
principio fuiſſet factum iuramentum : ergo ceſſat
argumen

argumentum ab inſinuatione ad ratificationem, & iu-
ramentum.

Nec obſtat decretum irritans, quod ſolet actum re-
troreddere nullum, quia non procedit, quando appo-
71 nitur poſt actum perfectum, & validum; tunc enim re-
ſoluit, ſed non ſuſpendit, vt per Maſch. *d. concl.9. nu-
mer.45. & ſeqq.* Barboſ. *de clauſ.clauſ.40.num.6.* Et quia
etiam decretum irritans non ampliat diſpoſitionem pæ-
nitentialem, ſed tanquam acceſſorium illius naturam
72 ſequitur, vt probat Barboſ. *d.clauſ.40. numero 47.* vbi
allegat multas Rotæ deciſiones. Sed in caſu noſtro do-
natio fuit ab initio valida, vt probauimus, & in ipſo
decreto, *in verſ.ſaluo*, talis declaratur in illis verbis: Si
*talis donatio fiat abſenti, tunc valeat talis donatio, licèt
pro parte donatarij non fuerit iuratum.* Ergo decretum
tan quam acceſſori m illius efficere non poteſt, quod
medio tempore donatio ſit inualida.

Non obſtat, quod donatio prædicta non potuerit
73 acceptari poſt mortem donatoris, neque poſtquam
donator ſtatum mutauit, vt per Bald. *conſil.167.num.5.
lib.5.* & per Plot. *d.conſ.54.num.27.28.* Carpan. *ad ſtat.
Mediol. d.cap. 347. numer. 214. & 215* quia reſpectu
Baldi ipſe loquitur de inſinuatione, de qua diximus non
procedere paritatem cum ratihabitione, ex diuerſitate
rationis, quoad alios verò iam reſponſum eſt totam ma-
chinam huius concluſionis eſſe fundatam *in d. conſil.
Caſtri 195. lib. 2.* quod oſtendimus eſſe communiter
reprobatum, cùm verius ſit, & acceptius poſſe dona-
tionem huiuſmodi acceptari poſt mortem donatoris,
vt per Surd. *dict. deciſ. 111.* & *dict. deciſ. 260. per
tot.* Sperell. *d. deciſ. 81. ſub numer. 35.* cum aliis ſu-
prà allegatis, ſicut etiam oſtenſum eſt, quod poſt
mortem quoque donatarij poſſint eius hæredes ac-
ceptare.

Non obſtat ſecundum principale motiuum, quod
donatio prædicta ſaltem ſit inualida reſpectu medieta-
tis, quæ ſpectabat ad D. Alexandrum Mariam filium
donatoris, qui nunquam illam acceptauit: nam reſ-
pondetur quod portio deficiens prædicti D. Alexandri
pertinet ad dictum D. Carolum Antonium per ius ac-
creſcendi, vel non decreſcendi, ſtantibus verbis do-
74 nationis: *pro dicto D. Carolo, & Alexandro, & pro
vtroque eorum, & cuiuſlibet eorum filiis.* Etenim non
eſt dubium, quin ſint coniuncti re, & verbis, inter quos
75 ſecundum omnes datur ius accreſcendi, vel non de-
creſcendi, non ſolum ante, ſed etiam poſt quæſitam
portionem. Gratian. *diſcep.807. numer.25.* Et quam-
uis in contractibus non ſit locus iuri accreſcendi, *l.
76 ſi mihi & Titio, de verb. oblig.* tamen id procedit in
contractibus ſtricti iuris, non autem in contractu bonæ
fidei, prout eſt donatio. Mantic. *de tac.& amb.lib.22.
tit.34.numer. 10.* vbi alios vide: ſicut non procedit in
contractu, vbi adeſt iuramentum, vel in quo quis al-
teri poteſt ſtipulari, prout ſanè poteſt Notarius: ita
Anchar. Regienſ. *quæſt.38. num.6. & in fin.lib.1.* quem
ſequitur Tuſch. *litt.I. concl.367. numer.9.10.*

Accedat, quod in contractibus bonæ fidei poteſt
eſſe locus iuri accreſcendi, ſi verba id importent, vel
ſignificare poſſint ad mentem contrahentis, prout hic,
vbi donator videtur in ſolidum donaſſe D. Carolo An-
tonio, & Alexandro ſtantibus verbis: *Pro vtroque eo-
77 rum & cuiuslibet eorum filiis.* iam verbum, *pro vtro-
que*, hic eſt diſtributiuum, & attribuit actum cuilibet
in ſolidum, vt per Viuian. *commun. opin.lib.9. tit.34.
numero 65.* Vulpel. *de præpoſit. & aduerb. ſignif.
ſub dict. vterque, pag. 135.* quod confirmatur ex ſe-
quentibus verbis: *& cuiuslibet eorum filiis*; verbum
78 enim, *cuiuslibet*, tribuit actum cuique inſolidum, vt
per Dec. *conſil.326. num.2.* At quando contractus, ſeu
diſpoſitio inter viuos tribuit pluribus aliquid inſoli-
dum, tunc eſt locus iuri accreſcendi, ſiue non decreſ-
79 cendi, etiam in contractibus, vt poſt Bald. *in l. vnica,
C, quando non petent.part.* dixit pulchrè. Abbas *in con-
ſil.103.ſub numer.2.p.2.* Dec. *d.conſ.326. num.2.* Man-
tic. *d.tit. 34. numer.5.* Vnde cùm dictus D. Alexander
iam mortuus per concurſum nullam fecerit partem,
totum ſuo marte percepit, & percipere potuit dictus
D. Carolus Antonius, vt tradunt communiter DD. *in
d. l. re coniuncti, ff. de legat. 3.* & ideò non eſt quæren-
dum, an dictus D. Alexander iurauerit ad formam dicti
decreti, quia ei nihil quæſitum fuit, & ſufficit iuramen-
tum dicti D. Caroli Antonij, ad quem totaliter bona
donata peruenerunt, non concurrente cum eo dicto
D. Alexandro.

Deinde reſpondetur, quod dictus D. Carolus Anto-
nius, vti hæres prædicti D. Alexandri eius fratris, po-
tuit etiam pro parte illius dictam donationem accep-
tare, licèt contrarium teneat Plot. *conſil.54. numer.27.
28.* Carpan. *ad ſtat. Mediol. d.cap.324. num.214.215.*
quia iam ſatis viſum eſt veriorem, & magis communem
eſſe alteram Doctorum opinionem, quod hæres dona- 80
tarij poſſit acceptare donationẽ ei factam, licet abſenti,
ſtipulante pro eo tamen Notario, vt per Socin. Iun. *d.
conſil. 118.num.24.ad fin.lib.2.* Cancer. *de donat.d.cap.8.
num.43.* cum aliis ſuprà adductis, quod maximè proce-
dit reſpectu actionis perſonalis obligantis ad traden-
dum rem donatam. Rota *diuerſ.d.deciſ.683.n.1.p.1.* cum
aliis ſuperiùs adductis, vt diximus *in verſ. Imò etiam
mortuo, & ſeqq.* quod non repeto, quia de hoc nemo
dubitat.

Quinimò in caſu noſtro non fuit opus tali accepta-
tione, quia verſamur in donatione facta infantibus, &
pupillis, quibus ſtante ſtipulatione Notarij, & clauſula
conſtituti acquiritur dominium etiam ante ratificatio- 81
nem, vt per Rot. *d.deciſ.683.n.6.p.1.* Farinac. *d.deciſ.12.
num.18. recent.* Cancer. *d.cap.8.n.58.* ſicut latiùs ſuprà
oſtenſum eſt, ideo ſicut infans donatarius acquiſiuit
dominium etiam ante ratificationem, ita non eſt du-
bium quin illud tranſmiſerit ad ſuos hęredes qui ſucce-
dunt in eius ius vniuerſum, *l.hæreditas, de verb. ſignif.*
cum vulgaribus. Nicol. Noal. *d.tract.de tranſmiſſ.cap.7.* 82
*num. 135.* cum aliis ſupra adductis, quæ meo iudicio
ſufficere debent ad tollendam omnem maculam.

Non obſtat, quod hæres donatarij non poſſit iurare
de voluntate, & conſcientia defuncti, eo quod in acti-
bus merè perſonalibus non eſt conceſſum hæredibus, 83
quod conceditur defuncto: ſecundum gloſſ. Bart. &
Alex. & alios DD. *in l.inter ſtipulantem, §.primo, de verb.
oblig. l.idem Pomponius, §.primo, ff. de rei vendicat.* Dec.
*in l.hæredem, num.7. de reg.iur.*

Nam reſpondetur, quod ſicut dictus D. Alexander
Maria vti infans, & pupillus non tenebatur iurare, quia
pro eius parte nulla fraus, vel ſimulatio præſumi pote-
rat, vt per Carpan. *dict. loco*, & decretum illud de iu-
rando non comprehendit infantem, vel pupillum, vt
ſatis oſtenſum eſt ſuperius in verſiculo. *Imò dicen-
dum ſit*, id eò multò minus eius hæres ad hoc tene-
bitur.

Deinde reſpondetur, quod etiam facultas iurandi de-
lata à ſtatuto, vel lege tranſmittitur ad hæredes, qui iu-
rare poterunt, ſicut poterat defunctus, vt per gl. *in l.* 84
*pen.§.fin.* vbi Caſtr. *numero tertio*, Angel. *num.2.* Alex.
*numero ſexto*, Iaſ. *numero quinto*, Socin. *num.4.5. ff. neque
eum*, Afflict. *deciſ.169.num.7.8.* Ruin. *conſil.35.num.de-
cimo, libro quinto*, Crauet. *conſ.287.numero ſeptimo, verſic.
Poſtremò*, Nicol. Noal. *d.tract. de tranſmiſſion.caſ.54.
nu.3.4.* quod maximè procedit in caſu noſtro, vbi dictus
D. Carolus Antonius poterat eſſe ita informatus de hoc
negotio, & melius quam dictus eius frater defunctus,
cùm eſſet ſocius in donatione, & perſona ei valdè con-
iuncta, & ſtaret in communi habitatione, ex quibus
præſumitur informatus, & qui dicit non fuiſſe informa- 85
tum, id probare debet, vt per Nicol. Noal. *dict.caſ.54.
numero decimo primo, decimo ſecundo, decimo tertio*, vbi
clarè



clarè hæc dicit, ſed ego verè puto, quod neuter eorum
obligatus fuerit ad iurandum propter eorum infanti-
lem ætatem, ceſſante in eis præſumptione fraudis & ſi-
mulationis, & ſatis fuiſſe, quod eorum Pater iuraue-
rit in actu donationis eam fuiſſe veram, & non fi-
ctam, vel ſimulatam, quia tantùm pro eius parte du-
bitari poterat.

Non obſtat, quod dictus D. Carolus Antonius non
potuerit tempore ratificationis, quo vix exceſſerat in-
86 fantiam, adire hæreditatem dicti eius fratris prædefun-
cti ſine tutore, ad textum *in l.cum vna, §. tutori, de ap-
pell.& relect.* vbi Bart. & DD. *in l. curatorem*, vbi Bart.
Cuman. & alij, *ff. de auct.tutoris.*

Nam reſpondetur id poſſe procedere in hæreditate
quæ poteſt eſſe damnoſa, non autem in ea, quæ eſt me-
rè lucroſa, & euidenter vtilis ipſi pupillo, vt hîc, vbi
tractatur de acceptanda donatione quæ dicitur actus
delectabilis; ſiquidem pupillus etiam ſolus poteſt ſine
87 tutore ſuam conditionem facere meliorem, & acquire-
re, & ſeruare contractum ab eo nulliter factum, ſi vtilis
ei fuerit, adeò vt in hoc ei nemo contradicere poſſit, vt
latè per Tiraquell. *de legib.connub. in verb.de Io.Marc.
gloſſ. ſexta, num.65.66.67.68.* vbi adducit iura, & ratio-
nes, & Galganet. *de tutel.lib.2.tit.22.n.3.* & *lib.3.q.45.
num.4.5.6.* vbi vide. Solus enim repudiare non poteſt,
agnoſcere tamen bonorum poſſeſſionem poteſt. Gal-
ganet. *d. tract.lib.2.tit.2.n.4.*

Non obſtat, quod in ipſa ratificatione dictus D. Ca-
rolus Antonius non dixerit ſe adire hæreditatem dicti
eius fratris, quia ſi non dixit expreſsè, ſaltem tacitè hoc
fecit, & per neceſſariam conſequentiam, quia cùm in
acceptatione dictæ donationis dicat, quod D. Thomas
eius pater donauit prædicta bona ambobus fratribus,
& nihilominus ipſe abſolutè acceptet dictam donatio-
nem, & bona donata, abſque dubio geſſit ſe pro hære-
de, & ſe immiſcuit in hæreditate fraterna, acceptando
totum, & ſic habetur pro adeunte, quia immiſcere ſe,
ſeu gerere ſe pro hærede habet vim aditionis, ad tex-
88 tum *in l.pro hærede, ff. de acquir.hæred.* cum vulgaribus:
& ad rem pulchrè facit Seraph. *deciſ.856.n.9.* vbi ex ac-
ceptatione cuiuſdam mãdati arguit in neceſſarium an-
tecedens acceptationem hæreditatis, quia eſt actus, qui
geri non poteſt citra nomen hæredis. Nam ad adeun-
dum ſufficit ſola voluntas adeuntis aliquo actu exter-
89 no declarata; *l. Paulus, ff. rem ratam haberi, l. recuſa-
ri, de acquirend. vel omittend. hæred.* Bald. *conſil.236. in
principio, lib.1.* & petendo creditum hæreditatis, vt hîc,
90 cenſetur adire: Aretin. *conſil.137. in princ.* adeò vt ſe-
cundum omnes ſufficiat animi declaratio, & ideò di-
cendum eſt dictum Dominum Carolum Antonium ſa-
tis explicaſſe ſuam voluntatem adeundi hæreditatem
fraternam, dum acceptauit donationem ad commune
commodum factam; & maximè quia in mandato facto
ad petendam donationem prædicti, vt in proceſſu,
*fol.103.* dixit expreſsè ſe facere dictum mandatum
etiam vti hæredem dicti eius fratris, quod licèt ſuppo-
nat iam eſſe hæredem, tamen ſatis eſt ad declarandam
eius voluntatem, quod velit dictam hæreditatem adire,
quod ſatis eſt, vt habeatur pro adeunte hæreditatem,
maximè euidenter lucroſam.

Verùm demus etiam, quod nulliter, & inualidè præ-
dictus D. Carolus Antonius adierit hæreditatem
fraternam omiſſa auctoritate tutoris, tamen id nihil
eſt, nec illi nocere poteſt, quia etiam actus nullus
91 declarat voluntatem agentis, per textum *in l. fin. C.
fam. erciſcund.* Soc. *conſ.8.num.31.volum.3.* Natt. *conſ.
306. num.8.* Surd. *conſ.342. num. 13.* Etenim in eius
electione eſt, vel ſtare tali aditioni, & contractui,
vel eius nullitatem allegare, quia nullitas eſt indu-
92 cta in eius fauorem, & non poteſt ab aliquo allegari,
niſi eo volente, vt per Surd. *deciſ.70. n.18. & per plures
ſeq.* Galganet. *de tut.lib.3.q.45.num.5.* vbi ad rem alios
multos adducit, & propterea ſiue validè, ſiue inualidè
hæreditatem prædictam adiuerit, habetur pro adeunte
in ſui fauorem, cùm ſatis ſit per prædicta ſuam declaraſ-
ſe voluntatem; exinde enim probatur aditio hæredi-
tatis, vt per Bald. *conſ.263. per tot.lib.1.* vbi latè de hac 93
materia, & non eſt dubium, quod agens vti hæres cen-
ſetur adire. Caſtrenſ. *conſ.138.in fin.lib.2.*

Et quatenus dubium eſſet de validitate dictæ adi-
tionis, & acceptationis, cùm dictus D. Carolus Anto-
nius adhuc ſit minor vigintiquinque annis, poteſt re-
ſtitui in integrum ad hæreditatem illam adeundam, & 94
acceptandam, vt patet *ex l.& ſi ſciri, §.ſed quod Papinia-
nus, in princ. l.ait Prætor, §.fin. ff. de minor.* & *in l.prima,
§.1. ff. de collat.bonorum, l.1.* & *l.2. C. ſi vt omiſſa hæreditat.*
Odd. *de reſtit.in integrum, p.2.q.63.art.1.n.1.* Galganet.
*d.tract.de tutel. lib.2. tit.12. n.3. in fin.* vbi loquitur de
pupillo.

Verùm dictus D. Carolus non indiget his auxiliis,
quia ab ipſo donatore in ſubſtitutionibus factis voca-
tur etiam ad portionem fratris, quia in donatione cum
ſubſtitutionibus & fideicommiſſis tot ſunt donationes,
quot ſunt perſonæ, & omnes recognoſcunt rem dona-
tam à donatore, vt per Gratian. *diſcept.for.256.num.10.*
Menoch. *conſ.1153.n.53.* Seraph. *deciſ.416.n.18.* Rot. 95
*diuerſ.deciſ.203.n.21.p.6.* Fontanell. *dec.55. n.15.*

Etenim hi fratres cenſentur inuicem ſubſtituti, ſtan-
tibus ſubſtitutionibus filiorum, & aliorum, de quibus
in donatione, quia ſubſtitutio facta poſt mortem plu-
rium operatur, vt illis, poſt quorum mortem quis eſt 96
vocatus, cenſeantur inuicem ſubſtituti, vt notat Aldobr.
*conſil.68.num.10.& ſeqq.lib.1.* Roſental. *de feud.c.7.con-
cluſ.75.num.4.verſ.ſecus foret.* Gratian. *diſcep.707.n.11.*
vbi dicit quod Rota ſequitur hanc opinionem: ſanè ſi
dictus Alexander Maria renunciaſſet donationi, non
potuiſſet alteri fratri præiudicare ſtante ſtipulatione
pro omnibus donatariis. Ita caducato eius gradu rema-
net vocatio D. Caroli Antonij, vt dixit Seraph. *de-
ciſ.172.n. 12.13.*

Nec obſtat reſponſio ex aduerſo adducta, quod iſti
donatarij non fuerint inuicem ſubſtituti per vulgarem,
ſed tantùm facta eſt ſubſtitutio filiorum in portione
obuenta, quæ verificari non poteſt reſpectu dicti D.
Alexandri, cui nullum ius vnquam fuit quæſitum. Et
hoc comprobatur ex eo, quod dicunt Doctores de vul-
gari ſubſtitutione, vt ea nunquam dicatur facta, quan-
do verba indicant fieri ſubſtitutionem in hæreditate
agnita, vt per Alex. *conſ.1.lib.1.* Dec. *conſ.238.n.3.* Pe- 97
regr. *de fideic.art.15.n.19.40.*

Nam primò reſpondetur, iam ſatis probatum eſſe eos
fuiſſe inuicem ſubſtitutos, & quatenus id ceſſaret, cùm
ambo fuerint vocati in ſolidum, vt dixi, non eſt neceſſe
quod per fideicommiſſariam, vel vulgarem ſubſtitutio-
nem dictus D. Carolus ſubſtitutus ſuccedat.

Secundò reſpondetur, non poſſe dici portionem
ſuam non fuiſſe obuentam prædicto D. Alexandro, quia
iam ſatis probatum eſt non ſolum ius fuiſſe illi quæ-
ſitum ante ratificationem per ſtipulationem Notarij,
ſed etiam dominium, ſtante quod erat pupillus, vel in-
fans, vt per Rot. *d.deciſ.663.n.6. verſ.nec obſtat. p.1. di-
uerſ.* cum aliis ſuprà adductis. Ergo non poteſt dici,
quod portio ei non obuenerit, cùm dominium illius
habuerit.

Tertiò reſpondetur, quod licèt per verba illa, *in por-
tione obtenta*, videatur facta ſubſtitutio poſt agnitam
hæreditatem, tamen ex aliis verbis cenſetur facta etiam
antequam agnoſcatur per vulgarẽ, dixit enim donator,
*Sciet quandocunque, & quotieſcũque contigerit vnum vel
plures ex dictis donatariis decedere ſine filiis*, &c. quæ ver-
ba prolata ſub mentione mortis plura complectuntur
tempora propter illud verbum, *quandocunque*, vel ſimi-
le habens tractum temporis ſucceſſiuum; ideò dicitur
compendioſa ſubſtitutio, vt per Bart. *in l. centurio,* 98
H 4 *num.18.*

num.18.21.ff.de vulg. Ruin.conſ.160.numer.14. lib.2.& conſ.140.in fin.lib.3. Menoch. conſ.325.numer. 6. Peregrin.de fideicomm.art.34. num.2.8.13.14. Fuſar. de ſubſtit.q.223. num.9. 36.47.48.

Sed certum eſt, quod compendioſa continet in ſe non ſolum fideicommiſſariam, & pupillarem, ſed etiam 99 vulgarem, vt per Bart. in dict.l.centurio, numer.32.vbi Alex. numer.70. Iaſ. num.23.ff.de vulg. Dec. conſ.227. num.3. Odd.conſilio decimo, num.30. Surd.deciſ.37.numer.9. Peregr.de fideicomm.art.34.num.14. Fuſar.quæſt.238.numer.1.& ſeqq. Ergo etiamſi dictus D. Alexander mortuus ſit ante agnitam donationem per vlgarem, fit locus dicto eius fratri, quia vigore compendioſæ vnus caſus trahitur ad alium. Peregr.d.tract.34.numer.17. & non puto in hoc eſſe difficultatem, quia concurrit etiam mens donatoris, quem conſtat voluiſſe bona donata integraliter conſeruari in eius deſcendentes priùs maſculos, & poſteà fœminas, excluſo etiam fiſco in caſu alicuius delicti, quod eſſe non poſſet, ſi hæc medietas bonorum caduca fieret, & ex clauſula, omni meliori modo, ſanatur iſte defectus, quatenus extaret. Peregr. dict.artic.34.num.38.

Non obſtat vltimum motiuum, quod hæc donatio fuerit ſimulata, & in fraudem fiſci facta, quia donator non reſeruauit ſibi quicquam, neque etiam vſumfructũ bonorum donatorum, & tamen poſtea continuauit in poſſeſſione illorum, percipiendo fructus, & in vſus 100 proprios conuertendo, quod eſt ſignum fraudis, & ſimulationis, vt per Gloſſ. Bart. Angel.& DD. in l.multùm intereſt, C.ſi quis ſibi, vel alteri. Socin.conſ.61.num. nono, libro quarto, Pariſ.conſ.53. num.20.lib.1. vbi quod hæc præſumptio non tollitur per iuramentum, neque per conſtitutum. Laderch. conſ.8.numer.20. Menoch. conſ. 1095.num.2. & 19.& conſ.430.n.13. & ſeqq. vbi loquitur de ſimili præſumptione per fiſcum oppoſita. Marc. Anton.in reſolut.49.n.19.20.lib.2.Farin.qu.162. num.228.

Nam reſpondetur quod ſimulatio, & fraus non præſumitur, & qui eam allegat, debet etiam probare, adeò 101 vt oporteat etiam docere de cauſa ſimulationis in ſpecie de tempore contractus. Farin. de falſ.& ſimul. quæſtion.162.num.136.137.latè Mantic.de tacit. & ambig. libro 13.tit.35. num.quinto, & ſexto. Giurb. conſ.54.numer. 20.21. vbi plurimi, & loquitur in terminis de donatione cui fiſcus opponebat exceptionẽ ſimulationis; hîc autem non eſt probatum tempore donationis, quæ longè præceſſit delictum, extare aliquam cauſam ſimulationis. Ergo ceſſare debet omnis præſumptio contraria. Farin. quæſt.162. numer.239.& ſeqq. vbi ex hoc ſolum tollit præſumptionem illam, quæ oritur ex continuatione poſſeſſionis in re donata. Et idem pulchrè docet Giurb. d.conſ.54.num.33.

Deinde reſpondetur ceſſare hic præſumptionem fraudis, & ſimulationis, quia donatio fuit facta non ſolum ad fauorem filiorum donatoris, ſed etiam aliorum deſcendentium prius maſculorum, poſteà fœmi-102 narum; ideò non in fraudem fiſci, ſed in fauorem familiæ præſumitur facta l.filiusfamilias, §.diui, ibi: ſed hæc, vbi Rip. ad numer.52. de leg.1. Marzar. de fideic.quæſtion. 47. Ruin. conſ.25. numer.10. Molin de primog. Hiſp. lib.2. cap.12. n.56. Peregr.de iur.fiſci.lib.5.tit.1. num.103. Polidor. Rip. obſ.209.num.2. & ſeqq. Giurb. d.conſ.54. num.24.

Tertiò reſpondetur ceſſare præſumptionem ſimulationis ex continuatione poſſeſſionis, & eius retentione, quando contractus factus fuit cum muliere, minore, 103 vel ruſtico, & ſimplicibus hominibus, in quibus non præſumitur fraudis conſilium, vt poſt Maſcard. de prob. concl.815. numer.53. dixit Farin. d.tract. de falſit.quæſt. 162.num.59.verſ. vbi quod non præſumitur. Ergo multò magis idem dicendum eſt quando contrahitur cum pupillo, vel infante, vel ei donatur, quia cum eo non potuit fieri aliqua fraus, vel conuentio ſimulationis.

Quartò reſpondetur quod in caſu noſtro non poteſt argui de ſimulatione in donatore ex retentione poſſeſſionis, quia cùm pater donauerit infantibus, & pupillis, qui per ſe adminiſtrare non poſſunt, & ipſe eorum ſit legitimus adminiſtrator, adeò vt poſſit omnia facere, quæ poteſt generalis procurator cum libera, vt latè per Rimin.Iun conſ.506.n.27. & ſeqq.lib.5.& in tali admi- 104 niſtratione ipſe præferendus ſit omnibus virtute patriæ poteſtatis. Bald.conſ.126.in princ. & in fin.lib.5.præſumitur ad euitandam ſimulationem, quod mutauerit ſibi cauſam poſſeſſionis, maximè ſtante clauſula conſtituti, per quam tranſtulit poſſeſſionem in filios. Giurb. d. conſil.54.num.36. vbi dicit, quod ex hoc excluditur ſimulationis præſumptio, & quod amplius non adminiſtrauerit vti dominus, ſed tanquam filiorum legitimus adminiſtrator; capienda eſt enim illa interpretatio, vt euitetur ſimulatio, & fraus, adeò vt præſumptiones, quæ excludunt ſimulationem, præferantur. Cephal. 105 conſ.325. num.25. & ſeq. & num.46. Mantic.de tac. & amb. lib.13.tit.36. numer. 17. & ideò quando donator mutauit ſibi cauſam poſſeſſionis, tunc ceſſat præſumptio ſimulationis, etiamſi concurrant aliæ ſimulandi coniecturæ. Mantic. d.tit.36.num.4.in fin.& num.7. Farin.d. quæſt.162.n.241. vbi alios allegat, & concordat Giurb. d. conſ.54. num.34. vbi vult quod prætextu adminiſtrationis ſibi præſeruatæ poſſit donator continuare in poſſeſſione ſine ſuſpicione ſimulationis. Quod multò magis in caſu noſtro dicendum videtur, vbi lex concedit patri legitimam adminiſtrationem bonorum filij, adeò, vt hæc retentio poſſeſſionis videatur potiùs cauſâ cuſtodiæ facta pro filiis, quam ſimulandi ratione, quo caſu nihil officit. Far. d.q.162.n.242.

Quintò reſpondetur talem præſumptionem procedere quando tempore donationis concurrit etiam cauſa inimicitiæ, & poſt donationem ſequitur incontinenti delictum, vel paulò poſt. Farin. d.quæſt.164.num.154. quo caſu vicinitas temporis fraudem arguit, prout latè docet hæc Giurb. d.conſ.54.num.32.33.& num.50.51. vbi multos allegat. Et pro indubitato ponit ſi facta donatione poſt quadriennium ſequatur homicidium, nullam fraudis, vel ſimulationis ſuſpicionem oriri. Ergo multò magis in caſu noſtro debet ceſſare huiuſmodi ſuſpicio, vbi donatio fuit facta de anno 1623. & delictum fuit commiſſum de anno 1629. Ergo concludendum eſt donationem eſſe validam, & obſeruandam, & carere omni ſuſpicione.

Vnde non obſtat, quod præſumptio ſimulationis creſcat, quandò donatio fuit facta ſanguine coniunctis, & filiis, & continet omnia bona, vel maiorem partem bonorum donatoris, quia reſpondetur, quod hæc non ſufficiunt ad probandam ſimulationem, quia hîc per ſe licita ſunt, & ceſſantibus aliis coniecturis, de his non eſt curandum, quia imò coniunctio ſanguinis facit ceſ- 106 ſare præſumptionẽ fraudis, l.pen.§.de vno, ff.de rit.nupt. l. cùm in adoptiuis, §. ſi verò, C. de adopt. & propterea donatio etiam omnium bonorum filiis facta non dicitur ſimulata, niſi aliundè probetur ſimulatio, vt probatur in l.1.de inoff.donat. vt perpendit Curt.Iun. conſ. 110.num.2.pulchrè Mantic.de tac.& amb.conuent.lib.13. tit.35.num.20. latè Giurb. d.conſ.54.numer.27.28. qui loquitur in terminis de donatione omnium bonorum facta filiæ, quam fiſcus ſimulatam dicebat, & multos 107 allegat, & materiam dilucidat. Farin. quæſt.164.n.16. & pulchrè idem docet Don. Nicol. Intrigl. deciſ.14.n.44. vbi dicit, quod ex ſola coniunctione ſanguinis perſonarum in tali donatione non præſumitur fraus, niſi probetur præceſiſſe cauſam fraudandi veris, & indubitatis probationibus, & multos allegat: ſed hîc nulla cauſa præceſſit, nec præceſſiſſe probatur, quia donatio fuit facta multò priùs ante delictum per annos quinque, & illud fuit in rixa commiſſum ex accidenti; ergo ceſ-



ſat omnis præſumptio fraudis.

Ex quibus cenſeo reſoluta remanere motiua, & nihil aliud ſupereſſe, niſi quod bona donata aſſignentur dicto D.Carolo Antonio. Non ingredior materiam fideicommiſſi, quia non vidi teſtamentum D. Alexandri ſenioris. Et quatenus fiſcus poſſit detrahere legitimam, & Trebellianicam, vt per Peregr. de iur.fiſc.lib.5. tit.1.num.79. animaduertendum eſt, quod in tali detractione ſunt compenſanda per dictum D. Thomam alienata, ſi quæ, &c. quia ſicut filius fideicommiſſo 108 grauatus tenetur imputare in legitimam, & Trebellianicam bona quæ alienauit, per textum in l. Marcellus, §.res quæ, ff.ad Trebell.DD.in auth.res quæ, C. communia de legat. Ceph. conſil.346.n.6.7.latè Peregr. de fideicom. art. 39.n.2.3.4.Merlin.de legitim.lib.2.tit.2. q.3.n.4. 5. 6.vbi multos allegat.Mangil.de imput.& detract.q.136. n.49.ita fiſcus qui ſuccedit in eius locum, tenetur eandem facere imputationem.

Ideò vt ſuprà concludo. Et ita iuris eſſe cenſeo, &c. Ita fuit iudicatum de anno 1642. ad fauorem dicti D. Prioli à Præſidente Magiſtratus Cameræ Ducalis Parmæ, & executio habuit effectum, &c.

---

## CAPVT CXXXVIII.

### Epitome.

Bona patrimonialia Clericorum, ſiue acquiſita, ſiue hæreditaria, an gaudeant immunitate Eccleſiaſtica ſicut bona Eccleſiæ?

### SVMMARIVM.

1 *Clerici gaudent immunitate tantum quoad bona mobilia, non ſtabilia, ſecundum aliquos.*
2 *Laici poſſunt grauare bona patrimonialia Clericorum.*
3 *Bona Clericorum temporalia ſubiiciuntur diſpoſitioni laicorum.*
4 *Retractus ex ſtatuto de iure congrui habet locum in bonis Clericorum.*
5 *Clericorum bona patrimonialia habent exemptionem tantum in caſibus à iure expreſſis.*
6 *Bona Clericorum & Eccleſiarum quomodo differant.*
7 *Clericorum bona ratione perſonæ habent idem priuilegium, ſicut Eccleſiæ.*
8 *Bona Clerici, ad quorum titulum eſt ordinatus, ſunt exempta.*
9 *Bona patrimonialia abſolutè ſunt immunia, ſicut Eccleſiæ.*
10 *Eccleſiaſtica ſunt de foro Eccleſiæ.*
11 *Bona Clericorum, & bona Eccleſiarum parificantur quoad exemptionem.*
12 *Bona patrimonialia Clericorum eximuntur etiam per Bullam Cœnæ Domini.*
13 *Clericis, & Eccleſiis angarias imponentes ſubiiciuntur banno Imperiali.*
14 *Exemptâ perſonâ, exempta ſunt etiam eius bona.*
15 *Immunitatem Eccleſiaſticam debent ſeruare Principes.*
16 *Bona Eccleſiaſticorum propria eſſe exempta, ſicut bona Eccleſiæ, tenent omnes.*
17 *Laici non poſſunt onera imponere bonis Clericorum patrimonialibus.*
18 *Clerici primæ tonſuræ tantùm ſunt exempti, etiam quoad bona patrimonialia.*
19 *Iudex Eccleſiaſticus eſt adeundus, ſi ſit controuerſia inter Clericum, & gabellarium.*
20 *Clericus qualis debeat eſſe, vt euitet gabellam, & quid agendum.*
21 *Bona laicorum ſi tranſeunt ad Clericos, ſunt immunia, ſicut è contra.*
22 *Princeps ſæcularis, quare non poſſit gabellare bona Clericorum.*
23 *Bona Clericorum, & bona Eccleſiarum eodem modò ſunt immunia.*
24 *Patrimonium Clerici datum in titulum eſt exemptum, & quomodo.*
25 *Bona Clericorum ſunt obnoxia gabellis pro publica vtilitate.*
26 *Clerici non ligantur laicorum ſtatutis, vel gabellis etiam ob publicum bonum.*
27 *Clerici quomodo obligentur ad ea, quæ reſpiciunt commune bonum.*
28 *Bona Clericorum etiam eis donata ſunt exempta.*
29 *Immunitati Eccleſiaſticæ non poteſt derogare Princeps.*
30 *Clerici quando contribuere tenentur non ſunt compellendi à Iudice laico.*
31 *Clerici quando teneantur concurrere ad grauamina laicorum, & quomodo.*
32 *Clerici quando non teneantur conſulere Summum Pontificem vt ſubeant onera laicorum.*
33 *Eccleſiaſticæ perſonæ quando teneantur ad collectas laicorum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

SÆpè vertitur in dubium, an bona patrimonialia Clericorum, ſiue acquiſita, ſiue hæreditaria gaudeant immunitate bonorum Eccleſiaſticorum, adeò vt ſint immunia ab oneribus, & conſtitutionibus laicorum, ac libera ab eorum iuriſdictione, vel potius eis ſubiiciantur, ſicut alia bona laicorum, maximè ſi ſunt bona ſtabilia: & ſanè quod clerici gaudeant tantum priuilegio exemptionis quoad bona mobilia, non etiam 1 quoad ſtabilia, quæ perſonam non ſequuntur, docuerunt multi dicentes, quod laici poſſunt imponere quæcunque onera bonis ſtabilibus Clericorum ſicut bonis laicorum, dummodò ſint in districtu, & ſub iuriſdi- 2 ctione imponentium, vt per Caſtr. conſ. 353. in princ. lib.1.vbi allegat Innocent. & Bartolum, & idem ſentire videtur Felin. in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ; num.10. verſ. ſed nihilominus, de conſtit. pleniùs Dec. in cap. Epiſcopus, numero vigeſimo, in fin.de præbend. & conſentire videtur Gaſpar. Theſ. quæſt.for.libro 2.quæſt. 8. ſub num.8. verſ. ex qua, vbi dicit, quod generaliter bona clericorum temporalia ſubiiciuntur diſpoſitioni Statuti laicorum; ita vt ſtatutum loquens de iure con- 3 grui, & retractus habeat locum etiam in bonis patrimonialibus Clericorum: ergo tenetur etiam ſoluere 4 gabellam ſecundùm ſtatutum gabellæ: ſic etiam Purpurat.conſ.324.per totum.

Alij dicunt, quod bona Clericorum patrimonialia habent priuilegium Eccleſiæ tantum in caſibus à iure expreſſis, etenim in eis currit præſcriptio, poteſt 5 de eis compromitti, etſi non ſoluatur cenſus, cadunt in commiſſum, quod non verificatur in bonis Eccle- 6 ſiæ. Felin. in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, numero octauo; & nono, de conſtit. vbi dat plures inſtantias; de communi teſtatur Dec. in dict. cap.Epiſcopus, numero decimo octauo, & in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.65.& ſeq. vbi quod bona clericorum habent idem priuilegium, quando perſona conſideratur principaliter, & bona in conſequentiam, prout ratione fori, vel collectarum. Tuſch.pract.concluſ.litt. B, concl.114. nu- 7 mero quarto, & num.9. Marth. de iuriſd.p.4.cap.49. Tiraq. de retract.conſang.§.32.gloſ.vlt. num.80. 81. allegat alios Sperell. deciſ.12. num.37. & multò plures adducit Bellet. diſq.cler.part.prima, tit. de exemption. cler. &

& eorundem bon. §. 5. numero 6. verſ. quamuis, &
num.7.8.

Denique alij dicunt, quod clerici vtique gaudent
8 immunitate reſpectu bonorum patrimonialium, quæ
data ſunt ſibi in titulum, quorum occaſione fuit ad-
miſſus ad Ordines Sacros, quæ bona videntur habere
priuilegia bonorum Eccleſiæ, cùm ſint ſubrogata in
eorum locum, vt per Felin. in d.c. Eccleſia Sanctæ Ma-
riæ, n.10. verſ. retenta, de conſtitut. Bellet. d.§ 5.n.9.

Verùm enim verò omnia bona Clericorum patri-
monialia, ſiue mobilia, ſiue ſtabilia, ſiue clerici ſint ordi-
nati ad eorum titulum, ſiue non, ſunt immunia à iu-
riſdictione laicorum, & eorum ſtatutis, grauaminibus,
9 collectis, gabellis, & aliis impoſitionibus; & licèt in
aliquibus differant à bonis Eccleſiaſticis, tamen quo-
ad exemptionem eodem gaudent priuilegio tam iure
Canonico, quàm Ciuili, & non deſunt iura aperta,
quæ hoc dicunt, & Doctorum auctoritates, quæ idem
probant; certum eſt enim in iure, quod perſonæ Eccle-
10 ſiaſticæ ſunt immunes non ſolùm à foro laicorum,
cap. ſi diligenti, vbi Doctores omnes, de for. competent. ſed
etiam ab omnibus grauaminibus, angariis, collectis,
impoſitionibus & gabellis non ſolum pro bonis Ec-
cleſiaſticis, & ſuorum beneficiorum, ſed etiam reſpectu
bonorum ſuorum patrimonialium, & ad eos propriè
pertinentium, ſiue acquiſitorum, ſiue hæreditariorum,
quia bona ſequuntur conditionem perſonæ, cuius ſunt,
& propterea bona patrimonialia clericorum gaudent
eodem priuilegio immunitatis, & exemptionis, quo-
modo fruuntur res, & bona Eccleſiarum, adeò vt à le-
11 gibus, & ſacris canonibus in hac parte parificentur: ſic
probat textus in cap. Eccleſiarum 12. quæſt. ſecunda, vbi
in exemptione ab angariis ſæcularibus parificātur bo-
na Eccleſiarum, Epiſcoporum & Clericorum, & idem
meliùs probatur in cap.1.§.volentes, ibi: Eccleſiis, vel
perſonis Eccleſiaſticis, & ibi: pro domibus, prædiis, de im-
munit. Eccleſ. in ſexto, vbi eadem immunitas datur præ-
diis, & poſſeſſionibus Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum
perſonarum, & idem replicatur in cap. clericis, §. nos igi-
tur, eod. tit. in ſexto, & magis expreſsè idem habemus in
cap. quamquam, de cenſibus in ſexto, vbi firmatur eandem
exemptionem competere clericis pro bonis eorum
propriis, quæ pro Eccleſiaſticis: ſic etiam ſtatuitur in
Bulla Cœn. Domini, can.18. ibi: Clericis, & aliis Ec-
cleſiaſticis perſonis, ac eorum, & Eccleſiarum bonis: vbi
Duard. quæſt.5. num. 5. & Bonacin. diſp.1. quæſt.19.
par.3. propoſitione 2. num.12. verſ. ſecunda ſententia, pul-
chrè docent Bullam prædictam comprehendere tam
12 bona Eccleſiaſtica, quàm patrimonialia Clericorum,
propter illa verba, ac eorum, & Eccleſiarum bonis. In
qua excommunicantur quotannis qui onera, & gabel-
las imponunt, & exigunt ab Eccleſiaſticis, vel eo-
rum bonis, adeò vt non ſit dubium, quin Clerici
non ſint exempti non ſolum reſpectu bonorum Ec-
cleſiæ, ſed etiam patrimonialium, & hoc idem con-
firmat conſtitutio Imperialis, de qua in Auth. Item
nulla communitas, ibi: Eccleſiis, aut Eccleſiaſticis per-
13 ſonis, Cod. de Epiſc. & Cleric. vbi ſupponuntur banno
Imperiali quicunque præſumunt onera, & angarias
exigere ab Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis, quæ
verba, vt ibidem ſentit Bald. comprehendunt tam bo-
na Eccleſiarum, quàm patrimonialia Clericorum, alio-
quin illa verba, aut Eccleſiaſticis perſonis, eſſent ſuper-
14 flua, & ſeruirent de vento; nec mirum, quia ſi perſona
eſt exempta, talia debent eſſe etiam eius bona, quæ eius
conditionem ſequuntur. Vnde ſacra Scriptura hoc benè
probat Num.8. & Eſdr.1. c.7. vbi Rex Artaxerxes ſuis
miniſtris in hæc verba ſcribit: Vobis quoque notum fa-
cimus de vniuerſis Sacerdotibus, & Leuitis, & Cantoribus,
Ianitoribus, & miniſtris domus Dei, vt vectigal, &
tributum, & annonas non habeatis poteſtatem impo-
nendi ſuper eos: & ſic conſideratur eorum perſona
principaliter, quæ ideò ſuum priuilegium retinere de-
bet tam reſpectu bonorum Eccleſiæ, quàm patrimonia-
lium: & hæc etiam probantur per cap. non minùs, & cap.
aduersùs, vbi DD. de immun. Eccleſ. & Concil. Trid. ſeſſ.
25. cap 20. de reform. hæc omnia innouat, & obſeruari
mandat, & admonet Principes ſæculares ſui muneris
eſſe, vt hanc immunitatem ſartam tectam conſeruent, 15
& eius violatores ſeuerè puniant: & ego ſatis dixi contr.
22.n.49.69. Sanchez conſ. mor. tom.1. lib.2.c.4. dub.55. ſub
n.2. adeò vt exigentes gabellas, & collectas etiam à
Clericis ſpontè ſoluentibus ſint excommunicati, licèt
ipſi ſoluentes ſpontè non incidant in excommunica-
tionem. Tolet. in ſumm. lib.1.c.30.n.8. Bonacin. de cenſur.
in particul. diſp.1. q1.9.p.3.§.3.n.18.

Nec deſunt auctoritates DD. qui hanc ſententiam
tenent, defendunt, & veriſſimam eſſe oſtendunt, quod
Clerici omnes, & Eccleſiaſtici ſint immunes etiam re-
ſpectu bonorum patrimonialium à quibuſcunque one- 16
ribus, taleis, collectis, angariis, gabellis, impoſitioni-
bus, tanquam liberi à poteſtate, & iuriſdictione laica,
donec remanent penes Eccleſiaſticos, ſicut exempta
ſunt bona Eccleſiæ, provt ſic docuit gl. 2. in fin. in cap.
Eccleſia S. Mariæ. vbi Felin. ſub numer.7. & num.8. hoc
tradit pro regula, de Conſtit. vbi etiam Barbat. num.45.
pleniſſimè hoc docet, & tollit contraria. Gloſſa in cap.
ſimiliter, 16. q.1. & in cap. ex litteris, verb. alligata, de
pignor. & in cap. fin. in verb. facultates, de vit. & honeſt.
cler. Lambert. de iurepatr. p.1. art. 2.7. quæſt. princ.
num.7. Feſtas de collect. par.4. cap. 1. num.7. Parpal. in
l. placet, numero 20. 23. C. de ſacroſ. Eccl. Card. in d.
cap.1. verſ. ex his infero, de dol. & contum. Tuſch. lit.B,
concl. 114. numero 2. 3. 10. & lit.E, concl.557. num.29.
vbi dicit, quod exemptio quæ competit bonis Eccle-
ſiæ, competit etiam bonis patrimonialibus Clerico-
rum: latè Grilinz. conſ.53. num. 33. 34. & per totum.
Honded. conſ.3. ſub num.12. lib.1. Euer. conſ.45. num.5.
6.20. Lancell. Gall. conſ.59. num.14. Guttierrez pract.
qq. lib.1. q.3. num.15. Couar. pract. qq. cap.31. numero 9.
latè Carol. de Graſſ. de eff. cler. eff.1. numer.10.11.12. vbi
de priuilegio fori, & eff.3. num.19. 20. 25. 26. & n.229.
in quibus locis teſtatur de magis communi, & conclu-
dit bona patrimonialia Clericorum eſſe exempta, & 17
reſpondet ad contraria: ſic etiam docet Bellet. diſq. cler.
tit. de exempt cler. §.5. num.1.2.6. vbi probat bona Cle-
ricorum patrimonialia eſſe immunia ab oneribus lai-
corum ſicut bona Eccleſiæ: latè Alder. Maſcard. de
ſtat. interpret. concl.1. num.93. 94. vbi multos adducit,
& latè docet, quod illi, qui grauant Clericos etiam
reſpectu bonorum patrimonialium, incidunt in ex-
communicationem: ſic etiam latiſſimè probat doctiſſi-
mus Sperell. deciſ.12.n.35. 36. 37. 38. & deciſ.37.n.74.
75.76. vbi reprobat Purpuratum aliter ſentientem, &
teſtatur de communi, & non eſſe recedendum ab hac
ſententia optimis rationibus fulcita. Duard. in Bull.
Cœn. Domini, lib.2. can.18. quæſt.5. num.4.5. & ſeqq. vbi
tollit contraria. Molin. de iuſt. & iur. tom.3. diſp. 670.
Vgolin. in d. Bull. conſ.18.§.3. num.3. Tolet. lib.1. cap.29.
Marth. de iuriſd. p.4. caſ.49. num.9. Syr. de cenſur. lib.3.
cap.22.n.9. Leſſius de iuſt. & iur. lib.3. cap.33. dub.3. Salas
de legib. diſp.14. ſect.11.n.114. Alterius diſp.19. cap.2. col.
6. & ſeqq. Filliuc. tract.16. cap.11. quæſit.3.n.298. latè Sua-
rez de immunit. lib.4.c.24.n.4. & cap.25. Reginald. lib.4.
num.377.379. pulchrè Bonacin. de cenſur. in partic. in
Bull. Cœn. Domini, diſput.1. quæſt.19. punct.3. propoſit.2.
num.12. verſ. ſecunda ſententia, vbi rationes adducit, &
multas authoritates, quibus probat Clericos eſſe
exemptos etiam quoad bona patrimonialia, & damnat
Purpurat. aliter ſentientem: idem tradit Layman. mor.
lib.4. tract.9. cap.6. num.9. & Dian. mor. par.1. tract. de
Parlament. reſolut.22. ad fin. verſ. & procedit, &
part.2. tract.1. de immunit. Eccl. reſol. 29. vbi abſolu-
tè, & ſine vlla hæſitatione hoc tenendum docet: pul-
chrè



chrè etiam Tambur. de iur. Abb. lib.1. diſp.15. quæſit.20.
n.3. vbi multos allegat. & quæſit.21. num.26. Sanchez d.
dub.55. ſub num.2. latè etiam Paul. Squillant. tract. de pri-
uileg. cler. cap.8.n.34.35. vbi plurimos allegat, & Mar-
cell. Vulp. in prax. for. Eccl. c.17. num.5. & ego quoque
dixi contr.22. num.49. latè Barboſ. in collectan. tom.1. lib.
3. tit.49. cap.4. num.3. Rota diuerſ. deciſ.339. num.8. verſ.
& res ipſorum, part.6. vbi quod attinent ad priuilegium
immunitatis, purificant bona Eccleſiæ, & bona Cle-
ricorum adeò, vt vera, & communis, & receptiſſima
ſit DD. ſententia, quod Clerici ſunt immunes ab om-
nibus oneribus, & gabellis, & à iuriſdictione ſecu-
larium non ſolùm reſpectu bonorum, quæ ſunt in do-
minio Eccleſiæ, ſed etiam quæ ſunt illorum propria
donec ipſi ea poſſident, & eorum poteſt intereſſe: fa-
cit etiam Rota apud Tamburin. de iur. Abbat. p.3. deciſ.
104. num.6. & ego latè dixi contr. for.22. num.49. 50.
& ſeqq.

Amplia hanc veram concluſionem, vt procedat non
ſolum in Clericis, qui ſunt ordinibus ſacris, vel minori-
bus decorati, ſed etiam in his, qui tantum prima tonſu-
18 ra ſunt initiati, quia hi quoque eodem gaudent priuile-
gio, vt dixit in terminis Carol. Graſſ. de eff. cler. d. eff.3.
n.129. vbi multos allegat, & Paul. Squillant. d. c.8.n.7.
vbi reſoluit omnes Clericos, ſiue in ſacris, ſiue in mino-
ribus, etiam primæ tonſuræ, gaudere immunitatis priui-
legio: idem tradit Marcell. Vulp. d. cap.17.n.3. vbi alios
idem tenentes videre poteris. Barboſ. de off. Epiſc. p.2.
allegat.13.n.1. vbi multò plures allegat, & quamuis ſub
num.2. ſubiungat id non ſeruari in Luſitania ex lege
illius Regni, niſi clericus habeat beneficium Eccleſia-
ſticum, dicit tamen id procedere ex diſpenſatione Apo-
ſtolica, alioquin leges illæ ſubiacerent nullitati, quia
ſunt contrariæ conſtitutionibus Apoſtolicis: ſic etiam
Ald. Maſch. de Statut. concl.1.n.105. Et ego quoque di-
xi contr. forenſ.22.n.1. vbi alij etiam allegantur.

Amplia in tantum hoc eſſe verum, quod ſi contin-
gat dubitari, an aliquo caſu competat Clericis, vel Ec-
cleſiis, & locis piis, vel Eccleſiaſticis perſonis immu-
19 nitas, & exemptio, & Iudex Laicus, vel Gabellotus,
aut alius id neget, tunc non eſt recurrendum ad Iudi-
cem Laicum pro declaratione, ſed Eccleſiaſticum, ad
quem ſpectat huiuſmodi cognitio, & deciſio, cum ſit
quæſtio iuris, quæ ſemper ad Eccleſiaſticum remitten-
da eſt, ad textum in cap. cum veniſſent, de iudic. & tra-
dunt communiter DD. in l. Titia, ff. ſol. matr. l. in omni,
C. de ſacroſ. Eccl. Iaſ. in l. quoties, C. de iudic. Ricc. in
prax. for. Eccleſ. reſol.393. num.3. pulchrè in terminis
Carol. Graſſ. d. eff.3. num.259.296. vbi alios allegat, &
effect.1. numer.1268. 269. doctiſſimè Sperell. d. deciſ.12.
num.65. vbi vide, quia apertè loquitur, & dicit id ſibi
videri determinatum per textum in cap. ſi Iudex, de
ſent. excommunicat. in 6. ſic etiam in terminis docuit
Paul. Squillant. de priuil. cler. d. cap.8.n.66.67. latiſſimè
Sanch conſ. mor. tom.1. libr.2. cap.4. dub.55. n.31. vbi re-
ſoluit omnia. Bonacin. de conſeru. in partic. diſp.1. quæſt.
19. par.3.§.3.n.10.11. & quoad hoc, vt Clericus remit-
tatur ad Iudicem Eccleſiaſticum, qui videat, an immuni-
tate gaudere debeat, non debet gabellarius anxiè quæ-
rere, an habeat requiſita Concilij Trid. ſed ſufficit,
quod videat Clericum in habitu, & tonſura, per textum
in d. cap. ſi Iudex, & dixit Nauar. conſ.4. num.4. de mun.
Eccl. Vinc. de An. ſing.133. pulchrè Marcell. Vulp. in
prax. for. Eccl. d. cap.17.n.19. vbi etiam dicit, quod Cle-
ricus, vt ſit immunis à ſolutione gabellarum, & peda-
20 giorum pro rebus, quas transfert, non tenetur oſten-
dere litteras commendatitias, ſeu teſtimoniales ſui Or-
dinarij, ſed ſtatur iuramento ipſius, ſi incedat in habitu
Clericali.

Non obſtant in contrarium adducta per Caſtr. Pur-
pur. & Theſaur. quia non ſubſiſtunt in iure, & nulla
iuſta ratione fulciuntur; licet enim bona temporalia
laicorum, quæ tranſeunt ad manus Clericorum, ſint
ſub ditione Principis ſæcularis, tamen ſequuntur con-
ditionem perſonæ Eccleſiaſticæ, ad quam tranſeunt,
vel penes quam reperiuntur, ſicut etiam quando bo-
na Eccleſiæ, vel Clerici tranſeunt ad laicos, perdunt 21
immunitatem, ſic mirum non debet videri, ſi quando
à laicis tranſeunt ad Eccleſiaſticos, immunia reddan-
tur ratione perſonæ, cui adhærent. Grilinz. conſ.51.
num.22. ſic latè Bonacin. d.q.19. punct.3. num. 12. &
num.20. Duard. d. can.18.q.5. num.6. Paul. Squillant.
d.c.8.n.6. & n.34.35. vbi quod ex defectu poteſtatis non
poteſt Princeps ſæcularis imponere gabellas, & one-
ra bonis patrimonialibus Clericorum, quia non
habet iuriſdictionem in ea. Cætera vide apud alle- 22
gatos DD.

Non obſtat ſecundum, quod bona patrimonialia
Clericorum gaudeant priuilegiis Eccleſiæ tantùm in
caſibus à iure expreſſis, quia hæc concluſio nihil ferit
caſum noſtrum, vbi quærimus tantùm, an parificentur 23
bonis Eccleſiæ quoad immunitates, & exemptiones, in
quo puncto habemus iura aperta, quæ probant huiuſ-
modi æquiparationem, d. cap.1. & cap.3. de immunit. Eccl.
in ſexto, cum aliis ſuperiùs adductis: ergo non eſt de
hoc diſputandum.

Non obſtat tertium, quod tale priuilegium procedat
in bonis, quæ Clerico traduntur in titulum, vt poſſit
Sacris initiari, quia hoc non ſtat reſtrictiuè, ſed am-
pliatiuè à fortiori; dicunt enim DD. quod priuilegium 24
immunitatis multò magis conceditur patrimonio Cle-
rici, quādo in eius titulum ordinatur, quia tunc ſubro-
gatur in hoc loco beneficij, & ſic de hoc minus eſt
dubitandum, non tamen negant, quin etiam aliis
eius bonis competat immunitas, quia id vbique affir-
mant, ſed multò magis concedunt, vt hic, ſpecie bono-
rum, ad quorum titulum Clericus ordinatur: ſic Tuſch.
pract. concl. d. lit. B, concl.114. num.14. Bellet. d. tit. de
exempt. Cler. §.5. num. 9. vbi multos allegat. Alder. Maſ-
card. de intepr. Stat. d. concl.1. num.96. Sperell. d. deciſ.
37. num.74. in fin. Duard. d. can.18. quæſt.5. num.7. Marcel.
Vulp. d. cap.17.n.24. Tamburin. de iur. Abb. p.1. diſp.15.
q.21. num.27.

Non obſtat denique quod bona Clericorum patri-
monialia ſint obnoxia gabellis, & tributis, ſeu colle-
ctis, quæ ſaltem imponuntur pro publica vtilitate pro- 25
miſcua Laicorum, & Clericorum, velut pro conſeruan-
da vbertate, per textum in l. fin. in fin. ff. ad l. Iul. de an-
non. & in l. mulierem, in princ. de accuſat. Clar. §. fin.
q.82. verſ. ſtatutum 7. Decian. tract. crim. lib.7.c.22.n.15.
latiſſimè Menoch. conſ.800. vol.8. vbi valdè fusè, & per
multas rationes id probat.

Nam reſpondetur veriorem, magis communem, &
receptam in praxi eſſe DD. ſententiam, quod Clerici
nullo modo ligentur ſtatutis laicorum, & gabellis fa- 26
ctis, & impoſitis etiam ob bonum publicum & com-
mune; imò neque etiam ſi talia ſtatuta eſſent Clericis
fauorabilia ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis, quam
laici in Clericos, vel eorum bona exercere non valent:
ſic latiſſimè Felin. in d. cap. Eccleſia S. Mariæ, n.89. vbi
Dec. num.55. verſ. nec obſtat, de conſtit. Gram. deciſ.100.n.
9 16. & Marth. de iuriſd. lib.4. cap.1. n.39. Graſſ. d. tract.
eff.2.n.199. Duard. in Bull. Cœn. Domini, can.16. quæſt.17.
num.30. latiſſimè peritiſſimus Sperell. d. deciſ.12. n. 18.
& ſeqq. & per totum, vbi plurimos congerit, & ſigilla-
tim, ac doctiſſimè reſpondet ad omnes Menochij ratio-
nes, & argumenta, & fortiter eum refellit: ſic etiam do-
cuit Maſcard. de Stat. interpret. d. concl.1.n.7. vbi pulchrè
loquitur. Barboſ. de off. Epiſc. p.2. alleg.13.n.6. apud quos
multos alios inuenire poteris, qui tollunt omnem ma-
culam, quia Clerici non ligantur ſtatutis laicorum di- 27
rectè, tenentur tamen ex vi directiua ſi bonum ſit pu-
blicum, conſentiente Pontifice, vt per Sanchez d.
dub.55. num.35.36.

Firma

Firma igitur remanet hæc concluſio,& regula,quod Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ gaudent immunitate non tantum reſpectu perſonæ,& bonorum Eccleſiæ, ſed etiam reſpectu bonorum ſuorum, vel patrimonia-
28 lium, etiamſi ex titulo donationis ad eos peruenerint, vt de communi teſtatur Paul.Squillant. *de priuil. Cler. d.cap.8.num.42.verſ. Alij verò communiter.* Tamburin. *de iur. Abb.part.1.diſp.15.quæſt.20.numer.3.verſ.ſed etiam*, adeò vt de hoc non ſit dubitandum: verùm quia hæc regula multis modis declaratur, de quibus apud Beller. Sperell. Bonacin. Graſſ. Barboſ. Marcell. Vulp. Paul. Squill.& alios in dictis locis, ideò ad eos lectorem remitto, ne repetam, quæ per extenſum ab illis doctè
29 exarata ſunt,& prædicta adeò vera exiſtimanda ſunt,vt nec Princeps ſæcularis, quamuis ſummus, poſſit huic immunitati derogare,vel aliquam legem facere ei præiudicialem, *ex cap.1. de immun. Eccleſ. in 6.* & latè probat Sanchez *conſil.mor.tom.1. libr.2. cap.4. dub.55. num.2.* vbi multos etiam allegat, & ſi aliquando Clerici tenentur contribuere, quia fortè tractatur de communi Clericorum,& laicorum vtilitate, tamen nun-
30 quam Clerici compellendi ſunt à Iudice ſæculari, ſed ab Eccleſiaſtico cogendi ſunt, vt latiſſimè probat Sanchez *d.dub.55.num.31.* vbi reſoluit omnia. Tamburin. *de iur. Abb.p.1. diſp.15. q.20. num.17.* vbi plurimos congerit.

Animaduertendum eſt enim quod ſi collecta fiat ob commune bonum laicorum, & Clericorum, & in dicto Epiſcopi vtilitas reſultet directè, & proximè ad commodum Clericorum,velut ſi hoſtes deuaſtent aliquem agrum, in quo Clerici, vel Eccleſia habet ſua prædia, vel flumen redundet, & poſſeſſiones Clericorum, vel Eccleſiæ deuaſtantur, vel inundantur, ſeu periculum probabile eſt, ne ſic contingat, & collecta imponatur pro euitando huiuſmodi periculo, tunc quia tractatur primariò de vtilitate priuata Clericorum, & Eccleſiis, quæ ipſos proximè tangit, licèt ſecundariò tractetur etiam de vtilitate publica, ipſi
31 quoque Clerici contribuere tenentur, & cogendi à ſuo ſuperiore Eccleſiaſtico. Barr. *in l. ad inſtructiones, num.3.* vbi Caſtr. *num.1. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Nauar. *in ſum.cap.27.num.115.* Specul.4. *part.tit. de exact. §. vnic.num.10.* Abb. *in cap. non minus,num.20.de immun. Eccl.* vide Dian.*mor. par.5.tract.1. de immun.Eccl.reſol.11.*Sanch.latè *conſ.mor.tom.1.lib.2.cap.4.dub.55.n.5.*vbi multos allegat: latè Bonacin. *de cenſur. in part.diſp.1. quæſt. 19. part.3.n.17.* vbi probat, quod in directiua,
32 non coactiua tenentur, & hoc caſu non eſt neceſſe conſulere Summum Pontificem, & eius conſenſum expectare, quia id exigitur tantum in concernentibus vtilitatem publicam, non verò ſi agatur de vtilitate priuata Clericorum. Abb. *in d. cap. non minùs*, Syluester *verb.immunitas, 1.quæſt.5. dict.4.* Angel. *verb. immunitas, num. 37.* Tabien. *verb. excommunicatio, 5. caſ.18.ſub num.4.* Ludouic. Lopez *1.par. inſtruct. nou. cap. 190. fol.450.* Crau. *de eff 5. n. 234.* pulchrè Sanchez *d.dub.55. n.7.* vbi vide, nam in eo conſilio habebis etiam quando, & quomodo Clerici teneantur concurrere ad collectas,gabellas, & impoſitiones: ſicut etiam ad rem videre poteris Bonacin. *de cenſur. in par-*
33 *tic.diſp.1. quæſt.19. part. 3. num.17. 18.* vbi omnes tenent Clericos cogendos à ſuo Iudice, quando concurrere debent.

---

# CAPVT CXXXIX.

## EPITOME.

Falcidia quando ceſſet in legatis piis, & ad cuius damnum.

## SVMMARIVM.

1 *Falcidia deducitur de legatis piis etiam Deo factis, iure antiquo.*
2 *Falcidia non deducitur de legato pio, etiamſi nihil remaneat hæredi.*
3 *Trebellianica,& falcidia ceſſant in legato pio.*
4 *Falcidia reſecat ipſo iure.*
5 *Pia legata nullam Falcidiam, vel Trebellianicam patiuntur.*
6 *Falcidia ceſſat in legato pio,etiamſi non ſit immediatè tale.*
7 *Falcidiam an deducat hæres ſubſtituta pia cauſa, antequam veniat caſus ſubſtitutionis.*
8 *Hæres ſi caueat poteſt falcidiare,vbi pia cauſa eſt vocata.*
9 *Cautionem dare debet hæres Falcidians legatum, cui ſubſtituta eſt cauſa pia.*
10 *Legata ſi abſorbeant longè hæreditatem,an etiam pia ſint diminuenda.*
11 *Falcidia poteſt deduci de legato pio ad certum vſum facto in exceſſu.*
12 *Falcidia non deducitur de legato pio non ratione loci, ſed ratione cauſæ piæ.*
13 *Cauſa pia hæres an poſſit falcidiare legata pia,magna eſt quæſtio.*
14 *Hæres cauſa pia quomodo ſit priuilegiata circa falcidiam.*
15 *Priuilegiatus in ſpecie vtitur ſuo priuilegio contra priuilegiatum in genere.*
16 *Eccleſia an poſſit falcidiare legata.*
17 *Falcidia quare introducta.*
18 *Legata ad pias cauſas valẽt,hæreditate etiã non adita.*
19 *Falcidiam deducit cauſa pia hæres ex legato pio ex magis communi.*
20 *Priuilegium piæ cauſæ ceſſat alia pia cauſa hærede inſtituta.*
21 *Falcidiam non impediri in legato pio, cauſa pia inſtituta,quomodo probetur.*
22 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, & quomodo.*
23 *Priuilegia quomodo conquaſſentur inuicem.*
24 *Falcidiæ prohibitionis ratio quando ceſſet.*
25 *Priuilegiatus ſpecialiter quomodo vtatur priuilegio contra priuilegiatum in genere.*
26 *Maritus non conuenitur ab vxore vltra quam facere poſſit.*
27 *Priuilegiatus quomodo excludat priuilegiatum.*
28 *De damno vitando qui tractat præfertur tractanti de lucro captando.*
29 *Hæres,& legatarius tractant de lucro captando.*
30 *Epiſcopus adit hæreditatem pauperibus, vel captiuis relictam.*
31 *Falcidiam executor non deducit.*
32 *Falcidia non deducitur de legato magis pio, quàm ſit cauſa pia hæres.*
33 *Falcidia non deducitur de legato, quod teſtator fecit pro anima ſua.*
34 *Anima cæteris rebus præferenda.*
35 *Trebellianica ceſſat in fideicommiſſis ad pias cauſas.*
36 *Falcidiæ rationes extenduntur ad Trebellianicam.*
37 *Extenſio ceſſat vbi ceſſat extenſionis ratio.*
38 *Piæ cauſæ fauore non fit extenſio contra aliam piam cauſam.*
39 *Priuilegiatus magis præfertur in concurſu priuilegiatorum.*
40 *Falcidia quando ceſſet in legato pio,hærede exiſtẽte pio.*
41 *Miſſarum legatum pro animabus Purgatorij eſt valde pium.*
42 *Pietatis causâ æqualis falcidia deducitur de legato pio.*

Ne



Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1631. è viuis migrauit D. Ioan. Rubeus Regienſis, relictis poſt ſe DD. Iacobo, & Clara eius Fratribus, nec non D. Lucia eius matre. Contigit mox, vt etiam decederet dictus D. Iacobus condito eius vltimo teſtamento, in quo fecit multa legata pia, & non pia, & præcipuè mandauit in Oratorio S. Rochi celebrari in perpetuum vnam Miſſam quotidianam; & hæredes ſuos vniuerſales inſtituit piam domum Charitatis Regij, Fabricam Eccleſiæ miraculoſæ,ac B.M.V. Seruitarum, & Confraternitatum Sancti Rochi dictæ Ciuitatis, cum onere celebrari faciendi per quemlibet ipſorum Miſſam quotidianam vltra ſupradictam.

Vnde cùm vix hæreditas eſſet ſoluendo, & hæredes prædicti prætenderent locum eſſe detractioni falcidiæ è legatis prædictis, quia teſtator diſpoſuit de ſuis bonis vltra dodrantem,fuit dubitatum, an de iure poſſet falcidia deduci, & an illa eſſet deducenda ad damnum hæredum, vel potius legatorum ad cauſas prophanas, & quid ſentiendum de illis Miſſis, ideò pro veritate requiſitus reſponſum denegare non potui.

Dixi ergo, quod licèt iure antiquo Digeſtorum Falcidia poſſet deduci de legatis piis etiam Deo factis, per textum *in l.1. §. ad municipium,* vbi DD. *ff. ad leg. fal-*
1 *cid.* Fach. *contr.iur. libr.5.cap.17.* Ant. Merend. *contr. iur. libro 2. cap. 32. in princ.* tamen hodie admittunt omnes communiter, quod legata facta non ſolùm Deo, ſed etiam ad quaſcumque cauſas pias,non admittunt Falcidiæ detractionem, ſed ab hærede debent integrè
2 adimpleri etiamſi apud eum nihil nomine Falcidiæ relinquatur, quia hoc eſt ſpeciale priuilegium piæ cauſæ, ne hæres falcidiare poſſit legata pia,per textum clarum *in §. ſi autem hæres, in Auth. ſimiliter,* vbi DD. omnes, *C.ad l.falcid.* Alex. Iaſ. & omnes *in l. Marcellus, ff. ad Trebell.* Alex. *in d.leg.1.§. ad municipium, ff.eod.* & dicit, quod vbique ita ſeruatur Capr. *regul.110. numer.5.* & ſic tenere omnes dixit Rim. Iun. *Inſt. de donat. in princ. numer. 564.* latè Tiraqu. *de priuileg. piæ cauſ.priuileg. 26. in princ.& priuileg. 27.* vbi hoc idem docet, & probat de Trebellianica,infinitos congerens. Latè Tuſch. *pract.concl.litera F,concluſ.38.num.25.* & *concl.39.num.4.* & *littera T,concluſ.381. num.1.2.3.6.22.* vbi plurimi, & ſæpius de communi teſtatur tam in falcidia, quàm in Trebellianica Craſſ. *ſent. lib.5.§.*
3 *Falcidia, quæſt.3.num.5.* Surd. *de alim.tit.8.priuileg.18. num.3.* Grilinzon. *conſil.66. numer. 15.16.*idem docuit Peregr. *de fideicom.art.4.numer.31.* Mangil. *de imputat. & detract.quæſt.118. numer.16. verſ.ſecundo caſu.* Mareſcot. *var.reſol. lib.2. cap.72. num.11.12.13.* vbi teſtatur de magis communi opinione, & in praxi ſeruanda. Marth. *de ſucceſſ. legal.p.4. quæſt.28. art.2. numer. 18.* Monet.*de com.vlt.vol.cap.9.num.334.*latiſſimè Merend. *contr.lib.2.cap.32.per totum,* vbi hanc ſententiam communẽ benè defendit. Leſſius *de iuſt.& iur.lib.2.cap.19. dub.7.ſub n.88.* Bonacin. *de contract.diſp.3.quæſt.vltim. punct.4. num.9.verſ. ſecundò limitatur,* & *punct.vlt.ſub num.30. verſ.ſecundò*, & ego quoque dixi *contr.for.28. num.* 10. adeò vt de hoc nullum ſit dubium, quia totus mundus ita ſeruat, vbicumque enim ſeruatur ius ciuile, in legatis piis ceſſat Falcidia; nam licèt quando legata excedunt dodrantem, liceat hæredi quartam habere de
4 omnibus legatis, vt *in d.l.1.ad l.falcid.* Rot. *diuerſ.deciſ.88. numer.21.p.5.* tunc ipſo iure fit reſecatio vigore inſtitutionis hæredis. Craſſ. *d.§.Falcida,quæſt.1.in princ.* Rota apud Farinac. *deciſ.438. num.2.par.2. recent.* tamen hæc omnia ceſſant, quando legata ſunt pia, quia
5 tunc nulla quarta,ſiue falcidia, ſiue Trebellianica detrahitur, *d.§.ſi autem hæres,in auth.de Eccleſ.tit.* Alex. Iaſ. & DD.*in d.l. Marcellus,ad Trebell.* Ruger.*conſ.17.num. 35.lib.2.* Merend. *contr.lib.2.d.cap.32.num.1.4.& ſeqq.* & *cap.33. num.1.*& concordant omnes ſupradicti: latè etiam Cancer. *variar.reſolut.lib.1.cap.2. ſub n.12.*

Et hęc adeò vera ſunt,vt procedant non ſolùm quando immediatè relinquitur cauſæ piæ,vel fideicommittitur,ſed etiam ſi mediatè,velut ſi legatarius grauetur tradere Eccleſiæ, dummodo certum ſit piam cauſam ſucceſſuram,velut ſi hæres grauetur reſtituere Sempronio;
hic autem iterum rogetur tradere Eccleſiæ,vel pio loco, 6
tunc ceſſat etiam Falcidia, & Trebellianica, quia non debet conſiderari perſona primi capientis, ſed piæ cauſæ, ad quam res debet deuenire, *ad textum in leg. cum dotem*, vbi Caſtr. & Alexand. *ff. ad leg. falcid.* & *in l. Auia,§.Titio,* vbi Bald.& Ang.*ff.de cond.& dem.* Rom. *in d. Auth.ſimiliter,in 40. ſpeciali piæ cauſæ,*& *in d.leg. Marcellus,* vbi Alex. *num.6.* & Iaſ. *num.33.ad Trebell.* Caſtr. *conſil.86.num.10. lib.1.* Tiraq. *dict. priuileg.26. verſ.& id quoque.* Peregr. *de fideicom.art.3. numer.64.* Viuius *deciſ.419. num.11.*vbi multos allegat, & Cancer. *var.reſol. lib.1.cap.2. numer.12. ad fin.* ſecus eſt, ſi incertum omninò ſit, an Eccleſia, vel pia cauſa ſubſtituta ſuccedere debeat, velut ſi Titius hæres ſubſtitutus grauatus ſit reſtituere Eccleſiæ ſub conditione, ſi deceſ-
ſerit ſine filiis, hoc enim caſu hæres poterit deducere 7
Falcidiam,vel Trebellianicam, neque ſubſtitutus primo loco poterit recuſare, quia nullo priuilegio iuuatur, neque etiam Eccleſia; quia incertum eſt,an ſit ſucceſſura: textus *in l. ſufficit,ff.de cond.& demonſtr.* res enim iudicanda eſt ſecundum præſentem ſtatum, *leg. moueor, ff.*
*de ſeru. export.* ideò ſatis erit hæredi, ſi caueat ad fauo- 8
rem piæ cauſæ de reſtituendo eueniente caſu fideicommiſſi, quod per falcidiam habuit, ad textum *in l. in lege Falcidia, §. non habetur, ff. ad l. falcid.* Vinc. *l.1.ſi.vt leg.nom.cau.* Bald. *conſ.407.in 2.dub.lib.1.* Alexand. *in d.l.Marcellus, num.7.*& *in conſ.217.ad fin.lib.6.* Ruin. *conſ.135.num.8. lib.3.* Tiraquel. *d. priuileg.26. verſ.ſed hoc vltimum.* Peregr. *d.art.3.num.65.66.* vbi concludit concluſionem Alexandri eſſe magis ſtabilem, & cau-
tionem eſſe præſtandam iuxta naturam fideicommiſſi, 9
& ſic etiam docet Viuius *deciſ.419.num.13.* vbi quod grauatus tenetur cauere de reſtituendo vt ſuprà, & pulchrè etiam Cancer. *var.reſol.lib.1.cap.2.n.12.ad fin.*

Benè verum eſt, quod ſi legata omnia excedant vires hereditatis,velut ſi habens centum in patrimonio, erogauerit centum quinquagima in legatis piis,& non piis,
tunc legata pia non remanent intacta,ſed tam pia quàm 10
non pia minuuntur ad ratam, & reducuntur ad iuſtam menſuram patrimonij teſtatoris, deinde hæres deducit falcidiam ſolùm de legatis prophanis.Ioan.Andr.*in add. ad Specul.titul.de teſtam.§.primo,verſic. quid,in fin.* Bartol. *in dict. auth.ſimiliter,in fin. C.ad leg.falcid.* Angel. Imol. Caſtr. *in l. ſi poſt miſſionem,* per illum textum, *ff. eod.* Angel. & Imol. *in leg.in ratione,§. quod vulgò, eod.* Imol. *in l. ſi quis teſtamento, §. primo, ff.de leg.1.* Angel. *in l.certarum,§.ſimiles,ff.ad leg.falcid.* Tiraq.*d.priuileg.26.limit.4.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ.lib.3.§.26. num.24.* Craſſ.*in dict.§.falcidia,q.3.n.8.* vbi de cõmuni. Franch. *deciſ.236.in princip.* Gall. *de except.ad ſucceſſ.tit.4.except.29.num.45.part.ſecunda.* Mangil.*de imputat.q.118. num.17.* Marth. *de ſucceſſ.legal.p.4.q.28.art.2. num.22.* vbi alios allegat. Monet. *de commut.vlt.volunt.c.9.num.335.* Peregr.*deciſ.85.num.1.*vbi pulchrè loquitur.

Sicut etiam ceſſaret falcidia in relictis ad pias cauſas, quando in genere relictum, ſecus eſt, quando relinqui-
tur ad certum,& limitatum vſum,veluti ſi relinquantur 11
mille pro conſtruenda Capella;nam tunc ſi quid ſupereſt ædificata Capella,de eo,quod ſupererit,hæres poterit falcidiam detrahere, vt per gloſſam *in l.ſi ſeruus,*& *l. ſeq.*cum gloſſa *ff.ad l.falcid.*dixit Alex.*in d.l.Marcellus, col.4.ad Trebell.* & *in d.l.1.§.ad municipium, col.vlt.ad l.Falcid.* Tiraq. *d.priuil.26.verſ.2. limitandum.* Vaſq.*d. lib.3.§.26.n.25.* Matth. *d.q.28. art. 2.n.23.*vbi pulchrè loquitur.



 Verùm

Verùm pondus quæſtionis conſiſtit in eo, an quando etiam cauſa pia eſt hæres inſtituta, & legatis piis grauata vltra dodrantem, liceat ei falcidiam, vel Trebellianicam deducere de legatis, vel fideicommiſſis piis, vt hîc videtur eſſe caſus noſter. Siquidem quoad domum charitatis, & fabricam Eccleſiæ non eſt dubium, quin hæc ſint cauſæ piæ, verum etiam reſpectu confraternitatis Sancti Rochi idem dicendum eſt ad effectum, de quo quærimus, vt ceſſet falcidia, vel detra-
12 hatur, quia licèt confraternitas non ſit locus pius, tamen ſufficit, quod exerceat opera pietatis, quia priuilegium non deducendi ex legato pro falcidia non datur loco, ſed cauſæ piæ, cui relinquitur, vt per Caſtrenſ. *conſil.*167.*n.*2.*lib.*2.Gabr.*de pia cauſ.concluſ.*2.*num.*5. & Mantic.*de coniect.vlt.volunt. lib.*4. *tit. quinto, art.*6.*n.*5. Peregr. *de fideicomm.art.*3.*num.*63.*verſ.& notat*, Mareſcot. *variar.reſolut.lib.*2.*cap.*72.*num.*19.vbi dicit, quod Rota ita cenſuit. Farinac.*deciſ.*373.*num.*8.*part.*2.*recent.* & Monet.*de com.vlt.volunt.cap.*9.*n.*334.*in fin.* ideò be-
13 ne videndum eſt, an dictæ cauſæ piæ hæredes inſtitutæ poſſint falcidiare etiam legata pia; hæc enim quæſtio valdè dubia eſt, vt quid in hoc caſu dicendum ſit, iure merito dubitauerit gl.*in c.Pontifices, in fin.*12. *q.*2. teſte Tiraquell.*d. priuileg.*26.*lim.*1. *in fin.* & articulum eſſe multum controuerſum dixit Magon.*deciſ.Florent.*130. *num.*10. *in fin.*

Nam multi ſeriò ſenſerunt, quod etiamſi cauſa pia fuerit hæres inſtituta, adhuc nequeat falcidiare legata pia ſi abſorbeant hæreditatem, quia in hoc pia cauſa legataria paſſiuè, & in ſpecie eſt priuilegiata à iure, ne patiatur falcidiam, ideò cauſa pia hæres non actiuè, ſed tantum in genere eſt priuilegiata: ergo non poterit le-
14 gata pia falcidiare, & ſic tanquàm hæres ligabitur lege vetante falcidiam de legatis piis deduci: ſic probat textus *in l.ſi quis ad declinandum, C.de Epiſc.& Cler.* & docuit Rom.*in d. Auth.ſimiliter*, *in* 40.*ſpeciali*, vbi Corn. dicit Albericum ſic conſuluiſſe, *Cod. ad l. Falcidiam.* Corn.*in conſil.*140.*col.*2.*lib.*1.Alexand.*in d.l.*1.*§.ad municipium, ff.ad l.falcid.* & *in d.l.Marcellus, ſub num.*5.vbi Iaſ.*ſub n.*37.& Socin.*ad Trebell.*Franch.*in capit.ſi pater, in pen.char.de teſtam.in* 6.Felin. *in cap.præſentia, colum.* 15.*de probat.*Fabian.de Mont. *in Auth.nouiſſima, q.*24. *verſ.ſed vtrum Eccleſia, Cod.de inoff.teſtam.*Barbat.*in cap. Raynaldus, col.*151.*de teſtam.* & *conſ.*15. *col.*7. *lib.*3. vbi teſtatur de communi: & ſic latè docent Pariſ.*in cap. in præſentia*, 115. vbi Ferret. *num.* 86. *de probat.* Bertrand. *conſil.*152.*colum.pen.lib.*1. ſic etiam docuit Corn. Benincaſ.*in tract.de pauper.quæſt.*9.*in* 6.*Speciali vltim. volunt. num.*6. pleniſſimè Ioann. de Monte Sperell. *in conſ.*106. vbi reprehendit Abbatem, & reſpondet contrariis, & cum hac ſententia tranſit Gabr. *concl. lib.*4. *ad Trebell.concluſ.*11.*n.*8.*verſ. contrarium*, vbi de communi teſtatur, dum vltimo loco refert hanc ſentẽtiam: ſic etiam pulchrè tenuit Vaſq.*de ſucceſſ. progreſſ. tit. de fideicom.ſubſt.lib.*3.*§.*26.*n.*25.*verſ.contrarium*, vbi dicit ſe eſſe procliuiorem in hanc partem, ponitque multas rationes validas: ſic etiam Craſſ.*in d.§.Falcidia, q.*3.*n.*9. *verſ.ad ſe contrarium.* vbi teſtatur de veriori, & communi, & eum ſequitur Tuſch.*littera F, concluſ.*38. *num.*27. & ita tenere videtur Surd.*de alim.tit.*8.*priuileg.*18.*n.*8. *verſ.ſed reſoluitur*, ſicut etiam Mangil. *de imput.q.*118. *num.*23.24.25.26.dum ex Tiraquello probat hanc ſententiam eſſe communiorem, & ſequendam, & ita etiam docent Gomeſ.*in §.rurſus, n.*27. *Inſt. de action.* Fachin. *contr.iur.lib.*13.*cap.*63.Decian.*conſ.*42.*n.*21.*lib.*2.& latiſſimè Ant.Merend.*contr.iur. lib.*2. *c.*33. *n.*8.9.& per totum, vbi ponit fundamenta, & reſpondet contrariis: ſic etiam Magon.*deciſ.Florent.*130. *num.*8.9.10. vbi de communi teſtatur, quam ſententiam ego puto valde probabilem, adeò vt ſi Iudex eam ſequeretur, ad nihil in ſyndicatu teneretur, & de communi teſtatur Cancer. *variar.reſol.lib.*1.*c.*2.*n.*13.

Etenim hæc ſententia eſt multùm rationabilis, cùm fulciatur legum authoritate, & Authorum claſſicorum; nam cùm pia cauſa in ſpecie ſit priuilegiata, ne falcidiam patiatur in legato ſibi facto, *d.Auth.ſimiliter, C. ad Falcid.* poterit vti ſuo priuilegio contra pariter pri- 15
uilegiatum in genere, ad textum *in l.fin.ff. ex quibus cauſ.maior.*Bartol.*in Auth.quas actiones*, vbi DD.*C.de ſacroſ.Eccl.* Abb. *in c. ad aures, in* 2. *not. de præſcr.* Corn. *conſ.*140. *colum.*2. *verſ.circa falcidiam, lib.*1. Iaſ.*in d.l. Marcellus, ſub n.*37.38.*ad Trebell.* Tiraq. *d. priuileg.*26. *verſ.contrarium*, ibi: *mouentur*, vbi ponit rationes huius ſententiæ, & pulchrè hoc docet Vaſq. *d.§.*26. *num.*25. *verſ.denique*, vbi latè examinat, & modum id practicandi docet, & melius Merend. *d.cap.*33. *num.*10.11.12. & *per totum*, vbi tradit etiam, quod Eccleſia hærès inſti- 16
tuta non debet inhiare lucro falcidiæ, ſed exequi integraliter piam defuncti voluntatem, & ſanè videtur, quod falcidiæ ratio ceſſet in legatis piis etiam iſto ca- 17
ſu; nam certum eſt eam fuiſſe introductam ad inuitandum hæredes ad adeũdam hæreditatem, ne legata perirent, *§.reſtituta, Inſt.ad Trebell.* ſed legata ad pias cau- 18
ſas valent etiam hæreditate non adita, Bart. & DD. *in l.*1.*q.*5.*C.de ſacroſ.Eccleſ.* Ergo ceſſare debet detractio omnis Falcidiæ, & Trebellianicæ. Alex. *in d.l.Marcellus, num.*4.*in fin.ad Trebell.*

Verumtamen altera ſententia non ſolum communis, & magis communis, ſed etiam verior eſt, quod ſcilicet, quando cauſa pia eſt hæres inſtituta poſſit deducere falcidiam ex legatis piis propter æquale priuilegium, adeò, vt ſi legata excedant dodrantem hæreditatis, nequeat cauſa pia legataria ſuum allegare priuilegium ad impediendam falcidiam; tum quia priuilegiatus non gaudet priuilegio contra pariter priuilegiatum, tum 19
quia ceſſat ratio, propter quam hoc priuilegium cauſæ piæ fuit conceſſum, ideò erit locus falcidiæ in hoc caſu etiam contra legata pia, per textum *in §.ſed & hoc præſenti, in fin.in Auth.de ſanctiſſ.Epiſcopis*, vbi Angel. licèt ſub dubio, hoc docet, & ſic tradit Salyc. *in Auth. qui rem, Cod.de ſacroſanct.Eccleſ.*Alber.*in l.ſi quis ad declinandum, in* 2.*quæſt.C.de Epiſc.& Cler.* Imol. *in dict. leg.*1.*§.ad municipium*, vbi Corn.& Alex.dicit, quod ab hac opinione in praxi eſſet difficile recedere, *ff. ad leg. falcid.*Abb.*in cap.in præſentia, num.*37.vbi de communi Dec.*n.*52.*de probat.*Idem Abb.*in capit.cùm cauſam*, per illum textum *de præbend.*Alex.ad Bart.*in d.Auth.ſimiliter*, Firmian.*in tract.de Epiſcopo, part.*4.*lib.*4.*q.*31. *verſ. quæro etiam.*Capr.*conſ.*68.*in* 3.*dub.* & *conſil.*78. *col. vlt.* latè Tiraq.*de priuileg.pia cauſ. d.priuileg.*26. *lim.*1. vbi hanc partem etiam defendit à contrariis, adeò vt mirum ſit, quomodo ab aliquo allegetur pro altera parte. Vincent.Hercul.de communi teſtatur *in dict. leg. Marcellus*, vbi Iaſ.*ſub num.*39. dicit quod durum eſſet in practica obtinere contra hanc ſententiam, propter auctoritatem tot DD. Lancell. Polit. *in l.filium quem*, *n.*112.113.*Cod.famil.erciſc.*Ruin.*conſil.*89.*n.*7.*verſic.non obſtat, lib.*3. vbi de communi teſtatur, & pulchrè reſpondet omnibus difficultatibus, & videatur, quia ſatisfaciet. Rimin.Sen. *conſ.*447.*n.*13.14.vbi etiam alia ſimilia adducit, ſic etiam perbellè docet Peregr. *de fideicomm.art.*3.*num.*69.70.*verſ.à communi tamen limitatione*, vbi ſatis dilucidè loquitur: & ſic etiam tenere videtur Vrſill. *ad Afflict. deciſ.*56. *ſub num.*4. quando paria ſunt priuilegia. Benè, & apertè ſic docuit etiam Couar. *in* 2.*part.relect.cap.poſſeſſor, de regul.iur.in* 6. *§.*2. *num.*4. *verſic. ex quibus*, vbi plures citat, & hanc ſententiam tanquam communem à contrariis defendit, & eum ſequitur Tuſch. *pract. concl.littera T, concl.*381. *n.*31. Fontanell. *deciſ.*100. *num.*16. & concordat Eman.Coſta *in rep.cap.ſi pater, numer.*12. *de teſtam. in* 6. vbi de communi teſtatur: idem tenet Hieronym. Ceuall. *in ſpecul.comm. opin.q.*155. vbi teſtatur de veriori opinione, & quod ab ea non ſit recedendum in iudicando, &



& concludendo. Gall.*de except. ad ſucceſſ. tit.*4. *except.* 29.*num.*36.37.*part.*2. vbi ſequitur Peregrinum *dicto loco*, ſic etiam pulchrè tradit Marth. *de ſucceſſ.legal. p.*4. *quæſt.*28.*art.*2.*num.*18.19.vbi reſoluit motiua contraria, & cum eis tenet Monet. *de com. vltim. volunt. cap.*9. *n.*336.Sic etiam in foro conſcientiæ tradiderunt Summa Silueſtr.*in verb.legitima, n.*9.*verſ.ſi tamen.* Couar *in cap.relatum, n.*5.*de teſtim.*Nald.*verb. teſtamentum*, *n.*15. pulchrè Molin.*de iuſt.& iur.in genere, tract.*2. *diſp.*187. *ad fin.lit.C, verſ.excipitur*, vbi de communi teſtatur, & *q.*213.*verſ.*2.*quando.*Reginald. *in prax.for. pœn. tom.*2. *lib.*25.*c.*52.*tit.de legat.n.*632. *verſ.*2. Leſſius *de iuſt. & iur.lib.*2.*c.*19.*dub.*7.*n.*88.*verſ.niſi fortè.*Bonac.*de contract. diſp.*3.*q.vlt.p.*4.*ſub num.*9.*verſ.*2.*limitatur*, & *punct. vlt. n.*30.*verſic.ſecundò* Adeò vt tam in foro externo, quàm in foro conſcientiæ hæc opinio ſit tuta, & ſequenda, & ideò non eſt mirum, ſi etiam fautores alterius ſententiæ dixerunt durum fore ab hac opinione recedere, vt poſt Alex.*in d.l.*1.*§.ad municipium, ad l.Falcid.*dixit Iaſ. *in d.l.Marcellus, ſub num.*39.*ad Trebell.* Et qui tenent alteram opinionem, concedunt tamen hanc eſſe communem, vt apud Ferret. *in d.c.in præſentia, numer.*86. *de probat.*

Et ſanè hæc ſententia eſt valdè rationabilis, & æqua, & legibus vtriuſque fori multùm conformis, ne cauſa pia hæres inſtituta defraudetur ſua falcidia; cùm enim fuerit titulo inſtitutionis honorata, cenſetur etiam prædilecta, & non eſt veriſimile, quod debeat recedere vacua, & inanis, dum legata pia totam euacuant hæreditatem; etenim par fauoris ratio excludit priuilegium etiam ſpeciale cauſæ piæ legatariæ, quo potuiſ-
20 ſet excludere falcidiam, ſi cauſa pia non eſſet hæres inſtituta, & ſic ceſſare debet legatariæ priuilegium, & vti oportet iure communi, ad textum *in l. non ſolùm, de ritu nupt.* Tiraq. *d. priuileg.*26. *limit.*1. *verſ. prætereà*, Peregr.*dict.art.*3.*n.*69.Marth.*d.art.*2. *n.*18.19. Monet. *d.c.*9.*n.*336.Molin.*d. diſp.*213. *verſ.ſecundus.* Siquidem cauſa pia legataria priuilegiatur in falcidia hærede non pio inſtituto propter animam, & contemplatione Dei, vt per Abb.*in cap.relatum, el primo, de teſtam.*Tabien.*in ſumm.verb.legatum, num.*5.& tradunt DD.*in d. l. Marcellus*, & *in d.Auth.ſimiliter*, ſed quando concurrit cauſa pia hæres inſtituta, in qua idem reſpectus viget, & eadem qualitas, ceſſat ratio prohitionis falcidiæ, & ideò iure communi vtendum eſt.

Et hæc ſententia ſatis euidenter videtur probata per textum *in dict.§.ſed & hoc præſenti, in Auth.de ſanctiſſ. Epiſc.*vbi benè inſinuatur mentem legiſlatoris eſſe, vt priuilegiis ſibi conceſſis non vtatur pia cauſa aduersùs
21 aliam piam cauſam, adeò vt pia cauſa ſubſtituta præualeat Monaſteriis modo in dicto textu expreſſo, vt ibidem tradit Ang. & ita communiter teneri docet Peregrin.*de fideicomm.d.art.*3.*num.*70.*in fin.*

Nec obſtat reſponſio in contrarium adducta, hoc ideò eſſe, quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, vt dixit Alex. *in d.l.Marcellus, n.*39.*ff.ad Trebell.*quia replicatur, quod hæc non dicitur prouiſio ho-
22 minis, ſed legis, quæ ſic ſtatuit; etenim illa regula, quod prouiſio hominis faciat ceſſare prouiſionem legis, intelligitur de homine priuato, qui per ſuas conuentiones, & pacta particularia recedit à legis diſpoſitione, *leg.fin.C.de pact.conuent.l.& habet, §.cùm quis, ff. de precar.*cum vulgaribus.

Minùs obſtat altera reſponſio, quod ideò *in d. §. ſed & hoc præſenti* cauſa pia non vtitur ſuo priuilegio con-
23 tra aliam, quia vtraque priuilegiata: in ſpecie Tiraq. *d.priuil.*26.*verſic. contrarium, in fin.* quod hic dici non poteſt, vbi cauſa pia legataria eſt priuilegiata in ſpecie, hæres verò inſtituta in genere.

Nam replicatur, quod hæc diſtinctio, & conſideratio eſt contra textum *in d.§ ſed hoc præſenti*, vt inquit Dec. *in d.c.in præſentia, col.*22. *de probat.* Tiraq. *d.priuil.*26. *verſ.ſed his continuò*, vnde non eſt vis in hoc facienda, quia nobis ſatis eſſet arguere à ceſſante ratione prohi- 24
bitionis Falcidiæ, quando pariter cauſa pia eſt inſtituta, vt per Tiraq.*d.priuileg.*26. *lim.*1. *verſ.præterea*; & ideò hanc ſententiam potiorem, & veriorem tam ex voluntate teſtatoris, quàm ex mente legis dixit Couar. *in* 2.*part. relect. d.c. poſſeſſor*, §. 2.*num.*4. *verſ. ex quibus*, ibi: *profectò.*

Et rationi, quod priuilegiatus in ſpecie vtatur priuilegio ſuo contra priuilegiatum in genere, quæ fun- 25
datur *in l.fin.ff. ex quibus cauſ. maior.* & ex notatis per Bart.& DD. *in d. Auth.quas actiones, C. de ſacroſ.Eccl.* reſpondet Soc.*in d. l. Marcellus, in princ. ad Trebell.* Ruin.*d.conſil.*89.*ſub.n.*7.Couar.*d.n.*4.*verſ.ex quibus*, & alij, qui dicunt talem Bart.doctrinam declarari, & ſuppleri ex notatis per eundem, & communiter DD *in l. maritum, ff. ſolut. matrim.* Nam maritus habet priuilegium, ne conueniatur ab vxore vltra quam facere poſſit, & ſimiliter vxor, vt non poſſit in plus conueniri à marito, *l. non tantùm de re iud.* & ſic dicto caſu maritus 26
non vtitur priuilegio contra vxorem pariter priuilegiatam; & tamen in illa cauſa non eſt vxor ſpecialiter priuilegiata, ſed in genere, quia vxor non habet dictum priuilegium actiuè, id eſt quando agit ad dotem, quia illam repetit iure communi, etiamſi ſit diues, *leg.*2. *in princip* & ibi DD. *ff.ſolut. matrimon.* & per conſequens paupertas non eſt cauſa actionis, ſed exceptionis, & ſic paſſiuè tantum, quando conuenitur, habet tale priuilegium, & tamen maritus conuentus, & in ſpecie priuilegiatus, illo caſu non vtitur ſuo priuilegio contra dictam vxorem: ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro eadem ratione.

Et ideò concludendum eſt, quod priuilegiatus ſpecialiter in aliqua cauſa non vtitur priuilegio contra 27
alium priuilegiatum in genere propter ſimilem eius qualitatem, & ſic quando in vtroque concurrit cauſæ ſimilitudo, vt rectè patet *in dicto §.ſed & hoc præſenti*, vbi gl. & Ang. ſic reſpondet Dec.*in d.c.in præſentia, columna.*23.quem ſequitur Tiraq.*d.priu* 26.*lim.*1.*verſ.ſed his continuò.* Ruin. *d.conſ.*89. *n.* [illegible] *verſ.* [illegible] *reſpond. lib.*3. vbi concludit, quod aduerſus piam cauſam Trebellianica non detrahitur ex qualitate ſua, & fauore animæ, quæ cauſa concurrit etiam in qualibet alia pia cauſa volente eam detrahere; ideò contra eam debet priuilegium etiam in ſpecie competens ceſſare: & ita ſentiunt Pereg. *d.art.*3.*num.*69.70.Tiraq.*d.loco.* Marth. *d.art.*2. *n.*18.19.qui ſatisfaciunt, & aliam quoque reſponſionem videre poteris apud Couar.*d.§.*2. *n.*4. *verſ. ex quibus*, vbi hanc partem benè defendit.

Neque obſtat, quod pia cauſa legataria videatur tractare de damno vitando, ideò præferenda ſit cauſæ piæ hæredi inſtitutæ, quæ tractat de lucro captando, 28
ad textum *in c. audiuis, de præſcr.*Bald. *in auth.perpetua, C.de ſacroſ. Eccleſ.* Anch. *conſ.*36. *colum.* 2. Caſtrenſ. *con.*313. *ad fin.* Ang. Aretin. *in §.rurſus, Inſt. de action.* Nam reſpondetur, quod tam legataria, quàm hæres inſtituta pia cauſa tractant de lucro captando, vt di- 29
xit in verbis Couar. *dict. §.*2. *numer.*4.*ſub verſ.ex quibus, ad fin.* & ideò in pari cauſa debet eſſe potior conditio hæredis, qui tanquam magis honoratus cenſetur etiam prædilectus, & quia tanquam reus conuenitur, cuius partes ſunt fauorabiliores, & quia de manu eius legataria debet accipere legatum. Sic dixit Ruin. *d.conſ.*89. *n.*7.*verſ.& quamuis, lib.*3.& ita etiam ſentire videtur Tiraq.*d.priuil.*26.*limit.prima, verſ.ſed his*, ibi: *nec obſtat*, dum tale argumentum non admittit, quaſi non faciat ad rem.

Nec obſtat textus *in d.l.ſi quis ad declinandam, C.de Epiſc.& Cler.*ex eo enim ſumitur fragile fundamentũ, quia in eo non agitur de aliquo hærede inſtituto, ſed 30
Epiſcopo, qui legis auctoritate adit hæreditatẽ captiuis, vel pauperibus relictam; hic enim ad piũ opus pro

captiuis,non ad lucrum , inuitatur , & propterea cum
vocetur à lege ad exequendam, non ad infringendam
teſtatoris voluntatem , præcipua quadam ratione à fal-
cidiæ beneficio excluditur , quia hæredis nomen non
habet,vt colligitur ex ipſo contextu,& ex Fach.*controu.*
*lib.5.c.17.*Anton.Merend.*controu.lib.2.c.32.num.3.*

Et quamuis *in d.leg.ſi quis ad declinandam, §. ſin au-*
*tem*,idem ſancitum videatur,quando teſtator venerabi-
lem Domum hæredem inſtituit, vt nec tunc competat
hæredi beneficium legis falcidiæ;tamen adhuc reſpon-
detur loqui in caſu,quo non certa Eccleſia vocata eſt ,
ſed incerta, & ſic ſemper recurrendum eſt ad executo-
31 rem datum à lege pro exequendis legatis ſtante incer-
titudine,quis ſit hæres;& militat eadem ratio, quod il-
le non inuitatur ad lucrum , ſed ad exequendam teſta-
toris voluntatem.

Deinde reſpondetur etiam,quod in caſu dictæ *legis*
*ſi quis ad declinandam*, etiamſi adeſſet certus hæres , &
vetaretur falcidiare legata pia; non tamen ferit caſum
noſtrum , in quo ſupponimus æquè fauorabilem eſſe
cauſam piam hæredem inſtitutam , ſicut eſt legataria,
ita vt adſit paritas priuilegiorum; at *in dicta leg. ſi*
*quis*, tractatur de legato facto pro redimendis captiuis,
32 & pauperibus ſubueniendis, ad quem effectum Eccle-
ſia ſolet vendere etiam calices,& res pretioſas , & ſic
verſamur in caſu, in quo cauſa legatarij eſt magis fa-
uorabilis, & priuilegiata,quàm hæredis , ideò non eſt
mirum , ſi debeat ceſſare Falcidia. Maſtrill. *deciſ.*180.
33 *n.91.92.93.& ſeqq.*& hoc idem dicere debemus in le-
gato,quod fecit defunctus pro animæ ſuæ ſalute, quod
vtique diminuere impium eſſet. Anton.Merend.*contro-*
34 *uerſ.iur.lib.2. capit. trigeſimotertio*, & *cap.*11. quod ad-
mitto,quia legatum pro anima eſt piiſſimum, & anima
cæteris rebus eſt præferenda. Tiraquell. *in dict.tract.de*
*pia cauſ.in præfat.verſ. item relictum pro anima* , & ego
dixi *controu.forenſ.cap.33. num.29.* & in his terminis
intelligenda ſunt,quæ ex aduerſo adducit Merend.*dict.*
*cap.*33.procedunt enim in legatis pro anima,vel capti-
uorum redemptione,& ſimilium,quæ ſunt fauorabilio-
ra,& magis priuilegiata,quàm cauſa pia hæres inſtitu-
ta,ſed non habent locum, quando par eſt cauſa vtriuſ-
que,& æquale priuilegium.

Hinc non obſtat Surd.*de alim.tit.8. priuileg.*18. *n.6.*
7.8. vbi videtur tenere in hoc caſu non non eſſe lo-
cum detractioni Falcidiæ,vbi tam legataria,quàm hæ-
res ſortitur nomen piæ cauſæ , & æquale eſt priuile-
gium. Nam Surdus ſe fundat in deciſione Tiraquelli
*d. priuileg.*26. quem putat ſic decidere hanc quæſtio-
nem. Sed verè Surdus non vidit Tiraquellum , qui li-
cèt ponat rationes, & auctoritates vtriuſque partis,ta-
men ſtat pro hærede, & reſpondet argumentis pro le-
gataria factis,& concludit ſermonem cum Polito, qui
putat firmius,& validius eſſe priuilegium hæredis de-
ducendi falcidiam ex iure communi proueniens, quàm
legatariæ illam impediens.

Idem dicendum eſt de Mangil. *de imput. d.q.*118.
*n.*26.quia ſi benè conſideretur , videtur potiùs noſtram
tenuiſſe ſententiam,quam vltimo loco retulit , & licèt
videatur pro altera opinione allegare Tiraquell.*d.tract.*
*priuileg.*27. teſtantem de communi , & obſeruata opi-
35 nione,tamen non vidit Tiraquellum, quia *in d.priui-*
*leg.*27. non loquitur de hac noſtra quæſtione inter
duas cauſas pias vertente, ſed tantùm probat,quod ne-
que Trebellianica deducitur de fideicommiſſis ad pias
cauſas factis.

Hæc puto ſufficere ad tollendam omnem maculam,
& ideò concludendum eſſe cenſeo , quod data paritate
fauoris,& priuilegij pia cauſa hæres inſtituta poterit
deducere Falcidiam aduersùs aliam cauſam piam lega-
tariam;ſic enim ius non violatur vniuerſis beneficium
falcidiæ concedens,nec defunctus damnificatur , dum
vtroque modo facultates eius pietati deſeruiunt, & in
opera pia vtrimque erogantur,& hoc pro certo haben-
dum eſſe in falcidia cenſeo. Verùm ſi verſaremur in
Trebellianica,id certius crederem , quia verè lex ex-
preſsè prohibet,ne falcidia de legatis piis detrahatur ,
*d. Auth.ſimiliter, Cod.ad l.falcid.*ſed nulla lex id vetat in
Trebellianica,verbis expreſſis. Benè verum eſt , quod
DD. communiter *in d.l.Marcellus , ad Trebell.* quæ di-
cuntur de Falcidia , extendunt etiam ad Trebelliani- 36
cam fauore Eccleſiæ,& pietatis , ſed quando pia cauſa
vult aduersùs aliam deducere Trebellianicam,hinc in- 37
de verſatur idem fauor,& pietas,ideò debet ceſſare ex-
tenſio,vt *arg.leg.ſed & milites , de excuſat. tut.* voluit
Philipp.de Peruſ.*in c. ſi pater,de teſtam.in 6.* quem ſe-
quitur Socin.*in d.l.Marcellus , in princ.ad Trebell.* &
Rom. *in d.auth.ſimiliter, C.ad l. Falcid.* & ſic pulchrè
poſt eos docuit Ruin.*dict.conſil.89.num.7. ad fin.verſ.&*
*dato etiam,lib.*3.vbi benè firmat , quod non ſit extenſio 38
fauore piæ cauſæ contra aliam cauſam.

Verùm ſi in tanta DD. contrarietate,& opinionum
conflictu placeret opiniones ad aliquam concordiam
reducere , dicerem conſiderandum eſſe , quænam cauſa
ſit fauorabilior, & magis priuilegiata, vt ſuperiùs an- 39
nuimus;ſiquidem in concurſu priuilegiatorum præfer-
tur magis priuilegiatus,*leg.ſi ventri , §.in bonis,ff.de pri-*
*leg.cred.l.ſi hominem,§.quoties.ff.depoſit.* Sic dicendum
eſt in duabus cauſis piis,quarum vna ſit legataria, alte-
ra hæres,videndùm eſt,quæ ſit magis fauorabilis;nam
ſi verſaremur in legato pro anima,pro Miſſis celebran-
dis,pro captiuis redimendis,& pauperibus ſubuenien-
dis in neceſſitate, vtique ceſſaret falcidia, etiam Eccle-
ſia hærede inſtituta,quia hoc caſu, vt viſum eſt,fauora- 40
bilius eſt legatum,quam hæredis inſtitutio, & ſic tunc
ceſſabit falcidia , per textum *in d. l. ſi quis ad declinan-*
*dam,C.de Epiſc.& Cler.*& *in d.§.ſed & hoc præſenti , C.*
*de ſanctiſſ.Epiſc.*& videtur ſentire poſt Cyn.*in d. Auth.*
*quas actiones , quæſt.4. C.de ſacroſ.Eccl.* Alexand. *in d.l.*
*Marcellus, num.5. verſ.pro hoc facit,ff.ad Trebell.*vbi di-
cit quod ideò captiui præferuntur , quia erant magis
priuilegiati:ſic pulchrè in verbis docet Vrſill.*ad Afflict.*
*dict.deciſ.57.ſub n.4.*& ſimiliter Maſtrill.*dict. deciſ.*180.
*num.91.92.94.& ſeqq.* vbi etiam docet, quando cauſa 41
dicatur magis pia ; & tradit legatum de celebrandis
Miſſis pro animabus Purgatorij eſſe magis priuilegia-
tum,& hos ſequitur Fontanell. *dict.deciſ.*100. *num.*17.
& in his terminis intelliguntur , quæ ex aduerſo alle-
gantur,vbi verò par eſt fauor vtriuſque cauſæ,& æqua-
le priuilegium, tunc omninò licebit hæredi pro falci-
dia deducere ex legato ad pias cauſas facto. Peregrin.
*d.art.3.n.69.70.*Molin. *diſp.213.verſ.2.*cum aliis ſuprà
adductis.

In caſu igitur noſtro reſpectu legati Miſſarum cœ-
lebrandarum hæres nullam falcidiam detrahere po-
terit , quia magis fauorabile eſt ; reſpectu verò alio-
rum , quæ minùs fauorabiliora ſunt , vel æqualiter ,
etiamſi pia ſint, locus erit falcidiæ , ſecundùm ea quæ
proponuntur.

Et ita , &c.

## CAPVT CXL.

### Epitome.

Falcidia an poſſit deduci ex legato pio , quando inſtituta eſt hæres cauſa pariter pia.

### SVMMARIVM.

1 *Legatarij priuilegium non debet redundare in damnum hæredis.*





2 *Falcidiam hæres deducit ex legatis prophanis,etiam pro legatis piis.*
3 *Surdus declaratur.*
4 *Quartam integram ex aliis an poſſit hæres deducere, ſi prohibita eſt in aliquibus.*
5 *Falcidiam patiuntur legata prophana tantum pro ſua rata, & non pro legatis piis.*
6 *Falcidiam integram an habeat hæres,ſi vni facta ſunt legatum pium,& legatum non pium.*
7 *Pia legata quomodo falcidiam patiantur.*
8 *Legatum pium ad cuius damnum fugit falcidiam.*
9 *Legatarios ſatis eſt proprio falcidia onere grauari.*
10 *Miſſarum onus ſpectat ad hæredes.*
11 *Coniecturis non eſt opus in verbis claris.*
12 *Coniecturæ ſolum habent locum in caſu dubio.*
13 *Voluntas teſtatoris expreſſa,& clara,non admittit interpretationem.*
14 *Legatum quid ſit.*
15 *Onus Miſſarum cenſetur hæredibus iniunctum.*
16 *Legata ab hæredibus ſunt implenda,& perſoluenda.*
17 *Legata annua tot ſunt, quot ſunt anni.*
18 *Legatum annuum debetur etiam ab hæredibus ſubſtitutis.*
19 *Pia cauſa an poſſit falcidiare legata pia.*
20 *Legatum eſt diminutio hæreditatis.*
21 *Legatum nouum , cenſetur nouum onus hæredibus impoſitum.*
22 *Teſtator non poteſt vltra dodrantem relinquere.*
23 *Hæres reuocat legata vltra dodrantem facta.*
24 *Falcidiam non prohibet teſtator , qui onus iniungit hæredi.*
25 *Falcidiam poteſt teſtator prohibere expreſſè,& tacitè*
26 *Falcidia quomodo tacitè prohibita dicatur.*
27 *Falcidia in dubio non cenſetur prohibita.*
28 *Falcidiam non deducit cauſa pia,ſi legatum eſt magis pium.*
29 *Legatarius pro conſequendo legato habet executionem paratam.*
30 *Legatario an poſſit denegari executio legati occaſione falcidiæ.*
31 *Falcidia quomodo impediat præſtationem legati.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

PRoſequendo eandem materiam , in qua apparet ,
quod falcidia poteſt per hæredem deduci ex legatis
profanis,& etiam ex piis,quando cauſa pia legataria eſt
magis fauorabilis,vel priuilegiata ; quàm ſit cauſa pia
hæres inſtituta,reſtat videre,an in iſtis caſibus hæres
poſſit ſaltem integram falcidiam detrahere ex legatis
profanis,& defalcabilibus,vel ſolùm ad ratam,adeò vt
priuilegium cauſæ piæ legatariæ impedientis detractio-
nem cedat ad ſolum damnum hæredis, vel aliorum le-
gatariorum.

Et videtur reſoluendum ad fauorem hæredis , quia
1 in eius damnum non debent redundare priuilegia le-
gatariorum,per ea quæ tradit Bart.*in l.qui quadringen-*
*ta,in fin.ff.ad leg.Falcid.*& in terminis de legato ad pias
cauſas facto tradidit Surd.*de aliment.tit.8.priuil.18.n.10.*
2 multa allegans,& concludens id cedere damno legata-
riorum ad cauſas profanas,quia hæres falcidiam,quam
ex legato pio deducere non poteſt , ſuo marte detrahet
ſuper aliis legatis,& ſic ab eis conſequetur ſuam quar-
3 tam integram.Alij tamen putant id onerare vtroſque,
ſcilicet tam hæredem,quàm legatarios , vt per Cancer.
*variar.reſ.lib.primo,cap.2.n.12.verſ.veritas eſt.*

Verùm enim verò in hoc quoque DD. communiter
diſſentiunt à Surdo , qui ſoluendo hanc quæſtionem
non debebat eam ſic abſolutè decidere,ſed diſtinguen-
do meliùs dilucidare. Siquidem vera,& magis recepta
videtur illa DD.diſtinctio,quod ſcilicet in illis legatis,
quæ ſunt indefalcabilia ex voluntate teſtatoris tacita ,
vel expreſſa,velut ſi prohibuit ab aliquo legato deduci
falcidiam,vel illud mandauit ſine diminutione præſta- 4
ri,tunc verè id cedat in præiudicium aliorum legata-
riorum, non autem hæredum,& ſic hæres poterit in-
tegram quartam ab aliis legatis detrahere,vt per *l. pla-*
*nè,§.primo,*& *l.ex aſſe,ff.ad leg.Falcid.*tradit Bart. *in d.l.*
*qui quadringenta,in fin.ff.ad l.falcid.* vbi Caſtr.*n.3.* dicit
perpetuò notandum,quia prima facie quilibet contra-
rium diceret,prout etiam commendat Ruin. *conſil.246.*
*n.5.lib.3.*& Card.Mantic.*de coniect. vltim.volunt. lib.9.*
*tit.13.num.24.*Gratian.*diſcept.59.num.1.2.*Peregr. *de fi-*
*deicomm.art.4. num.31.* & in his terminis procedunt
adducta per Surd.*d.priuileg.18.n.10.*qui multa in hunc
ſenſum allegat,& concordat idem Peregrin. *deciſ.85.*
*num.5.*vbi vide.

At quando legata non defalcantur ex ſui priuilegio,
& natura,vt in relictis ad pias cauſas,tunc totum præ-
iudicium eſt hæredis,& ideò illud,quod ab illis detrahi
non poteſt ratione pietatis,non debet reflecti ad onus
aliorum legatariorum,& propterea legata non pia pa-
tientur,tantùm falcidiam pro eorum rata , non etiam 5
pro portione relictorum ad pias cauſas,& hæc eſt com-
munis diſtinctio,& doctrina, quam *ex l.ſi à ſeruo* , &
*leg.non eſt dubium,*& *leg.fin.ff.ad leg.Falcid.*tradunt DD.
*in d.l.qui quadringenta,*& *leg.ſi poſt miſſionem* , & *leg. ſi*
*miles,ff.eod.*docuit expreſsè gloſſ.*in dict. Auth.ſimiliter.*
*in verb.cauſas*,vbi Salyc. *num.5.Cod.ad leg. Falcid.* Ca-
ſtrenſ.*in dict.leg.qui quadriginta,n.3.*vbi Alexand.*n.6.ff.*
*eod.*Specul. *de teſtament. §. in primis, num.29.*vbi dicit,
quod cætera legata non pia non onerantur pro piis.
Rot.*deciſ.12.num.2.verſic.quid dicendum* , & *num.3. &*
*ſeqq. de teſtam. in antiquis*, vbi hanc diſtinctionem ſic
approbat , & dictum Gloſſæ *in dict. Authent.ſimiliter* ,
communiter eſſe receptum teſtatur:ſic etiam Gabr.*con-*
*cluſ. lib.4. tit. ad Trebell. concluſ. vndecima , numero*
*decimo.* Lancellot. Polit. *in rep.leg. filium quem, n.113.*
*Cod.fam.erciſcund.* Peregr. *de fideicommiſſ.artic.3. n.67.*
& meliùs *art.4.num.31.*vbi pulchrè loquitur,& multos
allegat,& Mangil.*de imputat.& detract. quæſt.121. n.7.*
*q.122.num.5.*& *quæſt.123.num.21.* ait pulchrè dictum.
Gratian. *diſcept.59. num. 7.* vbi benè ſic diſtinguit
ex communi DD. ſententia , prout etiam tradit
Matth. *de ſucceſſ.legal.p.4. quæſt.28. art.2. num.24.25.*
vbi perbellè loquitur,& optimè etiam Peregr.*deciſ.85.*
*num.3.*

Et ſi qua in hoc puncto eſt contradictio , illa non
habet locum , quando legata pia ſunt facta vni perſo-
næ,& non pia alteri,& ſic diuerſis perſonis;ſed tantùm
procedit quando vni , & eidem perſonæ factum eſt le- 6
gatum pium,& aliud non pium;quia tunc hæres inte-
gram falcidiam deducit de legato non pio , etiam pro
parte legati in cauſam piam facti,vt *ex d. l. planè* , & *l.*
*ſeq.§.1.ff.ad l.Falcid.*ſic docuit Rot. *d.deciſ.12.n.5.de te-*
*ſtament.in antiquis*,Peregr. *de fideicom. d. art.3.n.67.* &
*d.deciſ.85.ſub num.4.*& Matth.*d.art.2.num.25.* Mangil.
*d.quæſt.121.n.6.*Monet.*d.cap.9.n.336.*

Concludendum eſt igitur,quod quando legata pia,
& non pia ſunt facta diuerſis perſonis , vt hic , ceſſat
falcidia etiam reſpectu cauſæ piæ ad ſolum damnum
hæredis , non in præiudicium aliorum legatariorum. 7
Pereg. *dict. deciſ.85.ſub numero 3.* ſiquidem incertum
eſt, an teſtator voluerit grauare hæredem,vel alios le-
gatarios pro rata etiam legati pij, & in hac ambiguita-
te dicendum eſt cætera legata non eſſe oneranda ; tum 8
quia fauorabilius eſt , vt falcidia minuatur, *l.ſi pupil-*
*lus, in princ.* vbi Bart.*ff. ad l. Falcid.* & probat Ruin.
*conſ.159.num.2. lib.3.* Mantic. *de coniect. vltim.volunt.*
*lib.9. tit. vlt. numer.* 25. tum quia ſatis eſt legatario 9
ſuo onere proprio grauari,ad textum *in l.diuus, ff.de off.*
*præſ.*gl.*fin.in dict. Auth.ſimiliter.C.ad leg.falcid.*& Man-
gil.*d.q.121.num.5.*& in hoc ſenſu , & hoc modo venit
intelligendus Cancer. *d.c.2.num.12.*qui adhæret com-

muni ſententiæ, alioquin communis ſententia ſtaret
contra eum.

Circa verò aliud punctum de onere Miſſarum in-
iuncto hæredibus, non videtur dubitandum, quin
10 pertineat ad ipſos hæredes, quia teſtator expreſsè dixit
ſe eos inſtituere cum tali onere, ideò cùm verbis cla-
ris id dixerit, ad eos omninò ſpectare debet, ſi volunt
eſſe hæredes: gloſſa & DD. in d.l. Marcellus ff. ad Trebell.
Crau. conſ. 16. n. 1. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 2.
ſub num. 7. verſ. ſed tamen differentia; hæc enim verba
ſonant in legatum, vt benè ſupponit Grilinz. conſ. 66.
num. 1.

Vnde cùm verba teſtatoris ſint clara, non recipiunt
11 interpretationem, nec coniecturis indigent, leg. conti-
nuus, §. cum ita, de verbor. obligat. Eugen. conſil. 79. n. 38.
Rim. Iun. conſil. 371. n. 179. & ſeqq. imò ceſſant omnes
coniecturæ, quia illæ habent locum ſolùm in caſu du-
12 bio, ad textum in leg. ille, aut ille, §. cùm in verbis ff. de
leg. 3. Vin. deciſ. 283. n. 1. vbi latè, & propterea, vbi de ex-
preſſa teſtatoris voluntate apparet, nullatenus inter-
13 pretatio contraria admittitur. Pariſ. conſ. 71. col. 2. lib. 1.
Paſer. conſ. 63. n. 1. & ſeqq.

Imò etiamſi onus prædictum non fuiſſet hæredi in-
iunctum, velut ſi teſtator fuiſſet imperſonaliter locu-
14 tus, adhuc idem dicendum, quia legatum eſt donatio
quædam ab hærede præſtanda, §. legatum, Inſtit. de legat.
& ideò etiamſi non fuiſſet dictum, tamen illud onus
15 Miſſarum ad grauamen hæredis cenſeretur appoſitum,
per textum in l. ſi ſeruus, §. qui Margaritam ff. de leg. 1.
Lancell. Gall. in l. 2. §. & harum, n. 14. ff. de verb. oblig.
Fuſar. de ſubſt. q. 521. n. 1. vbi alios adducit. Mantic. d.
lib. 8. tit. 2. num. 1. 2.

Et caſu quo hæc onera eſſent adimplenda tanquam
legata, vt credo, adhuc impleri debent ex bonis ad ip-
ſos hæredes pertinentibus, quia verſamur in legato
ſpecialiter, & nominatim ab ipſis hæredibus relicto,
quo ſtante ſequitur, vt implementum dicti legati ad
16 ſolos hæredes pertineat, quia certum eſt legata nomi-
natim ab hærede relicta ab eo tantùm eſſe perſoluen-
da, & de eius portione, vt probat Peregr. de fideicom.
art. 4. num. 12. quem ſequitur Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 521.
Rot. d. deciſ. 12. num. 3. Mantic. d. lib. 8. tit. 2. num. 7.
verſ. ſed tamen. Vnde non poteſt hæres huiuſmodi
onus recuſare, ſi vult hæreditatis beneficio gaudere, l.
vnum ex familia, §. in rem, ff. de leg. 2. l. Lucius, §. maritus,
ff. ad Trebell. Crauet. conſ. 174. per totum. Gabr. conſ. 85.
n. 7. lib. 1. Surd. deciſ. 93. n. 8. 10. & dec. 193. n. 10. Gratian.
diſcept. 878. n. 13.

Et hæc quidem vera eſſe cenſeo, & omni carere dif-
ficultate, ſed cùm ſit onus perpetuum, & annuum, adeò
17 vt tot ſint legata, quot ſunt anni, l. in annos, ff. de ann.
leg. tranſit etiam ad ſucceſſores, & ſubſtitutos, & maxi-
mè cùm ſit legatum pium, quod licèt ſit ab hærede no-
minatim relictum, & ei à teſtatore iniunctum, tamen
18 ab aliis etiam ſubſtitutis, vel ſucceſſoribus ſit præſtan-
dum, ad textum in l. 4. §. Lucius ff. de alim. leg. Roman. in
d. Auth. ſimiliter, n. 62. C. ad l. falcid. & Ruin. conſ. 116.
n. 3. 4. lib. 3. Mantic. d. lib. 8. tit. 2. n. 16. 17. vbi alios alle-
gat, non tamen ſequitur, quod alij legatarij ad id de-
beant concurrere, vel damnum ſentire.

Verùm conſiderandum eſt, an inde ſequatur, quod
hæres nequeat ſuam inde deducere quartam, attenta il-
19 la communi opinione DD. quod cauſa pia hæres inſti-
tuta poſſit falcidiare etiam legata pia. Peregr. de fidei-
commiſſ. d. art. 3. n. 69. 70. verſic. à communi. Et vt hoc me-
liùs videamus, credo eſſe præmonendum nullum eſſe
dubium, quin hæc onera Miſſarum fuerint hæredi in-
iuncta tanquam legatum, cùm impenſa grauis requira-
tur in earum celebratione, & propterea diminuitur hæ-
reditas, quæ ad hæredes pertinebat; legatum enim eſt
20 delibatio hæreditatis, qua teſtator ex eo, quod vniuer-
ſum foret hæredis, alicui quid collatum velit, l. legatum
eſt 119. ff. de legat. 1. Nam cùm vltra legata profana te-
ſtator hæredibus iniunxerit hoc onus Miſſarum, no- 21
uum legatum feciſſe videtur, vt inquit Marth. de ſucceſſ.
legal. p. 4. q. 28. art. 3. ſub n. 13. & ideò cùm debeat ab hæ-
redibus præſtari, nomen legati meretur, l. legatum, ff. de
legat. 2. §. legatum, vbi Aret. & DD. Inſt. eod.

Sed non ideò ſequitur, quin hæres non poſſit ſuam
deducere falcidiam, quia non eſt permiſſum teſtatori 22
vltra dodrantem ſuorum bonorum relinquere, l. 1. vbi
DD ff. ad l. falcid. adeò vt ſi excedant, hæres ea reuocet
ex vi ſuæ inſtitutionis. Rot. apud Farin. deciſ. 438. n. 2. 23
p. 2. recent. Vnde etiamſi legatum ſit expreſsè hæredi in-
iunctum, non tamen teſtator cenſetur falcidiam prohi- 24
buiſſe, teſte Pereg. de fideicomm. d. art. 4. n. 12. Rot. d. deciſ.
438. n. 4. & Marth. d. q. 28. art. 3. n. 13.

Nam licèt teſtator poſſit non ſolùm expreſsè falci-
diam prohibere, § ſi verò expreſſim, in Auth. de hæred. &
falcid. & in Auth. ſed cùm teſtator, C. ad l. falcid. ſed etiam 25
tacitè, & verbis generalibus, Menoch. lib. 4. præſump.
198. n. 10. vbi plures allegat, tamen vt falcidia ſic dica-
tur prohibita, neceſſe eſt, vt verba teſtatoris id neceſſa-
riò importent, & alio modo ſaluari non poſſint, vt per
Caſtr. in d. Auth. ſed cùm teſtator, n. 2. & conſ. 28. num. 2.
lib. 2. Menoch. conſil. 374. n. 35. Cyriac. controu. 326. n. 29.
Farin. d. deciſ. 438. n. 1. p. 2. Marth. d. q. 28. art. 3. n. 19. ſed
hoc onus ita hæredi impoſitum non infert neceſſariò 26
prohibitionem falcidiæ, vt per Rot. d. deciſ. 438. n. 4. &
Marth. d. art. 3. num. 12. 13. Ergo remanet diſpoſitio in
prioribus iuris terminis, vt non cenſeatur in dubio
prohibita falcidia, vt per Marth. d. art. 3. n. 20. vbi vide, 27
& dicit idem Mangil. de imput. & detract. q. 113. n. 21. vbi
alios allegat.

Vnde crederem poſſe hæredem deducere falcidiam,
ſi eius cauſa eſſet impia, ſicut legata; verùm quia le-
gatum Miſſarum pro mortuis eſt longè magis pium, & 28
fauorabilius, ideò cenſeo non eſſe locum falcidiæ, per
ea quæ tradit Vrſill. ad Afflict. deciſ. 56. n. 4. & meliùs
Maſtrill. deciſ. 180. n. 91. 92. 93. & ſeqq. & vt latiùs in
præcedenti diximus.

An autem hæres poſſit impedire executionem lega-
torum ob prætenſionem falcidiæ, vbi illa peti poteſt,
ſciendum eſt, quod licèt legatarius contra hæredem
pro legato conſequendo habeat executionem paratam, 29
Alexand. in l. fin. n. 3. C. de edict. D. Adrian. toll. Ioſeph.
deciſ. Peruſ. 23. per totam, & ſi præſtet fideiuſſorem de
reſtituendo hæredi, ſi quid plus, quàm per legem falci-
diam ſibi debeatur, conſequeretur, non poteſt illi dene- 30
gari executio, l. aduerſus, C. de vſufr. legat. l. quantitate, §.
magna, ad l. falcid. tamen ſi hæres incontinenti de iure
ſuo docere paratus ſit, tunc in executione erit ſuper- 31
ſedendum, gloſ. in leg. 1. in princip. verb. ſemper, ff.
de ort. legat. vel fideicommiſſ. nom. per l. ſi is à quo, ff.
vt in poſſeſſ. leg. pulchrè hæc tradit Burſat. con-
ſil. 298. numero vndecimo, lib. 3. Debet igitur calcula-
ri valor hæreditatis, & iuxta calculum faciendæ ſunt
detractiones pro rata legatorum, quæ ſunt defalcabi-
lia. Et ita, &c.

---

## CAPVT CXLI.

### Epitome.

Spoliato competit remedium reintegrandæ, nec ei poteſt refricari quæſtio dominij.

### SVMMARIVM.

1 Reintegrandæ poſſeſſionis remedium ex forma agendi cognoſcitur.

2 Rein



2 Reintegrandæ remedium pinguiùs prouidet cæteris poſſeſſoriis.
3 Reintegrandæ remedio vtens quid probare debeat.
4 Reintegrari ante omnia debet ad poſſeſſionem, qui ea fuit eiectus.
5 Violentiam probare non eſt neceſſe in remedio reintegrandæ.
6 Poſſeſſione antiquiore probata, ſatis probata dicitur violentia noui poſſeſſoris.
7 Poſſeſſio iunior cenſetur clandeſtina, & vitioſa.
8 Dominij quæſtio non poteſt opponi agenti poſſeſſorio reintegrandæ.
9 Spolians non debet audiri in petitorio, antequam ſpoliatus reſtituatur.
10 Spoliatus ſine violentia quomodo reſtituatur.
11 Spolians an poſſit vnquam excipere de dominio.
12 Spoliator non poteſt opponere ſpoliato, quod non ſit dominus.
13 Spoliatus ſi permiſit tractari cauſam petitorij, non eſt reſtituendus ante omnia.
14 Scientia ſcripturæ productæ non inducitur ex præſentia productionis.
15 Renunciatio virium ſuorum facilè non inducitur.
16 Appellare debet ſpoliatus, ſi Iudex procedat ſuper petitorio.
17 Spoliatus quando ſibi præiudicet, ſi Iudex procedat ad vlteriora in petitorio.
18 Dominij negotium non poteſt tractari in remedio reintegrandæ.
19 Spoliati proteſtatio, ne procedatur in petitorio, an ſufficiat.
20 Spoliato an poſſit opponi, quod non potuerit poſſidere.
21 Feudalia bona poteſt poſſidere mulier, donec declarentur eſſe talia.
22 Spolians poteſt excipere de dominio antiquo, & quādo.
23 Dominij quæſtio poteſt ſpoliato opponi duobus concurrentibus.
24 Spolians poteſt opponere de meritis, ſi notoriè conſtet de iure ſuo.
25 Spoliatum non habere ius quomodo notoriè conſtare dicatur.
26 Notorium iuris ſufficit ſpoliatori vt audiri poſſit.
27 Dominij ius vt poſſit opponi in poſſeſſorio, debet eſſe indubitatum.
28 Pertinentiarum nomine non veniunt prædia.
29 Pertinentiarum nomine non veniunt molendina in territorio feudi exiſtentia.
30 Caſtro infeudato non veniunt bona particularia.
31 Feudalia non præſumuntur prædia.
32 Allodialia præſumuntur eſſe omnia bona, niſi contrarium probetur.
33 Prædia quomodo probetur venire ſub nomine pertinentiarum feudi.
34 Feudalia an præſumantur bona caſtro infeudato proxima.
35 Confeſſio extraiudicialis abſente parte ſemiplenè probat.
36 Teſti ſubdito, & pauperi diminuitur de fide.
37 Feudalia præſumuntur bona in æſtimo deſcripta, & quomodo.
38 Æſtimo non aſcribuntur bona exempta.
39 Molendinum præſumitur feudale, & quando.
40 Molendinum non eſt de regalibus.
41 Prædia cenſentur libera, niſi aliud probetur.
42 Prædia ruſticalia ſui naturâ cenſentur libera.

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa reintegrandæ poſſeſſionis, quam aduersùs
Illuſtriſſimum Com. Ioannem Baptiſtam Canoſſeum
promouerunt Illuſtriſſimæ D. Gratia, & eius filiæ de
Canoſſeis, requiſitus pro veritate ſentio actrices melio-
ra fouere iura, & eſſe omninò reintegrandas ad poſſeſ-
ſionem, in qua continuauerunt poſt mortem D. Com.
Alfonſi earum mariti, & patris reſpectiuè, dato illis re-
greſſu ad terras, quæ inter partes controuertuntur. Si-
quidem ex forma agendi, in qua petunt reintegrari ad
poſſeſſionem bonorum, de quibus in liſta, apparet eas 1
intentaſſe remedium capitis reintegranda 3. quæſt. 1. Ale-
xand. conſil. 33. ſub n. 1. lib. 6. & hoc veriſimilius eſt, quia
tale remedium poſſeſſorium cæteris pinguiùs prouidet. 2
Surd. conſil. vigeſimooctauo, n. 26. ex quo ſufficit agentem
ex hoc remedio ſolùm probare ſuam poſſeſſionem an-
tiquiorem, & nouam rei conuenti, etiamſi non conſtet 3
de vi, vel de ſpoliatione, vt per Surd. d. conſil. 28. n. 24.
Menoch. de recuper. poſſ. remed. 15. n. 383. verſ. quare com-
munis. Maſcard. de probat. concl. 1328. num. 1. 2. Ceph.
conſ. 289. n. 17. Cyriac. contr. for. 243. n. 6.

Et in hoc video ex proceſſu actrices præualuiſſe,
quia ſatis conſtat, eas poſſediſſe poſt mortem dicti
Com. alfonſi, & poſt certum ſpatium temporis à poſ-
ſeſſione cecidiſſe, quia dictus Com. Ioannes Baptiſta in-
greſſus eſt ſuo marte tenutam dictarum terrarum; ideò 4
ante omnia dictæ actrices ſunt reſtituendæ ad earum
poſſeſſionem, d. cap. reintegranda, & cap. in litteris, de re-
ſtit. ſpol. leg. ſi quis ad ſe fundum, Cod. ad l. Iul. de vi publ.
Surd. dict. conſ. 28. n. 29. & in hoc remedio licet non ſit 5
neceſſarium probare violnetiam. Alex. d. conſil. 33. n. 1.
lib. 6. tamen ſatis probata dicitur eo ipſo, quod eſt pro-
bata ab agente antiquior poſſeſſio. Cephal. dict. conſil. 6
289. num. 18. Maſcard. de approbat. concl. 328. n. 9. Surd.
d. conſ. 28. n. 25. quia hoc ipſo poſſeſſio iunior cenſetur 7
vitioſa, & clandeſtina. Surd. dict. conſil. 28. n. 65.

Nec potuit reus conuentus refricare actricibus quæ-
ſtionem dominij, & proprietatis docendo de non iure
earum, & de dominio ipſius, quia nequit cumulare pe-
titorum; non enim in hoc remedio poſſeſſorio recupe-
randæ, & reintegrandæ poſſeſſionis licèt reo opponere
exceptionem dominij contradicente actore, vt per 8
Bart. in l. ſi coloni, C. de agric. & cenſ. lib. 11. & Io. Andr.
in c. poſt electionem, de conceſſ. præbend. Anton. de Butr.
in dict. c. ſæpè, de reſtit. ſpol. pulchrè Alexand. d. conſ. 33.
num. 1. verſ. & adeò, lib. 6. Gabr. de reſtit. ſpoliat. concl. 5.
n. 102. Tuſch. pract. concl. lit. S, concl. 396. num. 44. 45. 50.
Maſcard. de probat. concl. 687. n. 19. latè Surd. d. conſil. 28.
ſub num. 58. vbi teſtatur de magis communi. Cyriac.
controu. 389. n. 12. 13. 14. vbi quod reus non poteſt audi-
ri ſuper petitorio, antequam ſpoliatus fuerit omninò
reſtitutus vſque ad minimum obolum. Farinac. dec. 409. 9
n. 5. part. 1. recent. vbi multos allegat. Giouagn. conſil. 5.
n. 6. 20. lib. 1. vbi latè hoc firmat.

Et quamuis Bart. in l. ſi de vi, in fin. verſ. in eo verò, de
iudic. dicat hæc procedere in violento ſpoliatore, vt
non audiatur dominium allegans, ſecus autem eſſe
quando poſſeſſio ſine violentia, & vitio peruenit ad il- 10
lius manus, quod verificari videtur in caſu noſtro, ta-
men hæc diſtinctio non eſt vera, & communiter dam-
natur, quia Doctores meliùs docent, ſiue violentus ſit
ſpoliator, ſiue non, tamen non poſſe dominij exceptio-
nem opponere, antequam rem reſtituat integraliter, vt 11
per Socin. in l. rem quæ nobis, quæſt. 9. ſub n. 19. ff. de ac-
quir. poſſeſſ. vbi de communi teſtatur, Bero. in c. 1. n. 31. de
reſtit. ſpol. Boſſ. in prax. de plur. val. n. 35. vbi de commu-
ni, & docuit Menoch. de recuper. poſſ. rem. 1. n. 243. in fin.
vbi de communi contra Bartolum. Alexand. d. conſil. 33.
num. 1. lib. 6. & conſ. 94. verſ. & dato, & conſ. 92. n. 28.
lib. 5. & conſ. 78. in princ. lib. 3. vbi de communi, pulchrè 12
Tuſch. d. lit. S, concl. 396. n. 45. 51. vbi in terminis loqui-
tur latiſſimè. Giouagn. d. conſ. 5. ſub n. 4. 7. 10. 19. 20. 21.
lib. 1. vbi cæteros cumulat, & multò minùs licebit alle-
gare non ius ſpoliati, & quod non ſit dominus, quia
ſpoliator non poteſt hoc opponere. Menoch. de re-
cuper. poſſ. rem. 15. n. 471. 472.

Benè verum eſt, quod hoc non procedit, quando ſpo-

liatus permanſit cauſam tractari ſuper dominio,& pro-
prietate,& paſſus eſt ſuper petitorio cognoſci ſiue ex-
preſsè,ſiue tacitè, quia parte non opponente poteſt
13 procedi in petitorio, omiſſo poſſeſſorio: ad textum *in
cap.1.*vbi Abb.*in not.*& Bero.*n.20. de reſtitut.ſpol.* Bart.
*in l.ſi quis ad fundum,n.2.verſ.intellige, Cod.ad l. Iul. de
vi publ.* Rip.*in l.naturaliter,n.72.ff.de acquir.poſſeſ.* Me-
noch.*de recuper.rem.1.n.*161. 162. 163. Gabr. *de reſtit.
ſpol.concl.1.n.53.verſic.primò amplia.*Honded.*conſil.*24.
*n.*34.*lib.*2.Dec.*conſ.*84.*n.*2.Maſcar.*de probat. concl.*1332.
*n.*7.vbi quod ſufficit etiam tacitus conſenſus. Farin.
*d.ciſ.741.n.7.p.2.recent.*

Sed id in caſu noſtro non poteſt verificari,quia licèt
reus produxerit verè multa inſtrumenta, & iura, quæ
petitorium reſpiciunt, tamen actrices contradixerunt,
poſtquam de illis habuerunt aliquam notitiam, vt in
proceſſu,*fol.*79. & proteſtatæ ſunt de illis nullam ha-
bendam eſſe rationem, & quamuis procurator earum
14 fuerit præſens productioni,& nihil dixerit, non tamen
probatur ex hoc ſcientia contentorum in iuribus pro-
ductis,cùm multæ eſſent ſcripturæ, & multa negotia
continerent,de quibus in momento non poteſt ſcien-
tia haberi,& ideò potuit opponere,& contradicere,do-
nec talium iurium copiam habuerit,vt poſt Bart.*in l.ſi
duo,§.idem Iulianus,colum.fin.verſ.ſed ſi aliquid,ff.de in-
reiur.*dixit in terminis Ceph.*conſil.*289.*n.*35. nec enim
15 tam facilè inducitur præſumptio,quod quis renuntia-
uerit iuribus ſuis, *l.cùm de indebito, §.primo,verſ. qui
enim,de probat.c.ſuper hoc,*& *c.ſanè,de renunt.*Vnde hæc
expreſſa contradictio ſufficit,ne poſſit de dominio co-
gnoſci.Dec.*d.conſil.*84.*n.*2.*verſ.vnde iſta.*

Nec video in proceſſu Iudicem admiſiſſe talia iura,
vel ea probaſſe etiam tacitè,vt ſuper petitorio ad vlte-
16 riora proceſſerit adeò, vt neceſſe fuerit actricibus ap-
pellare,vt tradit Menoch.*de recuper.d.rem.1.num.*167.
Maſcard.*d.concl.*1332. *num.*13. Quia imò Iudex fuit
multùm circumſpectus in admittendo aliquid petito-
rium concernens, nec quidquam ſuper hoc decreuit
reo fauorabile. Nam dum reus produxit articulos ſu-
per dominio volens probare bona controuerſa eſſe
feudalia Montis Veteris, & ideò ad ſe pertinere finita
linea maſculina dicti Com. Alfonſi, quia actrices re-
clamauerunt non eſſe admittendos,& ſuper hoc Iudex
decreuit ſaluis exceptis, & excipiendis examinari te-
ſtes, ita tamen, vt nulla eis fides adhibeatur abſque
nouo decreto, in quo declarabitur, an illis fides
adhibenda ſit; & propterea cum poſtea nunquam de-
claratum fuerit à Iudice fidē teſtibus adhibendam, re-
manent vacui, & fide inanes, & ideò non fuit neceſſe
17 actricibus appellare,quia Iudex nihil eis præiudicauit,
non enim præiudicat, niſi quando non obſtante excce-
ptione non eſſet procedendum in petitorio, tamen Iu-
dex cauſa cognita ad vlteriora procedit.Menoch.*de re-
cuper.d.rem.1.ſub n.*168.

Et ita cùm non appareat, quod actrices vnquam
conſenſerint,quod procedatur ſuper petitorio,imò cō-
tradixerint,certum eſſe videtur, quod de dominio rei
conuenti non eſt quærendum in hoc iudicio, per ea,
quæ tradit pulchrè Dec. *d. conſil.*84.*ſub num.*2. Ceph.
*d.conſ.*289.*n.*34.*verſ.ſecus quando.*Maſcard.*de prob.dict.
18 concl.*1332.*n.*20.vbi alios allegat,& dicit,quod quando
ſpoliatus contradixit, & replicauit contra exceptio-
nem dominij, licèt ſuper dominio factæ ſint proba-
tiones,adhuc ante omnia reſtituendus eſt, & propte-
rea cùm Iudex in hoc caſu non fuerit expreſsè, vel ta-
citè interlocutus procedendum eſſe ſuper petitorio,
ſufficit illa prima proteſtatio, & contradictio ſpoliati.
19 Menoch.*d.rem.1.n.*171.

Et quamuis in poſſeſſorio iudicio poſſit opponi ſpo-
20 liato,quod non poſſit,nec potuerit poſſidere, Menoch.
*d.rem.15 n.*433.tamen id procedit quando notorium eſt
in iure,& in facto ſpoliatum non potuiſſe poſſidere,
veluti ſi Monachus, vel Sacerdos peteret ſibi reſtitui
vxorem,qua fuit ſpoliatus,quia certò conſtat eum non
poſſe vxorem habere,ideò non eſt reintegrandus,vt in
his terminis loquitur Menochius,ſecus eſt in caſu no-
ſtro,vbi actrices poſſunt poſſidere bona feudalia pro
maſculis,donec declarentur eſſe talia,ad textum *in c.1.* 21
*§.defuncto,ſi de feud.fuer.contr. inter domin.& agn.*gl. *in
cap.1.de controu.inter maſc.& fœm. de benef.*& agnatus
volens auocare bona feudalia ab hæredibus vaſſalli de-
functi,id per iudicium petitorium facere debet.Roſent.
*de feud.c.12.concl.15.n.*78.

Multi etiam dicunt in hoc remedio *Reintegrandæ*,
ſpoliatorem poſſe opponere exceptionem dominij an-
tiqui,quod habebat, antequam poſſeſſionem occupa-
ret,& ſic cum poſſeſſione cui inſiſtit, poſſe dominij 22
cauſam allegare,& in continenti probare, vt per Me-
noch.*d.rem.15.n.*479.

Sed hoc non poteſt aptari caſui noſtro,quia proce-
dit duobus tantum concurrentibus, & primò requiri-
tur, quod poſſeſſio peruenerit, ſine vitio ad manus
rei conuenti, vt inquit Dec.*conſil.*191.*num.*10.*verſ.& 23
hoc,*ſentitque Menoch.*d.rem.15.ſub d. num.*479. quod
hîc verificari non poteſt, vbi clandeſtina præſumitur
rei poſſeſſio, vt vidimus. Deinde oportet,quod de do-
minio rei conuenti, & de non iure agentis clarè, &
euidenter appareat, adeò vt ex actis conſtet notoriè de
bono iure poſſeſſoris conuenti ita indubitanter, vt
contrarium per aduerſarium probari non poſſit, vt
ſentire videtur etiam Honded. *d.conſ.*24. *num.*68. *lib.*2.
vbi dicit oportere, quod ex probationibus factis clarè 24
conſtet de bono iure poſſeſſoris, & cenſuit Rota *di-
uerſ.deciſ.*201. *num.*4.*par.*2. vbi dicit, quod in iſtis ca-
ſibus non dicitur conſtare de iure vnius, & de non iu- 25
re alterius in petitorio,niſi adſit res iudicata, vel con-
feſſio partis: & Maſcard. *de prob. concl.*1333. *num.*1.2.
16. & per totam requirit notoriè conſtare de iure ſpo-
liatoris, & de non iure ſpoliati: idem tenet Gabr. *de
reſtit.ſpol. concl.1. num.*110. & hoc eſt etiam de men-
te Menoch.*d.rem.1.num.*216.222.224.225.227.232.vbi
ſemper requirit notorium ius rei conuenti, vt audiri
poſſit,& actori valeat denegari reſtitutio rei, & *ſub* 26
*n.*221.inquit, quod ſi res deſinat eſſe clara, ceſſat rei
fundamentum, & concordat Seraph.*deciſ.575.n.7.*di-
cens de non iure actoris non conſtare,niſi per rem iu-
dicatam,vel confeſſionem partis; & hoc idem docuit
Syriac.*controu.*[illegible]*or.*389.*n.15.part.2.* & iterum cenſuit
Rota apud Farinac.*deciſ.409.n.5.in fin.p.1.recent.*vbi di-
xit, quod ad hoc,vt ius dominij poſſit in poſſeſſorio 27
opponi, oportere illud eſſe indubitatum vel per con-
feſſionem partis,vel per rem iudicatam:idem Farin. *de-
ciſ.741.n.4.in fin.*& *n.5.part.2.* adeò, vt neceſſe ſit non
ius ſpoliati ita eſſe notorium,vt contrarium in petito-
rio per agentem ſpolio probari non poſſit, vt poſt Ga-
briel.*conſ.51.num.17. lib.1.*dixit Farin. *deciſ.9. n.5.p.2.
recent.*& *deciſ.poſth.116.ſub n.3.p.1.*

Hic autem reus conuentus non verſatur in caſu tam
claro,& certo, vt de eius dominio dicatur liquidò, &
indubitatè conſtare. Nam ſi inſpicimus tenorem inue-
ſtituræ, per quam prætendit terras, & bona contro-
uerſa eſſe feudalia pro maſculis; ſiquidem vaſſallus
fuit inueſtitus Caſtro Montis Veteris cum villis,
territoriis, & pertinentiis, quæ principaliter obe-
diunt ipſi oppido,vt in proceſſu,*fol.*65.Nam hæc verba
ſonant in iuriſdictionem adeò, vt tantum iuriſdictio-
nalia videantur infeudata,prædia verò exiſtentia in di- 28
cto territorio ſint quidem ſub iuriſdictione domini
Caſtri,non autem in dominio,& certum eſt,quod præ-
dia non veniunt appellatione pertinentiarum:ſic pro-
bant Imol.*in l.3.ad fin.princ.ff.de acquir.poſſ.*Crau.*conſ.*
234.*num.2.in fin.*Curt. Iun. *conſ.*158. *num.*26.27.28.29.
30.vbi dicit etiam, quod nec molendina comprehen-
duntur.Gabriel.*de præſ.concl.9.n.1.* Menoch.*lib.3.præſ.* 29
100.



100.*num.*1.pulchrè Alex.*conſ.55. n.19. lib.4.* vbi con-
ſuluit, ſi Caſtrum cum territorio fuerit in feudum
conceſſum,bona particularia,vel redditus annuos,quos
in Caſtro vaſſallus habuit,feudales non præſumi, niſi
dominus feudi hoc liquidò probet: ſic etiam proban-
dum eſſe dixit Schrad. *de feud.cap.12.concl.15. num.*24.
26.32.vbi docet idem eſſe,quando controuerſia eſt in-
31 ter hæredes vaſſalli defuncti,& dominum,quia adhuc
prædia non cenſentur feudalia,& *n.*40.41.42.46. vbi
pulchrè hoc docet,& dicit fortiſſimam eſſe præſum-
ptionem,quæ pro libertate facit.

Et non eſt mirum,quia res omnes præſumuntur al-
32 lodiales,niſi dilucidè probentur eſſe feudales;nam feu-
dum eſt quædam ſeruitus,gl.*in l.ſi cuius, in princ. ff. de
vſufr.*Menoch.*conſ.191.n.81.* & ideò quælibet bona in
dubio præſumuntur allodialia,& libera,*c.1.§.2.*vbi DD.
*ſi de feud.defunct. contr.* Alex.*conſ.129.n.2.*& *conſ.136.
n.2.lib.1.*Maſcard.*de prob.concl.766.num.1.2.* Schrader.
*d.c.4. num.54.*

Coniecturæ autem,& præſumptiones,quæ adducun-
tur ad probandum prædium prædictum eſſe feudale,
non conſtituunt ſufficientem probationem, & ita no-
toriam,vt indubitanter poſſit dici tale eſſe, & nequeat
in petitorio contrarium probari,imò leues admodum,
& debiles eſſe videntur,adeò vt non eſſent ſufficientes
33 etiam in ſolo petitorio,in quo ſtat præſumptio pro li-
bertate rei:& prædia contineri ſub verbo pertinentiarū
de quo in inueſtitura plenè,& veris præſumptionibus,
& probationibus concludentibus probandum eſt. Me-
noch.*d.conſ.191.n.81.verſ.2.*Roſent.*d.c.12.cōcl.15.n.78.*

Namque illa coniectura,quod prædium prædictum
ſit Caſtro contiguum,& aliis bonis feudalibus conne-
34 xum,non probat feudalitatem,quia non eſt probatum
extare alia bona feudalia,quàm iuriſdictionalia,& ideò
hæc præſumptio non procedit quoad res diuerſæ na-
turæ,vt ſunt prædia, & ſolùm habet locum reſpectu
vnius integralis,vt benè docet Roſent.*d.c.12.concl.15.
ſub num.*46.47.vbi multos allegat,& ad rem facit Maſ-
card.*de probat.concl.217.n.15.*vbi alios allegat, & teſta-
tur de magis communi.

Non obſtat confeſſio dicti D. Com. Alfonſi, quod
bona prædicta eſſent feudalia, quia talis confeſſio ex-
35 traiudicialis ſi plenè eſſet probata,ſolùm faceret ſemi-
plenam probationem, ſtante quod abſente parte ema-
nauit,vt per Maſcard.*de prob.concl.347.n.24.29.*Verùm
hic non ſatis probatur dicta confeſſio, quia vltra quod
teſtes ſunt ſingulares,adhuc primus teſtis patitur mul-
tos defectus;etenim primò ſubditus eſt ipſius rei con-
36 uenti,qui illum induxit,& ſic diminuitur ei de fide.Fa-
rin.*de teſt.q.55.n.212.*deinde eſt valdè pauper,cùm nihil
habeat in bonis, & ſic iterum non eſt idoneus teſtis.
Farin.*d.tract.q.57.n.1.*& *num.3.*vbi de magis communi,
& cùm plures patiatur defectus, nullam fidem mere-
rur.Farin.*d.tract.q.62.n.80.*& ſic dicta confeſſio pro-
bata vnico teſte nullam fidem facit, vt per Maſcard.
*d.loco,*& hoc in caſu noſtro multò verius eſt, vbi extat
decretum,quod nulla fides teſtibus adhibeatur ſine no-
uo decreto,quod nunquam factum fuit,ideò ceſſat hæc
præſumptio,quæ magna videbatur.

Non obſtat illa præſumptio,quod ex quo bona præ-
dicta non ſunt in æſtimo deſcripta, præſumuntur eſſe
37 feudalia,ex Rol.*conſ.82. n.49. 50. lib.2.* Verùm hæc eſt
leuis coniectura,& probatio periculoſa,quæ facilè eli-
di poteſt,alio enim reſpectu hæc bona poſſunt eſſe im-
38 munia, vt inquit Roſent.*de feud.d.c.12.concl.14.n.49.*
provt hîc dici poteſt.quia dominus Caſtri eſt exemptus
ab oneribus non ſolùm reſpectu bonorum feudalium,
ſed etiam allodialium,& bona exempta non deſcribun-
tur.Bart.*in l.reſcripto, §.fin.ff. de muner. & oner.* Feſtas
*num.*60.

Non obſtat quod molendinum præſumatur feudale,
quia ſubditi coguntur ire ad illud.Bald.*conſ.404.lib.5.*
Natt.*conſ.106.lib.1.*quia etiamſi molendinum eſſet feu-
dale,adhuc dominus feudi non poteſt cogere ſubditos 39
ire ad molendum ad illud. Bald. *conſ.57. lib.3.* Anch.
*conſil.12.*Rip.*conſ.11.lib.1.*Alex.*conſ.211.num.10.lib.2.*
Bocr.*deciſ.125.n.4.*latè Roſent.*de feud. c.5. concluſ.26.
per totam*, vbi de magis communi, & ideò hoc inde
colligi non poteſt, quod ſit feudale, ſed quod potiùs
Dominus id faciat propter conſuetudinem legitimè
præſcriptam, vel ex conuentione, alioquin Molendi-
num non cenſetur eſſe de regalibus, neque illud ha- 40
bens,iuriſdictionis actum habere intelligitur. Roſent.
*d.tract.c.5.concl.28.n.2.*

Concludendum igitur videtur, quod prædium præ-
dictum non ſit cenſendum feudale, etiamſi ſit conti-
guum feudo prædicto, ſtante generali præſumptione 41
libertatis, vt dixit pulchrè Bald.*in c.1. §. è contrario,
n.2. de inueſtitura de re alien.fact.* quem ſequitur Hier.
Montan.*in tract. de fin.regund. c. 96. in fin.* Menoch.
*conſ.395.num.4.5.*quod multò magis procedit in præ- 42
diis ruſticis,quæ ſui naturâ & à communiter contin-
gentibus ſunt libera,& allodialia: Crau.*conſ.662.n.11.
in fin.*& *num.14.lib.4.* Rol. *conſ.46. n.44. lib 3.* Ceph.
*conſ.250.n.4.& ſeqq.*Menoch. *d.conſ.395. n.5.* Roſent.
*d.tract.de feud.c.12.concl.14.n.14.*& *concl 14. n.32. verſ.
ſed etiam,* vbi in terminis noſtris omnino loqui vide-
tur. Ideò res fuit compoſita,& accordio dictis mulieri-
bus fauorabili ſopita.

## CAPVT CXLII.

### EPITOME.

Legatum ſcutorum mille quingentorum factum ſorori pro dote, an legataria conſequi poſſit integrum, ſi in vita teſtatoris fuerit nupta, vel monachata cum minore dote.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum ob cauſam, cauſa finita extinguitur.*
2 *Teſtator præſumitur mutaſſe voluntatem, ſi dedit in vita minus,quam legauit.*
3 *Legato cauſam adiectam ſufficit ſemel impleri.*
4 *Legati cauſa ceſſante ceſſat legatum.*
5 *Dotans mulierem cum minori dote, quàm legauit, aliud ab hæredibus peti non poteſt.*
6 *Legatum pro dote peti poteſt,etiamſi mulier fuerit dotata cum minori dote.*
7 *Legati reſiduum peti poteſt poſt mortem teſtatoris.*
8 *Legatum certæ quantitatis non minuitur per adiectionem cauſæ.*
9 *Legatum confirmatum non tollitur per implementum cauſæ.*
10 *Mulier non debet remanere indotata pro reſiduo legati,quod non habuit.*
11 *Legatum pro maritanda puella, & legatum pro dote quomodò differant.*
12 *Monacha poteſt petere reſiduum legati pro dote, licèt monachata fuerit cum minori dote.*
13 *Cauſa legati impleta quid efficiat.*
14 *Legatum dotis cuius ſit conditionis, ſecuto matrimonio.*
15 *Dos poſt matrimonium poteſt augeri.*
16 *Legatum dotis cenſetur extinctum, ſi teſtator viuens mulierem ſic dotauit.*
17 *Dotis legatum ex coniecturis minuitur, ſi ita ex præſumptionibus appareat.*
18 *Teſtator non mutans teſtamentum,ſi poteſt,cenſetur per-*

*ſeue*

*ſeuerare in eadem voluntate.*
19 *Teſtator ſi ignorat mulierem in eius vita nupſiſſe cen-*
*ſetur reuocaſſe legatum pro dote.*
20 *Legatum dotis integrum debetur, etiamſi mulier in vi-*
*ta teſtatoris ſe dotauerit.*
21 *Legatum integrum dotis non poteſt conſequi mulier,*
*quæ fecit finem generalem.*
22 *Benignior pars in dubio eſt ſequenda.*
23 *Æqualitas ſeruanda inter fratres.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1636. D.Carolus Cauazzonus fecit ſuum
vltimum teſtamentum,in quo inter cætera iure in-
ſtitutionis,& dotationis legauit D. Corneliæ eius ſo-
rori duc. 1500. ei dandos ab eius hæredibus, quando
nupſerit, vel monachauerit, ſuos verò hæredes fecit
DD. Franciſcum,& Ioannem Baptiſtam eius patruos:
verùm viuente adhuc teſtatore dicta D. Cornelia de
conſenſu dicti eius fratris effecta eſt monialis in Con-
uentu S.Raphaëlis cum dote duc.800.quam procura-
tores eius tradiderunt Monaſterio,eo abſente, & facta
profeſſione poſt nonnullos menſes dictus D. Carolus
in longinquis agens interfectus continuò interiit: ex
quo dicta D. Soror Cornelia petit integrum legatum
ſibi factum,hæredes vero negant aliud ei deberi, quia
iam monachata eſt,& cauſa legati ceſſauit, quia imple-
ta fuit. Quæritur quid iuris.

In hac quæſtione multæ ſunt,& variæ DD. opinio-
nes, nam plerique ſenſerunt, quod talis mulier ſic nu-
pta, vel monachata cum minori dote, quam contine-
retur in legato,non poſſit poſt mortem teſtatoris pete-
re reſiduum( quod enim habuit, certum eſt fore com-
1 penſandum)quia legatum fuit ob cauſam, & ideò cùm
cauſa ſit finita,quia nupſit,finitum etiam dicitur lega-
tum,ad textum *in l.libertatis,la 2.in princ. de alim. &*
*cibar.leg.l.quinquaginta, de probat.* imò ſi voluiſſet te-
ſtator de toto dotare eam, de toto dotaſſet, quod cum
2 non fecerit,ſed minus dederit,quàm legaſſet,præſumi-
tur voluntatem mutaſſe,*arg.l.iubemus,C.de teſtam.* quia
non ſolùm verbis, ſed etiam factis demonſtratur vo-
luntas,*l.Paulus,ff.rem rat.hab.l.reprehendenda, C.de inſt.*
*& ſubſt.ſub cond.fact.*

Nec mirandum videtur,quia cauſa legato cohærens
3 eſt impleta,ergo plus impleri non poteſt, cùm ſufficiat
prima impletio, *l.ſi quis hæredem,C.de inſtit. & ſubſt.* ra-
tio enim quæ induxit teſtatorem ad plus legandum,
4 ceſſat per coniunctionem matrimonij corporalis, vel
ſpiritualis,& per conſequens debet ceſſare diſpoſitio,
*l.cùm tale,§.legato,ff.de cond.& demonſtr.l.legatum,C.de*
*cond.inceſt.* Salyc. *in conſ.71. inter conſ. vlt. vol.* & pro-
pterea in caſu iſto quando dotans pro minori quanti-
5 tate eſt illemet, qui legauit plus gratiâ nubendi, vt
puella non poſſit poſt eius mortem petere reſiduum,
quia cauſa legati eſt impleta,docuit in primis Dyn. *in*
*l.Lucius,la prima,ff.de leg.2.* vbi Paul. de Caſt. *ſub n.4.*
*verſ.mihi videtur,* dixit, quod in puncto iuris hæc opi-
nio eſt verior,& cum eo concordant Cuman. & Imol.
*ibidem:* idem Imol.*in l.huiuſmodi,§.pater,de leg.primò,*&
*in c.filius noſter,de teſtam.* & hanc partem latè defendit
Campeg.*in tract.de dot.q.36.ſub n.2.verſ.in contrarium*
*concludo,* & *num.3.* vbi dicit ita fuiſſe diſputatum per
Iac.de Iulanis de Bononia, qui fuit poſteà Card. Pa-
pienſis de anno 1392.ſub die 12.Maij,licèt dicat, quod
in decidendo non auderet ita affirmare.

Altera eſt ſententia probabilior, & magis recepta,
quæ docet hanc mulierem,& pro ea Monaſterium poſ-
ſe petere,& conſequi reſiduum dicti legati,& ſatis eſt,ſi
6 compenſet,quod ſibi traditum fuit à teſtatore viuente,
per textum *in l.alumnæ,§.filius,ff.de alim.leg.*& *d. l. Lu-*
*cius,de leg.2.*& à contrario ſenſu hoc idem probat etiam
textus *in l.filia legatum, C.de legat.* vbi dicitur,ſi totum
fuerit ſolutum in vita teſtatoris,nil peti poſt eius mor-
tem licet,ergo ſi tantùm pars fuerit ſoluta,reſiduum pe-
ti poterit,ex quo enim teſtator ſtatim non mutauit te- 7
ſtamentum, videtur in eadem voluntate deceſſiſſe, &
ideò reſiduum debetur,*l.omnium,C.de teſtam.* & quam-
uis ceſſauerit cauſa legati, tamen legatum factum ſub
taxatione certæ quantitatis,non minuitur per adiectio- 8
nem cauſæ, *l.creditor,§.ſcienter,ff.mandat.d.l.Lucius,de*
*leg.2.* & implementum cauſæ non tollit,ſed roborat,& 9
confirmat legatum,*l.ſi iam facta,ff.de cond.& demonſtr.*
etenim abſurdum videtur, quod mulier illa remaneat
indotata pro reſiduo in legato contento,ad textum *in l.* 10
*obligamur,§.lege,ff.de act.& oblig.*& hæc fuit originali-
ter opinio Oldrad.*in d.l.Lucius*,vbi DD. communiter,
*de leg.2.* cum aliis infraſcriptis.

Tertia ſuccedit ſententia Bart. *in d.l.Lucius, ad fin.*
*de leg.2.*qui aliquibus viſus eſt diſtinguere; quod ſcili-
cet aut teſtator legauit pro maritanda filia,& tunc ſi in
vita eam maritauit pro minori quantitate,videtur ceſſa- 11
re legatum,quia finita eſt eius cauſa, *d.l.libertis, la ſe-*
*conda,de alim.& cib.leg.*aut fuit legatum pro dote eius,
& quia dos etiam conſtante matrimonio recipit argu-
mentum, totum debetur, quia præſtito etiam pro par-
te non eſt finita cauſa præſtationis in reliquo, & hoc
dicit non habere dubium,& hanc rationem dicit for-
tem idem Bart.*in d.l.filia,Cod.de legat.*& has tres ſen-
tentias refert etiam Surd.*conſ.119.n.12.*

Nihilominus præualet indiſtinctè illa ſententia,
quod talis legataria poſſit petere reſiduum in legato
contentum,etiamſi viuente teſtatore ab eo fuerit mari-
tata,vel monachata pro minori quantitate, quia hoc,
quod eſt factum in eius fauorem,non debet retorqueri 12
in odium, & cùm teſtator benè ſciuerit eam ſic fuiſſe
nuptui traditam, & ſtatim cum potuit, teſtamentum
non mutauit,cenſetur perſeueraſſe in eadem voluntate
adeò,vt mulier poſt eius mortem ſic maritata poſſit re-
ſiduum petere, provt in terminis dixit Guilliel.de Cun.
*in l.cum is, §.ſi mulier,ff.de cond.indeb.per l. publius, in*
*princ.de cond.& dem.* & Rayn.de Forl. idem tenuit per
*l.hæc ergo,la prima, eod.tit.* vbi dicit eſſe caſum, & cla-
riùs Oldrad.*in d.l.Lucius*,vbi eum ſequitur Bartolus,vt
vidimus: & Bald. *in d.l.filia legatorum, C. de legat.* vbi
reprehendit Bart.& rationem eius dicens, quod non 13
dicitur finita, vel extincta cauſa legati, ſed adimpleta,
qui etiam dicit, quod ita conſuluit, & obtinuit ſiue ſit
dictum pro dote, ſiue pro ea maritanda: idem Bald.*in*
*conſ.202.num.1.verſ.ſed ſi, lib.1.* ſic etiam indiſtinctè
tenuit Caſtr. *in d.l.filia,n.3.* & ibi Angel. & Salyc. &
Iaſ.*num.3. C.de legat.* Bald. & communiter DD. *in d.l.*
*huiuſmodi,§.cùm pater,de leg.1.* Imol.& Anch. *in cap.fi-*
*lius,de teſtam.* Alex. *conſ.7.n.2.lib.2.*& de communi te-
ſtatur Socin.*conſ.101.col.2.lib.3.*Couar.*in c.officij,n.10.*
*de teſtam.*vbi de communi fidem facit, & reſpondet
contrariis. Tiraq.*in tract.ceſſ.cauſ.lim.18.num.1.* & *in l.*
*ſi vnquam,in verb.ſuſceperit liberos,num.218. C. de reuo-*
*cand.donat.*Caſtr.*in conſ.214.n.2.lib.1.*& *conſ.148. n. 1.*
*lib.2.* vbi adducit multas rationes, & eum ſequitur
Rota apud Farinac.*deciſ.499.num.5.verſ.& ex quo, p.2.*
*recent.* ſic tenet etiam Vaſquez *de ſucceſſ.progreſſ.§. 27.*
*num.8.p.2.*latè Craſſ. *ſententiarum lib.1.§.legatum,q.58.*
*n.3.verſ. ſed contrarium:* vbi indiſtinctè reſidet in hac
ſententia, & concludit,quod implementum cauſæ le-
gati non reſoluit,nec facit ceſſare legatum, ſed ipſum
corroborat,& confirmat,& idem ſentit Pariſ. *conſ. 61.*
*num.44. lib.2.* Decian. *conſ.46. num.53.lib.2.* pulchrè
Mantic.*de coniect.vlt.vol.lib.12. tit.1. num.13.* vbi hoc
expreſsè docet Franch.*deciſ.322.num.6.* & Guttierez *de*
*ſponſal.c.20.ſub n.29.*vbi in fine dicit hanc opinionem
eſſe veriorem, & magis communem, & in iudicando,
& conſulendo eſſe ſequendam: ſic etiam Beltram. ad
Greg.XV.*deciſ.236.num.15. verſ.ſi tamen,* vbi allegat
multas Rotæ deciſiones, adeò vt non ſit dubitandum,
quin



quin hæc ſit vera, & magis recepta DD. ſententia, vt
indiſtinctè hæc mulier poſſit conſequi reſiduum legati,
ſiue fuerit factum pro dote, ſiue pro ea maritanda.

Non enim obſtat diſtinctio Bartoli, quia verè Bar-
14 tolus non ita diſtinxit, & propterea iure meritò alij
DD. melius eum intelligentes referunt verba Bartoli ad
Oldr.*in d.l. Lucius, de leg.2.* qui aſſeruit indiſtinctè fi-
liam admittendam eſſe ad petendum reliquos quingen-
tos aureos ex legato; nam cùm Bartolus ſententiam
Oldradi retuliſſet, & eius rationem, nempè,quod lega-
tum certæ quantitatis non minuitur ex adiectione cau-
ſæ, *d.l.creditor, §. ſi inter, ff.mand.* ſubdit: *Et hoc puto*
*bene dictum,* rationem Oldrad. probans, quando teſta-
tor dixiſſet pro filia maritanda, quia ea maritata finita
eſt cauſa, quando autem teſtator pro dote legauit, non
diſtinguens, ſed eandem aſſertionem approbans,Barto-
lus alia ratione vtitur, quod cauſa legati non ſit finita,
quia dos etiam poſt matrimonium poteſt recipere aug-
15 mentum: ecce igitur quomodo Bartolus abſque diſtin-
ctione Oldrado adhæret, licet non ex eadem ratione:
& ſic Bartolum intellexiſſe viſus eſt Imol. *in d. l. Lu-*
*cius, in d. l. huiuſmodi, §.pater,* vbi Alexand. *col.pen.de*
*leg.1.* idem Imol. *in c.filius,de teſtam.* Iac.à S. Georgio
*in d.l.filia,C.de leg.* Dec.*conſ.81.col.pen.*pulchrè Couar.
*in d.c.officij,num.10.verſ.alij verò,de teſtam.*vbi ſic bene,
& dilucidè docet, & de veriori teſtatur; & hoc etiam
bene notat Craſſ. *in d.§. legatum, quæſt.58. num.3.verſ.*
*ſed contrarium,* vbi vide, & conſidera, quia Bartolus
prima facie mihi viſus eſt obſcurus, & non benè eum
intelligebam, niſi attentiùs conſideraſſem, & expoſito-
res vidiſſem, & maximè doctiſſimum Couarruuiam, &
tene, quod hæc mulier indiſtinctè poterit petere reſi-
duum legati. Iaſ.*in d.l.filia, num.3.C.de legat.* cum aliis
adductis.

Hanc tamen ſententiam declara procedere, quando
teſtator in vita minus dotauerit mulierem, quàm ei le-
gauerit,quia tunc reſiduum legati mortuo teſtatore po-
16 terit petere, verum ſi tantùm dedit in dotem, & dotis
nomine in vita, quantum eſt legatum, legati nulla
facta mentione, tunc legatum plenè extinguitur, & mu-
lier nihil vlteriùs petere poterit,per textum *in d. l. filia,*
vbi Ang. Caſtr. Salyc. Iaſ.& communiter DD. *C.de le-*
*gat.* & *in d. l. Lucius, la prima, ff. de leg.2.* Soc. Iun.
*conſ. 79. num.18. lib.3.* Paſc.*de patr. poteſt. p. 2. cap.6.*
*num.35.* Pariſ. *conſ.60. num. 35. lib.2.* Ruin. *conſ.223.*
*num.4.lib.1.* Bero. *conſ.46.n. 8. lib.1.* Campeg. *de dot.*
*p.1.quæſt.37.* Surd.*conſ.119.num.10.*vbi multos allegat,
& dicit ita communiter teneri. Beltram. *ad Ludouiſ. d.*
*deciſ.236.num.15.* vbi quod ita cenſuit Rota.

Secundò hoc declara non procedere, ſi ex coniectu-
ris conſtaret de contraria voluntate teſtatoris,tota enim
17 hæc materia eſt coniecturalis.Bart.& DD.*in d.l.Lucius,*
Rot.apud Farin. *d.deciſ. 499. numer.5.p.2. recent.* vbi
quod hoc totum pendet à voluntate teſtatoris, & hoc
dixit expreſsè etiam Beltram. *ad Ludouiſ.d. deciſ. 236.*
*num.15. in fin.* pulchrè Vaſquez *de ſucceſſ.progreſſ.p.2.*
*lib.3.§.27.num.8.* vbi appellat hunc ſtatum coniectura-
lem, & ponit multas coniecturas pro & contra.

Tertiò, declara non procedere, ſi teſtator ignorauit
dictam mulierem nupſiſſe cum minori dote,vel ſi ſciuit,
nec potuit mutare teſtamentum, alioquin ſi potuit, &
ſtatim non mutauit, cenſetur decedere cum eadem vo-
18 luntate:ſic probare videtur *in l.tractabatur,ff.de teſtam.*
*mil.iunct. l.ſi mater.C.de inoff.teſt.* Bart.*in l. lex Corne-*
*lia,in fin.ff.de vulg.& pupill.* vbi notat dictionem illam,
*ſtatim*,quam Bartolus ponit, & per quam probatur re-
quiri, quod teſtator reuocet teſtamentum ſtatim ac
poteſt, alioquin non dicitur non potuiſſe mutare, ſed
noluiſſe, ſic in caſu noſtro, cùm teſtator poſt ſcientiam
monachationis dictæ eius ſororis per plures menſes
vixerit in ſanitate,& teſtamentum non mutauerit, cen-
ſetur noluiſſe mutare, ſed voluiſſe decedere in eadem
voluntate; & perſeuerare in eodem propoſito; per *l.*
*athletæ, §. dat, ff. de excuſat.tut.* ſecus eſſet, ſi teſtator 19
ignoraſſet, vel mutare teſtamentum non potuiſſet, *d.l.ſi*
*mater*,tunc ceſſat coniectura perſeuerantiæ,& ita omnes
DD.hanc rem intelligunt, vt poſt Bart.*in d.l.lex Corne-*
*lia,*& *in d.l.tractabatur*, dixit pulchre in terminis Caſtr.
*d.conſ.213.num.2.verſ.præterea, lib.1.*& *conſ.148.in fin.*
*lib.2.* Tiraq.*in d.l.ſi vnquam, in verb.ſuſceperit liberos,*
*num.218. C. de reu.don.* pulchrè Mantic.*de coniect. vlt.*
*vol.lib.12.titul.1.num.13.*

Quartò declarat id procedere,quando ipſemet teſta-
tor, qui plus legauit, fuit ille etiam, qui dotauit in mi-
nori quantitate, quia tunc ad ratam minuitur, & rema-
net legatum, ſecus eſt, quando ipſa mulier ſe ipſam de
ſuo dotauit, vel alius quicunque, ſiue eius conſangui-
neus, ſiue extraneus, quia tunc mulier poſt mortem te-
ſtatoris integrum legatum conſequetur, *ex l. Publius, in*
*princ.de cond.& dem.* Guilliel.de Cun.*in l.cum is.§.ſi mu-* 20
*lier, ff. de cond. indeb.* Rayn.de Forliu. *in l.hæc ergo, la*
*prima,eod.tit.* pulchre dixit Caſtr.*in d.l. filia, numer.3.*
*in fin.*vbi Iaſ.*ſub numer.3. C.de legat.* idem Caſtr. *in d.*
*conſ. 148. lib.2.*

Quintò declara non procedere, quando filia ſic
nupta cum minori quantitate,quàm contineat legatum,
feciſſet generalem refutationem de amplius non peten- 21
do quidquam ex teſtamento vel ab inteſtato cum iura-
mento,quia tunc non poteſt poſt mortem patris petere
reſiduum legati, quod tacitè reuocatum videtur, vt per
Bald. *in conſil.202.n.1.lib.1.* Tuſch.*littera L,concl.97.*
*num. 6. 7.* vbi tamen hoc limitat non procedere, ſi mu-
lier ignorauit legatum ſibi factum, quando fecit refu-
tationem: nec etiam procederet, ſi non adeſſet in re-
futatione iuramentum, vt per Bald. *d. conſ. 202.*
*ad fin.*

Denique concludo, quod cùm hæc materia tota ſit
coniecturalis,ſemper ad coniecturas recurrendum eſt, &
in dubio pars benignior eſt ſequenda, vt inquit Vaſq. 22
*d.§.27.num.8. verſ.qua in re,* vbi etiam dicit liberis reſ-
pectu extraneorum valdè fauendum eſſe, & docet ſpe-
ctandam eſſe æqualitatem inter fratres, & propterea ſi 23
illud reſiduum excederet portionem virilem, contra fi-
lium reſpondendum eſſe, & hoc modo poteſt intelligi
Campeg. *d.quæſt.36.ſub. numer.3.* vbi dicit, quod non
auderet recedere à communi, niſi quando hæredes eſ-
ſent pauperes, hoc enim debet intelligi reſpectu hære-
ditatis, quæ fortè exhauſta ſit, vt apud Farin. *d. de-*
*ciſ.499.num.6.p.2. recent.* alioquin non video, quomo-
do paupertas hæredum poſſit eſſe cauſa, quod mulier
non poſſit conſequi reſiduum legati. Et ita.

## CAPVT CXLIII.

### EPITOME.

Legatum annuum cum onere Miſſarum,
vel alterius rei in perpetuum an extin-
guatur ſpatio centum annorum.

### SVMMARIVM.

1 *Centum annorum ſpatium liberat à legatis annuis.*
2 *Legatum factum Eccleſiæ vel Ciuitati in ſingulos an-*
*nos extinguitur centum annis.*
3 *Vſusfructus relictus ciuitati extinguitur centum annis.*
4 *Legatum annuum, & vſusfructus parificantur.*
5 *Vſusfructus legatum ceſſat poſt 100. annos.*
6 *Perpetuum non excedit centum annos.*
7 *Præſcriptio centum annorum omnia iura ſubuertit.*
8 *Infinitas eſt euitanda.*

9 In

9 *Infinitatis euitandæ cauſa multa inducuntur, quæ non inducerentur.*
10 *Incorporalium iurium aliquis finis eſſe debet.*
11 *Legatum annuum Eccleſiæ factum non extenditur vltra centum annos.*
12 *Legatum annuum perpetuò durat per infinita ſæcula.*
13 *Legatum pro miſſis quotannis in perpetuum celebrandis ſemper durat.*
14 *Perpetuum propriè dicitur infinitum.*
15 *Intellectus ad l.ſi vſusfructus,ff.de vſufr. leg.*
16 *Perpetuum propriè dicitur ſine præfinitione temporis.*
17 *Animæ fauore fit interpretatio.*
18 *Eccleſiæ opinio fauens eſt magis tenenda.*
19 *Annuum legatum debetur in infinitum.*
20 *Perpetuum legatum durat vltra centum annos.*
21 *Verbum,* in perpetuum,*non debet eſſe fruſtratorium.*
22 *Vſusfructus legatum quomodo differat à legato annuo.*
23 *Miſſas celebrare in perpetuum pro vno defuncto non eſt abſurdum.*
24 *Infinitas de mente teſtatoris non eſt abſurda.*
25 *Infinitas toleratur in vltimis voluntatibus.*
26 *Præſumptio pro religione, & cauſa pia præualet aliis.*
27 *Animæ liberantur à purgatorio per ſpatium centum annorum, ſecundùm aliquos.*
28 *Purgatorium quanto tempore purget animas.*
29 *Animæ defunctorum poſſunt detineri in purgatorio vſque ad diem iudicij.*
30 *Iudicandum eſt in dubio pro Eccleſia.*
31 *Geminatio verbi,* in perpetuum, *multùm operatur.*
32 *Infinitum dicitur, quando grauantur hæredes hæredum in perpetuum.*
33 *Legatum hæredibus hæredum eſt infinitum.*
34 *Legatum annuum debet ſolui de fructibus hæreditatis.*
35 *Legatum annuum Miſſarum quandiu duret.*
36 *Miſſarum onus quomodo impleatur ab hæredibus.*
37 *Res tranſit cum onere ſuo.*
38 *Legatum Miſſarum an ſit infinitum,cognitio eſt Iudicis Eccleſiaſtici.*
39 *Eccleſia eſt manutenenda in quaſi poſſeſſione exigendi legatum pro Miſſis.*
40 *Actor ſequitur forum rei.*
41 *Spoliatus dicitur poſſidere in odium ſpoliatoris.*
42 *Spoliatus poteſt agere remedio reintegrandæ.*
43 *Eccleſia, & Clericus poſſunt conuenire ſuum ſpoliatorem in foro Eccleſiæ.*
44 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, ſi inter ipſum, & laicum eſt contentio de iuriſdictione.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1525. Syluester de Bonitiis Regienſis Diœceſis in ſuo vltimò teſtamento ſuos hæredes nominauit Sigiſmundum, & Cæſarem pariter de Bonitiis, quos, eorumque hæredes, & ſucceſſores in perpetuum obligauit ad celebrari faciendum in Eccleſia S. Syluestri de Mancaſali pro eius anima, & ſuorum defunctorum ſingula hebdomada in perpetuum vnam Miſſam cum Litaniis, & quotannis vnum Anniuerſarium, & caſu quo prædicti hæredes, & eorum ſucceſſores in perpetuum ceſſarent per duos annos continuos, tunc voluit, quod ceſſans cadat à commodo cuiuſdam terræ cum domo ad hunc finem relictæ, & illa deuoluat ad dictam Eccleſiam cum onere prædicto eius Rectori, cui animam ſuam commendauit, & pro maiori, & longiori conſeruatione hæredum, & vt habilius dictas Miſſas, & anniuerſarium celebrari faciant, prohibuit quouis modo dicta bona alienari in ampla forma adeò, vt per alienationem ipſo iure tranſeant ad dictam Eccleſiam cum dicto onere. Modo
prædicti hæredes vſque ad annum 1641. impleuerunt
dictum legatum, ſed nunc vertunt in dubium, an am-
plius teneantur obſeruare illud, quia cum lapſi ſint 1
centum anni, & vltra, putant ſe liberatos à tali onere,
per *l. ſi vſusfructus, ff.de vſufr.* quæritur quid iuris.

Et ſanè hæc controuerſia eſt multùm dubia, & con-
trouerſa,provt dicit Surd.*de alim. tit.5.q.6. numer.20.*
ſed nihilominus multùm iuſta videtur hæredum præ-
tenſio, ſiquidem legatum annuum factum Eccleſiæ, vel
ciuitati,etiam in perpetuum, videtur quod finiatur ſpa-
tio centum annorum ad vitandam infinitatem, quia 2
hæc eſt longiſſima vita,ſicut tanto tempore finitur vſuſ-
fructus municipibus relictus, *d.l.ſi vſusfructus*,vbi DD. 3
etenim legatum annuum, & vſusfructus paria iura ha-
bent, *l. ſingulos, l.annuam, in fin.l.antep.& l.pen.* & ibi
notant DD. *ff. de ann.leg.* ſed vſusfructus legatum rei- 4
publicæ vel Eccleſiæ factum centum annis tantum du-
rat, per textum *in d. l.ſi vſusfructus*, vbi gl. ad Eccle- 5
ſiam extendit, ergo legatum annuum etiam in perpe-
tuum relictum centum annis finitur, vt reſpondet Bart.
*in d.l. ſi vſusfructus*, & ibi DD. communiter. Nam di-
ctio *in perpetuum*, licèt multis modis accipitur, ta-
men de ſui natura non videtur excedere ſpatium cen-
tum annorum, per gloſ.*in l.2.§.hoc interdictum,in verſ.* 6
*perpetuum*, vbi Angel. eum ſequitur, *ff.ne quid in loc.
publ.* Bald. *in d. l. ſi vſusfruct.* & ideò præſcriptio cen-
tum annorum omnia iura ſubuertit, vt plenè per Felin. 7
*in rub. de præſcript.* Peregr. *de fideicom.art.30. numer.8.
in fin.*

Secundò idem probatur ea conſideratione, quod in
omni materia infinitas eſt euitanda, *l. qui bona, §.fin.ff.* 8
*de damn. infect.l.1. C. de ſent.quæ pro eo, c.cùm in mul-
tis, de reſcript. in 6.* ratione enim infinitatis euitandæ
multa inducuntur, quæ alias locum non haberent, pro-
vt ſic arguit. Dec. *conſ.321. numer.5.* Peregr. *d.art.30.* 9
*num.8. verſ. & horum*, latè Marth. *de ſucceſſ. legal.p.4.
quæſt.18.art.12.num.77.* Viuius *deciſ.407.num.19.lib.3.*
vbi ratione infinitatis euitandæ hoc docet, ſicut enim
omnium rerum corporalium aliquis finis per naturam
eſt, ita etiam incoporalium per artem aliquis finis eſſe
debet, quia ars imitatur naturam, & ideò actionum 10
certa eſt meta,& finis, vt diſcurrit Peregr. *de fideicomm.
art.30. num.8.in fin.*

Tertiò & vltimò hęc ſententia non ſolum legibus,&
rationibus fulcitur,ſed etiam auctoritate grauiſſimorum
DD. munitur, adeò vt hæc ſententia videatur commu-
nis,& magis cõmunis, quod legatum annuum Eccleſię,
vel vniuerſitati factum non extendatur vltra centum
annos, etiamſi teſtator dixerit, *in perpetuum:* ſic in 11
primis tenuit Vgolinus *in d.l. ſi vſusfructus*, vbi gl. &
Bart.& Lancell. Dec. *in fin.ff.de vſufr.* Iacob.de Rauen.
Andreas de Piſis, Nicolaus de Neap.& alij vetuſtiores
*in l.annua, ff. de ann.leg.* Anch. *in cap.fin.* vbi Barbar.
*de teſtam.* & ſic docuit Alex. *in l.2.in princ.* vbi Dec.&
Claud.de Seyſell.*ff.ſolut.matr.* vbi dixit, quod quamuis
aliqui Doctores contrarium conſuluerint, tamen re vera
omnes ſuccubuere: idem Alex.*in l.3.§.fin. colum.2.ad l.
Falcid.* & *in conſil.60. in princ.* vbi Natt. *in add.volum.
primo*, & ita in terminis Feder. de Sen. *conſilio duode-
cimo,per totum.*Ioan.ab Imol. *in l.ſi hæres,§.vlt.*vbi Alex.
*ad Trebell.*Ioan.de Anania *conſilio 39.*quem ibi Bologn.
ſequitur,& Card. Zabarell. *conſilio 66. columna prima.*
Petrus de Peruſ. *in tract. can.portion.in 7.princ. capitis*,
vbi etiam dicit ſe ita conſuluiſſe. Brun. *conſilio 143.nu-
mero vndecimo,volumine quarto*, Dec.*conſilio 178.ad fin.*
pulchrè Ruin. *conſil.143. num. vndecimo, lib.4.* Mantua
*in Apophtheg.52.*vbi vide Gloſſ. Pariſienſ.*in conſuetud.
Pariſ.§.92.* vbi docet ab hac opinione veluti crebriori,
reali,& robuſtiori non eſſe in iudicando,& conſulendo
recedẽdum.Bartholom.Romuleus *in l.filiusfam.§.Diui,
n.169.& ſeqq.ff. de leg.1.* vbi dicit ſe vidiſſe ita iudica-
ri Romæ,& Florentiæ:ſic etiam docet Frãciſcus Viuius
*in*



*in Sylua,in opin.446. verb. legatum annuum, libro ſecun-
do*, & meliùs *in deciſ.407. numero 19. libro tertio*, vbi
multos allegat,& de communi teſtatur,& poſt Coſtam
*in Memorial.* incipit. *Perpetuum*, inquit pulchrè Surd.
*conſil. 123. numero decimoſexto*, vbi dicit eſſe commu-
nem,& tenendam in conſulendo, & iudicando, & quòd
durum eſſet in practica recedere ab opinione Bartoli:
latè Menoch. *conſil. 1263. numero 13.* vbi pro hac opi-
nione cumulat vndeuiginti Doctores, & pro alia de-
cem, & ſeptem: pulchrè Marth. *de ſucceſſ.legal.part.4.
quæſt.18.artic.12.num.77.* vbi teſtatur de vera,& magis
communi, & eum ipſe quoque ſequitur, ſic etiam poſt
Nald. *in ſumm. verb. vſusfructus, numero 12.*& *verb. in-
finitus, n.1.* Molfeſ. *in ſumm. tom.2. tract.13. cap.5. nu-
mero 56.* tradidit Dian. *mor.p.5. tract.14. miſcell.2.reſ.
84.* hanc opinionem eſſe probabiliorem.

Nihilominus alteram ſententiam puto magis eſſe ve-
ram, melioribus rationibus fulcitam, & magis commu-
niter receptam, quod ſcilicet huiuſmodi legatum duret
12 etiam vltra centum annos, & per infinita ſæcula, quia
id eſt conforme verbis, & menti teſtatoris, qui cùm
poſſit facere diſpoſitionem, quæ ſit perpetua vltra cen-
tum annos,hic non videtur dubitandum, quin id volue-
rit, vbi tractatur de ſalute animæ ſuæ, & ſuorum de-
functorum, quibus voluit conſulere in perpetuum, &
propterea præſumitur voluiſſe, & ex verbis eius apertè
colligitur ſenſiſſe, quod in infinitum Miſſa pro anima
ſua celebraretur, & conſequenter dandam eſſe eleemo-
13 ſynam Sacerdoti celebranti in infinitum, quod pium
eſt, & fauore animæ tenendum, ſic pulchrè in his termi-
nis docuerunt Barbat. *conſ. 20. ſub num.9.& per totum,
lib.4.* vbi reſoluit omnia, & Panciroll. *conſ.131. nu-
mer.6. & per totum*, vbi dicit, quod aliter docere eſt
iudicare contra conſcientiam, & ædificare ad gehen-
nam ignis.

Et ratio eſt, quia licèt perpetuum variis modis ali-
quid dicatur, & accipiatur, vt per Barbat. *d.conſil.20.
num.6.* Panciroll. *d.conſ.135.numer.5.*Gratian.*diſc.601.
numer.40.* tamen propriè, & communiter ſecundum
14 etiam communem vſum loquendi perpetuum dicitur
infinitum, & intelligitur ſine præfinitione temporis, &
hoc eſt de ſui natura, iuxta textum, *in l. purè, §.vltimo,
ff. de except. dol. l. cum hæredi, ff.de ſeru.vrb.præd. d.l.
annuam*, & *l. annua, §.vlt.* & *l.antepen.*& *l. pen.de ann.
leg* & hoc etiam probatur *in d. l.ſi vſusfructus, ff. de*
15 *vſufr. leg.* ſic eam inducendo; nam ſi relinquatur vſuſ-
fructus municipibus ciuitatis, dubitat Iuriſconſultus
an perpetuò debeatur vſusfructus, vel tantùm vſque
ad centum annos, & concludit deberi ſolum vſque ad
centum annos, ne ſemper inutilis ſit proprietas: ergo
manifeſtè ſentit verbum, *perpetuò*, accipi in infini-
tum, & vltra centum annos porrigi, alioquin hæc tan-
quam diuerſa non conſideraſſet, nec aliquam habuiſſet
dubitandi occaſionem ſi perpetuum idem eſſet, quod
ſpatium centum annorum; & ideò propriè perpetuum
16 dicitur quod eſt ſine præfinitione temporis, vt ſic ex-
ponit Bald.*in l.1.§.qui in perpetuum,ff.ſi ager vectig.* &
*in titulo de Pace Conſtant. col.2. verſ.nos Romanorum*;
Barbat. *d. conſil. 20. numer.6. in fin.* Panciroll. *d. conſ.
135. numero 5.6.7.* vbi pulchrè hoc probat, & latè do-
cet Peregr. *de fideicom. art.30. numero 6. verſ. rurſus*,
vbi multos allegat. Rim. Iun.*conſ.219.numer.32.lib.2.*
Farinac. *deciſ.10. num.1. part...* Gratian. *deciſ.22.nu-
mer.9.* & *diſc.13.num.14.* quando enim verba poſſunt
vario modo accipi, ſumitur interpretatio, quæ fauet
17 animæ, & piæ cauſæ,tanquam tutior, *cap. iuuenis, de
ſponſal.c. ad audientiam, de homicid.* Anch. *conſ. 194.*
Felin. *in c.auditis,num.32. de præſcript.* pulchrè in ter-
minis Tuſch.*pract.concluſ. littera L,concl.86.numer.13.*
Barbat. *d.concluſion. 20.quaſi per totam.*Panciroll.*d.con-
ſilio 135.numero duodecimo.* Gratian. *d.deciſ.22. numero*
18 *quinto*, & *deciſ.131.numero ſecundo*, vbi dicit, quod te-
nenda eſt opinio magis fauens Eccleſiæ, pro qua in
dubio eſt iudicandum.

Et ſanè pro hac ſententia adſunt textus aperti qui
non poſſunt cauillari, ſcilicet *in d.l.annua.*& *l.cum qui-
dam, de ann. legat.* qui ſi benè inducantur, benè pro-
bant hanc ſententiam, & cauillari non poſſunt, vt in-
quit Gratian. *d. deciſ.22.num.5.* ſicut etiam illam probat
*l.in annalibus, Cod.de legat.* ex quibus probatur, quod
annuum legatum debetur in infinitum, & non eſt ad
tempus; nam ſi non eſt ad tempus, ergo centum annis 19
non finitur, & ſine præfinitione temporis debetur. Iaſ.
*in d.l.2.numero primo,ff.ſol.matrim.*& hæc iura bene in-
ducit Panciroll. *d.conſil.135.ſub num.7.*Peregr.*de fidei-
comm.art.30.num.11.* Rim.Iun. *d.conſil.219.* qui omni-
bus ex aduerſo allegatis reſpondet. Gratian. *d.deciſ.22.
numer.5.* aliàs verbum,*in perpetuum*,dicto legato adie-
ctum ſeruiret de vento, vt ait Panciroll. *d. conſ.135.
num.8.*quæ iura procedunt etiam in legato prophano.

Et hæc ſententia magis vera eſt, pia, & magis com-
muniter recepta, & probatur non ſolùm iuribus, & ra-
tionibus euidentibus; ſed etiam auctoritate plurium 20
DD. qui eam audacter tenent, & mordicus defendunt,
quorum anteſignanus fuit Rogerius *in d. l. ſi vſusfru-
ctus, ff. de vſufr.* vbi etiam Alber. de Roſat. cogno-
mento Magnus Practicus, dicit ita ſeruari de conſue-
tudine. Item Roger. Accurſ. Alber.& Cumar,*in l.an-
nuam, ff.de ann.leg.* Dyn.*in l.in ſingulos, in ſecundo dub.*
Angel. Raphaël, Cuman. & Soc. *in l.4.§. item, ſi rei-
publicæ, numer.7. ad l.falcid.* Abb. *in c. vlt. de teſtam.*
pulchrè Iaſ.*vol.2.num.1.* vbi Rip.*numer.3.* Thom. Par-
pal.*ſub num.7.*& Ioan. Crot.*ſub num.2.ff.ſolut.matrim.*
vbi etiam Pontanus dicit eſſe communiter approbatam.
Iaſ. *in l.in annalibus, C. de legat.*& *in l. videamus,§. de-
ferre,num.9.de in lit.iurand.* Angel.& Raph. *in l.ſi hæ-
res, §.vlt. ad Trebell.* Bald. *conſ.126. ad med. lib.5.* latè
Barbat. *d.conſ.20. lib.4.per totum,conſ.22.num.19.lib.3.*
pulcherrimè, & omninò videndus Couar.*var. reſol.lib.
3.cap.9.n.10.* vbi teſtatur de veriori ſententia, & apertè
profitetur diſſentire à Bartolo, & perbellè arguit ratio-
nibus, & auctoritatibus contra aliam ſententiam, reſ-
pondens omnibus contrariis, licèt dicat eam eſſe com-
munem;ſic etiam tenet Ant.de Burgos *in cap.quæ in Ec-
cleſiarum, num.449. de conſtit.* Gomeſ. *de contract. cap.
vlt.titul. de ſeruit. num. 19.* egregiè Panciroll. *d. conſil.
135.* per totum, vbi ad partes diſputat,& pluries dicit
hanc ſententiam hodie eſſe magis communem, & ve-
ram,& tollit omnia contraria: ſic etiam Tiraq. *de pri-
uileg.piæ cauſ.priuileg. 98.* & ita etiam conſuluit in ter-
minis Ioan. Maria Verratus *in diſput. aduerſ. Luthe-
ran.in tit.de ann.leg.* & ibi Rimin.*in conſil.fæcundiſſimò
illic poſito*, vbi dicit hanc opinionem eſſe tenendam.
Dilect. *de art. teſt. tit. de legat. caut. 57.* & Foller. *de
cenſ.num 76.verſ.cenſus enim.* Simon de Præt. *de inter-
pret. vlt.vol.lib. 4.c.fin. num.12. fol.476.* Iacob. Venet.
*de ann. præſt. part. 2. quæſt.38. tract.tom.6.p.2. fol.250.*
pulchrè. Tuſch. *littera L, concl.86.num.5.* & *numer.13.*
vbi multos allegat, & fauore animæ, & pietatis hoc
docet, ne verbum, *in perpetuum*, fruſtratorium redda- 21
tur: latè Peregr. *de fideicomm.artic.30.numer.11.* vbi de
communi teſtatur,& quod de facto ita ſeruatur,& pra-
cticatur,& ita etiam practicari teſtatur Muta *ſuper con-
ſuetud. Panorm. cap.76. numer.59.* Rim. *conſil. 120.* &
*conſ. 219.* qui reſpondet omnibus ex aduerſo allegatis,
& pro hac ſententia Dian.*mor.lib.5.miſcell.2.reſolut.84.*
allegat Bonacinam, & Homobonum, & dicit hanc ſen-
tentiam in praxi obſeruari,& licèt alteram dicat proba-
biliorem, tamen puto in hoc tantum virum allucina-
tum fuiſſe, quia verè hæc noſtra ſententia eſt probabi-
lior, & magis recepta,iuribus, & rationibus bene com-
probata,vt latiſſimè oſtendit Gratian.*d.deciſ.22.n.4.5.6.
& ſeqq.& per totam*,vbi hanc partẽ perbellè defendit,&
omnibus ſatisfacit,& hoc replicat idẽ Gratian.*diſc.131.*

num.1.2.14.15. vbi hoc idem confirmat adeò, vt tam in iudicando, quàm in conſulendo ſit recedendum ab hac opinione, quod hoc legatum duret in perpetuum, etiam vltra centum annos, & hanc opinionem dicit probabiliorem Bonac. *de contract. diſp.3. quæſt.17. punct.8.§.6. num.2. verſ. ſecunda ſententia.*

Non obſtant contraria, & præcipuè, quod in legato vſusfructus ita obſeruetur, vt centum annis finiatur, ſi fiat ciuitati, per *d.l. ſi vſusfructus, de vſufr.* quæ eſt baſis huius materiæ. Nam licèt legatum annuum, & vſusfructus in multis æquiparentur, tamen in hoc differunt valdè, & diuerſitatis ratio eſt euidens, quia in vſufructu
22 reipublicæ relicto ideò tempus centum annorum limitatum fuit, ne perpetuò abſcedente vſufructu proprietas ſemper redderetur inutilis, vt exprimitur *in d. l. ſi vſusfructus*, quæ ſanè ratio non currit in legato annuo, in quo non poteſt conſiderari hæc perpetua ſeparatio vſusfructus à proprietate, cùm præſtans legatum annuum ſit bonorum ſibi relictorum proprietarius, & ſimul vſufructuarius, & ideò ab vno ad alterum non eſt arguendum: & hanc differentiam agnouit Iaſ. *in d.l.2. ſub numer.1. ff. ſolut. matr.* & pleniùs Couar. *var. reſol. d.lib.3.cap.9. ſub num.*10. vbi videre poteris: latè Barbat. *dict. conſil.*20. *libro quarto, per totum.* Panciroll. *dict. conſil.*135. *num.*11. *in fin.* Peregr. *de fideicomm. d.art.*30. *num.*11. *ad fin.*

Non obſtat abſurdum ab infinitate vitanda, quia hoc eſt leuiſſimum argumentum: quodnam eſt abſurdum, quod perpetuò benefaciamus Eccleſiæ, & ſuffragia fiant pro animabus defunctorum, hoc certè nullum eſt inconueniens, potiùs abſurdum eſſet, ſi mens te-
23 ſtatoris defraudaretur, dum putauit in infinitum prouidiſſe ſaluti animæ ſuæ, & ſuorum defunctorum, & nihilominus hac cautela circumuenitur, cùm perpetuum ad centum annos reſtringitur: id verè tolerari non poteſt; toleranda eſt potius infinitas in verbis teſtatoris, quia verba teſtatoris ſunt apta ad eam inducendam, quo caſu nullum eſt abſurdum, ſi diſpoſitio
24 eius trahatur ad infinitum, vt per Bero. *conſil*, 155. *in princ. lib.* 1. Gratian. *d. deciſ.* 22. *numero* 10. & *diſc.*
25 131. *numer.* 14. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 30. *numero* 10. vbi oſtendit infinitatem tolerari in vltimis voluntatibus, & hoc eſt veriſimilius in hoc caſu fauore animæ. Barbat. *d.conſil.*20. *ſub num.*9. *verſ. & iſte eſt, lib.*4.

Non obſtat, quod cenſeatur grauaſſe hæredem minùs, quam fieri poſſit, quia id procedit in dubio, & quando non tractatur de pia cauſa, cuius reſpectu illud debetur, quod maius eſt, non quod minus: ſed in caſu
26 noſtro apparet de mente teſtatoris volentis in perpetuum celebrari Miſſas, & præualet præſumptio, quæ ſtat pro religione, & pia cauſa, vt per Panciroll. *d.conſ.* 135. *num.*12. Grat. *d.diſc.*133. *num.*2.

Nec obſtat, quod animæ defunctorum dicantur libe-
27 rari à Purgatorio per ſpatium centum annorum ad ſummum, vt per Sot. *ſuper quarta Sent.diſt.* 19. *quæſt.tertia, articulo ſecundo*, & propterea teſtator non cenſetur cogitaſſe de longiori tempore, ſed tantum pro illo
28 tempore, quo animæ in Purgatorio poſſunt detineri, vt per Sim. de Præt. *de interpret. vltim. volunt. libro quarto, capit. fin. num.*12. *fol.*476. poſt Michaël. de Accolt. *in conſil.*91. *num.*23.

Nam reſpondetur non eſſe tenendam talem opinionem, quia res eſt incertiſſima, cùm poſſit eſſe, vt animæ aliquorum defunctorum maneant in Purgatorio vſque ad extremum magni iudicij diem, vt benè pro-
29 bat Bellarm. *controuerſ. tom.* 1. *de Purgat. lib.*2. *cap.*9. *verſ. præter hos errores*, pulchrè Gratian. *d. deciſ.*22. *num.*13. 14. 15. *& ſeqq.* vbi contraria confutat rationibus, & exemplis, & exornat, & in caſu noſtro omninò cauendum eſt ab hac ſententia, quia teſtator ſic diſpoſuit non ſolum pro anima ſua, ſed etiam ſuorum defunctorum, quæ verba poſſunt etiam intelligi de his, qui in futurum deficient, & indigebunt huiuſmodi ſuffragiis; & ſic negotium poteſt in infinitum trahi reſpectu illorum, qui morituri ſunt: & ideo non eſt recedendum ab hac opinione affirmatiua, quod legatum prædictum duret vltra centum annos, quia eſt verior, magis communis, & quatenus dubia eſſet, adhuc 30
in ambiguo pro Eccleſia iudicandum eſſet, iuxta *l. ſunt perſonæ, in fin. de relig. & ſumpt. fun. c. vlt. de re iud.* Panciroll. *d.conſil.*135. *num.*10.

In caſu autem noſtro non poteſt vllo modo habere locum prior contraria opinio, quod ſcilicet legatum finiatur centum annis; quia verba noſtri teſtatoris ſunt enixa, & valdè prægnantia ad oſtendendam æternitatem ſuæ diſpoſitionis; verbum enim, *in perpetuum*, plu- 31
ries, & pluries replicauit, & ideò talis geminatio etiamſi bis tantum facta eſſet, debet magis operari, quàm ſi ſimpliciter fuiſſet dictum, *in perpetuum*, ad textum *in l. Baliſta*, vbi DD. *ad Trebell.* Panciroll. *d.conſ.*135. *n.*9. vbi in terminis loquitur.

Accedat, quod in caſu noſtro teſtator ad hoc legatum perpetuò præſtandum non ſolùm grauauit primos eius hæredes, ſed etiam hæredes hæredum, ergo verba 32
important tractum ſucceſſiuum in infinitum ſine præfinitione temporis, & ſic non poteſt dici, quod legatum finiatur centum annis, vt videtur probari per *d.l. annalibus*, vbi Bald. Salic. Iaſ. & DD. *C. de legat.* Alex. *in l. Gallus*, §. *etiam, col.* 3. *C. de liber. & poſthum.* pulchrè Couar. *var.reſol. lib.*3. *cap.*9. *ſub num.*10. *verſ.*4. *ad fin.* vbi quod legatum hæredibus, & hæredum hæredibus 33
debetur abſque temporis præfinitione: ergo idem dicendum eſt quando grauati ſunt hæredes, & hæredum hæredes ad præſtandum legatum, quia eadem eſt ratio. Gratian. *diſc.*131. *num.*9. & vlteriùs teſtator prohibuit perpetuò alienari bona, ex quibus fructus percipitur pro adimplendo dicto legato ſub pœna caducitatis ad fauorem dictæ Eccleſiæ: ergo colligitur mens enixa ipſius diſponentis, quod voluerit Miſſas celebrari, donec duret mundus, etiam vltra centum annos, vt per Bonacin. *d. §. 6. ſub numer. 2. verſ. ſecunda ſententia*, 34
vbi docet etiam, quod huiuſmodi legatum annuum debet ſolui de fructibus hæreditatis, & hæres non tenetur vltra vires hæreditatis, adeò vt priùs deducenda ſit collecta, quia hæc debetur ex natura rei.

Denique contraria opinio eſſet magis tolerabilis, ſi legatum factum Eccleſiæ eſſet merè lucratiuum, & ſine onere Miſſarum: verùm cùm adſit onus Miſſarum celebrandarum pro defunctorum animabus, videtur 35
dicendum, quod legatum duret ſemper, & quandiu Miſſæ poſſunt celebrari: ſic videtur ſentire Barbar. *d. conſil.*20. *ſub numer.*9. *verſ. prætereà, lib.*4. & *num.*12. *verſ. nec loquitur*, vbi vide. Imò in caſu noſtro res clarior videtur, quia non poteſt dici hîc quæri de annuo legato facto Eccleſiæ, ſed de onere iniuncto, vt ſingulis annis faciant celebrare Anniuerſarium, & Miſſas, 36
& ſic ſi volunt retinere bona relicta, debent implere onus iniunctum, quia res tranſit cum onere ſuo, & cum ſua cauſa, *l. ſi conuenerit*, §. *ſi fundus, ff. de pign. act. l. alienatio, de contrah. empt.* §. *ſi quis autem, in Auth. de hær. & falcid. l.*3. §. *fin. ad Trebell.* Cephal. *conſil.*781. 37
*num.*8. Menoch. *conſil.*2. *num.*31. Gratian. *diſc.*705. *numer.*11. *lib.*4.

Concludo igitur legatum prædictum durare vltra centum annos, & ſi quis adhuc dubitaret, ſciat hanc cauſam eſſe Eccleſiaſticam, & decidendam coram 38
Iudice Eccleſiaſtico, & laicum eſſe Iudicem incompetentem, vt in terminis habetur apud Viu. *d. deciſ.* 407. *numer.*19. *in fin. lib.*3. vbi hoc fuit admiſſum in Audientia Regia, nec mirum, quia tractatur de re Eccleſiæ, & ſpirituali pro Miſſarum celebratione, & negotio valdè pio, cùm Eccleſia ſit in poſſeſſione exigendi dictum legatum annuum,





non debet ſpoliari, ſed manutenenda eſt in ſua quaſi poſſeſſione, §. *retinendæ, Inſt. de interdict.* & ſic Eccleſia ſuſtinet partes rei, non actoris, & propterea non eſt trahenda ad forum ſæculare, ſed ad Eccleſiaſticum, quia actor ſequitur forum rei, *l. fin. C. vbi in rem act. l. iuriſdictionem, C. de iuriſd. omn. iud. l. hæres abſens, ff. de iudic. cap. ſi Clericus laicum*, & *c. ſi diligenti, de for. compet.*
41 & ita iuris eſſe cenſui, & iudicaui, quia ſpoliatus dicitur poſſidere in odium ſpoliatoris, & ſuſtinet verè partes rei, vt per Ruin. *conſil.*161. *num.*12. *lib.*1. Seraph. *deciſ.* 1484. *n.*1.9. & propterea cùm Eccleſia ſit in poſſeſſione exigendi dictum legatum, ſi denegetur ei ſolutio, di-
2 citur ſpoliata, & poteſt agere remedio reintegrandæ, *c. querelam, de elect.* Menoch. *recuper. poſſ. rem.*1. *q.*7. *n.*71. Gratian. *diſc.*113. *n.*25, 26. Vnde benè dictum fuit cauſam eſſe pertinentem ad forum Eccleſiaſticum, & ab eo
43 cognoſcendam, & decidendam, quia Eccleſia, & Clericus ſpoliatus poſſunt ſuum ſpoliatorem conuenire in foro Eccleſiæ, vt vidimus; & ſi contingat quæſtio inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem de iuriſdictione, Iudex Eccleſiaſticus propter maiorem ſuam authorita-
44 tem, & dignitatem, cognoſcet, an ſua ſit iuriſdictio. Ant. de Butr. *in c. cæterùm, de iudic.* Felin. & Dec. *in cap. paſtoralis, in princ. de reſcript.* Iaſ. *in l.*2. *ff. ſi quis vocat. in ius non ierit.* Couarr. *pract. qq. cap.*33. *numero* 1. Perez. *Ordin. lib.*1. *cum rubr. titulo primo.* Guttierr. *pract. qq. lib.*1. *quæſt.*6. *numero ſecundo*, pulchrè Sanchez *conſ. mor. tom.*1. *lib.*2. *cap.*4. *dub.*55. *n.*31. *verſ.* imò vbi contingit.

---

# CAPVT CXLIV.

## EPITOME.

Patronus an efficiatur beneficij ille, ſine cuius conſenſu præſentatio fieri non poteſt, extinctis patronis, vel potiùs deuoluat ius ad Ordinarium.

## SVMMARIVM.

1 *Præſentationis pars dicitur ille, ſine cuius conſenſu fieri non poteſt.*
2 *Compatronus decedente compatrono acquirit totum ius patronatus.*
3 *Iuſpatronatus eſt indiuiſibile.*
4 *Patronatus dicitur ille ſolus, qui habet ius præſentandi, non ille, cuius conſenſus requiritur.*
5 *Actus ſpectat ad vnum tantum, licèt ille non poſſit facere ſine conſenſu alterius.*
6 *Agere aliud eſt, aliud agenti conſentire.*
7 *Accreſcendi ius non habet locum, niſi inter coniunctos.*
8 *Iuſpatronatus deuoluit ad Ordinarium, ſiue per negligentiam, ſiue per extinctionem patronorum.*
9 *Patronis lapſo quadrimeſtri ius deuoluit ad Ordinarium.*
10 *Patronorum extincta familia ius præſentandi deuoluit ad Ordinarium.*
11 *Iuſpatronatus extincta familia an tranſeat ad extraneos, vel ad Ordinarium.*
12 *Fiſcus non ſuccedit in iurepatronatu.*
13 *Conſentiendi ius habens non dicitur habere partem in iure præſentandi.*
14 *Præſentatio venit nomine electionis.*
15 *Electionis, & præſentationis eadem eſt ratio.*
16 *Epiſcopus conferens beneficium deuolutum debet ſeruare omnes qualitates fundationis.*
17 *Deuolutio fit ad Epiſcopum cum qualitatibus beneficij.*



18 *Deuolutio non fit ad Epiſcopum cum damno Plebani.*
19 *Beneficiorum collatio deuoluit ad Epiſcopum cum ſuo onere.*
20 *Iuſpatronatus deuoluit ad Epiſcopum eo modo, quo erat apud patronum.*
21 *Subrogatio fit cum iiſdem modificationibus.*
22 *Beneficia conferuntur à Superiore iure deuolutionis, vt conferebat inferior.*
23 *Præſentationis ratio ſi viget, debet ſeruari etiam in collatione.*
24 *Conſentire irrationabiliter recuſans poteſt compelli.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

Rector Eccleſiæ S. Nazarij de Cremona non poteſt prætendere ius præſentandi ad beneficium S. Rochi in ea Eccleſia fundati vacans nunc, eò quod illi de Nazariis, qui erant patroni, non poſſent præſentare ſine conſenſu illius, quaſi quod habens ius conſentiendi ſit pars præſentationis, quia talis conſenſus 1
perficit actum, ex Lambert. *de iurepatr. lib.*2. *p.*2. *q.*4. *princ. art.*11. *num.*4. & ideò compatronus decedente 2
vltimo patrono acquirit totum iuſpatronatus, quia eſt indiuiſibile, & apud omnes eſt in ſolidum. Lambert. 3
*d.tract. lib.*1. *p.*2. *q.*4. *princ. art.*5. *per totum.* Nam verè dictus Rector S. Nazarij non erat compatronus, nec fuit hæres dicti patroni vltimi decedentis, neque ſocius, & ideò præſentatio non erat communis cum eo, cùm tantùm haberet ius conſentiendi, vel diſſentiendi, etenim licèt vnus debeat præſentare cum alterius conſenſu, non tamen ille, cuius conſenſus requiritur, dicitur compatronus, ſed ille ſolus, qui habet ius præſentandi, vel eligendi, vt probare videtur 4
apertè textus *in c. vnic.* §. *cùm verò*, vbi DD. *ne Sed. vac. in 6.* non enim dicitur actus ſpectare ad duos, ſed ad vnum tantùm, quando vnus debet actum facere 5
cum alterius conſenſu, ad textum *in l. ſerui electione*, §. 1. *ff. de leg.*1. & hæc benè exornat Felin. *in c. eam te, ſub num.*16. §. *ſi Papa, verſ. prætereà, de reſcript.* vbi ſimilia multa adducit de eo, qui debet aliquid expedire cum alterius conſenſu, probans, quod actus ille non ſit communis conſentienti, ſed attribuatur agenti, quia 6
aliud eſt agere, aliud agenti conſentire, *l. aliud eſt vendere*, vbi Dec. & Cagn. *ff. de regul. iur.* & ideò ceſſante communione, vel ſocietate in illo actu non eſt quærendum de iure accreſcendi, ad tradita per DD. *in l. re coniuncti, ff. de leg.*3. 7

Vnde dicendum eſt, quod ius conferendi prædictum beneficium deuolutum ſit ad Epiſcopum, & Ordinarium, ſiue quia patroni fuerint negligentes in præſentando, ſiue quia mortui ſint ſine hærede, vt 8
hos caſus parificat Abb. *in cap.*1. *num.*10. *verſ. idem dic.* vbi DD. *communiter, de elect.* & tradunt etiam DD. *in Clem. plerique, eod.* Nam ſicut lapſo quadrimeſtri dato laicis ad præſentandum ſit deuolutio ad Epi- 9
ſcopum, ex *gloſ. ſing. in Clem.*1. *de ſupplend. negl. Prælat.* Viuian. *de iurepatr. lib.*12. *c.*3. *num.*4. ſic extincta familia patronorum, & decedente vltimo patrono ſine hærede, ius illius transfunditur in Ordinarium, ſeu 10
Epiſcopum, ad quem ſpectabat inſtitutio, & Eccleſia remanet libera, Abb. *in d.c.*1. *ſub num.*10. Lambertin. *de iurepatr. lib.*1. *p.*2. *quæſt.*2. *art.*40. *num.*1.2. Viuian. *eod. tract. lib.*4. *c.*2. *num.*79. & *lib.*15. *c.*1. *n.*16. in quo aduer- 11
tendum eſt, non ſatis eſſe, quod extincta ſit familia, quia tunc iuſpatronatus tranſiret ad hæredes extraneos vltimò decedentis, vt per Seraph. *deciſ.*365. *num.*3.4.7. ſed neceſſe eſt, quod vltimus patronus decedat omninò ſine hærede ex teſtato, vel ab inteſtato, quod eſſe poteſt, quia fiſcus vltimo loco ſuccedens non admittitur ad 12
iuſpatronatus, ſed ſuccedit Eccleſia, vt per Lambert. *d. quæſt.*2. *art.*40.

Hinc certum eſſe debet,quod dictus Rector S.Naza-
rij non poteſt præſentare in hoc caſu,quia hoc ei non
fuit conceſſum in fundatione,ſed eius partes ſunt tan-
13 tùm in conſentiendo,vt per Viuian. *de iurepatr. lib.8.
cap. . num.19.* & ſic nunquam habuit partem in iure
præſentandi,ſeu eligendi,etiamſi eius conſenſus fuerit
neceſſarius,per textum *in d.cap.vnic.§.cùm verò, ne Sed.
vac.in 6.* quod licèt loquatur de electione,tamen habet
locum in præſentatione, tum quia venit ſaltem largo
14 modo eius appellatione,tum quia viget eadem ratio,vt
ad rem docet gloſſa *in c.fin.in verb.electione*,vbi Gemin.
*n.12.* Ioan.And.*ſub num.5.* Anch.*ſub n.4. de elect.in 6.*
Lap.*allegat.8.n.4.* vbi Addent.*littera V*,Bald.*conſilio 17.
num.7.lib.5.* Crau.*conſil.63.ſub num.2.* & pluries cenſuit
Rota *in vna Cuſentin. Capell.26. Aprilis 1602. coram
Mellino*,& *in Valentin.benef.10.Martij, coram Andrea*,
15 & 31.*Ianuar.1622.coram Remboldo*,qui omnes arguunt
ab electione ad præſentationem, & diſpoſitum in illa
trahunt ad iſtam, volentes, quod ſicut in electione de-
bent proponi edicta, ita etiam in præſentatione ſunt
proponenda,& ſic quotidie ſeruatur.

Verumtamen ad fauorem Rectoris animaduerten-
dum eſt,quod talis deuolutio collationis beneficij ad
Epiſcopum intelligenda eſt ſine præiudicio ipſius Re-
ctoris,& ideò ſicut præſentatio erat facienda cum eius
conſenſu,ita nunc collatio, ſeu electio, quia quotieſ-
cumque Epiſcopus confert iure deuolutionis,debet ſer-
16 uare naturam beneficij,& omnes qualitates, & condi-
tiones in fundatione appoſitas,vt per gl.ſing.*in d.cap.1.
de ſupplend.negl.prælat.* inquit pulchrè Felin. *in cap.cum
acceſſiſſent.numero 18.de conſtitut.* vbi in propoſito mul-
ta dicit notanda,& perbellè etiam,& ſatis latè Rebuff.
*tract.de nominat.quæſt.9.num.21.22.* vbi præcipuè do-
17 cet, quod ius huiuſmodi deuoluit ad Epiſcopum cum
ſua qualitate: ad rem etiam Lap.*alleg.78. num.16.verſ.
Item alia ratione*, dicens, quod deuolutio non fit ad
18 Epiſcopum cum damno Plebani, ad quem ſpectabat
inſtitutio: ſic etiam Barboſ. *de off. Epiſc. parte tertia,
allegat. ſeptuageſima ſecunda, numero 109.* Viuian. *de
iurepatr. libro duodecimo, cap.3. numero quarto, verſ.
& tenetur*, qui alios allegant, & docent, quod Epi-
ſcopus beneficium conferens iure deuolutionis, tene-
tur ſeruare naturam beneficij, & hoc idem tenuit Ro-
ta apud Seraph. *deciſion. 1309. numero tertio, & de-
ciſ. 1363. numero quarto*, vbi traditum eſt, quod de-
19 uolutio fit ad Epiſcopum cum ſuo onere, & cum ſua
qualitate: ergo neceſſarius erit etiam conſenſus dicti
Rectoris in collatione Epiſcopi,ſicut erat in præſenta-
tione patroni.

Nec obſtat,quod extincta familia illorum de Naza-
riis ceſſat qualitas præſentationis, cui adhærebat ille
conſenſus, & ſic ceſſare debeat etiam ipſe conſenſus
adeò,vt perpetuitas aſſenſus Rectoris non debeat du-
20 rare pluſquam familia patronorum iam extincta ſine
hærede. Nam reſpondetur, quod per talem extin-
ctionem ſine hærede ius patronorum deuoluit, &
transfunditur in Epiſcopum, & conſolidatur, & ſic
electio, ſeu collatio Epiſcopi nunc facienda ſuccedit
loco illius præſentationis, quam faciebat patronus,
& hoc iure deuolutionis, & conſolidationis, & ſic
cum ſubrogatur, debet retinere eandem naturam, &
eaſdem modificationes, vt pulchrè in his terminis de-
uolutionis dixit Felin. *in d. cap. cum acceſſiſſent, nume-
ro 19. de conſtitut.* vbi quod ſubrogatio iſta fit per om-
21 nia cum iiſdem modificationibus, & concordat Re-
buff. *d.tract.de nominat. quæſt.8. numer.22.* ad rem facit
gl.marginalis *in Clem. vnic. de ſupplend. negl. Prælat.*
vbi dicit, quod poteſtas ſuperioris in conferendis be-
neficiis deuolutis modificatur, & regulatur ſecundùm
poteſtatem ipſius inferioris, adeò vt tranſlationes de
22 perſona in perſonam, fiant cum ſua cauſa, & ſuis
qualitatibus, modis, & conditionibus.

Vnde non poteſt dici, quod ſimul cum iure præſen-
tandi ſit etiam extinctus ius conſentiendi dicto Recto-
ri reſeruatum,quia eſt quid diuerſum, & non ceſſat ra-
tio,propter quam fundator fortè voluit præſentationẽ
fieri non poſſe ſine conſenſu, ne cogeretur in ſua Ec-
cleſia habere Rectorem dicti beneficij S. Rochi ſibi
inimicum,vel malè affectum; hoc enim ius conſentien-
di potius reſpicit perſonam eligendi, quàm patrona- 23
tum, quæ ratio cum vigeat etiam in collatione idem
ius in ea ſeruandum eſt,*l.quidam, §.nummularios, ff. de
edend.l.illud,ad leg. Aquil.§.ſi igitur,in fin. inſtitut. quod
eo*,cum vulgaribus.

Benè verum eſt,quod ſi dictus Rector S.Nazarij ir-
rationabiliter,& ſine iuſta cauſa recuſaret conſentire,
poſſet conſtringi ad conſentiendum, quia ius conſen-
tiendi illi datum cenſetur in ædificationem, non
in deſtructionem, & ſic eius Superior poterit illum
aſtringere ad conſentiendum, vel ſi indebitè, & 24
obſtinatè recuſet, ipſe pro eo conſenſu ſuppleuit: ſic
probat textus *in cap. nullis*, vbi gloſ. *in verb. offeratur,
de iurepatr.* Lambert. *eod. tract. libro primo, ſecunda
parte, quæſtione prima, princ. articulo 20. numero
ſecundo*, ſic requiſitus de mea ſententia ab Eminen-
tiſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinali Camporeo Epi-
ſcopo Cremonæ digniſſimo cenſui, & dixi, & votum
meum fuit executioni demandatum,vt per litteras Emi-
nentiæ ſuæ intellexi.

---

# CAPVT CXLV.

## EPITOME.

Iudex appellationis non poteſt eximere appellantem à iuriſdictione iudicis ordinarij quoad alias cauſas, & alia tractantur in hac materia.

## SVMMARIVM.

1 *Inhibitio vigore* cap.ad hæc, il primo, de appellat. *quomodo procedat.*
2 *Inhibitiones non debent relaxari, niſi viſis actis.*
3 *Cauſas coram Ordinariis pendentes non poſſunt Legati, & alij ſuperiores ad ſe auocare niſi per viam legitimæ appellationis.*
4 *Appellans quoad alias cauſas conuenitur coram Ordinario.*
5 *Inhibitio Iudicis ad quem, quando poſſit ſperni.*
6 *Appellatio interponenda eſt coram Iudice à quo.*
7 *Appellatio non admittitur, vbi non conſtat de grauamine.*
8 *Epiſcopus admittens rei compoſitionem dicitur facere miſericordiam cum ſubdito.*
9 *Compoſitio cum reo quando ſit licita.*
10 *Epiſcopi ſolent, & poſſunt admittere reorum compoſitiones.*
11 *Epiſcopi ſunt in quaſi poſſeſſione faciendi gratiam de omnibus delictis.*
12 *Compoſitio ſapit gratiam, & pœnam.*
13 *Gratia dicitur etiam compoſitio, ſi gratia præponderat pecuniæ ſolutæ.*
14 *Compoſitiones quænam requirant.*
15 *Compoſitio an poſſit fieri à reo in carceribus detento.*
16 *Compoſitio probat contra producentem.*
17 *Appellans ſe fundans* in c. ad hæc, *debet probare appellationem, & grauamen.*





18 *Agens ex lege qualificata debet probare qualitates legis.*
19 *Appellatio efficit, vt non poſſit dici lis finita.*
20 *Compoſitio, & gratia liti finem imponit.*
21 *Compoſitus reus non poteſt ex nouis indiciis moleſtari.*
22 *Compoſitio cum reo tranſit in contractũ irreuocabilem.*
23 *Contractus quid ſit.*
24 *Protonotarij non ſunt exempti ab Ordinario.*
25 *Iudex Ordinarius remanet iudex quoad alias cauſas, excepta appellatione.*
26 *Appellationis pendentia non facit licitum recuſare Iudicem ordinarium.*
27 *Iudex diſcretus non prouocatur ex appellatione.*
28 *Recuſationis Iudicis cauſæ debent cognoſci ab arbitris iuris.*
29 *Iudex à quo non poteſt impediri à Iudice ad quem quoad alias cauſas.*
30 *Suſpectus allegatus Iudex poteſt cauſam alteri non ſuſpecto delegare.*
31 *Suſpectus in cognoſcendo non eſt ſuſpectus in committendo.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

MOderanda eſt inhibitio obtenta à R.D.Ludoui-
co Macagnano Curato Eccleſiæ Mandoſij in
Diœceſi Regij,ab A.C.ille enim annis elapſis fuit pro-
ceſſatus ex cauſa cuiuſdam falſitatis, & damni dati, &
cùm eſſet valdè indiciatus ſupplicauit Illuſtriſſimum,
& Reuerendiſſimum D. Epiſcopum, vt ei gratiam re-
miſſionis faceret,& ad certam pecuniæ compoſitionem
admitteret; vnde parte concordata circa damnum, præ-
dictus D.Epiſcopus gratiam illi fecit ſolutis ſcutis 200.
locis piis applicandis,prout factum fuit.

Nam dictus Macagnanus gratiam prædictam acce-
ptauit,& poſitus in libertate ipſe eam produxit in actis,
fecitque regiſtrari in libro gratiarum, ſed poſt ſpatium
ſex menſium,& vltra,credens hac via ſe poſſe eximere
à iuriſdictione Ordinarij habuit recurſum ad Illuſtriſſ.
& Reuerendiſſ. A. C. dolens quaſi in prædictis fuiſſet
1 grauatus, & dicitur obtinuiſſe inhibitionem, etiam
quoad alias cauſas,vigore capitis *ad hæc,il primo,de ap-
pell.* non viſis actis,& ſine cognitione cauſæ,contra de-
cretum S. C. Eminentiſſimorum DD. Card. negotiis
2 Epiſcoporum præpoſitorum, de quo infra, vbi decer-
nitur,vt inhibitiones non relaxentur, niſi viſis actis,
& parte citata.

Ideò moderanda eſt dicta inhibitio non ſolùm
quoad cauſam prædictã,ſed & multò magis quoad alias
cauſas contra dictum Macagnanum de nouo motas,vel
mouendas, quia quoad illas remittendus eſt ad ſuum
Ordinarium,maximè cùm moram non trahat in Cu-
ria,ſed in partibus degat in conſpectu ſui Superioris,
quem non vult recognoſcere,neq; etiam quoad curam
animarum.Nam in prædicto S.C.decreto facto ſub die
3 16.Octob.1600.*in verſ.Item nec alij*, quod fuit confir-
matum à Clem.VIII.decernitur,ne Superiores quicun-
que etiam Nuntij,vel Legati de latere cauſas in Curiis
Ordinariorum pendentes ad ſe aduocent,niſi per viam
legitimæ appellationis,*tuncque appellantes ab inferiorum
iuriſdictionibus quoad alias cauſas eximere non poſſint*;&
hoc etiam habetur apud Genuenſ. *in Prax. Archiep.
Neap.c.88.n.37.* & Addent. ad Quarant.*in ſum. Bullar.
verb. Archiepiſcopi auctoritas,ſub n.20.verſ.ſciendum eſt.*
Piaſec.*in prax. Epiſc. tit. de appell. n.101.* Ricc.*in prax.
for.Eccl.tit.de appell. reſol.404.* qui omnes vnanimiter
in verbis, & per extenſum ponunt dictum decretum,
cuius verba nimis ſunt clara; cui nec etiam contradicit
dictum caput *ad hæc,de appellat.* cuius communis intel-
4 lectus eſt, vt reus qui à Iudice à quo in vna cauſa ap-
pellauit,in alia poſſit conueniri, & ibidem tradunt Io.
And. Abb. Felin. Franch.& communiter DD. imò hoc
expreſsè cauetur *in c.Romana,§.cùm verò, gl. de appell.
in 6.* vbi deciditur, quod appellans in vna cauſa in aliis
ſubiicitur iuriſdictioni ſui Ordinarij,& Iudex ad quem
non poteſt quoad alias cauſas eximere appellantem à
iuriſdictione Ordinarij.

Et tantò magis moderanda eſt dicta inhibitio omni-
nò,quia non habet inſertum tenorem ſententiæ, ſeu
grauaminis irreparabilis illati à iudice à quo, prout re-
quiritur,alioquin inhibitiones,& proceſſus, & omnia 5
inde ſequuta ſunt ipſo iure nulla; eiſque impunè non
parêre licet,vt legitur in dicto Decreto, *in verſ. inhibi-
tiones*: & legitur in Conc.Trid. *ſeſſ.24. de reform.c.20.
verſ.neque appellationes.*

Imò non erat locus alicui inhibitioni, quia dictus
D.Ludouicus nunquam appellauit; & tamen debebat
appellationem interponere coram Iudice à quo,niſi eſ-
ſet abſens,vel impeditus, *c.fin.* vbi Doctores, *de appell.* 6
nec habebat cauſam, vel occaſionem appellandi; quia
nulla moleſtia ſibi inferebatur,nullaque ſententia, vel
decretum emanauerat in eius cauſa ei nocibile, propter 7
quod de grauamine conſtare poſſet,prout requiritur in
dicto Decreto,*verſ.nec dum*,& Concil.Trid.*dict.c.20.*

Neque dictus D. Ludouicus poteſt pro grauamine
allegare gratiam compoſitionis prædictæ ab eo obten-
tæ à dicto D.Epiſcopo magnis eius precibus, & cum
eius Aduocatorum, & Procuratorum conſilio, qui vi-
dentes, quantis indiciis ille premeretur, illi ſuaſerunt
pro eius bono,vt peteret ſe admitti ad compoſitionem
prædictam,quam admittendo Epiſcopus non dicitur il-
li grauamen intuliſſe,ſed miſericordiam cum illo feciſ- 8
ſe,vt poſt Tiraq.*de pœn.temp.cauſ.23.* dixit Farin.*in prax.
crim.quæſt.5.n.3.verſ.& ideò*, vbi etiam probat licitam
eſſe compoſitionem,dum pendet litis euentus, & reus
eſt indiciatus,imò Iudex debet potius moueri pietate, 9
& miſericordiâ,reum ad compoſitionem admittendo,
quàm ſeueritate eam recuſando,& teſtatur in vrbe, &
ſtatu Eccleſiaſtico ſemper ſe vidiſſe indiſtinctè reos ad 10
compoſitiones admitti,de quo etiam fidem facit Guaz-
zin.*de defenſ.reorum,defenſ.34.c.1.verſ.tamen.* Idque pro-
cedit etiam in quocumque graui delicto, quando non
eſt benè probatum,vt per Farin. *d. q.5. numero 3. verſ.
poteſt enim de facili*, & *numero 6.* vbi dicit, quod Iu-
dices Eccleſiaſtici ſunt faciliores in componendo,
& pœnas commutando, quàm in rigoroſa ſanguinis
effuſione.

Vnde Epiſcopus potuit admittere prædictum reum
ad compoſitionem, etiamſi verſemur in cauſa falſi-
tatis, ſtantibus indiciis contra eum reſultantibus,
quia Epiſcopi id de iure facere poſſunt, & ſunt in 11
hac quaſi poſſeſſione faciendi gratiam de omnibus de-
lictis etiam grauibus,cùm habeant merum, & mixtum
Imperium, vt poſt Alba *in conſ.64.num.76.* pulchrè
Genuenſ. *in dicta Prax. Archiep. Neap.c.57. num.3.* vbi
Addent. id latè probant,& ſic docent Guazzin.*d.defenſ.
34. cap.3. num.6.* Ricc. *in prax.for. Eccl. reſolut.303.
num.4. verſ. cæterùm*; quod multò magis procedit in
gratia per viam compoſitionis,quia ſic delicta non re- 12
manent penitus impunita, cùm pecunia ſoluta ſucce-
dat loco pœnæ. Farinac. *d.quæſt.5. num.13.verſ.verùm*:
& ita reus non tranſit impunè, & nihilominus ſupe-
rior ei gratiam facit, quia gratia per compoſitionem
facta mediante pecunia adhuc dicitur gratia, quando
præponderat pecuniæ,vt hîc: ſic poſt Soc.*conſil.4.col.2.* 13
*lib.2.* Curt.Sen. *conſ.49.colum.3.* inquit Baiard. *ad Clar.
in prax.crim.§ fin.q.59. num.11.* Vnde cùm Epiſcopus
pecuniam erogauerit in pios vſus pro pauperibus,com-
poſitio dicitur benè conſiderata, & reſpectu criminis 14
falſitatis non plenè omninò probatæ, non poteſt dici
neque mulcta grauis,neque nimis leuis,quod conſide-
randum eſt in compoſitionibus. Farinac. *d.quæſt.5. ſub
num.14.*

Neque Macagnanus dicere poteſt,quod metu carce-
ris id fecerit,quia nemo eum compulſauit,& ſi detine-
batur in carcere ad largam, id requirebat cauſa ipſa in
ſe grauis, vnde ceſſat metus qui poſſet dici iniuſtè in-
cuſſus,& ideò ipſe,& amici eius rogauerunt D.Epiſco-
pum,vt admitteret eum ad compoſitionem, vt ex atte-
ſtationibus exhibitis, & cùm valde eſſet indiciatus , vt
15 *in* proceſſu,compoſitio fuit licita,etiamſi fiat à reo in
carceribus detento : ſic Farin. *dict. quæſt.5. numer.*17.
*verſ.veritas tamen*,& propterea ſufficit , quod de com-
muni concordia,& conſenſu fuerit facta compoſitio,vt
per Farinac.*d.quæſt.quinta,n.*15. de hoc enim nihil eſt
dubitandum ſtantibus atteſtationibus prædictis , &
quia reus ipſe , poſtquam fuit liberatus,gratiam com-
poſitionis acceptauit, & in libro gratiam regiſtrari fe-
16 cit in actis exhibens , vnde contra eum producentem
plenè probat,vt poſt Gratian.*conſil.*50.*n.*45.*lib.*1. dixit
Seraph.*decis.*295.*n.*7.8.

Vnde non poteſt dici,quod hæc cauſa pendeat per
appellationem, cùm iam ſit terminata per compoſitio-
nem,& ideò inhibitio minus prodeſſe poteſt dicto reo
quoad alias cauſas iuxta dictum *c.ad hæc,de appell.* quia
17 hic nulla adfuit appellatio,nulla ſententia, nullumque
grauamen,& tamen reus ſe fundans *in d.c.ad hæc*,quod
loquitur de pendentia appellationis ob grauamen il-
latum,debebat probare talia verificari , qui ſe fundans
in lege qualificata , vel certas qualitates ſupponente ,
debet probare, quod in eo caſu verificentur omnes il-
18 lius legis qualitates,antequam agat ex illa lege. Bart.*in
l.*1.*§.quod autem,ff.ne quod in flum.publ.* Felin.*in cap.*2.
*de reſcript.*Surd.*conſil.*45.*n.*14.& *deciſ.*39.*n.*1. & *deciſ.*
305.*num.*41.Rota apud Farinac. *deciſ.poſthum.*603.*n.*1.
*part.*2.

Hîc autem non tractatur de appellatione ob graua-
19 men illatum,& cùm ſtatus appellationis efficiat, vt lis
non poſſit dici finita , Rot. *diuerſ. deciſ.*170. *numer.*9.
*p.*5. verſamur extra materiam *dicti c.ad hæc*, quia agitur
hic non de appellatione, ſed de compoſitione, & gra-
tia,quæ finem liti, & controuerſiæ imponit , & pro-
20 ceſſum abolet, adeò vt nec etiam ſuperuenientibus no-
21 uis indiciis reus ampliùs moleſtari valeat , vt per Fa-
rinac.*d.q.*5.*n.*4. talis enim gratia per compoſitionem
22 mediante pecunia facta tranſit in contractum irreuo-
cabilem,vt poſt Bald.& alios inquit Baiard. *ad Clar.d.
§.fin. quæſt.* 59. *numero* 11. *verſ. Item adde.* Vnde ſi
eſt contractus irreuocabilis , reuocari non poterit non
23 ſolum reſpectu fiſci , ſed nec etiam reſpectu rei , quia
contractus eſt actus vltro , citroque obligatorius ,
ad textum *in l. Labeo , ff. de verb. obligat.* cum
vulgaribus.

Ideo cum verſemur in negotio penitus terminato , à
noſtro caſu erit aliena materia *d. cap. ad hæc* , quod
ſupponit litem , & pendentiam appellationis , & gra-
uamen illatum. Sed hæc adinuenit dictus reus ob ma-
lam eius conſcientiam , putans ſic euitare iuriſdictio-
nem ſui Ordinarij , & omnia ſibi licita eſſe , pro
minimo habens dilapidare bona ſuæ Eccleſiæ , &
malis moribus vti , ad quem finem procurauit etiam
24 fieri Protonotarium , licèt ſit ex progenie ruſtica,cre-
dens per hoc ſe exemptum à iuriſdictione Ordinarij ,
ſed malè,quia ei obſtat S.Concilium Tridentinum *ſeſſ.*
24.*c.*11.*de reform.*

Verùm enim verò eſto etiam, quod verſemur in pu-
ris terminis *d.c.ad hæc*,& pendeat in ea cauſa dicti Ma-
cagnani appellatio,non tamen per hoc ſequitur, quod
Iudex Ordinarius hoc ipſo reddatur ſuſpectus, & poſſit
25 recuſari quoad alias cauſas, aut iuriſdictionem amittat,
ne ſuum ſubditum corrigere valeat , vel proceſſare , ſi
oportet,*cap.Romana,§.cum verò,de appell.in* 6. ſola enim
pendentia appellationis non facit licitum Iudicem re-
26 cuſare in alia cauſa vt ſuſpectum,niſi conſtet de graua-
mine iniuſtè illato in illa cauſa, abſurdum enim eſſet ,
quod cum ex facto meo , & à mea voluntate procedat
appellatio per breuem ſchedulam appellationis , fortè
etiam ex falſa cauſa , & ad hunc finem interiectæ,
ſic effugerem , & impedirem iuriſdictionem Iudicis
mei: ſic in verbis inquit pulchrè Io.And.*in d.cap.ad hæc
il primò,num.*4.*verſic.vel dic,de appellat.* quem commu-
niter ſequuntur DD.ibidem,vt poſt Butr.ait Abb. *n.*2.
*verſ.ſeptimam.*Franch.*num.*3. vbi pariter de communi
fidem facit.Felin.*num.*2. vbi ait , quod iſte eſt commu-
nis intellectus,& præualet in practica: ſic etiã Franch.
*in c.propoſuit,ſub num.*4. *de appell.*vbi dicit , quod DD.
communiter tranſeunt cum opinione Ioan. Andreæ :
ſic etiam Abb. *cap. vt debitus , num.* 32. vbi gl. *in
verb. rationabiliter* , vbi etiam Card. Alex. *ſub nu-
mero* 25. *eod.* Scacc. *d.tractat.de appellat.lib.*3.*c.*2.*q.*17.
*lim.*47.*memb.*3. *num.*4. *verſ. contrarium* , vbi de com-
muni teſtatur , & ait , quod hæc opinio eſt vera,& ſer-
uatur , quia Iudex diſcretus non prouocatur ex appel- 27
latione.

Sed dictus Macagnanus non poteſt in dicta cauſa
falſitatis, & damni probare de aliquo grauamine, cùm
nulla ſit lata ſententia , nullumque decretum inferens
damnum , ſed ſolùm ei fuerit aſſignatus terminus ad
faciendum ſuas defenſiones , in quo nec poſtea quid-
quam probauit , nec purgauit indicia contra eam exi-
ſtentia , ſed deuenit ad compoſitionem voluntariam ;
vt ſupra dictum eſt ; ergo per hoc non debet , nec po-
teſt habere ſuſpectum Iudicem Ordinarium in aliis
cauſis , ſed ſicut in aliis recuſationibus , ſic in iſta ,
quæ allegatur in aliis cauſis , non ad A. C. ſed ad ar- 28
bitros iuris recurrendum eſt,qui videant,& cognoſcant
cauſas recuſationis, ad textum *in c. cum ſpeciali* , vbi
DD. *de appellat.* coram quibus non erit ſatis probare
veritatem grauaminis,vt inquit Ioann. And.*in d.c. ad
hæc,ſub num.*4. vbi Abb. *n.*2. *verſ.ſeptimam*,& Franch.
*in d.c.propoſuit,ſub num.*4. & *in c. poſtremò , ſub n.*20.
*verſ.*27.*de appellat.*Scacc.*eod.tract.d.lim.*47.*memb.*3.*n.*3.
Et ſic omninò videtur moderanda dicta inhibitio , & 29
cauſa ſuſpicionis , ſi quæ eſt , coram arbitris cognoſ-
cenda, quia etiamſi Iudex à quo poſſit ſuſpectus alle-
gari,tum Iudex ad quem non poteſt in hoc ſe impedi-
re quoad alias cauſas: gloſſa *in d.cap.cùm Romana,§.cum
verò,de appell.in* 6.

Accedat,quod in terminis *d.c.ad hæc*,quoad alias cau-
ſas appellantis Iudex Ordinarius poteſt ſuam exercere
iuriſdictionem donec à ſubdito ſuſpectus allegetur ,
& tunc cauſa non deuoluit ad A. C. ſed ſi Epiſcopus
admittat ſuſpicionem , omiſſis arbitris , poteſt com-
mittere cauſam alteri Iudici non ſuſpecto , & ei ſuas 30
vices delegare , vt inquit Abb. *in d.c.ad hæc, num.*6. *in
fin.* vbi Felin. *n.*6.dicit,quod ſuſpectus in cognoſcen-
do in principali , non eſt ſuſpectus in committendo
alteri. Abb.etiam *in cap. ſi quis contra Clericorum , co-
lum.* 11.*de for.competent.*pulchrè Crauet.*conſil.*469. *n.*2.
7.Verùm pro coronide ſufficit concludere cum prædi-
cto decreto S. C. in quo dicitur, quod Iudex ad quem
non poteſt eximere appellantem à iuriſdictione ſui Or-
dinarij quoad alias cauſas , & ideò moderandam eſſe
inhibitionem cenſeo.Saluo , &c. Vnde inhibitio fuit
moderata de anno 1641.de menſe Decembris, & cauſa
ad Ordinarium remiſſa.

---

## CAPVT CXLVI.

### Epitome.

Clerici etiam primæ tonſuræ ſunt exem-
pti ab omnibus gabellis , etiam pro bo-
nis patrimonialibus , & pro eorum fa-
milia ,



milia , tamen denuntiare tenentur ga-
bellario.

### SVMMARIVM.

1 *Gabellas,qui exigunt à Clericis , ſunt ipſo facto ex-
communicati.*
2 *Clerici ſunt immunes ab omnibus collectis,gabellis, &
angariis.*
3 *Clericos omnes, tam Sæculares , quàm Regulares eſſe
exemptos ab omnibus datiis certum eſt.*
4 *Epiſcopus poteſt inquirere contra exigentes gabellas à
Clericis,etiam ſponte ſoluentibus.*
5 *Clerici non tenentur ad gabellas pro rebus quas emunt
pro vſu ſuo.*
6 *Clerici ſunt exempti etiam pro rebus,quas emunt pro
vſu ſuæ familiæ.*
7 *Immunitas deſeruit non ſolùm pro Clericis, ſed etiam
pro eorum famulis.*
8 *Exemptus à gabellis non cenſetur exemptus pro fa-
milia.*
9 *Gabellam qui non tenetur ſoluere pro ſe , nec tenetur
pro familia ſua.*
10 *Clericorum exemptio extenditur etiam ad eorum fi-
lios, & vxores.*
11 *Gabellam ſoluere tenetur, qui emit ab exempto.*
12 *Emptor à fiſco tenetur ad gabellam.*
13 *Gabellam an ſoluere debeat emens ab Eccleſia , &
quando.*
14 *Eccleſia poteſt vendere cum pacto exemptionis.*
15 *Gallario debent denuntiare Eccleſia, & Clerici res ,
quas tranſportant.*
16 *Exemptus, & Eccleſia tenentur denuntiare gabellario.*
17 *Clerici non denunciantis gabellario an res cadant in
commiſſum.*
18 *Exemptus non denuncians punitur in duplicata ga-
bella.*
19 *Clericus dolosè non denuntians gabellario perdit illas
res, & quando non.*
20 *Denuntiare omittens per errorem, non cadit in com-
miſſum.*
21 *Clericus punitur pœna commiſſi, ſi dolosè omittit de-
nuntiare gabellario.*
22 *Scholares , & Clerici non denunciantes gabellario
quam pœnam incurrant.*
23 *Scholaris eſt exemptus, ſed tenetur denuntiare gabel-
lario.*
24 *Clerici recuperare , poſſunt damna ſua à mulionibus
non denuntiantibus gabellario.*
25 *Exemptus quomodo reſtituatur contra gabellarium
rebus non denunciatis.*
26 *Commiſſi pœna non incurritur, niſi fraude, vel dolo in-
teruenienté.*
27 *Eccleſia non incidit in commiſſum, ſi res non fuerunt
denunciatæ.*
28 *Gabellas non debet defraudere Eccleſia, alias cadit in
commiſſum.*
29 *Gabellarius non poteſt mittere manum ad res Eccle-
ſiæ, vel Clericorum, niſi Iudex Eccleſiaſticus declara-
uerit incidiſſe in commiſſum.*
30 *Minor reſtituitur aduerſus gabellarium.*
31 *Gabellarius non confiſcat res Clerici minoris.*
32 *Gabellarij controuerſia cum Clerico , à quo Iudice di-
rimenda.*
33 *Iudex Eccleſiaſticus eſt adeundus à gabellario contra
clericum fraudantem gabellam.*
34 *Laicus non eſt Iudex competens inter Clericum , &
gabellarium.*
35 *Gabellarius debet ſtare iuramento Clerici , vel eius
famuli, res eſſe Clericorum.*
G *abellarium contra in dubio eſt iudicandum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Mirandulæ gabella,in qua fiſcus ille præten-
debat Illuſtriſſimum D. Comitem Thomam Fonta-
nam Clericum Mutinenſ. incidiſſe in commiſſum ob
fœnum ad alias partes tranſportari cœptum,dixi liberè
dimittendos eius homines,& animalia, quia nullus er-
ror,nulla culpa fuit commiſſa,imò cenſui eos,qui arre- 1
ſtum fecerunt,& mandauerunt incidiſſe in excommu-
nicationem,de qua *in cap. Clericis , §. nos autem,de im-
mun.Eccl.in* 6.& in Bulla Cœn.Domini,*caut.*18.& *cap.
quamquam,de cenſ.in* 6.vbi excommunicantur exigen-
tes gabellas,taleas, collectas, & alia onera ab Eccleſia- 2
ſticis perſonis,ſeu eos moleſtantes,& grauantes,vel alio
modo directè , vel indirectè perturbantes occaſione
prædicta,& conſilium dantes,vel fauorem,& auxilium:
& ita ſunt ipſo facto excommunicati , vt *in Clement.
præſenti.de cenſibus.*Sanchez latè *conſil.mor. tom. primo ,
lib.*2.*cap.*4.*dub.*55.*n.*1.vbi multos allegat.

Certum eſt enim Clericos tam ſeculares , quàm re-
gulares primæ etiam tonſuræ eſſe exemptos,& immu-
nes ab omnibus datiis , & gabellis , & aliis oneribus,
tam ratione bonorum Eccleſiaſticorum , quàm patri- 3
monialium, *cap.quamquam,*vbi gl. *de cenſ.in* 6. & *d.c.
Clericis,§.nos autem*,& *c. Eccleſiarum*, 12. *q.*2. *l. placet* ,
vbi DD.*C.de ſacroſ.Eccl.* Beller.*diſq. Cler. p.*1.*tit. de
exempt.cler.§.*3.*n.*8.& §.6. *num.*1. Bonac. *de cenſur. in
Cœn.Domini,diſp.*1. *q.*19.*p.*3.*§.*1.*n.*12.& ego dixi *contr.
for.*22.*n.*49.50.& *ſeqq.*ac alibi,adeò vt Epiſcopus poſſit
inquirere,& procedere contra grauantes Clericos , & 4
exigentes ab eis,etiamſi ipſi ſponte ſoluant.Rol.*d.conſ.*
71.*n.*26.27.*lib.*4.

Vnde eſt,quod Clerici,& perſonæ Eccleſiaſticæ non
tenentur ſoluere gabellam non ſolùm pro rebus ſua-
rum Eccleſiarum,vel propriis,quas fortè de loco ad lo-
cum tranſmittunt ; ſed neque etiam pro rebus , quas 5
emunt pro ſuis neceſſitatibus, vel commoditatibus ad
eorum vſum , quia in his omnibus ſunt immunes , vt
per Card. *in Clem.præſenti,de cenſ.* Bertach.*de gabell. in*
7.*part.q.*7.*colum.*5.Boſſ.*in prax.crim.titul. de Principe ,
numer.*178. pulchrè Rol.*conſ.*71.*numer.*21.*lib.*4. Ruin.
*conſ.*112.*num.*6.*lib.*5. Surd. *conſ.*41.*n.*1.Burſat. *conſ.*42.
*n.*4.17.*lib.*1.latè Bellet. *diſq.Cler.p.*1.*tit.de exempt.Cler.
& eorundem bon.* §.6.*num.*1. vbi probat Clericos eſſe
exemptos non ſolùm pro rebus, quas traducunt , vel 6
emunt pro vſu ſuæ Eccleſiæ,& proprio , ſed etiam pro
vſu ſuæ familiæ, ſi ipſi ſint patres familias , per *l.vni-
uerſi,Cod.de vectigal.*& *Clement.præſenti*, vbi Card. *n.*8.
*de cenſibus:* quod etiam dixit Rol.*d.conſil.*71.*n.*16.*in fin.*
ibi : *vel familiæ , lib.*4. Sanchez *conſil.mor. lib.*2. *cap.*4.
*n.*44.*num.*2. Et propterea pro famulis , & ancillis , & 7
aliis perſonis,quæ ſubſunt regimini Clerici, ipſe pote-
rit immunitatis priuilegio gaudere,quia hi veniunt fa-
miliæ appellatione,ad textum *in leg. pronunciatio, §.fa-
miliæ*,& *in l familiæ*,vbi Alciat.*de verbor. ſignific.* Boer.
*deciſ.*213.*n.*13.*p.*1.vbi pulchrè hoc declarat in terminis
noſtris gabellæ : ſic etiam Sanchez *controu.mor. lib.*2.
*tom.*1.*cap.*4.*dub.*54.

Nam licèt controuerſum ſit , an exemptus à ſolu-
tione gabellæ , teneatur eam ſoluere pro his,quæ per-
tinent ad vſum familiæ ſuæ , & multi teneant ceſſare 8
pro hac parte exemptionem , vt per textum *in l. hoc
legatum* , vbi Alber.*de legat.*3. dicit idem Alber. *in* 2.
*part.Statut. q.*120. quem ſequitur Ant. *in d.l.vniuerſi* ,
& Soc. *in conſ.*72. *in primo dub.lib.*4. tamen magis æ-
qua,vera, & communis ſententia eſt vſu etiam appro-
bata eſt,quod qui pro ſe non tenetur gabellam ſoluere,
neque teneatur pro eius familia, per textum *in l. ſi quis
pro vxore ſua,ff.de donat.inter vir.& vxor.* & *in l. Cenſo-
ria,§.*1.*ff.de verb. ſignif.* gl. *in d.l.vniuerſi, C.de vectigal.*
vbi Io.Faber eam ſequitur per textum *in l.*2.*§.*1. & *l.pen.*

§.1.ff.de vſu,& habit.vbi Alber. idem tenet,ſicut etiam
gl.in l.ſi publicanus,§.1.in gl. vlt. de publican. Bald. in l.
vſurpationem,C.de vectig.& commiſſ.Firman. in tract. de
Gabell.p.7.q.11.pulchrè Boer.deciſ.213.n.6.7.8.p.1.vbi
teſtatur ita fuiſſe iudicatum, & ita vidiſſe ſeruari : ita
etiam docet Ioſeph Lud. com.concl. tit. de gabell. concl.
vnic.illat. 24. vbi dicit ab hoc non eſſe recedendum,
quod multò magis procedit in familiis Clericorum,
quæ eorum expenſis ſuſtentantur,quia ſi gabellam pro
ſe ſoluerent, totum redundaret in damnum perſonæ
Eccleſiaſticæ,& propterea omnes admittunt,quod pri-
10 uilegium exemptionis Clerici extenditur etiam ad
eius filios legitimos,& naturales,& ad eius vxorem, ſi
eſſet Clericus Orientalis, qui poteſt vxorem retinere:
ſic latè probat Carol.de Graſſ.de eff.Cler.eff.3.num.133.
134.137.vbi multos allegat.

Hæc autem certiſſima,iuſta,ac honeſta eſſe videntur,
ſed dubium facit,an ſaltem ille, qui emit ab Eccleſia,
11 vel à Clerico,teneatur ſoluere gabellam;& videtur iu-
dicandum contra emptorem, per textum in l.licitatio,
§.mercatores,de public.vbi dicitur, quod ſi aliquis emit
à fiſco,licèt fiſcus ſit immunis, tamen emptor tenetur
12 ad gabellam. Verumtamen diſtinguendum eſt,quia aut
onus gabellæ eſt annexum contractui,aut contingit ex
actu ſeparato;nam ſi onus illud ineſt contractui, tunc
ſtatutum gabellæ de ſoluendo non poteſt intelligi de
13 contractibus celebratis cum Eccleſia,vel Clerico, quia
per indirectum læderetur libertas Eccleſiæ,quia pluris
venditur res libera,quàm res onerata;ſi verò onus cō-
tingit ex actu ſeparato, poſtquam res eſt facta empto-
ris,velut ſi velit eam traducere ad alias regiones, vbi
ſoluitur gabella pro tranſitu, tunc ipſe ſoluere tenebi-
tur:ſic pulchrè docet Bald.in conſ.31.n.2.lib.1. Specul.
in tit. de immunit. Eccl. in fin. Archidiac. Gemin. &
Franch.in capit.quamquam, de cenſib.Card. & Imol.in
Clem.vlt.eod.Salyc.in l.vniuerſ. C. de vectigal. pulchrè
Menoch.conſil.136.num.19.20.& num.24.verſ.non ob-
ſtat,vbi ſic concordat ſententias, & declarat Doctores
hanc controuerſiam pertractantes. Gabriel conſil.161.
num.3.4.7.lib.2. Surd. conſil.301. num.80. Bellet. diſq.
Cler.p.1.d.tit.de exempt.Cler.§.8.num.4.verſic. prior ta-
men,& ego dixi d.contr.for.22.n.9.10.12. vbi vide; niſi
tamen laicus emeret ab Eccleſia cum pacto, quod ſum-
14 ptibus Eccleſiæ res deferatur ad talem locum; quia
tunc neque emptor, neque Eccleſia tenentur ad ali-
quam gabellam:ſic pulchrè Perſonal.de gabel.n.82.vbi
multos allegat.

Verùm animaduertendum eſt,quod licèt Eccleſia,&
Clerici ſint immunes à gabellis,tamen tenentur ea de-
nunciare gabellario, & oſtendere,quæ pro vſu ſuo,vel
15 familiæ tranſportant,vel emunt, quia non debent ſua
auctoritate ſibi ius dicere, ſicut etiam ſic denunciare
debent omnes exempti, & inſtruere datiarium, ne fiat
colluſio,& fraudetur gabella appoſitis aliorum merci-
bus,vt in l.ſacroſancta,C.de ſacroſ.Eccl.hoc enim aliqua
inquiſitione indiget,vt notatur in c.fin. de cenſib. ideò
16 omnes DD. tenere videntur,quod Clericus,& Eccleſia
denunciare debeant res,pro quibus immunitate gabel-
læ gaudere intendunt,ſicut facere debet quilibet exem-
ptus,per textum in l.interdum, §. Diuus, vbi Caſtr. &
DD.ff.de publican.pulchrè Bald.in conſ.79.num.8.lib.2.
quem latè ſequitur Rol. conſ.79. n.90.91.92. lib.3. &
conſil.71.num.22.23. lib.4. Ferret. de gabell. num.172.&
num.209.Cephal. conſil.451.num.260.Gratian. diſcept.
148.n.21.22.Carol.Graſſ.de eff.Cler.eff.3. num.257.258.
Maſcard. de probat. concl.34. numer.5. Farinac. de furt.
q.172.num.29.Barboſ.de offic.Epiſcop.p.2.alleg.13.n.16.
17. Tuſch. littera G, concl.12. numer.17. & concl.14.
num.17.18. Bertach. de gabell. vlt.p.q.79. n.32.Bertaz.
conſil.crim.453. num.8.lib.2.& ego dixi contr.forenſ.22.
numero 58. adeò vt hæc ſit communiſſima Docto-
rum ſententia, & vera etiam iudicanda eſt, ſi intelli-
gatur cum ſuis modificationibus.

Verùm dubium reſtringitur ad hoc,an ſi Clericus,
vel Eccleſia non denunciauerit merces, & res, quas 17
emit,vel traducit,incidat in commiſſum, & gabellarius
eas lucrari poſſit, etenim cum Clericus non teneatur
ad gabellam ſoluendam, videtur non poſſe dici, quod
voluerit fraudare datium, & ſucceſſiuè res non poteſt
cadere in commiſſum.Bertaz.conſil.7.num.8.verſ.& cùm
ſatis,lib.1.vel ad ſummum videtur, quod ſolùm puniri
poſſit in duplicata gabella,ſi non denunciauit,credens 18
ſe non teneri.Roland.conſ.42.n.8. verſ 2. lib.3. Tuſch.
littera G,concl.12.n.2.Bertaz.conſil.207.n.11.lib.1.& me-
liùs conſ.7.n.10. lib.1. vbi dicit, quod ſic non denun-
cians punitur ſolùm in duplicata gabella.

Verumtamen aliter dicendum eſt,ſi dolosè Clericus
omittat denunciare,& dubium aliquod poſſit adeſſe,an
res,quas non denūciauit,ſint propriæ,vel alienæ, tunc
dicendum eſt cadere in commiſſum,ſi ita videbitur Iu-
dici Eccleſiaſtico, ſi verò tales ſunt res, de quibus li- 19
quet publicano,quod non debet ſolui gabella,tunc non
eſt neceſſaria denunciatio, & non cadunt in commiſ-
ſum,vt per Bart.in d.l.interdum,§.diuus,n.1.ff. de public.
Amat.deciſ. March.35.n.11.12.Bertaz.conſ.336. num.9.
lib.2. & conſ.193.lib.1.Gratian.diſc.17.num.9. Si enim
nihil dolosè fecit,ſed per errorem omiſit denunciare,
res non incidit in commiſſum,l.fin.§.diui,il 2. ff.de pu-
blican.Farin.d.q.172.num.45.

At quando ſuſpicio adeſt fraudis, & dolus aliquis
ineſſe videtur,tunc certè poteſt cenſeri, quod Clericus
non denuntians inciderit in commiſſum, quia omnes
Doctores hanc materiam tractantes æquiparant Cleri-
cos Scholaribus, & aliis exemptis non denuncianti- 20
bus,quos certum eſt incidere in commiſſum,ideò etiam
Clerici eadem pœna erunt plectendi,vt ad rem ſentire 21
videtur Bart.in l.vlt.n.1.C.de annon.& tribut.lib.11.vbi
in hac materia parificat Clericos,& Scholares,& alios
habentes immunitatem: & idem ſentiunt Rol.d.conſil.
71.n.21.22. lib.4.Ioſeph.Lud.comm. concl.tit.de gabell.
concl.vnic. illat. 10. verſ.iſti tamen Clerici. Maſcard. de 22
probat.concl.834.n.4.Farin.d.q.172. num.29.Sicut enim
Scholaris eſt exemptus quoad libros, & res ſuas,& ta-
men gabellario denunciare tenetur,alioquin incidit in 23
commiſſum,Bart.in l.fin.§.diuus,ff. de publican. Rol. d.
conſil.71.n.23.lib.4.Maſcard.d.concl.834.num.4.Farinac.
d. quæſt.172. num.29.Ioſeph.Lud.d.concl.vnic.de gabel-
lis,illat.20. Ita etiam Clericus cadet in commiſſum, ſi
malitiosè,aut fraudulenter omiſerit denunciare, quia
parificatorum eadē eſt natura,ad textum in l.1.vbi DD.
omnes, de leg. primo, cum vulgaribus & hoc clarè ſen-
tire videtur Barboſ. de off. Epiſc. p.2. alleg.13. num.17.
vbi dicit, quod ſi muliones, qui deferunt res Cleri-
corum, eas non denunciauerint, tenebuntur reſarcire 24
damna; nam ſi non incidiſſent in commiſſum, nihil
opus fuiſſet damnorum refectione. Verùm ſi condu-
ctor non ſit ſoluendo,propter eius paupertatem, tunc
dominus mercium reſtituitur in integrum, & ſoluta 25
gabella debent ei reſtitui res publicatæ per gabella-
rium. Farin. de furt.d.quæſt.172.num.50.verſ.& ſi dictus
conductor.

Concludendum eſt igitur,quod ſi Clericus non de-
nunciauerit gabellario,incidit in commiſſum,dummo-
do dolosè,& fraudulenter id fecerit, quia verè dolus,
vel fraus exigitur, vt pœnæ hoc caſu locus ſit; non 26
enim res incidit in commiſſum, niſi fraude, vel dolo
intercedente,l.fin.§.diui quoque,ff.de publican.& vectigal.
Bart.Angel.& Imol.in l.commiſſa, ff. eod. Bertachin. de
gabell.p.9.qu.2.n.3.& q.3.n.9.Abb.conſ.68 num.2. lib.1.
Rol.conſ.42.n.15.18.lib.3.Menoch.conſ.98.n.22. Becc.
conſ.96.n.10.Bertaz. conſ.193.n.1. 2.lib.1.& conſ.336.
num.9. & conſ.454.n.4. lib.2. Fraudes autem enume-
rantur à Maſcard.de probat.concluſ.834. per totam, vbi
vide.

Aduer



Aduertendum eſt autem, quod ſi res non ſint prò-
priè Clerici,ſed Eccleſiæ,non incidunt in commiſſum;
etiam ſi non fuerint denunciatæ,quia gabella non de-
bet ſolui de rebus deſtinatis ad vſum Eccleſiæ, ideò
27 etiamſi non fuerint denunciatæ,non incidunt in com-
miſſum,& Eccleſiæ datur reſtitutio in integrum,& ne-
ceſſaria eſt declaratio Iudicis Eccleſiaſtici,vt poſt Man-
del.conſ.655. dixit Tuſch.pract.concl.lit.G,concl.3.n.25.
Graſſ.d.eff.3.n.298. vbi alios allegat.

Hoc tamen non procedit, ſi Eccleſia vellet defrau-
dare datium ſub prætextu; quod res ſint Eccleſiæ; &
tamen ſint alienæ,quia tunc ſi non fiat denunciatio, &
28 non ſoluatur gabella, rès cadunt in commiſſum, per
textum in l.ſacroſancta,C.de ſacroſ.Eccl. & in l.fin. vbi
Bart. C. de annon. & tribut. lib.10. Ferret. de gabell.
num. 184.Roland. conſ.79.numer.99.lib.3.Tuſch. d.lit-
tera G,concl.12.num.18. Maſcard. de probat. concl.834.
num.4. Farinac. d.q.172.n.30.Graſſ.d.eff.3.num.198.Sed
quotieſcunque res caderet in commiſſum, non poteſt
29 Princeps,vel gabellarius propria auctoritate apprehen-
dere poſſeſſionem illius, niſi Iudex Eccleſiaſticus de-
claret rem illam in commiſſum incidiſſe, ſiue res ſit
Clerici,ſiue Eccleſiæ.DD. in l.2.C.de iur.emph.Abb. in
c.qualiter,de iudic.& in c.verùm, de for.compet. Freccia
in tract.de præſ.inſtrum.p.8.q.2.num.32. pulchrè Graſſ.
d.eff.3.n.297.

Verùm ſi Clericus non denuncians ſit minor vigin-
tiquinq; annis,res eius non incidūt in cōmiſſum ceſ-
30 ſante dolo,quia habet beneficium reſtitutionis in inte-
grum, & propter minorem ætatem illi eſt ignoſcen-
dum, textus eſt in l.interdum,§. Diuus, vbi Bart.de pu-
blican.& vectigal.& in l.ſi ex cauſa, §.ſi in commiſſum, ff.
de minor.iuncto textu in l.Imperatores,§.fin. vbi DD. de
publican.Farinac.d.q.172.num.47.vbi probat quod mi-
nor vigintiquinque annis ſeruatur illæſus à pœna
31 fraudatæ gabellæ abſque etiam beneficio reſtitutionis
in integrum,quod locum habet, ſiue ille ſit Clericus,
ſiue laicus,quia in hoc nulla eſt differentia. Iſte verò
Fontana erat non ſolum minor, ſed etiam pupillus, &
eius factor denunciauit:ergo nemini dubium eſt,quod
liberandus venit ab omni pœna commiſſi, & gabella-
rius in expenſis condemnandus.

Solet autem controuerti,quando inter Gabellotum,
& Clericum, ſeu Eccleſiam oritur controuerſia ſuper
prædictis, an deciſio pertineat ad Iudicem Eccleſiaſti-
32 cum,vel Sæcularem. Et ſanè quidam putauerunt,quod
ſi controuerſia ſit de Clericatu,recurrendum eſſe ad Iu-
dicem Eccleſiaſticum; ſi verò eſt ſuper bonis, an ſint
Clericorum, vel ex negotiatione, id ad Iudicem ſæcu-
larem pertinere. At vera,& communis omnium ſenten-
tia eſt quoad omnia tale iudicium pertinere ad Iudi-
cem Eccleſiaſticum priuatiuè ad laicum, adeò vt partes
33 Iudicis Eccleſiaſtici ſint iudicare,an res ſint Clerici,vel
inciderint in commiſſum, & ſi quid aliud tam ſuper
Clericatu,quàm ſuper rebus controuertatur, ita Card.
in Clem.præſenti,n.9.verſic.6.quæro,vbi Vitalin.de cenſib.
Alterius de cenſur.in Bull.Cœn.Domini,can.18. capit.6.
column.10.quæſt.ſecunda, verſ.gl. in Clem. præſenti,pul-
chrè Duard.in comm. Bull.Cœn. Domini,lib.2. can.18.
q.13.n.3.in fin.Iul.Ferret. de gabell. n.433. Bertach.eod.
tract.in 7.p.q.7. col.5. verſic. nec prætereà,pulchrè Rol.
34 d.conſil.71.n.25.lib.4.vbi dicit, quod ſi oportebit adire
iudicem,adeundus erit Iudex Eccleſiaſticus,& non lai-
cus.Ioſeph.Lud.de gabell.d.concl.vnic.illat.10. benè
etiam Carol.de Graſſ.d.tract.de eff.cler.eff.3.n.1269. &
eff.3.num.258. vbi decidit tales controuerſias eſſe ter-
minandas per Iudicem Eccleſiaſticum: doctiſſimè hoc
etiam tradit Sperel.deciſ.12. num.64.65. latiſſimè San-
chez,conſ.mor.tom.1.lib.2. c.4. dub.55. num.31. vbi in-
finitos congerit, & reſoluit omnia, & Bonac. de cen-
ſur.in partic.d.ſp.1.q.19.p.3.n.11. & ſi ille ſit in habitu
Clericali, pro Clerico iudicandus eſt. Graſſ. d.eff.3.
n.259.& an talis ſit,debet cognoſcere Iudex Eccleſia-
ſticus.Sanchez d.dub.55.n.31.

Et ſi talis controuerſia naſcatur inter Gabellotum,
& Clericum,vel eius famulum,& nimis graue eſt ſem-
per adire Iudicem,ſummariè agendo ſtandum eſt iura-
mento ipſius Clerici,vel eius famuli,ſi Clericus ſit ab-
ſens,quod res illæ ſunt Clerici,& quod ipſe eſt Cleri-
cus, & quod res quas defert, ſunt ex cauſa vſus ipſius
Clerici; ſi tamen perſonarum qualitas aliter non ſua- 35
deat,vel niſi de contrario fides habeatur in promptu;
ita gloſ.in d.Clem.præſenti,verſ.negotiandi,de cenſib.Ge-
min.in d.c.quamquam,n.6.eod.tit.in 6.Bald.in l.cùm pro-
ponas,n.10.verſ.in hoc,C.de naut.fœn.Abb.in c. ex parte,
il 3.in 1.not.de priuil.Iaſ.in l.cætera,§.ſed & ſi quis,n.10.
de leg.1.Ferret.de gabel.n.172.209.Vital.in d. Clem.præ-
ſenti,n.36.Graſſ.d.eff.3.n.258.Duard.in Bull.Cœn.d.can.
18.q.13.n.3.verſ.illud tamen, latè Barboſ. de off. Epiſc.
p.2.alleg.13.n.18.Sperel.d.deciſ.12.n.64.vbi multos al-
legat,& ego dixi contr.for.22.n.58.Bonac.d.p.3.n.10. &
in omnem euentum contra Gabellarium iudicandum 36
eſt.Farinac.d.q.172.n.52.& ita iſte Clericus fuit libera-
tus,& immunis dimiſſus.

## CAPVT CXLVII.

### EPITOME.

Accedens ad Monaſteria monialium, an incidat in excommunicationem, & maximè ſi ſint ſubiecta regimini Regularium.

### SVMMARIVM.

1 Monialium monaſteria Regij ex conſuetudine nemo adire poteſt ſine licentia Epiſcopi.
2 Synodus Epiſcopi Regij prohibet adire parlatoria Monialium ſine licentia.
3 Monaſteria Monialium frequentantes non excommunicantur ipſo iure de iure communi.
5 Epiſcopus in caſu pœnali poteſt inducere pœnam ipſo iure.
6 Monialium Monaſteria ne adeantur, cura eſt Epiſcopi.
7 Monialium clauſuram cuſtodire pertinet ad Epiſcopum.
8 Moniales alloqui ſine licentia eſt peccatum graue.
9 Moniales exemptas inuiſere, an liceat ſine licentia Epiſcopi.
10 Moniales exemptas alloquentes ſine licentia Epiſcopi poſſunt ab ipſo Epiſcopo puniri.
11 Monaſteria exempta ſtatutum prohibens accedere non comprehendit.
12 Epiſcopus poteſt prohibere, ne quis accedat ad Monaſteria monialium exempta.
13 Oratio vniuerſalis omnino omnia includit.
14 Diſpoſitio,quæ eſt in poteſtate loquentis, comprehenditur in ſermone vniuerſali.
15 Vniuerſalis locutio quæ comprehendat.
16 Lex vbi non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus, etiam in pœnalibus.
17 Moniales exemptæ quando comprehendantur excommunicatione contra alloquentes.
18 Voluntas,& poteſtas in omni actione requiruntur.
19 Legiſlatoris voluntas elicitur etiam ex coniecturis.
20 Legem violat,qui verba ſeruat, & mentem contemnit.
21 Voluntas declaratur magis factis,quàm verbis.
22 Leges ſunt intelligendæ ex mente,& ratione.
23 Expreſſum dicitur,quod ſub verbis vniuerſalibus continetur.

24 Con

24 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
25 *Obſeruantiæ effectus.*
26 *Obſeruantia declarat, quid ab initio fuerit actum.*
27 *Obſeruantia interpretatiua non eſt neceſſe quod fuerit legitimè præſcripta.*
28 *Moniales exemptas alloqui licet, non obſtante edicto Epiſcopi, & quomodo.*
29 *Moniales alloquendi licentia conceditur ab Epiſcopo, & Superiore Regulari.*
30 *Conſuetudo ſubſcribendi à ſolo Epiſcopo licentias pro Monialibus ſeruanda eſt.*
31 *Sperellus Prælatus magnæ exiſtimationis.*
32 *Licentiæ alloquendi moniales à ſolo Epiſcopo ſubſcribendæ de conſuetudine.*
33 *Frequentare Monaſteria monialium quis dicatur.*
34 *Acceſſus prohibitio ad moniales per vnam vicem verificatur.*
35 *Moniales inuiſens vna vice incurrit excommunicationem, ſi non habet licentiam.*
36 *Excommunicari quis poteſt ex teſtibus lite etiam non conteſtata examinatis.*
37 *Excommunicatio ſi incurritur ipſo iure, non requiritur trina monitio.*
38 *Declaratoria excommunicationis non requirit trinam citationem.*
39 *Excommunicatus ipſo iure eſt citandus antequam declaretur.*
40 *Contumax habetur pro confeſſo.*
41 *Contumax verus non eſt audiendus, nec poteſt appellare.*
42 *Contumacis appellatio, & inhibitio non attenditur durante contumacia.*
43 *Abſolutio ab excommunicatione, quomodo concedenda.*
44 *Excommunicatus iuſtè debet remitti ad Iudicem à quo pro abſolutione.*
45 *Æſtas incipit ab æquinoctio vernali.*
46 *Æſtas quandiu duret.*
47 *Moniales viſitandi licentia intelligitur pro vna vice.*
48 *Licentia conſumitur prima vice.*
49 *Priuilegium finitur vna vice in pœnalibus, ſecus in fauorabilibus.*
50 *Sermo de prima vice intelligitur.*
51 *Licentia teſtandi intelligitur de prima vice.*
52 *Moniales alloquendi dare licentiam eſt de odioſis.*
53 *Moniales inuiſendi licentia conceſſa miniſtris earum neceſſariis durat quoties caſus euenerit.*
54 *Licentia pro monialibus, data conſanguineis quamdiu duret.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN Ciuitate Regij in Æmilia paſſim, & vulgò ſeruatur, & pro re notoria habetur, quod nemo poſſit ac-
1 cedere ad Parlatoria Monialium cuiuſcumque generis etiam exemptarum ſine licentia Epiſcopi, vel eius Vic. Generalis in ſcriptis abſque incurſu excommunicationis ipſo iure, quoniam talis acceſſus expreſsè prohibetur ab Epiſcopo ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ tam in conſtitutionibus Synodialibus *tit.* 45. *fol.* 135. ibi: *Ne ſub eadem pœna ip-*
2 *ſo facto incurrenda ea loca adeat, quæ vulgò parlatoria dicuntur.* Et *fol.* 217. ibi: *Non debbano andare à Parlatorij ſotto pena di ſcommunica da incorrerſi ipſo facto.* Quàm etiam in Edicto Epiſcopali, quod bis in anno renouatur, & publicatur, & tempore Aduentus, & Quadrageſimæ ligat etiam mulieres ad ea accedentes, & prout etiam hoc anno præſenti 1641. fuit publicatum, & affixum oſtiis omnium parlatoriorum, etiam monialium regularibus ſubiectarum, ne ab aliquo ignorari poſſit.

Et quamuis de iure communi frequentantes laici Monaſteria monialiũ non excommunicentur ipſo iure,
ſed præuia Epiſcopi monitione canonica, vt *in cap. mo-* 3
*naſteria, de vit. & honeſtat. Cleric.* Barboſ. *de offic. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 102. *num.* 69. Bonacin. *tract. de clauſur. q.* 3. *punct. quarto, num.* 1. vbi multos allegat; tamen valet ſtatutum, ſeu Edictum Epiſcopi, quo excommunican-
tur non ſolum frequentantes, ſed etiam accedentes ad 4
monaſteria, ſeu colloquutoria Monialium; Epiſcopus enim in caſu pœnali à iure canonico, & communi poteſt inducere, quod pœna incurratur ipſo iure,
quia dicitur ius canonicum adiuuare: ſic poſt Tuſch. 5
*in* 3. *tom. concluſ.* 285. *numero* 16. inquit Iul. Chartar. *deciſ. crim.* 70. *num.* 78. *in fin.* quia ſine diſtinctione ad Epiſcopum ſpectat prouidere circa acceſſum ad Monaſteria, vt *in dict. capit. Monaſteria*; & propterea indiſtin-
ctè valet huiuſmodi Epiſcopi ſtatutum contra acce- 6
dentes ad Monaſteria, ſiue exempta, ſiue non, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ ſine li-
centia, quia id concernit clauſuram, quam cuſtodi- 7
re pertinet ad Ordinarium, *ex cap. periculoſo, de ſtat. regular. in* 6. & ex Concil. Trident. *ſeſſ. vigeſimaquinta, cap. quinto, de regul.* & ita tenent Gemin. *in c. primo, §. quoniam, numero* 8. vbi etiam Franch. *de ſtat. regul. in* 6. Iaſ. *conſil.* 73. *numer.* 3. *lib.* 3. Roland. *conſ.* 33. *numero* 16. *lib.* 3. Prax. Archiepiſc. Neapolit. *cap.* 33. *numero primo, in fin.* Salas *de legib. quæſt.* 96. *tract.* 14. *num.* 85. Gratian. *diſcept. forenſ.* 393. *num.* 23. 24. Barboſ. *de offic. Epiſcop. dict. alleg.* 102. *num.* 73. doctiſſimus Sperell. *deciſ.* 97. *num.* 30. vbi multos allegat Tamburin. *de iur. Abbatiſſ. & Monial. diſp.* 25. *quæſt.* 7. *num.* 2. 3. 4. Eſt
enim materia grauis, & nemo euadit peccatum, niſi ex- 8
cuſetur leuitate materiæ, vt per Bonacin. *de clauſur. q.* 3. *punct.* 3. *n.* 1. & ſic ligantur etiam illi, qui ſine licentia accedunt ad monaſteria exempta, quia actus eundi ad locum vetitum eſt delictum ab Epiſcopo pu-
nibile, etiamſi ille locus eſſet exemptus, vt dicunt 9
prædicti DD. & pulchrè tradit etiam Eraſm. *in tract. de iuriſd. Ordinar. in exempt. part.* 4. *quæſt.* 54. *numer.* 7. 8. vbi vide: & pulchrè Bonacin. *de clauſur. quæſt.* 3. *part. quarta, ad fin.* Barboſ. *ad Concil. Trident. de regular. ſeſſ.*
25. *cap.* 5. *num.* 124. Et ideò alloquentes Moniales exem- 10
ptas contra conſtitutionem Epiſcopi poſſunt ab ipſo puniri, non tamen ipſæ moniales exemptæ, ſit cenſuit Sacra Congregatio Concilij ſub die 8. Auguſti 1621. vt apud Barboſ. *in collectan. Bullar. verb. Moniales, fol.* 482. *in fin.*

Bene verum eſt, quod in hoc puncto ad hoc, vt accedentes ad Monaſteria Monialium exempta ligentur excommunicatione ab Epiſcopo lata, neceſſe eſt, vt edictum expreſsè faciat mentionem de Monaſteriis exemptis, alioquin ſtatutum diſponens, ne quis acce-
dat ad quæuis Monaſteria monialium ſub pœna ex- 11
communicationis, non comprehendit accedentem ad Monaſteria exempta: vt ex Roſell. *in ſumm. in verbor. excommunicatio, il* 7. vbi hoc dicit Tabien. *verb. excommunicatio, il quarto, q.* 4. *circa fin.* Agel. *de clauſ. in ſumm.* Angel. *verb. ſtatutum, numero* 2. Sum. Syluester *verb. excommunicatio, il ſecundo, §. & hoc verum, verſic. circa prædicta*: clarè Roland. *conſ.* 33. *ſub num.* 32. *lib.* 3. Gratian. *diſc. for.* 393. *n.* 27. Barboſ. *de off. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 102. *ſub n.* 74. Sperell. *d. deciſ.* 97. *n.* 31. Tambur. *de iur. Abbatiſſ. & Monial. diſp.* 25. *q.* 7. *ſub n.* 4. & *q.* 9. *num.* 1. *in fin.*

Sed verè non credo hoc neceſſarium eſſe, quia cùm nemo neget Epiſcopũ poſſe prohibere acceſſum etiam ad loca exempta, nulla adducitur ratio ſpecialis, & con-
cludens, per quam oſtendatur requiri expreſſam men- 12
tionem, & ideò puto ſufficere ſermonem vniuerſalem dum Epiſcopus prohibet acceſſum ad quæcumque Monaſteria, quia vniuerſalis locutio omnia includit, etiam
13 ea, quæ alias non includerentur, ad textum *in leg. librorum, §. quod tamen Caſſius*, & *in leg. Iulianus, ff. de leg.* 3. & *in c. ſi Romanorum, diſtinct.* 19. Natt. *conſil.* 63. *num. decimotertio.* Cephal. *conſil.* 150. Roland. *conſil.* 2. *libr. quarto.* Peregr. *conſ.* 6. *numer.* 6. & *conſil.* 41. *numer.* 12.
14 *libr. primo*; ſatis enim eſt, vt diſpoſitio ſit in poteſtate diſponentis, & maximè ſi commodè ſic accipi poſſit, *l. Lucius, §. vltim. ff. ad municip. cap. à nobis, de ſent. excommunicat.* Bartol. *in leg. quæ ſub conditione, ff. de condit. inſtit.* Dec. *conſ.* 218. *numer. ſecundo.* Soc. Iun. *conſil.* 72. *num.* 55. & *conſ.* 74. *num.* 4. *lib.* 1. Peregr. *conſ.* 37. *num.* 12. *lib. primo*, ſed in poteſtate Epiſcopi eſt ſtatuere, ne quis accedat ad monaſteria etiam exempta, & nullum eſt inconueniens, ſi eius edictum ſic intelligatur: ergo etiam in vniuerſali prohibitione comprehendentur monaſteria exempta, etiamſi de illis non fiat expreſſa mentio,
15 quia ſic fert natura vniuerſalis locutionis. Peregr. *conſ.* 97. *num.* 25. *lib.* 6. vbi multos allegat. Nam vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, ſed generaliter intelligenda eſt, etiamſi ſit pœnalis, *leg.* 3. *in fin. de offic.*
16 *Præſ. leg. quarta*, vbi Bart. *ad leg. Iul. Maieſt.* Gemin. *conſil.* 104. *num.* 4. *verſ. ſed dico.* Crauet. *conſ.* 92. *numer.* 4. & *conſil.* 294. *num.* 3. vbi loquitur etiam in materia odioſa, & pœnali. Gratian. *diſcept.* 411. *num.* 60. Rot. *diuerſ. deciſ.* 268. *num. quinto, part.* 6. ſolùm poſſet admitti, quod
17 requiratur expreſſa mentio Monialium exemptarum ad finem, vt illæ comprehendantur, & incidant in pœnam, per ea, quæ tradit. Auguſt. Barboſ. *in Collect. Bullar. in verb. Epiſcopus, fol.* 309. vbi dicit, quod Epiſcopus ob clauſuram cuſtodiendam in Monaſteriis Monialium Regularibus ſubiectarum, poteſt ſtante decreto Concilij Trident. *cap.* 5. *ſeſſ.* 25. *de regular.* & conſtitutione Gregor. XV. de exemptorum priuilegiis, excommunicationis latæ ſententiæ pœnam ſibi reſeruatæ imponere circa apertionem oſtij clauſuræ, extra caſus indigentiæ, necnon circa acceſſus, & colloquia cum Monialibus, ac dicta excommunicatio liget nedum Regulares accedentes, verùm etiam Moniales, facta de eis mentione adeò, vt Superior regularis ab eadem excommunicatione abſoluere nequeat, vt cenſuit S. Congreg. Concilij *in Viterbienſ.* 26. *Iunij* 1627.

Sed eſto, quod vera ſit talis opinio, quod requiratur ſpecialis, ſeu expreſſa mentio de Monaſteriis exemptis, id eſſe non poteſt niſi quia præſumatur legiſlatorem noluiſſe ea comprehendere in generali diſpoſitione, & ſic eſt quæſtio voluntatis, & non poteſtatis. Namque in
18 omni diſpoſitione voluntas, & poteſtas ſunt duo prima & præcipua principia neceſſaria, vt per Iaſ. *conſil.* 140. *num.* 6. *lib.* 4. Ruin. *conſil.* 163. *num.* 21. *libr.* 3. Port. Imolenſ. *conſ.* 92. *num.* 65. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 198. *num. primo*: hîc autem certum eſt poſſe Epiſcopum ſic ſtatuere etiam pro Monaſteriis exemptis ſecundum prædictos Doctores, ideò hic aliud non eſt quærendum, niſi an voluerit ea comprehendere in generali edicto, nam mens, & voluntas legiſlatoris inueſtiganda eſt etiam ex
19 coniecturis, & circumſtantiis, ex quibus ſi de illa conſtat, illa obſeruanda eſt, etiamſi verba legis eam non ſignificarent, iuxta *leg. non dubium, Cod. de legibus*, vbi dicitur: *In legem committit, qui verba legis amplectitur, & contra legis nititur voluntatem.* Et idem colligitur ex
20 *leg. ſcire, §. aliud, ff. de excuſat. tut.* & *l. non aliter, de leg.* 3. *l. ſi pater, § dulciſſimis, de leg.* 2. & *ex capit. humanæ aures,* 22. *quæſt.* 5. *cap. ſecundò requiris, de appellat. cap. nulla, de præbend.* cum vulg. attendenda eſt enim intentio, & mens legiſlatoris, *l. fin. Cod. de leg.* hæc autem
21 voluntas legiſlatoris declaratur non ſolum verbis, ſed etiam factis, imò magis facto quàm verbis, *l. Paulus, ff. rem rat. haber. l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſt. cap. allegat.* 56. *num.* 12. Soc. *conſ.* 62. *n.* 7. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 445. *num.* 15. *lib.* 3. Gratian. *diſcept.* 368. *n.* 11. & *diſcept.* 594. *num.* 20. Rot. *diuerſ. deciſ.* 335. *numer.* 20. *p.* 5. Sed in caſu noſtro Epiſcopus bis in anno ſuum edictum publicare facit, & affigere etiam ad Monaſteria exempta, ergo ma-
nifeſta eſt eius voluntas, quod vult ligare etiam acce- 22
dentes ad ea, quia leges non ſunt intelligendæ ex verbis, ſed ex mente, & ratione. Rot. *diuerſ. deciſ.* 208. *numer.* 5. *p.* 5. dum enim mandat affigi etiam ad parlatoria Monialium exẽptarum, poteſt dici ſatis expreſſum fuiſſe velle ligare etiam accedentes ad ea, ne videatur actum facere fruſtratorium, tum quia factis fit expreſſio voluntatis plus, quàm verbis, vt vidimus: tum quia ſatis ex-
preſſum dicitur, quod verbis vniuerſalibus, vel gene- 23
ralibus, exprimitur, ac ſi ſpecialiter, & in indiuiduo fuiſſet expreſſum. Bartol. *in leg. in principio, ff. de vulg.* vbi Rip. *num.* 49. 67. 75. Oldrad. *conſ.* 322. *num.* 2. Ruin. *conſ.* 40. *num.* 12. *lib.* 2. latè Menoch. *conſil.* 287. *n.* 7. & *ſeqq.* Surd. *conſ.* 181. *num.* 42. & *conſ.* 358. *num.* 2. Rot. *diuerſ. deciſ.* 15. *numer.* 2. & *deciſ.* 205. *num.* 3. Farin. *deciſ. poſth.* 566. *num.* 2. *p.* 1.

Deinde obſeruantia, & antiquiſſima conſuetudo ſatis declarat voluntatem Epiſcopi, vt voluerit ligare etiam accedentes ad Monaſteria exempta, dum ipſe fecit paſſim carcerare, & punire inuentos in parlatoriis Monialium exemptarum, ſi carent licentia ſua, vel ſui Vicarij, & dum omnes ſolent petere licentias pro illis adeundis; conſuetudo enim eſt optima legum interpretes, *l. mi-*
*nimè, l. ſi de interpretatione, ff. de legib. capit. cùm dilectus,* 24
*de conſuetud. l. Imperator, ff. de legib.* vbi dicitur, quod in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiſcuntur, conſuetudo, aut res alia iudicata vim legis obtinet. Seraph. *deciſ.* 507. *num.* 2. & *deciſ.* 1410. *num.* 2. 3. 16. vbi probat
optimam eſſe interpretationem, quæ ab obſeruantia de- 25
ſumitur, & ſic talis obſeruantia declarat quid agere voluerit Epiſcopus in illo edicto, & an voluerit comprehendere etiam accedentes ad Monaſteria exempta, ad textum *in leg. Iulianus, §. proinde, ff. ad Macedon.* Seraph. *deciſ.* 600. *num.* 3. Farinac. *deciſ. poſthum.* 448. *num. quarto, part.* 1. vbi alios allega, & probat, quod ex ob-
ſeruantia ſubſequuta colligitur, quid ab initio fuerit 26
actum, & hoc adeò verum eſt, vt in obſeruantia legis interpretatiua non requiratur diuturnitas temporis, ne-
que quod ſit legitimè præſcripta, quia poteſt Iudex æſti- 27
mare eam eſſe ſtabilitam paruo etiam tempore. Crauet. *conſ.* 201. *num.* 12. & *conſ.* 294. *colum.* 14. *in fin.* Menoch. *de arb. iud. caſ.* 84. *numer.* 10. Caſtr. Palaus *mor. p.* 1. *de legib. tract.* 3. *diſp.* 3. *p.* 4. *numer.* 3. *verſic. quapropter*, & ego latè dixi *contr.* 106. *num.* 89. 95. 96. ſed in caſu noſtro conſuetudo, & obſeruantia eſt immemorabilis, & vniformis, & ſine contradictione aliqua, quia ſemper Epiſcopus ita ſeruauit: ergo nullum poteſt adeſſe dubium, quin edictum comprehendat etiam accedentes ad Monaſteria exempta. Sed nunc edicta moderna tollunt omne dubium, quia omnia exprimunt ſufficienter.

Aliud ſentiunt DD. ſi Epiſcopus edicto ſuo vetaret tantùm alloqui Moniales; hoc enim caſu non comprehendit alloquentes Moniales exemptas, quia locutio
conſummatur in loco exempto totaliter, ad quem Epiſ- 28
copus nullam habet iuriſdictionem. Rol. *dict. conſ.* 33. *num.* 32. Gratian. *d. diſcept.* 393. *num.* 23. Barboſ. *de offic. Epiſcop. d. alleg.* 102. *num.* 75. Campanil. *in diuerſ. iur. can. rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 45. Bonac. *de cenſur. in genere diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 11. *numer.* 9. & *de clauſur. quæſt.* 3. *punct.* 4 *ſub num.* 1. *in fin. verſ. ſecus dicendum eſt*, Tamburin. *de iur. Abbatiſ. & Monial. diſp.* 25. *quæſt.* 7. *ſub num.* 4. *verſ. ſecus dicendum*, quod verum cenſeo, niſi adſit contraria conſuetudo, vt hic, & in aliis locis, quæ valet, ſicut altera lex iuris vulgaris, & cum prædictis concordat Eraſm. *d. quæſt.* 54. *num.* 8.

Nam licèt de iure communi attento Concilio Tridẽt. licentias accedendi ad Moniales Regularibus ſubiectas
ſpectet concedere ad Epiſcopum, & ad ſuperiorem re- 29
gularem ſimul; tamen id non procedit, vbi eſt conſuetu-
do, & obſeruantia, vt licentiæ prædictæ concedantur à 30
ſolo

ſolo Epiſcopo,vel eius Vicario, vt hic in terra Carpi,ac
alibi , vbi ſolus Epiſcopus , vel eius Vicarius concedit
licentias tam accedendi ad parlatoria , quàm ingre-
diendi ſepta Monaſterij , & valet talis conſuetudo,teſte
Prax. Archiepiſcop. Neapol. d.cap.33.num.1.in fin. vbi
dicit ita ſeruari in illa Curia,& Sacram Congreg.Con-
cilij Trid. cenſuiſſe talem conſuetudinem eſſe ſeruan-
dam. Quarant. verb. Monaſteria Monial.verſ.hinc tan-
genda,fol.453. Campanil. d.cap.16.num.45. & Barboſ.
d.alleg.102.num.76. Piaſec. in prax. Epiſc.p.2.cap.3.de
viſit. Sanctimon. num.54.fol.199. pulchrè eruditiſſimus
Sperell. d.deciſ.97.num.31.in fin. vbi etiam dicit talem
conſuetudinem ferè vbique eueniſſe, & ei credendum
eſt, quia non ſolum hic, ſed etiam in multis aliis locis
31 exercuit honorificè Vicariatus honorem , & nunc in
Romana Curia eſt Prælatus magnæ exiſtimationis , &
concordat Tamburin.de iur. Abbatiſſ. & Monial.d.diſp.
26.qu.2.num.3. vbi teſtatur ſeruandam eſſe conſuetudi-
nem provt decreuit dicta Sacra Congreg. vt à ſolo
32 Epiſcopo ſubſcribantur licentiæ, vel ab Epiſcopo , &
Superiore regulari coniunctim , provt erit conſuetudo.
Homob.de Bonis de exam. Eccl.tract.11.cap.2.qu.1. in
fin. Barboſ.ad Conc. Trident.ſeſſ.25.de regul.& Monial.
cap.5. n... Nam Regij ſemper obſeruatum eſt,vt licen-
tiæ tam ingrediendi ſepta Monaſterij , quàm parlatoria
à ſolo Epiſcopo , vel eius Vicario ſubſcribantur , quæ
conſuetudo obſeruanda eſt. Auguſt. Barboſ. in Collect.
Bull.verb. Monial.3.fol.480.in fin.& de off. Epiſc.p.3.al-
leg.102. num.76.

Hinc cùm probatum ſit in proceſſu clariſſimè Ale-
xandrum de Renſis non ſolum acceſſiſſe ad parlatoria
Monialium Arbalum , ſed etiam ea frequentaſſe , vt di-
cunt omnes teſtes , certum redditur fuiſſe ipſo iure ex-
33 communicatum, & nihil aliud ſupereſſe, quam deueni-
re ad declarationem; ille enim dicitur frequentare, qui
pluries arbitrio iudicis accedit ad ea. Nauar. in c.ſtatui-
mus,num.61.verſ.quibus addo,& in c.cùm conſideret,verſ.
multiplici,n.23.de pœnit diſtinct.5. Campanil. d.capit.
16.num.40.& poſt Sanchez.pulchrè Barboſ.de off.Epiſc.
d.alleg.102.n.70. in fin. & Bonac. de cenſur.quæſt.3.p.2.
num.4. verſ.alij verò, vbi pulchrè declarat, quis dicatur
frequentare.Barboſ. de vniuerſ.iur. Eccl. lib.1. Monial.
34 cap.44. num.155. Sed hîc non eſt neceſſe probare fre-
quentiam , quia ſufficit ſolus vnicus acceſſus vel allo-
cutio,ſecundùm verba edicti, quæ prohibent acceſſum.
Barboſ. de offic. Epiſcopi, p.3.in add.ad allegat.102.ſub
numer.72.verſ. quod ſi,fol.927. ſic Bonac, de clauſur. d.
quæſt.3.p.4. prop.3. num.5. vbi dicit , quod per vnicum
35 acceſſum incurritur pœna ; & conſentit Tambur. de
Monial.d.diſp.25.quæſt.6.num.3. Verùm teſtes non ſo-
lùm probant acceſſum, ſed etiam frequentiam, qui licèt
ſint examinati pro informatione parte non citata , nec
lite cõteſtata,tamẽ ſufficiunt ad ipſum reum citandum,
36 & poſtea,ſi non comparet, ad excommunicandum , vel
excommunicatum declarandum, & deinde aſſigendum
cedulones , ad textum in cap.quoniam frequenter,§.por-
rò, vt lit. non conteſt.Prax. Archiep.Neap. cap.29.num.
19. in magnis. Sperell. deciſ.48. num.51. qui loquun-
tur in terminis de excommunicatione.

Neque in hoc caſu neceſſaria eſt trina monitio, quæ
ſolùm requiritur in excommunicatione hominis , quæ
dicitur ferendæ ſententiæ, vt probatur in capit. ſacro,de
ſententia excommunicat. non autem in declaratione ex-
communicationis ipſo facto incurſæ, quæ à ſtatuto, vel
canone imponitur; lex enim quotidie admonet ſubdi-
tos , ne rem vetitam agant , & monitio canonica ſup-
ponit nondum incurſam fuiſſe cenſuram, & admonet
reum, vt caueat,ne incurrat, ſed vbi ipſo iure infligitur,
37 iam incurſa eſt , & ideò alia ſpecialis & trina monitio
non requiritur , ad textum in c.reprehenſibilis, vbi gl.&
Abb. num. 6.7.de appellat.c. ſi quis ſuadente, vbi gl.17.
quæſt 4. Soc. in c.perpendimus, num.262.de ſentent.ex-
communicat. pulchrè Menoch. de arb.iud.caſ.541.n.7.
& caſ.543. numer.26. latè eruditus , & valdè practicus
Sperell. deciſ.48.num.54. vbi alios allegat. Dian. moral.
p.5.tract.9.de excommunicat. reſol.18.verſ.ſed mihi con-
traria, pulchrè etiam Chartar.deciſ.61.n.73.vbi multos 38
allegat,& dicit in ſententia declaratoria excommunica-
tionis non requiri trinam canonicam monitionem,quia
reus iam eſt à iure excommunicatus. Benè verum,quod
antequam fiat declaratio,reus eſt citandus,non ad iuſti-
tiam actus , ſed vt ſe ipſum defendere poſſit, & allegare
cauſas , ob quas credat ſe non incidiſſe in excommuni- 39
cationem. Menoch. d. caſ. 541. numer. 7.& caſ. 543.
numer. 27.28. Chartar. d.deciſ. 61. numer.38. 39. vbi
vide.

Vnde cùm dictus Alexander fuerit pluries citatus,&
expectatus, vt in proceſſu,& nunquam voluerit compa-
rere,tanquam contumax habetur pro confeſſo.Farinac.
conſ.5.num.95. lib.1. Caball.caſ.288.num.74. Mar. An-
tonin. var.reſol.lib.1.reſol.73.num.6.& reſol.30.num.26.
27.lib.2.& ad rem facit doctiſſimus Poſthius in ſuo fru-
ctuoſiſſimo tract de manuten. obſer.97.n.58. & ideò tan-
quam verus contumax non eſt audiendus , nec poteſt 40
appellare, ad textum in l. properandum, §. ſin autem, C.
de iudic. Dec. conſil.34.num.1. Scacc.de appellat quæſt.
17.lim.3.num. 1.& ſeqq. Theſaur. deciſ.263.num.5. Fa-
rinac. conſ.85.numer.22.libr.1. Antonin. var.reſol.lib.1.
reſol.71. numer.12. & de communi teſtatur Sperell. de-
ciſ.48.num.46. vbi dicit etiam, quod Sacra Congrega- 41
tio DD. Cardinalium ſequitur hanc opinionem; & ita
etiam tenet Prax. Archiep. Neap. cap.88. num.47. vbi
dicit , quod contumacis appellatio non recipitur , nec
inhibitio , aut alia quæuis prouiſio conceditur durante 42
contumacia ; & hoc decretum S.C. nobis tradidit per
extenſum Aloyſ. Ricc. in prax.for. Eccl.tit. de appellat.
reſol.404.vbi in fine legitur abſolutionem ab excommu-
nicatione à Iudice ad quem, etiam cum reincidentia,& 43
ad breue tempus,non eſſe concedendam , niſi parte ci-
tata,& viſis actis, iuſtaque exiſtente cauſa, & contuma-
cis appellationem non eſſe admittendam.

Vnde cùm ex prædictis ſatis conſtet dictam excom-
municationem contra dictum Alexandrum fuiſſe iuſtè
& ritè latam , ſeu potius declaratam , excommunicatus
eſt remittendus ad Iudicem, qui excommunicatum de- 44
clarauit, vt ab ipſo iuxta Sacros Canones beneficium
abſolutionis, ſi humiliter petierit, obtineat, vt in dicto
Decreto Sacræ Congregationis ſtatuitur, in verſic. cen-
ſura Eccleſiaſtica, de quo Ricc. d. reſol. 404. fol.259.
vbi vide,quia Curia Epiſcopalis Regij aliud non præ-
tendit ( quod etiam valde docet ) quàm continere ſub-
ditos in obedientia , & conſeruare exiſtimationem Or-
dinarij , ne contemnatur ab eis, & propterea remitten-
dus eſt ad ſuum Ordinarium pro abſolutione.

Nam Vicarius Regij benignè abſoluit tres alios, qui
erant in eadem naui, impoſitis pœnitentiis ſalutaribus,
& cum cautione de ſtando mandatis Eccleſiæ, quia hu-
militer petierunt,& ſic etiam abſoluiſſet dictum Alexan-
drum , ſi obedire paratus fuiſſet , ſed ille in animo ſta-
tuit nolle obedire, vt iactitat, quia nimio amicitiæ vin-
culo cum Moniali connectitur, quam euitare deſiderat
Vicarius,ſe tamen remittens prudentiæ Eminentiſſ. &
Reuer. D. Legati.

Neque ipſe Renſius poteſt iuuari licentia,quam dicit
obtinuiſſe de menſe Aprilis à Provic.pro illo menſe,
quaſi tempus æſtatis,quo frequentauit Monaſterium ſit
referendum ad illud tempus,quia æſtas incipit ab æqui- 45
noctio vernali, & durat vſque ad æquinoctium Autum-
nale, vt habetur in leg.1.§. æſtatem, ff. de aqu. quotid. &
æſtiu.Nam reſpondetur id procedere ſecundum peritio-
res , vt legitur dict.leg.1.§. æſtatem , non verò propriè,
& ſecundùm communem vſum loquendi , quia attento
communi calculo Quatuor Tempora ſunt anni,& æſtas 46
durat tribus menſibus tantùm, vbi ſunt magni calores,
vt per



vt per gl.in l.1.§.æſtas,vbi Bart.ff.ne quid in flum.public.
& verba teſtium ſunt intelligenda de æſtate ſecundum
communem vſum loquendi.Menoch.lib.5.præſ.2.n.58.

Sed verè frequentia magna, quà Renſius acceſſit ad
dictum Monaſterium , non poteſt reſtringi ad di-
ctum menſem , dicunt enim teſtes,quod per totam æ-
ſtatem ad illud acceſſit plus quàm centum vicibus : er-
go de menſe Aprilis hoc intelligi non poteſt , & ma-
ximè quia licentia prædicta non poteſt ſuffragari dicto
Renſio,niſi pro vna vice,non enim eſt veriſimile,quod
Prouicarius voluerit ei concedere , vt quotidie accede-
ret ad Moniales , & quoties voluerit intra illum men-
ſem,ſed tantùm pro vnica vice eo die,quo ſibi commo-
dum fuerit ; nam licentia indefinitè conceſſa ad acce-
dendum,vel ingrediendum Monaſterium Monialium ,
47 primo actu finitur;ſermo enim ſimpliciter prolatus, de
primo intelligitur,& primo actu conſumitur. Sic pro-
bat textus in l.bones,§.hoc ſermone,ff.de verb.ſign. l. cùm
pater,§.pater certam,de leg.2.l.fideicommiſſa , §. ſi cui de-
cem,de leg.3.l.dotis promiſſio,verſic.vlt.de iur.dot.c.non po-
teſt,cap.ſi Clericus,in princ.de præbend.in 6.in 6.c. Ordi-
narij,ante fin.de off.ordinar.in 6.& in terminis dixit Al-
bert.de Roſ.in tract.Statut.p.2.q.181.ad fin. & dixit etiã
expreſsè Alex.conſ.16.n.3.lib.4. Dec. conſ.512.n.5. Soc.
Iun.conſ.25.n.8.verſ.accedat,lib.2. Felin. in cap.2. col.2.
verſ.licentia de ingrediendo,de tregu.& pac.& in cap.1.ad
fin.de reſcript.Iaſ.in l.in duobus,§.ſi ei,col.2.verſ.2. ff. de
iureiur.& in l.diuortio,§.quod in anno,col.2.verſ.3.ſolut.
48 matr.& conſ.36.colum.vlt.lib.3.pulchrè etiam in termi-
nis Tiraq.in d.l.bones,§.hoc ſermone,n.73. Lud. Gomez
in c.cùm in multis,n.40.de reſcript.in 6.Iac.Sbozz.de off.
Vic.lib.2.q.220.per totam.Vgolin.de off.Epiſc.p.2.cap.21.
§.3.ſub n.4.ad fin.verſic.poſtremò,& Barboſ.eod.tract.p.3.
alleg.102.n.59.Salas de legib.diſp.17.ſect.13.n.62. Azor.
mor.p.1.lib.5.c.23.quæſt.5.verſ.poteſtas,vbi multa ſimilia
adducit. Ricc. in prax.for. Eccl. reſolut. 545.per totam.
Dian.moral.p.3.tract.2.de dub.Regul.reſol.48.ad fin.verſ.
notà decimò,Homobon.p.2.caſ.5. verſ. hanc verò licen-
tiam,adeò vt non ſit dubitandum,quin hæc ſit vera,&
magis communis DD. ſententia.

Verumtamen oppoſitum eſſe probabilius, niſi aliter
ex circumſtantiis colligatur de mente concedentis,do-
cuit Bonac. in tract.de clauſur. quæſt.3. part.1. propoſit.
vnic.dub.quinto , num.8. ea ratione , quòd priuilegium
49 in odioſis , & pœnalibus finitur quidem vnica actio-
ne , ſed ſecus eſt in fauorabilibus , aut parum onero-
ſis ; & cum eo ſentit Tamburin. tract. de Monialib.
diſput.26. quæſt. prima , n. ſecundo, verſ.ſed Bonacina ,
vbi ait Bonacinam hoc ſuſtinere optima ratione,& ſa-
tis probabili.

Verùm ego exiſtimo Bonacinæ ſententiam eſſe im-
probabilem , & contra communiſſimam DD. ſenten-
tiam, qui vnanimiter ſentiunt , talem licentiam acce-
dendi,vel ingrediendi Monaſterium,primo acceſſu,vel
ingreſſu finiri, non enim valet reſponſio Bonacinæ ,
quod id procedat in odioſis,non in fauorabilibus,quia
50 primò reſpondetur id non carere difficultate , propter
textum in l. matrimonij,ff.qui,& à quibus, vbi appella-
tione nuptiarum veniunt primæ,non etiam aliæ,etiam
ſi ſit fauor libertatis,quæ eſt omnium rerum fauorabi-
liſſima,per Tiraq.in l.ſi vnquam,in verb.donatione largi-
tus,num.329.331.C.de reuoc.donat. & idem probat tex-
tus in l.ſtipulatio de dote,ff.de iur.dot.l.diuortio,§.quod in
anno,ff.ſol.matr.l.ſi ſocius , in princ.ff.pro ſoc. vbi tracta-
tur de cauſa dotis fauorabili , & tamen de prima vice
intelligitur ; & conferunt gloſſa in c.gratia , in verb.
eligas, & in cap.duobus , verb. eligere, de reſcript. in 6.
Dec.d.conſ.512. per totum , vbi loquitur de licentia da-
ta ad teſtandum , quæ eſt fauorabilis , cùm per eam
51 teſtans reducatur ad ius commune , & naturæ ; & ta-
men dicit,quod intelligitur de prima vice, quod ve-
rum credo, ſi prima vice actus perficiatur, vt hîc allo-
cutio cum Monialibus.

Deinde reſpondetur, quod Bonacina non proba-
uit nos verſari in fauorabilibus ; dare enim licentiam 52
alicui accedendi , vel ingrediendi Monaſterium Mo-
nialium , eſt potiùs odioſum , cùm ſit contra ius com-
mune in cap. periculoſo , de ſtat. regular. in 6. & ideò
ad finem, vt ſermo prima actione finiatur , ſufficit nos
verſari in materia quæ ſit contra ius commune , vt per
Alexand. d.conſ.16. num.3. lib.4. & Azor. mor. p.1.
lib.5. cap.23.quæſt.5. talem licentiam enumerat inter
res odioſas,& oneroſas : niſi ergo concedens aliter in-
tendat , talis licentia primo acceſſu,vel ingreſſu termi-
nabitur.

Verùm hæc non ſunt intelligenda de miniſtris , &
ſeruientibus Monaſterio , quia talibus ſolet concedi
licentia ingrediendi , vel alloquendi per ſex menſes,
vel per annum pro neceſſitatibus Monialium , & pro-
pterea cùm conceſſio illis fiat pro certa, & determi-
nata neceſſitatis , vel vtilitatis cauſa , tunc non intel-
ligitur pro prima vice tantùm , ſed toties , quoties 53
talis caſus euenerit , vt arg. l. continuus , §. qui inſu-
lam , ff. de verb. obligat. l. veteres , cum l. ſeq. ff. de iti-
ner. actuque priuat.Angel. in l.vtimur,ad fin.de ſepulchr.
violat. Bartol. in l.1. colum. vlt. ad leg.Iul.Maieſt.Abb.
in cap.2.in fin.de treg.& pac.Dec.conſ.562.col.1.verſ. ad
idem facit.

Similiter ſi concederetur conſanguineo non ſuſpe-
cto licentia oblonga viſitandi Monialem,vt eam con-
ſoletur,vel adiuuet in ſuis neceſſitatibus, tunc videtur
quod non extinguatur prima vice , quia pro aliis vici- 54
bus durat eadem ratio.Bald.in leg.fideicommiſſa,§.ſi quis
alicui decem,de leg.3. tum quia per primum actum non
eſt ſatisfactum menti,& intentioni concedentis,& pe-
tentis.Tiraq.in d.§.hoc ſermone,limit.6.n.1.2. vbi mul-
tos allegat : quoad alios autem non attinentes , & vix
coniunctos præſumendum eſt licentiam prima vice ex-
tingui , niſi aliud appareat eſſe de mente concedentis.
Et ita,&c.

## CAPVT CXLVIII.

### Epitome.

Contumax non poteſt appellare,& cauſæ in prima inſtantia non ſunt auocandæ à ſuis Ordinariis Eccleſiaſticis.

### SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus debet remitti pro abſolutione ad ſuum Ordinarium.*
2 *Ordinariis Iudicibus debitus honor eſt exhibendus.*
3 *Contumax non poteſt appellare.*
4 *Contumax fictus poteſt appellare , & quando.*
5 *Contumax verus non dicitur , qui non fuit perſonaliter citatus.*
6 *Contumax dicitur citatus bis ad domum.*
7 *Citatio ad domum habitationis ſufficit.*
8 *Citari ad domum poteſt , qui perquiſitus non reperitur.*
9 *Stylus Curiæ debet obſeruari.*
10 *Citandi ſtylus eſt ſeruandus.*
11 *Citatio ad videndum ſe excommunicari debet eſſe perſonalis,& trina.*
12 *Monitio canonica requiritur in ferenda excommunicatione.*
13 *Citatio vnica ſufficit in declarando aliquem excommunicatum.*

14 *Citatio requiritur talis,qualis adhiberi ſolet.*
15 *Contumax quando dicatur citatus ad domum.*
16 *Notitia ſufficiens inducitur ex duplicata præſumptione.*
17 *Citatio vnica ad domum ſufficit,quando reus ſe latitat.*
18 *Latitare reus præſumitur,quando facta diligentia non reperitur.*
19 *Contumax verus dicitur,ſi citatio ad domum venit ad eius notitiam.*
20 *Citationis notitiam habuiſſe præſumitur, qui ſuper ea conſulit amicum.*
21 *Appellatio non præſumitur,niſi probetur legitimè interpoſita.*
22 *Appellans tenetur appellare coram Iudice à quo.*
23 *Appellatione ceſſante datur recurſus,& querela.*
24 *Contumax verus non poteſt appellare,nec ſupplicare.*
25 *Contumacem contra omnia iura clamant.*
26 *Appellatione prohibita cenſetur etiam prohibita querela.*
27 *Querela non permittitur prohibita appellatione.*
28 *Prohibitum directò non debet per indirectum permitti.*
29 *Contumax fictus quando non poſſit appellare.*
30 *Recurſus ad Principem non denegatur prohibita alienatione.*
31 *Querelæ via admittitur recurrendo ad Principem.*
32 *Princeps dicitur propriè ſupremus, à quo non datur appellatio.*
33 *Appellatio,& recurſus in quo differant.*
34 *Legati magna poteſtas, & an poſſit adiri per viam querelæ.*
35 *Legatus non poteſt adiri,niſi per viam legitimæ appellationis.*
36 *Legatus tenetur ſeruare Concilium Tridentinium de appellationibus.*
37 *Inhibitiones in prima inſtantia ſunt nullæ.*
38 *Legati non poſſunt cauſas Ordinariorum in prima inſtantia ad ſe auocare.*
39 *Appellationis regulas ſeruandas præſcripſit Sacra Congregatio.*
40 *Pontifex ſolus eſt ſupremus Princeps in Eccleſia.*
41 *Legato à latere datur appellatio.*
42 *Legatus non ſtatuit contra ius, nec tollit appellationem.*
43 *Appellans tenetur tranſportare acta.*
44 *Querela ſupponit errorem in Iudice,vel parte.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NOn obſtantibus ex aduerſo deductis,cenſeo de iure Alexandrum Renſium non eſſe audiendum,ſed remittendum fore ad ſuum Ordinarium pro abſolutio-
1 ne,ſi paratus ſit obedire mandatis Eccleſiæ,impoſitis ei pœnitentiis ſalutaribus, quia iuſtè fuit declaratus, & denuntiatus excómunicatus, ex quo acceſſit pluries ad Monaſteria Monialium ſine licentia Superiorum,contra edicta Epiſcopalia id vetantia ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ,adeò vt ſi non fuiſſet denunciatus,de nouo eſſet denunciandus,quia teſtibus conuictus fuit,vt in proceſſu. Vnde omninò remittendus eſt ad Ordinarium ſuum, iuxta Decretum Sacræ Congreg.Em.DD.Card.negotiis Epiſcoporum præpoſitorum,emanatum ſub die decimaſexta Octobris 1600. & à Sanctiſſimo Domino noſtro Clemente VIII.con-
2 firmatum,vt in poſterum ab omnibus obſeruaretur ad hoc,vt debitus honor Iudicibus ordinariis præſtetur, ad textum *in c.vt debitus*,vbi DD.*de appellat.*

Nihilominus ne laborem effugere videar, ſingulis obiectis reſpondebo,& poſtquam admittitur,contuma-
3 cem non poſſe appellare,ad textum *in l.properandum*,§.*ſin autem*,& ibi DD. *C. de iudic.* & legitur in dicto Decreto S.Congregationis,*in fin.*& tradit Scac. *de appell. q.*17.*lim.*3.*n.*1.*in fin.*Bellet.*diſq.Cler.tit.de fauor.Cleric. can.*§.5.*ſub n.*26.Sperell.*deciſ.*48.*ſub n.*46. non obſtat, 4
quod id procedat tantùm in vero contumace, non in ficto,cui appellare permiſſum eſt.Scac.*de appellat.q.*17.*lim.*3.*n.*1.Borell.*in ſum.deciſ.tit.*46.*n.*26.*lib.*1. Renſium
verò non poſſe dici verum contumacem, cùm perſona- 5
liter nunquam fuerit citatus,ſed ad domum tantum,vt Amat.*dec.March.*36.*n.*8.per Scac.*d.lim.*3.Gratian. *diſc.* 708.*num.*14.Nam poteſt reſponderi, quod etiam fictus contumax prohibetur appellare, quando Iudex vltra contumaciam examinauit etiam teſtes ſuper veritate delicti,vt per Farin.*conſil.*85.*n.*24. *lib.*1. Sed vlteriùs reſpondetur dictum Renſium fuiſſe,& eſſe verum contumacem,cùm non ſemel,ſed bis,& ter fuerit citatus ad domum, antequam denunciaretur excommunicatus. Nam licèt fuerit ſemper ad domum citatus, id factum
eſt, quia perſonaliter inueniri non potuit; vt retulit 6
Nuntius in actis,cui ſtandum eſt; & talis citatio ſuffi-
cit, vt expreſsè habetur in Synodo Regij, *de for. iudi-* 7
*ciali,tit.*60.*n.*5.cui ſtandum eſt circa formam citandi. Clar.*in prax.*§.*fin.q.*31.*n.*15.

Verumtamen hoc eſt etiam ſeruandum de iure communi,& de generali conſuetudine,vt quando citandus
perquiſitus non requiritur,ad domum citari poſſit, & 8
valeat citatio, ac ſi perſonaliter fuiſſet intimata, provt latiſſimè probat Aſinin. *in prax.iudic.*§.6.*cap.*1. *num.*9. vbi infinitos congerit, & teſtatur id procedere tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & hanc opinionem eſſe magis communem, & eam vbique obſeruari: ſic etiam latè docet Mar. Antonin. *var. reſol. lib.*1. *reſol.* 57. *num. decimoſexto*, Farinac. *conſ.*14. *num.*1.2.*lib.*1. vbi allegat multos alios DD. & Rotæ deciſiones: & latè Borell. *in ſum. deciſ. tit.*44. *num. vigeſimoſecundo, lib.*1.vbi plurimos adducit:quod etiam ante eos tenuit Clar. *in prax.* §. *fin.d.quæſt.*31.*num.*15.16. *verſ. ego tamen*, vbi idem ſeruari teſtatur etiam in materia excommunicationis. Vnde non eſt recedendum à Syno-
do,& à ſtylo ſemper obſeruato in Curia Regij, vt per 9
Clar.*d.q.*31.*n.*15.& Antonin.*d.reſol.*57.*n.*16.*verſ.quinimò*,vbi dicit,quod ſtylus citandi ad domum debet ob-
ſeruari tam in ordinatoriis,quàm in deciſoriis.Farinac. 10
*conſ.*14.*n.*2.*lib.*1.

Nec obſtat,quod citatio ad domum ad videndum ſe
excommunicari non ſufficiat, quia perſonalis & trina 11
requiritur,ad textum *in c.ſacro, de ſententia excommunicationis*, & tradit Innocent. *in cap.fin. poſt num.*3. *de eo, qui mitt.in poſſ.* quem cæteri communiter ſequuntur, teſte Clar.*dict.quæſt.*31.*ſub num. decimoſexto*.Nam reſpondetur hoc eſſe extraneum à caſu noſtro, quia Renſius non fuit citatus ad videndum ſe excommunicari,ſed ad allegandum,quare non deberet declarari excommunicatus,quia ipſo iure iam inciderat in excommunicationem; hæc enim inter ſe valdè differunt; etenim doctrina Innocentij habet locum, quando tra-
ctatur de excommunicatione hominis, quæ dicitur fe- 12
rendæ ſententiæ, quia tunc monitio debet præcedere canonica cum perſonali citatione, vt diſponitur *in d. cap.ſacro*,vbi DD.& inquit Menoch.*de arb.iud.caſ.*541. *n.*3.4.5.Nos autem verſamur in declaratoria excommunicationis iam latæ à iure,quæ longè eſt diuerſa, & in
ea non requiritur trina,aut ſpecialis monitio, ſed ſuffi- 13
cit vnica citatio,vt fit in aliis actibus, vt per Menoch. *d.caſ.*541.*n.*7.& *caſ.*543.*n.*27.28.Chartar.*deciſ.crim.*61. *num.*22.38.39. doctè Sperell. *deciſ.*48. *num.*54.55. qui multos allegat,& dicit requiri vnicam citationem propter ordinem iudiciarium ſeruandum, ex quo colligitur in declaratoria non requiri aliquid magis ſpecialius, quàm fiat in aliis actibus.

Cùm igitur in hac declaratione excommunicationis requiratur citatio ad ſeruandum tantùm ordinem iudiciarium, & nemo dicat, quod in ea ſit neceſſaria perſonalis citatio,ſufficiens erit illa citatio,quæ ſecundùm
loci ſtatutum, vel conſuetudinem adhiberi ſolet. An- 14
tonin.



tonin.*d.reſol.*57.*n.*16.Vnde cùm hîc ſufficit citatio ad domum,quando reus non inuenitur perſonaliter, ſe-
15 quitur quod ſic citatus ad domum dicatur verus contumax,vt ſic poſt Angel.*in conſ.*186.*colum.*1.*n.*1.*verſ. non obſtat*,dixit Tuſch.*pract.concl.lit.C, concl.* 1024.*n.*7. & per conſequens non poterit appellare.

Et ſanè dictus Renſius in hoc caſu fortiùs dicendus eſt verus contumax,qui ter fuit citatus ad domum;primò enim fuit citatus ad allegandum quare non deberet declarari excommunicatus, deinde fuit declaratus, niſi ad primam citationem obediret, facta intimatione,& denique fuit illi intimatum decretum de ſtando in decretatis; & tamen nunquam voluit comparere, ideò habendus eſt pro vero contumace, quia etſi notitia præſumpta,& ficta,quæ oritur ex citatione facta domi,non excludat ab appellatione, tamen hoc fallit, quando concurrit duplex præſumptio: prima ex citatione facta ad domum ad audiendam ſententiam;& ſecunda ex notificatione poſteà facta ad domum de ipſa
16 ſententia;vnde inducitur ſufficiens notitia ex duplicata præſumptione:ſic poſt Franch. dixit in verbis Scac. *de appellat.lib.*3.*cap.*2.*q.*12.*n.*25.*in fin.*

Imò cùm dictus Renſius per tres vices non potuerit inueniri perſonaliter,& ideò domi fuerit citatus, vt refert Nuntius,cui ſtandum eſt,vt in Synodo, ſignum eſt euidens,quod ipſe latitabat,& doloſè agebat,ne perſonaliter citetur;ſed quando reus ſic latitat,citatio etiã
17 vnica ad domum ſufficit,ac ſi eſſet perſonalis, ad textum *in leg.Fulcinius*,§.*quid ſit*,& §.*fin.ex quibus cauſ.in poſſeſſ.eatur, cap.quoniam frequenter*, §. *porrò*,vbi gl. & DD.*vt lit. non conteſt. cap.ex tunc, de Cleric.non reſid. Clem.cauſam,de elect.*Abb.*in cap.ſi aduerſarius, de eo qui mitt.in poſſeſſ.cauſ.rei ſeru.* Alexand.*in d.l.properandum*, §.*ſin autem,ſub n.*14. *C. de iudic.* Marant. *in ſpec.de ord. iud.p.*6.*art.*2.*de appell.n.*279.latè Aſinin. *in prax.dict.*§. 6.*c.*2.*verſ.*2.*num.*1.2.3.vbi alios allegat.Maſcard.*de probat.concl.*8.*ſub n.*4. vbi de magis communi teſtatur,dicens quod facta diligentia de reo perſonaliter perquirendo, ſi inueniri non poſſit, vt hîc,valet citatio do-
18 mi facta, ac ſi citatus primùm fuiſſet: pulchrè Natt. *conſil.*240. *poſt numerum tertium*,vbi etiam docet,quod reus præſumitur latitare, vbi præmiſſa diligentia non reperitur, & concordat Mar. Antonin. *dict. reſolut. quinquageſimaſeptima, numero decimoſexto, verſ. ad quod facit*, & *verſ. neque iuram.*vbi dicit non eſſe ſtandum iuramento citati ad domum, ſi diceret non habuiſſe ſcientiam citationis, cùm habeat præſumptionem iuris contra ſe:ergo dictus Renſius verus contumax cenſendus eſt.

Denique idem Renſius omninò pro vero contumace habendus eſt, quia citatio ad domum intimata, ad eius notitiam peruenit,& ille ſuper illa conſuluit eius procuratorem, vt ex atteſtationibus exhibitis; citatus enim ad domum, ſi ad eius notitiam congruo tempore peruenit citatio, dicitur verus contumax, & ſi de
19 eius ſcientia probetur coram Iudice ad quem, ſuper eius appellatione non procedetur, vt in verbis dixit Bart.*in l. ex conſenſu*,§.*eum qui*, *num.*1.*verſ. & ideò, ff. de appellat.* & *in l.fin.ſub num.*11.*ad fin.verſ. tamen citatio, ff. de in integr. reſtit.* Rom.*conſ.*360. Tuſch. *lit. C, concl.*1024.*n.*13.Veral. *deciſ.*112.*p.*1. Mar. Antonin. *d. reſol.*57.*ſub n.*16.*verſ.fin.*vbi etiam dixit,quod ſtante notitia prædicta ſuppletur omnis defectus citationis, hic
20 autem fides exhibita probat Renſium habuiſſe ſcientiam citationis,ſuper qua conſuluit procuratorem;vbi enim reus ſuper citatione conſuluit amicum,vel procuratorem, præſumitur illius notitiam habuiſſe, vt poſt gloſſam *in Clem. cauſam, in verb.certa, de elect.* inquit pulchrè Maſcard.*de probat.concl.*292.*num.*2. & multò magis ſi feciſſet procuratorem ad illi reſpondendum,vt per Maſcard. *d.loco*; ergò verus contumax cenſendus eſt.

Sed ad quid quærere,an dictus Renſius potuerit appellare, cùm verè non appellauerit? Oſtendat libellum appellationis, vel probet ſe appellaſſe intra legitima tempora,vt tenetur: nam appellatio eſt quid facti, & non præſumitur, niſi probetur interpoſita in tempore
legitimo.Barboſ.*in c.Romana,n.*8.*de appellat.in* 6. Scac. 21
*eod.tract.q.*3.*n.*15. *verſ.declara*, vbi vide; etenim ſi erat
grauatus,tenebatur appellare coram Iudice à quo, *d.c.* 22
*vt debitus,de appellat.*& ſi eius copiam habere non poterat,coram honeſtis perſonis, *c.fin.* vbi DD.*eod.* & ibi Franch.ait appellationem interpoſitã coram Iudice ad quem,eſſe nullam, ſi potuit interponi coram Iudice à quo,vel honeſtis perſonis; ſed Renſius neutrum fecit: ergo eius appellatio non eſt habẽda in conſideratione.

Non obſtat ſecundum,quod ceſſante remedio appellationis potuerit Rẽſius adire ſuperiorem per viam ſup-
plicationis,recurſus,& querelæ, ad tradita per Scac. *de* 23
*appellat. quæſt.*19.*rem.*3.*num.*21.Borell.*in ſum.deciſ.tit.* 34.*num.*33.*p.*2.ad finem ne Princeps patiatur ſubditos contra ius grauari. Rebuff. *in tract. de ſupplicat. p.*3. *n.*14. *in præfat.*& in hac natura æquiparantur ſupplicatio,querela,recurſus,& reclamatio.Scacc. *d. tract. q.*19. *rem.*3.*n.*30.

Nam reſpondetur id non habere locum in vero
contumace,qui ſicut non poteſt appellare, ita non po- 24
teſt ſupplicare.Marant.*in ſpecul.p.*6.*aut* 2.*princ.ſub n.*14. Coſt.*de remed.ſubſidiar.rem.*22.*num.*4. *verſ.quarto*,Scac. *d.q.*19.*rem.*3. *num.*12. vbi alios allegat, & dicit ratio-
nem eſſe, quia contra contumacem omnia iura cla- 25
mant; nec mirum,quia prohibita appellatione de iure
communi ex natura cauſæ,vel negotij,cenſentur etiam 26
prohibita querela,& ſupplicatio.Ioan.de Imol. *in l.ex conſenſu*,§.*fin.de appellat.*Alex.*in l.properandum*, §. *ſin autem,n.*23.*ad fin.C.de iudic.*Marant.*d.act.*2.*n.*14. Dec. *in c.paſtoralis,n.*13.*verſ.ſenſus,de appellat.*Paul.de Caſtr. *in l.fin.col.pen.poſt med.C.de edict.D.Adrian.toll.*vbi in terminis dicit, quod prohibita appellatione ad Supe-
riorem, cenſetur etiam prohibita querela ad eundem, 27
quia aliàs prohibitio redderetur eluſoria:ſic etiam Bellam.*in c. Roman.de appellat. in* 6. Crauet.*conſ.*469.*ſub n.*10.Menoch.*de arb.iud.q.*70.*n.*38.& *n.*40. *in fin. lib.*1. latè Scac.*d.q.*19.*rem.*3. *num.*7. pulchrè Surd. *conſ.*277.
*n.*25.27.vbi multos allegat, alioquin per indirectum 28
permitteretur, quod directò fieri prohibetur, contra *l.Seius,& Augerius,ff.ad l.Falcid. c.cùm quid,de reg.iur. in* 6.& contraria procedunt,quando appellatio prohibetur ſolùm ob excellentiam iudicantis, vt optimè ſe declarat Borell.*in ſum.deciſ.d.tit.*34.*n.*111.vbi alios allegat:ſed contumax prohibetur à iure communi appellare,ergo neque poterit reclamare,ſupplicare, aut que-
relam proponere,imò nec fictus contumax poteſt ap- 29
pellare,quando Iudex examinauit teſtes, qui probant delictum.Farin.*conſ.*85.*n.*24.*lib.*1.

Non obſtat Scac.*d.q.*19.*rem.*3.*num.*21.& Borell.*d.tit.* 34. *num.*23. *lib.*2. qui videntur admittere ius ſupplicandi, & querelandi, etiam vbi eſt prohibita appellatio. Nam reſpondetur illos loqui de ſupplicatione, & recurſu ad Principem ſupremum ex gratia petente gra-
tioſè admitti, quia cùm ſit contra ius, & in præiudi- 30
cium alterius, nullus inferior Principe poteſt illam admittere:ſic in verbis dixit Scac. *d.rem.*3.*num.*21.& pulchrè ſic docet Nat. *conſ.*172. *n.*9.10.11. vbi per viam
querelæ vult adeundum eſſe Principem;ſic etiam dixit 31
Coſta *de remed.ſubſid.rem.*22.*num.*4.*verſ.tertiò*, vbi hoc admittit in Principe maximi Imperij, & ſic ſe declarat
Borell.*d.tit.*34. *num.*36. & *ſeqq.* vbi de ſupremo Prin- 32
cipe loquitur qui habet merum Imperium maximum, & de illis Magiſtratibus, à quibus non datur appellatio,qui poſſunt ſupra ius diſpenſare,provt poteſt Sum-
mus Pontifex, ad textum *in cap. propoſuit, de conceſſ.* 33
*præbend.* recurſus enim, & ſupplicatio conceditur ex gratia, & benignitate Principis, appellatio autem

ex iuſtitia.Lancell. *de attent.pendent.recurſ.part.2. c.19. n.25*.Contard.*de moment.poſſ.q.8.n.5.6.7.*

Verùm hîc Eminentiſſimus,& Reuerendiſſimus Legatus non fuit aditus à Renſio pro gratia,ſed pro iuſtitia,& propterea videndum eſt,quid iuri conueniat, & quomodo cauſa ad eum deuoluatur; licèt enim magna ſit Legati auctoritas,& fortè olim poſſet adiri per
34 viam querelæ,vt videtur ſentire Crau.*d.conſil.469.n.10.* tamen hodie non poteſt auocare cauſas, niſi per viam
35 legitimæ appellationis, & cenſuras contra reum latas non poteſt reuocare,vel annullare,niſi conſtito ſibi de appellatione,vt expreſſum eſt *in cap.Romana, §.ſententiæ,de appellat.in 6.*cuius formam,& tenorem tenentur
36 etiam Legati,& Nuntij Apoſtolici ſeruare, vt diſponitur in Concilio Trid.*ſeſſ.22.c.8.de reformat.*vbi ita fieri mandatur,& dixit Barboſ.*de vniuerſ.iur.Eccl.p.1.tit. de legat.n.87.*& hoc non obſtante quacumque conſuetudine,etiam immemorabili, aut ſtylo, vel priuilegio in
37 contrarium,aliter inhibitiones,& proceſſus,& inde ſequuta quæcumque ſint ipſo iure nulla,vt in dicto Concilio legitur,& pleniùs etiam id exprimitur ab Vrbano VIII. & Innocentio X.in regula Cancellariæ 37. vbi diſponitur, quod nullæ cauſæ appellationum committantur,niſi in commiſſione exprimatur, quod interlocutoria vim diffinitiuæ habeat, vel grauamen ſit tale, quod in appellatione à diffinitiua non valeat reparari, alioquin appellationes,& commiſſiones impoſterum, & quidquid inde ſequutum fuerit,nullius ſit roboris, vel momenti;vbi vide,quia vult Papa cauſas non committi,niſi per appellationem à diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ.

Et propterea hoc idem diſponitur in dicto Decreto S.C.facto ſub die 16. Decembris 1600. vbi ſtatuitur, quod Superiores etiam Nuntij, vel Legati de latere ſpecificam facultatem maiorem non habentes, cauſas
38 in Curiis Ordinariorum,vel aliorum inferiorum Iudicum pendentes ad ſe non poſſunt aduocare, niſi per
39 viam legitimæ appellationis ad ipſorum tribunalia deferantur, cuius vigore ſæpè reuocantur inhibitiones contra formam dicti capitis *Romana*, & dicti Decreti facta; de quo decreto amplum teſtimonium faciunt Quarant.*in ſum.Bullar.verb. Archiepiſcopi auctoritas, ſub num.20.verſ.ſciendum eſt.*Genuenſ.*in prax. Archiep. Neap.c.98.n.m.37.38.& ſeq.in prima editione.* Piaſec.*in prax.Epiſc.p 2.de appellat.c.4.n.*101. Ricc. *in prax.for. Eccl.de appellat.reſol.404.n.1.* qui de verbo ad verbum illud referunt,& de eo etiam mentionem fecerunt Scac. *de appellat.c.2.q.17.lim.3.n.1.in fin.*Bellet. *diſq. Cler.p.1. tit.de fauor.Cler.can.§.5.ſub n.26.*Sperell.*deciſ.for. Eccl. 48.ſub n.46.*qui eſt Prælatus nunc viuens, & in Curia Romana magni nominis,qui non allegaret dictum decretum,niſi haberet iuris firmitatem.

Nam licèt magna ſit Legati auctoritas, non eſt tamen de illis magiſtratibus,qui habeant ſupremum, & maximum imperium, quia hoc ſolùm pertinet in Eccleſia ad Pontificem, qui ſolus Principis ſupremi no-
40 men meretur,nec ſolet alteri demandare ea, quæ ſunt maximi imperij,vt inquit Borel.*d.tit.34. n.41. lib.2.* &
41 à Legato etiam à latere datur appellatio,Scac.*de appellat.q.8.n.99.verſ.à Legato,*& *q.16. in princ. ampliat.18. n.22.*nec poteſt tollere appellationem. Dec. *in cap.pa-*
42 *ſtoralis, n.7.de appellat.* nec aliquid ſtatuere contra ius commune, & conueniunt Tuſch.*lit.L.concl.162.n.4.*& *n.10.*Barboſ. *de vniuerſ.iur.Eccl.p.1.tit.5.de legato,n.80.* vbi quod Legatus nihil poteſt, quod tendat in violationem iuris communis. Ergo non poteſt concedere vero contumaci beneficium appellationis,niſi hoc ſpecificè haberet in facultatibus.

Hoc ſufficit ad repellendum dictum Renſium, qui etiam debet remitti, quia non tranſportauit acta cauſæ
43 ad Iudicem ad quem; hoc enim pertinet ad appellantem, ex Concilio.Trid.*ſeſſ.24.c.20.verſ.præterea,* vbi Barboſ. *n.70.*Ricc.*in prax.for.Eccl.tit.de appellat.reſol.409. n.4.* & *n.7.*vbi quod appellans tenetur exibere acta, ſi vult probare ſententiam iniquam,vel nullam.

Verùm eſto,quod per viam appellationis, & querelæ dictus Renſius poterit adire dictum Legatum, vtique tenetur docere,quod iniquè iudicatum ſit,quia appellatio ad hoc tendit,ad textum *in l.1.*vbi Bart.& DD. *de appellat.* & hoc multò magis procedit in querela, quæ ſupponit errorem in Iudice,vel in parte,& circumuentionem aduerſarij.Scacc.*d.q.19.rem.3.n.34.* hîc au- 44
tem conſtat dictum Renſium fuiſſe iuſtè declaratum excommunicatum,quia contrauenit edicto Epiſcopali: Ergo ceſſat querela, & appellatio, & confirmandum potius eſt decretum primi Iudicis. Sed reus meliùs conſultus reuerſus à Bononia,& à Roma petiit à me humiliter abſolui,provt feci, impoſitis pœnitentiis ſalutaribus,vt conſtat ex actis Cancellariæ anni 1644.

# CAPVT CXLIX.

## EPITOME.

Natus,& educatus in ciuitate,ex patre tamen comitatino rurali,dicitur ciuis originarius, & ciuium appellatione venit.

## SVMMARIVM.

1 *Regij Eccleſia Cathedralis habet tres Communes diuerſas.*
2 *Comitatinus,& non ciuis dicitur natus etiam in ciuitate ex patre comitatino.*
3 *Ciuis dicitur etiam ruri natus ex patre ciue.*
4 *Ciuitatis priuilegium an tribuat veram ciuilitatem.*
5 *Ciuilitas propria in ſolo ſiue originario reperitur.*
6 *Fictio non cadit,vbi veritas reperitur.*
7 *Fictio non attenditur, quæ repugnat voluntati teſtatoris.*
8 *Filius ſequitur originem patris,& quando.*
9 *Ciuis originarius propriè dicitur, qui natus eſt in ciuitate.*
10 *Originarius ciuis quis dicatur.*
11 *Ciuis non deſinit eſſe illius loci,vbi natus eſt.*
12 *Ciuis efficitur loci,vbi baptizatus eſt.*
13 *Baptiſmi liber fidem facit ad probandam ciuilitatem.*
14 *Natus in ciuitate an ſit ciuis,ſi habet domicilium ruri.*
15 *Comitatinus quando dicatur natus in ciuitate, & ciuis.*
16 *Filius non ſequitur originem patris, qui deſeruit domicilium,quando filius natus eſt.*
17 *Ciuis originarius quando dicatur originem deſerere.*
18 *Ciuis originarius poteſt eſſe in duobus locis.*
19 *Filius an teneatur ad onera in loco originis propriæ, vel paternæ.*
20 *Epiſcopus proprius quoad ordines dicitur tam propriæ, quàm paternæ originis.*
21 *Ciuis non dicitur loci,vbi per accidens natus eſt.*
22 *Originarius ciuis an dicatur fortuitò natus in loco.*
23 *Natus in tranſitu loci an dicatur ciuis originarius.*
24 *In alternatiuis ſufficit alteram partem verificari.*
25 *Obſeruantia eſt interpres voluntatis teſtatoris,& tollit ambiguitates.*
26 *Ciuium appellatione in fauorabilibus veniunt etiam illi de territorio.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN ciuitate Regij in Æmilia extat nobiliſſima Cathedralis Eccleſia,in qua poſt Canonicos adeſt vna Cõmuna





muna magna, cuius ſunt participes omnes Presbyteri cum Canonicis: adeſt & altera, de qua participant ſo-
1 lùm rurales:tertia vero,quæ appellatur *Gallana*,admittit ſolùm ciues originarios,ſic mandante M.R.D.Petro de Gallanis in ſuo teſtamento, ſub die 23.Septembris 1562. cui tanquam fundatori licuit huiuſmodi pactum, & conditionem apponere, vt ſine dubio admittitur.

Hinc de anno 1641. fuit admiſſus quidam Sacerdos vocatus R.D.Thomas de Tauernariis; ſed ſtatim orta fuit controuerſia,an ſit capax dictæ Communæ, eò quod ſit natus ex comitatino rurali, non autem ex ciue originario.

Et cùm cauſa fuit compromiſſa amicabiliter, provt de iure,videbatur prima facie dicendũ, quod dictus.R. D.Thom. non ſit admittendus ad dictam Communam, quia non poteſt dici eius originarius, provt requiritur in fundatione.Nam licèt ipſe ſit natus in ciuitate, quia tamen eius pater erat de Comitatu Regij, non poteſt dici ciuis originarius Regienſis,nec frui priuilegiis ciuium,alioquin ruſtici ducerent ſuas vxores ad pariendum intra ciuitatem, & ſic omnes efficerentur ciues, quod eſt abſurdum,& propterea natus ex ruſtico comi-
2 tatino,licèt in ciuitate editus fuerit,adhuc dicitur comitatinus,& non ciuis:ſic Bart.*in l.1.n.3.4.ff. ad municipal.& de incol.*& pulchrè Bald.*conſ.294.n.1.lib.4.*vbi dicit,quod tam litterati,quàm vulgares homines hoc communiter tenent.Iaſ.*in l.huiuſmodi, §. legatum*, vbi etiam Alex.*ff.de leg.1.*& *conſ.77.lib.3.*Bart.*conſ.172.ſub num.6.lib.1.*pulchrè Tuſch.*pract.concl.lit.C,concl.274.*
3 *n.41.* qui omnes dicunt etiam, quod ſicut filius natus ruri ex ciue adhuc ciuis eſt,ita natus in ciuitate ex comitatino dicitur comitatinus quoad onera,munera, & forum,& hoc credo verum cum declarationibus infra dicendis.

Nec dicto R. D. Thomæ prodeſt in hoc priuile-
4 gium ciuitatis à ciuitate conceſſum, vt habeatur tanquam ciuis originarius, quia hoc quandam fictionem importat, quæ non præiudicat veritati, & verba teſtatoris requirunt vtilitatem propriam, quæ in ſolo ori-
5 ginario reperitur,vt tradunt omnes DD. *in d. l.1.ff. ad Municip.& de incol.*& propterea cùm dictus R.D.Thomas ſit verè comitatinus, talis fictio nihil eum adiu-
6 uat,quia fictio ibi non cadit,vbi veritas reperitur.Caſtr. *in l.Item quæritur, §. qui impleto, num.2.ff. locat.* cum
7 vulgaribus;& maximè hoc attendi non debet, quia repugnat voluntati teſtatoris,& fundatoris.Fulgoſ. *conſ. 61.per totum.*

Nec de prædictis videtur vllo modo mirandum,quia filius ſequitur originem patris quoad honores, mune-
8 ra,onera,& forum,ad textum *in l.aſſumptio,§.filius*, vbi Bart.& DD. *ff.ad municip.l.originarij*, vbi etiam gloſſa, *C.eod.*Boer.*deciſ.13.n.5.*Ceph.*conſ.53.n.5.* & *conſ.451. n.104.* Menoch. *conſ.390.n.4.* pulchrè Surd.*conſ.343. n.23.* Gratian.*diſc.75.* & ego quoque dixi *contr.for.37. n.16.*quod ſimpliciter dictum credo eſſe verum.

His tamen non obſtantibus cenſui dictum R. D. Thomam eſſe admittendum ad participationem dictæ communæ, & iudicandum eſſe ciuem originarium Re-
9 gij,cùm ſit natus intra ciuitatem,propriè enim,& verè originarius ciuis dicitur, qui in ciuitate naſcitur, per textum *in l.ciues,C.de incolis,lib.10.*gloſſa finalis *in l.1. in fin.ff.de tut.*Bald.*in Auth.ſed omninò, numer.13. C.ne vxor pro mar.* Aret. *conſ.77. col.1.*Natt. *conſ.253.lib.2.* Gramm.*conſ.ciuil.5.num.7.*Rol.*conſ.79. num.16. lib.3.* Silu.*conſ.1.n.90.*Boer.*d.deciſ.13.n.4.* Menoch.*conſ.80. n.10.*Surd.*conſ.343.num.21.lib.3.*Tuſch.*littera S, concl. 275.num.1.*Vrſill.*ad Afflict.deciſ.384.n.3.*vbi de magis communi. Gratian. *d. diſc.75.n.6.7.*Anch.Iun.*qq.fam. 61.n.31.lib.3.* vbi in verbis dicit eum eſſe ciuem ori-
10 ginarium, qui naſcitur in ciuitate. Aloyſ. Ricc. *in in prax.for.Eccl.titul.de Sacramento Ordinis, reſol.257.* *n.2.*idem dicit Rot.Rom.*dec.137.n.3.4.p.5.*latè Marth. *de ſucceſſ.legal.p.3.q.15.art.1.n.16.*vbi docet,quod quis nunquam deſinit eſſe ciuis illius loci, vbi natus eſt, 11
etiamſi aliò domicilium transferat,quia ſtatim ac quis natus eſt,patriæ illi hypothecatus eſt,& habitatio alibi facta non facit mutare ciuitatem patriæ, quia ciuilitas originis nunquam amittitur, & ille ſemper remanet alligatus ſtatutis patriæ, atque onera ſubire cogi poteſt.

Et hoc procedit non ſolùm ſi in loco quis naſcatur etiam caſu,& fortuitò, ſed multò magis ſi in eodem loco fuerit baptizatus,vt hic, quia per baptiſmum quis 12
efficitur ciuis, & acquiritur origo, ceſſante tamen fraude, & hoc habet locum non ſolùm quoad ſpiritualia, ſed etiam quoad temporalia, vt poſt Iac.de Pen. *in l.ciues,col.vlt. in princ.verſ.nam præter cauſam, C.de incol. lib.10.* & Rebuff. *de pacific.poſſeſſ.n.17.*dixit Gratian. *d. diſc.75. num.16.* & ſic etiam ſentire videtur Rot.Rom. *d. deciſ. 137. numero tertio; part.5.* vbi 13
docet, quod liber Baptiſmatis quoad iſtum effectum fidem facit:pulchrè Corrad. *de diſpenſ. Apoſt.lib.4.c.5. num.32.33.* vbi quod Baptiſmus efficit natum originarium.

Non obſtat, quod natus ex viro comitatenſi etiam in ciuitate,adhuc ſit comitatinus, & non ciuis originarius ciuitatis, cùm filius ſequatur originem patris, quia id verum quidem eſt, ſed procedit, & intelligitur 14
in terminis, quando pater tempore natiuitatis filij non habet domicilium, vel habitationem in ciuitate, ſed ruri habet incolatum, & fortè mater pueri peperit in ciuitate fortuitò, & reuertitur ad Comitatum; vtique iſte quoad honores, & onera, & forum ſequitur 15
originem patris, & comitatinus dicitur; & ſic in his terminis loquitur Bart. *in d.l.1.num.3.* vbi DD. *ff. ad municip.* vbi licèt id verbis claris non probet; tamen idem Bart. *in d.conſ.172. num.5.p.1.* id apertiùs manifeſtat, dum eandem quæſtionem tractans ponit dubium de filio comitenſis, & diſtrictualis, qui habitat in Comitatu, & decidit, quod licèt ſit natus in ciuitate,adhuc debet iudicari ciuis comitatinus, quia ſequitur conditionem patris; & concludit, quod hæc diffinitiua inter ciuem comitatenſem, & ciuem de ciuitate non diſtinguitur origine, ſed per habitationem: & ſic etiam loquitur Bald. *in d.conſil.294. lib.4.* Tuſch. *d.littera C, concl.274. num.41.* ſed in caſu noſtro pater dicti R.D.Thomæ habitabat in ciuitate, & in ea domicilium habebat tempore natiuitatis dicti eius filij, & multò prius: ergo doctrina Bartoli non poteſt huic caſui accommodari, imò à contrario ſenſu facit pro dicto R.D.Thoma, quod ſcilicet natus ex comitatino habitante in ciuitate, ſit ciuis originarius; etenim ſi comitatini filius habitauit in ciuitate per longum tempus, acquirit ſimpliciter ciuitatem, & ciuilitatem, & ſuccedens patri debet deleri ex oneribus comitatinorum, quia primò erat ciuis ſecundùm quid, videlicet ciuis de Comitatu, nunc verò efficitur ſimpliciter ciuis Caſtr. *conſ.8. Ita bona, per totum, lib.1.* Tuſch. *d. concl.274. num.44.* quantò magis iſte R. D. Thomas debet dici ſimpliciter ciuis, & originarius,qui non ſolùm habitauit in ciuitate,ſed etiam in ea natus eſt? vtique res caret difficultate, & contraria poſſunt ſolùm procedere, quando ſcilicet ipſe ſic natus, vel parentes eius deſeruiſſent domicilium ciuitatis aliò illud transferendo, vt per Vrſil. *d.deciſ.334. numero tertio, ad fin.*

Nam id benè congruit cum illa vera ſententia, quæ docet filium non ſequi originẽ patris,quãdo ille filius fuit conceptus,& natus alibi, poſtquã eius pater dere- 16
liquerat ſuã patriam,ſeu locum originis,& domicilium aliò tranſtulit,quia tunc filius non poteſt dici ciuis originarius,vel naturalis loci iam priùs deſerti à patre,ſecundùm Bald.*in Auth.ſed omninò, col.8. C.ne vxor pro*

marit. Alex. conſ.13.lib.1. & poſt Afflict. d.deciſ.384.& Cæſar.de Graſſ. deciſ.15.de probat. dixit Aloyſ.Ric. in prax.for.Eccl. reſol.257.num.5. verſ.limita ſecundò. Vrſill. ad Afflict.dict.deciſ.384.num.3.verſ.verùm intelligerem: vbi hoc idem ſentire videtur; ciuis enim originarius transferens domicilium in aliam prouinciam, 17 vel locum, dicitur originis domicilium deſerere. Laderch. conſ.74.num.7. vbi alios allegat: ſed pater dicti R.D.Thomæ iam deſeruerat villam, & comitatum, ſe contulerat ad ciuitatem per multum ſpatium temporis: ergo eius filius non poteſt dici comitatenſis.

Etenim licèt filius ſequatur originem patris,id procedit iuncto domicilio, & non ideò filius amittit propriam originem, cùm poſſit eſſe ciuis originarius in 18 duobus locis; in vno oratione propriæ originis, & in altero ratione originis paternæ, vt probat gloſ.in d.l.1. ibi: natiuitate paterna, vel propria,vbi Bart.num.2.ff.ad municip. idem Bart. in l.aſſumpto, num.2.ad fin.ibi: originis propriæ, vel paternæ, ff.eod. vbi declarat, quando 19 filius teneatur ſubire onera, & honores in loco originis propriæ, vel paternæ, pulchrè Gratian. deciſ.75. num.10.11.Vrſill. ad Afflict.deciſ.284.num.2.Ricc. dict. 20 reſol.257.num.3.4. vbi probat Clericum poſſe ordinari tam ab Epiſcopo originis propriæ, quàm paternæ: ergo dictus R.D. Thomas poteſt dici ciuis originarius, etiamſi ſit natus ex comitatenſi; & cùm tam ipſe, quàm eius pater habitauerint, & domicilium habuerint in ciuitate, non conſiderantur ampliùs tanquam comitatini, ſed tanquam veri ciues. Bart. in dict. conſil.172.num.5. Tuſch. dict.concl.274.num.44.

Neque nocet, quod quis non poſſit dici ciuis origi- 21 narius loci, in quo per accidens, & cauſaliter naſcitur, vt per Cyn. Angel.& Bald. in l.huiuſmodi, §.legatum, ff.de leg.1. qui dicunt, quod ſi vxor alicuius peregrinando peperit partum Florentiæ, non debet talis filius cenſeri Florentinus, nec quoad munera, nec quoad honores: vbi etiam Caſtr. idem ſentit. Abb. in cap. Rodulphus,de reſcript. Barbat. conſ.52.num.10.vol.2. & alij de quibus Gratian.d.diſc.75.n.4. qui volunt, quod ad hoc,vt quis dicatur Ciuis alicuius loci,oporteat parentes eius conſtituiſſe in loco natiuitatis filij domicilium,& non habuerint animum redeundi,eo quod nemo dicatur habitare in loco, donec habet animum recedendi ab eo, etiamſi per mille annos ſteterit in loco illo: Vrſill.ad Afflict.d.deciſ.384.n.3.

Nam reſpondetur id firmare intentionem dicti R.D. Thomæ,non verò deſtruere,quia pater eius iam diu habitabat in ciuitate,quando ei dictus filius natus eſt,qui propterea iure meritò ciuis originarius dicendus eſt. Sed eſto etiam,quod dictus R.D.Thomas eſſet fortuitò natus in ciuitate præter intentionem parentum, adhuc eiuſdem ciuitatis poteſt dici ciuis originarius, ſecundùm magis veram, & magis communem DD. ſententiam;quoniam ciuis originarius dicitur non ſolùm origine paterna, ſed etiam propria, vt vidimus: vnde ſi quis ſit natus Florentiæ,etiamſi id euenerit fortuitò, & cauſaliter, nihilominus erit Florentinus origine, quia 22 ſemper verum erit illum fuiſſe natum in illa ciuitate, quod ſufficit ad conſtituendum ciuem originarium, vt vidimus, & ſic ſatis erit in dicta ciuitate editum fuiſſe in lucem, etiamſi id caſu euenerit, vt per textum in d. l.1. ad municip. & in l.ciues, C.de incol. lib.10. probat Imol.in d.l.huiuſmodi,§.legatum.vbi Alex.& Iaſ.ff.de legat.1. Apoſtill.ad Bart.in d.l.1.litter. B, vbi dicit,quod Imola fortè melius ſentit. Crot.in rep. l.ſi quis pro emptore,num.13.ff.de vſucap. Felin.in d.cap.Rodulphus, num. 13.de reſcript.Boer. deciſ.13.num.53. pulchrè Gratian. d. diſc. 75. num. 6.7.8. vbi teſtatur de veriori, dicens, 23 quod natus in tranſitu dicitur ciuis originarius illius loci, quomodocunque ibidem naſcatur, etiam ceſſante animo parentum in eo permanendi;quia attenditur veritas,non deſtinatio,vel animus, vt de magis communi teſtatur Vrſill.ad Afflict.d.deciſ.384. ſub n.3. & multos alios allegat.Surd.conſ.343.n.21.22. vbi probat, quod originarius dicitur etiam ille,qui caſu natus eſt in loco,putà quia tranſeundo per ciuitatem mater illum peperit:non dico tamen,quod iſte ſic caſu natus Florentiæ, non ſit etiam originarius loci originis paternæ, quia duplicem iſte habebit originem, & poterit dici etiam originarius in illa ciuitate,in qua pater eius habitat,& natus eſt.Vrſill.ad Afflict.d.deciſ.384.num.2.& Gerard.Mazzol.conſ.74.n.10.vbi vide,quia pulchrè loquitur,& ſuperiùs etiam dixi: non poteſt ergo negari, quin dictus R.D.Thomas ſit ciuis originarius Regij, quia ad hoc ſufficit natiuitas propria, vel patris, per gloſſam in d.l.1.ff.ad municip.vbi DD.& in alternatiuis ſufficit alteram partem verificari,c.inter cæteras,vbi Fe- 24 lin.de reſcript.Caualer.deciſ.265.n.3. & ideò ſatis eſt, quod ipſe ſit in ciuitate natus,licèt eius pater aliunde ortum habuiſſet.

Concludendum eſt igitur, dictum R.D.Thomam eſſe admittendum ad conſortium aliorum Presbyterorum cum participatione fructuum Communæ Gallanæ, quia in eo verificantur verba teſtatoris,quod ſcilicet ſit ciuis originarius, cùm ſatis ſit natum eſſe in ciuitate, ſiue fortuitò,ſiue deſtinatione, & priùs contracto domicilio;& ſi qua adeſſet dubitas, reſoluitur ex obſeruantia longiſſimi temporis, dum ſemper admiſſi ſunt tales nati ex comitatinis,dummodo in ciuitate fuerint editi,& baptizati;quæ obſeruantia ſatis benè interpre- 25 tatur voluntatem teſtatoris,& tollit omnes ambiguitates.Decian.conſ.87. n.22. lib.2.& conſ.124. n.15. lib.8. Seraph.deciſ.1410.n.2.16.22.& ego dixi controu.for.44. n.8.& hæc ſufficiant,quia verſamur in fauorabilibus,in 26 quibus ciuium appellatione veniunt etiam illi,qui ſunt de territorio,l.qui ex vico, ff.ad municip. l. qui in continentibus,ff.de verb ſign.Bart.in l.1.ff.ad municip.& in l.2. ff.de verb.ſign.gloſſa in c.1.de vſur.in 6. Felin. in c. Rodulphus,n.9.de reſcript.pulchrè Zachar.Paſqualig.deciſ. mor.169.n.5.Itaque ſic iudicaui, & arbitratus ſum, & pars vtraque laudo meo acquieuit.

## CAPVT CL.

### EPITOME.

Vocatis deſcendentibus in capita, an ſuccedant filij vnà cum eorum patre.

### SVMMARIVM.

1 *Filij an ſuccedant in capita ſimul cum patre.*
2 *Pater, & filij cenſentur ſimul vocati, vbi attenditur ſolus ordo charitatis.*
3 *Quot ſunt perſonæ, tot ſunt portiones,computato etiam patre.*
4 *Repudians habetur pro mortuo.*
5 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
6 *Filij cenſentur ſubſtituti ordine ſucceſſiuo poſt patrem.*
7 *Deſcendentibus vocatis,vel familia,proximior ordine ſucceſſiuo venit.*
8 *Ordo ſucceſſiuus ſemper attenditur vocatis deſcendentibus.*
9 *Subſtitutio cenſetur facta ordine ſucceſſiuo.*
10 *Filij fratrum an ſuccedant in ſtirpes.*
11 *Teſtator noluiſſe præſumitur,quod non expreſſit.*
12 *Teſtator cenſetur ſe iuri conformare in non expreſſis.*
13 *Tranſuerſali ſuccedunt omnes, qui ſunt in pari gradu.*
14 *Succeditur in fideicommiſſis eo ordine quo ab inteſtato.*

15 Fidei



15 *Fideicommiſſi ſucceſſio defertur ſecundùm ordinem legalem.*
16 *Proximiores ſuccedunt ab inteſtato, & in fideicommiſſis.*
17 *Familia vocata ſuccedunt proximiores.*
18 *Succeſſiones admittunt ſolam cauſam proximam.*
19 *Remotior in gradu non admittitur extante proximiore.*
20 *Repudians abſtinet à ſucceſſione.*
21 *Repudiare,& renuntiare in quo differant.*
22 *Nemo dat quod non habet.*
23 *Renuntians ad fauorem adhuc dicitur poſſidere,donec reſignatarius acceptet.*
24 *Renunciatio quando non teneat.*
25 *Succeſſor vtitur ſolùm iuribus eius,cui ſuccedit.*
26 *Tranſmiſſio eſt ſucceſſionis prorogatio.*
27 *Tranſmittitur hæreditas delata,non acquiſita.*
28 *Filij quomodo ſuccedunt ex perſona propria,vel patris.*
29 *Filius non ſuccedit ex perſona propria,niſi mortuo patre.*
30 *Repudiantis filij an ſuccedere poſſint.*
31 *Argumentum à contrario ſenſu valet.*
32 *Repudiata pars hæreditatis accreſcit cohæredi.*
33 *Ius accreſcendi habet locum etiam inter fideicommiſſarios.*
34 *Coniuncti per capita omnes vocantur in portionem defuncti.*
35 *Repudiata pars habetur pro derelicta.*
36 *Repudians non poteſt repudiare niſi portionem ſibi delatam.*
37 *Subſtituti parificata conditione poſſent vindicare res ſingulas.*
38 *Dominium rei fideicommiſſo ſubiectæ tranſit abſque reſtitutione.*
39 *Fideicommiſſo purificato tranſeunt actiones ipſo iure in alium.*
40 *Actiones tranſeunt ipſo iure à primo fideicommiſſo in ſecundum.*
41 *Ius noſtrum ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt.*
42 *Pacta ſuper fideicommiſſis quamdiu durent.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

OB mortem D.Capitanei Ioan. Thomæ de Fiaſtris venit caſus fideicommiſſi ordinati ab olim D.Alberto Fiaſtro, de anno 1565. in eius vltimo teſtamento, in quo ad fauorem eius familiæ tranſverſalis (ipſe enim filios non habuit) in ſuis bonis creauit vnum perpetuum, & fortiſſimum fideicommiſſum, prohibendo etiam quandocunque alienationem bonorum ſuorum, & detractionem, quia voluit bona omnia ſua remanere ſemper in domo, & familia ſuorum hæredum, & ſubſtitutorum in infinitum, fecitque varios gradus ſubſtitutionum per fideicommiſſum, vocando ſemper omnes deſcendentes inſtitutorum, & ſubſtitutorum in capita, & non in ſtirpes, de quibus non eſt neceſſe facere mentionem, eò quod defecerint; ſed quia illis deficientibus ſubſtituit D.Hieronymum de Fiaſtris,& DD. Ioannem Antonium & Ioan. Mariam fratres,& filios D.Ioan.Franc.de Fiaſtris, quibus deficientibus eiſdem ſubſtituit omnes eorum, & cuſlibet eorum deſcendentes legitimos,& naturales,& ex legitimo matrimonio natos in capita,& non in ſtirpes eo modo,& forma, quo ſuprà diſpoſitum fuit de ſuis nepotibus,& eorum deſcendentibus, ideò de his quærendum eſt.

Nam tempore mortis dicti D.Capitanei Ioan. Thomæ extabant inter viuos ex dicto D.Hieronymo DD. Proſper, Ioanna,& Helena eius pronepotes;& ex linea dicti D. Ioan. Mariæ Senenſis extabat D. Ioan. Maria Fiaſtrus,iunior eius nepos, qui repudiauit ius ſuum ad fauorem quinque eius filiorum ad finem, vt maiorem portionem conſequeretur in bonis dicti D. Capitanei Ioan. Thomæ; ſi enim in capita diuidere debent, filij eius conſequentur quinque portiones, & dictus Proſper,& eius ſorores tres alias obtinebunt, ſi autem ſuccederet dictus D.Ioan.Maria primo loco tanquam proximior,haberet tantùm vnam ex quatuor partibus, & reliquæ tres contingerent dicto D. Proſpero, & eius ſororibus: quæritur ergo quid iuris ſit.

Et ſanè non videtur inanis hæc prætenſio D. Ioan. Mariæ iunioris,quia ſatis videri poteſt,quod non ſolùm eius filij poſſint tollere ſibi in capita quinque portio- 1 nes, ſed quod etiam ſextam portionem patris ab ipſo repudiatam ad eorum fauorem;quia teſtator ſic vocando deſcendentes omnes videtur eos vocaſſe copulatiuè,vt ſimul omnes ſuccedant, qui ſimul extant, quia quando agitur de tranſverſalibus, vt hîc, in quibus non adeſt neceſſitas inſtituendi, ſed ſolummodo ordo 2 charitatis, & dilectionis, tunc pater,& filij cenſentur vocati ſimul,& ſemel, vt eſt communis DD. ſententia in l.Gallus,§.quidam rectè,ff.de liber.& poſthum.vt teſtatur ibi Iaſ.numero 24.& ſeq. latè Fuſar. de ſubſtit.q.476. num.4. cum pluribus ſeqq. Rot. Rom. diuerſ. deciſ.127. numero vigeſimo, p.6. ideò quot ſunt perſonæ, compu- 3 tato etiam patre, tot ſunt portiones,vel ſaltem non videtur negandum admittendos eſſe eius filios in capita ex perſona earum, ad tradita per DD. in l. ſi auus,C.de liber. præter. quia pater repudians habetur pro mor- 4 tuo, adeò vt non poſſit ampliùs ad bona repudiata reuerti, & redire, l.ſicut,& l.ſi quis ſuus, C. de repud.hær. l.1.Cod.de repud. bon. poſſeſſ.l. 1. §.ſed videndum, ff. de ſucceſſ. edict. Crauet.conſil.959.numero ſecundo, libro quinto. Rot. diuerſ. deciſ. 323. numero 1. 2. part.6. & propterea ſuccedunt eius filij perinde, ac ſi dictus D. Ioan.Maria eius pater de medio fuiſſet ſublatus, & non extitiſſet in rerum natura, quia habetur pro non ente, & non entis nullæ ſunt qualitates,§.ideò autem, Inſt. 5 de ſeru. ruſt.præd.l.eius qui, ſi cert.pet. Crauet.conſ.747. num.22.

Nihilominus in hac facti ſpecie,attentis etiam verbis, & mente teſtatoris,cenſeo prædictum D.Ioan.Mariam,vel eius filios in ius ipſius ſuccedentes non eſſe admittendos, niſi ad vnam portionem ex quatuor, & tres alias ſpectare ad dictos DD.Proſperum, Ioannam, & Helenam, quia verè dictus D. Ioannes Maria non poteſt dici vocatus copulatiuè vnà cum filiis, ſed tantùm ordine ſucceſſiuo, nam deſcendentium nomen eſt collectiuum,ſicut familiæ, & importat tractum futuri temporis,maximè iuncto verbo, in perpetuum; & ſic comprehendit etiam filios naſcituros, & propterea etiamſi verſaremur in penitus extraneis,in quibus non cadit neceſſitas inſtituendi,adhuc cenſentur ſubſtituti ordine ſucceſſiuo,ſecundùm ordinem proximitatis;nō autem ſimul aut ſemel, & copulatiuè, ſed ſucceſſiuè 6 ſuccedit pater ſolus ante filios,& filij poſt patrem: ſic probatur per textum in l.cùm ita, §. in fideicommiſſo, vbi Bart. & Bald.ff.de leg.2.& de hoc etiam in l.peto, §. fratre,de leg.2.& communem eſſe DD.ſententiam teſtatur Soc.Iun.conſil.136.num.28. lib.3. & Couar. in cap. Raynutius,§.2.num.7.de teſtam. Rubeus & Alex. in d.l. Gallus,§.quidam rectè,num.55.in fin.de liber.& poſthum. Mantic.de coniectur.vltimar.volunt.lib.4.titul.8.num.27. Peregr. de fideicom.art.17.n.35. & melius art. decimonono, numero duodecimo, vbi benè probat in huiuſmodi fideicommiſſo relicto familiæ, vel deſcendentibus, 7 primò cenſeri vocatos nominatim ſubſtitutos, deinde alios deſcendentes proximiores in gradu ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſum: ſic etiam docet Cæſar Barz. deciſ. Bononienſ. 9. numero tertio, latiſſimè Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 476. numero 56.57.58.59. vbi in fine dicit ab hac receptiſſima ſententia non eſſe recedendum. Et concordat Tuſch. pract. concl. littera O, concl.199. numero 33. 79. Intrigl. de ſubſtit. centur.3. quæſt.80.num.17.19.vbi multos allegat. Surd.deciſ.346.

L 4 numero

num.16. Marth. de ſucceſſ. legal. part.3. quæſt.1. art.5.
num.41. vbi probat, quod vocatis deſcendentibus ſem-
8 per cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo. Cyriac. contr.
364.num.5. lib.2. Farinac. deciſ.300. num.3. part.1. vbi
plurimos allegat.Rot. diuerſ. deciſ.579. part.1.& deciſ.
127.num.21.part.6.vbi ait fuiſſe deciſum, quod etiam
in extraneo cenſeatur facta ſubſtitutio ordine ſucceſſi-
9 uo, & non ſimul ac ſemel, nec copulatiuè, quando
etiam naſcituri vocati ſunt, vt hîc in fideicommiſſo
perpetuo,& fortiſſimo: ergo dicti filij D.Ioan.Mariæ
eo viuente non poſſunt ſuccedere, nec vocati cenſen-
tur niſi poſt eius mortem,ſed ipſe ſolus tanquam prior
in gradu,& eo mortuo ordine ſucceſſiuo illi quoque
ſuccedere poterunt.

Non obſtat in caſu noſtro, quod teſtator vocauerit
deſcendentes in capita,& non in ſtirpes in perpetuum,
quia id procedere, & intelligi debet, quando omnes
ſunt in pari gradu,voluit enim tollere illam magnam,
& arduam quæſtionem, an ſcilicet filij fratrum ſucce-
10 dant in ſtirpes,vel in capita eorum patruo, vel alteri,
de qua Peregr. de fideicom.art.30.num.25.Fuſar. de ſub-
ſtit. quæſt.482.num.7.8.9. ſed non per hoc dicendum
eſt, voluiſſe etiam, vt remotiores ſuccedant cum proxi-
11 mioribus, quia hoc non dixit,& eſſet extenſio etiam
irrationabilis;& quod teſtator non expreſſit, noluiſſe
præſumitur.Farinac.deciſ.336. numero 5.part.2. etenim
cùm ſolùm declarauerit ſuccedendum eſſe in capita,
12 non in ſtirpes, in cæteris ſe videtur iuri communi
conformaſſe.Bart.& DD.in l.hæredes mei,§.cùm ita,ff.ad
Trebell. Peregr. de fideicomm.artic.30.num.26.nam cùm
ſucceſſio in capita conſideretur tantùm inter eos, qui
ſunt in pari gradu, non debet fieri extenſio ad alium
caſum, vt teſtator voluerit etiam remotiorem concur-
rere cum proximiori, ſed tantùm data paritate gra-
duum; vbi enim agitur de ſucceſſione alicuius tranſ-
verſalis, vt hic (demptis certis perſonis) omnes, qui
ſunt in pari gradu ſuccedunt per capita, non in ſtir-
13 pes,etiam in fideicommiſſis, vt per Peregr.de fideicom.
art.30. numero 22.23. vbi dicit ſic vidiſſe iudicatum,
& multos allegat, & propterea quia proximiores vo-
cati cenſentur, admittendi ſunt ſolummodò qui ſunt
pares in gradu.Gratian.diſc.for.493.num.12.& diſc.694.
num.26.

Namque teſtator voluiſſe præſumitur,quod in fidei-
commiſſis ab eo ordinatis ſuccedatur eo ordine quo ab
inteſtato ſuccederetur vltimo grauato;& ſic attenditur
14 ordo inteſtatæ ſucceſſionis.Soc.Iun.conſil.133.num.23.
libro primo. Peregr. de fideicomm.artic.30. numero vige-
ſimo,vigeſimo ſeptimo,& hoc idem firmat Fuſar. de ſub-
ſtit.quæſt.379.num.61.& quæſt.481.num.18. & idem do-
cet Gall.de except. ad ſucceſſ. tit.4.except.26. numero 73.
part.2.vbi dicit, quod ſucceſſio in fideicommiſſis de-
15 fertur ſecundùm ordinem legalem ſuccedendi ab inte-
ſtato per continuationem,& ſeriem.Laderch. conſ.120.
num.4. vbi hoc idem firmat; & ideò ſicut ab inteſtato
proximiores ſuccedunt, ita in fideicommiſſis vocati
16 cenſentur, qui in gradu præcedunt: ſic pulchrè pro-
bat textus in d.l. Peto,§.fratre, de legat.2. d.l.cùm ita,
§.in fideicommiſſo, eod. l.cùm ita legatum, de legat. pri-
mò.Soc.Iun. conſil.126. num.26. libro primo.Menoch.
conſil.124. num.1. libro ſecundo,& conſil.740.numer.21.
libro 8. Burſat. conſil. 170. num.16.libro ſecundo, pul-
chrè Peregr. de fideicomm. art.19. num.12. vbi benè
hoc probat, & docet, quod in tali fideicommiſſo fa-
miliæ, vel deſcendentibus relicto, vt hîc, non admit-
17 tuntur omnes de familia, ſed nominati tantum; & ſi
non ſunt nominati, admittuntur proximiores, & alij
excluduntur, donec illi viuunt, & poſt illorum mor-
tem admittuntur alij ſecundùm graduum prærogati-
uam; ſic etiam tenet,& multos allegans probat Fuſar.
de ſubſtit.quæſt.483.n.1.2.3.4.vbi tamen declarat, quod
proximiores vnius lineæ non excludunt remotiores al-
terius lineæ: ergo cùm dictus D.Ioan.Maria,& eius fi-
lij ſint eiuſdem lineæ,ſolùm proximior vocatus cenſe-
tur, quia quando adſunt deſcendentes mediati, & im-
mediati, intelliguntur vocati tantùm proximiores.Fu-
ſar. quæſt.327. num.15. Marth. de ſucceſſ.leg.part.4.q.21.
art.5. numero 39.40. in ſucceſſionibus enim attenditur
cauſa immediata, & proxima. Rot. diuerſ. deciſ. 107. 18
numer.7. part.5. & ſucceſſio facienda in capita non
nocet, quia procedit in ſuis terminis, quando plures
ſunt proximiores eiuſdem gradus, ſecus ſi ſint diuerſi
gradus, quia remotior in gradu non admittitur,quan-
do poteſt ſuccedere proximior, d.l.peto, §. facere, de 19
leg.2. Gratian. diſc. for. 774. num.5. Vnde concluden-
dum eſt ſolum dictum D. Ioan. Mariam iuniorem eſſe
admittendum ad ſucceſſionem pro vna portione ſibi
delata, & deuoluta ob mortem dicti D.Capitanei Ioan.
Thomæ, & prædictum D. Proſperum, & eius ſorores
pro aliis partibus.

Nec obſtat,quod dictus D.Ioan. Maria repudiauerit
ius ſuum ad fauorem filiorum ſuorum.Nam reſponde-
tur, quod hæc non poteſt dici repudiatio vera, & pro-
pria, ſed potiùs dicenda eſt renunciatio, cùm fiat ad
fauorem filiorum, ſic enim agendo videtur acceptaſſe,
& ſtatim ius ſuum illis renunciaſſe. Hæc enim inter ſe
valdè differunt, quia repudiatio conſiſtit tota in ab-
ſtinendo, quod ad fauorem alicuius fieri non poteſt; 20
& qui repudiat, nihil aliud facit, niſi quod abſtinet à
ſucceſſione ſibi delata,ad textum in l.1.C.de repudiand.
hær. & ideò dicitur propriè quis repudiare hæredita-
tem ſibi delatam, renunciare verò iam quæſitam, &
acceptatam, vt probat textus in l.ſicut maior, C.de re- 21
pud.hær. & provt pulchrè docet Rot. Rom. diuerſ. de-
ciſ.323. numero 1.2.3.4.5.6.8.33.34.38.p.6. vbi ſatis
oſtendit hanc differentiam, quia repudiatio fit de iure
quærendo delato, renunciatio de iure quæſito,& pro-
pterea cùm dictus D.Ioan.Maria repudiet ad fauorē ſuo-
rum filiorum,dicitur potiùs renuntiaſſe,quàm repudia-
re,quia qui repudiat,ſolùm abſtinet, & non acquirit.
Rot.d.deciſ.323. num.58. & ſic non poſſet ad fauorem
alterius renunciare, quia nemo dat quod non habet, 22
l.ſi filius, C.de donat. l. obſeruare, in fin. de off. Proconſ.
vnde vt mens illius obſeruetur, quoniam conſtat non
dereliquiſſe dictam ſuam portionem, ſed voluiſſe ad
filios tranſmittere, præſumitur ius delatum acceptaſ-
ſe, & filiis renuntiaſſe, quod facere poteſt, quia in
re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, l.1. Cod.man-
dat. cum vulgaribus; & hoc facere non poſſet,niſi ac- 23
ceptaſſet, & ſic ius in re haberet; etenim qui renun-
tiat ad fauorem alterius, adhuc dicitur poſſidere, & ti-
tulum habere coloratum, donec reſignatarius acqui-
rat,& acceptet,vt per Pariſ. de reſignat.benef. lib.primo,
quæſt. tertia, numero ſexageſimo tertio; adeò vt renun- 24
ciatio non teneat, niſi res renunciata tradatur illi, cui
renunciatur. Pariſ. dict.tract.libro primo, quæſt. prima,
num.20. ergo dictus D. Ioan. Maria repudians ad fauo-
rem filiorum, dicitur acquiuiſſe priùs portionem ſibi
delatam; & ſic habetur pro renunciante, & non repu-
diante.

Quod cùm verum ſit,non potuit tranſmittere ad eius
filios niſi ius,& portionem,quam ipſe habere poterat,
vel habebat in bonis, & hæreditate prædicti D.Cap.
Ioan.Thomæ;& ſic eius filij non ſuccedunt ex perſona
ſua,ſed patris, vnde non poſſunt plus conſequi, quàm
ipſe poſſet,quia ſucceſſor in ius alterius non vtitur niſi
iuribus eiuſdem,l.qui quadraginta,verſ.nam hæres,ff. ad 25
Trebell. l.nemo plus iuris, & l.nemo plus commodi, vbi
Dec.& Cagn.de reg.iur. Gall. de except.ad ſucceſſ. parte
prima,titulo 1.except.ſecunda,num.47.vbi hoc in verbis
dicit, quod hoc ſtante dicti eius filij non poſſunt iure
proprio ſuccedere,ſed iure tranſmiſſionis,quæ eſt quæ- 26
dam ſucceſſionis prorogatio eiuſdem formæ,& naturæ,
Bald.in l.tertia,columna ſecunda,Cod.de hær.inſtit.l.hære-
ditas



ditas enim delata,vt hic,propriè tranſmittitur, ad tex-
27 tum in l.ventre,vbi Bartol.n.1.ff.de acquir.hær.Bald.in l.
quidam elogio,n.3.& in l.cum antiquioribus,in fin.Cod.de
iur.deliber.& conſilio 132.column.1.verſicul.ſciendum eſt,
libro ſecundo,pulchrè Marth.de ſucceſſ.legal.part.3. q.1.
art.2.n.17.

Sed eſto etiam, quod per repudiationem dicti D.
Ioannes Maria non acquiſiuerit portionem dicti fidei-
commiſſi ſibi obuenientem, nihilominus dicti eius fi-
lij non poſſunt ſuccedere ex perſona propria,ſed patris
tantùm, cui delata fuit hæreditas ob mortem dicti D.
Capitanei Ioan.Thomæ;ad hoc enim vt filij ſuccedant
ex perſona ſua, oportet patrem de medio fuiſſe ſubla-
tum antequam ei ſit delata hæreditas;tunc enim licèt
28 ſuccedant in gradum patris,tamen ſuccedunt ex perſo-
na propria,quia pater non extat, vt per textum in l. ſi
auus,vbi DD.omnes,C.de liber.præter.& hoc apertè tra-
dit Bart.in l.1.§.ſi ſit nepos,in princ.ff. de collat.dot. dum
inquit:Tamen in veritate iſti nepotes ex perſona ſua ſuc-
cedunt, non ex perſona patris eorum,cui non fuit delata
hæreditas: ergo ſi patri delata ſit hæreditas,vt hic, filij
29 non poſſunt ſuccedere ex perſona ſua, ſed ex perſona
patris,quia filius in ſucceſſione non intrat locum pa-
tris viuentis, quoniam ordine ſucceſſiuo ex perſona
propria poſt patrem tantùm admittendus eſt. Angel.in
l.Gallus,§.quidam rectè,column.3.verſ.3.fallit, vbi Alex.
n.9.ff.de liber.& poſthum.Alex.conſilio 26.n.9 libro 3.&
conſil.129.num.3.Marth.de ſucceſſ.part.1.quæſt.23. art.3.
num.1.& in terminis hanc noſtram quæſtionem vide-
tur decidere Marth.d.tract.de ſucceſſ.part.3.quæſt.4.art.2.
num.7.8.vbi tradit,quod ſi moriatur frater, & ſuperſint
alij duo fratres, quorum alter repudiet hæreditatem,
30 tunc filij repudiantis excluduntur, & non excludunt
patruum,quia eorum pater eſt viuus,& per repræſenta-
tionem ſuccedere non poſſunt, & ita reſpectu ſui ſunt
remotiores in gradu,quàm eorum patruus,qui eſt frater
repudiantis;quamobrem fratres non dicuntur ſuccede-
re repudianti, ſed fratri defuncto, & excludunt filios
repudiantis: ſic in caſu noſtro dictus D. Proſper, &
eius ſorores ſuccedunt dicto D. Capitaneo Ioan. Tho-
mæ, & excludunt filios repudiantis, quia eis non fuit
delata hæreditas,ſed patri;& ſic non poſſunt ſuccede-
re ex perſona propria, nec etiam poſſunt ſuccedere ex
perſona patris, cui hæreditas delata fuit,quia repudia-
uit,habetur enim pro mortuo quoad ſui præiudicium;
ſed quia verè non eſt mortuus, non poſſunt eius filij
31 ſuccedere ex perſona propria,per textum in d.l.ſi auus,
vbi Doctores,C.de liber.præter. qui à contrario ſenſu id
optimè probat,provt arguere licet,l.fin.de legat.3.l.com-
modiſſimè,de liber.& poſthum.cum vulgaribus.

Vnde licet concludere,quòd etiamſi hæc fuiſſet pro-
priè repudiatio,quæ conſiſtit in abſtinendo, adhuc di-
ctus D.Ioannes Maria eam facere non potuerit in fa-
uorem dictorum eius filiorum,ſed tantùm aperuit viam
iuris communis, & dicti eius filij remanent excluſi,
& petitis carere debent, quia pars repudiata per eo-
rum patrem accreſcit dicto D. Proſpero, & eius ſoro-
ribus re, & verbis cum eo coniunctis, ratione verbi,
32 Deſcendentium, ſub quo omnes comprehenduntur;
certum eſt enim quod pars repudiata accreſcit cohæ-
redi, ſeu coniuncto in hæreditate: textus eſt in l.
cum hæreditate, ff. de legat.2. l.ſi quis hæres, vbi Alex.
33 de communi teſtatur, de acquir. hær. & hoc procedit
etiam inter fideicommiſſarios, ſiue particulares, ſiue
vniuerſales, inter quos habet quoque locum ius ac-
creſcendi, vt per Bart. in l. re coniuncti. vbi Iaſ. nume-
ro 169.& Crott. numero 53. Rip.numero 179. de leg.2.
vbi etiam Alciat. dicit aliud ſentire ridiculum eſſe:
idem Rip. in l.1. §.ſed & quoties, column.1. ad Tre-
bell. Natt. conſilio 523. numero tertio, Cagnol. in rub.
C. quando non petent. part. numero 54. Soc. Sen. conſi-
lio 94. ad fin. libro quarto, pulchrè Peregr. de fidei-
comm.articul.9.num.18. vbi pulchrè probat, & dicit
quod omnes coniuncti per capita vocantur in portio-
nem deficientis, etiamſi vnus ratione ſanguinis eſſet 34
magis coniunctus; & cum prædictis concordat Man-
tic.de coniect.vlt.vol.lib.10. titulo 3. num. 1. & 2. Mi-
chael Craſſ. libro primo, ſent. in verb. Ius accreſcendi,
quæſt.21. num.2. verſ. contrariam, vbi teſtatur hoc eſſe
indiſtinctè verum; pars enim repudiata habetur pro 35
derelicta. Rot.diuerſ.deciſ.323.num.23.parte 6.ergo di-
ctus D.Proſper, & ſorores eius coniuncti re & verbis
dicto D.Ioanni Maria iuniori, conſequi debent partem
ab eo repudiatam.

Verùm dato etiam, quod filij dicti D. Ioannis Ma-
ria poſſunt dici vocari in hoc caſu in fideicommiſſo
perpetuo, & aliquid poſſint conſequi, tamen non po-
teſt ſuſtineri,quod aliud habere valeant, quàm portio-
nem quartam dicti eius patris deficientem, & vacan-
tem, quia dictus eorum pater non potuit repudiare ni-
ſi ſucceſſionem ſibi delatam, & ſic portionem ad ſe 36
pertinentem, ad textum in l.ſicut maior, ibi: delatam
repudians ſucceſſionem, C.de repud.hær. repudiatio enim
non fit,niſi de iure ſibi delato, l.1.§.decretalis,ff.de ſuc-
ceſſ.edict.l.nec 15.in fin.ff.de acquir.hær.l.qui poteſt,verſ.
quod quis,de reg.iur.pulchrè Rot.diuerſ.deciſ.323.n.14.
15.21.22.part.6. ſed tantùm quarta pars delata fuerat
dicto D. Ioanni Maria: ergo eius filij tantùm ad quar-
tam partem poſſunt aſpirare.

Nec mirum, quia eodem tempore quo quarta pars
delata fuit dicto D.Ioanni Maria, ſimul etiam aliæ tres
partes fuerunt delatæ dicto D.Proſpero, & eius ſorori-
bus,ob mortem dicti D. Capitanei Ioannis Thomæ,
per quam verificata eſt fideicommiſſi conditio,quia ſi-
ne filiis deceſſit,& ſic in dicto D.Proſpero, & eius ſo-
roribus ſtatim delata ſit ſucceſſio pro tribus partibus
(quot ſunt capita eorum) tanquam ſubſtitutis à pri-
mo teſtatore;ſtatim etiam quoad tres portiones ſibi de-
latas ius,& dominium fuit acquiſitum,adeò vt purifi-
cata conditione tanquam ſubſtituti potuerint agere rei 37
vindicatione ad res ſingulas,per textum in l.1.vbi DD.
& l.fin.§.quod ſimiliter,C.communia de leg.l.ſi tibi homo,
§.cùm ſeruus,ff.de leg.1.l.ſancimus,§.non autem, Cod. ad
Trebell.gl.Bart.Caſtr.Iaſ.& alij in d.l.vlt.§.ſin autem,
C.communia de leg.Peregr.de fideicomm. art.45.num.33.
& art.49.num.103.104. & art.51.num.69. Gratian. diſc.
381.num.22. pulchrè Gall. de except. ad ſucceſſ. tit.4.
except.23. num.9. part. 2. vbi dicit, quod purificata
conditione dominium rei fideicommiſſo ſubiectæ abſ- 38
que reſtitutione tranſit in fideicommiſſarium.Fuſar. de
ſubſt.quæſt.553. num.4. & quæſt.611. num.10. & maxi-
mè quando agitur de reſtitutione facienda per vnum
fideicommiſſum alteri fideicommiſſo, quia tunc ipſo
iure ab vno in alium tranſeunt actiones, ſaltem habi-
tu, licèt non quoad exercitium,niſi poſt moram in re- 39
ſtituendo:textus eſt in l.pen.§.cùm autem, vbi gl. Bart.
Bald. Salyc.& Caſtr. Cod.ad Trebell.& in l.1.§.de illo,
vbi Rip. num.7.ff.eod. Ceph. conſil.215. num.27. De-
cian. conſil.44.in fin.lib.3. Honded. conſil.26. num.11.
lib.1.Surd. conſil.92. numero 22. lib.1. Achil. Perſonal.
de adipiſc.poſſeſſ.num.404.vbi teſtatur de communi opi-
nione. Peregr. de fideicom.art.2.num.58.59. vbi reddit
rationes. Alex. Raud.deciſ.22.n.65.Marth.de ſucceſſ. le-
gal.part.4.quæſt.21.num.... vbi dicit, quod à fideicom-
miſſario primo ad ſecundum tranſeunt iura, & actio-
nes,& dominium ipſo iure abſque verbali reſtitutione;
& quidquid ſit,non eſt qui dubitet,quin ſtatim per ad- 40
uentum diei,vel conditionis ius acquiratur ſubſtitutis,
& fideicommiſſariis,quod ab eis auferri non poteſt con-
tra eorum voluntatem,quia ius noſtrum ſine facto no-
ſtro à nobis auferri non poteſt, l. id quod noſtrum,vbi 41
Dec.& Cagn.de reg.iur.l.Imperatores,ff.de tranſact.l.ſi ſu-
ſpecta, §.fin. de inoff.teſtam.Soc.Iun.conſ.134.col.1.lib.3.
Alex.conſil.27.col.1.lib.3.Peregr.de fideicom.art.42.n.6.
vbi

vbi docet hoc procedere, etiamſi ſit tantùm ius in ſpe,& dicit indubitatam eſſe concluſionem,& *eod.art.* 52.*num.*81.vbi probat pacta,& repudiationes & remiſſiones ſuper fideicommiſſis non egredi perſonas ſic pa- 42 ciſcentium, vel repudiantium, nec præiudicare fideicommiſſariis: ergo dictus D. Ioannes Maria iunior repudiando nihil præiudicauit dicto D.Proſpero, & eius ſororibus, quibus cùm fideicommiſſum erat delatum pro tribus portionibus, ideò ad filios dicti D. Ioannis Mariæ non poteſt tranſire niſi quarta pars ab eorum patre repudiata,in qua ſuccedent in capita, ſicut ſuccederent,ſi eorum pater eam ſibi retinuiſſet, & poſt eius mortem ad eos illam tranſmiſiſſet:& ſicut hoc non eſſet inconueniens, vt tali caſu haberent tantùm quartam partem,quia eorum pater nihil plus habuiſſet; ita nec erit abſurdum hoc idem ſentire in caſu repudiationis:& ſicut in eo caſu mortis dicto D.Proſpero, & eius ſororibus nihil nocuiſſet diſpoſitio teſtatoris, vocans deſcendentes in capita, quia non poſſent filij dicti D. Ioannis Mariæ ab eis auocare aliquam ex tribus partibus,quas habuiſſent in concurſu dicti Ioannis Mariæ, ita neque hoc caſu nihil nocet,nec obſtat dicto D.Proſpero,& eius ſororibus dicta repudiatio, quia dicto D. Ioan. Mariæ delata fuerat ſucceſſio tantùm pro quarta parte,in qua eius filij non poſſunt ſuccedere ex perſona ſua,ſed patris,vt vidimus.Concludendum eſt igitur, quod vel nihil debeatur filiis dicti D. Ioan. Mariæ, eo quòd totum pertineat dicto D. Proſpero, & eius ſororibus,tum iure proprio,tum iure accreſcendi, vel tantùm quarta pars dicti fideicommiſſi ad eos ſit deuoluta ob repudiationem, ſiue renunciationem dicti eorum patris: & ita res fuit per compoſitionem tranſacta, & ſopita.

---

# CAPVT CLI.

## Epitome.

Homicidium quando dicatur proditorium, ita vt homicida priuetur immunitate Eccleſiæ, vel ea gaudere poſſit.

## SVMMARIVM.

1 *Immunitas Eccleſiæ denegatur homicidæ deliberato, & appenſato.*
2 *Homicida per inſidias non gaudet immunitate Eccleſiæ.*
3 *Homicidium proditorium eſt alienum ab immunitate Eccleſiæ.*
4 *Pacis fractura inducit iacturam fidei,& honoris.*
5 *Proditor dicitur, qui fidem frangit de non offendendo.*
6 *Preces probant contra Oratorem.*
7 *Immunitas Eccleſiæ per Bullam Gregorij eſt redacta ad vnam formam.*
8 *Immunitate Eccleſiæ quis priuatur ſeptem tantùm caſibus.*
9 *Homicida ex propoſito non priuatur immunitate Eccleſiæ.*
10 *Immunitatem Eccleſiæ violantes non excuſantur opinionibus DD.*
11 *Homicidium præmeditatum poteſt ſtare ſine proditione.*
12 *Immunitate Eccleſiæ nemo priuatur,niſi plenè probetur caſus exceptus.*
13 *Proceſſus Iudicis ſæcularis non probat in foro Eccleſiaſtico.*
14 *Iudicis laici acta non probant coram Eccleſiaſtico.*
15 *Teſtes de auditu,& de credulitate non probant.*
16 *Fama eſt res fallax.*
17 *Incertitudo inter delinquentes facit vt omnes abſoluantur.*
18 *Proditio non probatur probato homicidio.*
19 *Inſidiæ ſolæ non probant homicidium proditorium.*
20 *Homicidium proditorium dicitur, vbi ſimulabatur amicitia.*
21 *Proditionis nomen ceſſat ceſſante amicitia.*
22 *Proditio quomodo cognoſcatur.*
23 *Proditor non dicitur qui interficit inimicum à tergo,& per inſidias.*
24 *Inimicitia facit ceſſare delictum proditionis.*
25 *Inſtrumentum non probat,niſi producatur,& integraliter exhibeatur.*
26 *Exemplum inſtrumenti non facit fidem, & quando.*
27 *Confeſſio rei in non prohibitis diuidi non poteſt.*
28 *Pax eſt ſtricti iuris, & non trahitur ad non nominatos.*
29 *Pacem ſub pœna minor facere non poteſt ſine ſolemnitatibus.*
30 *Pax non obligat abſentes, niſi ratificetur.*
31 *Pax pro adhærentibus quomodo obliget.*
32 *Pax non ratificata non obligat etiam præſentes ante ratificationem abſentium.*
33 *Immunitate Eccleſiæ non priuatur occidens proditoriè inimicum reconciliatum.*
34 *Proditor an dicatur occidens inimicum reconciliatum.*
35 *Qui malè agit, odit lucem.*
36 *Pacis fractor non dicitur offendens ex noua cauſa.*
37 *Offendens aliquem poſt pacem præſumitur motus ex noua cauſa.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Regienſi immunitatis Eccleſiæ quæſitum fuit,an Terentianus Trolius,& tres eius ſocij extracti ab Eccleſia Sancti Terentiani loci Capriaci ad inſtantiam fiſci ſæcularis,& ducti ad carceres Epiſcopales ob homicidium in perſonam Andreæ de Curtis commiſſum, debeant eidem Eccleſiæ reſtitui, vel potiùs Curiæ ſæculari tradi.

Et ſanè pro fiſco ſæculari videbatur intentio ſatis fundata,tum quia homicidium prædictum videtur perpetratum appenſatè,& animo deliberato,ſtante exploſione archibuſij per feneſtram hoſpitij; qua deliberatione ſtante, ceſſare videtur priuilegium immunitatis 1 Eccleſiæ, ad textum *in cap.* 1. vbi gloſ. Abb. Anchar. Anan.Butr.& Fel.*de homicid.*Alex.*conſil.*145.*n.*5.*lib.*7. Lud.Peguer.*deciſ.crim.*54.*n.*10.*verſic.Contrariam,& per totam.*Clar.*in prax.* §. *Homicidium,verſ.ex propoſito,* §. *fin.quæſt.*30.*verſ.punctus eſt,*vbi de magis communi. Farinac.*de carcer.q.*38.*n.*23.Decian.*tract.crim.lib.*6.*cap.*28. *num.*12.Mart.*de iuriſdict.p.*2. *capitul.*51. *num.*4. Cabal. *de omni genere homicidij n.*388. Mol.*in tract. de ſac. honic.amittend.immun.* §. *immunitas Eccleſiæ, n.*16. *verſic. tertia,*& *numero* 18. & *numero vigeſimoſexto*, vbi multos congerit,& de magis recepta, & veriori ſententia teſtatur.

Tum quia homicidium prædictum videtur fuiſſe proditorium, dum per feneſtram hoſpitij exploſa fuerunt tormenta bellica contra dictum Andream, & 2 alterum eius ſocium, qui emebant ceraſa, & edebant, nihil tale præcauentes, è quibus dictus Andreas paucos poſt dies vitam cum morte commutauit, & propterea cùm dictum homicidium fuerit inſidiosè, & per inſidias appenſantè commiſſum contra 3 hominem ſibi non præcauentem, proditorium dicendum eſt, & ab immunitate Eccleſiæ alienum, non ſolùm vigore Bullæ Gregorianæ, ſed etiam de iure, *per d.c.*1.*de homicid.*Gambacurt.*de immun.Eccleſ. lib.*5. *cap.*4.& *cap.*31.Villadieg.*in polit.cap.*3. *num.*208. Suarez



rez *de relig.tom.*1.*tract.*2.*lib.*3.*cap.*11. *n.*10. Facund. *de præcept.Eccleſ.tract.*1.*lib.*4.*num.*46. Portell.*de dub. Reg. verb.Eccl.immun.n.*15.Couar.*var.reſol.lib.*2.*cap.*20.*n.*7. Farin.*dict.q.*28.*n.*24.Decian.*d.lib.*6.*capitul.*28. *num.*13. Guttierr.*pract.quæſt.lib.*1.*quæſt.*2.*num.*2.& *lib.*3.*quæſt.*4. *n.*51.latè Peguer.*d.dec.crim.*49.*per totam.* Ricc. *dec.*262. *num.*4.

Nec obſtat inimicitia,quæ ſecundùm prædictos non tollit proditionem,ſi homicidium fiat inſidiosè,& callido modo, vnde cùm inter prædictos pax celebrata fuiſſet,ceſſauit etiam inimicitia; & cùm poſtea ſub titulo pacis dictus Terentianus occiderit dictum An- 4 dream tanquam fractor pacis,dicitur proditor,quia fractura pacis inducit iacturam fidei, & honoris, vt per Sebaſt.Guaz.*tract.de pace,& treg.part.*1.*quæſt.*86.*num.*2. 5 etenim ſicut ille dicitur proditoriè occidere, qui fidem frangit de non offendendo illo, quem occidit, vt per Ang.*in l.*1.§.*non fuit,num.*8.*ff.de dolo*, Farin.*conſil.*167. *n.*75.*lib.*2.de quo Caſtr.Palao *mor. lib.*2. *de reu. debit. locis ſac.diſp.vnica,punct.*9.*n.*26. *in fine*, quantò magis ille dicetur proditor,qui eum interfecit, cum quo pacem fecerat?

Neque de pace videtur eſſe dubitandum, quia notarius fidem facit de ea, & de rogitu eius patris, ab anno 1637.ſub die 18. Aprilis; tum quia ipſe Terentianus pacem fatetur in precibus eius Domino temporali por- 6 rectis, & ab eo recognitis, quæ ſine dubio probant plenè contra ipſum, vulgata lege *cùm precum, C. de lib.cauſ.*

Nihilominus cenſui, & iudicaui dictum Terentianum,& ſocios dictæ Eccleſiæ fore reſtituendos,& gaudere beneficio immunitatis Eccleſiæ, quia contra eos non eſt probatus aliquis ex ſeptem caſibus,qui tantùm 7 excipiuntur Bulla Gregoriana, quæ omnia reduxi ad vnam formam,vt per Farin.*conſ.*76.*n.*13.*in fin.* & *n.*16. *lib.*1.Tuſch.*littera E,concl.*11.*n.*9.& *n.*55.Genuenſ. *in prax.Archiepiſc.Neap.cap.*22.*n.*11. *in fin.* Bonacin. *de immun.Eccleſiæ,q.*7.§.3.*ſub num.*7.latè Dian.*mor.part.*1. *tract.*1.*de immun. Eccleſiæ*, *reſolut.*1. Iul. Cartar.*deciſ.* 8 *crim.*95.*n.*3.5.vbi docet latè Bullam Gregorianam excipere tantùm ſeptem caſus,& ad alios minimè extendendam: & ego quoque dixi *controuerſ.for. lib.*1. *c.*10. *num.*28.& *n.*136.137.138.& pulchrè Sperell. *deciſ.*59. *n.*12.13.*& ſeqq.*qui reddit rationes.

Et ideò cùm Bulla Gregoriana non excipiat caſum homicidij præmeditati, & appenſati, ſi non concurrat 9 proditio,vel aſſaſſinium,quidquid fuerit de iure, nunc homicida ex propoſito non priuatur immunitate Eccleſiæ,quia poteſt ſtare ſine proditione. Farinac. *conſil.* 76 *num.*17.*lib.*1.& *in tract.de immun.Eccleſiæ, cap.*7.*numeo* 110.111.113.Ambroſ.*eod.tract.c.*1.*num.*3.4.Leon. *in theſaur.for.Eccl. cap.*13. *n.*27. Mar.Giurb. *conſil.*100. *num.*14.*& ſeqq.* Peregr. *de immun. Eccleſiæ cap.*7. *n.*15. Guaz. *in prax.de defenſ. reorum part.*1.*defenſ.*1. *cap.*37. *num.*74.*verſ.qua ampliatio, in fine*: pulchrè ad id Iul. Cartar.*d.deciſ.crim.*95.*n.*2.3.5. *& ſeqq.*vbi docet,quod hodie hæc opinio ſeruanda eſt ob ſuperuenientem dicti Gregorij Papæ XIV. conſtitutionem, in qua ſeptem tantùm caſus excipiuntur, inter quos non 10 connumeratur præmeditatum homicidium,vnde ampliùs non eſt locus diſputationibus, & opinionibus DD. qui debent cedere auctoritati Pontificis, & admonet Principes ſeculares, & eorum miniſtros, vt caueant,quia non excuſantur ſub prætextu, quod dicta conſtitutio vel declaratio non ſit vſu recepta,vel de ea non habeant notitiam,quia ius eſt notorium,& vniuerſale,& latum ab eo,ad quem ſolum ſpectat declarare ius diuinum,& ideò opiniones DD. ampliùs non poſſunt excuſari,& ego quoque dixi *d. contr.*10. *num.*136. 137, 138. vbi probaui poſſe ſtare homicidium deliberatum 11 ſine proditione,& ideò Bullam Gregorianam illud non comprehendere, niſi concurrat proditio, vel aſſaſſinium, neque ad illud eſſe extendendam; ideò non repeto: ſentit idem Spinell.*d.deciſ.*59.*num.*36.*verſ.Cæterùm.*

Attento ergo Bullæ Gregorianæ,quæ ſola ſeruanda eſt,tenore,nemo eſt priuandus immunitate Eccleſiæ, niſi verè conſtet Epiſcopo,vel eius deputato, eum admiſiſſe vnum,vel plura ex ſeptem delictis in dicta Bulla exceptis;& hoc fiſcus ſæcularis debet plenè,& concludenter probare, adeò vt non ſufficiant indicia, & præſumptiones etiam vrgentes,niſi eſſent indicia omninò indubitata, quæ æquipolleant, vel comparentur 12 vera,& certæ probationi,vt per Farinac.*in d. conſil.*76. *num.*3.*& ſeqq.lib.*1.& *conſil.*268.*n.*8.*lib.*2.& *in tract.de immun.c.vlt.num.*374.Ambroſ.*de immun.Eccleſiæ, c.*11. *num.*4.Salic.*deciſ.collect.*1792. Caſtil. *deciſ.*156. *num.*5. Barboſ. *de iur.Eccl.lib.*2.*c.*3.*num.*168.Auendañ.*de exequend.mand.part.*1.*cap.*22.*num.*9.*& ſeqq.* Caſtr. Palaus *mor.part.*2.*de reu.deb.locis ſac. diſp.vnica, punct.*13.*n.*8. vbi perbellè reddit rationes, & pulchrè etiam hanc partem defendit Dian. *mor.p.*3.*tract.*1. *reſol.*38. & meliùs fortè *p.*5.*tract.*1.*de immun.Eccleſiæ,reſol.*9. *verſ.notandum eſt,*& *in addit. ad eundem locum, fol.*435. vbi etiam allegat me ipſum *contr.for.d.c.*10.*à n.*61. *vſque ad* 107. vbi latiſſimè hanc concluſionem probaui, & ideò hîc non repeto.

Neque in hoc ſtandum eſt proceſſui Iudicis ſæcularis,quia Epiſcopus,vel eius Vicarius debet de nouo formare proceſſum,teſtes examinare,& examinatos repetere parte citata ad veritatem eruendam,cùm proceſ- 13 ſus fori ſæcularis ſit ſuſpectus, quia tractatur de eius intereſſe ratione iuriſdictionis ab eo prætenſæ in homicidam: ſic Farinac.*d.conſ.*76.*n.*1.*lib.*1. & *conſil.* 168. *num.*26.27.28.*lib.*2. & *in appendice de immun. Eccleſiæ cap.*22.*num.*373.Ambroſ. *d.tract. c.*11.*n.*2.*verſ.*2.Guazz. *defenſ.*1.*c.*31.*num.*8.& *defenſ.*20.*cap.*9.*num.*30.Bonacin. *de immun. Eccleſiæ, diſput.*3.*quæſt.*7.§.7.*n.*3.Peregr. *eod. tract.c.*3.*num.*2. Ricc. *in prax. tom.*2. *reſol.*285.*num.*3. Beller. *diſq.cleric. p.*1. *tit. de fau. cler.reali.*§.4.*num.*50. Vulp.*in prax.c.*3.*num.*22.latè & pulchrè Sperell. *deciſ.* 18.*num.*9.10. vbi generaliter docet, quod acta coram Iudice laico nihil probant coram Eccleſiaſtico, 14 qui idcircò illis ſtare non tenetur, imò ſtare non poteſt; pulchrè etiam in noſtris terminis id docet,& defendit Caſtr. Palaus *dict. punct.* 13. *num.*9. & ſimiliter idem tradit acerrimus, & iuſtus immunitatis Eccleſiæ defenſor Dian.*mor.parte* 5. *tract.*1. *de immun. Eccleſiæ, reſol.*4.vbi reddit rationes, & confutat Giurbam aliter ſentientem,& ego quoque dixi *d.controu.*10.*num.*47.48. *& ſeqq.*vbi hanc partem vti veriorem tutatus ſum, & nunc ſequor.

Vnde in hac cauſa facta fuit repetitio teſtium in foro ſeculari examinatorum cum interrogatoriis Prioris reorum, & Curiæ Eccleſiæ, quibus publicatis apparuit non fuiſſe probatum, quod dictum homicidium fuerit commiſſum à Terentiano, vel vno ex eius ſociis determinatè, quia nullus teſtis vidit eos tormenta bellica explodere, & teſtes dicunt tantùm ſe audiuiſſe fra- 15 gorem,& deponunt de publica fama,& ideò fidem non faciunt,quia ſunt teſtes de auditu alieno, & deponunt dubitatiuè etiam de credulitate, vt per Farinac.*de teſt. quæſt.*69.*n.*2.3.& *q.*68.*n.*42.63.& fama eſt res fallax, & mendax.Farin.*de indic. q.*47.*n.*7.

Et quamuis vnus teſtis dicat ſe credere id delictum ab eis proueniſſe, quia in feneſtra in cuius camera ipſi erant vidit ſignum nigredinis, tincturæ pulueris accenſæ, ſclopi, quod enim tangit nigrum facere ſolet; tamen vnicus eſt, nec concludit neceſſariò, & neſcit an tinctura ſit recens, & à quo facta, quæ incertitudo repugnat plenæ probationi;& cùm rei de dicto delicto imputati ſint quatuor, & tantùm duo bellica tormenta fuerint exploſa, nec conſtet à quibus,res redditur adeò incerta, vt nullus eorum in pœnam

pœnam homicidij ordinariam poſſit condemnari, ſed
17 ab ea propter incertitudinem omnes ſunt abſoluendi,
Albert. in l. ſi in rixa, num. 5. de ſicariis. Specul. de homici-
dio, §. 1. n. 5. verſ. Pone quod. Anan. in c. ſignificaſti, il 2.
n. 34. verſ. occurrit, vbi Fel. n. 9. de homicidio. Gandin. in
tit. de pœn. reorum, num. 45. Rom. conſil. 401. num. 2. Alex.
conſ. 50. num. 7. lib. 1. Marſil. in rub. C. de probat. num. 439.
Farin. de pœn. temp. q. 96. num. 15. 21. & ita etiam ſentire
videtur Guazz. ad def. reor. p. 2. defenſ. 29. cap. 4. num. 30. &
ideò ſi non ſatis conſtat de homicidio ipſo, multò mi-
nùs conſtabit de qualitate proditoria, quæ facit caſum
exceptum, & grauem, ac dignum priuatione immunita-
tis Eccleſiæ, quæ non tollitur ob leniorem culpam, nec
vbi imponitur leuis pœna, & ſic verſamur extra caſum
Bullæ Gregorianæ.

Sed eſto, quod ſatis conſtet prædictum Terentia-
num, & eius ſocios occidiſſe dictum Andream, hoc ta-
men non ſufficit ad priuandum eos immunitate Eccle-
ſiæ; quia, vt dixi, ſimul conſtare debet de qualitate pro-
ditoria, quia ea eſt, quæ tollit priuilegium immunitatis;
18 etenim probato delicto, non ideò probata remanet di-
cta qualitas. Farin. conſil. 10. n. 54. 56. lib. 1. & ego dixi
d. c. 10. n. 129. in fin.

Siquidem etiamſi per inſidias proximorum occidat
appenſatè, & doloſè, non tamen ſub colore amicitiæ,
iſte non dicitur proditor, nec excluditur à beneficio
immunitatis, quia ſolæ inſidiæ ſine prætextu amicitiæ
19 homicidium proditorium non faciunt, vt per Farin. d.
conſ. 168. à num. 68. vſque ad numerum 74. lib. 2. Peregr.
de immun. Eccleſiæ, cap. 7. num. 20. verſ. de hac materia. Am-
broſ. eod. tract. c. 6. n. 5. Farin. in append. de immun. cap. 9.
num. 143. Bonac. de leg. diſp. 3. q. 7. §. 4. num. 14. pulchrè
Dian. mor. part. 1. tract. 1. de immun. reſol. 5. vbi notat,
20 quod per homicidium proditorium illud intelligitur,
vbi nullus cum occiſo præcedebat rancor, ſed potiùs
21 ſimulabatur amicitia: perbellè etiam hoc docet Sperell.
deciſ. 23. num. 6. 7. 8. & ſeqq. vbi latè probat hoc cri-
men proditionis amittere nomen proditorium, ceſſan-
te amicitia, adeò vt nec requiratur inimicitia, ſed
ſatis ſit, quod occidens non ſit amicus, vt benè
Sperell. d. deciſ. 23. num. 13. 14. vbi hanc materiam di-
lucidè tractat, & digerit de more ſuo, docens, quod
22 iuxta dictam conſtitutionem Gregorianam illud dum-
taxat dicitur homicidium proditorium, quod ſub co-
lore amicitiæ committitur, iuxta doctrinam Bartoli in
l. inſpiciendum, §. delinquunt, numero primo, de pœ-
nis, quem omnes ſequuntur, & ego dixi d. c. 18. ſub
n. 108. & n. 110.

Sed hîc nulla amicitia aderat inter dictum Terentia-
num, & ſocios eius ex vna, & dictum Andream ex alte-
ra, & ſigna aliqua amoris, ſed apertus rancor, & odium,
& ſibi inuicem comminabantur, imò Andreas procura-
bat occaſionem, & tempus occidendi & perdendi Te-
rentianum, & quærebat aliquem, provt de hoc rogauit
etiam quendam ſuum conſanguineum, vt eum ſibi in
23 opportuno loco traderet, vt conſtat ex proceſſu: er-
go nulla proditio hic conſiderari poteſt, neque per
hoc admitti debet beneficium immunitatis, quia oc-
cidens inimicum etiam à tergo, & non præcauentem,
ac per inſidias, & doloſè, non dicitur proditor,
quia præcauere debebat & præuidere: ſic ex doctrina
Bart. in d. l. inſpiciendum, §. delinquunt, num. 1. verſ.
ſecus, ff. de pœn. Baiard. ad Clar. §. Homicidium, verſ.
Proditori, num. 28. Farin. d. conſil. 76. num. 7. lib. 5.
& conſ. 168. num. 70. lib. 2. de immun. c. 9. num. 143.
Genuenſ. in prax. Archiep. Neap. c. 94. num. 1. Ambroſ.
eod. tract. c. 5. n. 5. Gratian. diſcept. 619. n. 22. 23. 28. Giurb.
conſ. 60. num. 4. Peregr. d. c. 7. num. 15. & num. 39. Bonac.
d. q. 7. §. 4. n. 14. verſ. Qui verò, Dian. mor. p. 1. tract. 1. de
immun. reſol. 5. vbi tradit, quod ille non dicitur proditor,
qui occidit inimicum ſuum à tergo, vel ex feneſtra cum
archibuſiis; & ego dixi d. c. 10. num. 108. pulchrè etiam
Guazz. de defenſ. reorum p. 1. defenſ. 1. c. 38. ſub n. 39. verſ.
vnde. Cabal. de omnigen. homicid. n. 389. & ſeqq. & per-
bellè etiam Caſtr. Palaus mor. part. 2. de reu. debit. locis
ſac. diſp. vnica, punct. 9. num. 27. 28. vbi docet probabilius
eſſe, quod ſtante inimicitia licèt quis per inſidias occi- 24
dat inimicum, non tamen priuatur immunitate Eccle-
ſiæ, quia non quæcumque inſidiæ priuant immunitate,
ſed inſidiæ, quæ proditionem conſtituunt; verùm ſtan-
te inimicitia inſidiæ non faciunt proditionem, quia
inimicus ſemper habet fundamentum ſe præcauendi, &
ſibi imputare debet ſi incautè occidatur, provt elegan-
ter, & pulchrè hoc idem docet eruditus Sperel. d. deciſ.
23. n. 14. 15. & ſeqq. & quaſi per totam, & tollit contra-
ria, adeò vt hæc ſit vera, & communiſſima DD. ſenten-
tia, ſecundùm quam pluries vidi fuiſſe iudicatum, &
ego bis iudicaui.

Nec obſtat pax ſequuta, vt dicitur, de anno 1637.
quia de ea verè non conſtat quoad Terentianum, &
ſocios; imò pro certo habetur, quod dictus Andreas
non fuit in ea comprehenſus, quia fides inſtrumenti
tantùm loquitur de Iulio eius fratre; verùm cùm in-
ſtrumentum pacis aſſertum non fuerit in actis produ-
ctum, ſed tantùm quædam fides ſimplex & mutilata, 25
nullam probationem facit, quia ad hoc vt inſtrumen-
tum probet, debet produci, & integraliter exhiberi, vt
probatur ex l. minor 25. annis, ff. de minor. l. quoties, §. fin.
ff. de probat. Bald. conſ. 405. in fin. lib. 4. Tuſch. pract. concl.
littera I, concl. 242. n. 25. & littera F, concl. 338. n. 1. Burſ.
conſ. 26. n. 12. 13. lib. 1. Ambroſ. deciſ. 9. n. 7. pulchrè Cy-
riac. contr. iuris lib. 2. controu. 252. n. 1. vbi docet, quod
exemplum inſtrumenti non probat niſi contineat in-
tegrum tenorem, ac omnes partes originalis, adeò vt 26
non ſufficiat fides ſimplex, quia fides non facit fidem.
Ludouiſ. deciſ. 214. n. 2. & pax non præſumitur, niſi pro-
betur. Grat. conſ. 47. n. 18. lib. 2. Guazz. de pace, p. 1. q. 32.
num. 4.

Minùs obſtant preces dicti Terentiani, in quibus de
pace præcepta mentionem facit, quia non ſimpliciter
fatetur, ſed querulus dicit, & dolet, pacem ex audito fuiſ-
ſe ruptam; idque multis factis expoſitis comprobat, &
talia narrat, quæ inimicitiam manifeſtè important, &
propterea hæc confeſſio debet receptari cum ſua qua-
litate, & adiuncto, & non poteſt diuidi, quia non ver-
ſamur in prohibitis ex parte oratoris, nec in iis, quæ
habent contra ſe præſumptionem, & narratiua Teren-
tiani currit ſub vna verborum ſtructura ſemper narran-
do pacem ab aduerſariis fuiſſe ruptam: ergo iſta con- 27
feſſio non eſt à fiſco diuidenda, ſed vel in totum acce-
ptanda, vel in totum reſpuenda. Specul. de confeſſ. n. 27.
verſ. Aut contra, Gabr. concl. lib. 7. concl. 19. num. 10. Grat.
conſ. 151. n. 20. in fin. Gabr. conſ. 170. n. 24. lib. 1. Ferret.
conſ. 24. n. 3. Bertaz. conſ. 2. num. 9. lib. 1. Claud. ad Bertaz.
conſ. 27. lit. A, in fin. lib. 1. Farin. de reo conf. & conuict. q.
81. n. 149. & ſeq. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. c. 43. n. 12. quo
ſtante nihil nocet Terentiano hæc confeſſio, quia ſi
adfuit pax, & ea ab aduerſario fuit rupta, habetur pro
non facta, & adhuc viget inimicitia, quæ non ſe com-
patitur cum proditione, imò facit eam ceſſare.

Verùm quamuis exter tale inſtrumentum pacis, &
variæ ſint preces prædictæ, adhuc non probat pa-
cem inter dictum Terentianum, & dictum Andream,
ſed tantùm cum Iulio eius fratre, non quidem prin-
cipaliter, ſed acceſſoriè, quia dictus Terentianus, &
Iulius tanquam adhærentes in ea fuerunt nominati, li-
cèt abſentes; quia talis pax non fuit inter eos ſtipulata,
ſed cùm extarent graues inimicitiæ inter illos de Ioan-
ninis à Ciano, quorũ adhærens erat dictus Iulius, & il-
los de Caballinis è Monticulo, quorum adhærens erat
dictus Terentianus, interuentu Magnatũ fuit facta pax
inter iſtas duas factiones, non ſolùm pro ipſis, ſed
etiam pro adhærentibus, pro filiis, pro fratribus, & ne-
potibus, & dicti Terentianus, & Iulius fuerũt compre-
henſi



henſi in dicta pace tanquam adhærentes partium, non
vti principales; & ideò ſtipulationi pacis non inter-
fuerunt: vnde pax facta cum dicto Iulio de Curtis non
poteſt extendi ad Andream eius fratrem in ea expreſsè,
nec verbis generalibus comprehenſum, quia pax eſt
ſtricti iuris, quando tractatur de eius fractura; & ta-
men trahitur ad non nominatos, ſed in ea omiſſum ha-
29 betur pro omiſſo. Alexand. conſ. 195. n. 5. verſ. confirma-
tur, lib. 2. Soc. Iun. conſ. 103. num. 2. lib. 3. Bertaz. conſ. 30.
n. 13. lib. 1. Honded. conſ. 99. n. 20. lib. 1. & conſ. 89. n. 44.
lib. 2. Maſcard. de probat. concl. 1162. n. 90. Vulpel. in tr. de
pace, q. 56. n. 1.

Et licèt hoc ſufficiat, tamen dictus Andreas tanto
minùs poteſt dici comprehenſus in dicta pace, quia
erat minor vigintiquinque annis; & cùm ſtatutum an-
30 nullet contractus minorum, etiam iuratos ſine ſolemni-
tatibus factos, præſumendo eos fraudulentos, & dictus
Andreas etiam expreſsè, tamen poterat obligari ſine ſo-
lemnitatibus ſtatutorum, vt latè probat Guaz. de pace,
& treg. p. 1. q. 14. n. 17. 18. & propterea oportebat, quod
Andreas ratificaret ſolemniter pacem prædictam, alio-
quin ſicut ipſe interim non eſt obligatus, ita nec illi,
qui in pace dicuntur comprehenſi, provt ego latè pro-
baui contr. for. lib. 1. cap. 116. num. 43. 44. 45. ideo non
repeto.

Sed verè dictus Andreas non potuit dici comprehen-
ſus in dicta pace, quia pax facta pro adhærentibus reſ-
picit ſolùm inimicitiam, quæ erat inter ipſum, & eum,
31 cum quo pacem fecit; non autem inimicitiam inter il-
los exiſtentem, cum quibus pacem fecit, & attinentes
eiuſdem, vt poſt Gherard. Mazol. in conſ. 122. n. 14. 15.
dixit Guazzin. d. tract. de pace, parte 1. q. 31. n. 16. Vnde
per offenſionem factam adhærenti ab alio adhærente
non dicitur rupta pax, niſi offenſio fuerit facta ad iniu-
riam principalis paciſcentis. Farin. de var. crim. q. 107.
n. 37. vbi vide.

Ideò pax prædicta non obligat non ſolùm quia non
comprehendit dictum Andream, qui nec illam ratifica-
uit, ſed etiam quia non obligat dictum Iulium, & Te-
rentianum, etiamſi in ea fuerint expreſsè nominati, eo
quòd erant abſentes, nec vnquam apparet eos dictam
pacem ratificaſſe; ſiquidem pax non cenſetur rupta,
32 niſi ab abſentibus fuerit ratificata; tam ex parte offen-
dentium, quàm offenſorum, quorum nomine pax fuit
facta. Bart. in l. ſi vſur. §. ſi quis vxorem, n. 12. ff. ad l. Iul. de
adult. Bald. in l. fin. n. 2. vbi Salicet. n. 1. verſic. ex his, C. ad
Macedon. Pariſ. conſ. 78. n. 49. lib. 1. Bero. conſ. 199. n. 2. in
fin. lib. 2. Bertaz. conſ. 95. n. 5. lib. 2. Herculan. de caut. de
non offend. c. 15. n. 15. Maſcard. de prob. concl. 1157. n. 104.
Farin. de var. & diuerſ. crim. q. 107. n. 274. latè Guazzin.
tract. de pace, p. 1. q. 81. num. 1. 2. 4. 5. & ſeqq. & ego dixi
contr. for. lib. 1. c. 116. n. 42. verſ. Veruntamen, & n. 43. 44.
45. & ſeqq. vbi alios adduxi, & contrariis reſponſum
dedi. Sed prædicti Iulius, & Terentianus nunquam ra-
tificauerunt pacem prædictam: ergo nulla fuit pax in-
ter eos, nec pax rupta dici poteſt; vnde ceſſat crimen
proditionis, vt ego dixi d. c. 116. n. 45.

Imò etiamſi pax prædicta poſſit dici aliquo modo
rupta, non per hoc ſequitur homicidium fuiſſe prodi-
torium, poteſt enim dari caſus, vt ſine proditione pax
rumpatur, & comprehenſus in pace occidatur; & pro-
33 pterea aliunde fiſcus debet probare dictum delictum
proditorium. Vnde eſt, quod occidens amicum recon-
ciliatum, cum quo pacem fecerat ob præcedentes ini-
micitias, non priuatur immunitate Eccleſiæ, quia talis
homicida non dicitur proditor, ſtante inimicitia præ-
cedenti; & æquipollet inimico, provt ita deciſum fuiſſe
in Curia Archiepiſcopali Neapolis teſtatur Ricc. p. 1.
dec. 168. num. 2. quem ſequitur Dian. mor. parte 1. tract. 1.
de immunit. Eccleſ. reſol. 35. ad fin. & parte 4. tract. 1. de
immun. reſol. 34. Quod vix credo in inimico de recenti
reconciliato, per ea quæ tradit Farinac. de teſtib. q. 53.
num. 59. Secus eſt in reconciliato de antiquo, qui de-
dit ſigna de amicitia, & tanquam amicus fecit homici-
dium, per ea quæ ego dixi d. c. 10. n. 110. quia vt quis dica-
tur proditor, non ſufficit excludere inimicitiam, ſed 34
oportet quod adſit amicitia, & ſub colore amicitiæ fiat
homicidium. Dian. d. tract. 1. de immun. reſol. 5. & reſol. 35.
parte 1. Sperel. d. dec. 23. num. 13. Et ideò ſi ſit inimicus
reconciliatus, tam de recenti, quàm de antiquo, niſi de-
derit ſigna inimicitiæ, & ſub tali colore fecerit homi-
cidium, proditor dici non poteſt, ſecundùm prædicta.
Cùm ergo prædictus Terentianus, & Andreas, & alij
ſupra nominati nunquam dederint ſigna inimicitiæ,
ſed pro inimicis apertè ſe geſſerint, non obſtante pace
prædicta, delictum proditionis in eis conſiderari non
poteſt.

Verumtamen alia etiam ratione dictus Terentianus
proditor dici non poteſt, nec pacis violator, quia poſt
pacem noua ſuperuenit cauſa, eo quòd dictus Andreas,
& Iulius pluries quæſierint Terentianum ad necem, &
de eo occidendo multoties tractauerint, & inſidias ei
poſuerint, vt ex proceſſu conſtat; imò etiam tempore 35
ipſo dicti homicidij dictus Andreas, & eius ſocij arma-
ti veniebant ad locum Cupriaci gratiâ offendendi di-
ctum Terentianum, & in acceſſu quærebant latebras, vt
venirent occultè tranſeundo per agros canabe plenos, 36
quod eſt ſignum malæ voluntatis, quia qui malè agit,
odit lucem, ad textum in l. 1. §. tria lumina, vbi glo. in
verbo, Aptiores, ff. de vent. inſpic. Et ideò ſtante hac
noua cauſa, Terentianus non poteſt dici fractor pacis,
nec tenetur de pace rupta. Bartol. in l. aut facta, §. cauſa,
ff. de pœn. Socin. in l. muliere, §. Titio, n. 10. ff. de condit. &
demonſtr. DD. omnes in l. qui ſeruum, de verb. oblig. Alex.
conſ. 115. n. 4. lib. 4. Pariſ. conſ. 114. n. 14. lib. 4. Dec. conſ. 4
n. 22. lib. 3. Honded. conſ. 97. n. 24. lib. 1. plurimos conge-
rit, & teſtatur de communi Farinac. de var. & diuerſ.
crim. q. 107. num. 403. latiſſimè Guazzin. de pace, & treg.
p. 1. q. 43. n. 1. 2. 3. & ſeqq. & ego dixi d. c. 116. n. 54. 55. 56.
vbi probaui etiam, quod à pœna violatæ pacis, & pro-
ditionis excuſat etiam leuis cauſa ſuperueniens, quæ ad
iram prouocare poſſit, dummodo non ſit affectata. Ergo
in noſtro caſu, vbi noua cauſa eſt iuſtiſſima, ceſſabit
omninò pœna fracturæ pacis, & proditionis.

Et certè tempore pacis initæ inter Caballinos, &
Ioanninos, vel poſtea inter Terentianum, & An-
dream, vel eius Fratres, non fuit aliqua amicitia,
imò ſemper inimicitia, & teſtes tam offenſiui, quàm
defenſiui de hoc deponunt, & de malo animo, ver- 37
bis, & factis expreſſo de ſe inuicem offendendo, fi-
dem faciunt, & de hoc in populo erat publicus ru-
mor, & fama; & propterea Terentianus ex hac noua
cauſa cenſetur motus ad offendendum Dominum An-
dream, vt per Farinac. dict. quæſtione 107. numer. 434.
& ſeqq. Cabal. reſol. crimin. 101. numero 20. & nu-
mero trigeſimo tertio. Guazzin. dict. tractat. parte pri-
ma, q. quadrageſimaquinta, numero primo, & ego dixi
dict. capite 116. numero 59. 60. Ex quibus probatur
etiam ſufficere ad hoc probandum ſemiplenam pro-
bationem, vel præſumptiones, & coniecturas, &
publicam vocem, & famam. Quibus ſtantibus cen-
ſui, & Iudicaui Dominum Terentianum, & Socios
eſſe abſoluendos à petitis per fiſcum ſæcularem, &
Eccleſiæ reſtituendos. Et ita fuit exequutum, etenim
reus confugiens ad Eccleſiam, in ea debet ſecurus eſ-
ſe, ita vt neque directè, neque indirectè inde cogatur
exire, vt per Zachar. Paſqualiguum deciſion. mor.
485. numero ſexto, & hoc adeò obſeruandum eſt,
quod Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ debent ſuſci-
pere defenſionem confugientis ad Eccleſiam, & loca
immunia, nec poſſunt eos expellere, ſed defendere te-
nentur, capit. miror, capit. reum, cap. id conſtitui-
mus, cap. definiuit, cap. ſicuti antiquitus, 17. quæ-
ſtione 4. cap. de raptoribus, 36. quæſt. 1. cap. inter alia,

de immun. Eccl. l. præſenti, C. de his, qui ad Eccl. confugiunt, latè Zacchar. Paſqualig. mor. deciſ. 469. num. 1. 2. & per. tot. vbi latè id probat, non tamen id armis etiam bellicoſis præſtare tenentur, vt alibi diximus. Benè verùm eſt, quod ſi confugæ ad Eccleſiam non ſeruent debitam reuerentiam erga Eccleſiam, & ſe immodeſtè gerant in loco immuni, & afferant moleſtiam Eccleſiaſticis, tunc poſſunt expelli, vt per Zacchar. Paſqualig. deciſion. mor. 470. per totam, vbi id latè, & benè probat.

---

## CAPVT CLII.

### Epitome.

Trebellianica non poteſt deduci ex illo fideicommiſſo, in quo fundatur primogenitura; & quomodo.

### SVMMARIVM.

1 *Trebellianica ſemper deducitur, niſi prohibeatur.*
2 *Trebellianica poteſt prohiberi etiam tacitè, & coniecturis.*
3 *Trebellianicæ non poteſt tacitè prohiberi filiis primi gradus.*
4 *Trebellianica, vel falcidia non deducitur in Primogenituræ fundatione.*
5 *Maioratus non admittunt falcidiam, vel Trebellianicam.*
6 *Maioratum inſtituere quid ſit.*
7 *Prohibitio alienationis in extraneis inducit prohibitionem Trebellianicæ.*
8 *Trebellianica regulariter cenſetur prohibita, alienatione vetita.*
9 *Hypotheca prohibita, an ſit prohibita alienatio.*
10 *Trebellianica cenſetur prohibita, ſi bona debent libera reſtitui.*
11 *Verbum*, liberè, *idem eſt, quod ſine diminutione.*
12 *Trebellianicam perdunt extranei ob non confectionem inuentarij.*
13 *Deſcriptio vniuerſalis omnium bonorum ſaluat Trebellianicam.*
14 *Trebellianica in dubio cenſetur prohibita.*
15 *Trebellianicæ imputantur fructus medio tempore percepti.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1622. die 30. Octobris, Perilluſtris D. Ioannes Baptiſta de Siluis, Nobilis Regienſis condidit ſuum teſtamentum, in quo inter cætera ſuum fecit hæredem D. Proſperum de Siluis eius Patruelem, volens quod eo deficiente ſuccedat eius primogenitus maſculis, & deficiente primo ſuccedat filius eius, ſuccedendo de primogenitura in primogenituram in infinitum.

Declarauitque, voluit, & prohibuit, ne vllo vnquam tempore quauis occaſione bona eius hæreditatis (exceptis mobilibus, quæ permiſit vendi pro ſoluendis legatis) poſſint obligari, hypothecari quacumque ratione, aut cauſa; & tamen obligationem ab eius hæredibus, & ſucceſſoribus factam ex nunc, provt ex tunc inualidam eſſe voluit, quia intendit & vult dicta eius bona remanere in eadem libertate, in qua reperientur poſt eius mortem, cum conditionibus diſpoſitis, & ordinatis in præſenti diſtrictu.

Et non extante aliquo filio maſculo dicti D. Proſperi, voluit ſuccedere Primogenitum filium maſculum D. Caroli Siluæ. Et deficiente primo, ſuccedat filius eius, & ita ſucceſſiuè de primogenitura in primogenituram in infinitum, cum clauſulis ſupradictis.

Mortuus eſt dictus D. Ioan. Baptiſta, cuius hæreditatem adiuit dictus D. Proſper, qui & ipſe deceſſit ſine filiis relicto hærede extraneo, qui non negat reſtituere hæreditatem prædictam primogenito dicti Domini Caroli, ſed prætendit deducere quartam Trebellianicam
tanquam ex fideicommiſſo vniuerſali. Et ſanè prima 1
facie videbatur dicendum, iuſtam eſſe hæredis petitionem, quia regulariter hæres grauati poteſt dictam Trebellianicam deducere, niſi à teſtatore expreſsè, & verbis claris prohibeatur, ad textum *in Auth. ſed cùm teſtator, C. ad leg. falcid.* vbi DD. & *in §. ſi verò expreſſim, in Auth. de hæred. & falcid.*

Nihilominus in præſenti caſu cenſeo non eſſe locum detractioni alicuius quartæ, & bona eſſe reſtituenda integraliter primogenito D. Caroli, tum ex natura primogenituræ, quæ non admittit hanc diminutionem; tum ex verbis ipſius teſtatoris, quæ ſi benè conſiderentur,
implicitam habent prohibitionem Trebellianicæ; 2
certum eſt enim, quod Trebellianica non ſolùm verbis expreſſis in indiuiduo, ſed etiam ex coniecturis, & præſumptionibus vrgentibus, quæ aliud importare non poſſunt, quàm huiuſmodi detractionis prohibitionem, vel ei æquipollent, poteſt prohiberi, & prohibita cenſetur in hæredibus extraneis. Paul. de Caſtr. *in d. Auth. ſed cùm teſtator*, vbi DD. communiter, *Cod. ad l. falcid.* Boër. *dec. 44. n. 3.* latè Gabr. *lib. 4. concl. ad Trebell. concl. 2. n. 2.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 11. n. 6. 7.* Maſcard. *de probat. concl. 1396. n. 3. 4.* Petr. *de fideicom. q. 15. num. 190.* Menoch. *conſ. 374. n. 4. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 198. num. 10.* vbi de magis communi teſtatur Hier. Gabr. *conſ. 86. n. 12. lib. 2.* Surdus *de alim. tit. 9. q. 15. n. 88.* Graſſ. *in §. Trebellianica, q. 8. n. 2.* vbi teſtatur de magis communi. Odd. *conſ. 8. n. 22.* Peregr. *de fideic. art. 3. ſub num. 88.* latiſſimè Gall. *de except. ſucceſſ. p. 2. tit. 4. except. 28. num. 61.* vbi de magis communi. D. Nicol. Intrigl. *in tract. de ſubſtit. cent. 3. q. 71. n. 52. 54.* vbi pluries teſtatur de communi, & infinitos congerit, & cum eis tenet Cancer. *var. reſol. lib. 1. c. 2. num. 21.* Felix *part. 3. alleg. 50. num. 51.* Rota Maceratenſ. *dec. 52. n. 191.* Borell. *in ſum. deciſ. p. 3. tit. 17. num. 41.* vbi quod tacitè poteſt prohi-
beri extraneis, non autem filiis primi gradus. Cyriac. 3
*contr. for. 11. n. 15. lib. 1.* Farinac. *deciſ. poſt. 401. n. 2. p. prima, & dec. 203. num. 4. 6. p. 2.* Ant. Merend. *contr. iur. lib. 4. c. 14. n. 17. 18. 19.* Vbi etiam oſtendit idem eſſe in Trebellianica, quod in falcidia.

Hîc autem dictus Dominus teſtator ſatis prohibuiſſe Falcidiam, & Trebellianicam videtur ex inſtitutione primogenituræ in infinitum, quia is, qui maioratum, ſeu primogenituram inſtituit, cenſetur ſub hoc nomine omnia quæ maioratui, vel primogenituræ naturalia ſunt, expreſsè diſpoſuiſſe, etiamſi in diſpoſitione vlterioris non proceſſerit; inter ea autem præcipuum eſt, vt bona integra, & indiuiſibilia in familia perpetuò conſeruentur. Et propterea etiamſi teſtator nihil aliud dixerit, propter ſolam primogenituræ, ſeu maioratus inſtitutionem, non erit locus detractioni alicuius Trebellianicæ, aut Falcidiæ: ſic in primis cenſuit Caſtr. *conſ. 179. ſub. num. 1. verſ. proponitur autem, lib. 1.* Vbi quod
bona primogenituræ debent ad primogenitum perue- 4
nire ſine deductione Falcidiæ, vel legitimæ; ſed hoc clariùs docuit Ludouic. Molin. *in tractat. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 17. num. 26. 27. 28.* Vbi latè proſequitur, & reddit rationes, & reſpondet contrariis; & concordat Gulielm. de Mont. Serrat. *in tractat. de ſucceſſ. reg. in reſp. ad primum dubium, numero 27. verſ. & eſt alia differentia*; quem ſequitur Ioan. Ant. Mangil. *in tract. de impenſ. & de tract. quæſt. 115. num. 44.* Et Molinam



Molinam ſequi videtur etiam Intrigl. *de ſubſt. cent. 3. q. 71. n. 146.* Vbi in maioratibus ſe remittit ad diſtinctio-
5 nem eiuſdem Molinæ, qui dicit, quod nihil magis repugnat voluntati teſtatoris, quàm dicere, quod in maioratibus hæres grauati à primo fundatore poſſit falcidiam, vel Trebellianicam deducere, per quas inducitur bonorum diuiſio, & ad extraneos tranſlatio, & tamen voluntas primi inſtitutoris in diſpoſitionibus primum locum obtinet, *in l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſt.* Idem enim eſt dicere, *Maioratum inſtituo*; ac dice-
6 retur, *Volo hæc bona integrà, ac indiuiſa perpetuò in primogeniis familiæ conſeruari*; in quo animaduertendum eſt, quod maioratus, & primogenitura pro eodem vſurpantur, & nihil differunt, vt per Molin. *d. tract. de primogen. Hiſp. lib. 1. c. 1. n. 2. 3. 4.*

Ex his ſatis conſtat in primogenituræ inſtitutione, ſiue teſtator prohibuerit bonorum ſuorum alienationem, ſiue non, ſemper tamen ceſſare Trebellianicæ deductionem, quia virtualiter in ea continetur. Verùm ſi expreſsè vlteriùs teſtator prohibuerit bona ſua vn-
7 quam alienari, multò fortiùs prohibuiſſe videtur quartam aliquam deduci ab hæredibus extraneis, vt latè per Molin. *de primogen. Hiſp. d. lib. 1. cap. 17. n. 18.* Mangil. *diſt. quæſt. 115. num. 43.* Regulariter enim Trebellianica
8 cenſetur prohibita, quando teſtator fideicommittens prohibuit bonorum ſuorum alienationem. Bald. *in Auth. Sed in ea re, Cod. ad l. falcid.* per illum textum: ſic etiam Soc. Iun. *conſ. 49. n. 21. lib. 3.* Alba *conſ. 7. n. 7.* Tob. Non. *conſil. 44. n. 4.* Marzar. *conſ. 14. n. 16.* Ant. Gabr. *lib. 4. tit. ad Trebell. concl. 9. n. 1. 2.* vbi teſtatur de communi. Menoch. *lib. 4. præſumpt. 198. num. 25. 27.* Petr. *de fideicomm. q. 15. num. 191.* Craſſ. *d. §. Trebellianica, q. 8. n. 8. 9.* vbi de communi. Tuſch. *lit. T, concl. 387. num. 27.* Molin. *d. cap. 17. num. 18.* latiſſimè Intrigl. *d. q. 71. numero 71. cent. 3.* vbi plurimos congerit. Mangil. *de imput. q. 115.*
9 *num. 32.* Rot. Maceratenſ. *deciſ. 23. num. 114.* Hîc autem teſtator prohibuit omnem obligationem, & hypothecam ſuorum bonorum, quia voluit liberè remanere; quæ verba vtique important alienationis prohibitionem à fortiori, quia ſi noluit bona obligari, multò minus alienari. *Auth. multò magis, C. de ſacroſ. Eccl.* Et ſi libera debent remanere; non eſt admittenda alienatio, per quam dominium illorum fit alterius. Non eſt enim poſſibile, quod bona remaneant libera, & deducatur Trebellianica, quæ illa diminuit pro quarta par-
10 te; & ideò quoties bona debent libera reſtitui, cenſetur prohibita Trebellianicæ detractio, vt poſt Curt. Iun. *conſil. 20. circa, princ.* Iaſ. *conſ. 14. colum. 2. lib. 3.* Ruin. *conſil. 1. col. 1. lib. 1.* Petr. *de fideicomm. q. 15. n. 199. verſ. decimumquartum.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 198. numer. 22.* Intrigl. *d. q. 71. n. 65.*

Nec eſt mirum, quia verbum, *liberè*, idem importat, quod ſine vlla diminutione. Petr. *de fideicomm. d.*
11 *q. 15. num. 199. in fin.* Sed quoties bona ſunt reſtituenda ſine diminutione, tunc teſtator cenſetur prohibuiſſe Trebellianicam, vt poſt Bald. Angel. Caſtr. Aret. Com. Bauer. Pariſ. Crauet. & alios dixit Anton. Gabr. *d. lib. 4. concl. 7. numer. 1.* vbi teſtatur de communi. Pulchrè Menoch. *d. præſumpt. 198. num. 16.* vbi alios allegat. Maſcard. *de probat. concl. 1396. num. 11.* Craſſ. *d. §. Trebellianica. q. 8. num. 3.* Mangil. *de imput. q. 115. num. 11.* Intrigl. *d. q. 71. num. 69.* vbi alios plurimos allegat. Farin. *deciſ. 259. num. quintò, part. 2.* Ergo hîc nulla Trebellianica deduci poteſt, vbi bona ſunt reſtituenda libera, & ſine diminutione; non enim libera eſſent, ſi huic detractioni ſubiicerentur, & per eam diminuerentur.

Denique quatenus potuiſſet eſſe locus alicui Trebellianicæ detractioni, adhuc in caſu noſtro ceſſare debet, quia dictus D. Proſper non adiuit hæreditatem dicti D. Ioann. Baptiſtæ cum beneficio legis, & inuentarij, omiſitque illius confectionem, & propte-



reà perdidit beneficium Trebellianicæ; & licèt hæc quæſtio ſit ardua, & habeat multos contradictores, tamen tota contradictio eſt quoad filios primi gradus, & deſcendentes, quia quoad hæredes extraneos magis recepta DD. ſententia eſt, vt perdant Trebellianicam
ob non confectionem inuentarij, pulchrè Guid. Pap. 12
*q. 53. per tot.* vbi ſic diſtinguit. Cacher. *deciſ. 147. num. 8. 9. & num. 27. verſ. quapropter.* Et pro hac ſententia adducit ibi DD. & pro alia quadraginta octo, vt videre eſt ſub *num. 25. in fin.* latè Ant. Gabr. *d. tit. concl. 1. n. 2.* vbi teſtatur de magis communi. Dec. *conſil. 480. num. 16.* Menoch. *conſ. 765. num. 13.* Pancirol. *conſ. 98. num. 30.* Petr. *d. q. 15. n. 157.* Gall. *de ſucceſſ. tit. 4. except. 28. num. 27. part. 2.* vbi teſtatur de magis communi. Molin. *d. cap. 17. num. 33.* Hier. Gabr. *conſ. 86. num. 26. lib. 2.* & infinitos congerit Intrigl. *d. q. 71. num. 110.* Mangil. *de imput. q. 130. num. 15. verſ. nihilominus.* Vbi teſtatur veriorem, & receptiorem eſſe opinionem; quæ conſtituit hanc differentiam inter extraneos; & filios primi gradus, & plene diſputat, & indiſtinctè tenet admitti Trebellianicam ob non confectionem inuentarij: Ant. Merend. *controu. iur. lib. 4. cap. 13. numero 7. 8. 9. & per tot.* Vbi reſpondet etiam contrariis. Latè etiam, & indiſtinctè Cancer. *var. reſol. lib. 1. cap. 2. num. 1. verſ. contrariam.* Vbi defendit hanc ſententiam, & multos allegat. Et hæc opinio maximè
procedit quando ſaltem non eſt facta deſcriptio vni- 13
uerſalis omnium bonorum: latè Intrigl. *d. q. 71. n. 116.* Giouagn. *conſ. 19. num. 21. lib. 2.* Et denique diſcordantes opiniones ſic etiam conciliat Camill. Borell. *in ſum. deciſ. part. 3. tit. 17. de Trebell. num. 54. 57.* vbi dixit opinionem, quod non perdatur Trebellianica ob non confectionem inuentarij, procedere in filiis hæredibus; alteram verò, quod perdatur, procedere in extraneis. Sed hic Dominus Proſper non fecit inuentarium, neque vniuerſalem bonorum deſcriptionem; & non verſamur in filiis, & deſcendentibus: ergo hæres
eius non poteſt deducere aliquam quartam, ſeu Tre- 14
bellianicam. Et quatenus eſſemus in dubio, an Trebellianica ſit à teſtatore prohibita, & an liceat eam deducere, adhuc in dubio cenſendum eſt fuiſſe prohibitam, & non poſſe detrahi; vt poſt Corn. *conſil. 182. n. 9. 10. lib. 2.* Ruin. *conſil. 159. n. 2. 3.* dixit Intrigl. *d. q. 71. n. 56.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 12. num. 12.* Gratian. *diſcept. 245. num. 8. & num. 31.* Cyriac. *contr. 11. n. 37. lib. 1.* Ex quibus concludendum eſt, primogenito prædicto eſſe reſtituendam totam hæreditatem dicti Domini Ioann. Baptiſtæ ſine aliqua diminutione, vel Trebellianicæ deductione.

Vnde non eſt quærendum, an in ea deducenda imputandi ſint fructus à grauato medio tempore percepti, quia non entis nullæ ſunt qualitates. Verùm hoc etiam certum eſſe videtur; quod fructus medio tempore percepti ab hæredibus extraneis, in Trebelliani-
cam imputentur, ad textum *in l. in fideicommiſſaria*, 15
*ff. ad Trebell.* Cyriac. *contr. for. 188. num. 29. lib. 2.* Rot. *diuerſ. deciſ. 88. num. 23. p. 5.* Ant. Thomat. *deciſ. Maceratenſ. 68. num. 130.* Cancer. *var. reſol. lib. 1. cap. 2. numer. 57.* Mangil. *d. tract. quæſt. 125. numer. 1. 2.* Quare concludo non eſſe locum detractioni alicuius Trebellianicæ, aut falcidiæ; ſed hæreditatem eſſe dicto primogenito integraliter reſtituendam. Et ita, &c. Saluo, &c.

---

## CAPVT CLIII.

### Epitome.

Iuſpatronatus hæreditarium ad quos tranſeat, & an ſpurius in eo ſuccedat.

## SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus hæreditarium eſt, quod reſeruatur pro hæredibus, & ſucceſſoribus.*
2 *Verba*, pro hæredibus, & ſucceſſoribus, *comprehendunt etiam extraneos.*
3 *Iuſpatronatus in dubio præſumitur hæreditarium, non gentilitium.*
4 *Iuſpatronatus de ſui natura tranſit etiam ad hæredes extraneos.*
5 *Iuſpatronatus dicens eſſe gentilitium, debet id probare.*
6 *Iuſpatronatus hæreditarium quandoque dicitur familiare, donec eſt in familia.*
7 *Verba debent intelligi ſecundùm ſubiectam materiam.*
8 *Fundatores beneficiorum ſæpe loquuntur impropriè.*
9 *Sententia non probat, niſi iuſtificetur ex actis.*
10 *Enuntiatiua vnica non probat, quando non ſumus in antiquis.*
11 *Enuntiatiuæ quando dicantur eſſe in antiquis.*
12 *Iuſpatronatus ſucceſſio fit in ſtirpes, non in capita.*
13 *Iuſpatronatus an ſit hæreditarium, vel gentilitium, pendet ab obſeruantia.*
14 *Obſeruantia quomodo inducatur.*
15 *Obſeruantia prodeſt in dubio, non autem ſi clarè conſtat de fundatione.*
16 *Vltimus ſtatus in beneficialibus eſt attendendus in dubio, non in claris.*
17 *Fundationis lex eſt ſeruanda, & ab ea non eſt rececedendum.*
18 *Obſeruantiæ argumentum non admittitur in claris.*
19 *Clauſula*, ſicut accepimus, *efficit, vt gratia Papæ debeat iuſtificari.*
20 *Iuſpatronatus hæreditarium admittit etiam fœminas.*
21 *Iuſpatronatus gentilitium admittit fœminas deficientibus maſculis.*
22 *Iuſpatronatus pro maſculis tantùm an admittat fœminas.*
23 *Deſcendentiam ſuis eſt probare ab eo, qui fuit in quaſi poſſeſſione præſentandi.*
24 *Scripturæ plenè probant contra producentem.*
25 *Iuſpatronatus eſt indiuiduum, & apud omnes in ſolidum.*
26 *Præſentandi commoditas eſt apud quemlibet patronum in ſolidum.*
27 *Iuſpatronatus fit diuiduum per concurſum patronorum in præſentando.*
28 *Actore non probante, reus abſoluitur ex ſola negatiua.*
29 *Iuſpatronatus non tranſit in hæredem inſtitutum in re certa, & quando.*
30 *Nemo dat quod non habet.*
31 *Patronus debet probare ſe eſſe hæredem eius, qui dicitur fuiſſe patronus.*
32 *Filium ſe debet probare patroni, qui vult ſuccedere in gentilitio.*
33 *Filiatio non probatur per legitimationem.*
34 *Legitimatio non habet effectum, niſi legitimatus probet ſe filium legitimantis.*
35 *Legitimatio non poteſt fieri ita, quod legitimatus non probet filiationem.*
36 *Spurius excluditur à patronatu gentilitio.*
37 *Naturales quando ſuccedant in patronatu.*
38 *Legitimatus à Principe ſeculari an ſuccedat in patronatu.*
39 *Legitimatus filius Clerici an ſuccedat in patronatu, & aliis bonis.*
40 *Fœmina nupta extra familiam adhuc dicitur de familia.*
41 *Præſentatus à maiori parte dicitur habere conſenſum omnium.*
42 *Præſentari non poteſt laicus.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Corrigienſi iuriſpatronatus pro vero habendum eſt, attento tenore proceſſus, quod de anno 1639. de menſe Maij vacauit beneficium ſimplex S. Mariæ Magdalenæ in Villa Ardionij, ſub cura S. Blaſij, ob mortem R. D. Iulij de Fraxetis, quod erat de iurepatronatu R. D. Ioann. Antonij Fraxeti, & eius fratrum, & hæredum, ac ſucceſſorum in perpetuum, propter quod D. Ioſeph pater dicti R. D. Iulij ſub die ſeptima eiuſdem menſis præſentauit coram Ordinario Regij D. Tiburtium alterum eius ſuperſtitem, & propoſita fuerunt edicta in forma.

Verùm in termino edicti comparuit Illuſtris D. Catherina de Fraxetis deſponſata in domo illorum de Zanotis, prætendens ad ſe ſpectare dictum iuſpatronatus tanquam hæres deſcendens à quondam D. Ioann. Franciſco de Fraxetis; qui fuit in quaſi poſſeſſione præſentandi, & mediante eius procuratore vnà cum alio D. Tiburtio filio Petri Antonij de Fraxetis (quem tamen non conſtat habere ius in dicto patronatu) præſentauit ad dictum beneficium R. D. Ioſephum de Zanotis eius filium, ſub die decima Maij prædicti; ſed prædictus D. Zanotus nolens progredi in Clericatu, ſub die 8. Iunij dicti anni renunciauit dictæ præſentationi, & iuri ſuo.

Hinc dicta D. Catherina ſub die 9. Iunij volens vti iure ſuo, mediante eius procuratore, coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Epiſcopo præſentauit ad idem beneficium me Ioann. Baptiſtam Ciarlinium, Vicarium Regij; & propoſitis edictis in forma, eidem præſentationi conſenſit ille alius Tiburtius Fraxetus, qui præſentauerat etiam Zanotum, mediante eius procuratore, vt in actis ſub die prima Iulij 1639.

His ſtantibus cœptum diſputari, ad quem pertineat dictum iuſpatronatus, & quis ex præſentatis ſit præferendus. Vnde dictus D. Ioſeph Fraxetus ad docendum, quod ipſe ſit patronus dicti beneficij, produxit die 31. Maij 1639. fundationem ex augmento dotis, & duas datas, putans ex his ſatis verificari, quod ipſe tanquam maſculus de domo Fraxeta ſit ſolus patronus, & quia ſpurius ex ſoluta, & Clerico Rectore eiuſdem beneficij, produxit legitimationem Principis ſæcularis, & natalium reſtitutionem, ex quibus credit ſatis verificatum eſſe iuſpatronatus ad ſui fauorem.

Veruntamen ex iiſdem iuribus, & ſcripturis ſatis conſtat, & concludenter reſultat, non ad dictum D. Ioſephum, ſed ad dictam D. Catherinam ſpectaſſe, & pertinere dictum iuſpatronatus. Nam ex dicta fundatione apparet dictum beneficium à principio fuiſſe liberum, & collatiuum, ſed de anno 1505. ſub die 14. Ianuarij factum eſſe patronatum ex augmento tertiæ partis fructuum, auctoritate Legati Bononiæ, ad inſtantiam, & requiſitionem dicti Reu. D. Ioann. Antonij Fraxeti Rectoris tunc temporis eiuſdem beneficij cum onere vltra augmentum dotis reparandi etiam Eccleſiam, & ædificia, quæ minabantur ruinam, propter quod auctoritate dicti Legati ab Executore deputato ad hoc, ab illo verificatis verificandis, ſub die 5. Iulij 1505. reſeruatum fuit iuſpatronatus ad dictum beneficium dicto Reu. D. Ioan. Antonio, & eius fratribus & eorum hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, adeò vt vacante illo poſſint idoneam perſonam Ordinario loci præſentare, vt in litteris fundationis prædictæ, de quibus in proceſſu.

Ex quibus ſatis conſtat, quod dictum iuſpatronatus
non eſt gentilitium, aut familiare gentis Fraxetæ, ſed eſ-
ſe hæreditarium, quia in eius fundatione nulla fit men-
tio familiæ, vel gentis, aut domus, ſed reſeruatur pro hæ- 1
redibus, & ſucceſſoribus: ita Viuian. *de iurepatr. lib. 1. c. 3. n. 28.* Ciarlin. *contr. forenſ. 1. n. 17.* Ricc. *de nouiſſ. prob. iuriſp.*



*iuriſp. reſol. 233. n. 3. verſ. Ioannes Aloyſius*, adeò vt tan-
quàm hæreditarium ad extraneos etiam tranſire poſſit.
Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 11. num. 19.* Barboſ. *de off. Epiſc.*
*p. 3. alleg. 71. n. 3.* & *de vniuerſ. iur. Eccleſ. p. 3. c. 12. num. 20.*
Viuian. *d. tract. de iurep. lib. 4. poſt cap. 2. num. 21.* vbi di-
cit, quod verba, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus*, in mate-
2 ria iuriſpatronatus comprehendunt etiam extraneos, &
teſtatur de communi, & quod Rota pluries approbauit
hanc opinionem.

Hæc autem adeò vera ſunt, vt etiamſi verſaremur in
dubio, an iuſpatronatus prædictum ſit gentilitium, vel
hæreditarium, adhuc præſumatur eſſe hæreditarium, &
3 ad extraneos tranſitorium. Farinac. *deciſ. 482. num. 2.* &
*deciſ. 71. num. 1. part. 1.* Ciarlin. *d. contr. 1. num. 19.* Vi-
uian. *de iurepatr. lib. 4. c. 2. num. 4.* & apud eum Rota
*deciſ. 23. num. 7.* Ricc. *de nouiſſ. prob. iuriſp. reſol. 173.*
*num. 2.* & *reſol. 180. num. 4.* & *reſol. 223. num. 3.* Mel-
chior Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 11. num. 20.* Barboſ.
*de vniuerſ. iur. Eccl. lib. 3. cap. 12. num. 20. 23.* Rota *di-
uerſ. deciſ. 289. num. 1. part. 5.* & ratio eſt, quia iuſpa-
tronatus de ſui natura eſt tranſitorium ad quoſcunque
hæredes, etiam extraneos, niſi aliud expreſsè diſpona-
tur. Seraph. *deciſ. 364. numero 3.* & *deciſ. 378. numero 1.*
& *deciſ. 456. numero 1.* Viuian. *de iurepatr. d. lib. 14.*
*poſt cap. 2. num. 20.* & apud eum Rota *deciſ. 41. num. 1.*
Melchior Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 11. numer. 19.*
Barboſ. *d. cap. 12. numero 220.* Rota *diuerſ. deciſ. 175.*
*numero 3.* & *deciſ. 289. num. 5. part. 5.* Ciarlin. *d. contr.*
*1. numer. 20. 23.* & propterea qui dicit patronatum eſſe
gentilitium, cùm habeat contra ſe iuris præſumptio-
4 nem, debet ſuam intentionem plenè probare. Rot.
*diuerſ. deciſ. 336. numer. 3. part. 5.* Cùm igitur hîc ex
fundatione ſatis conſtet patronatum eſſe hæredita-
rium; ſolùm quærendum eſt, quinam ſint hæredes,
5 & ſucceſſores; vt inquit Ricc. *d. reſol. 233. num. 3. verſ.*
*erit tantùm.*

Nec prædictis obſtant quædam verba Ioan. Fran-
ciſci Fraxeti enunciatiua, prolata in eius teſtamento
facto de anno 1565. die 25. Nouembris, dum dixit,
expenſos fuiſſe ſcutos 70. in litigandò dictum benefi-
cium, & in probando illud fuiſſe, & eſſe iuſpatrona-
tus domus Fraxetorum. Nam reſpondetur, quod hæc
verba non mutant ſtatum beneficij, nec faciunt be-
neficium de hæreditario gentilitium, quia dictus te-
ſtator per hanc enunciatiuam noluit talem mutatio-
nem inducere; ſed tantùm innuere; quod benefi-
cium non erat liberum, prout in dicta lite prætende-
batur, ſed patronatum; & verbum, *domus*, non ex-
6 cludit qualitatem hæreditariam; quia vulgò ſolent
homines iurapatronatus hæreditaria appellare iurapa-
7 tronatus domus, donec in familia remanent; verba
enim teſtatorum debent intelligi ſecundùm ſubiectam
materiam, *l. ſi vno, ff. loc.* & ſecundùm communem vſum
loquendi, *l. librorum, §. quod tamen*, vbi Bart. *de leg. 3.* vt
ad rem inquit Melchior Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt.*
8 11. 49. 50. vbi etiam dicit, quod plerumque fundatores
vtuntur in his improprio modo loquendi: vnde cùm
ſecundùm ſubiectam materiam hîc ageretur de iure-
patronatu hæreditario ex fundatione, præſumendum
eſt dictum D. Ioan. Franciſcum intellexiſſe dictum iuſ-
patronatus eſſe domus ſuæ, ſed cum qualitate hæredita-
ria, de qua in fundatione.

Secundò reſpondetur, quod hæc verba tanquam
enunciatiua non probant, niſi iuſtificentur ex actis; ſi
9 enim ſententia non probat, niſi ex actis fuerit iuſtifica-
ta, vt per Ric. *in prax. for. Eccl. reſol. 132. ſub n. 6.* & *de no-
uiſſ. prob. iuriſp. reſol. 126. num. 1.* & *reſol. 233. ſub numer. 1.
verſ. nec refert.* Farin. *deciſ. 639. numer. 4. part. 2.* & *de-
ciſ. poſthum. 500. num. 2. part. 2.* quantò magis enuncia-
tiuam ſuper lite oportebit verificari ex actis, quibus
exhibitis conſtabit litem non fuiſſe agitatam ſuper
qualitate iuriſpatronatus hæreditaria, vel gentilitia, ſed
an beneficium eſſet liberum, vel patronale.

Tertiò reſpondetur, quod talis enunciatiua nihil
probat, quia eſt vnica; etenim quando non ſumus in
antiquis, vnica enunciatiua non probat, etiamſi ſit 10
Papæ, vt ex Aret. *in c. cùm cauſa, num. 22. in fin. verſic.
debet etiam, de probat.* dixit Rota *diuerſ. deciſ. 185. n. 1.
2.* & *deciſ. 388. num. 1. 2. p. 1.* & *deciſ. 389. n. 1. p. 2.* Rota
apud Viuian. *de iurepatr. deciſ. 25. num. 10.* vbi loqui-
tur etiam de enunciatiua Papæ, & *deciſ. 74. num. 3.* hîc
autem non verſamur in antiquis, quia ad finem vt
enunciatiuæ inſtrumentorum probent, debent eſſe
ſaltem centum annorum, iuxta opinionem Rotæ, vt
docet Mareſcot. *var. reſol. lib. 2. c. 70. num. 6. 7.* Coccin. 11
*deciſ. 79. n. 8. 9.* Viuian. *de iurep. lib. 11. c. 5. n. 33.* & *n. 37.*
Farin. *deciſ. 694. n. 2. p. 2.*

Quartò reſpondetur, quod ex obſeruantia potiùs
colligitur iuſpatronatus huiuſmodi fuiſſe habitum tan-
quam hæreditarium; nam in Patronatu hæreditario 12
ſucceditur in ſtirpes, in gentilitio verò in capita. *Clem.
plures, 2.* vbi DD. *de iurepatr.* Gabriel. *conſ. 196. n. 3. lib. 2.*
Ricc. *d. tractat. reſol. 180. num. 1.* Lotter. *d. lib. 2. cap. 11.
n. 126.* Viuian. *de iurepatr. lib. 14. poſt c. 2. n. 63.* hîc au-
tem præſentationes, quæ habentur in proceſſu, ſunt fa-
ctæ potiùs iuxta ſucceſſionem in ſtirpes, quàm in capi-
ta, vt inferiùs videbimus: ergo, &c.

Quintò reſpondetur, quod licèt dici ſoleat, pendere
ab obſeruantia, an iuſpatronatus ſit hæreditarium, vel 13
gentilitium, vt per Gratian. *diſc. 521. num. 18. 19.* Viuian.
*de iurepatr. lib. 4. cap. 2. num. 13.* tamen ex verbis præ-
dictis enunciatiuis non induci aliquam obſeruantiam, 14
quæ non eſt contenta verbis, ſed requirit factum, & ef-
fectum, imò debet conſtare ex actibus multiplicatis, &
ab eis probari, dicit Seraph. *deciſ. 1015. num. 11. 12.* vbi
etiam dicit, quod iſtæ enunciatiuæ non inducunt di-
ſpoſitionem: ſed hîc non conſtat in effectu ità obſer-
uatum eſſe: ergo, &c.

Sextò reſpondetur; quod fortè verba enunciatiua
eſſent digna aliquâ cõſideratione, & obſeruantia ope-
raretur multùm pro iurepatronatu gentilitio, quate-
nus pro tali habitum eſſet, ſi non conſtaret clarè ex
fundatione fuiſſe hæreditarium, & res eſſet dubia, & 15
ambigua, ad textum *in l. quadam, de reb. dub.* Bart.
*conſil. 59. num. 6.* Aret. *conſil. 115. num. 2.* Caſtr. *con-
ſil. 347. num. 4. lib. 1.* & dixit in terminis Hier. Gabr.
*conſ. 196. num. 6. lib. 2.* vbi docuit obſeruantiam ſatis
operari, ſi dubia res eſt: & in iiſdem terminis idem
ſentire videtur Rota apud Seraph. *deciſ. 1410. num. 16.*
Rota *deciſ. 39. num. 11. part. 2.* & *deciſ. 238. num. 3. 4.
part. 5.* Farin. *deciſ. 126. num. 3.* & *deciſ. 216. numer. 4.
part. 2.* vbi docent etiam, quod licèt vltimus ſtatus
in beneficialibus ſit attendendus, tamen id procedit in 16
re dubia, ſecus ſi conſtet de anteriori ſtatu, & ideò cùm
hîc ex fundatione clarè liqueat iuſpatronatus eſſe hæ-
reditarium, non eſt recurrendum ad verba enuncia-
tiua, neque ad obſeruantiam, ſed lex fundationis ſer-
uanda eſt, & ab eius tenore non eſt recedendum. 17
Viuian. *de iurepatr. lib. 4. cap. 2. numero 3.* & *cap. 4.
numero 67.* Ricc. *de nouiſſ. prob. iuriſp. reſol. 147. nu-
mero 1.* Farin. *deciſ. 112. num. 3. 5. part. 1.* Et propte-
reà etiamſi fuiſſet aliquando habitum pro gentilitio
(ceſſante conuentione) tamen cùm ex fundatione ap-
pareat hæreditarium, pro tali habendum eſt; tum quia
concurrit præſumptio iuris, quod ſit tale. Rota *diuerſ.
deciſ. 336. n. 4. 5. 6. 7. part. 5.* tum quia in claris non ad
mittitur argumentum ab obſeruantia. Rota *diuerſ. deciſ.* 18
*39. n. 11. part. 2.*

Minùs obſtat enũciatiua Papæ, de qua in Bulla Pauli
V. data 4. idus Septembr. 1604. occaſione reſignationis
dicti beneficij factæ, vt in actis, in qua habetur enũcia-
tiua Pontificis dicentis dictũ beneficium eſſe de iurepa-
tronatus laicorum, videlicet familiæ illorum de Fraxe-
tis; quia Pontifex noluit per hæc verba mutare ſtatum

beneficij, ſed enuntiauit quod ſibi à partibus fuit nar-
ratum,prout apparet ex clauſula illa, *Sicut accepimus*,
poſita in dicta Bulla,quæ efficit,vt gratia facta ad par-
19 tis inſtantiam debeat iuſtificari,licèt ſecus ſit in gratia
motus proprij:ſic Achil.*deciſ.*10.*n.*1.2.3.*de probat.* Put.
*deciſ.*100.*lib.*3.Seraph.*deciſ.*1371. *num.*4. Rota *diuerſ.*
*deciſ.*447.*n.*1.2 *part.*1.Mart.*de clauſ.p.*1. *clauſ.*138. vbi
dicit,quod clauſula,*ſicut accepimus*,in gratia motu pro-
prio non requirit iuſtificationem ; ſecus in gratia ad
ſupplicationem:& hoc idem probat Barboſ.*in tract.de*
*clauſ.vſuſfrequent.clauſ.*148. vbi multos allegat. Sed ſic
eſt,quod gratia Pauli V. fuit conceſſa ad partis inſtan-
tiam: ergo non poteſt fieri fundamentum ſuper il-
la enunciatiua, niſi iuſtificetur; ſed iuſtificatio reſul-
tat ex fundatione, quæ probat iuſpatronatus eſſe hære-
ditarium: ergo pro gentilitio non poteſt haberi,& ſic
dicta D.Catherina iure hæreditario potuit ſuccedere
in eo.

Nec eſt curandum,quod dicta D.Catherina Fraxeta
ſit fœmina, quia fundatio dicti patronatus non exclu-
dit fœminas,nec vocat maſculos,ſed hæredes, & ſuc-
ceſſores, vt vidimus, & per conſequens iuſpatronatus
eſt hæreditarium,in quo admittuntur etiam fœminæ,
tam per ſe, quàm vnà cum maſculis, dummodo ſint
20 hæredes,& hoc admittunt omnes. Abb. *in cap.*1. *nu-*
*mero* 3. *de iurepatr.* Roch. *de iurep. verb. Ipſe*, *vel is*,
*q.*6. Lambert. *eod.tract.*2. *part.*1. *lib.*..*q.*2.*art.*14. Dec.
*conſ.*127. *num.*3. *in fin.*Pariſ. *conſ.*48.*num.*5.*lib.*4.Rol.
*conſil.*47.*num.*7. *lib.*1. Burat. *deciſ.*183.*ſub num.*1.Garc.
*de beneſ.p.*5. *cap.*9. *num.*143. Viuian. *de iurepatr. p.*1.
*lib.*2. *cap.*6. *num.*5. & apud eum Rot. *deciſ.*41. *num.*2.
Melchior Lotter. *de re beneſ. lib.*2.*q.*11. *num.*25. Ricc.
*de nouiſſ.prob.iuriſp. reſol.*160. *num.*5. & *reſol.*175. *ſub*
*num.*2. *verſ. regulariter*, vbi quod ita cenſuit Rota *in*
*vna Tudertina iuriſpatr.*23. *Martij* 1588. *coram Peña*:
imò etiamſi patronatus eſſet gentilitius, adhuc fœmi-
21 na admitteretur deficientibus maſculis legitimis ſuc-
ceſſoribus, maximè ſi non ſit expreſsè excluſa. Molin.
*de primog. Hiſp.lib.*3. *cap.*4.*n.*4. Couar. *var.reſol. lib.*3.
*cap.*5. *num.*1. *verſic. rurſus ſeptimò.* Garc. *de beneſ. d.*
*cap.*9. *num.*143. pulchrè Viuian. *de iurep. lib.*2. *cap.*6.
*num.*6. & Rota apud eum *deciſ.*69. *num.*3. & pulchrè
ſic cenſuit etiam Rota *in vna Regienſi iuriſp.*27. *Apri-*
*lis* 1640. *coram Ghiſilerio*, vbi tenuit, quod etiamſi
22 iuſpatronatus eſſet pro maſculis tantùm, tamen defi-
cientibus illis fœmina ſuccederet,quia illa taxatiua in-
telligitur exiſtentibus maſculis: hinc autem deſunt
maſculi legitimi,ergo,&c.

Neque dicta D. Catherina habet neceſſe probare,
quod deſcendat à primo fundatore, quia ſufficit, ſi
oſtendat ſuam deſcendentiam ab eo, qui fuit aliàs in
23 quaſi poſſeſſione præſentandi, & eius præſentatio
habuit effectum, vt poſt Zecch. *de beneſ. & penſ.c.*12.
*numer.*51. Rot. apud Farin. *deciſ.*146. *num.*2. & *deciſ.*
274.*num.*8.*p.*2. Ludouiſ. *deciſ.*452. *num.*17. Beltram.
*ad Ludouiſ.deciſ.*349.*num.*6.Viuian. *de iurepatr.p.*2.*lib.*
1.*c.*5.*n.*101.Ricc.*de nouiſſ.iuriſp.prob.reſol.*151.*num.*1.
Lotter.*de re beneſ.lib.*2.*q.*11.*n.*114.115.*& ſeqq.* & no-
uiſſimè Rot.*in dicta Regienſi iuriſp.*27.*Aprilis* 1640.*co-*
*ram Ghiſilerio,in fin.*

24 Vnde reſtat ſolùm videre, quis fuerit in quaſi poſ-
ſeſſione præſentandi, & cum effectu. Et ſanè ex ſcri-
pturis per dictum D. Ioſephum productis, quæ con-
tra eum plenè probant, *vulg. l. cùm precum*, *C. de*
*liber. cauſ.* ſatis conſtat de anno 1565. die 10. Februa-
rij, Ioannem Franciſcum & Iulium Cæſarem de
Fraxetis mediante procuratore in ſtirpes præſentaſſe
cum effectu ad dictum beneficium coram Epiſco-
po Regij R. D. Tiburtium de Fraxetis, qui ob-
tinuit illud, & pacificè poſſedit vſque quò il-
lud reſignauit; & eſt ille, qui dicitur pater dicti D.
Ioſephi.

Mortuus eſt Iulius Cæſar, nec apparet extare quem-
quam ab eo deſcendentem,vel ab eo cauſam habentem,
& remanſit dictus D.Ioannes Franciſcus,à quo tam di-
cta D.Catherina,quàm dictus D.Ioſeph originem tra-
here prætendunt; ſiquidem ipſe habuit quatuor filios;
ſcilicet Hieronymum,Federicum,& Quirinum patrem
dictæ D.Catherinæ, necnon & dictum R.D.Tiburtium
aſſertum patrem dicti D. Ioſephi, vt apparet ex teſta-
mento eiuſdem D. Ioann. Franciſci, facto ſub die 25.
Nouembris 1565.in quo dictum R.D. Tiburtium hæ-
redem inſtituit in ſcutis 200. & aliis ſcutis 70.in liti-
gando dictum beneficium expenſis, ſic aſſentiente eo-
dem R.D.Tiburtio; hæredes verò vniuerſales reliquit
dictos DD.Hieronymum,Federicum,& Quirinum; &
caſu quo linea dictorum trium filiorum ſuorum extin-
gueretur,tunc ſubſtituit,& hæredes fecit fœminas pro-
ximiores dicti teſtatoris,deſcendentes ex linea maſcu-
lina dictorum trium ſuorum filiorum in ſtirpes, vt in
dicto teſtamento,de quo in actis.

Deficientibus autem dictis Hieronymo,& Federico,
dictus D. Quirinus ſuperſtes fecit teſtamentum ſub die
21.Iulij 1607.in quo inſtituit hæredes vniuerſales di-
ctam D.Catherinam,& Agnetem eius filias,vt in actis;
& dicta D.Agnes deceſſit relicto vnico filio, cui mo-
rienti ſine filiis,ſubſtituit dictam D.Catherinam,venit-
que caſus ſubſtitutionis, adeo vt ex linea dictorum
trium filiorum Ioan.Franciſci remanſerit ſola dicta D.
Catherina cum titulo hæreditario, tam vigore teſta-
menti dicti D.Ioan.Franciſci,qui vltimo loco vocauit
fœminas,quàm dicti D.Quirini, qui eam hæredem in-
ſtituit,& de natiuitate,& morte prædictarum perſona-
rum ſatis conſtat in proceſſu ex fide Curati.

Hinc facilè cognoſcimus dictam D.Catherinam ſo-
lam eſſe patronam dicti beneficij, tanquam hæres, &
deſcendens à dicto D.Ioan. Franciſco, & ſic præſenta-
tus ab ea eſt præferendus omnibus,nec eſt anxiè diſcu-
tiendum, an habeat ipſa omnia vota; & voces om-
nium, tum ex prædictis, tum quia nulla perſona deſ-
cendens cum titulo hæreditario à tribus illis filiis Ioan.
Franciſci concurrit cum ea in præſentando; & ideò
cùm iuſpatronatus ſit indiuiduum, & apud quemlibet 25
ex patronis maneat inſolidum, vt per textum *in capit.*
2. vbi Abb. *num.*6. *de iurepatr.* Creſcent.*iurepatr.deciſ.*
2. Garc. *de beneſ.part.*5. *cap.*1. *num.*591. *ad fin.*Viuian.
*de iurepatr. part.*1. *lib.*1. *c.*2. *num.*7. & *lib.*4. *cap.*2. *nu-*
*mero* 75. & Rota apud eum *deciſ.*76. *num.*2. & Mel-
chior Lotter. *de re beneſ. lib.*2. *q.*3. *numero trigeſimo-*
*primo*, *trigeſimoſecundo*, & *quæſt.*11. *numero* 131. vbi
pulchrè dicit, quod in vnoquoque patrono eſt ſoli- 26
dum, & integrum ius, & integer vſus, & commo-
ditas præſtandi, adeò vt non egeat iure accreſcendi,
vel non decreſcendi, non tamen officit alteri idem ius
habenti;ſequitur exinde, quod ſi vnus patronus ſolus
præſentat, & cæteri abſtineant à præſentando, valet
illius præſentatio, ac ſi præſentatus omnia vota ha- 27
beret, quia iuſpatronatus in ſubſtantia eſt indiui-
duum, & tantùm fit diuiduum per præſentationem,
& quoad commoditatem præſentandi, ad textum *in*
*cap.prudentiam,in princ.de off.de legat.*Card.*in Clem.plu-*
*res,numero* 3.*verſ.quia verò,de iurepat.*Bald. *in cap.quin-*
*to,ſub num.*3.*verſ.ſed tamen aduerto,eod.*Viuian.*d.lib.*1.
*cap.*2.*numer.*7.*verſ.ſed eſt diuiduum.* Melchior Lotter.
*de re beneſ. d. lib.*2. *q.*33. *num.*33. Ciarlin.*d. contr.*1.
*n.*98.99.Sed hîc nullus ex tribus filiis prædicti Ioan.
Franciſci, vel deſcendentium ab eis præſentauit, quia
non extant: ergo præſentatio dictæ D. Catherinæ eſt
valida,& admittenda.

Et quamuis hæc ſufficiant ad ſuſtinendam præſenta-
tionem dictæ D.Catherinæ,& manutenendum dictum
Ciarliniũ ab ea præſentatũ in ſua poſſeſſione ex eo ſo-
lùm,quod dictus D.Ioſeph non oſtendit,quomodo huc
intrauerit, quia actore non probante, reus abſoluitur, 28
etiamſi



etiamſi nihil præſtiterit,ex ſola negatiua iurium acto-
ris,ad textum *in l.qui accuſare*,vbi DD. *C.de edend.*Por-
tius *in tract.de manutenend.obſer.*1.*num.*16.17.18.& Ro-
ta apud eundem *deciſ.*249.*n.*8.vbi docet ſolam poſſeſ-
ſionem ſufficere reo pro ſua defenſione; nihilominus
non eſt difficile probare nullum ius dicto D. Ioſeph
competere,ſiue dicamus dictum iuſpatronatus eſſe hæ-
reditarium,ſiue familiare ſuæ gentis.

Nam cùm ipſe D.Ioſeph prætendat habere origi-
nem ab eodem D.Ioan.Franciſco Fraxeto, eo quod aſ-
ſerat ſe eſſe filium dicti R.D.Tiburtij,qui fuit vnus ex
filiis eiuſdem D.Ioan.Franciſci, hoc ſolùm ſufficit ad
eum excludendum à dicto patronatu hæreditario; ſi-
quidem dictus R.D. Tiburtius Rector dicti beneficij
non fuit vnus ex hæredibus vniuerſalibus dicti D.
Ioan. Franciſci; quia ab eo fuit inſtitutus tantùm in
ſcutis 200. & aliis ſcutis 70. expenſis in litigando di-
ctum beneficium,& propterea non habuit ius in dicto
patronatu,quia iuſpatronatus Eccleſiaſticum non tran-
ſit ad hæredem,etiamſi ſit filius,in re certa inſtitutum,
29 dato alio hærede vniuerſali;quia oportet eum vniuer-
ſitate bonorum eſſe vocatum: ſic concludunt omnes
per textum *in c.cùm ſæculum*,vbi DD.*de iurepatr.* Rota
apud Viuian.*eod.tract.deciſ.*24.*n.*2.Ricc.*de nouiſſ. prob.*
*iuriſp.reſol.*175.*ſub n.*2.*in fin.verſ.nec tranſit.* Melchior
Lotter.*de re beneſ.lib.*2.*q.*11.*n.*8.Ciarlin.*d.contr.*1.*n.*4.&
*n.*39. vbi alij adducuntur. Si ergo dictus R.D.Tibur-
tius non habuit ius,aut partem in dicto patronatu,non
potuit illud tranſmittere in dictum D. Ioſeph ab eo
30 cauſam habentem,quia nemo dat quod non habet, *l.ſi*
*filius,C.de donat.l.obſeruare,in fin.de off. Proconſ. c.quan-*
*do,de conſecrat.diſt.*4. & multò magis excludendus eſt
31 dictus D.Ioſeph, quia nec probauit ſe fuiſſe hæredem
dicti D.Tiburtij,quod tamen probare debebat.Viuian.
*de iurepatr.lib.*4.*cap.*2.*n.*3.*verſ.dummodò.* Ricc. *d.tract.*
*reſol.*174.*ſub n.*1.

Sin dictus D. Ioſeph putet dictum patronatum eſſe
gentilitium(quod ipſe probare debet, Rota *diuerſ.de-*
*ciſ.*336.*n.*3.*p.*5.)adhuc ab eo venit excludendus, quia
dato etiam,& non conceſſo,quod dictus R. D. Tibur-
tius haberet ius aliquod, aut vocem in dicto patrona-
tu,adhuc tamen dictus D. Ioſeph non admitteretur,
niſi probaret concludenter ſe fuiſſe filium dicti R. D.
32 Tiburtij, quia hoc eſt fundamentum ſuæ intentionis.
Pariſ. *conſ.*12.*n.*240.*lib.*2. Burſat. *conſ.*88.*n.*5. Ludouiſ.
*deciſ.*223.*n.*2.3.Maſcard.*de probat.concluſ.*786. *n.*2.3.4.
5.*verſ.verior.*Peregr.*de fideicomm.art.*2.*n.*19. & ita cen-
ſuit Rota *in vna Regienſi iuriſpatr.*18.*Martij* 1639. *co-*
*ram Pancirolo.*

Nec obſtat legitimatio dicti D. Ioſeph, facta à Co-
mite auctoritate Imperiali, in qua dicitur illum fuiſſe
filium dicti R.D. Tiburtij, quia aſſertio patris,vel legi-
timantis facta in legitimatione non probat filiatio-
33 nem, niſi aliunde iuſtificetur,etiamſi legitimatus hæ-
res inſtituatur vti filius, vt per Bald. *conſ.*373. *num.*4.
*verſ.ſed reſpondetur,lib.*1.Barbat.*conſil.*27.*lib.*1. Signo-
rol. *conſil.*184.*num.*1. bene Pariſ.*conſil.*10. *num.*21. &
*conſil.*12. *n*: *n.*227. *lib.*2. Menoch. *conſil.*581.*num.*4.&
*conſil.*101.*n.*38.Fuſar.*de ſubſt. c.*408. *n.*180. & dixit Ro-
ta in dicta Regienſi iuriſp.18.Martij 1639. coram Pan-
34 cirolo,adeò vt legitimatio non priùs habeat effectum,
quàm legitimatus probet ſe eſſe filium legitimantis.
Rol. *conſ.*89.*num.*29.*lib.*1.Menoch.*d.conſil.*581.*num.*4.
Mantic.*de coniect.vltim.volunt lib.*11. *tit.*10. *n.*32.Cy-
riac.*contr.iur.*236.*num.*11. *lib.*2. Ludouiſ. *d. deciſ.*223.
*n.*1.2. in tantùm, quod in legitimatione non poſſit
35 poni clauſula,quod legitimatus non teneatur probare
filiationem. Peregr. *de fideicomm. ar.* 23. *n.*38.Gratian.
*diſc.*744.*num.*6.Lup. *de illegitim.& nat.reſt.comm.*3.§.5.
*num.*11.

Et cùm dictus D. Ioſeph non probauerit filiatio-
nem,non poteſt iuuari beneficio legitimationis:ſed da-
to etiam quod probaret ſe eſſe filium dicti R.D.Tibur-
tij,tamen cùm ſit ſpurius natus ex coitu damnato Cle-
rici beneficiati cum ſoluta,non poteſt ſuccedere in pa-
tronatu gentilitio,& familiæ,& ſecundùm omnes ex- 36
cluditur.Roch.*de iurepatr.verb.competens,n.*10.*verſ.hanc*
*tamen.*Lambert.*eod.tract.lib.*1. *part.*2. *q.*2. *princ. art.*17.
*num.*2.3.Garc. *de beneſ.p.*7.*c.*15.*num.*36.37.38.Gratian.
*diſc.*218. *num.*14.15. Peregrin. *de fideicomm. art.*22.
*n.*81. & *num.*83 *verſ.ſed contrà*, & *art.*18. *num.*44.Vi-
uian. *de iurepatr.lib.*4. *cap.*2. *numer.* 65. 68. *in fin.* Et
quamuis naturales ſimpliciter admittantur ad iuſpatro- 37
natus deficientibus legitimis, tamen ſecus eſt in ſpu-
riis natis ex damnato coitu, quia hi non ſuccedunt in
eo, etiamſi deficiant legitimi, quia ſunt incapaces, vt
benè dixit Garc. *de beneſ.p.*7. *cap.*15. *num.*46. *verſ. &*
*hic etiam*,ad rem Menoch. *d. conſil.*285.*n.*12. Et maxi-
mè quando deſcendentes,ſeu familiares ſunt vocati per
verba ciuilia,ſcilicet domus,& familiæ,quia tunc etiam
deficientibus legitimis non ſuccedunt ſpurij. Cyriac.
*contr.iur.*472.*n.*9.10.*lib.*3.

Neque dictum Ioſephum in hoc releuat dicta legi-
timatio; tum quia legitimans non poterat legitimare
in præiudicium filiorum, & deſcendentium, & hære-
dum legitimorum,& naturalium,vt legitur in eius pri- 38
uilegio: tum quia legitimatus à Principe ſæculari non
ſuccedit in iurepatronatu Eccleſiaſtico familiari, ſeu
gentilitio,vt per Bald. *d.conſil.*373. *num.*4. *verſ.ſed re-*
*ſpondetur,lib.*1.quem ſequi videtur Rota *in illa Regienſi*
*iuriſpatr.*18. *Martij* 1639. *coram Pancirolo*, & ſic tenet
Gabriel. *conſil.*195.*n.*6.7. *lib.*1. Melchior. Lotter. *de re*
*beneſ.lib.*2.*quæſt.*11.*n.*139. vnde dictus D. Ioſeph etiam
legitimatus non poſſet ſuccedere in dicto patronatu,
etiamſi eſſet gentilitium.

Sed neque ſi eſſet hæreditarium, prout eſt verè: tum
quia illud non erat apud eius patrem,tum quia etiamſi
fuiſſet,nihilominus dictus D.Ioſeph tanquam natus ex
Clerico beneficiato eſt ſpurius,& incapax ſucceſſionis
paternæ,etiam quoad patrimonialia bona,non obſtan-
te quod ſit legitimatus, etiamſi fuiſſet procreatus à di-
cto eius patre in ſtatu ſæculari, adeò vt nihil ei proſit 39
legitimatio, vt ſanciuit Pius V. in ſua Conſtitutione
incipiente: *Quæ in Eccleſiaſtico*,dat. 6.Cal.Febr.1567.&
ab eo ampliata,& declarata ſub die 5.Martij 1572.vt in
Bullario,*fol.*324.325.& hæc traduntur etiam à Rota *di-*
*uerſ.deciſ.*214.*n.*4.*part.*2.Gabriel.*conſil.*83. *n.*11.12.13.
14.& *conſil.*84.*n.*58.59.60.*lib.*2.Menoch.*conſil.*511.*n.*6.
7.Lup.*de illegitim.comm.*1.§.4.*n.*10.& *com.*3.§.2.*n.*65.&
§.3. *num.*41. Giouagn. *conſil.*37.*n.*8.9.10.*lib.*2.Cyriac.
*contr.iur.*472.*n.*5.6.*lib.*3. vbi tales ſpurios etiam legiti-
matos excludit,& dicta Bulla tollit omnem dubitatio-
nem,& procedit non ſolùm in filiis Presbyterorum,ſed
etiam Clericorum, quia comprehendit etiam ſpurios,
quos Eccleſiaſtici procreauerunt in ſtatu ſeculari, vt
legitur in ea.

Ex his ſatis liquet,dictum D.Ioſeph excluſum rema-
nere à dicto patronatu,ſiue ſit gentilitius, ſiue hære-
ditarius, & quatenus poſſet habere in eo aliquam vo-
cem, non poſſet habere niſi vnam ex quatuor voci-
bus, quia dicta D. Catherina habet iura, & vota di-
ctorum trium filiorum Ioann. Franciſci cum hæredi-
tate ad eam peruenta,vt vidimus,& ipſa quoque de do- 40
mo,& ſtirpe illorum de Fraxetis dici poteſt, etiamſi ſit
nupta in alia familia,vt per Melchior.Lotter. *de re be-*
*neſ. lib.*2.*q.*11.*num.*82.83.84.85.vbi alios allegat: dictus
autem D. Ioſeph tanquam ſuccedens vni tantùm ex
quatuor filiis dicti D. Ioan.Franciſci non poteſt habe-
re niſi quartam vocem, ſeu quartam partem vnius vo-
cis; & ideò in concurſu cum dicta D. Catherina, quæ
habet tres voces, ſeu tres partes vnius vocis, nihil fa-
cere poteſt,quia attenditur maior pars,adeò vt præſen-
tatus à maiori parte dicatur habere conſenſum om- 41
nium. Melchior Lotter. *d.tract.lib.*2. *quæſt.*11. *num.*136.

& ſic præſentatus à dicta D. Catherina eſt præferendus præſentato à D.Ioſeph.

Sin loquimur de perſona ipſius præſentati à dicto D.Ioſeph, ſatis conſtat ipſum quoque eſſe incapacem, & inhabilem ad dictum beneficium, quia quando fuit præſentatus erat laicus, nec erat initiatus, ſaltem primâ tonſurá, quæ requiritur tempore præſentationis, &
42 quod præſentatus incedat in habitu, & tonſura, alioquin præſentatio eſt inualida. Lambert. *de iurepatr. lib.2. part.1. quæſt.7. princip. art.7. n.2. & ſeqq.* & *num.7.* & *art.29. num.4. in fin.* Barboſ. *de off. Epiſc. alleg.72. num.73. 77.78. p.3.* Ciarlin. *d. controu.1. n.103.* Rota *diuerſ. deciſ.69. lib.1. part.3.* Mar. Antonin. *var. reſol. lib.1. reſol.19. numero primo.* Viuian. *de iurepatr. lib.6. cap.1. numero 6.7.* Melchior Lotter. *d. lib.2. q.47. num.92.94.95.* vbi dicit, quod tota vis conſiſtit in eo momento, quo actus applicatur perſonæ; & quod tempore præſentationis requiritur, quod præſentatus ſit Clericus, & allegat multas Rotæ deciſiones. Cùm ergo dictus R.D. Tiburtius eſſet inhabilis tempore præſentationis, iure meritò repellendus eſt, & inſtituendus ille, qui erat habilis. Et ita, &c.

---

# CAPVT CLIV.

## Epitome.

Iudex laicus an poſſit in Eccleſia ligare, vel compeditare reum in caſibus exceptis, ne aufugiat, donec cognoſcatur, an fruatur immunitate Eccleſiæ.

## SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus excommunicatus eſt contrauenïendo immunitati Eccleſiæ.*
2 *Bulla Gregoriana de immunitate Eccleſiæ vbi habeatur.*
3 *Bulla Gregoriana vbique locorum ligat.*
4 *Bulla Gregoriana eſt in viridi obſeruantia.*
5 *Delinquens in Eccleſia non gaudet eius immunitate.*
6 *Iudex ſæcularis de conſuetudine poteſt ligare reum in Eccleſia, donec, &c.*
7 *Reus in caſibus exceptis ſtante timore fugæ quomodo abducatur ab Eccleſia.*
8 *Immunitate Eccleſiæ priuatur ſolùm occidens, vel mutilans in Eccleſia, vel Cæmeterio.*
9 *Delinquens in Eccleſia, vel Cæmeterio quando gaudeat immunitate.*
10 *Bulla Gregoriana non eſt trahenda ad caſus in ea non expreſſos.*
11 *Reus non priuatur immunitate, niſi homicidium faciat in Eccleſia, vel Cæmeterio.*
12 *Delinquens in Eccleſia à quo ſit puniendus.*
13 *Immunitate an priuetur delinquens penes Eccleſiam;*
14 *Delinquens ſub ſpe immunitatis an eâ gaudeat.*
15 *Delinquens, homicidium faciens in Sacriſtia an gaudeat immunitate.*
16 *Immunitate gaudet homicida delinquens extra muros Cæmeterij.*
17 *Immunitatem Eccleſiæ violat Iudex laicus ligans reum in Eccleſia.*
18 *Iudex laicus de conſuetudine ſolet ligare reos in Eccleſia in caſibus exceptis.*
19 *Conſuetudo eſt quid facti, & non præſumitur, niſi probetur.*
20 *Doctoribus de conſuetudine teſtantibus non creditur, niſi reſpectu loci, vbi verſati ſunt.*
21 *Reus à quo Iudice poſſit in Eccleſia ligari.*
22 *Eccleſiaſtici non debent adiuuare reos, vt fugiant ab Eccleſia.*
23 *Iudex laicus de licentia Epiſcopi poteſt reum in Eccleſia compeditare.*
24 *Bulla Gregoriana tollit conſuetudines contrarias.*
25 *Conſuetudo contraria immunitati Eccleſiæ eſt inualida.*
26 *Reo in Eccleſiam confugiente, quid faciendum pro eo extrahendo.*
27 *Iudici ſæculari licet reum in Eccleſia obſidere extra locum ſacrum, & quomodo.*
28 *Clarus reprobatur in materia immunitatis Eccleſiæ.*
29 *Eccleſia exiſtens non debet moleſtari.*
30 *Reus exiſtens in Eccleſia poteſt liberè exire ad exonerandum corpus.*
31 *Reus in Eccleſia non poteſt compeditari à Iudice laico.*
32 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt reum in Eccleſia cuſtodire, & ligare.*
33 *Immunitas quomodo violetur, ſi reus in Eccleſia compeditetur.*
34 *Fugæ rei in Eccleſiæ exiſtentis quomodo prouideatur.*
35 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
36 *Cùm de vno quærimus, cætera ſupponuntur habilia.*
37 *Iudex ſæcularis non poteſt ab Eccleſia reum extrahere, etiamſi notoriè non gauderet illius immunitate.*
38 *Laicus non poteſt iuriſdictionem in Eccleſia exercere.*
39 *Proceſſus ſæcularis an probet in foro Eccleſiæ.*
40 *Iudex Eccleſiæ non tenetur, nec poteſt ſtare proceſſui iudicis laici.*
41 *Epiſcopus quando poſſit ſtare proceſſui iudicis ſæcularis ante controuerſiam.*
42 *Attentans aliquid contra immunitatem Eccleſiaſticam eſt excommunicatus.*
43 *Compeditans reum in Eccleſia incurrit excommunicationem.*
44 *Romæ quid factum ſit, non inſpicitur; ſed quid fieri debuit.*
45 *Pontifici Maximo omnes Chriſtiani obedire debent.*
46 *Conſuetudo contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam non eſt attendenda.*
47 *Conſuetudo mala non eſt conſuetudo, ſed frequentia peccandi.*
48 *Bulla Cœnæ Domini tollit conſuetudines.*
49 *Extenſio fit ex identitate rationis.*
50 *Extenſio non eſt, quando aliquid comprehenditur ſub generalitate verborum.*
51 *Expreſſum dicitur, quod continetur ſub generalitate verborum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NOn obſtantibus deductis ſubtiliter per Ecellentiſſimum D. Zanachium Aduocatum Sereniſſimæ Cameræ Ducalis Mantuæ, iuris eſſe cenſeo D. Commiſſarium Gonzagæ, & eius homines, & executores incurriſſe in excommunicationem, & alias pœnas ob violatam immunitatem, & turbatam iuriſdictionem Eccleſiaſticam. Siquidem ex actis Curiæ Epiſcopalis Regij ſatis conſtat quodam die feſto poſt Veſperas multis congregatis Carobio, vt dicunt, loci Moiæ, occaſione cuiuſdam canis venatorij ortam fuiſſe rixam inter Reuerendos Iacobum Orſolinum ex vna, & Ioannem Bertazzonum ex altera; & dum verbis altercabantur, ſuperueniſſe Paulum dicti Bertazzoni fratrem cum ſclopo irruentem aduerſus dictum Reuerend. Iacobum, cui tanquam mediator ſe opponens Petrus Bacchius nitebatur eum auertere, ne offenderet dictum Orſolinum; quod Paulus ægrè ferens, iramque vertens aduerſus dictum Petrum, cum eo dimicare cœpit, ſclopis ſe mutuò vrgendo, & in calore peruenerunt vſque ad muros Cæmeterij Parochialis Eccleſiæ dicti loci, vbi Petrus

explo



exploſo eius ſclopo interfecit dictum Paulum, qui ſtatim expirauit, nulla recepta iniuria à ſclopo dicti Pauli, ſiue caſu, ſiue ſtudioſè, vt patet exploſi; quo facto dictus Petrus inſequente dicto Pauli fratre, ad Eccleſiam dicti loci ſe recepit, qua circumdata à militibus, D. Gonzagæ Commiſſarius de facto certioratus miſit homines, & milites, qui de eius mandato, vt dixerunt, Eccleſiam ingreſſi, dictum Petrum clamantem ab Altari Sanctiſſimo auulſerunt, & in Eccleſia prædicta ſtatim ligauerunt, cuſtodibus in eadem Eccleſia poſitis, & nocte adueniente dictus Commiſſarius miſit alios executores, qui fortiùs dictum Petrum ligauerunt, & in compedibus poſuerunt, reclamante Rectore de iniuria facta Eccleſiæ, & procedente nocte, cuſtodibuſque negligentibus, ſeu fortè conſpirantibus, dictus Petrus ligatus, & omni auxilio deſtitutus ſclopo per feneſtram exploſo fuit in ipſa Eccleſia interfectus cum magna ſanguinis effuſione, propter quod ipſa quoque Eccleſia remanſit polluta, cuius iniquitatis cùm fuerit cauſa dictus Com-
1 miſſarius, nulli dubium remanere poteſt, quin fuerit
excommunicatus, iuxta tenorem Bullæ Sanctæ memoriæ Greg. XIV. editæ de anno 1591. & de qua in Bullario, & penes Genuenſem *in prax. Archiepiſc. Neap. c.22. in fin.* Peregr. *de immun. Eccl. c.16. in princ.* Vulp. *in prax.*
2 *fori Eccleſiaſtici, c.3. in fin.* quam non eſt dubium vbique
3 locorum ligare, vt per Farin. *de immun. Eccl. c.22. n.359.*
4 & eſſe in viridi obſeruantia, vt dixit Vulp. *d. c.3. ſub n.2.*

Non obſtant modò per dictum D. Aduocatum deducta, & primò id totum fuiſſe dicto Commiſſario licitum, quia dictus Petrus deliquerat in Eccleſia, ſeu Cæ-
5 meterio, occidendo ibidem dictum Paulum, nulla præ-
cedente cauſa; & ideò non gaudebat immunitate Eccleſiæ, ex Farin. *de immun. Eccl. c.16. n.205.* Giurb. *conſ.90. n.1. & ſeqq.* Dec. *tract. crim. p.2. lib.6. c.28. n.5.* & ſic Iudex ſecularis potuit dictum reum in Eccleſia cuſtodire,
6 ligare, & compeditare, ne aufugiat, donec cognoſcatur,
an gaudere debeat Clar. *in prax. §. fin. q.30. ſub n.2. verſ. Benè ſolent.* Farin. *de carcer. q.28. n.10.* qui in tractatu *de imm. c.22. n.359.360.* ex Gregoriana conſtitutione dicit ſublatas eſſe DD. cõtrouerſias circa hoc, cùm in ea prouideatur in caſu ſuſpicionis fugæ delinquentis, poſſe
7 abduci ab Eccleſia, & in carceres Epiſcopi reponi, etiam
ibi data opportunâ cuſtodiâ ſæculari, ſi opus erit; vnde ſequitur, quod multò magis poteſt in Eccleſia cuſtodiri, & ligari.

Verumtamen hæc nihil obſtant, quin dictus Commiſſarius, & eius executores ſint excommunicati, cùm violauerint immunitatem Eccleſiaſticam & fecerint actum tyrannicum valdè illicitum, & ſine iuriſdictione, dum in Eccleſia, in qua nullam habebant poteſtatem, auſi ſunt, Rectore etiam reclamante, dictum Petrũ ab altari auellere, ligare, & compeditare, & ſic fuerunt cauſa occaſionata homicidij ſubſequuti in Eccleſia perpetrati in perſonam dicti Petri, & pollutionis eiuſdem Eccleſiæ, quod neq; gentiles auſi fuiſſent; ſiquidẽ Alexander Macedo deſiderans punire ſeruum quendam in aſylo manentem, ad Megabizum litteras dedit, vt illum Templo, ſi queat elicere, corripiat, ſed intra ſacram ædẽ nullam vim afferat, vt ait Plutarchus in vita ipſius.

Nam in primis dici non poteſt, quod dictus Petrus non gauderet immunitate Eccleſiaſtica, neq; id conſtabat, quia non eſt verum, quod ille in Eccleſia, vel Cæmeterio interfecerit dictum Paulum, imò cõſtat ex proceſſu, hæc fuiſſe facta extra muros Cæmeterij. Etenim etiamſi immunitas loci fortè extendatur extra Cæmeterium, imò ſecundùm Canones perueniat vſque ad ſpatium triginta, vel quadraginta paſſuum, adhuc tamen delinquens in loco immuni & ad Eccleſiam pertinente non priuatur immunitate Eccleſiæ, quia Bulla Gregoriana ſpoliat reos immunitate in caſu tantùm,
8 quo aliquem occiderunt, vel mutilauerunt in Eccleſia,
vel eius Cæmeterio, vt legitur *in c. fin. de imm. Eccl.* & *in d. Bulla Greg. in verſ. Q rive homicidia, & mutilationes:* & hoc docent omnes DD. volentes non extendi ad alios caſus, & loca, vt per Farin. *conſ.76. n.7. q.14. lib.1.* & *de imm. Eccl. c.16. n.208. in fin.* Ambroſ. *eod. tract. c.5. ſub n.4. ad fin. verſ. Quibus dictis.* Guaz. *de defenſ. reorum defenſ.*
*1. c.38. n.10. in fin.* Pereg. *de imm. Eccl. c.6. n.23.24.* vbi 9
quod cùm in Bulla excipiantur tantùm homicidia, & mutilationes factæ in Eccleſiæ Cæmeteriis, ſequitur vt in aliis delictis ſeruanda ſit regula immunitatis: hoc idem tenent Suarez *de ſtatu Religionis lib.3. c.11. n.9.* Bo-
nacin. *de legib. ſub tit. de imm. diſp.3. q.7. §.4. n.12.* vbi pul- 10
chrè loquitur, & docet DD. qui aliter ſentiunt, ſcripſiſſe ante Bullam Greg. quæ non eſt trahenda ad caſus non expreſſos in ea, & ideò poſt dictam Bullam Farin. *in praxi q.28. ſub n.53. in fin. in 4. edit.* mutauit ſenten-
tiam, & recedendo ab antiquis, voluit neminem priuari 11
immunitate Eccleſiaſtica niſi ſequatur mors, aut mutilatio in Eccleſia, vel Cæmeterio; pulchrè etiam idẽ docuit Caſtr. Palaus *moral. p.2. de reu. debit. locis ſac. diſput. vnica, punct.10. n.7.* vbi concordat omnia: latè etiã Sperel. *dec.60. n.1.2.3.* & *n.34.* & *dec.61. n.4.6.* Vulp. *in prax. for. Eccl. c.3. n.7.8.* vbi dixit per dictam Bullam caſum eſſe reſtrictum ad homicidia, & membrorum mutilationes in Eccleſia vel Cæmeteriis factas, & ego quoque dixi *controu. for.14. n.10.* & *contr.15. n.2.* Dian. *mor. p.6. tract.1. reſol.7. verſ. vnde:* quem poſt hæc ſcripta vidi.

Neque id abſurdum debet cenſeri, eo quòd in aliis
delictis in Eccleſia perpetratis Reus euadat impunitus, 12
quia non dicimus debere eſſe impunitum, ſed negamus tradendum eſſe Curiæ ſeculari. Poterit autem à foro Eccleſiaſtico extrahi, & congruè puniri, vt per Farin. *de imm. Eccl. d. c.16. n.209.* & ego dixi *in controu. forenſ. 24. n.64.* vbi alios allegaui.

Hinc eſt, quod noſtris temporibus poſt Bullam Gre-
gorianam, etiamſi quis homicidium committat propè 13
Eccleſiam, vel Cæmeterium, non priuatur immunitate Eccleſiaſtica, vt per Farin. *d. conſ.76. n.14.* Bonac. *d. loco, §.4. n.13.* vbi latè reſpondet contrariis. Guaz. *d. defenſ.1. c.38. n.19. ad fin. verſ. Hodie ex Bulla Greg.* pulchrè Sperell. *dec.60. n.10.19.25.26.39. verſ. Hæc enim,* & *n.42.43.* & *dec.61. n.7.* vbi idem probat, etiamſi reus deliquiſſet ſub ſpe immunitatis, quia Bulla excipit tantùm caſum mutilationis, & homicidij in Eccleſia vel Cæmeterio
perpetrati, & non extenditur ad alios caſus; & ideò ſi 14
quis homicidium faceret in Sacriſtia, vbi non celebratur, vel in domo Canonicali, non priuaretur immunitate, quia licèt ſit locus immunis, non eſt tamen Eccleſia: ſic ſentire videtur Petr. Gambacurt. *de imm. Eccl. lib.*
*4. c.11. ſub. n.12. verſ. Si quis verò.* Quod etiam in termi- 15
nis dictæ Bullæ admittit Dian. *mor. p.1. tractat. de imm. 1. reſol.25. verſ. Difficultas,* & *verſ. Hæc opinio.* Et magis clarè, & latè Specul. *d. deciſ.60. n.14.* & *n.39.* & *deciſ.61. n.1.2.3.4.* vbi probat, quod committens homicidium in Sacriſtia, in qua non ſolet celebrari, non eſt priuandus immunitate Eccleſiæ; & propterea dictus Petrus, qui
homicidium fecit extra muros Cæmeterij, gaudere de- 16
bebat dicta immunitate, quia verba Bullæ denotant locum anteriorem, & non comprehendunt exteriorem. Sperell. *d. deciſ.60. n.9.* vbi multos allegat.

Vnde ſequitur, quod dictus Commiſſarius non habebat occaſionem, & non poterat dictum Petrum in
Eccleſia cuſtodire, ligare, aut compeditare; & cùm con- 17
trauenerit, immunitatem Eccleſiæ violauit, ac ſi eum extraxiſſet, & incurrit pœnas *l. fin. rubr. de his, qui ad Eccleſ. confug.* ad textum *in c. definiuit 17. q.4.* & ita eſſe de iure atteſtati ſunt Guid. Pap. *q.121. n.3.* Remig. *de imm. Eccl. ad fin. q.6. ſub n.1.* Farinac. *eod. tract. c.19. n.297.* Dec. *tract. crim. p.2. lib.6. c.27. num.6.* Trullench *mor. p.1. lib.1. c.11. dub.4. n.4.* Guazzin. *de defenſ.1. c.32. n.2.* pulchrè Caſtr. Palaus *d. diſp. vnic. punct.11. num.6.* Bonacin. *de cenſur. in particular. extra Bullam Cœn. Dom. diſp.2. q.3. p.16. §.3. n.5.* vbi vide.

Nec

Nec obſtat,quod in caſibus exceptis de conſuetudi-
ne aliter ſeruetur , adeò vt ſolitum ſit reos in Eccleſia
18 in compedibus ponere, vel cum bona cuſtodia obſer-
uare,donec cognitum fuerit , an gaudere debeant im-
munitate Eccleſiæ,vt teſtatur Clar.in prax.§.fin. q.30.
n.25.verſ.Benè ſolent.Guid.Pap.d.q.121.n.3.verſ.De con-
ſuetudine,Remig.d.q.6.n.2.in fin. & ante Bullam Gre-
gorij ſic tenuit Farin.de carcer.q.28.n.10.

Nam primò reſpondetur hîc non extare talem con-
ſuetudinem,& cùm pluries euenerint caſus huiuſmo-
di , nunquam vidi tantam in miniſtris ſecularibus au-
daciam,vt reos in Eccleſia ligare, vel compeditare auſi
fuerint;& cùm conſuetudo ſit quid facti , non præſu-
19 mitur,niſi legitimè probetur,ad textum in l.in bello , §.
facta,ff.de cap.& poſtlim.reuerſ. Menoch. conſ.37.n.92.
Surd.conſ.354.n.2.Farin.de immun.c.2.n.18.Ambroſ.eod.
tract.c.14.n.4.Bonac.d.diſp.3.q.7. §.6.n.4. Caſtr.Palao
d.diſp.vnica,punct.10. n.2.in fin. Et licèt prædicti DD.
teſtentur de dicta conſuetudine,tamen eis non creditur,
20 niſi probetur, vel ſaltem ſolùm fides eis præſtatur re-
ſpectu loci,in quo moram traxerunt,& practicati ſunt,
vt per Rol.conſ.92.n.22.& conſ.98.n.22.23.lib.4. latè
in hac materia ſic docet Tuſch.pract.concl. lit. I, concl.
59.ſub n.19. vbi multos allegat ; & in terminis etiam
Caſtr.Palao d.diſp.vnica,punct.5.n.6.in fin. Ergo dictus
Petrus neque ex hoc capite poterat in Eccleſia ligari.

Secundò reſpondetur,quod prædicti DD. ante Bul-
lam Gregorianam de tali conſuetudine atteſtantes ,
non dixerunt,quod ſolus Iudex laicus in Eccleſia poſ-
ſit ligare reum in caſibus exceptis, ſed hoc tribuerunt
21 poteſtati vtriuſque Iudicis ſimul, vel , vt plures volue-
runt,hoc incumbere ſoli Iudici Eccleſiaſtico, vel Re-
ctori Eccleſiæ,donec cognoſcatur,an reus gaudere de-
beat immunitate , vt videre eſt apud Remig.d.tr. de im-
mun.q.6.ſub n.2.ibi : per vtrumque Iudicem ; & inferius
dum inquit , quod Prælati malè faciunt , ſi aliter ſer-
uatur.Trullench d.dub.4.n.4.& ſic intelligi debet Guid.
Pap.d.deciſ.121.quem ipſe Remig. allegat,ſic aliter in-
telligi poteſt Clar.dict.q.30.verſ.Benè ſolent,qui ſe fun-
dat in eorum doctrina. Et eodem modo intelligitur
Tuſch.lit.E,concl.10.n.14.vbi hanc curam cuſtodiendi
22 reum in Eccleſia tribuit Iudici Eccleſiaſtico , & dicit ,
quod ſi reus propter hoc aufugeret , Eccleſiaſtici non
eſſent ſine culpa,& per ſuum Superiorem eſſent punien-
di,& clarè hoc docet Farin.de imm.c.19.n.298.vbi hanc
curam tradit Rectori Eccleſiæ , & idem ſentit Peregr.
eod.tract.c.13.n.2. verſ. quod ſi, vbi quod ſi laicus Iudex
23 compeditat reum in Eccleſia de licentia Epiſcopi,eua-
dit pœnas:ergo ſine licentia eas euadere non poteſt;&
ita etiam hanc rem intelligere videtur Guazz. d.defenſ.
1.c.32.n.3.vbi hanc incumbentiam tradit Iudici Eccle-
ſiaſtico.Ergo iſte Commiſſarius, qui ſuo marte ligauit
dictum Petrum in Eccleſia, non poteſt euadere pœnas
ſacrorum Canonum etiam ſequendo opinionem DD.
qui ſcripſerunt ante Bullam Gregorianam.

Tertiò reſpondeo etiam in caſibus exceptis non li-
cere ligare reum in Eccleſia ſine licentia Epiſcopi poſt
Concilium Trid. quo abrogantur omnes conſuetudi-
nes immunitati Eccleſiæ contrariæ , & multò minùs
poſt noſtram Bullam Gregorianam , quæ ſufficienter
prouidit omnibus,& licèt expreſsè non deroget con-
ſuetudini,tamen per æquipollentia verba id facit, tum
propter clauſulam ſublatam,qua tollitur omnis facul-
tas aliter iudicandi,aut interpretandi ; tùm propter de-
24 cretum irritans , contra quod non poteſt allegari con-
trarius vſus, qui corruptela ſolet appellari. Vnde con-
ſuetudo contraria,vel non valet, vel ſublata eſt , vt ad
rem latè ſcripſit Tuſch.lit.I,concl.59.n.18.19.20.21. &
magis in terminis latiſſimè Ambroſin.de immun. Eccl.
c.14.n.4.5.6.7.8.9.& ſeqq. vbi reſpondet contrariis , &
probat non adeſſe talem conſuetudinem , & quatenus
25 adeſſet,eſſe irrationabilem,& inualidam:idem ſentit Fa-
rin.in prax.q.28.n.74.& de imm.c.2.n.5.& c.22.n.359. 26
& conſ.76.n.19.vbi dicit eſſe corruptelam : idem firmat
Mar.Ital.de immun.lib.1.cap.6.in princ. Pereg. eod.tract.
c.16.n.37.verſ.Aut alio,vbi docet per hanc conſtitu-
tionem tolli conſuetudines contrarias:pulchrè Bonac.
d.diſp.3.q.7.§.6.n.4.vbi tollit fundamenta alterius ſen-
tentiæ : & ſic etiam docet Caſtr. Palao mor.p.2. de reu.
deb.locis ſac.diſp.vnica,punct.5.n.6.& punct.10.n.2. verſ.
Sed tenendum.Chartar.deciſ.crim.64.n.3.4.

Nulla ergo adeſt contraria conſuetudo, & ſi adfuiſ-
ſet,fuit ſublata,nec ampliùs poſt dictam Bullam opus
eſt tali remedio ligandi reum in Eccleſia,ne dum diſpu-
tatur,aufugiat,quia ſibi fiſcus ſecularis hoc prætendit,
ſed poteſt ſtatim petere ab Epiſcopo licentiam extra-
hendi reum ab Eccleſia;qua conceſſa,vel etiam negata,
ei licet cum debita modeſtia,& interuentu perſonæ Ec-
cleſiæ reum extrahere, & ad carceres Epiſcopi ducere ,
ibi ſub fida cuſtodia etiam ſæculari detinendum,donec,
&c.vt legitur in dicta Bulla,& tradunt Farin. de carcer.
q.28.n.76.in fin.in 4.edit.vbi recedit à contrariâ opinio-
ne. Ambroſin. d.tract.c.11. per tot.Caſtr. Palaus d.loco,
punct.13.n.5.Vulp.d.c.3.n.32.vbi ponit tenorem Bullæ.

Et ſi diceretur adhuc neceſſarium eſſe tale remedium
ligandi reum in Eccleſia in locis ab Epiſcopo diſtan-
tibus,vt hic eſt Eccleſia Moiæ,ne dum expectatur licen-
tia Epiſcopi,reus aufugiat, Reſpondetur Iudicem lai- 27
cum habere in hoc caſu remedium,quo vtens,non vio-
lat immunitatem Eccleſiæ, cùm prohibet extra locum
ſacrum apponere milites cuſtodientes, qui reum aufu-
gientem arreſtare valeant;hoc enim non eſt Eccleſiam
obſidere,ſed profanum locum obſeruare,dummodò ne-
ceſſaria reo permittantur,ſic tradunt Suarez d. loco lib.
3.c.12.n.4.Ambroſ.d.c.11.num.7.in fin. Farin.de immun.
c.19.n.299.fin.Mar.Ital.d.lib.1.c.6.§.2.n.5. Bonac.d.q.7.
§.5.ſub num.1.verſ.Negandum, Trullench. d.dub.4.n.3.
Caſtr.Palao d.diſp.vnica,punct.11.num.6.in fine. Et ſi di-
ctus Commiſſarius id feciſſet , nihil dolendum reli-
quiſſet,& habuiſſet intentum ſuum , ſi rei fugam tan-
tùm præcauere volebat , & non violare immunitatem
Eccleſiæ,provt fecit.

Cùm igitur quæ diximus , ſi fiant,ſatis ſint ad con-
ſeruandam immunitatem Eccleſiæ , & ad ſecuritatem ,
ne reus aufugiat, certum eſſe concluditur,interim dum
petitur ſententia ab Epiſcopo extrahendi reum,non li-
cere Iudici laico etiam in caſibus exceptis in Eccleſia 28
cuſtodire , ligare, vel compeditare , reprobato Claro,
& aliis contrarium docentibus ; quia Bulla Gregoria-
na obſtat,& dat formam in hoc ſeruandam; à qua non
licet recedere ; & ideò reus in Eccleſia interim liber
remanere debet , nec vlla vis , aut nocibilitas , vel 29
damnum ei inferri debet , quando poſſit etiam per
triginta , vel quadraginta paſſus ab Eccleſia liberè exi-
re,& redire pro ſuis neceſſitatibus , vt probatur in d. l.
præſenti,C.qui ad Eccl. confug. c. diffiniunt , 17. q.4. &
habetur in Concilio Tolet.12.c.19.Suarez d.lib.3.c.2.
num.2.Decian.d.lib.6. c.27. num.6. vbi ait etiam quod
non valeret contraria conſuetudo. Ambroſin. d.tract. 30
c.7. n.7. vbi quod reus non poterit impediri , quin
exeat ad exonorandum corpus : pulchrè Bonacin. d.
q.7.§.5.num.1.verſ.tertius effectus , vbi vide Trullench.
d.dub.4.num.6.Facund.2.p.de præcept. Eccleſiæ,lib.4.c.4.
n.55.videndus Caſtr. Palao d.punct.11.num.6. verſ. Cæ-
terùm,vbi pulchrè probat non licere Iudici laico reum
in Eccleſia compeditare,quia eſt extra eius iuriſdictio- 31
nem,& damnat Clarum aliter de conſuetudine ſentien-
tem : ſic etiam pulchrè docuit Peregr.de immun. Eccl.
cap.13.n.2.vbi reprobat dictum Clarum, cùm per Bul-
lam Gregorianam omnibus ſatis prouiſum ſit:& à for-
tiori hoc probat Zacharias Paſqualig.deciſ.moral.485.
n. .& per totam , vbi probat, quod Princeps non po-
teſt immittere ſatellites , aut milites in loca immunia ,
vt ob metum fugæ inde diſcedant : ergo multò minùs
poterit



poterit reum in Eccleſia compeditare , vel ligare, quia
Reus in Eccleſia debet eſse ſecurus , vt dicit Zachar.
Paſqual. dict.dec.485.n.6.& meliùs Pater Dian. moral.
p.6.tract.1.de immun.reſol.29.verſ.hinc, quem poſt hæc
ſcripta vidi.

Nec obſtat Farinac. de carcerat.quæſt.28.num.10.vbi
ante Bullam Gregorianam videtur tenuiſſe cum Claro,
vt in caſibus exceptis reus in Eccleſia benè cuſtodia-
tur,donec cognoſcatur an gaudere debeat. Nam primò
reſpondetur,quod Farinacius in tract.de immun.cap.19.
num. 298. ſe declarauit quomodo id intellexerit ; non
enim hanc cuſtodiam permittit Iudici Seculari,ſed Re-
ctori Eccleſiæ,qui Reum debeat cuſtodire,ne aufugiat ;
& ſi fugit,tenetur de culpa. Hic autem dictus Commiſ-
ſarius ſuo marte reum ligauit in Eccleſia , & ab altari
euulſit ſine etiam aliqua declaratione , vel proteſtatio-
ne,qua mente id faceret,vt ex actis Curiæ Epiſcopalis,
& poſtquam ligauit , nullum nuntium miſit ad Epiſco-
pum pro licentia obtinenda, neque per literas eum cer-
32 tiorauit. Ergo ad alium malum finem id fecit , vel non
recta intentione,provt euentus comprobauit, dum reus
ligatus, & iniuriis expoſitus in Eccleſia indefenſus fuit
interfectus,in qua neque poterat obſideri, quia obſidio
eſt ſpecies incarcerationis,latè Zachar. Paſq.d.dec.485.
num.4.

Secundò reſpondetur quod Farinaricus d.quæſt.28.
numer.10. non conſentit cum Claro ; ſolùm dicit quod
videatur : imò non videtur recedere à Deciano d.c.27.
num.6. qui docet iudicem laicum non poſſe in Eccle-
ſia reum compeditare ; & propterea cùm Clarus de
conſuetudine teſtans ex Guid. Papæ , & Remig. loqua-
tur de tempore ante Bullam, vt vidimus, eius ſententia
non videtur approbata per Farinacium , qui in tract. de
33 immun. cap.22.num. 359. docuit ſublatas fuiſſe omnes
conſuetudines immunitati Eccleſiæ contrarias , & ideò
idem Farinacius dict. quæſt.28. ſub numer.10. in 4. edi-
tione , habita iam cognitione dictæ Bullæ ad eam ſe re-
mittit ; & ſub num.76. in fine ſatis conſtat mutaſse ſen-
tentiam in hac materia ob Bullam prædictam , quæ ſo-
lùm permittit Iudici laico reum in caſibus exceptis ab
Eccleſia extrahere , & ad carceres Epiſcopi ducere ,
quando idem Epiſcopus denegat licentiam extrahendi,
& recuſat aſſiſtere carcerationi ; ſed hîc neque Epiſco-
pus de licentia fuit requiſitus , nec Rector de cuſtodia
poſtulatus : ergo Commiſſarius prædictus laqueo cen-
ſurarum ſe inuoluit.

Vnde ſimiliter non obſtat Farinacius de immun.c.22.
num.359.360. quia potiùs firmat hanc noſtram ſenten-
tiam dum dicit , quod hodie ſublata eſt omnis contro-
uerſia per dictam Bullam , quæ ſuſtulit conſuetudines
contrarias ; & licèt ſubiungat, quod ad tollendum ab-
34 ſurdum,ne dum inſtatur Epiſcopo pro licentia,reus au-
fugiat , ſtatuitur in dicta Bulla , ſi de fuga dubitetur,
quod reus ab Eccleſia abducatur , & reponatur in car-
ceribus Epiſcopi ſub tuto , & firmo carcere , tamen id
intelligitur fieri poſſe,quando Epiſcopus denegat licen-
tiam extrahendi , provt loquitur ipſa Bulla , in qua ſe
fundat Farinacius , & ſecundùm cuius tenorem non li-
cet Iudici Seculari vnquam reum ab Eccleſia extrahere,
& ad carceres Epiſcopi ducere,niſi denegata ab Epiſco-
po licentia , provt benè hanc rem ſic declarat idem Fa-
rinac.in d.cap.28.n.76.in fin.in 4.editione, & de immun.
cap.22. n.366. docens provt nos loquimur, & congrua
eſt interpretatio,ne Farinacius ſibi, & dictæ Bullæ con-
35 tradicat , quia relatum eſt in referente cum omnibus
ſuis qualitatibus,l.aſſe toto,vbi DD.de hæred.inſtituend.
Soc.Iun. conſ.502.n.23.lib.2. Gabr. conſ.175.n.8.lib.1.
Cartar. dec.5.n.7.

Vnde non currit argumentum ex abdito factum , vt
ſicut ob ſuſpicionem fugæ licet reum ab Eccleſia extra-
here, & ad carceres Epiſcopi ducere , ita & multò ma-
gis liceat eum ligare , quod minus eſt ; quia reſpondeo
argumento à maiori ad minus non currere,niſi retentis 36
iiſdem terminis,eo quod cùm de vno quærimus, cætera
ſupponuntur habilia, l. ſi quæramus,ff.de teſtam. Surdus
conſ.495.n.10.Laderch.conſ.79.ſub num.2.Et ideò ſicut
non licet laico reum ab Eccleſia extrahere, vt ſuprà,
niſi denegata per Epiſcopum licentia,ita non licebit li-
gare,vel compeditare.

Hæc igitur,quæ diximus , vera eſſe cenſeo in caſibus
etiam exceptis,quia extra eos non eſt de prædictis quæ-
rendum,& hodie propter dictam Bullam, quæ facta eſt
ad tollendas quæſtiones DD. ceſsant multæ controuer- 37
ſiæ,& in propoſito, quod olim dubium erat,nunc certū
eſt , quod etiamſi conſtaret notoriè , reum non poſse
gaudere immunitate Eccleſiæ, adhuc ab ea extrahi non
poterit ſine licentia Epiſcopi , & ſeruata forma dictæ
Bullæ,vt per Pract.Archiep. Neapolis cap.22.n.5.verſ.
Et fuit. Dian.mor.p.1.tr.1.de immun. Eccl.reſol.14. Fa-
rinac.d.c.22.n.359. Giurb. conſ.50.n.13. Peregr. de im-
mun.c.14.n.6. in fin. Guazzin. d.defenſ.1.c.31.n.4.verſ.
imò etiamſi. Sperell.dec.48.num.55. & ego quoque dixi
controuerſ.forenſ.10.n.33.

Ex quibus ſatis,conſtat Iudicem laicum non potuiſ- 38
ſe dictum Petrum non ſolùm ab Eccleſia extrahere, ſed
neque etiam in ea ligare,vel compeditare,quia vtrumq;
eſt actus iuriſdictionis , quam non poteſt laicus in Ec-
cleſia exercere,neque contra exiſtentem in ea. Farinac.
de immun.d.c.22.n.356.verſ. Et pro hac. Peregr. d.c.15.
num.25.

Non obſtat vltimum de proceſſu fabricato in Curia 39
ſeculari,quia non fuit exhibitus,nec oſtenſus, & magis
credendum eſt proceſſui Curiæ Epiſcopalis,in qua pro-
betur homicidium à dicto Petro perpetratum fuiſse ad-
miſsum extra parietes dicti Cæmeterij : & quidquid
ſit,certum eſt tamen, quod Epiſcopus, & Iudex Eccle- 40
ſiaſticus non tenetur,imò non debet ſtare proceſſui fori
ſecularis, quia eſt ſuſpectus, cùm tractetur de eius inte-
reſſe, & iuriſdictione. Ideóque Iudex Eccleſiaſticus de-
bet denuo teſtes examinare, & nouas ſumere informa-
tiones. Farinac.dict.conſ.76.num... & dict.cap.22.n.373.
Ambroſin. de immun. Eccleſiæ, cap.11.num.3. Guazzin.
dict.defenſ.1.cap.5.num.1. vbi docet,quod proceſſus Iu-
dicis ſecularis non valet in foro Eccleſiæ neque quoad
negotium principale , neque quoad pœnam contuma-
ciæ ; & magis in terminis idem Guazzin. in d.defenſ.1.
c.31.n.7.verſ.neque Epiſcopus,latè Dian.mor.p.5. de im-
mun. Eccleſiæ,reſol.9.Vulp. in prax.for.Eccl.d.c.3.n.20.
& ego quoque latè dixi d.contr.for.10.n.47.48.vbi mul-
tos adduxi.

Nec obſtat , quod Epiſcopus ſaltem ex vrbanitate
ſtare poſſit proceſſui Iudicis ſecularis fabricato ante
controuerſiam ſuper immunitate , ex Farinac. dict.c.22.
num.375. Nam reſpondetur,quod ſi Curia ſecularis fa-
bricaſſet dictum proceſsum contra dictum Petrum ante-
quam ſe in Eccleſiam reciperet , & ſic priuſquam du- 41
bium oriri potuiſset, an de Immunitate Eccleſiæ foret
controuertendum, vtique tunc talis proceſsus non mo-
dicam faceret fidem , etiam in foro Eccleſiæ , conſulta
tamen Sacra Congreg. & niſi aliud ex proceſſu Iudicis
Eccleſiaſtici reſultaret,vt latè docet Guazzin.defenſ.20.
c.9.n.30. Farin. conſ.168.n.28. in fin.lib.2.& de Immun.
d.c.22.n.375.& ego latè dixi d.contr. forenſ.10.num.351.
verſ. Benè verum eſt. Sed hîc verificari non poteſt hoc
ſuppoſito,quia dictus Petrus perpetrato homicidio,in-
continenti ſe recepit in Eccleſiam,adeò vt Curia ſæcu-
laris non potuerit præuenire cum fabricando priùs
proceſsum, vnde fruſtra hoc motiuum proponitur, ma-
ximè non oſtenſo proceſsu Curiæ ſecularis , & quia ex
actis Curiæ Epiſcopalis probatur ſe veritatem aliter
habere,quàm per dictum D.Aduocatum ſupponitur.

Concludendum eſt igitur dictum Commiſsarium,&
eius homines , executoreſque in prædictis cooperantes
incidiſse in pœnas Sacrorum Canonum,& Bullæ Gre-
gorianæ,

gorianæ, propter actus huiuſmodi tam indebitè in Eccleſia perpetratos,& ideo ipſo facto fuiſſe excommunicatos. Si enim aliquid tentans contra tenorem dictæ Bullæ Gregorianæ ſtatim incurrit in excommunicationem,vt loquitur in ea,& tradit Praxis Archiepiſcopatus
42 Neap.*c.22.ſub n.7.*Farin.*d.tr.de immun.c.20.n.322.* latè Marant.*reſp.88.n.127.128.& ſeqq.p.3.* vbi latè id probat,Peregr.*eod.tr.c.16.n.39.*pulchrè Guazzin.*d.defenſ.1.c.30.num.5.6.* vbi de tentantibus loquitur,& dicit quod etiam obſidentes, & in vinculis, vel compedibus reum in Eccleſia detinentes eaſdem pœnas incurrunt, & ego
43 quoque dixi *d.contr.for.10.n.41.* Tantò magis idem dicendum eſt contra dictum Commiſſarium, & Executores, qui dederunt cauſam alteri homicidio in Eccleſia perpetrato, & pollutioni eiuſdem Eccleſiæ. Et ita, &c. ſaluo, &c. quia prohibetur omnis actio contra immunitatem. Marant. *d.reſp.78.n.146.p.3.*

Nec prædictis obſtat Ioan. Petrus Fontanella *deciſ.200.num.17.18.* poſt hæc ſcripta viſus,qui aliter docet; nã ipſe ſe fundat in obſeruantia Regni Cathaloniæ,quæ fortè ſuſtinetur ex concordatis quæ Regnum illud habet cum Sede Apoſtolica; & propterea *ſub num.4.* dicit,quod in Cathalonia non eſt ſicut in aliis partibus; & ſic ipſe non proponit quæſtionem diſcutiendam ad terminos Bullæ Gregorianæ, de qua nullam facit mentionem,quia in illis partibus fortè non eſt vſu recepta: vnde eſt, quod ſecundùm ius commune ponit rationes pro noſtra ſententia multùm ſtringentes *ſub num.11.12.* ſed illis non reſpondet,& ſe conuertit ad obſeruantiam; quam tamen non eſſe tutum refugium ſuprà fuit oſtenſum, niſi concordata ipſa hoc admitterent. Vnde poſt hæc ſcripta vidi lætus, & cum magno guſtu Patrem Dian. *mor.p.6.tract.1. de immun.reſol.29.verſ. hinc obiter*; vbi in ſpecie multis rationibus damnat dictum Fontanellam, & docet conſuetudinem ligandi reum in Eccleſia eſſe irrationabilem,& non obſeruandam. Ideò cùm ſuperiùs reſponſum ſit omnibus, & ſublata ſint omnia fundamenta contrariæ opinionis, non ſunt attendenda ſcripta per Fontanellam, maximè in noſtris partibus, & verè potiùs abuſus, & correptela dicenda eſt illa, quam Fontanella obſeruantiam appellat. Vnde participato negotio cum S.C. fuit reſponſum, dictum Commiſſarium incidiſſe in cenſuras: & cùm Senatus, ſeu Conſilium Mantuæ has rationes viderit, & conſiderauerit, manus dedit, & reos carceri mancipauit, & poſtea vnà cum Commiſſario ad Epiſcopum remiſit, qui ſeruatis ſeruandis eos ſolemniter abſoluit, pollutamque Eccleſiam reconciliauit, vt fieri per eum poſſe inferius oſtendam, & maximè vbi conſtat non ex contemptu contraueniſſe, ſed quia putabant ſic fieri poſſe.

Verùm quia Fontanella fortè cognouit non ſatis eius opinionem fundatam eſſe, addidit aliam deciſionem, quæ eſt 201. vbi latiùs eandem materiam pertractat,& ſatis minuit iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & immunitatem,nec curat de ſententiis aliorum,& communibus, & adhæret opinionibus ſingularibus, & quandoque reprobatis,& quæ ipſe vidit fieri ad fauorem fori ſæcularis à miniſtris laicis, pro legitimè facto habet,& ſupponit; & tamen ſicut dicitur, non quid Romæ factum ſit, ſed quod fieri debuit, ſpectandum eſt, ad textum *in*
44 *l.ſed licet,ff.de off.præſ.* Menoch.*conſ.510.num.7.* & ego dixi *contr.for.38.n.40.* ita, & multò magis dici poteſt, non eſſe inſpiciendum, quid factum ſit Barcinone, vel in Regno Cathaloniæ,ſed quid faciendum eſſet: Regij enim illi miniſtri multa ſibi vſurpant, & de facto procedunt ſub prætextu, quod ita interſit Reipublicæ; & Eccleſiaſtici non audent illis reſiſtere, & ſic tranſit in abuſum,& corruptelam,quod ipſi poſtea obſeruantiam, & conſuetudinem appellant; & Deus ſcit, quomodo eorum conſcientiæ conſulant; ſæpe enim tempore mortis aperiunt oculos, & meliùs vident ad quæ nunc cæcutiunt, & pœnitet eos quæritaſſe opiniones contra Eccleſiam, & eius immunitatem, vt benè quidem ad rem noſtram docet, & exemplum ponit Sperell. *deciſ.42.numer.7.8.* vbi vide, quoniam pulchrè docet etiam in dubio ſequendam eſſe opinionem, quæ immunitati Eccleſiæ fauet, adeò vt Conſiliarios Principis non excuſet etiam opinio probabilis, quin incurrant cenſuras.

Cum igitur Fontanell. *dict. deciſ.201.* perſiſtat in ea opinione, vt laicus Iudex poſſit in Eccleſia compeditare reum ad cuſtodiam, donec informationes fuerint ſumptæ, videns, quod de iure non poteſt ſuam ſuſtinere ſententiam, dicit ſe nolle diſputare de iuſtitia harum opinionum mero iure inſpecto, ſed ſolùm defendere ſuam praxim bono publico conferentem, ne delicta remaneant impunita, quia iſtæ materiæ multoties habent plus de conſuetudine, quàm de iure, & hoc firmat auctoritate Couar. *var. reſol. libro 2. capite 20. num.4.* vbi dicit conſuetudinem potiſſimùm eſſe inſpiciendam.

Sed reſpondendum eſt quod Fontanella hallucinatur, & toto cœlo errat, quia in rebus ſpiritualibus, &
Eccleſiaſticis ſeruandæ ſunt conſtitutiones Apoſtolicæ 45
ab his,qui Catholicam fidem profitentur, & ab omnibus obediendum eſt Pontifici, & eius ordinationibus, *cap. ſolitæ*, vbi DD. *de maiorit. & obedient.* vnde Fontanella non poteſt ſuo marte recuſare diſputationem de iure, prout facit, alioquin pugnaret cum mandatis Eccleſiæ,& Summi Pontificis,quibus libertas, immunitas, & iuriſdictio Eccleſiaſtica fulcitur,adeo vt etiam Regalis, & Imperatoria Maieſtas illi ſubiaceat,vt *in dict. cap. ſolitæ*; vide ad rem Dian. *moral.p.6.tract.1.reſol.2.verſ. hinc obiter.*

Neque recurrendum eſt ad conſuetudinem,quam eſſe reprobatam,& irrationabilem,vbi contradicit immuni-
tati, & libertati Eccleſiaſticæ, & ideò non eſſe atten- 46
dendam,communis eſt DD. ſententia,*c.qualiter,& quando*,vbi Abb.*n.7. de iud.c.1.de conſuetud.*Soc.*in cap.ſi quis Clericus,n.28.c.ſanè,n.10.de for. cõpetent.* latiſſimè Sperell.*dec.37.n.41.42.43.44.45.& ſeqq.*vbi pulchrè probat tales conſuetudines tã iure Ciuili, quàm Canonico eſſe reprobatas, & inualidas, nec habere vim tituli,aut priuilegij,nec ius aliquod tribuere,ſiue ſint introductæ, ſiue introducendæ, quia lex, & canon ſemper ei reſiſtit,
& impedit eius ortum, adeò vt hæc non ſit dicenda 47
conſuetudo, ſed frequentia peccandi, per quam peccatum non excuſatur, ſed augetur. Pariſ. *conſ.27. n.53.& ſeqq.lib.1.*Suar.*in defenſ.fidei, lib.4.c.34.n.12.* Sperell.*d.dec.37.n.49.*Ambroſin.*de immun. Eccl.d.c.14.n.4.5.6.7.* Farin.*conſ.76.n.19.*& ſuperiùs ſatis monſtraui inualiditatem talis conſuetudinis, vnde non repeto: ſed recurratur ad Bonac.*in tract.de cenſur.in particular.extr.Bullam Cœn. Domini, diſp.2.q.3. punct.16.§.15.n.3.4.* vbi ſatisfacit optimè huic motiuo: & Dian.*mor.p.6.tr.1. de immun. Eccl.reſol.29.* poſt hæc ſcripta viſus.

Nec obſtat Couar. *dict.cap.20.num.4.* tum ex prædictis,tum quia loquitur in ſatis diuerſo caſu,quærens an hoſpitalia gaudeant immunitate Eccleſiæ, & dicit inſpiciendam eſſe conſuetudinem, ſi dubium eſt; quia cùm adſint hoſpitalia ſæcularia ſine Epiſcopi auctoritate erecta,in eis conſuetudo locum habere poterit: ſed verè Couar.loquitur ante Bullam Gregorianam,& Concilium Trid. à quibus derogatur cuicumque conſuetudini natæ,& naſcendæ cum decreto irritanti, vt non liceat modò conſuetudinem allegare,vt vidimus ſuprà,& ſatisfacit Bonac. *d.punct.16.§.15.n.3.4.* Dian. latè *d.reſol.29.* vbi reſoluit omnia.

Verùm quia quotannis innouatur,& publicatur Bulla Cœnæ Domini,quæ tollit,& deſtruit omnes conſuetudines omnium ferè actuum, per quos contra libertatẽ, immunitatem,& iuriſdictionẽ Eccleſiaſticã particulares præſcriptiones introduci poſſunt, ceſſat omnis difficultas,quia hac annua derogatione ſtante non poteſt da-
48 ri aliqua conſuetudo, etiam modici temporis; & conſuetudine non obſtante fulminantur excommunicationes in ea contentæ:ergo nulla conſuetudo, vel obſeruantia legitima dari poteſt, vt poſt multos tradunt Graſſ.*de eff.Cler.eff.3.n.118.*Marth.*de iuriſd. p.4.caſ.11.n.56.*Bonacin.*de reſtit.diſp.2.punct.2.n.9.*Duard.*in Bullam Cœn. Domin.lib.2.can.19.q.8.n.25.*pulchrè Sperell.*d.deciſ.37.n.48.*vbi vide: tantò ergo grauius eſt peccatum miniſtrorum Regis, quantò diutius in tali mala conſuetudine perſeuerant, *c. fin.de conſuet. c. ſunt quidam,25.q.1.*Pariſ.*d.conſ.27. n.53.* ad rem Euerard. *conſ.42.ad fin.*Sperell.*d.deciſ.38.n.49.*Chartar.*dec.crim. 64. n.3.4.*Dian.*d.reſ.29.*in terminis vide Bonac.*de cenſur.in particular.diſp.2.q.3.punct.16.§.14.n.2.*vbi pulchrè.

Non obſtat quod dicit Fontanella *d. deciſ. 201. n.1.* his temporibus ſacros Canones non eſſe extendendos, cùm oporteat audaciam reprimere eorum, qui paſſim crimina hac immunitate freti committunt, ex Clar. *in prax.§.fin.q.30.n.3.verſ.huiuſmodi.*

Nam reſpondetur,quod in materia fauorabili,qualis eſt iſta pro Eccleſia & eius libertate,etiamſi eſſet exor-
49 bitans,fit extenſio extenſio ex identitate rationis: gloſſa *in l.illud,in fin.C.de ſacroſ.Eccleſ.* & *in l.vnic. C. de his quæ ante apert.tab.*Iaſ.*in l.qui exceptionem, n.1. in primo not.ff.de cond.indeb.*Marſil.*in pract.crim.§. aggredior, n.64.*Rol.*conſ.72.n.68.lib.1.*Honded.*conſ.95. n.30. lib.1.* & poſt mulos latè Farinac.*fragm.p.1.verb.extenſio,n.79.80.81.82.& ſeqq.*

Sed verè hæc non poteſt dici extenſio, ſed eſt comprehenſio, quæ nunquam prohibetur; vidimus enim Canones, qui vetant aliquid nocibilitatis, vel damni afferri confugientibus ad Eccleſiam, adeò, vt eis etiam licere debeat liberè exire ad neceſſaria naturæ; ſub quibus verbis nemo ſanæ mentis negabit contineri, & comprehendi illum, qui velit ligare,vel compeditare exiſtentem in Eccleſia: quid enim nocibilius poteſt illi contingere, quàm illum priuare libertate, & exponere etiam illum aliis periculis, prout euenit in caſu noſtro, dum ſic ligatus fuit in Eccleſia miſerabiliter interemptus abſque eo, quod potuerit præcauere, vel ſe defendere: hæc igitur propriè non eſt extenſio: & ſi etiam dicamus extenſionem eſſe,ea ſem-
50 per eſt permiſſa etiam in odioſis, & pœnalibus, ad caſum ſeu perſonam ſub generalitate verborum comprehenſam,ad textum *in cap. ſi quam, de ſent. excommunicat. l. cum legè*,vbi Aret. *de teſtam.* gloſſa *in cap. contra Chriſtianos,de hæret. in 6.* Dec.*in l. factum ſuum, §. in pœnalibus, in prima limit.de reg. iur.* Calder.*conſ.24. de præb.* & *conſ.1. de conſang.* Tiraq. *in l.ſi vnquam, in præfat.n.119.verſ.& hæc, C.de reuoc. don.* Crauet. *de antiq.tempor.p.4.in princ.n.155.* Tiraq. iterum *de legib. connub.gl.7.num.91.*& *de vtroque retract.tit.1. §.1.gl.14. n.102.*Farinac.*fragm.p.1.verb.extenſio,num.152.*vbi pulchrè loquitur.

Non obſtat,quod hæc opinio,vt confugiens ad Eccleſiam non poſſit in ea ligari,vel compeditari, nullo iure,ciuili,vel canonico ſit expreſsè deciſa, ſed tantùm opinionibus Doctorum ſuffulta, vt inquit Fontanell. *dict.deciſ.201.num.4.5.*

Nam reſpondetur ad hoc, vt quid in iure dicatur expreſſum, non eſſe neceſſe, vt in indiuiduo de eo fiat mentio,alioquin rarò aliquid diceretur in iure expreſ-
51 ſum, ſed ſatis eſt, quod ſub genere contineatur, vel comprehendatur,quia tunc ſatis expreſſum dici poteſt, ad textum *in l.ſi duo, in fin.*vbi Bart.*ff. de adm. tut. l. ſi chorus,de legat.3.l.qui vſumfructum,de verbor.oblig.*Bald. Aret. & Imol. *in l. illud, de acquirend. hær.* Bald. & Ang. *in l. omnes, C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* Aret. *in leg. qui liberis, §.hæc verba, de vulg. & pupill.* & *in l.fideiuſſor, §.meminiſſe,de leg.1.*Tiraquell.*de legib. connub.dict.gl.7.numer.86.& ſeqq.* Farinac. *d.loco,n.153.* ſed ſatis vidimus hunc caſum ſub generalitate verborum eſſe à ſacris Canonibus, & legibus definitum, ideò ſatis quoque dicitur in iure expreſſum. Caſtr. Pallau.*mor.part.2. de reuerent. debita locis ſacris, diſp.vnic. punct.11.n.6.*

Et dato, & quod hæc ſententia tantùm Doctorum opinionibus eſſet ſuffulta, quantùm communis, eſt à pleriſque recepta,vt vidimus,& ſequenda, tam in iudi-
cando,quàm in conſulendo,etiamſi deficiat lex,vel ca- 52
non,& qui contrarium facit,ponit ſe in diſcrimine fori,& animæ,vt probatur per textum *in l.1. ff. de off. quæſtor. in verb. crebrior apud veteres opiniones, leg. ſi idem,in fin.verſ.quod Caſſio,ff.de iuriſd. om.iud.* Roman. *conſ.239.n.2.verſ.quidquid,*Anan.*conſ.28.n.3.verſ.circa ſecundum.* Alex.*conſ.55.n.14.*& *n.34.lib.4.*& *conſ.51.n.5. verſ.quia ſufficit,eod.lib.* Alciat.*de præſ.reg.1.præſ.51. n.2.* Decian.*conſil.111.n.17.lib.1.*Marcab.*conſ.66. num.442.* Rol.*conſ.16.n.23 lib.3.*& ita omnes ſentiunt.

Non obſtat allegatum inconueniens, ne delicta remaneant impunita, quia quando verſamur in caſibus exceptis, vel prætendit ſaltem fiſcus adeſſe caſum exceptum, Bulla prouidet ſufficienter, vt reus de licentia Epiſcopi extrahatur, & ducatur ad carceres Epiſcopales cuſtodiendus, donec cognitum fuerit, an verè delictum exceptum commiſerit; & ſic non indigemus illo remedio, quod reus in Eccleſia ligetur, aut compeditetur: ſi verò verſamur in caſibus non exceptis, nemo dolere poteſt, quod tam iura ciuilia, quàm canonica conceſſerint immunitatem confugientibus ad Eccleſias, quia hoc fuit ſemper obſeruatum, etiam apud antiquos, & Gentiles, vt probatum eſt exemplo Alexandri Magni, & tradunt DD. *in capit. nouerit, de ſentent.excommunicat.*& *in c. inter alia,de immunit. Eccleſ.*

Hinc cognoſcitur,quomodo perperam ſenſerit Fontanella, qui non audet contradicere inualidam eſſe conſuetudinem immunitati, & libertati Eccleſiæ contrariam, & fugit hanc diſputationem, & nimis reſtringit, & ſuo marte interpretatur iura de hac immunitate loquentia; adeò vt verum ſit, quod ſi Bulla Gregoriana non fuiſſet in illis partibus recepta ab initio, adhuc eſſet neceſſe illam conſeruare, non obſtante longi temporis curſu, vt per Bonacin. *de cenſur. in particular. diſput.2. quæſt.3. punct.16. §.15.num.3.4.*vbi ſatisfacit. Dian. *dict. reſolut.29.* ſed adhuc iure communi, & virtute Canonum, & Concil. Trident. ſatis probatum eſt, non licere laicis ligare in Eccleſia confugientem ad eam, & propterea non poſſunt ſuſtineri cætera, quæ tradit idem Fontanella, dicens obſeruari in practica, quod Officiales ſæculares transferant reos prædictos ab vna Eccleſia ad aliam, vt ſecuriùs cuſtodiantur, donec fiant diligentiæ, vel etiam ligentur; & quod ſæpè Prorex fecit extrahere tales reos ab vna Eccleſia, & ducere ad carceres Epiſcopales; quod vltimum fuit quidem minus malum, ſed ſine licentia Epiſcopi fieri non poterat; primum autem eſt peſſimum, vt per Dian.*mor.part.6.tract. primo,reſol.29.* vbi reprobat dictum Fontanellam, ex cuius etiam dictis apparet fuiſſe diuerſimodè obſeruatum; & ideò ſequitur, quod ea non poſſit dici conſuetudo, quæ actus requirit vniformes; & propterea potiùs dicen-
dum eſt fuiſſe de facto proceſſum nullo iuris ordine 53
ſeruato, & aduerſus Canonum diſpoſitionem,cùm certum ſit non licere laicis aliquam in Eccleſia Dei exercere iuriſdictionem,vt habetur *in cap.primo, de immun. Eccleſ.*& *in capit.2.eod.tit.in 6.*ad rem Farinac. *in tract. de immun.cap.16.n.148.*Dian.*mor.p.3.tract.1. de immun. Eccleſ.reſolut.8.verſ.ſed negatiuam.*Ant.Fab.*in ſuo Cod. lib.1.tit.4.de his,qui ad Eccl. confug. defin. vnic. num.3.* Caſtr.Pallau.*mor.p.2.de reuer.deb.loc.ſacr.diſp.vnic.part.3.n.1.2.*& *p.11. n.6.* vbi latè pro nobis facit, & tollit contraria.

Sed ſic eſt, quod capere, arreſtare, ligare, vel compeditare aliquem in Eccleſia Dei, maximè inuito, vel inſcio Epiſcopo, eſt actus iuriſdictionis, quam laicus exercet in Eccleſia, vt ſine dubio de ſe patet: ergo erit actus illicitus, & tyrannicus, cui rationi non reſpondet Fontanella, licet eam viderit, & pro motiuo adduxerit *in d. deciſ.*200.*n.*12.13. Vnde conſtat eius deciſionem fuiſſe fundatã ſuper potentia miniſtrorũ Regis, qui ſuo marte talia peragunt, ſed Deum habebunt vltorem fortè etiam in hac vita, quia Deus non obliuiſcitur iniurias Eccleſiæ ſuæ factas, & taciturnitas Eccleſiaſticorum non eſt apta ad aliquem conſenſum eliciendum, quia metu ſilent, & potentiam laicorum perhorreſcunt, ad rem vide Marant.*d.reſp.*88.*num.*146.*p.*3.

Vtique non damno, neque nego, quin aliquando ſit bonum, & vtile Reipublicæ tales facinoroſos homines ab Eccleſiis eiicere, vel etiam carcerare, dum Eccleſia abutuntur, & pro azylo iniquitatum illis ſeruit, & noctu exeunt ad maleficia, & poſteà recepti in loco ſacro non erubeſcunt ſe oſtendere Principi tranſeunti viſibiles, & contemptibiles, ſed id fiat per inuocationem brachij Eccleſiaſtici, & totum remittatur prouiſioni Epiſcopi, ad cuius iuriſdictionem Eccleſia pertinet; ipſe enim conſtito ſibi de prædictis, ſi non erunt talia, vt poſſit eos tradere Curiæ ſæculari, ſaltem in ſuis carceribus eos mancipare poterit, & opportunum adhibere remedium, & ita non violabitur immunitas Eccleſiaſtica, quam Imperatores etiam in obſequio habuerunt, adeò vt Honorius reum læſæ Maieſtatis ſanxerit eſſe, qui ad Sacroſanctas Eccleſias confugientes abducere tentauerit, vt *in l.* 2. *C. de his, qui ad Eccl. confug.* Ambroſ. *de immun. Eccl. cap.*1.*n.*2. & paſſim apud omnes eſt vulgatum.

---

# CAPVT CLV.

## EPITOME.

Miniſtri laici extrahentes per vim reos confugientes ad Eccleſiam, à quo poſſint abſolui, & quid obſeruare debeant.

## SVMMARIVM.

1 *Cenſura non dicitur reſeruata Pontifici, niſi expreſsè reſeruetur.*
2 *Cenſura contra offendentes libertatem Eccleſiæ eſt reſeruata Pontifici.*
3 *Abſolutio violationis Eccleſiæ eſt reſeruata Papæ.*
4 *Extrahentes aliquem ab Eccleſia ſunt ipſo facto excommunicati.*
5 *Violatores immunitatis Eccleſiaſticæ incidunt in Bullam Cœnæ Domini.*
6 *Epiſcopus non poteſt abſoluere extrahentes per vim aliquem ab Eccleſia.*
7 *Abſoluere violatores immunitatis Eccleſiæ ſolus Papa poteſt.*
8 *Cenſuram non incurrit, qui neſcit eam, licèt ſciat factum eſſe prohibitum.*
9 *Ignorantia excuſat ab incurſu cenſurarum.*
10 *Abſoluere poſſe pendet etiam à conſuetudine.*
11 *Ordinarius ſemper poteſt abſoluere, quando Papa ſibi non reſeruat.*
12 *Qualitas quando in referente non includatur.*
13 *Epiſcopus poteſt abſoluere extrahentes aliquem ab Eccleſia.*
14 *Extrahens ab Eccleſia non incidit in excommunicationem Papæ reſeruatam.*
15 *Opinio probabilis excuſat omiſſa probabiliori.*
16 *Doctor cenſetur ſequi opinionem, quam vltimo loco retulit.*
17 *Confeſſarius tenetur ſequi opinionem pœnitentis probabilem.*
18 *Immunitas, & libertas Eccleſiaſtica quomodo differant.*
19 *Cenſuræ contra violatores libertatis Eccleſiæ non afficiunt violatores immunitatis.*
20 *Violatores libertatis Eccleſiæ incidunt in Bullam Cœnæ Domini.*
21 *Cenſura contra extrahentes ab Eccleſia non eſt Papæ reſeruata.*
22 *Relatum in referente non includitur expreſsè, ſed tacitè.*
23 *Decretum Clem. VIII. de caſibus reſeruatis quomodo intelligatur.*
24 *Abſolutio à caſibus reſeruatis non permittitur etiam in caſu dubio.*
25 *Literæ quædam Eminentiſſimi Cardinalis Galli declarantur.*
26 *Decreta Sacr. Congr. non obligant, niſi conſtet de eis authenticè.*
27 *Verbum*, præſumpſerit, *importat dolum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

PRoſequendo eandem materiam, & caſum, in quo
fuit quæſitum, & diſputatum, an Epiſcopus potuerit
abſoluere iudicem ſæcularem, vel alios miniſtros
laicos, qui inciderunt in excommunicationem
latam in Bulla Gregoriana, extrahendo delinquentes
ab Eccleſia ſine licentia Epiſcopi; vel potiùs ſit caſus
Sedi Apoſtolicæ reſeruatus. Ratio dubitandi eſt,
quia Pontifex in dicta Bulla ſibi non reſeruat ab- 1
ſolutionem à cenſura, & ideò videtur non poſſe dici
fuiſſe reſeruatam, per textum *in cap. nuper, de ſent. excommunicat.*

Verumtamen in hoc puncto plerique ſentire videntur
ſolum Pontificem Maximum poſſe abſoluere à tali
cenſura, quæ reſeruata ei videtur, tum vigore extrau.
Paul. II. *de pœnit. & remiſſ. cap.*3. *inter extrauag.
communes*, vbi inter caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruatos
numeratur offenſa facta libertati Eccleſiaſticæ: tum 2
decreto Clem. VIII. dat. Romæ die 9. Ianuarij 1601.
cum declaratione eiuſdem ſub die 26. Nouembris
1602. quod fuit innouatum à Paulo V. ſub die 7.
Ianuarij 1617. vt apud Lauor. *in tract. de Indulg. &
Iubileo, part.*2. *cap.*27. vbi prohibetur quibuſcunque
Confeſſariis abſolutio plurium caſuum Sedi
Apoſtolicæ reſeruatorum, & præcipuè eorum qui
continentur in Bulla Cœn. Domini clarè, vel du- 3
biè; & violationis immunitatis Eccleſiæ in terminis
dictæ Bullæ Gregorianæ, & hoc videtur fuiſſe de
mente S. Congr. vt ex literis Eminentiſſimi Cardinalis
Galli datis ſub die 2. Martij 1611. de quibus apud
P. Dian. *mor. p.*6. *tract.*1. *reſolut.*34. *ad fin.* quem poſt hæc
ſcripta vidi.

Et id confirmari videtur ex ipſa Bulla Gregoriana
decernente, vt ei contrauenientes non ſolùm ipſo facto
ſint excommunicati, ſed etiam incurrant omnes
cenſuras promulgatas aduersùs violatores libertatis 4
Eccleſiæ, ſed ſic eſt, quod in Bulla Cœn. Domini violantes
libertatem Eccleſiaſticam ſunt excommunicati,
& non poſſunt abſolui, niſi à S. Pontifice, vt legitur in
ea: ergo etiam in terminis Bullæ Gregorianæ ſolus
Pontifex poterit contrauenientes ei abſoluere, & ideò
non licebit Ordinario eos abſoluere, qui de facto ali- 5
quem ab Eccleſia extraxerunt, quia violantes immunitatem
Eccleſiarum incidunt in cenſuras Cœnæ Domini,
vt docuit Ioan. Bapt. Scortia *in Bull. Pontif. epitom.*
152. *theorem.*387. cui adhærere videtur P. Dian. *d. reſ.*34.
*ad fin. verſ. deſinam.*

Vnde



Vnde plurimi conuenerunt in hanc ſententiam, vt
nullus Epiſcopus, vel Ordinarius poſſit abſoluere con-
6 trauenientes dictæ Bullæ Gregorianæ, ſiue extrahendo,
ſiue mandando, ſiue alio modo, quia continet caſum
Papæ reſeruatum: ſic latè docent Mar. Ital. *tract. de imm.
Eccl. c.*6. §. 2. *num.*3. Farin. *eod. tract. c.*20. *n.*315. vbi redarguit
aliter ſentientes. Duard. *in Bull. Cœn. Domini,
can.*15. *quæſt.*16. *num.*19. Philiuc. *mor. tom. primo, tract.*15.
*c.*6. *num.*155. Lauor. *d. tract. de Indulg. & Iubil. p.*2. *c.*21.
*n.*90. Quarant. *in ſumm. Bullar. in verb. caſus reſeruati*, latè
Peregr. *de immunit. Eccl. c.*15. *num.*9. *verſ. ſed contra,
num.*10.11. *& ſeqq.* vbi videtur reſoluere omnia: Pater
Dian. *mor. p.*6. *tract.*1. *reſol.*34. *verſ. & tandem*: & ego
quoque *contr. for.*10. *n.*38.39. ſequutus ſum hanc ſententiam,
& adduxi etiam litteras S.C. datas ſub die xv.
7 Martij 1629. quibus Epiſcopis omnibus præſcribitur,
ne abſoluant violatores immunitatis Eccleſiaſticæ
etiam in caſu dubio, imò idem P. Dian. *mor. p.*1. *tract.*1.
*de immun. Eccleſ. reſolut.*41. teſtatur Reuerendiſſimum
Coccinum Decanum Rotæ Romanæ, & Regentem
ſacræ Pœnitentiariæ ſibi dixiſſe ita reſolutum fuiſſe in
ea, & Paulum Quintum annuiſſe tali deciſioni, & hanc
opinionem puto eſſe veram, & valde probabilem, adeò
vt qui eam ſequantur, errare non poſſint, quia etiam
tutior eſt, vt inquit Bonacin. *de cenſur. in partic. diſp.*2.
*q.*3. *p.*16. §. 16. *n.*2. *in fin.* & ideò ante factum hanc potiùs
eſſe conſulendam cenſeo, niſi in caſu occulto, vel
vbi periculum ſit in mora, vel in ignorante; qui non
aduertit ad iſtas cenſuras; & ſic quando verſamur in
caſu aliquo modo excuſante à cenſura, velut ignorantia,
quæ ſæpe cadit etiam in viris alioquin non imperitis,
ſed in materiis Eccleſiaſticis parum verſatis, velut
ſi quis ſciat quidem aliquod delictum eſſe ab Eccleſia
8 prohibitum, ſed neſcit fuiſſe prohibitum ſub cenſura,
non incurrit cenſuram, ſi illud committat, vt per Nauar.
*in Manual. c.*27. *num.*274. Sanchez *de matrim. lib.*9.
*diſp.*32. *num.*13. & *num.*17.18. vbi de reſeruatione ad
propoſitum loquitur. Coninch. *tom.*2. *diſp.*3. *dub.*10.
*num.*90. Suarez *diſp.*4. *ſect.*9. *num.*19. Filliuc. *mor. tract.*
11. *cap.*8. *quæſt.*11. *n.*257. Salas *de legib. diſp.*15. *ſect.*9.
*n.*113. Bonac. *de cenſ. in genere, diſp.*1. *quæſt.*2. *p.*1. *propoſ.*
3. *n.*13. Pater Lugo *de Sacram. Pœnit. diſp.*20. *ſect.*2. *n.*11.
vbi de ignorantibus reſeruationem pœnalem, quod eſt
fortius: pulchrè Pater Dian. *mor. p.*3. *tract.*5. *miſc. reſol.*
12. *verſ. notandum eſt*, vbi benè hoc docet de omnibus
cenſuris etiamſi ignorantia ſit vincibilis; ideò ex hoc
9 ſolùm poteſt defendi ille Prælatus, qui reos prædictos
abſoluit potiùs ad cautelam, quia omnes erant ignorantes,
& ruſtici, neque ſciebant cenſuram incurri per
eos, qui tales extractiones ab Eccleſia feciſſent; & dato
etiam, quod ſcirent ſe malè facere, & cenſuram incurrere,
quia tamen ignorabant cenſuræ reſeruationem, potuerunt
abſolui, quia ex ignorantia excuſantur à reſeruatione,
vt latè per Sanchez *de matrimon. lib.*9. *diſp.*32.
*n.*18. Belloch. *de caſ. reſer. part.*2. *quæſt.*4. *n.*112. *& ſeqq.* &
*n.*522.523.

Veruntamen non puto damnandos eſſe eos Ordinarios,
qui abſoluunt eos malefactores, qui etiam
ſcienter extrahunt ab Eccleſia ad eam confugientes,
facta tamen reſtitutione perſonæ, & damnorum, ſi
poſſibilis eſt, quia valdè etiam probabilis eſt altera
ſententia, vt abſolutio à tali excommunicatione
non ſit ſoli Pontifici reſeruata, & ideò poteſt ſectari
tam in foro externo, quàm in foro conſcientiæ, &
pœnitentiæ, maximè ab illis, qui ſoliti ſunt abſoluere,
& exiſtunt in hac quaſi poſſeſſione; cùm ſtandum
ſit conſuetudini, maximè in partibus à Roma diſtantibus,
adeò vt qui ſolent abſoluere, abſoluant; qui non
10 ſolent abſtineant; præcipuè in partibus Romæ propinquis,
vt in ſimili dixit Molfeſ. *in ſum. tract.*8. *c.*19. *n.*24.
*in fin.* dummodò extractio non fuiſſet facta vi alicuius
legis, vel ſtatuti laicorum, quia tunc eſſet caſus Bullæ
Cœnæ Domini; ſed ſi de facto laici miniſtri, vel alij
extraxerunt reum ab Eccleſia, grauiter quidem peccant,
& ſunt ipſo facto excommunicati vigore dictæ Bullæ
Gregorianæ; verùm ab Ordinario, vel à Confeſſario
ab eo deputato poſſunt abſolui publicè, vel priuatim
reſpectu fori externi, facta reſtitutione perſonæ, &
damnorum; & audiui Ieſuitas viros ſapientiſſimos, &
alios Theologos hanc doctrinam docentes, & conſulentes,
& practicantes: & ratio eſt, quia nullibi reperitur
in iure, quod hæc cenſura fuerit Papæ reſeruata:
ergo Ordinario cenſetur abſoluendi facultas permiſſa,
quia quotieſcunque Pontifex ſibi non reſeruat abſolutionem
excommunicationis ab eo latæ, Epiſcopus, & 11
Ordinarius poſſunt ab ea abſoluere, ad textum *in dict.
cap. nuper*, vbi DD. communiter, *de ſentent. excommun.*
Prax. Archiep. Neapolit. *cap.*18. *num.*4. & *num.*12. &
reddit rationes, & dicit, quod qualitas requirens ſpecialem
mentionem, provt eſt abſolutio, quæ debet expreſ- 12
sè reſeruari Papæ, non includitur in diſpoſitione referente,
niſi exprimatur, ad textum *in cap. pen. de iureiur.*
ſic Gratian. *diſc.*414. *n.*12.13. Fontanell. *deciſ.*201. *in fin.*
Caſtr. Pallau. *mor. p.*2. *de reuerent. deb. loc. ſacr. diſp. vnic.
p.*12. *num.*7. *in fin.* & ideò erit caſus reſeruatus reſpectu
confeſſariorum, non reſpectu Epiſcopi: ſic ait pulchrè
Fr. Franciſcus Bordonus *var. reſolut. lib.*1. *cap.*1. *num.*16.
quem vidi poſt hæc ſcripta.

Et propterea Neoterici DD. magis communiter ſentire
videntur, quod ſi miniſtri laici de facto extrahunt
ab Eccleſia reum abſque eo, quod præcedat ſtatutum,
vel ordinatio legalis laicorum, non incidunt in Bullam
Cœnæ Domini, ſed tantùm in Bullam Gregorianam,
quæ abſolutionem non reſeruat; & ideò facta reſtitutione,
vt ſupra, ſi pœniteat facti, vt decet, poteſt ab-
ſolui ab Epiſcopis, & Ordinariis, eorumve Vicariis 13
ſpecialiter deputatis, & valida erit abſolutio impoſitis
pœnitentiis ſalutaribus, quia talis abſolutio non eſt
Papæ reſeruata: ſic per doctrinam Socin. *in cap. nouerit,
n.*5. *verſ. & ex prædictis; de ſent. excommunicat.* Vgolin.
*de cenſur. Pont. reſeru. verſ. nec non, qui ſtat. p.*2. §. 4. *verſic.
quintò excommunicationem, fol.*388. Prax. Archiep. Neapolit.
*d. cap.*18. *n.*4.12. vbi docet, & eum ſequitur Guaz.
*de defenſ. reorum defenſ.*1. *c.*30. *num.*8. pulchrè etiam
Gratian. *diſcept. forenſ.*414. *num.*4. 12.13.14. vbi hanc
rem ſic declarat, & poſt Altern. *in Bullam Cœnæ Domini,
can.*15. *cap.*3. *colum.*2. *verſ. animaduertendum*, &
*column.*5. *verſ. fecerint*, dixit Duard. *in eandem Bullam,
dict. can.*15. *quæſt.*28. *num.*15. vbi tradit, extrahentem ab 14
Eccleſia reum qui ad eam confugerat, non incidere in
excommunicationem reſeruatam in dicta Bulla Cœnæ:
ſic etiam Graff. *tom. primo, lib.*3. *conſ. vnic. num.*26.
*in fin. de immun. Eccl.* Bellet. *diſq. cler. tit. de fau. cler. real.*
§. 4. *num.*39. Rainer. *in catalog. cenſur. c.*9. *excommunic.*31.
P. Megal. *inſt. confeſſ. p.*3. *lib.*4. *c.*2. *q.*1. *num.*34. Barboſ. *de
off. Epiſc. p.*3. *alleg.*51. *n.*72. Homobon. *de exam. Ecc. p.*2.
*tract.*11. *cap.*12. *quæſt.*26. *ſupp.*3. Ricc. *in prax. for. Eccl.
p.*2. *reſol.*33. *num.*1. pulchrè Dian. *mor. p.*1. *de immunit.
Eccl. reſolut.*41. *verſ. ſed hac opinione*, vbi ponit reſponſiones
ad contraria. Bonac. *de legib. diſp.*3. *q.*7. §. 6. *n.*8.
& *in tract. de cenſur. in partic. extr. Bullam Cœnæ Domini,
diſp.*2. *quæſt.*3. *punct.*16. §. 16. *num.*2. vbi pulchrè
hanc opinionem docet eſſe probabilem, & reſpondet
contrariis: latè etiam, & pulchrè Caſtr. Pallau. *mor. p.*2.
*de reu. deb. loc. ſacr. diſput. vnic. p.*12. *num.*7. vbi tollit
contraria. Fontanell. *deciſ.*201. *num.*16.17. pulchrè Bordon.
*var. reſol. lib.*1. *cap.*1. *num.*16. Trullench. *mor. part.*1.
*lib.*1. *cap.*11. *dub.*5. *num.*4 ex quibus apparet hanc eſſe
modernorum magis communem ſententiam, cui adhærere
nullum erit inconueniens; imò ſæpè vtile pro
quiete conſcientiæ, & ad tollendos ſcrupulos, & adiuuandos
pœnitentes, qui, vt plurimum, omitterent
recurſum ad Pontificem ex difficultatibus itinerum,
& expenſarum; & ideò ſi obſeruentur obſeruanda, de

quibus Chartar.*deciſ.*64. per totam,licebit ſequi hanc opinionem probabilẽ, quæ habet pro ſe rationes rele-
15 uantes, quia probabilis opinio excuſat, omiſſa etiam probabiliori:ſic Pater Dian.*mor.part.*1.*tract.*13. *reſol.*1. *verſ.ſed communiter,& reſol.*3.*verſ.dico igitur*: vbi plurimos congerit.Paſqualig. *deciſ.mor.*26. *n.*3.4.5. & ſic tenet Bordon.*d.c.*1.*n.*16. vbi docet quoad Religioſos nullam adeſſe reſeruationem; reſpectu verò laicorum ſolos Epiſcopos poſſe abſoluere,non ſimplices confeſſarios.

Et quamuis Pater Diana mutauerit ſententiam,& dixerit me me non benè allegaſſe eum pro hac parte, vt videre eſt apud eum *part.*5.*tract.*1.*reſol.*34.*verſ.dico igitur*,tamen non video, quomodo in hoc me reprehendat,ſiquidem ipſe Dian.*d.p.*1.*tract.*1.*reſolut.vlt. verſ.ſed hac opin.*tradit hanc ſententiam,firmat eam doctoribus, & doctrinis,& reſpondet ad contraria;& quamuis non ſe declaret apertè,quam ſententiam teneat, tamen hæc ſufficiunt ad credendum ipſum tranſiſſe in hanc opi-
16 nionem,quam vltimo loco retuli, ex Iaſ.*in leg.ſi idem,* §.*ſi vna,n.*3.*ff.de iuriſd.omn.iud.*Bald.*conſ.*47.*in fin.lib.*4. Alex.*conſ.*164.*n.*2.*lib.*2.& *conſ.*65.*n.*32.*lib.*4.Dec.*conſ.* 1.*n.*158.*lib.*2.& *conſ.*56.*n.*8.*lib.*3.Mangil.*de euiction.q.* 74.*n.*14.ideò alij videant, an rectè ipſum allegauerim: ſatis igitur erit oſtendiſſe hanc ſententiam eſſe valdè probabilem, quam poſt factum conſulerem, & etiam ante factum,pro eis, qui ſunt in quaſi poſſeſſione ab-
17 ſoluendi. Et ſi confeſſarius tenetur ſequi opinionem pœnitentis etiam minùs probabilem, latè Pater Dian. *mor.p.*1.*tract.*13.*reſol.*11.vbi multos allegat,non video, quomodo id poſſit denegari pœnitenti,in hoc caſu ita ſentienti, & propterea hanc ſententiam eſſe probabilem latè docet Trullench *moral.part.*1.*lib.*1.*cap.*11.*dub.* 5.*n.*4.quem poſt hæc ſcripta vidi.

Non obſtat extrauagans Pauli II. quia in ea ſolùm reſeruatur generaliter abſolutio violationis libertatis
18 Eccleſiaſticæ,ſub qua propriè immunitas non comprehenditur,quia libertas refertur ad perſonas,immunitas ad locum,& ideò cenſuræ latæ contra violatores liber-
19 tatis Eccleſiæ, non comprehendunt violatores immunitatis:ſic poſt Couar.*variar.reſol.lib.*2.*c.*20.*n.*1.Villagut.*de extenſ.leg. c.fin. ſub n.*3.Farin.*de immun.c.*1.*n.*4. Mar.Ital.*eod.tract.lib.*1.*c.*6.§.2.*n.*6.*& ſeqq.vſque ad n.*19. dixit pulchrè Caſtr.Pallau.*mor.p.*2.*d.diſp.vnic.p.*12.*n.*7. *verſ. nam in extrauaganti*: & ita etiam ſentire videtur Bonac.*de cenſ. in part.diſp.*2.*q.*3.*p.*16.§.16. *n.*2.*verſ.ad ſecundum*:vbi diſtinguitur caſus violatæ libertatis à violata immunitate, & hunc non eſſe reſeruatum reſpectu Epiſcoporum docet, & concedit Epiſcopos poſſe abſoluere, non inferiores Sacerdotes. Bordon. *d. c.*1. *n.*14.16.

Benè igitur dicunt non obſtare Bullam Cœnæ Domini eadem ratione,quia in canone 15.illius non fer-
20 tur cenſura aduerſus violatores immunitatis,ſed libertatis Eccleſiæ,vt per Caſtr.Pallau.*d.p.*12.*n.*7.*verſ.minùs*: & ita etiam ſentire videtur Molfeſ.*in ſum.p.*1. *tract.*7. *c.*18.*n.*14.vbi tradit differentiam inter conſtitutionem Gregorianam,& Bullam Cœnæ Domini, dicens quod illa reſpicit loca ſacra,vt inde non extrahantur delinquentes; ſed Bulla Cœnæ Domini reſpicit immunitatem perſonarum Eccleſiaſticarum:ergo ab vna non poteſt inferri ad aliam; tam enim in canone 15.quàm in canone 18. Bullæ Cœnæ Domini habetur ſermo tantùm de libertate perſonarum, non de immunitate locorum.

Deinde reſpondetur in dicta Bulla Cœn. Domini, *can.*15. excommunicari ſtatuentes contra libertatem Eccleſiæ;non enim omnes violantes talem libertatem in eo canone excommunicantur, ideò vt incurratur excommunicatio dicti canonis, neceſſe eſt, vt præcedat ſtatutum,vel ordinatio,cuius vigore ſi fieret extractio, tunc eſſet caſus Bullæ Cœnæ Domini:verùm ſi abſque ſtatuto ſolùm de facto quis extraheretur ab Eccleſia, extrahens non incurreret in cenſuram Papæ reſerua- 21
tam:ſic Prax.Archiep.Neap. *d. c.*18. *n.*4.*verſ.prætereà*, Gratian.*d.diſcept.*414.*n.*4.Duard.*d.can.*15.*q.*28.*num.*15. Dian.*d.reſol.*41.*verſ.ad ſecundum.* Bonac.*d.q.*3.*p.*16. §. 16.*n.*2.*verſ.ad ſecundum*:Fontanell.*d.deciſ.*201.*n.*18.19. Trullench *d.dub.*5.*n.*4.

Tertiò reſpondetur, eſto quod in Bulla Gregoriana afficiantur cenſuris violantes immunitatem Eccleſiaſticam,latis in Bulla Cœnæ Domini *can.*15.vel *can.*18. contra violatores libertatis Eccleſiaſticæ, inde non ſequitur cenſuras Bullæ Gregorianæ habere eandem qualitatem reſeruationis, & abſolutionis, quæ eſt in Bulla Cœnæ Domini, quia Greg.XIV. in ea expreſsè non renouat etiam reſeruationem, provt neceſſe erat, quia reſeruatio nunquam cenſetur facta, niſi expreſsè dicatur,*d.c.nuper,de ſententia excomm.* nam relatum in referente non includitur expreſsè,ſed tacite,*dict. c.ſen.* 22
*de iureiur.*Prax. Arch.*d.c.*18.*n.*4.Pallau.*d.p.*12.*n.*8.*in fin.* Gratian.*d.reſol.*414.*n.*12.13. ergo cenſuræ dictæ Bullæ Gregorianæ remanent ſine reſeruatione.

Non obſtat decretum Clem. VIII. quia in eo non eſt ſermo de Epiſcopis,ſed ſolùm interdicitur Confeſſariis,ne virtute priuilegiorum à Sede Apoſtolica conceſſorum audeant abſoluere à caſibus Cœnæ Domini, & cenſuris aliàs reſeruatis tam Pontifici, quàm Ordinario.Vnde in illo decreto non intendit Pontifex Or- 23
dinariis facultatem abſoluendi minuere,ſed potiùs augere, vel conſeruare; & ſic illud decretum intelligitur de confeſſariis, qui prætextu facultatum abſoluebant: ſic Prax. Archiep. *d.c.*18.*n.*12. Dian. *dict. reſol.*41. *ad fin.* Bonacin.*d.*§.16.*num.*2.Pallau.*dict.p.*12.*num.*7.*verſ. in decreto autem*,Trullench.*d.dub.*5.*n.*4.

Non obſtant litteræ S.C. ſcriptæ ab Eminentiſſimo Cardinali Bandino,ſub die 15.Martij 1620. vbi præcipitur moneri Confeſſarios, ne quemquam abſoluant ob violatam immunitatem, vel libertatem Eccleſiaſti- 24
cam in caſu dubio, vel claro; quia ſicut non poſſunt abſoluere in caſibus claris, contentis in Bulla Cœnæ Domini,& in extrauaganti,*Etſi Dominici*,& aliis conſtitutionibus Apoſtolicis;ita non poſſunt abſoluere in caſu dubio:nam reſpondetur dictas litteras nouum ius non inducere,& æſtimo eſſe intelligendas iuxta decretum,& declarationem prædictam Clem. VIII. in quo ſimiliter vetatur Confeſſariis abſoluere à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis,tam in caſu claro,quàm dubio,vt apud Quarant.*in d. verb. caſus reſeruati*, Lauor. *de Indulg.& Iubil.p.*2.*c.*28.*ſub n.*16.Pallau. *d. p.*12. *n.*7.*verſ. item neque*;dictæ enim litteræ videntur reuocare diſpoſitionem dicti decreti, non aliquid noui inducere, & propterea operatur ſuum effectum quoad Confeſſarios inferiores,non quoad Ordinarios. Prax.Arch. Neap.*d. c.*18.*n.*12.ſalua tamen veriori interpretatione S. C. cui me ſubmitto.

Non obſtant litteræ dicti Eminentiſſimi Galli, datæ ſub die 2. Martij 1611. quæ loquuntur in termi- 25
nis Bullæ Greg. XIV. ad Epiſcopum Liparenſem, dicendo: *Auertendola però, ch'ella non douea aſſoluere il detto Capitano, e ſbirri da le cenſure incorſe per detta eſtrattione, porciochè queſto toccaua à queſta S. Sede.* Nam ſaluo iudicio eiuſdem Sedis Apoſtolicæ poteſt reſponderi dictas litteras in hac parte non continere aliquod decretum, vel declarationem S. C. non enim dicit Eminentiſſimus Gallus ita cenſuiſſe, & decreuiſſe illos Eminentiſſimos Patres, ſed exprimunt quandam admonitionem ab eo factam dicto Epiſcopo, quia fortè ille ſic ſentiebat, & opinionem contra Ordinarios tenebat, ideò valet eius ſententia ſicut opinio vnius Doctoris Eminentiſſimi. Paſqualig. *deciſ. moral.*85. *numero ſeptimo, verſ.tum etiam*; non tamen credo verba huiuſmodi vim legis poſſe habere; & quatenus aliter dicendum eſſet,





poteſt replicari non conſtare authenticè, quod S. C. ita decreuerit,ſeu declarauerit; & tamen certum eſt ex
26 mentè eiuſdem Sacræ congregationis, talia decreta fidem non mereri, niſi de eis authenticè conſter, ex decreto Sanctiſſimi Vrbani VIII. ſub die 2. Auguſt.1631. in ordine ad aliam declarationem Sacræ Congregat. factam ſub die 29. Aprilis 1621. Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccl.lib.*1.*c.*4. *num.*83. *verſic. verùm*, Paſqualig. *deciſ. mor.*85.*num.*7. & *deciſ.*86.*num.*13. Dian.*mor.p.*1.*tract.*6. *de paupert. relig.reſol.*32. *verſ.reſtat modò*, & non ſunt nota omnibus, ideò hæc ſententia tanquam probabiliſſima poteſt amplexari in practica,& maximè poſt factum,& etiam ante factum à ſolito abſoluere, & multò magis ſi abſoluendus ſit ignarus cenſuræ, vel reſer-
27 uationis,aut ſine dolo,quia fortè extraxerit ſine malitia credens id fieri poſſe; tunc enim poterit abſolui ſine dubio,& ab Ordinario,quia verbum, *Præſumpſerit*, in Bulla Gregoriana poſitum dolum requirit,ex Belloch. *de caſ.reſeruat.p.*2.*q.*8.*num.*32.ſic docet Duard. *in Bull. Cœn. Domini,d.can.*15.*q.*16.*n.*19. *in fin.*& *n.*20.vbi hoc intelligit facta reſtitutione.Mar.Ital.*d.lib.*1.*c.*6.§.2.*n.*88. *& ſeqq.* & ita ſentio,non obſtantibus deductis per P. Dian.*d.p.*6.*tr.*1.*reſ.*34.*verſ. dico igitur*, quia hoc ſolùm intendimus probare, quod hæc ſit opinio probabilis, quam ſequi in practica non ſit damnabile: me tamen ſubiicio iudicio S. Romanæ Eccleſiæ, in omnibus, & per omnia,& eiuſdem S.C.à quo nunquam diſcedere velle intendo.

---

# CAPVT CLVI.

## EPITOME.

Depoſitarius an teneatur de caſu fortuito,& quando furtum probetur iuramento damnum paſſi.

## SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius tenetur rem reſtituere ſummariè.*
2 *Depoſitarius Generalis tenetur de omni caſu, quia eſt dominus.*
3 *Depoſitarius ſpeciei tenetur probare rem fuiſſe deperditam.*
4 *Depoſitario non creditur iuranti ſibi rem fuiſſe ablatam.*
5 *Depoſitarius non tenetur,niſi de dolo,& lata culpa.*
6 *Depoſitum ſi ſit gratia dantis, non tenetur quis niſi de dolo,& lata culpa.*
7 *Depoſitarius non tenetur de caſ. fortuito.*
8 *Depoſitum pecuniæ numeratæ aſſimilatur mutuo.*
9 *Periculum pecuniæ numeratæ ſpectat ad depoſitarium.*
10 *Depoſitum pecuniæ numeratæ, quando remaneat depoſitum.*
11 *Depoſitum præſumitur factum gratiâ dantis.*
12 *Pecunia numerata non ſemper transfertur dominium.*
13 *Depoſitum ſi ſiat, vt tantundem reddatur, transfertur dominium.*
14 *Depoſitarius ſi cœpit vti pecunia depoſitata, tenetur de caſu fortuito.*
15 *Depoſiti actio datur antequam depoſitarius vtatur pecunia depoſitata.*
16 *Depoſitarius an teneatur pecuniam abſcondere.*
17 *Dolus,& lata culpa ſolum veniunt in depoſito.*
18 *Depoſitario viro bono creditur cum iuramento ſi dicat rem furto ſublatam, & quando.*
19 *Furtum in genere quomodo probetur,& ad quid proſit hac probatio.*
20 *Iuramentum depoſitarij, rem fuiſſe ablatam non admittitur.*
21 *Furtum probare in genere,& per coniecturas quando proſit.*
22 *Teſtes contrarij in ſubſtantia perſonarum non poſſunt concordari.*
23 *Teſtium dicta debent benignè concordari etiam vt probent.*
24 *Concordia teſtium admittit etiam multiplicationem actuum.*
25 *Teſtes diuerſi in perſona occiſoris, quomodo concordentur.*
26 *Teſtes ſingulares quando admittantur.*
27 *Singularitas obſtatiua quando non tollat penitus fidem teſtibus.*
28 *Teſtes debent coadiuuari.*
29 *Teſtes contrarij repelluntur.*
30 *Teſtis domeſticus,& pauper non probat.*
31 *Teſtes, qui patiuntur plures defectus, nihil probant.*
32 *Teſtium duo tantum defectus tollunt eis fidem, & quando.*
33 *Teſtium dicta quomodo referantur,ne videantur contraria.*
34 *Teſtium concordia ad quem finem facienda.*
35 *Teſtium contrarietas quando non noceat.*
36 *Teſtes dicuntur concordes in minori ſumma.*
37 *Teſtes domeſtici quando fidem faciant.*
38 *Pauper quis dicatur,& quam fidem faciat.*
39 *Teſtis vilis quomodo probet.*
40 *Teſtis conſanguineus quando fidem faciat.*
41 *Teſtes inhabiles quam fidem faciant.*
42 *Furtum in genere probatur ex querimonia furtum paſſi.*
43 *Furtum in genere probatur per famam.*
44 *Scriptura priuata etiam non recognita facit aliquam præſumptionem.*
45 *Furtum probatur ex qualitate negotij.*
46 *Iuramentum viri boni probat rem ſibi fuiſſe furto ſublatam.*
47 *Religioſus præſumitur vir bonus.*
48 *Iuramentum non poteſt deferri ex officio.*
49 *Defenſio probatur etiam per dubias probationes, & minùs legitimas.*
50 *Defenſio probatur coniecturis,& præſumptionibus.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Mirandula quærebatur an R. D. Pius Bochius Rector Eccleſiæ Mortizzoni teneretur reſtituere D. Eliſæo Carrandino Mutinenſi ſcuta circiter tercentum in manibus eius depoſitata ad finem, vt dicebatur,ea ſoluendi poſt certum tempus alteri perſonæ, & dubium erat, quia cùm eſſent in loco campeſtri, tàm dictus D. Eliſæus, quàm ille tertius, cum armatis acceſſerunt ad dictum Rectorem nihil talia cogitantem, & facto depoſito receſſit D. Carrandinus cum ſuis, & ibi remanſit ſine cauſa ille tertius vſque ad noctem, & ſub prætextu erroris induxit dictum Rectorem ad iterum numerandam pecuniam, & ea numerata recuſauit reſtitutionem, & abiit compulſo Rectore ad eumdum ſecum quaſi ad Carrandinum acceſſuri, ſed dimiſſo in via Rectore per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.

Et ſanè videbatur dicendum, quod dictus Rector teneretur ad reſtitutionẽ depoſiti, quia recognouit ſcripturam ſuæ confeſſionis,& certum eſt, quod depoſita- 1
rius ſummariè cogendus eſt ad reſtitutionẽ rei, vel pecuniæ, quam recepit,ad textum *in l.*1.§.*eſt autem*, *ff.de poſit.l.*1.§.*is quoque,ff.de act.& oblig.*& §.*præterea, Inſt. quibus mod.re contr.oblig.* nec poteſt ſe excuſare, quod res depoſita fuerit ſibi ablata, vel amiſſa:tum quia cùm

pecunia non fuerit obſignatè depoſita, cenſetur ei da-
ta facultas ea vtendi,& ſic remanſit debitor generis ,
non ſpeciei , quo caſu res perit debitori. Gomez va-
2 riar.reſolut. tomo 2. cap.7. num.3.verſic. quod ſubintelli-
ge. Gabriel. de reb.credit. concluſione 2. numer.2. 6. 12.
Cyriac. controuerſ.442. num.19. Tuſch. pract. concluſ.
littera D, concluſ.205. numero 8. Rota apud Farinac.
deciſ. 102. numero ſeptimo , part.ſecunda, vbi dicit ,
quod depoſitum factum de pecunia numerata retinet
naturam mutui ; & ideò eſt periculum debitoris : tum
quia depoſitarius etiam ſpeciei tenetur probare rem de-
3 poſitam fuiſſe ſublatam , vel deperditam , ad textum
in leg.ſi creditor, vbi DD. Cod.de pignorat. act. & in §.
fin.vbi gloſſa in verb.fortuitò,Inſt.quibus mod.re contrah.
oblig.Caſtr.conſil.201.numero 5. verſic. præſumitur,libro
primo. Cranet.conſil.112. numero primo,lib.5. Natt.con-
ſil.131. numero primo , lib.1. Honded.conſilio 43.n.10.
lib.2. Marc.Antonin.reſol.41. num.19. lib.2. adeò vt
non ſit ſtandum iuramento depoſitarij dicentis rem
ſibi fuiſſe ſublatam , vel deperditam. Maſcard. de pro-
4 bat.concluſ.829. numer.9. Farinac. de Curt. quæſt.169.
num.28.

His tamen non obſtantibus cenſui dictum Recto-
rem eſſe abſoluendum à petitis,quia poſt depoſitum fa-
ctum,& diſceſſum Carrandini,quaſi incontinenti, ſci-
licet eadem die, pecuniæ depoſitatæ fuerunt dicto Re-
ctori ablatæ ab iiſdem perſonis,quæ fuerunt præſentes
5 depoſito,& erant cum dicto Carrandino à principio ,
& poſteà ſub prætextu erroris induxerunt Rectorem
ad iterum numerandam pecuniam , & poſtea noluе-
runt eam reſtituere eidem ; quia certum eſt depoſita-
rium non teneri niſi de dolo , & lata culpa , vt pro-
bat textus in leg.1. Cod.de depoſit. leg.ſi ſine dolo , ff.
eodem , & §. itaque Inſt.quibus mod.re contrahitur oblig.
6 idque maximè procedit quando depoſitum fit ſolùm
gratiâ dantis , vt hîc ; tunc enim ſine dubio depoſita-
rius tenetur ſolùm de dolo , & lata culpa,ad textum in
leg.quod Nerua,ff.depoſit.Gomez.variar.reſol.tom.2.c.7.
n.3.in fin.Cyriac.controu.forenſ.442.num.21. Farinac. de
7 furt.quæſt.169.n.17.Tuſch.littera D,concluſ.205.num.3.
& ideò non tenetur de caſu fortuito , l. contractus,ff.de
regul.iur.l.1.C.depoſit. Tuſch.d. concl.205. numero 5.la-
tiſſimè Cyriac.dict.contr. for.442. n.14.15.16. & ſeqq.
lib.3.

Nec obſtat, quod pecunia depoſitata fuerit numera-
ta,& ad numerum tradita,quo caſu transfertur Domi-
8 nium in recipientem,& dicitur depoſitum irregulare ,
quod eſt ad inſtar mutui. & aſſumit eius naturam, quia
transfertur dominium in depoſitarium , Bartol. in leg.
incendium , ff. ſi cert. pet. & in l.fin.C.depoſit. Dec. in l.
cùm quid , col.pen. vbi Alexand. num.13.& Socin. n.11.
ff ſi cert. pet. Iaſ. in leg. eius qui,5.quod ſi,ff.eodem. Ale-
xand. conſilio 80. num.4. libro 3. Decian. conſilio 116.
numero tertio , verſic. & de tali , Cephal. conſil.603.
numer.41. Honded. conſilio 43. num.15. lib.2. Rim.
Iun. conſ.60.n.38.& conſilio 152.num.44.lib.2. Gabriel
de rebus cred. concluſ.2.num.8. latè Sperell.deciſ.29.n.8.
9 26.27.& ſic videtur periculum caſus fortuiti ſpectare
ad depoſitarium,vt factum dominum pecuniæ nume-
ratæ , in manibus eius depoſitatæ, l.pignus , de pignor.
act. Iaſ. in leg.ſi quis, columm.fin.ff.ſi cert.pet. Surd con-
ſilio 39. numero 3.Honded.conſilio 43. per totum , lib.2.
Gabr. dict. concluſ.2. numero 9. Sperell. dict. deciſ.29.
num.30. Ludouiſ. deciſ.146. numero decimoſexto , de-
cimoſeptimo.

Quia reſpondetur multis modis , & primò id non
procedere quando fit depoſitum gratiâ dantis tantùm,
& non recipientis , velut ſi fieret depoſitum penes di-
uitem,& non mercatorem,quem non eſt veriſimile pe-
cunias mutuò accepiſſe;tunc enim adhuc remanet de-
poſitum , etiamſi pecunia numerata non deponatur in
ſacculo obſignata:& contraria procedunt ſi fiat depo-
ſitum penes pauperem, vel mercatorem, qui ſolent vti
pecuniis ; tunc intrat veriſimilitudo mutui , quia taci-
tè videtur data poteſtas vtendi pecuniis ; quod in caſu
noſtro non habet locum, vbi depoſitum fit gratiâ tan-
tùm deponentis,& non eſt data poteſtas vtendi pecu- 10
niis,& depoſitarius eſt diues, & non negotiatur , quo
caſu non transfertur dominium pecuniæ depoſitatæ
etiam ad numerum,& adhuc remanet depoſitum : ſic
probat textus in leg. certi condictio , §.fin.ff. ſi cert. pet.
ſi benè inducatur, vt per Gabr. dict. concluſione ſecun-
da,n.6. & facit ad rem gloſſa in leg. die ſponſaliorum,
§.1.verb.condemnatus , ff. depoſ. Bald. in leg. incendium,
Cod.ſi cert.pet. vbi Salic.pulchrè ſic diſtinguere videtur,
vt ſuprà diximus.Caſtrenſ.in l.Lucius,vbi DD.ff. depo-
ſit.Dec.in l.cùm quid,vbi Purpur. ff.ſi cert. pet. & ſic di-
ſtinguit etiam Gabriel.d.concluſione 2.n.18.& ſic etiam
tenet Gratian. diſcept. forenſ.174. num.8. vbi docet ,
quod in contrarium adducta procedunt , vbicunque
numeraretur pecunia perſonæ indigenti , non autem
mercatori,vel diuiti,& opulento, quem non eſt veriſi- 11
mile pecuniam mutuò accepturum,& ideo quamuis pe-
cunia ſit data ad numerum , tamen adhuc dicitur data
ex cauſa depoſiti , & non mutui,& præſumitur factum
eſſe depoſitum gratiâ dantis , & non recipientis : ſic
etiam comprobat Mantic. de tacit. & ambig. conuent.
lib.10.tit.9.num.29.30.31.vbi loquitur in terminis no-
ſtris de pecunia numerata ex cauſa depoſiti apud diui-
tem,vt non tranſeat in mutuum , & non transferatur
dominium , & reſpondet contrariis , quem ſequitur
Beltram. ad Ludouiſ. deciſ.146. num.8. vbi etiam pul-
chrè dicit ex numeratione non inferri per neceſſe ad
tranſlationem dominij , quia numeratio ſæpe fit ad
ſciendum , quantum ſit depoſitum : ſic etiam pulchrè 12
Cyriac. contr. forenſ. 442. num.20.21. libro 3. vbi ſic
diſtinguit , vt ſuprà dictum eſt de diuite , & indigen-
te : & ſi qua eſt difficultas , vt pecunia ad numerum
poſitata fiat depoſitarij , eam admittit in campſori-
bus,qui de conſuetudine ſolent vti pecuniâ depoſitata;
loquens tamen de bancheriis , & campſoribus,quia in
aliis mercatoribus diuitibus id non eſſet præſumen-
dum,in idem etiam conſentit Sperell. deciſ.29. numero
decimoquarto , decimoquinto, decimoſexto , vbi ſimili-
ter diſtinguit de diuite,& paupere depoſitario.Cùm er-
go ſatis probatum ſit,dictum Rectorem eſſe diuitem,&
depoſitum ſit factum tantùm gratiâ deponentis,etiam-
ſi pecunia fuerit numerata,& non obſignata,adhuc di-
citur depoſitum , & non fuit tranſlatum dominium in
depoſitarium , qui non præſumitur voluiſſe pecuniam
mutuò accipere , & maximè quia paulò poſt pecunia
erat alteri tradenda , & ſic oportebat quod eſſet ſemper
in promptu.

Sicut ergo partes dixerunt ſe deponere , ita depoſi-
tum ſimplex cenſendum eſt , non obſtante numera-
tione ; quod maximè dicendum eſt in caſu noſtro,vbi
depoſitum non legitur fuiſſe factum , vt tantundem 13
redderetur ; nam ſi adeſſet hoc pactum , tunc benè
diceretur facta numeratio , vt dominium transferre-
tur. Dec. in dict. leg. contractus , numero octauo , de re-
gulis iuris. Roman. conſilio 500. numero ſeptimo , Rot.
apud Pacific. de Saluian. interdict. deciſione centeſima
trigeſima ſecunda , numero ſexto, Mantic. de tac. & am-
big.conuent.libro decimo , tit. nono, ſub numero trigeſimo-
ſecundo, Beltram. ad Ludouiſ.dict. deciſione 146. num.8.
in fin.

Deinde reſpondetur,quod numeratio pecuniæ depo-
ſitatæ tunc facit tranſire depoſitum in mutuum,& dat
dominium pecuniæ;& ſic periculum incipit eſſe depo-
ſitarij, quando ille cœpit vti pecuniâ , & in vſus ſuos 14
conuertere , & ſaltem tacitè actum eſt , vt pecunia vti
poſſit. Mantic. dict. lib.10. titul.9. num.33. 34. verùm
ſi depoſitarius non eſt vſus pecuniâ , nec cœpit ea
vti, & pecunia non ſit loco mota , adeò vt eadem ſit,
quæ



quæ fuit numerata,& caſu fortuito ſine culpa depoſita-
rij pereat,adhuc dicitur verè depoſitum, & cùm non ſit
certum,an depoſitarius voluerit pecuniâ vti,periculum
15 ad eum non pertinet,ſed ad deponentem,quia antequam
pecunia vtatur,integra remanet actio depoſiti : ſic pro-
bat textus in l.1.§.eleganter,verſ. ſi pecunia,ff.depoſit.vbi
in verbis id videtur exprimi, & ad rem textus in l.quod
ſi ab initio,vbi DD. ff. ſi cert.pet. Bartol.in l.indebiti,§.
ſed ſi nummi,verſ.quæritur,vbi Alex.& Iaſ.ff.de condict.
indeb. Butigel.in l. ſi quis nec cauſam,n.12.verſ. in quan-
tum, ff. ſi cert. pet. & hoc modo opiniones concordat
idem de Butigel.in l. ſi quis nec cauſam,num.12.verſ. in
quantum, ff. ſi cert.pet.& hoc modo opiniones concor-
dat etiam Gabriel. de rebus cred.d.concl.2.num.10.Man-
tic.de tac.& amb.conuent.lib.10.titul.9.num.28.in fin.&
n.34.verſ.aliud eſt.Cyriac.d.controu.442.n.20.lib.2.Sed
iſte Rector non eſt vſus iſta pecunia , nec conſtat ha-
buiſſe animum ea vtendi , nec veriſimile eſt fuiſſe vſu-
rum, quia locuples eſt,& non indigebat illa,& depoſi-
tùm erat factum gratiâ tantùm dantis ; imò eadem die
fuit ei ſublata eademmet pecunia ; ergo non tenetur de
caſu iſto.Mantic.dict.lib.10.tit.9.n.8.26.Cyriac. d.con-
trou.442.n.20.

Nec obſtat , quod prædictus Rector videatur eſſe in
culpa, quia debebat pecuniam abſcondere, & reſiſtere,
& alias diligentias facere,quia reſpondetur ad hoc non
fuiſſe obligatum ; nec enim tenebatur ſe periculo ex-
16 ponere inter tot armatos : et ſi hæc eſſet culpa,non po-
teſt eſſe niſi leuis,aut leuiſſima,de qua non tenetur de-
poſitarius,cùm ſolum obligetur ex dolo,vel lata culpa,
l.1.§.is quoque,il 2.ff.de act. & oblig.l.5.vt certo,§.nunc
17 videndum, ff. commod.l. quod Nerua,l.planè, ff. depoſit.
lege prima, Cod.eod.l.magna negligentia, ff.de verb.ſign.
Ioan.Bonif. in tract.de furt.§.tota,vel etiam,num.58.vbi
dicit eum eſſe tutum , qui rem parum cuſtoditam amit-
tit , & deponens ſibi imputet , qui eligit depoſitarium
imprudentem.

Tota igitur difficultas in hoc conſiſtit , an verè fur-
tum,& caſus fortuitus fuerit probatus ? In quo dicen-
dum eſt ſatis fuiſſe probata omnia,& animaduertendũ,
quod hîc non tractatur de furto criminaliter ad pœnam
reo infligendam , ſed ciuiliter per modum exceptionis,
& ad finem tantùm , vt depoſitarius liberetur ab obli-
gatione reſtituendi ; quo caſu leuiores ſufficiunt pro-
bationes, & non eſt neceſſe probare furtum, vel caſum
fortuitum in ſpecie , cùm ſatis ſit de eo conſtare in ge-
nere , ſaltem per coniecturas , & præſumptiones , quia
tunc ſtandum erit aſſertioni depoſitarij iurantis , ſi eſt
vir legalis, & bonæ vitæ , rem depoſitatam fuiſſe in eo
18 furto ablatam,vel eo caſu amiſſam,vt per textum in l.ſi
de poſſeſſione,Cod.de probat.l.quoties,C. de naufrag.l.non
omnes,§.à Barbaris,de re milit.l.fin.C.de fid.inſtrum.l. ſi
quando,C.vnde vi.Caſtr. in l.ſicut iniquum,C. de fid.in-
ſtrum. Angel.in l. ſi quis ex argentariis,§.hæc autem,vbi
Batr. de edend. benè Menoch. conſ.353.n.21.lib.4. vbi
19 dicit ex doctrina Angeli , quod ſi fœnerator dicit ſe
perdidiſſe librum in mari , & probat quod Nauis nau-
fragium paſſa eſt,ei creditur, licèt non probet,quod li-
ber ibi fuerit,vel aliter deperditus ſit ; pulchrè ad rem
noſtram de furto in genere docet ſic Mareſcot. var. re-
ſol.lib.2.c.5.n.2.& n.4.verſ.aliud eſt, quem ſequitur Cy-
riac d.contr.for.442.n.28. Franc. Becc. conſ.70.num.20.
Menoch.conſ.357.n.23.24. vbi pulchrè loquitur,quan-
do furtum paſſus, & iurans eſt vir bonus, & legalis. vt
hîc rector noſter.

Vndè licèt regulariter verum ſit,quod alio non docto
ſtandum non eſt iuramento depoſitarij,vel cuſtodis ali-
cuius rei , dicentis rem fuiſſe furatam, vel deperditam,
Maſcard.dict.concl.829.n.9. Farin.de furt.d.q.169.n.28.
20 tamen ſi cum iuramento concurrant aliquæ coniectu-
ræ, & veriſimilitudines, quæ inducant animum Iudicis
ad credendum reo conuento, poterit idem Iudex defer-
re illi iuramentum ſuppletorium , & tunc ſtandum erit
eius aſſertioni , & fides depoſitario adhibenda erit ,
etiamſi aliunde non probet furtum , vel caſum fortui-
tum ; cùm ſatis ſit de eo conſtare in genere,& per con-
iecturas ; ita Corn. conſil.318.numer.5.verſ. poſſunt ta- 21
men, lib.4. quem ſequitur Farin. de furt.dict.quæſt.169.
numer.30. & conſentit Maſcard. de prob.dict.concl.829.
ſub n.13. Menoch.lib.6.præſ.61.n.21.& pleniùs in fine
dicam.

Hîc autem pro dicto Rectore ad probandam obla-
tionem pecuniarum prædictarum , & caſum fortuitum
ſaltem in genere,imò etiam in ſpecie,non deſunt teſtes,
cùm hoc clarè deponant Rizzonus , & Bocchius , qui
deponunt vidiſſe,dum in ſecunda numeratione, abſente
iam Carrandino tulerunt illi armati pecunias,& nolue-
runt reſtituere dicto rectori , qui ſatis probant, quia in
ore duorum,vel trium ſtat omne verbum, l.vbi numerus,
ff.de teſtib. & coadiuuantur aliis teſtibus, qui de fama,
& de auditu deponunt, & aliis circunſtantiis,ſeu veriſi-
militudinibus.

Nec obſtat oppoſitio illis facta, quod ſint contrarij,
& ſingulares ſingularitate obſtatiua,cùm vnus dicat pe-
cunias fuiſſe ablatas per vnum ex militibus conſociis,
alius verò per N. earum dominum, & ſic videntur eſſe 22
teſtes Suſannæ ; & cùm ſint contrarij in ſubſtantia per-
ſonarum,non poſſunt concordari. Petr. de fideic.q.12.
n.901.902.& ſeqq.

Nam reſpondetur hos teſtes minimè poſſe dici con-
trarios,aut de falſo ſuſpectos,quia verè ſunt conteſtes,
& non ſingulares ; ſiquidem Rizzonus non diſcordat
à Bocchio ; hic enim clarè dicit N. tuliſſe pecuniam, &
poſuiſſe in Pera : Rizzonus verò non contradicit , dum
dicit: Viddi vno di quei ſoldati, che ſi miſe i denari nella
ſacca , e non sò quale foſſe : vnde non excludit N. qui
& ipſe erat armatus, & à genere armorum inter milites
potuit à teſte comprehendi ; imò idem teſtis de N. in-
telligere viſus eſt,dum id ex ſe dixit : Il Prete cominciò
à brauare,& diceua,che non ſapeua como fare,e gli diſſe,
che gli laſciaſſero i denari,& il N. diſſe,che non gli voleua
laſciare , e che voleua andare à contarli in preſenza del
Carrandino. Ergo ſi Rector petebat pecunias à N.& N.
recuſabat reſtituere, ſignum eſt quod N. fuerat ille qui
tulerat pecunias , ſecundùm depoſitionem huius teſtis:
& hoc modo facilè concordantur dicta horum teſtiũ , 23
provt fieri debet, quia depoſitiones teſtium debent be-
nignè interpretari , & non debent cauillari , etiam ad
effectum vt probent, ſecundùm Ius Canonicum ex tex-
tu in cap.cultu, vbi gloſ. in verbo benignè.Butr.numer.1.
Hoſtienſ. in fin. princip. iuncta num.2. Abbas numer.3.
verſ.nota,de teſtibus. Petr. de fideicomm.quæſt.12.n.917.
949.1024. Menoch. de præſ.lib.5.præſ.22.numer.12. &
præſ.23 num.29.Maſcard. de probat.concl.1161.num.10.
latè Farinac. de teſt. quæſt.64. numer. 323. & quæſt.65.
num.37.73.74.75.77.79. Caualcan. eodem tract. de te-
ſtib.p.4.num.175.177.178. vbi dicit etiam,quod in du-
bio pro reo conuento fieri debet teſtium concordia : &
tantò magis in caſu noſtro facienda eſt hæc interpreta-
tio, & concordia, quia teſtis Rizzonus videtur habuiſ-
ſe omnes iſtos milites , & N. pro vno corpore , cùm
omnes eſſent intenti ſimul cum N. ad aſportandum pe-
cunias , vt colligitur ex verbis eiuſdem teſtis inferiùs,
dum dicit , Et andorono tutti via inſieme , che erano in
cinque armati : & inferiùs, Io viddi vna borſetta , nella
quale era dentro il denaro ſborſato dal Carrandino , il
quale poi fù tornato à contare per l'errore allegato , è la
portorono via il N. e ſuoi ſoldati : vnde poteſt eſſe,
quod vnus miles priùs tulerit pecuniam , & poſtea de
manu eius eam acceperit N. actus enim eſt iterabilis ,
& propterea admittitur multiplicatio actuum , vt te- 24
ſtium fiat concordia ad finem etiam probandi , quan-
do res eſt veriſimilis , & concordia fit ſine difficultate,
vt hîc Butr.in dict.cap.cùm ea,num.3.4.Abbas numer.2.

Felin. columna quarta, in princ. verſ. modò. Imola num. 4.
Aret. num. 2. Anan. n. 1. Zabarell. poſt princ. verſ. nota, de
teſtib. Bertaz. conſ. 15. numer. 20. Ludouic. deciſ. Peruſ. 9.
num. 13. p. prima. Petra de fideicomm. d. q. 12. n. 766. 767.
& ſeqq. Caualc. d. p. 4. n. 178. Taur. d. q. 65. n. 38. 39. 77.
& ſeqq.

Dicendum igitur eſt dictum teſtem Rizzonum con-
ſideraſſe, quod in vniuerſum à dictis militibus, & N.
pecunia fuit ablata, & ideò etiamſi Bocchius dicat N.
tuliſſe pecuniam, non tamen dicti teſtes cenſentur diſ-
cordes, quia illi communiter id feciſſe videntur, provt
25 in fortioribus terminis cenſuit Bartol. in l. 1. §. non au-
tem, n. 2. ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tabul. vbi dixit, quod ſi
duo teſtes deponunt, quod Seius fuit occiſus à Titio, &
alter eorum dicit, quod fuit occiſus à Sempronio, ſi
non diuerſificant in tempore, dicuntur conteſtes, quia
poſſibile eſt, quod ambo ſimul occiderunt Seium, & ſic
ambo punientur, concordat Bertazz. conſ. 194. num. 3. Si
26 ergo ita fit concordia teſtium hoc caſu etiam ad pœnam
criminalem, quantò magis hîc in caſu noſtro, vbi ciuili-
ter tractatur, de probando furto in genere, quo caſu ad-
mittuntur etiam teſtes ſingulares, & coniunguntur,
vnuſque alium iuuat, vt per Crot. de teſtib. n. 325. Socin.
Iun. conſ. 90. numer. 13. & conſ. 96. num. 8. lib. 2. Pariſ. con-
ſilio 57. num. 45. lib. 1. Roland conſ. 82. n. 35. lib. 1. Berta-
27 zol. conſ. 20. num. 20. 21. 22. 23. lib. 1. quod adeò verum
eſt, vt etiamſi teſtes eſſent ſingulares ſingularitate obſta-
tiua, adhuc videantur probare delictum in genere, ſi
ſunt viri honeſti, & bonæ vitæ, & famæ, vt per Bero. in
28 cap. licèt cauſam, numer. 43. verſ. poſſet fortè, de probat.
quem ſequitur Farinac. de teſtibus q. 95. num. 380. Sed
verè hîc non adeſt ſingularitas obſtatiua, ſecundùm præ-
dicta, quia teſtes prædicti poſſunt benignè coadiuuari,
& concordari non ſolùm ad euitandum falſum, ſed
etiam, vt probent, & fidem faciant, per textum in d. cap.
cùm tu, vbi DD. de teſtibus, vt docet Petra de fideic. q. 12.
num. 1185.

Poſt hæc opponitur etiam quod dictus teſtis ſit non
ſolùm ſibi, ſed etiam aliis contrarius; & ideò tanquam
29 contrarius, & non conſtans nihil probat, & tanquam
falſus repellitur. Alex. conſ. 20. n. 3. vbi de communi, &
conſ. 43. n. 13. lib. 4. Clar. in prax. crim. §. fin. q. 53. n. 13. 14.
& probatur contrarietas, quia priùs dicit ſe vidiſſe di-
ctum militem tollere pecuniam, & reponere in ſacculo,
& poſteà dicit non vidiſſe pecuniam, ſed tantùm eius
ſonum audiuiſſe, & contradicit etiam alteri teſti Boc-
chio, quia ipſe dicit domi, dum prædicta fierent, adfuiſ-
ſe cum N. nonnullos milites; Bocchius verò dicit non
adfuiſſe niſi N. & alium, quia cæteri exteriùs cuſtodie-
bant equos, & ſimiliter Rizzonus dicit N. fuiſſe aſſo-
ciatum quinque militibus: Bocchius verò quatuor tan-
tùm.

Opponitur etiam, quod teſtes prædicti patiuntur
multos defectus, ſiquidem omnes ſunt domeſtici, &
familiares, & dictus Rizzonus eſt perſona vilis, vt ex
eius officio pulſandi Campanas conſtat, & ſternendi
equum, & deferendi aquam ad coquinam, & eſt pau-
30 per, ideò ex prædictis parum, aut nihil probat. Alexand.
conſilio 118. in fin. libro primo, & conſil. 90. numer. 9.
libro 6. Bocchius verò eſt nepos Rectoris, & cum eo
habitat vltrà paupertatem eius, ideo fidem non facit,
gloſſa in cap. conſanguinei 5. quæſt. 5. Aufrer. de teſt. n. 8.
Bald. in l. parentes, C. de teſt. Maſcard. de probat. concl. 48.
num. 8.

Et idcircò non poteſt eſſe locus iuramento ſupple-
torio, quia dicti teſtes nullam fidem faciunt, & ſemi-
plenè non probant, quia teſtes illi, qui patiuntur plures
defectus, & exceptiones, in nihilo fidem faciunt. Crauet.
conſ. 6. n. 59. Cephal. conſ. 65. n. 28. Natt. conſ. 520. n. 18.
31 Roland. conſ. 69. n. 8. & conſ. 239. num. 42. latè Farinac. de
teſtibus q. 62. n. 381. Guazz. p. 2. defenſ. 29. c. 3. n. 9. verſ. ſi
verò.

Idque verum eſt, etiamſi teſtes duos tantùm defectus
paterentur. Cephal. d. conſ. 56. n. 27. de communi Hier. à
Monte q. 16. n. 2. Guazz p. 2. defenſ. 29. c. 3. num. 9. verſ. ſi 32
verò iſte, & procedit etiamſi veritas aliter haberi non
poſſet. Gram. conſ. 70. n. 7. in fin. Marſil. conſ. 102. num. 12.
Rol. conſ. 16. n. 20. lib. 1. Gabriel concl. 7. n. 10. de teſtibus,
Guazz. dict. defenſ. 29. c. 3. n. 9. verſ. nec etiam, qui docet
quod nec in ſubſidium admittuntur, & propterea non
poteſt deferri iuramentum in ſupplementum. Maſcard.
de prob. concl. 955. n. 10.

Nam reſpondetur dictum teſtem non eſſe ſibi con-
trarium, ſi benè conſiderentur eius verba, quia dum te-
ſtificatur circa factum, quando Dominus Carrandinus
numerauit pecuniam dicto Rectori, non dicit vidiſſe
pecuniam, ſed audiuiſſe. Sed deponens: Sentei, che con-
tauano delli denari; quamuis ſubiungat; & quando fu-
rono contati detti denari, vidi, ch'il Prete ſe li miſe nella
ſacca: non ideò interpretandus eſt, quod viderit ipſam
pecuniam, ſed crumenam, in qua repoſitæ erant pecu-
niæ, vt colligitur ab alio teſte, qui dicit verè in crumena
fuiſſe repoſitas, & ſic iſte teſtis poſuit contentum pro
continente, & propterea immeritò ſuper interrogato-
riis dixit non vidiſſe pecuniam, ſed audiuiſſe ſonum,
quod referendum eſt ad numerationem, in qua ſonitus
fieri ſolent, non in reponenda crumena, quod ſine ſonitu
fieri conuenit; & ſic nulla, vel modica eſt contradictio,
quæ nihil vitiat; imò optimè ſaluatur, quia dum ſuper
interrogatoriis dixit non vidiſſe pecuniam, ſed ſonum
audiuiſſe, provt in ſimili de teſte dictum in principio
dicitur de viſu, & in fine de auditu, quod dictum de au-
ditu debeat referri ad vltimò dicta, ne videatur ſibi con- 33
trarius, dicunt Decian. conſ. 282. col. 2. Ruin. conſil. 54.
num. 4. lib. 4. quos ſequitur Petra de fideicom. quæſt. 32.
num. 996. etenim ſi contrarietas non eſt patens, & eui-
dens, & apertè inconciliabilis, ſed rationabilis eſt con-
ciliatio; tunc fit concordia etiam in vno, & eodem 34
teſte, non ſolum ad euitandam falſitatem, ſed etiam ad
effectum probandi, vt poſt Bart. & Bald. quos refert
Aretin. conſ. 83. colum. pen. verſ. præterea, dixit Alex. in l.
inter ſtipulantem, §. 1. colum. 4. poſt princip. de verb. oblig.
& in conſ. 133. num. 2. verſ. præterea, lib. 1. Telgn. in c. cum
tu, in princ. in prima concluſ. de teſtib. & de magis com-
muni Petra de fideicom. q. 12. n. 932. 933. 934. 936. 943.
944. 1028. 1035. vbi probat, quod ſi dictum teſtis poſ-
ſit aliqua iuſta interpretatione ſaluari, non erit varius,
neque contrarius. Farinac. de teſtibus quæſt. 66. num. 322.
324. 328. vbi in ciuilibus id maximè admittit, quod
nobis ſufficit poſtquam ciuiliter hîc agitur, & per mo-
dum exceptionis, & pro liberando reo conuento, cuius
partes ſunt ſemper fauorabiliores; & in dubio teſtis
non præſumitur contrarius, vel falſus. Petra dict. q. 12.
num. 939.

Et tantò minùs attendenda eſt hæc oppoſitio, quia
contrarietas iſta non verſatur circa factum principale,
quando ſublata fuit pecunia, ſed circa factum præce-
dens, quando D. Carrandinus fecit depoſitum, & nu-
merauit pecuniam dicto Rectori, de cuius veritate non
controuertitur ab aliqua partium, ſed tota controuerſia
eſt circa factum poſterius, vbi prætextu erroris poſt diſ-
ceſſum Carrandini iterum fuit numerata pecunia in-
ſtante ſic dicto N. & in hoc non adeſt aliqua varietas,
vnde nihil officit ſi teſtis ſit contrarius, vel varius cir-
ca accidentalia, & non pertinentia ad ſubſtantiam ne-
gotij. Alexand. conſil. 186. numer. 3. lib. 7. Petra de fidei- 35
commiſſ. quæſt. 12. num. 771. & num. 952. 963. 965. 1267.
1268. 1272. 1274. vbi latè tractat. Farin. de teſtib. q. 66.
numer. 28. & multò minùs nocebit ſi contrarietas, vel
variatio ſit modica, quia tunc etiamſi verſetur circa
ſubſtantialia, non tollit fidem teſti. Petra de fideicom-
miſſ. dict. quæſt. 12. num. 1203. 1204. Farinac. dict. quæſt. 66.
num. 36.

Et hoc modo tollitur etiam illa contrarietas, quæ cõ-
ſide



ſideratur inter Rizzonum, & Bocchium circa nume-
rum militum, dum vnus de quatuor deponit, alter de
quinque, quia hæc eſt varietas non pertinens ad ſub-
ſtantiam negotij, & effectum, de quo quærimus, & eſt
modica contradictio, cùm vnus potuerit magis attentè
aduertere ad numerum, quàm alius; & hæc non eſt con-
tradictio, quia non deponunt taxatiuè, neque in diuer-
ſo facto; & cùm vnus dicat fuiſſe quatuor, & alius quin-
que, concordant in minori numero, & non eſt inter eos
diſcordia conſiderabilis, cum deponant ſuper eodem
36 facto, quia qui pauciores nominat, non negat de pluri-
bus. Angel. conſil. 275. col. pen. verſ. nunc verò. Alex. con-
ſil. 186. n. 2. in fin. & n. 6. & conſil. 187. n. 4. lib. 7. Dec. con-
ſil. 100. n. 4. & ſeq. Bero. conſil. 201. n. 37. in fin. lib. 3. Ro-
land. conſil. 33. n. 6. lib. 2. pulchrè Petra de fideicomm. d. q.
12. n. 287. & n. 799. 800. 1099. 1100. 1103. verſ. Secus, qui
loquitur valdè in terminis noſtris, vbi ſic docet,
quando vnus teſtis dicit, quod talis iuit ad domum
N. cum quindecim, vel ſexdecim militibus; alter verò
cum quinque vel ſex militibus, ob quod non ſunt
diſcordes: latè Farinac. de teſtib. quæſt. 65. numero
11. 13. & propterea non obſtat, quod vnus dicat,
adfuiſſe nonnullos præſentes cum N. alius verò di-
cat adfuiſſe militem vnum, & alios infra domum
cuſtodiam habuiſſe equorum, quia facilè concordan-
tur per diſtinctionem temporum, vel modo ſupradi-
cto, & hæc contrarietas non eſt ſuper ſubſtantia ne-
gotij, ſed ſuper acceſſoriis, & appendicibus, ideò non
nocet. Farin. de teſtib. quæſt. 65. num. 16. vbi plurimos
congerit, & n. 20. Verùm ſi benè conſiderentur, nulla
eſt in dicto eorum contrarietas; ſiquidem Rizzonus di-
cit: e ciò diceuano quei ſoldati armati, & il N. ſcriuena.
Bocchius verò dicit, e lo portorono via il N. e ſuoi ſol-
dati. Ergo ſunt concordes, quod plures milites erant ſi-
mul cum illo N.

Modò tranſeamus ad defectus perſonarum, & pri-
mò opponitur teſtibus, quod ſint domeſtici, & vnus
attineat Rectori. Sed reſpondetur, quod in his quæ
37 domi geruntur, & quæ aliis quàm domeſticis cogni-
ta eſſe non ſolent, teſtimonium ipſorum domeſticorum
probat, ad textum in l. conſenſu, §. pen. C. de repud.
Dec. conſ. 304. n. 10. Ruin. conſ. 120. num. 8. lib. 5. Pariſ.
conſ. 15. n. 32. & pulchrè in conſ. 353. num. 22. Maſcard.
de probat. concl. 831. n. 35. Farinac. de teſtib. q. 55. n. 36.
37. 43. 46. & multò magis ſi veritas aliter haberi non
poſſit, vt hîc, Farin. d. q. 55. num. 35. Siquidem prædicti
milites non tentauerunt hoc facinus, niſi poſtquàm
diſceſſerunt omnes, qui ad Eccleſiam conuenerant; &
expectauerunt tempus nocti proximum, adeò vt vnus
teſtis aduertit hanc eorum intentionem, dum dixit: Il
Zampetta mi diſſe coſtoro non vogliono, che vediamo i
fatti ſuoi, andiamo via; & maximè quando tractatur
de rei conuenti defenſione; tunc enim domeſtici, &
familiares benè admittuntur. Guazzin. de defenſ. reorum
p. 3. defenſ. 29. c. 3. n. 7.

Opponitur Rizzono, & etiam Bocchio, quod ſit vi-
lis, & pauper, ſed reſpondetur non eſſe iurandum de
paupertate, ſi ſit vir bonæ famæ, quia teſti pauperi
honeſtæ vitæ magis credendum, quàm diuiti malæ
famæ. Farin. de teſtib. quæſt. 57. num. 43. & num. 75. vbi
dicit, quod nihil ei diminuitur de fide tam in crimi-
nalibus, quàm in ciuilibus, & ſaltem non eſt negan-
38 dum, quod in ciuilibus remiſſum ſit arbitrio Iudicis,
quiſnam pauper dicatur, & quam fidem mereatur.
Oſaſch. conſ. 66. n. 22. Farin. de teſtib. q. 57. num. 100. 101.
& in hoc caſu, vbi non agitur criminaliter, & tracta-
tur de liberando reo, non videtur adeſſe ratio, quin huic
teſti Rizzono non ſit fides adhibenda, quia veriſimilia
deponit, & non notatur aliquâ infamiâ, & non eſt ſe-
cundùm ſuum ſtatum ita mendicus, vt omninò merea-
tur nomen pauperis, cum habeat ſcuta 30. in bonis, &
exercitium in Eccleſia pulſandi Campanas, quomodo
ruſticus, qui habet boues, & plauſtra non dicitur pau-
per. Farin. d. q. 57. n. 94.

Non obſtat vilitas, quia non eſt alia ratione vilis,
niſi quia pauper, & laborat manibus ſuis; quæ vilitas
videtur eadem eſſe cum paupertate, & effici ab ea; vnde
non poteſt conſiderari tanquam defectus per ſe diſtin-
ctus à paupertate, maximè ſtante bona vita ipſius, quia 39
vilem eſſe non refertur ad malos homines, & poteſt eſ-
ſe, quod ſit vilis, & tamen bonus, & propterea non eſt
bona conſequentia: Vilis eſt, ergo malus, aut infamis:
Caualc. de teſtib. p. 4. n. 103. 105. & quatenus aliquo mo-
do talis dici poſſet, non noceret, quia cùm factum fue-
rit ruri, vbi ſoli ruſtici morantur, maximè tempore illo,
quo prædicta facta ſunt, & ideò nobiliores haberi non
potuerint, tunc ne probandi facultas pereat, etiam viles
admittuntur, vt poſt Pariſ. & Monticell. tradidit Farin.
de teſtib. q. 57. n. 73. 74. & cùm etiam Iudicis arbitrio re-
miſſum ſit quiſnam vilis perſona dicatur, Farin. d. q. 57.
n. 55. hîc non videtur poſſe Iudicem arbitrari in cauſa
ciuili pro reo hunc dici vilem, qui nullâ notâ infamiæ
laborat, ſed potiùs tanquam honeſta perſona ad ſerui-
tia Eccleſiæ admittitur, quæ licèt ſint infima, tamen
ſunt honeſta.

Opponitur contra alterum teſtem Bocchium, vt ſit
non ſolùm domeſticus, ſed etiam conſanguineus, &
nepos ex fratre dicti Rectoris, & ideò fidem non fa-
ciat. Nam circa domeſticitatem reſponſum eſt, quo ve-
rò ad conſanguinitatem reſpondetur quod ſi ageretur
criminaliter, difficultas non eſſet leuis; verùm quia
agitur ciuiliter, oppoſitio habet locum tantùm in con- 40
ſanguineo per lineam aſcendentem, vel deſcendentem,
non autem procedit quando coniunctio venit per li-
neam tranſverſalem, vt hic, ſic Iaſ. in rep. l. admonendi,
num. 180. verſ. limita ſingulariter, ff. de iureiur. Gram. dec.
74. n. 20. Pariſ. conſil. 87. n. 27. lib. 3. Hect. Æmil. de teſtib.
verb. teſtis affinis, n. 32. part. 1. Gabriel de teſtib. concl. 15.
num. 1. Maſcard. de probat. concl. 68. n. 2. 3. lib. 1. & concl.
904. n. 15. pulchrè, & latè Farin. de teſtib. q. 54. n. 27. 28.
29. vbi teſtatur de communi, & ab ea non eſſe rece-
dendum, & hoc maximè haberet locum, ſi, vt hîc, ver-
ſaremur in probatione facti, cuius veritas aliter habe-
ri, vel meliùs probari non poteſt, quàm per affines, &
conſanguineos; tunc enim etiam illi admittuntur, vt
per Farin. d. q. 54. n. 76. vbi multos allegat, quibus ſtanti-
bus non poſſunt cumulari tot defectus ſimul, vt iſti te-
ſtes tanquam patientes plures exceptiones releuantes
omninò repellendi ſint; ex prædictis enim tales dici
non poſſunt, & conſanguinei etiam admittuntur pro
rei defenſione. Guazzin. defenſ. 29. 15. n. 5. p. 2.

Non dico, quod iſti teſtes ſint omni exceptione ma-
iores, quia negari non poteſt, quin eis diminuatur de
fide propter tales oppoſitiones, veruntamen faciunt
qualemqualem probationem, & præſumptionem, 41
etiamſi ſolitarij eſſent, vt per Farin. de teſtib. q. 62. n. 383.
& coadiuuantur aliis adminiculis, & coniecturis, vt
per Alex. in l. ſi duo partim, n. 7. ff. de iureiur. & conſ. 56. in
fin. lib. 2. Gabriel de teſtib. concl. 20. num. 4. lib. 1. Maſcard.
de probat. concl. 68. poſt num. 15. lib. 1. Farin. d. q. 54. n. 67.
& q. 62. n. 335. ibi: ſed ex aliis adminiculis; quod ſufficit
in caſu noſtro, quia verſamur in caſu, vbi ſufficiunt
coniecturæ, vel præſumptiones, aut adminicula, cùm
ſatis ſit in genere de furto, vel rerum admiſſione con-
ſtare, & per coniecturas, ad finem vt credatur iuramen-
to depoſitarij dicentis rem fuiſſe furto ſublatam, vel
amiſſam, & hîc prædicti teſtes ſi non poſſunt deſeruire
pro plena probatione, ſaltem facient ſemiplenam fi-
dem, aut coniecturam, adminiculum, & præſumptio-
nem, vbi tractatur de reorum defenſione, latè Guazz. de
defenſ. reſp. 2. defenſ. 29. n. 45.

Secunda coniectura eſt, quod dictus D. Rector ſtatim
pecuniis ablatis cõqueſtus fuit cum amicis, & ſociis, &
ſui terroris ſigna dedit, quod vtique ſufficit ad proban- 42
dum

dum furtum,vel rapinam in genere: ſic Marſil. *in pract.*
*in §. principium, poſt n.7. verſ. nam ſtatim,* Maſcard. *de pro-*
*bat. concl.* 830. *n.* 13. Menoch. *d. præſ.* 61. *n.* 22. *lib.* 6. Farin.
*de furt. q.* 175. *n.* 4. Et licèt hoc ſolùm non ſufficeret ad
probandum furtum in ſpecie,& criminaliter agendo ad
pœnam, Natt. *conſil.* 407. *n.* 4. 6. ſufficit tamen in caſu no-
ſtro ad probandum in genere, & maximè propter bo-
nitatem Rectoris,qui non præſumitur fraudes, & im-
poſturas confinxiſſe.

Tertiò coniectura oritur ex fama publica, & diffa-
matione,quod pecuniæ fuerint dicto Rectori ablatæ,
de qua deponunt Gaſpar Blanchaſius,& Bocchius. Sic
43 Iaſ. *in l. ſi quis ex argentariis, §. pen. ff. de edend.* Alex.
*conſ.* 53. *in fin. lib.* 2. Grat. *conſ.* 94. *n.* 17. *lib.* 2. Rim. Sen.
*ibidem conſ.* 95. *n.* 12. Menoch. *d. præſumpt.* 61. *n.* 21. *verſ.*
*probatur,* Farin. *d. q.* 175. *num.* 13. adeò vt dictum teſtis
etiam inhabilis coadiuuetur ſi cum eo concurrit fama
publica. Farin. *de teſtib. q.* 62. *n.* 339. & cùm hîc tractetur
de defenſione rei, non requiruntur omninò requiſita
famæ, ſed ſufficit quod probetur per teſtes deponentes
ſimpliciter de auditu, Guazz. *de defenſ. reorum p.* 2. *de-*
*fenſ.* 29. *c.* 3. *n.* 15.

Quarta coniectura deſumitur ex epiſtola dicti N.
ſcripta dicto Carrandino, vbi confitetur ſe tales pecu-
nias habuiſſe, ex quo licèt non probetur furtum, &
ablatio,quia epiſtola non fuit recognita pro tali,quam-
uis vnus teſtis dicat,ſibi videri eius manu ſcriptam,ta-
44 men etiamſi non iuſtificetur,adhuc facit aliquod indi-
cium,& coniecturam in fauorem producentis. Sic Barr.
*d. l. admonendi,* vbi Iaſ. *n.* 89. *in fin.* Rip. *n.* 98. Purpurat. *n.*
183. *de iureiur.* Rol. *conſ.* 26. *n.* 14. *lib.* 1. Ceph. *conſil.* 454.
*num.* 50. Rim. Iun. *conſil.* 119. *n.* 2. Bertaz. *conſil.* 291. *n.* 16.
Peregr. *conſ.* 101. *num.* 3. *lib.* 1. Farin. *conſil.* 70. *num.* 60. la-
tiſſimè Nicol. Genua *in tract. de ſcript. priuat. in princ.*
*q.* 4. *num.* 225. 256. 257. 266. 267. *& ſeqq.* vbi tollit con-
traria,& multos alios allegat,nec refragatur,non con-
ſtare fuiſſe ſcriptam à dicto N. quia ſi conſtaret, tunc
non tractaretur, quod faceret indicium, & coniectu-
ram, ſed probationem; & DD. prædicti docent in ter-
minis, quando ſcriptura priuata non fuit iuſtificata,
quod adhuc faciat indicium,ſeu coniecturam aliquam;
quia non præſumitur, quod quis velit falſam ſcriptu-
ram conficere,& ſe periculo exponere infamiæ,& pœ-
narum. Genua *d. q.* 4. *n.* 257.

Quinta coniectura oritur ex facti qualitate; cùm enim
pecuniæ iſtæ tandem poſt aliquot dies eſſent tradendæ
dicto N. quomodo eas ſuſtuliſſe nunc ferunt, vt in
poſitionibus fatetur dictus Carrandinus, licèt dicat id
faciendum fuiſſe de eius mandato,& ille fuerit præſens
numerationi,cuius præſentia erat extranea ab actu illo,
ſi non habuiſſet intereſſe in hoc negotio, & cùm ipſe
N. cum armatis poſt diſceſſum Carrandini ſine cauſa
permanſerit in loco depoſiti vſque ad noctem,& expe-
ctauerit diſceſſum omnium,veriſimile redditur id,quod
45 dictus Rector nunc proponit, pecunias ſcilicet ſibi
fuiſſe ablatas, & hanc coniecturam coadiuuat tot ho-
minum armatorum concurſus, & recurſus, non appa-
rente alia cauſa propter quod facilè coniecturari poteſt
ablatas fuiſſe Rectori dictas pecunias, ad quæ poſſunt
accommodari tradita per *DD. in hac materia, in d. l. ſi*
*quis ex argentariis, §. pen. ff. de edend.* & non eſt alie-
num quod tradit Maſcard. *de probat. concl.* 831. *n.* 1. de eo,
qui viſus eſt exire nocturno tempore de domo illius,
cui factum eſſe furtum dicitur, vt fur ipſe cenſeatur;
nam licèt in noſtro caſu non eſſet de nocte,erat tamen
tam proximum noctis tempus, ſcilicet Aue Maria, vt
plus de nocte participaret,quàm de die. Natt. *conſ.* 469.
*num.* 8. Polyd. Rip. *de noctur. temp. cap.* 3. *num.* 49. 50. *&*
*ſeqq.*

Sexta, & vltima coniectura multùm probabilis furti
commiſſi ſaltem in genere illa eſt,quando ille,qui dicit
ſibi furtum factum fuiſſe,eſt vir bonus, legalis, diues,
probatæque famæ; tunc enim ſtandum eſt eius aſſertio-
ni iuratæ,dum aſſeuerat verè ſibi rem fuiſſe furatam, 46
vel caſu amiſſam,quia non cenſetur mentiri, ita Caſtr.
*in l. ſi creditor, n.* 6. *C. de pignor. act.* & *in l. ſicut iniquam,*
*C. de fid. inſtrum.* Iaſ. *inter conſ. Grat. conſ.* 98. *in fin. lib.* 2.
Gram. *conſ.* 17. *n.* 2. Rim. Sen. *conſ.* 95. *n.* 19. 21. Pariſ. *con-*
*ſil.* 67. *n.* 93. *lib.* 3. pulchrè Menoch. *d. præſ.* 61. *num.* 23.
& *conſil.* 353. *num.* 23. 24. vbi vide,& ad rem facit Farin.
*de furt. d. q.* 175. *n.* 3. & non eſt alienus Maſcard. *de pro-*
*bat. d. concl.* 829. *num.* 13. *verſ. vel etiamſi,* vbi æquiparat
hanc coniecturam reſultantem ex bonitate, & legali-
tate depoſitarij, illi coniecturæ, ſi oſtia domus noctu
fuerint perforata,quæ ſine dubio probat furtum in ge-
nere; & hoc caſu excludit culpam cuſtodis, vel depoſi-
tarij, ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, vbi per
omnes teſtes probatur bonitas,& legalitas, & diuitiæ 47
dicti Rectoris,qui etiam quotidie celebrat, & Religio-
ſus ex ſe talis præſumitur, vt Cyriac. *contr. for.* 505. *num.*
44. 45. vbi etiam declarat, quod ea, quæ Doctores tra-
dunt contra cuſtodes,& depoſitarios,vt non ſtetur eo-
rum iuramento circa amiſſionem rerum, vel furtum,
procedunt contra caupones,nautas,& ſtabularios, qui
à iure peſſimi reputantur,& ideò lex contra eos præſu-
mit,ſi quid innouatum circa rem depoſitam reperitur,
quod hîc ceſſat in noſtro Rectore,de cuius bonitate,&
legalitate non licet dubitare.

Et licèt dicatur iuramentum non poſſe deferri ex
officio, Maſcard. *de probat. concl.* 955. *n.* 46. *& ſeqq.* tamen 48
id nihil nocet, quia acriter in proceſſu hoc iuramen-
tum fuit petitum ſub die tertia Auguſti 1639. vt in
actis apparet.

Et ſimiliter non obſtat, quod hîc non agatur de
probando furto in genere, quia imò dictus Rector
aliud non intendit; cùm id ei ſufficiat ad ſui defenſio-
nem,vt ſuperiùs demonſtratum eſt.

Hæc igitur ſufficere debent pro defenſione dicti Re-
ctoris, ne teneatur ſine culpa ſua reſtituere pecunias
ſibi ablatas, quia vbi tractatur de reo defendendo, ſuf-
ficit quod defenſio probetur per præſumptiones etiam 49
dubias, minùs concludentes, & minùs legitimè pro-
batas,vt docent Plot. *conſil.* 60. *n.* 25. *lib.* 1. Sim. de Præt.
*conſil.* 189. *n.* 8. Eugen. *conſil.* 31. *n.* 70. Natt. *conſil.* 359.
*n.* 2. *lib.* 2. Vulpel. *conſil.* 97. *n.* 4. Maſcard. *de probat. concl.*
491. *n.* 8. *lib.* 1. Honded. *conſil.* 100. *n.* 42. *lib.* 1. & *conſ.* 99.
*num.* 20. *lib.* 2. Farinac. *conſ.* 79. *num.* 25. & Add. ad eun-
dem Farin. *conſil.* 6. *lit. H,* Caball. *reſolut. crim.* 199.
*num.* 13. *cent.* 2. Guazz. *de defenſ. reor. part.* 2. *defenſ.* 29.
*cap.* 3. *num.* 4. vbi cum Farinacio etiam docet ſemiple-
nam probationem pro reo habendam eſſe pro proba-
tione plena; cùm ergo hîc habeamus multas conie-
cturas,& præſumptiones veritatis,quod verè dicto Re-
ctori fuerint ablatæ dictæ pecuniæ quaſi eodem tem-
pore,quo fuerunt depoſitæ, id ſufficere debet ad eum
excuſandum, iuncto maximè iuramento ipſius, quia
defenſio habet hoc priuilegium, vt præſumptionibus, 50
& coniecturis probetur. Boſſ. *in prax. crim. tit. de fauori-*
*bus defenſ. num.* 3. *in fin.* Gram. *conſ.* 29. *n.* 3. Crau. *conſil.* 2.
*n.* 10. Rim. Iun. *conſ.* 217. *n.* 9. *& ſeq.* Maſcard. *de probat.*
*concl.* 492. *n.* 1. *lib.* 1. Honded. *d. conſil.* 99. *n.* 28. *lib.* 1. Maz-
zol. *conſil.* 77. *n.* 14. Farin. *d. conſ.* 6. *n.* 15. Guazz. *d. defenſ.*
29. *c.* 3. *n.* 3. Vndè putaui ſatis conuenire iuſtitiæ, & æ-
quitati,vt dictus Rector abſoluatur recepto eius iura-
mento,provt feci.

---

## CAPVT CLVII.

### Epitome.

Pactum, vt in mutuo ſoluatur quid certum pro intereſſe, lapſo ad ſoluendum ter-



mino, an licitum ſit, & an taxatio fructuum in venditione rei fructiferæ teneat, & fructus exigi poſſint etiamſi nulli ſint percepti ob bella, & peſtilentias, vel alia impedimenta.

### SVMMARIVM.

1 *Lucrum poteſt recipi etiam in mutuo ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis.*
2 *Lucrum an debeatur in mutuo ante moram.*
3 *Vſuræ damni reſtauratiuæ ſunt licitæ.*
4 *Intereſſe poteſt ab initio taxari etiam in mutuo, ſi de eo conſtat, vel eſt veriſimile.*
5 *Vſura eſt quidquid datur, vel promittitur vltra ſortem.*
6 *Pecunia ſterilis eſt, & non parit fructus, niſi vſurarios.*
7 *Mutuum date nihil inde ſperantes, an ſit conſilium, vel præceptum.*
8 *Contractum illicitum non poſſunt partes facere licitum.*
9 *Damnum, & lucrum debet putari in mutuo, alioquin non præſumitur.*
10 *Intereſſe nunquam debetur, niſi probetur.*
11 *Intereſſe debet iuſtificari per veras probationes, non per confeſſionem partis.*
12 *Damnum reuera debet adeſſe, vt liceat petere intereſſe.*
13 *Solutum pro fructibus in mutuo imputatur in ſortem.*
14 *Confeſſiones partium nihil probant in mutuo circa intereſſe.*
15 *Aſſertioni partium non ſtatur in materia prohibita, & vſurarum.*
16 *Confeſſio cenſetur ſimulata, vbi eſt ſuſpicio vſuræ.*
17 *Inſtrumentum non probat, vbi vſuræ eſt ſuſpicio.*
18 *Mutuum eſt ſubiectum, ſeu obiectum vſuræ.*
19 *Mutuum non admittit, vt taxetur ab initio intereſſe, & lucrum.*
20 *Intereſſe taxatio non valet etiam in moroſo, ſed probari debet.*
21 *Intereſſe ſoluendum eſſe in genere valet pactum, non taxatio.*
22 *Taxatio intereſſe ab initio quando valeat.*
23 *Confeſſio partis quando nihil probet.*
24 *Intereſſe conuentum an petere liceat.*
25 *Intereſſe veriſimile poteſt taxari.*
26 *Intereſſe non probatur per confeſſionem partis.*
27 *Intereſſe vniformis taxatio quando admittatur.*
28 *Lucrum quando liceat ab initio taxare.*
29 *Liquidatio ſuſtinet illicitam intereſſe taxationem.*
30 *Inſtrumentum non probat intereſſe taxatum.*
31 *Damnum quando debeatur in mutuo.*
32 *Vſura quando permiſſa, & quis teneatur ad eam ſoluendam.*
33 *Mutuans tenetur liquidare damnum prætenſum, nec ſtatur inſtrumento.*
34 *Liquidatio intereſſe eſt neceſſaria.*
35 *Intereſſe poteſt taxari in materia, vbi illud certum eſt ſui naturâ interuenire.*
36 *Vſuram licet ſoluere propter damnum reſtaurandum.*
37 *Vſura eſt exigere intereſſe taxatum, & non probatum.*
38 *Taxatio qualis requiratur in exigendo intereſſe.*
39 *Iuramento creditoris ſtandum eſſe circa damna, validum eſt pactum.*
40 *Damnum an putetur iuramento creditoris.*
41 *Mutuum quando admittat taxationem intereſſe.*
42 *Confeſſio debitoris non valet circa intereſſe in mutuo.*
43 *Confeſſio etiam iurata in prohibitis nihil probat ad inducendum caſum licitum.*
44 *Vſuræ ſuſpicionem augent cautelæ inſolitæ.*
45 *Emptori non licet frui re, & pretio.*
46 *Fructus vt ſoluantur, donec pretium ſoluatur, valet pactum.*
47 *Res ſemper perit domino.*
48 *Dominij reſeruatio permiſſa eſt venditori, donec pretium ſoluatur.*
49 *Venditor quæ poſſit ſibi reſeruare.*
50 *Venditio retento dominio in quem contractum tranſeat.*
51 *Venditio quando reſoluatur in locationem.*
52 *Emptor quando non teneatur ad fructus ob pretium non ſolutum.*
53 *Emptor non tenetur ad vſuras pretij non ſoluti, ſi ex re fructus percipere non potuit.*
54 *Fructus quando emptor teneatur ſoluere, pretio non ſoluto.*
55 *Lex* ſicut emptio, §. fin. ff. locat. *quomodo intelligatur.*
56 *Emptorem ſequuntur commoda, & incommoda.*
57 *Emptoris quando ſit periculum rei venditæ.*
58 *Venditio non eſt perfecta, ſi non tranſit dominium.*
59 *Venditoris eſt omne damnum reſeruato ſibi dominio.*
60 *Commodum, & incommodum ſpectat ad venditorem, & quando.*
61 *Dominij reſeruatio quid operetur in venditione.*
62 *Onera an ſpectent ad venditorem, vel emptorem.*
63 *Fructus non dicitur, niſi deductis expenſis.*
64 *Emptor non tenetur ad pretium, ſi venditor non impleuit ex parte ſua.*
65 *Venditor tenetur rem liberam tradere*
66 *Exceptio non implementi obſtat etiam ob rem minimam.*
67 *Implementi exceptio quando obſtet.*
68 *Venditio quando dicatur vnica.*
69 *Emptor non erat empturus vnam rem ſine alia vēdita.*
70 *Contractus quomodo dicatur indiuiduus.*
71 *Contractus quando non poſſit pro parte valere, & pro parte non.*
72 *Simul geſta præſumuntur vel omnia vera, vel omnia falſa.*
73 *Vitium ex coniunctione procedens totum vitiat.*
74 *Venditio de re aliena non valet.*
75 *Emptor quando poſſit diſcedere ab emptione.*
76 *Venditor quando poſſit à venditione recedere.*
77 *Contractus reſciſſio datur, ſi non ſeruatur in ſubſtantialibus.*
78 *Pactum ſubſtantiale ſi non ſeruatur, totum reſoluitur.*
79 *Venditor rei obnoxiæ nulliter agit.*
80 *Euicta res eſſe videtur, quæ venditur obnoxia.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa Mantuana intereſſe, ſeu vſurarum ſicut duo
ſunt contractus principales, ſcilicet mutui duplarum
1171. & venditionis terrarum,de quibus agitur pro pre-
tio duplarum 3064. ita omnis quæſtio reducitur ad duo
capita,vt ſcilicet videatur,an in mutuo prædicto, lapſo
termino breuiſſimo ad ſoluēdum conceſſo licitum fue-
rit pactum,quod mutuatarius teneretur ſoluere mutuan-
ti intereſſe ad rationem quinque pro centenario,quod
aſcendit annuatim ad duplas 52. cum dimidia, & vno
medio quarto alterius dimidiæ duplæ Italicæ. Alterum
eſt an emptor dictarum terrarum poſſit cogi iuxta con-
uenta ad ſolutionem fructuum ad rationem quinque
pro centenario, ſtantibus calamitatibus belli, & peſti-
lentiæ;& an poſſit cogi ad perſeuerandum in emptio-
ne prædicta.

Quoad primum videtur prima facie res decidenda ad
fauorem mutuantis; quia etiam in mutuo poteſt recipi
intereſſe à moroſo,ratione damni emergentis, & lucri 1
ceſſantis,vt per Bertazz. *conſ.* 540. *n.* 19. 20. *& ſeq. lib.* 2.
Imò etiam ante moram, & pendente dilatione data ad
reſtituendū mutuum,licet paciſci de reſtituendo omni 2
intereſſe,quod patietur mutuator,ſiue ſit damni emer-
gentis,ſiue lucri ceſſantis,vt latè per Cyriac. *contr.* 526.
*num.*

num.13.p.3.Giouagn.conſ.46.n.1. ad fin.lib.1. qui alios
3 allegant.Quia hæc non dicuntur veræ vſuræ, ſed ſunt
damni reſtauratoria, & recompenſatoriæ, vt per eun-
dem Cyriac.controu.368.n.8.9.p.2.& contr.526. n.8. Et
hæc adeò vera ſunt,vt tale intereſſe poſſit etiam ab ini-
tio taxari,& limitari,ſi de eo conſtat ab initio, ſeu ſal-
4 tem veriſimile ſit,vt per Surd.deciſ.259.n.7. & num.16.
Cyriac.d.controu.368.n.23.24. Quod hîc verificari vi-
detur,vbi mutuatarius in ipſo inſtrumento mutui pro-
teſtatur,ſe eſſe informatum de intereſſe mutuantis, &
de damnis,quæ ſuſtinet ratione cenſuum,& liuellorum
ad quæ annuatim aſtringitur.

His tamen non obſtantibus, cenſeo mutuatarium
non teneri ad aliquos fructus,ſeu vſuras perſoluendas,
& pactum prædictum eſſe illicitum,& ſapere vſurariam
prauitatem,ſi aliunde poſtea non iuſtificentur,& liqui-
5 dentur damna perpeſſa per mutuantem, cui non licet
aliquid accipere vltra ſortem; & ſi quid datur,vel pro-
mittitur,vſura eſt,l.cùm allegas, vbi notant DD. C. de
vſur. Bald. in l. rogaſti, §.ſi tibi,num.3.ff.ſi cert.pet.cap.
conſuluit,de vſur. Mantic.de tac. & amb. conuent. lib.8.
tit.18.n.8.Farin.deciſ.crim.16.n.1.& deciſ. nouiſſ.72. n.1.
in fin.p.2. Cyriac.contr.540. num.12. Sperell.deciſ. 91.
num.4. Pecunia enim ſterilis eſt, & nullos parit fru-
6 ctus,niſi vſurarios,vt poſt Ariſt.dixit Farin. deciſ.331.
num.2.p.1.& deciſ.72.n.5.part.2.Rota diuerſ.deciſ. 130.
num.1.p.5.Cyriac.contr.540. n.10.11. Certum eſt enim
præceptum Euangelicum, dicens ex D.Luc. c.6. & ex
7 c.conſuluit, de vſur. Mutuum date,nihil inde ſperantes;
quod licèt in prima parte conſilium contineat, in ſe-
cunda tamen verè præcipit,vt dixit Rota diuerſ. deciſ.
301.n.35.p.5.

Nec licet ſub ſpe damnorum, & intereſſe inducere
palliatam vſuram, alioquin permiſſum eſſet partibus
8 illicitum contractum ſuis confeſſionibus facere lici-
tum, & propterea ad obtinendum intereſſe damni
emergentis, aut lucri ceſſantis, non ſufficit dicere ſe
9 damnum paſſum fuiſſe, vel negotiando tantùm fuiſ-
ſe lucratum, ſed victoria conſiſtit in probando, alio-
quin damnum non præſumitur, niſi probetur, vt per
textum in l.1.vbi gloſ.ff.ſi quadrup. pauper.feciſſ. dicat.
Bald. in l.1.vbi DD.C.de edendo. Et tradunt ſcribentes
in l.ſi priùs,ſuper gloſ.in verb.ægrotet,ff.de nou.oper.nunc.
Felin.in c.ſi Clericus laicum, de for.compet. Alex. conſil.
14.lib.4. & poſt Cagnol.in l.vnic. in vlt. lect. num.22.
C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt, pulchrè Ioan. Bapti-
ſtaLup.de vſur.ad l.curabit,C.de act.empt. comment.1. §.
6.numer.114.115.116.latè Cyriac. contr.540. num.29.
10 p.3. vbi oſtendit nunquam intereſſe deberi,niſi probe-
tur,& multos allegat. Idem ſentit Rota apud Farin.
deciſ.crim.331. num.3. vbi requirit quod intereſſe ſit
verè probatum, & per veras probationes iuſtificatum
11 ad hoc vt illud liceat conſequi. Et docet idem Bona-
cin. de contract.diſp.3. quæſt.3.punct.4. num.3. verſ.3.
vbi inter alia requirit ad petendum intereſſe, quod re
12 vera ſequatur damnum præciſè ex cauſa mutui, & mu-
tuator non potuerit illud commodè euitare; ſed hîc
nulla extat probatio damni emergentis, vel lucri ceſ-
ſantis, niſi illa, quæ reſultat ex partium conuentione
ab initio contractus: ergo nullum damnum, nullum
lucrum debetur. Et quod pro fructibus hucvſque re-
13 ceptum eſt,debet in ſortem imputari,quia ſolutum pro
vſuris indebitis ſortem extenuat,ad textum in l. ſi non
ſortem,vbi Bart.n.4.ff.de condict.indeb.Caſtr.conſ.446.ſub
n.1.lib.1.latè Surd.deciſ.328.n.14.verſ.pro contraria, &
n.17.Cyriac.d.contr.540.num.55.56.Bertaz. conſil.327.
n.10.Farinac.d.deciſ.72.n.5.p.2.

Et in hoc non attenduntur conuentiones partium,
14 & confeſſiones ab initio contractus factæ,quia mutua-
tarij,vt recipiant pecunias pro ſuccurrendo eorum ne-
ceſſitati, ſolent fateri quæcunque volunt mutuantes,
15 quia cùm verſemur in materia vſurarum prohibita,
non ſtatur aſſertioni partium; ad textum in l. cùm quis
decedens,§.codicillis,& §.Titia:vbi notant DD.ff.de leg.
3.& ad rem ſic probat Bald.in d.l.rogaſti, §.ſi tibi, ſub
n.7.ſi cert.pet.Vbi in hac materia dicit,quod nullus eſt
actus in quo ita de facili præſumatur numerari inter
prohibitos, ſicut in confeſſione, ideò dixit poſt Dec. 16
conſil.119.col.5.Mantic.de tac.& amb.conuent.lib.14.tit.
29.n.10.ſi improbi fœnoris ſubſit ſuſpicio, non credi
inſtrumento,in quo id quod intereſt,definitur;ſed ali 17
ter deduci,& probari oportet:quod in mutuo maximè
obtinet,quia dicitur obiectum,ſeu ſubiectum fœnoris, 18
& in eo faciliùs præſumitur, vt per Mantic. de tac. &
amb.conuent. lib.8. tit.18.num.6.7.Et propterea non li-
cet creditori,maximè in cauſa mutui, vbi eſt maior ſuſ-
picio vſuræ, pro ſuo intereſſe conſequendo ab initio
paciſci de certa quantitate illius, moderata etiam, nec
poteſt illud taxari, vt ſoluatur aliquid certum, veluti
quinque pro centenario quotannis, vt in terminis do- 19
cet Bald.in d.l.rogaſti,§.ſi tibi,n.6.7.ff.ſi cert.pet.Vbi pul-
chrè probat non licere ſic ab initio taxare intereſſe in
mutuo, caſu quo mutuatarius non redderet mutuum
tempore conuento, & dicit quod non valet talis pro- 20
miſſio,& non probat debitoris confeſſio,quod tantùm
interſit creditoris,quantùm conuentum eſt,ſed per alias
coniecturas probandum eſſe intereſſe,non per confeſ-
ſionem partis.Et eum latè ſequitur Felin. in c. cùm ve-
nerabilis,n.9.de except.Ambroſ.à Vigna in c.ſalubriter,
num.49.de vſur.vbi etiam Ioan.Andr.hoc idem confir-
mat,& tenet Ioan.de Anan.in cap.vlt.n.62. extr. eodem.
Dec.conſil.116.n.2. Crau. conſ.87.n.5. Roland. conſ.55.
num.2. in fin.lib.2.latè Lup.in d.l.curabit,comment.1.§.6.
num.121.122.123.vbi licèt admittat pactum de ſoluen-
do intereſſe in genere, tamen non admittit illius taxa- 21
tionem in quantitate certa. Ita etiam Rota apud Mœ-
dan.deciſ.2.& 3.de vſur.& apud Farin.deciſ.crim.7.n.2.
& deciſ.331.num.3.12.14.15. Vbi licèt admittat quan-
doque taxationem intereſſe ex circumſtantiis veriſimi- 22
libus,& proportionatis, tamen requirit quod intereſſe
huiuſmodi verè ſit probatum,& non per confeſſionem
partis, quia confeſſio partis non attenditur vti ſimu- 23
lata, quam lex non admittit timore fraudis,quæ vſuris
fomentum præſtat; & idem confirmat Rot.apud eun-
dem Farin. deciſ.crim.362.n.3.vbi docet non poſſe pe-
ti intereſſe ab initio conuentum, quia ſaperet vſura- 24
riam prauitatem, & non eſſe habendam vllam ratio-
nem huiuſmodi conuentionis, tam de iure diuino,
quàm humano:pulchrè etiam Rota apud Farin. deciſ.
nouiſſ.331.n.1.verſ.quia in mutuo,n.2.3.& n.5.p.7.vbi ſi-
gnanter in mutuo probat illicitam eſſe taxationem in-
tereſſe ab initio,& continere vſurariam prauitatem, &
teſtatur de communi Theologorum ſententia,& decla-
rat in fine, quando opiniones contrariæ locum ha-
beant; ideò videatur,quia pulchrè loquitur: latè hoc
idem proſequitur,& cum Baldo tenet Gratian. diſcept.
for.cap.387.n.10.16.vbi licèt admittat, poſſe ab initio
taxari intereſſe veriſimile,& vbi nulla eſt fraudis ſuſpi- 25
cio,ſecus tamen eſſe dicit, quando non eſt probatum,
niſi per confeſſionem partis, quia talis confeſſio non
valeret tanquam ſimulata, & concludit requiri veram 26
probationem. Baldum etiam latè ſequitur Cyriac. con-
trou.326.n.16.lib.3.vbi multos allegat,& probat, quod
intereſſe taxatum ab initio non aliter debetur,niſi po-
ſteà probetur, vel de eo conſtet aliter, quàm per par-
tis debitricis confeſſionem: pulchrè & latè Sperell.
deciſ.84.n.16.17.18.19.20. vbi damnat hanc vnifor-
mem taxationem intereſſe, vbi agitur de præſtatione,
quæ fit pro interuſurio pecuniæ, vt in mutuo; aliud
enim ſentit,ſi agitur ratione onerum,vt in cauſa matri- 27
monij, & dotis, ex quibus conſtat hanc eſſe commu-
nem,& receptam DD.ſententiam.

Et licèt multi aliter teneant,docentes poſſe credito-
rem paciſci de certa quantitate ſibi ſoluenda ratione in-
tereſſe,



tereſſe,quomodo attenta qualitate,& conditione perſo-
28 narum, & dubio euentu taxatur aliqua pars honeſti lu-
cri arbitrio boni viri ſoluenda poſt moram debitoris
proportionabiliter, tamen iidem hoc admittunt,dum-
modo poſtea per creditorem pateat, quod verè tantum
erat ſuum intereſſe, quoniam ſi ab initio taxatio fuit
illicita, tamen per probationem poſtea ſubſequu-
tam ſuſtinetur in vim probationis deductæ, vt benè
probat Dec.in conſ.322.n.4.5. vbi tradit in noſtris ter-
29 minis, quod non ſtatur aſſertioni inſtrumenti pro in-
tereſſe taxato, ſed debet practicari verum intereſſe, &
certa quantitas nullo modo peti poteſt.Idem Dec.in d.
c.cùm venerabilis,n.14.ad fin.de except.Cagn.in d.l.vnic.
30 n.51.C.de ſent. &c. Couar. var.reſol. lib.3.c.4.n.5.in fin.
verſ.nihilominus.Anch.Regienſ.q.fam.33.n.4. pulchrè
Lup.in d.l.curabit, comment. 1. §.6. num.126.Claud.ad
Bertaz.conſil.264.verſ.ſecunda eſt concluſio.Surd. conſil.
327.n.54.55.& conſil.485.n.6.Rot.Ianuenſ.dec.9. n.32.
Burſat. conſ.320.num.54.& n.56.lib.3.Gratian.d.diſcep.
387.num.12.13.28. Cyriac. controu.526.num.16.18.p.3.
vbi multos allegat: pulchrè Rota apud Farin. d. dec.
crim.331. n.4. vbi pulchrè hanc rem declarat. Bonac.
de contract.diſput.3.quæſt.3.punct.4.num.3.verſ. eſt. Sed
hîc non fuit probatum aliquod damnum emergens,
vel lucrum ceſſans proueniens ex cauſa dicti lucri, nec
31 de aliquo intereſſe conſtat niſi per confeſſionem par-
tium, vt in dicto inſtrumento: ergo non eſt quæren-
dum de aliquo damno,aut intereſſe,vt per Farin. d.dec.
crim.331.n.7. p.1.

Nec obſtat probatio, quam fecit mutuans, ſe teneri
ſoluere quotannis certos liuellos cuidam Eccleſiæ,quia
non per hoc probatur eius aliquod damnum, aut inte-
reſſe, niſi doceat eoſdem liuellos eſſe francabiles,quod
non fecit;ad hoc enim vt per huiuſmodi pactum liceat
taxare intereſſe creditoris, requiritur quod is, qui ha-
bebat terras ad liuellum, poſſit eas francare, & per
ſolutionem capitalis ſe à liuello liberare, tunc enim
32 creditor poteſt cum debitore conuenire, vt ſoluat ſi-
bi certam pecuniæ quantitatem liuello correſponden-
tem, donec reſtituat debitum, cum quo volebat fa-
cere francationem, vt conſuluit Alex. in conſ.221. in
princ.lib.2. quem ſequitur Rim. Iun. conſ.67.num.11.
Peregr. conſ.87.ſub num.23. verſ. vnde infert, lib.3.Cyr.
contr.368. num.17.18. Ex quibus in hac materia liquet
ad probandum intereſſe de quo quærimus,neceſſarium
eſſe, quod creditor probet, ſe eſſe debitorem alteri in
tali ſumma, à qua poſſit ſe liberare cum tali ſuo credi-
to: ſed hîc mutuans, etiamſi habuiſſet ſuo tempore
à debitore pecunias,non potuiſſet ſe liberare à dicto li-
uello,quia non erat francabile:ergo ſequitur,quod de-
fecerit in ſalutari ſuo, & ſuum intereſſe non iuſtifica-
uerit. Vnde cùm mutuans non tentauerit aliunde li-
33 quidare damna in inſtrumento mutui enunciata,ſequi-
tur non habuiſſe fundamentum probationis,& ſecun-
dum prædicta in hoc non eſt ſtandum inſtrumento,
nec partium aſſertioni,vt per Dec.d.conſ.322. num.4.5.
Farin.deciſ.crim.331.n.7.p.1.

Similiter non obſtant Surd.d.dec.259.n.7.16. & Cy-
riac.d.contr.368.n.23.24.qui videntur admittere taxa-
tionem intereſſe à principio,ſi de eo conſtat,vel ſit ve-
riſimile.Nam reſpondetur ſecundùm prædicta, requiri
poſtea probationem, quod verè tanti interſit credito-
34 ris,alioquin tale intereſſe exigi non poteſt.Farin d.dec.
331.n.4.Cyriac.d.contr.526.num.16.18. cum aliis ſuprà
adductis.

Deinde reſpondetur eoſdem auctores eſſe intelli-
gendos, & loqui in materia d. l. curabit, C. de act.
empt. & c. ſalubriter, de vſur. in quibus locis tracta-
tur de re, in qua omnino interuenit intereſſe, pro-
35 vt ſic optimè declarat Rota apud Farin. deciſ.nouiſſim.
331.p.1.per tot. Vbi hanc rem ſic dilucidat, & dicit,
quod deciſiones Cæſaris de Graſſis à Cyriaco allega-
tæ ideò non audiuntur in Signatura Sanctiſſimi; & ſi
de mutuo quærimus, taxatio non poteſt admitti, niſi
quando pariter in eo certum eſt intereſſe ab initio, ve-
luti ſi ego haberem pecunias ab Hebræo ſub vſuris, &
eas vellem reſtituere, ſi tunc amicus petat, vt ſibi illas 36
mutuas dem, tunc potero cum eo paciſci, vt mihi ſol-
uat tot pro centenario, quot ipſe pendo Hebræo, vt
per Archid. in c. fin.num..p.14.q.3. Alex. conſ.221. ſub
n.3.lib.2.Vgol.de vſur.c.8.§.3.ſub n.2.Cyriac.d.controu.
368.num.16. Sed nos hîc non habemus talem certitu-
dinem,nec probatum eſt huiuſmodi intereſſe, ſecluſo
inſtrumento mutui, quod in hoc nullam fidem facit, vt
vidimus: ergo taxatio huiuſmodi non eſt permiſſa, & 37
ſi exigeretur, eſſet vſura. Crau. conſil.189.n.8.verſ.non
negans;Grat.d.diſcep.387.num.13.Mangil.de euict.q.27.
n.14. & maximè hæc ſunt attendenda; quia non ha-
bemus hîc neque aliquam veriſimilitudinem aut con-
iecturas damni, vel intereſſe, ſtante quod nulla fides
danda eſt inſtrumento mutui,in quo partes pronuncia-
runt de eo;& aliunde non habemus probationem talis
damni,quæ ad hoc igitur,vt taxatio intereſſe ab initio 38
valeat,& vt taxatum exigi poſſit,requiritur illius certi-
tudo: ſi verò tantùm veriſimile ſit, & probabile,tunc
neceſſarium eſt,quod illud poſtea iuſtificetur, & verè
probetur,vt per Rotam apud Farin.d.dec.crim.331. n.4.
vbi alij allegantur:hîc vtrumque deficit:ergo nullum
intereſſe debetur, & ſic non obſtant ea, quæ ego dixi
contr.29.n.67.quia illic intereſſe erat quaſi certum, &
ſufficienter iuſtificatum.

Non obſtat argumentum Surd.d.dec.259.n.7.vbi pro-
bat,quod ſicut validum eſt pactum,vt ſtari debeat iura- 39
mento creditoris circa damna,& intereſſe,& eorũ quan-
titatem;ita licitam eſſe ab initio dãnorum taxationem,
quia multipliciter reſpondetur, & primò eum loqui
quando intereſſe eſt certum ab initio,vt ipſe ſe declarat
n.16.quod hîc dici non poteſt,vbi nihil probatum eſt.

Deinde reſpondetur,Surdum loqui in caſu, vbi non
eſt ſuſpicio de vſura,quoniam loquitur de prætoriis ſti-
pulationibus, in quibus loco liquidationis damni ap-
ponitur certa pœna,in quibus non eſt etiam ita cer- 40
tum,an valeat pactum,& ſtandum eſſe dicto, vel iura-
mento damnum paſſi,quia licèt Bart.in l.fin. in fin.ff.de
prætor.ſtipul.dicat valere hanc conuentionem, tamen
dicit etiam dari reductionem ad arbitrium boni viri;&
eum ſequuntur omnes à Surdo allegati, propter quod
non poteſt firmari res certa,adeò vt debitor non poſſit
conqueri,& non debeat audiri ſuper nullitate, vel ini-
quitate taxationis intereſſe.

Tertiò reſpondetur Surdum loqui de alio intereſſe,
quàm illo, quod ex mutuo oritur, agit enim de ſpecie 41
ſolutionis,quæ fit inuito debitore,vt ipſe dicit ſub.n.13.
quinimò ſub n.7. videtur ſentire aliud eſſe in mutuo,
aliud in aliis contractibus, & venditione, in qua non
eſt tantæ vſuræ ſuſpicio,vt ipſe ibidem dicit ſub n.13.&
propterea verius eſt in hac materia mutui,& vbi poteſt
eſſe fœnoris ſuſpicio, non eſſe ſtandum dicto alicuius 42
partis circa intereſſe,& eius quantitatem,nec valet aſ-
ſertio debitoris dicentis,& confitentis tantùm intereſſe
creditoris,vt per Dec.d.conſ.322.n.4.5.Grat.d.diſc.387.
n.10.Far.d.dec.crim.331.n.3.cum aliis ſuprà adductis,qui
omnes concludunt in hac parte, cõfeſſionem debitoris
cenſeri ſimulatam;certum eſt enim quod aſſertio, quæ 43
facit contractum licitum, qui aliàs improbaretur,aliũ-
de non iuſtificata,nihil probat,quoniam confeſſio etiã
iurata in prohibitis nihil releuat,ſicut per textum in l.ſi
fortè,vbi Bart.ff.de caſtr.pecul.& in l.qui teſtam. de pro-
bation.l.cùm quis decedẽs,§.Titia,de leg.3.l.ſi donatione,
C.de collat.probat Alber.Brun.de ſtat.exclud.fœm.art.13.
n.124.Dec.conſ.132.n.2.Crau.conſ.368.n.17.Oſaſch.dec.
172.n.2.Peregr.conſ.6.n.16.verſ.& in confeſſione, lib.3.
Anch.Iun.q.12.n.7.p.2.Gionagn. conſ.27.ſub n.20. lib.
2.Mantic.de tac.& amb.conuent.lib.13.tit.15.n.41.verſ.

ſed diuerſa.& verſ.& hac ratio.Giurb.in conſuet.Meſſan.
p.1.c.14.gloſ.7.n.13.

Ex quibus ſatis clarum redditur, nullum intereſſe
deberi in hoc negotio,& taxatione illius,vel eſſe illici-
tam,vel nullius vigoris,ſi aliunde non iuſtificetur, &
propterea vel mutuans exigendo tale intereſſe, tan-
quam fœnus exercens debet ſuo credito priuari ex di-
ſpoſitione ordinis Mantuæ,ſub die 27.Martij 1542. vel
ſaltem debet imputare in ſortem quidquid ei ſolutum
eſt,per ea quæ ſuperiùs ſcripta ſunt, adeò vt non ſint
attendendæ cautelæ, etiam inſolitæ, adhibitæ in dicto
44 inſtrumento mutui, quia potiùs faciunt præſumere
contra illud,vt per Bald.in l.rog.§.ſi tibi,n.8.ff.ſi cert.pet.
multæ enim cautelæ ſolent adhiberi ad occultandas
vſuras.Cyriac.contr.540.n.57.Sperell.dec.27.n.82.

Alterum ſupereſt de venditione terrarum Canfurlo-
ni, bubulcarum ſupra 200. venditarum pro pretio du-
plarum Italiæ 3064.cum præſeruatione dominij,donec
ſoluatur dictum pretium, & interim cum annua re-
ſponſione fructuum ad rationem quinque pro cente-
nario; in quo priùs eſt quærendum,an emptor tenea-
tur ad fructus prædictos per multos annos non ſolu-
tos;deinde,an contractus fuerit inualidus, vel ſaltem
45 reſoluendus.Et ſanè quoad primum, videtur reſoluen-
dum contra emptorem,quia ei non licet frui re,& pre-
tio,& ſic ex æquitate valet pactum de ſoluendis fructi-
46 bus,donec pretium ſoluatur, ſiue fiat dominij,reſerua-
tio,ſiue non,per textũ in d.l.curabit,C.de empt.vbi Lup.
comment.1.§.7.n.138.143.146.Bertaz.conſ.540.n.3.4.10.
11.Surd.conſ.101.n.20.Rota diuerſ.deciſ.13.n.7.p.5.

Nihilominus cenſeo emptorem non teneri ad ali-
quos fructus rerum venditarum, iuxta conuentionem
inter contrahentes irritam,ſed ſolummodo iuxta quan-
titatem fructuum ex ipſa re vendita verè perceptorum,
detractis expenſis,& damnis paſſis.Cùm enim propter
bella hoſtiliter tractata, & peſtilentiam per multum
temporis ſpatium nulli fructus percepti ſint, imò ne-
ceſſarium fuerit magnas facere expenſas, id totum de-
bet cedere damno venditoris,qui ſibi dominium rerum
47 venditarum reſeruauit, eo quod res pereat ſemper peri-
culo domini,ad textum in l.quæ fortuitis, & in l.pignus,
C.de pign.act.Cancer.de empt.& vend.lib.1.c.10.n.135.

Nam admittunt omnes, licitum eſſe venditori ſibi
reſeruare dominium, donec ſibi ſoluatur pretium, &
tunc emptor ante ſolutum pretium non erit dominus,
48 & talia peracta reputantur validiſſimè, ſicut poteſt ſibi
reſeruare etiam hypothecam,& manus iniectionem,vt
49 probant ex l.ſi Titius,ff.de ſeru.export.Bald.in rub. C.de
contrah.empt.q.13.Dec.conſ.119.n.4.& conſ.440.in princ.
Tiraq.de retract.lignag.§.1.gl.2.num.36. & ſub num.34.
Claud.ad Bertaz.in d.conſ.540.lit.D,Grat.deciſ.13. n.1.
2.3.4.Cyr.contr.164.n.2. & 425. num.42.43. & 52.53.
Cancer.d.c.13.n.4.

Quo ſtante controuertunt DD. in quam ſpeciem
contractus tranſeat huiuſmodi venditio. Et ſane con-
50 cludunt,quod ſi fiat venditio rei retento dominio dire-
cto, tunc emptio reſoluatur in contractum emphyteu-
ticum, in quo vtile tantùm dominium transfertur, vt
per Bald.in l.ea quæ,n.10.C.de cond.ob cauſ.Affl.dec.358.
n.5.Tiraq.de retract.conſang.§.1.gl.2. num.36. Manent.
conſ.129.n.1.2.3. Si verò ſimpliciter venditor ſibi re-
51 ſeruat dominium rei venditæ, donec pretium fuerit ſo-
lutum, vt hic,contractus reſoluitur in locationem; &
res interim cenſetur locata, per textum in l. cùm manu
lata,§.fin.de contrah.empt.Afflict.d.dec.358.n.1. Ioan.de
Monte Sperell.conſ.252.ſub n.2.Magon.dec.Florent.91.
n.8.& dec.92.n.12.& dec. Lucenſ.31. n.9.10. Soc.Iun.
conſ.86.n.3.4.Surd.dec.157.n.3.& dec.305.n.29.Cyriac.
contr.64.n.8.379.num.1.& 425.n.62. Claud. ad Bertaz.
d.conſ.540.lit. D.Manent.d.conſ.129.n.24.p.2.

Quod ſi verum eſt,provt eſt veriſſimum, ſequitur,
quod ſi emptor poſt traditionem ſibi factam nullos,
vel exiguos ex re empta fructus perceperit, nec perci-
pere potuerit,neque venditor ipſe potuiſſet percipere,ſi
rem non tradidiſſet,vt hîc,ob bellum,& peſtem, tunc
emptor non tenebitur ad fructus, neque ad vſuras pre-
tij non ſoluti,niſi in quantum fieret locupletior, quaſi
tunc ceſſet æquitas, l. curabit, C.de ret.emp. provt ſic 52
contra Bald.tenuit Salic.in l.2. C. de vſur. Cyn. Salic.
& Caſt.in l.minorem,C.in quib. cauſ.reſtit. in integ. non
eſt neceſſ.Caſt.in l.Iulianus,§.ex vendito,il 4.de act.empt.
Alex.in l.de diuiſione,col.2.ff.ſol.matr.Aret.conſ.150.col.
6.Corn.conſ.69.lib.3.Cagn.in d.l.curabit,n.26.28.Co-
uar.var.reſ.lib.3.c.4.n.3.verſ. quib.vbi damnat Bald. &
alios contrarium ſentientes.Nat.conſ.417.n.2.Rol.conſ.
14.ſub num.3.lib.2.Fachin.contr.iur.lib.2. c.32. pulchrè
Lup.in d.l.curabit,comm.1.§.7.n.141.in princ.& in verſ. 53
tamen à præcedenti,vbi teſtatur de communi,& non eſſe
recedendum ab hac opinione.Sic etiam tenet Mant.de
tac.& amb.conu.lib.4.tit.24.ſub n.14.in verſ.neq; obſtat,
ad medium,ibi: quia contrariam,vſque ad finem,vbi ſatis
probat,quod ſi venditur res fructifera, & emptor non
potuit percipere fructus, non tenetur ad vſuras pretij
non ſoluti; & intelligit opinionem Baldi aliter ſen-
tientis, procedere in venditione rei ſterilis, quia tunc
emptor videtur renuntiaſſe fauori ſuo, cùm ſe obliga-
uit ad fructus,licèt res ſit ſterilis,ſecus eſt,ſi res eſt fru-
ctifera, quia tunc non videtur ſe aliter ad vſuras obli-
gaſſe,niſi fructus perceperit,vel percipere potuerit,quæ
cùm habeant locum ſecundùm allegatos Doctores, 54
etiamſi venditor rei venditæ tranſtulerit dominium in
emptorem, quantò magis locum habebunt,ſi illud ſibi
reſeruauit, cùm ſecundùm regulas iuris res pereat do-
mino, & damnum circa rem contingens ſpectet ad
eum, qui rei dominus eſt.

Nec prædictis obſtat textus in l. ſicut emptio, §.fin ff.
locat.de quo obſtupeſcit Boſſ.in prax.tit.de remiſ.merce- 55
dis,n.101.Surd.dec.198.n.28.per quem probari videtur
omne commodum, & incommodum contingens ſpe- 56
ctare ad emptorem,quando res ſic vendita eſt,vt donec
pretium ſoluatur,intelligatur locata pro certo affictu.

Nam reſpondetur id eſſe extra caſum d.l.curabit, cu-
ius æquitas,& ratio ceſſat,ſi emptor fructus non perci-
piat,vt vidimus,& certum eſt,quod periculum rei ven-
ditæ non tranſit ad emptorem,niſi contractus omnino
ſit perfectus, ad textum in l.1. vbi DD. C.de peric.& 57
commod.rei vendit. quod hîc dici non poteſt,vbi abſo-
lutè venditor ſibi reſeruauit dominium,donec pretium 58
fuerit ſolutum, §. venditæ, Inſt.de ſer.diu.& propterea
cùm res perire debeat domino, & ad dominum perti-
neat omne commodum, & incommodum tam circa
rem,quàm circa fructus,non ad conductorem,maximè
ſi ſit graue,& intolerabile, vt hîc,ob bella,& peſtilen-
tiam,ideò concludunt DD. quod re vendita cum reſer-
uatione dominij omne periculum,& damnum,commo-
dum,& incommodum circa rem venditam,& eius fru-
ctus pertineat ad venditorem, & ſit conductori remiſ-
ſio mercedis,ſeu penſionis,per textum in l. neceſſario, in 59
princ.ff.de peric.& com.rei vend.& in l.qui ad certum, §.ſi
quis,l.ſi merces,§.vis maior,l.ſi fundum, ff.loc.gloſſa fina-
lis in l.damnum,C.eod.Canc.var.reſ.lib.1.c.14.n.51.& ſic
in terminis noſtris cenſuerunt Menoch. conſ.361. ſub
n.47.vbi voluit,quod ſi venditor ſibi reſeruet ſolùm di-
rectum dominiũ,tunc periculum ſit emptoris,ſi verò re-
ſeruet dominium abſolutè,& ſic vtile,& directum,tunc
omne periculum ſpectat ad venditorem:ſic etiã tenuit
Borgn.dec.9.ſub n.4.5.9.p.2.pulchrè Ruger.cõſ.18.à n.
54.vſq; ad n.60.vbi multas adducit rationes.Grat. diſc.
204.n.11.12.Cyriac.contr.164.n.9.10.11.& contr. 425.
n.61.vbi vide,quia apertè tradunt omne commodum, 60
& incommodum ſpectare ad venditorem, qui reſerua-
uit ſibi dominium,donec pretium ſoluatur.

Et ſic nõ obſtat dicta lex ſicut emp.§.fi.ff.loc.quæ ſtrin-
gere videbatur,quia procedit in venditione perfecta,in
quam



61 quam non fuit reſeruatum dominium, provt ſic etiam
eam videtur intelligere gloſſa in d.§.fin.& Caſtr.ibid.n.
2.ibi,poſt venditionem perfectam:ad rem Borgn.d.deciſ.9.
n.9.p.2.vbi ſic diſtinguit inter venditionem perfectam,
& imperfectam,vt in prima periculum ſit emptoris,in
ſecunda venditoris:hoc idem docet, & hanc legem ſic
declarat poſt Nicol.Mozz.de loc. & cond. in verb. acci-
dentalia, n.38.pulchrè Carroc.de loc.& cond. q.2.princ.
de lucro cert.Moroſ.q.4.n.4.ibi,ex quo profecta eſt vendi-
tio,periculum eſt emptoris:& ſub tit.de remiſſ. merced.q.8.
n.35.vbi reddens rationem deciſionis dictæ legis dicit,
quia venditio dicitur perfecta: meliùs idem Carroc.
eod.tract.de locat.ſub tit.de vſur.q.1.in addition.n.7. vbi
eandem legem apertè declarat,quod loquatur in caſu,
quo res ſic vendita fuerit perempta,vel ſterilis facta,&
quod tranſlatum ſit dominium, quo caſu dicit pericu-
lum eſſe emptoris, ſed hîc res non fuit perempta, nec
ſui naturâ ſterilis facta, ſed propter hoſtium incurſio-
nem fructus non fuerunt percepti,& impedita fuit cul-
tura, & dominium non fuit tranſlatum in emptorem:
ergo ſequitur omninò,quod periculum ſit venditoris,
ſicut etiam quando venditor ſibi reſeruat dominium,
donec ſoluatur pretium,tenetur ad onera,& vectigalia,
62 quia ſoluenda ſunt à domino, vt dixit Bonac. de con-
tract.diſp.2.q.2.p.7.§.1.n.6.verſ.tutius, & verſ.ſeq. Ergo
nullum remanet dubium, quin venditor ſit abſoluen-
dus à petitione fructuum rerum venditarum ex cauſis
63 prænarratis:cùm enim expenſæ ſuperent fructus,ſequi-
tur quod fundus nullum dicatur attuliſſe fructum. Fa-
rin.deciſ.nouiſſ.175.n.5.p.2.Non loquor de illis bubul-
cis 36.obnoxiis Eccleſiæ SS. Philippi, & Iacobi Man-
tuæ ſub annuo liuello librarum 200. nec de illis bu-
bulcis 20. obnoxiis Eccleſiæ Parochiali Pletularum
ſub annuo liuello libarum 44. quia illæ fuerunt con-
ceſſæ eidem emptori ad ſimplicem locationem trium
annorum, & non vltrà, interimque dicto durante
triennio dictus venditor promiſit eas à dictis oneribus
liberare,& poſteà vendere dicto D.emptori, quia cùm
lapſum ſit triennium, pro quo ſoluit penſionem, non
tenetur amplius ad quidquam,niſi in quantum eſſet fa-
ctus locupletior, vt per ſe notum eſt, cùm nulla circa
eas adſit obligatio,vel titulus.

Imò cùm dictæ terræ vt ſuprà, obnoxiæ,ſint com-
prehenſæ in illis duobus pretiis,vnico pretio, vt ſuprà
venditis pro talleris 13090.ſeu duplis 3064.& eas ven-
ditor non liberauerit ab oneribus prædictis liuello-
rum,vt promiſit,ſequitur,quod emptor non poſſit co-
64 gi ad ſoluendum pretium rei venditæ, quia venditor
non impleuit ex parte ſua contractum, vt probat tex-
tus in l.Iulianus, §. offerri,& l.qui pendentem, ff.de act.
empt.l.ex his prædiis,C.de euict.l.cùm proponas,la ſecun-
da, C.de pact. adeò vt venditor non dicatur pro parte
65 ſua impleuiſſe, ſi rem ſimpliciter tradat, quia tenetur
rem liberam tradere, per textum in d.l. ex his prædiis,
vbi Bald.notat & in l.ſi in emptione,§.vacua,& §.fin.cum
l.ſeq.ff.de act.empt.l.ſi pater,C.eod.c.cùm Ioannes, vbi no-
tant DD.de fid.inſtr.Quod procedit etiamſi implemen-
66 tum deficiat in minima parte,quia propter vnum mini-
mum capitulum non obſeruatum,obſtat agenti excep-
tio non implementi.Bald.in d.l.pacta conuenta,in 2. no-
tab.ff.de contrah.empt.Iaſ.conſil.3.col.pen.lib.4.Put.deciſ.
357.in fi.lib.3.Farin.dec.33.n.1.p.1.vbi etiam id ampliat
67 ſi agatur de impedienda executione obligationis Ca-
meralis,ex mente.Galeſ.de oblig.Camer.in 4.p.p.1.n.7.

Nam cùm terræ prædictæ fuerint venditæ ad corpus,
68 & ſub vnico pretio, dicitur vnica,& indiuidua vendi-
tio,l.cùm eiuſdem,& l.ſi plura,ff.de ædilit.edict.Tiraq.de
retract.lignag.§.23.gl.1.n.20.Burſat.conſ.340.poſt princ.
lib.3.Lancell.Gall.conſ.40.n.7.Maluaſ.conſ.96.n.17.36.
Barz.dec.62.n.17.Cancer.var.reſ.lib.1.c.13.ſub n.16. Fa-
rin.d.dec.33.n.3.verſ.& cum iſtis,Caualer.d.c.428. n.1.
69 Et etiamſi plures ſint res venditæ,adhuc vnicus dicitur
contractus,quia vnam ſine altera emptor non erat em-
pturus, propter incommodum diuiſionis,& ſeparatio-
nis,vt latè per Crau. conſ.202. n.13.Dec.conſ.421.n.4.
Decian.conſ.1.n.1.& n.38.in fin.Caual.d.dec.428.n.4. Et 70
ſic ratione etiam voluntatis contractus dicitur indiui-
duus, ad textum in l.quod ſi vno, ff. de in diem adiect. l. 71
fundus ille,ff.de contr.empt.& in l.1.§.pecunia,ff.depoſ.Vn-
de non poteſt pro parte valere,& pro parte reſcindi,ad
textum in l ſi domum,ff.de contrah.empt.& in l.cùm eiuſ-
dem,de ædilit.edict.l.ſi plura,de condict.indeb.Bart.in l.fin.
§.idem quæſiit,ff.eod. DD. in l.2. C. quod met.cauſ.Curt. 72
Iun.conſ.141.n.19.vbi ait ſimul geſta præſumi vel om-
nia vera,vel omnia doloſa.Ang.conſ.179. n.5. ante fin. 73
vbi quod vitium ex coniunctione procedens totum vi-
tiat. Aſin.de execut.§.4.c.44.n.29.Cancer.d.c.13.n.16. ad
fin.& n.17.18.vbi alia multa ſimilia adducit.Et propte- 74
reà ſicut reſpectu terrarum obnoxiarum ad Eccleſiam
pertinentium non valet venditio,ſi emptori ſic placeat,
tanquam facta de re aliena, ſecundum gloſſam in l. ſi
rem,ff.de euict.Bero.conſ.128.n.20.lib.1.Rol. conſ.69.n.
22.lib.4.Dec.conſ.45.n.20. & ſeq. qui dicunt eſſe in fa-
cultate emptoris diſcedere ab emptione, vel agere ad 75
intereſſe,latè Mangil.de euict.q.29.n.50. vbi benè hoc
explicat:ita in reliquis omninò erat inualida dicta vẽ-
ditio,quia vnica eſt conuentio,& indiuidua, quam ſuf- 76
ficit in aliqua parte deficere. Cancer. d. c.13.ſub n.18.
Etenim ſicut venditor poteſt rem alteri vendere,ſi em-
ptor non ſeruat conuenta non ſoluendo pretium debi-
to tempore,& res tunc habetur pro inempta,& contra-
ctus pro infecto,vt per textum in l.venditor,ff.de hær.vel
act.vend.Bald.in l.quoties,n.2.in fin.C.de rei vendic.Surd.
dec.220.n.15.16.& dec.344.n.16.p.2.Magon.dec.Florẽt.
92.n.12.Cyriac.48.n.71.72.Cancer.d.c.13.n.6.ita vide-
tur licitum emptori recedere à contractu, ſi debito tẽ-
pore venditor liberam rem non tradidit, ne ad imparia
iudicentur, cùm in hac materia ita venditor ſicut em-
ptor teneatur pacta obſeruare,l.temp.contr.C.de pact.in- 77
ter empt.& vend.& ſi fortè non daretur reſciſſio cõtra-
ctus iure actionis, ſaltem debet dari iure exceptionis,
quando non ſeruatur contractus in ſubſtantialibus, vt
hic Dec.in l.cùm proponas,n.2.C.de pact.Corn.cõſ.121.in
fi.lib.1.Crau.conſ.192.n.22.Bec.conſ.45.n.38.Surd.d.dec. 78
34.n.18.p.2.Cancer.d.c.13.n.7.imò etiam iure actionis,
quia ſi non ſeruatur ſubſtãtiale pactũ,reſcinditur quic-
quid eſt actũ,per textũ in l.cùm te,vbi Bald.& DD.C.de
pact.inter vend.& emp.& ſentire videtur Surd.d.dec.344.
n.19.provt hîc euenit,vbi res vẽdita pro hac parte non
traditur libera, neque in termino præfixo fuit liberata;
imò antequã liberetur,ad pretium agitur:ergo omninò
reſcindi poteſt cõtractus,& licet emptori ab eo reſilire.

Hæc ſufficere poſſent ad reſcindendum contractum,
ſed quia narratur in facto, quod etiam ex illis terris,
quæ tanquam liberæ venditæ ſunt,compertùm eſt ferè
centum eſſe obligatas Hoſpitali Miſericordiæ, vt con-
ſtat ex proceſſu actitato coram R.D.Vicario Mantuæ,
exhibito in præſenti cauſa,vtique fortius videtur rece-
dendum à præſenti venditione,vt poſt Marzar.conſ.57. 79
n.14.& Grat.d.deciſ.13.n.18.dixit Mangil.de euict.q.23.
n.46. Etenim cùm bona prædicta ad Eccleſiam perti-
nentia non poſſint dari libera, perinde eſt,ac ſi eſſent
euicta; & ſic reſcinditur contractus, & pretium debet
reſtitui quatenus fuiſſet ſolutum,vt per textum in l.ſi in 80
venditione,ff.de euict.dixit gloſſa communiter approba-
ta in l.ſi rem quandam,ff.eod.Alex.conſ.63.n.10.11.lib.6.
Ruin.conſ.141.n.5.lib.1.Oſaſc.dec.24.n.3.Surd.dec.153.
n.14.Mangil.d.q.23.n.45.Vnde concludo pro tempore,
vt non teneantur perſeuerare in emptione, nec etiam
ad aliquos fructus, niſi in quantum ipſe percepit vltrà
expenſas,& quatenus factus ſit locupletior. Et ita, &c.
Saluo. Hæc controuerſia fuit diu acriter tractata, &
controuerſa, ſed denique per tranſactionem emptori
multùm fauorabilem fuit terminata.

## CAPVT CLVIII.

### Epitome.

Primus acquirens an poſſit præiudicare aliis vocatis in emphyteuſi, vel feudo ex pacto, & prouidentia, & an fœmina ſuccedere poſſit in illis, finita linea maſculina.

### SVMMARIVM.

1 *Alienare emphyteuſim an liceat primo acquirenti.*
2 *Acquirens primus an poſſit præiudicare aliis vocatis in emphyteuſi.*
3 *Donatio facta Titio, vt poſt eius mortem tranſeat ad Eccleſiam, an poſſit reuocari.*
4 *Clauſula*, Ad habendum, *facit emphyteuſim alienabilem.*
5 *Clauſula*, Et cui dederis, *quid efficiat.*
6 *Acquirens primus non alienat in damnum vocati nomine proprio.*
7 *Emphyteuſis non poteſt alienari à primo acquirente in præiudicium vocati nominatim.*
8 *Exhæredatus quando retineat emphyteuſim.*
9 *Emphyteuſis quando nequeat, vel poſſit alienari à primo acquirente.*
10 *Alienari non poteſt emphyteuſis, quando Notarius ſtipulatus eſt pro abſentibus.*
11 *Emphyteuſis quoad filios in poteſtate cenſetur profectitia.*
12 *Filij ius profectitium reſidet in patre.*
13 *Pater poteſt diſponere de emphyteuſi ſtipulata etiam pro filiis.*
14 *Emphyteuſis non poteſt alienari à primo acquirente in damnum filij emancipati.*
15 *Pater non præiudicat in emphyteuſi emancipatis.*
16 *Mater non poteſt præiudicare filiis in emphyteuſi ab ea pro eis etiam empta.*
17 *Donatio facta abſenti quando poſſit reuocari.*
18 *Donatio ſtipulata à Notario in fauorem abſentis non poteſt reuocari.*
19 *Clauſula*, Ad habendum, *in executionibus nihil alterat.*
20 *Emphyteuſis pro deſcendentibus dicitur ex pacto, & prouidentia.*
21 *Emphyteuſis pro filiis, & deſcendentibus continet etiam fœminas.*
22 *Statutum propter maſculos excludens fœminas, procedit etiam in emphyteuſi.*
23 *Fœmina quando impediatur à Statuto ſuccedere in Emphyteuſi.*
24 *Emphyteuſis pro deſcendentibus admittit fœminas poſt maſculos, ſtante ſtatuto.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Mutinenſi vbi tractatur de emphyteuſi Eccleſiaſtica acquiſita pro ſe, & eius fratre, & filiis, & deſcendentibus, fuit quæſitum, an primus acquirens potuerit alienari, & teſtari de ea in præiudicium vocatorum, & fœmina poſt maſculos relicta poſſit liuellum ſic alienatum reuocare.

Et ſanè videbatur dicendum, licitum fuiſſe primo acquirenti alienare dictam emphyteuſim, & præiudicare
1 vocatis tam inter viuos, quàm in teſtamento, quia licèt dubitari ſoleat, an in liuello, vel feudo nouo id permittatur, quando competit ex pacto, & prouidentia, vt hîc tamen id pro certo habendum eſſe videtur, quando non ex mera gratia, ſed pecunia, & labore ſuo ille primus emphyteuta liuellum, aut feudum acquiſiuit, quod tunc ad ſui libitum poſſit de eo diſponere, non quidem in præiudicium domini, cuius conſenſus requiritur, ſed
in præiudicium agnatorum, & vocatorum in inueſti- 2
ra, vt de communi teſtatur Alex. *conſ.*124.*num.*8. *lib.*5. quem ſequitur Gozad. *conſ.*25.*n.*18. pulchrè Clar. *lib.*4. *§.emphyteuſis, q.*16.*verſ.his præmiſſis*, ibi: *contrariam autem*, & *§.feudum, q.*41.*n.*2.*verſ.ſed in feudo nouo*, & *q.*42.*n.*2.*verſ.aut loquimur*. Tuſc. *lit. A, concl.*439.*n.*3. & *n.*20. vbi ſic diſtinguit Borell. *in ſumm. deciſ. tit.*33.*n.*299.*p.*1. Grat. *diſc.*405.*n.*1. vbi teſtatur de communi. Valaſch. *de iure emph. q.*49.*n.*7. vbi pulchrè loquitur. Mareſcot. *var. reſol. lib.*1.*c.*74.*n.*1.2. Surd. *conſ.*451.*n.*27.28. & *dec.*209.*n.*15.16.17. latè Cald. *de iur. emph. lib.*4.*c.*20.*num.*15. & hanc opinionem ſequitur Rota, vt apud Seraph. *dec.*341.*n.*12. Beltram. *ad Ludouiſ. dec.*529.*n.*23. vbi pulchrè. Farinac. *deciſ.*438.*n.*1.*p.*2. & *deciſ. poſth.* 450.*n.*2.*p.*1. Schrader. *de feud. p.*2.*c.*5.*n.*42. Roſent. *eod. tr. c.*5. *concl.*69.*n.*29. & *c.*9.*memb.*2.*concl.*65.*n.*3.4.

Idque confirmatur ex doctrina Bart. *in l. qui Romæ, §.Flauius, n.*2. *de verb. oblig.* vbi docet, quod ſi quis donat
Titio cum pacto, quod res donata deuoluat, & tranſeat 3
ad Eccleſiam, poteſt quoad Eccleſiam pœnitere, & reuocare, quem ſequitur Clar. *in §.donatio, q.*13.*verſic. difficultas eſt*, Crau. *conſ.*135.*n.*10. & multos allegat Cald. *de iur. emph. lib.*4.*c.*19.*n.*26. latè Surd. *conſ.*451.*n.*35. & *dec.*209.*n.*13. Roſent. *de feud. d. c.*6.*concluſ.*69.*n.*29. & *q.*65.*n.*4.*c.*9.

Idque magis procedit in caſu noſtro, propter clauſulam, *Ad habendum*, quæ facit emphyteuſim alienabi-
lem, & in extraneos tranſitoriam, quando eſt in diſpo- 4
ſitione, vt ſæpè reſoluit Rota coram Sacrato *in Nonantulana bonorum, ſub die* 31. *Ianuarij*, & *die* 14. *Iunij* 1611. Farin. *dec.*482.*n.*2.*p.*2. & *deciſ. poſth.*450.*n.*3.*p.*1.
& maximè ſi adiungatur etiam clauſula, *& cui dederis*; 5
quæ etiam facit rem alienabilem. Corbul. *de cauſ. priuat. ob alien. lim.*2.*num.*1.2. vbi alios allegat. Surd. *conſ.*551.*num.*21.22. Cald. *de iur. emph. lib.*4.*c.*20.*n.*33. *verſ. verùm.*

Hæc vtique vera ſunt, & communiter recepta; veruntamen in caſu noſtro dixi non habere locum, &
omninò ceſſare ob multas rationes, & præcipuè quia in 6
caſu noſtro primus acquirens ſtipulatus eſt emphyteuſim pro ſe, & eius deſcendentibus, & deinde pro Franciſco eius fratre, exprimendo nomen proprium, non contentus nomine appellatiuo fratris; quo caſu videtur ob expreſſionem proprij nominis principaliter contemplata perſona fratris; & ſic cùm primus acquirens deceſſerit ſine filiis, ſubintrat eius frater, cui præiudicare idcircò non potuit, quia proprio nomine fuit
vocatus, & pro eo ſic fuit ſtipulatum: ſic videntur ſen- 7
tire Bart. *in l.*3. *ff. de interdict. & releg.* Bald. *in l. lege XII. Tab. C. de legit. hær.* Clar. *§.emphyteuſis, q.*16.*n.*1. *ad fin. verſ. benè verum eſt*, & *§.feudum, q.*41.*n.*2.*verſ. Nam feudum*, Valaſch. *de iur. emphyt. q.*49.*n.*11. Tuſch. *lit. A, concl.*449.*n.*42. pulchrè Cald. *de iur. emphyt. lib.*4.*c.*20.*n.*14. *verſ. nec obeſt*, latè Roſent. *in tract. de feud. p.*1.*c.*9.*membr.*
2.*cap.*66. *num.*26. vbi multos allegat, & reddit ratio- 8
nem, quia tali caſu emphyteuſis, ſeu feudum cenſetur acquiſitum, etiam contemplatione eius, cuius nomen proprium expreſſum eſt; & ideò etiamſi fuerit à primo acquirente exhæredatus, adhuc tamen feudum, & emphyteuſim ſic ſtipulatam conſequetur: ad rem Barbat. *conſ.*66. *col.*5. *lib.*4. Dec. *conſ.*468.*n.*28. & *conſ.*498.*n.*19.

Vnde non obſtat, quod primus acquirens poſſit præiudicare vocatis, quod maximè verum eſt, ſi non ex gra-
tia concedentis, ſed pecunia, & labore primi acquirẽtis 9
emphyteuſis fuerit acquiſita: Bald. *in l.*1. *in fi. C. per quas perſ.* & *in Auth. ſi quas ruinas, col.*4. *C. de ſacroſ. Eccl.* Aretin. *in l. apud Iulianum, §.ſi quis alicui, col.*1. *ff. de legat.*1. Gozad. *conſil.*25.*col. pen.* de communi Ruin. *conſil.*213.*col.*3.*lib.*1. latiùs Anton. Gabriel *commun. concl. lib.*3. *tit. de iur. emphyt. concluſ.*2. *num.*45. vbi alios allegat. Tuſch. *pract. concl. lit. A. concl.*439.*num.*22. Beltram. *ad Ludou. d. deciſ.*529.*n.*23. cum aliis ſuprà adductis, namque id non procedit, vt vidimus in eo, qui nomine proprio vocatus eſt, & nominatim in inueſtitura comprehenſus, vt dictum eſt.



Sed etiam vlteriùs ad rem noſtram limitatur, vt non procedat, quando Notarius ſtipulatus eſt pro abſentibus vocatis ad emphyteuſim, vel feudum; tunc enim
10 propter ſtipulationem publicæ perſonæ irreuocabiliter, & ſine vlla ceſſione, aut alia acceptatione ius quæritur abſentibus vocatis, per textum *in l. poſſeſſio quoque, §.ſed & ſi*, vbi DD. *ff. de acquir. poſſeſſ. iunct. l. ſi ego, ff. de neg. geſt.* Caſtr. *conſ.*195. *num.*2.*lib.*2. Iaſ. & alij DD. *in d. l. qui Romæ, §.Flauius, ff. de verb. oblig.* Couar. *var. reſol. lib.*1.*cap.*4.*num.*11.13. Bald. *conſ.*19.*num.*22.*lib.*1. Surd. *deciſ.*111.*n.*6. pulchrè ad rem Gratian. *diſc.*405.*num.*20.21. 22.23. Roſent. *de feud. cap.*3.*concl.*11.*n.*3. vbi gloſſa *in lit. C*, multos allegat: ſed ſic eſt, quod in caſu noſtro Notarius ſtipulatus eſt pro abſentibus: ergo illi irreuocabiliter ius quæſitum fuit, vt etiam probat Cald. *de iur. emph. lib.*4.*cap.*20.*num.*21.

Deinde illa ſententia, quæ habet primum acquirentem poſſe vocatis præiudicare, & emphyteuſim in alium alienare, vtique procedit in præiudicium eius filiorum, quibus pater alienando facilè præiudicare poteſt; quia quoad eos emphyteuſis cenſetur profectitia,
11 *l. profectitia, ff. de iur. dot.* & cùm hodie profectitia patri acquirantur, §.1. *Inſt. per quas perſon. nob. acquir.* ideò
12 ius, quod filius in hac emphyteuſi ſperare poteſt, ad patrem pertinet, & penes eum reſidet, ex *l. placuit, ff. de*
13 *acquir. hær.* & propterea non eſt mirum, ſi de eo pater liberè poſſit diſponere citra vllam filiorum honeſtam querimoniam. Soc. *conſ.*25.*n.*14.*lib.*1. Gozad. *conſ.*25.*num.*16. & ſic quoad attinet ad filios in poteſtate exiſtentes, hæc ſententia cenſetur vera, ſecus eſt quoad emancipatos, pro quibus ſi pater etiam emphyteuſin ſtipuletur, ampliùs non poterit eis præiudicare, quia
14 illis data non poteſt reuocare, ſic per textum *in l. perfecta, C. de donat. quæ ſub mod.* & *l.*2. *Cod. ſi aduerſ. donat.* Bald. *in l.*1.*n.*17. *C. per quas perſon.* Alex. *conſ.*106.*n.*8. *in fin. lib.*4. & *conſ.*124.*n.*8.*lib.*5. Corn. *conſ.*68.*n.*18.*lib.*3. Gozad. *conſ.*75.*n.*17. Tuſch. *lit. A, concl.*439. *num.*32. Natt. *conſ.*475.*n.*5. latè Gratian. *diſc.*405. *n.*2.15.16. &
15 *n.*30. vbi dicit, quod quando quis non eſt ſub patria poteſtate, non attenditur in hoc, an quis ſit primus acquirens, nec ne: pulchrè etiam ſic rem iſtam declarat Cald. *de iur. emphyt. lib.*4.*c.*20.*n.*16. vbi vide.

Vnde eſt, quod ſi mater, quæ non habet filios in poteſtate, acquirat emphyteuſim pro ſe, filiis, & deſcen-
16 dentibus, non poterit eis ampliùs præiudicare, nec emphyteuſin ab ea emptam vllo modo alienare in præiudicium filiorum. Bald. *in Auth. ſi quas minas, n.*5.6. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* latè Angel. Aret. *conſil.*64. *quaſi per totum*, Tuſch. *litt. A, concl.*439.*n.*30. Menoch. *conſ.*155.*n.*29. Gratian. *d. diſc.*405.*num.*5.5. Si ergo primus acquirens non poteſt præiudicare filiis emancipatis, & mater non poteſt alienare emphyteuſin emptam in præiudicium filiorum pro quibus ſtipulati ſunt, quantò minùs poterunt præiudicare fratri, vel alteri conſanguineo, pro quo ſtipulati ſunt, ſuper quo nullam habet poteſtatem? vtique caſus videtur clarus, & euidentiſſimus.

Nec obſtat doctrina Bart. *in d. l. qui Romæ, §.Flauius, de verbor. oblig.* ſentientis rem donatam cum pacto,
17 quod poſt mortem meam perueniat ad certam Eccleſiam re integra, antequam ſcilicet ego morior, poſſe à donante reuocari, & alteri concedi. Nam reſpondetur hanc ſententiam eſſe valdè ſuſpectam, & à pleriſque damnatam; & pro falſa habendam eſſe videntur communiter ſentire DD. etenim contrarium cenſuerunt ex antiquioribus, Franciſc. de Alberg. & Ioan. And. & poſt eos Paul. Caſt. *in d. l. qui Romæ, §.Flauius*, & *in l. ſi pecuniam, ff. de cond. ob cauſ.* *in l. ſi inſulam, ff. ſolut. matr.* & *conſ.*164. *n.*7. *lib.*2. Bald. *in l. cùm à ſocero, col. fin. in* 1. *lect. C. de iur. dot.* Salic. *in l.*1. *C. ſi manc. ĩta fuer. alien.* Corn. *conſ.*68.*n.*11.*lib.*3. Couar. *var. reſol. lib.*1.*cap.*14.*n.*7. de communi Dec. *conſ.*239.*n.*5.6. & *conſil.*58.*n.*3. Ceph. *conſ.*12.*n.*36. Bertrand. *conſ.*137.*lib.*2. latè Cald. *de iur. emph. lib.*4.*cap.*19.*n.*30. vbi multos alios allegat, & pluries teſtatur de communi, prout etiam ſic tenet, & contra Bart. teſtatur de veriori, & magis communi Grat. *diſc.*405.*n.*23. & licèt hæc ſit ardua quæſtio, quæ multos habet contradictores, tamen videtur, quod opinio
Bartoli procedat ſolùm, quando pro illo certo, & ab- 18
ſente adeſt ſimplex pactum, & ſecus eſſe quando ducatarius, vel notarius ſtipulatus eſt pro illo, quia tunc irreuocabiliter ius illi quæritur, vt latè Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.*13. *tit.*48. *n.*13. Grat. *d. diſc.*405.*n.*20. Clar. *in §.donatio, quæſt.*13.*n.*5.*verſ. dic ergo*: prout hîc factum eſt, ſicut etiam doctrina Bartoli non procedit in his, quæ continent diſpoſitionem ſucceſſiuam, vbi per acceptationem primi dicitur ius quæſitum omnibus ſucceſſoribus, vt declarat Cyriac. *contr. iur.*23.*n.*49.*p.*1. quod hîc etiam verificatur, ideò concludendum eſt, hunc primum acquirentem non potuiſſe aliis vocatis præiudicare, & emphyteuſim alienare.

Nec obſtat clauſula, *Ad habendum*; quia cùm ſit poſita in executiuis, de ſui natura non ampliat, neque al-
terat principalem diſpoſitionem, & non facit rem em- 19
phyteuticam alienabilem, quia intelligitur ſecundùm naturam actus, Corbul. *de cauſ. priu. emph. ob alienat. lim.*3.*n.*7.8. Seraph. *deciſ.*1290.*n.*12. Farin. *deciſ. poſth.*39.*n.*12.*p.*2. & quæ adducuntur in contrarium, procedunt, quando dicta clauſula eſt poſita in diſpoſitiuis, latè Cyriac. *controu.*518.*n.*38.*p.*3. Farin. *d. deciſ.*438.*n.*2.*p.*2. cum aliis ſuprà adductis.

Hæc ergo emphyteuſis acquiſita pro ſe, & deſcendentibus, & dicto eius fratre, & eius filiis, & deſcenden-
tibus, dicitur ex pacto, & prouidentia, quia nulla eſt 20
facta hæredum mentio, vt per Surd. *conſ.*108. *num.*10. Roſent. *de feud. cap.*9.*memb.*2.*q.*65.*n.*2. Schrad. *de feud. p.*2.*cap.*3.*n.*30. ideò non potuit primus acquirens cæteris præiudicare. Surd. *conſ.*70.*n.*3.4. Valaſch. *d. q.*49.*n.*6.

Et cùm dicta emphyteuſis fuerit ſtipulata pro filiis, & deſcendentibus, includit etiam fæminas, quæ deſcen-
dentium appellatione comprehenduntur etiam in hac 21
materia. Bart. *in l. in hoc, §.ſi liberos*, vbi Alex. *ff. de in ius voc.* Crot. *conſ.*4.*n.*25. Dec. *conſ.*223.*n.*2. *in fin.* & *conſ.*265.*n.*1. Bero. *conſ.*93.*n.*18.19.*lib.*1. Ceph. *conſ.*11.*n.*2.14. Surd. *deciſ.*95.*n.*13. *verſ. idem volunt.* Borel. *in ſum. dec. lib.*1. *tit.*33.*n.*29. Farin. *dec. poſth.*39.*n.*9.*p.*2. qui alios allegant. Cald. *de emph. lib.*3.*c.*15.*n.*28.

Benè verum eſt, quod id ſolet limitari, vt non procedat ſtante ſtatuto fœminarum excluſio propter maſculos, quod etiam in emphyteuſi Eccleſiaſtica procedit, cuius vigore fœmina excluditur per maſculos, vt in
ea non ſuccedat, ex Bart. *in l. hæredes mei, §.cùm ita, n.*4. 22
vbi Caſt. *n.*3. Alex. *n.*8. Rip. *n.*75. qui teſtatur de communi, *ff. ad Trebell.* Brun. *de ſtat. fœm. exclud. in* 5. *princ. art.* 9. 12. Mant. *de coniect. vltim. vol. lib.*6. *tit.*7.*n.*8. Molin. *de primog. Hiſp. lib.*3.*cap.*5. *n.*39. Cald. *de emph. lib.*1.*q.*18.*n.*32.

Nam primò reſpondetur id procedere, quando Statutum fœminarum excluſiuum expreſsè facit mentionem de bonis emphyteuticis, & feudalibus, alioquin
non cẽſetur de illis voluiſſe diſponere. Bart. *in l. iuſiuran-* 23
*di, §.ſi liberi, n.*5.*verſ. præterea, ff. de oper. libert.* Fulgoſ. *conſ.*230.*col.*2.*verſ. & ſi eſſent*, Aret. *conſ.*53.*n.*3. Soc. Iun. *conſ.*72. *n.*61. *lib.*1. Natt. *conſ.*475. *n.*14. *in fin.* Petr. *de fideic. q.*8.*n.*281. pulchrè Surd. *dec.*95.*n.*22.23. & *conſ.*572.*n.*72. *ad fin.* Cald. *d. lib.*1.*q.*18.*n.*32.

24 Deinde reſpondetur id intelligend um eſſe,donec ſu-
perſint maſculi,quia non tollitur fœminis ſucceſſio,ſed
ſuſpenditur, & ideò deficientibus maſculis fœminæ
quoque admittuntur ad talia bona, obſtante Statuto.
Gozad.*conſ.9.n.5*8.vbi pulchrè loquitur.Ceph.*conſ.*30.
*n.*53.Cacher.*dec.*23.*n.*51.*verſ.verùm quia*: Surd.*dec.*95.
*n.*29.Menoch.*conſ.*331.*n.*60. latè Borell. *d.lib.*1.*tit.*33.
*n.*30.vbi multos allegat.Cald.*d.lib.*1.*q.*18.*n.*32. quibus
ſtantibus concludo primum acquirentem non potuiſſe
præiudicare cæteris vocatis,& fœminam eſſe admitten-
dam deficientibus maſculis. Saluo, &c.

---

# CAPVT CLIX.

## EPITOME.

Iuſpatronatus gentilitium an tranſeat ad fœminas,vel extraneos,finita familia,quando eſt ex priuilegio.

## SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus ex priuilegio dicitur, quando datum non æquipollet conceſſioni.*
2 *Iuſpatronatus dicitur ex priuilegio, etiamſi in conceſſione dicatur ex vera fundatione.*
3 *Iuſpatronatus conceſſum vt ſit verè ex donatione, an dicatur ex priuilegio.*
4 *Notarij non participantes non poſſunt fieri veri familiares Pontificis.*
5 *Iuſpatronatus extinguitur linea extincta.*
6 *Iuſpatronatus ex priuilegio quandiu duret.*
7 *Priuilegij forma non poteſt tranſgredi.*
8 *Iuſpatronatus tranſit ad hæredes vltimi de linea extincta.*
9 *Iuſpatronatus deficientibus maſculis tranſit ad fœminas,& extraneos.*
10 *Iuſpatronatus pro maſculis tantum ceſſat maſculis non extantibus.*
11 *Qualitas iu fine poſita qualificat omnia præcedentia.*
12 *Priuilegium Pontificis, determinatur à qualitate in eo poſita.*
13 *Ancharanus declaratur.*
14 *Iuſpatronatus ex priuilegio quando ceſſet.*
15 *Priuilegia ſunt ſtrictè interpretanda.*
16 *Priuilegium non extenditur.*
17 *Priuilegio non iuuatur,qui non habet qualitates priuilegij.*
18 *Iuſpatronatus an tranſeat ad legitimatos.*
19 *Iuriſpatronatus ex fundatione, & ex priuilegio differentia.*
20 *Iurapatronatus ex priuilegio ſunt reuocata.*
21 *Iuriſpatronatus immemorabilis poſſeſſio non prodeſt quando conſtat de priuilegio.*
22 *Iuſpatronatus poteſt remitti in totum,vel in parte.*
23 *Dictio,*aliàs, *eſt relatiua,& repetitiua.*
24 *Dictio,* provt, *quid oportet.*
25 *Relatio non fit ad ea, quæ habent certam prouiſionem.*
26 *Contradictio non admittitur in eodem puncto.*
27 *Clauſula generalis ſequens non refertur ad ea, quibus ſpecialiter fuit prouiſum.*
28 *Relatio quando non fiat ad præcedentia.*
29 *Relatio non fit, ſi præcedens diſpoſitio redderetur inutilis.*
30 *Relatio non fit, ſi ſequatur abſurdum:*
31 *Iuſpatronatus qualitas vltima attenditur.*
32 *Cui non conueniunt verba, nec conuenit diſpoſitio.*
33 *Libertati beneficiorum fauendum eſt.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

CVm olim Andras de Coruis reliquiſſet bona ſua
Monaſterio S. Antonij cum onere adimplendi cer-
ta opera charitatis, & poſtea ortæ eſsent controuerſiæ
ſuper caducitate dictorum bonorum ob non implemen-
tum dictorum operum, & aliis de cauſis, tam inter di-
ctum Monaſterium, quàm illos de Coruis,ad ſedandas
controuerſias factum eſt, vt Leo X. commutata dicti
Andreæ voluntate bona eius applicauerit, & pro dote
tradiderit beneficio Sancti Petri, quod ipſe erexit in ti-
tulum,& conceſſit ius præſentandi Ludouicæ,& Chri-
ſtinæ de Coruis, earumque hæredibus,& ſucceſsoribus
in perpetuum, vt ex literis emanatis ſub dat. Romæ x.
Kal. Martij, 1614.

Et cùm ſuper huiuſmodi negotio inter illos de Cor-
uis ortæ eſſent aliæ controuerſiæ,dictum iuſpatronatus,
fuit per dictas mulieres donatum Alexandro de Coruis
pro ſe, & ſuis filiis legitimis, & naturalibus, & deſcen-
dentibus maſculis, maiori natu laico tantùm; & talis
donatio fuit confirmata per viam concordiæ ab Adria-
no VI. Clemente VII.& Pio V. Et licèt ſuperuenien-
te obitu dicti Pij V. litteræ Apoſtolicæ ſuper dicta con-
firmatione non fuerint expeditæ,tamen Gregorius XIII.
confirmauit omnia prædicta, & provt aliàs eiſdem mu-
lieribus fuerat reſeruatum dictum iuſpatronatus, provt
ex litteris eiuſdem Gregorij, dat.8. Kal.Iunij 1572. ple-
niùs continetur.

His præſuppoſitis, cùm extincta fuerit linea maſcu-
lina dicti Alexandri, quæritur, an dictum iuſpatrona-
tus tranſierit ad fœminas ab eo deſcendentes, & etiam
ad hæredes quoſcunque vltimi maſculi, ita vt factum
ſit hæreditarium, vel potiùs ob deficentiam patrono-
rum maſculorum, beneficium factum ſit liberum.

In quo puncto pro habenda veritate mihi neceſſa-
rium videtur oſtendere quod dictum iuſpatronatus non
fuerit reſeruatum ex fundatione, vel dotatione, aut
augmento dotis vſque ad medietatem veri valoris dicti
beneficij, quia dictæ mulieres prædictæ patronæ non
tradiderunt bona prædicta dicto beneficio, nec de ſuo
dotauerunt,& propterea iuſpatronatus prædictum dici-
tur ex priuilegio, & non cenſetur conceſſum ex cauſa
onerosa, & reputatur merè gratioſum, cùm non fuerit
aliquid datum, quod æquiualeat conceſſioni, vt poſt
Socin. *conſ.*4.*numer.*59.& *conſ.*87.*numer.*12.*lib.*3. dixit 1
Rota *diuerſ. deciſ.*478.*numer.*17.18.*parte* 1. Farinac.*de-
ciſ.*58.*num.*8.& *deciſ.*88.*num.*1.*p.*1.Lotter.*de re benefic.
lib.*2.*quæſt.*8.*num.*21.Viuian.*de iurep.lib.*2.*cap.*5.*num.*18.
& *lib.*4.*c.*10.*ſub num.*29.*verſ.nec conſtat*,& *verſ.& illud*,
& *n.*32.Barboſ.*ad Concil. Trid.de reform. ſeſſ.*25.*cap.*9.
*num.*70. vbi vide.

Et hoc procedit etiamſi in conceſſione adiectum ſit 2
decretum, quod iuſpatronatus competat ac ſi ab initio
priuilegiatus beneficium fundaſſet,& ſit ex vera,& reali
fundatione,& donatione,quia adhuc non deſinit eſſe ex
priuilegio, cùm illa qualitas inſit in priuilegio ipſo;
adeo vt quò prægnantiores ſunt clauſulæ, eo magis ſo-
nent in priuilegium, vt ſæpius cenſuit Rota *in vna Pla-
centina Parochialis de Mirabel.*19.*& vlt. Ianuarij*,1594.
*coram Orano*, de qua pulchrè Garz. *de benef.p.*5.*cap.*9.
*n.*117. 118. Farin.*d.dec.*58.*n.*6.& *dec.*88.*n.* 2.3.Beltram.
*ad Ludouiſ.dec.*397.*n.*6.*verſ.etiamſi*, Lotter. *d.lib.*2.*q.*8.
*n.*23.Viuian.*de iurep.lib.*1. *cap.*5.*n.*15. vbi alios allegat,
latè Barboſ.*de iur. Eccl.vniuerſ.lib.*3.*c.*12.*n.*63.*verſ.ſub-
dit.*& *n.*46.& *ad Conc.Trid.d.c.*9.*n.*70.

Nec obſtat,quod in dicta conceſſione Pij V. & Gre- 3
gorij XIII. dicatur dictum iuſpatronatus ita fuiſſe re-
ſeruatum, vt verè, & non fictè competat ex dotatione,
vel fundatione, quia adhuc dicitur ex priuilegio, vt ad
rem cenſuit Rota *in d. Placentina*, apud Garz.*d.c.*9.*ſub
n.*117.*verſ. vt in ſimili receptum eſt.* Vbi ad hoc confir-





mandum adducit pulchrum ſimile; quod ſi Papa decer-
4 nat Notarios non participantes eſſe veros,& non fictos
familiares,adhuc dicuntur ficti per priuilegium, & non
veri,quia ceſſat veritas facti; & hoc idem docet Viuian.
*d.lib.*4.*c.*10.*n.*23.adeò vt non ſit dubitandum,quin hoc
iuſpatronatus verè ſit ex priuilegio.

Quo ſtante,cùm perempta ſit, & iamdiu extincta li-
nea maſculina prædicti Alexandri, extinctum quoque
remanſit prædictum iuſpatronatus,& beneficium acqui-
5 ſiuit libertatem,cùm regulare ſit,quod per extinctionem
lineæ vocatorum ad iuſpatronatus,ipſum quoque extin-
ctum remaneat,vt per Monet.*in tract.de commut. vltim.
vol.c.*11.*n.*134. Viuian. *in tract. de iurep.p.*3.*lib.*15.*c.*1.
*num.*14. pulchrè Barboſ.*de iur. Eccleſ.vniuerſ.lib.*3.*c.*12.
*n.*258. vbi dicit,quod iuſpatronatus perditur per extin-
ctionem lineæ,adeò vt ea extincta beneficium liberè ab
Ordinario conferatur. Quod maximè procedit in pa-
6 tronatu ex priuilegio; illud enim tamdiu durat,quam-
diu permanent perſonæ in priuilegio vocatæ, & non
tranſit ad extraneos hæredes, etiamſi non adſit dictio
taxatiua,quia forma conceſſionis eſt ad vnguem ſeruan-
da,vt benè docet Lambert. *de iurep. lib.*1.*p.*2.*q.*2.*princ.
art.*6.*n.*4.5. vbi aptè rem explicat, & probat ſine con-
7 ſenſu priuilegium concedentis non poſſe iuſpatronatus
transferri ad alios, quàm vocatos in priuilegio, cuius
formam tranſgredi non licèt, & eum ſequitur Monet.
*d.tract.de commut.vlt.vol.c.*11.*n.*136.vbi hoc idem con-
firmat,etiamſi non adſit dictio taxatiua.

Vnde non obſtat Anchar.*conſ.*81.*n.*2.*& ſeqq.*& Cal-
der.*conſ.*4.*de iurep.* qui docent extinctâ lineâ maſculina
8 fundatoris, adhuc iuſpatronatus tranſmitti ad hæredes
vltimi defuncti, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato,
quia prouiſio hominis non facit ceſſare prouiſionem
legis,per quam diſponitur iuſpatronatus eſſe de ſui na-
tura tranſitorium ad quoſcunque hæredes; & Ancha-
rani ſententiam tanquam communem ſequuntur Roch.
*in tr.de iurepat. in verb.ipſe, vel is à quo,n.*19. & latiùs
Lambert. *eod.tract.lib.*1.*part.*2.*q.*2.*princ.art.*5.*n.*5.6.7.
vbi docet quod deficientibus maſculis à fundatore vo-
catis,ſuccedunt non ſolùm fœminæ, ſed etiam hæredes
9 extranei. Et ita tenuit Rota *diuerſ. dec.*385.*n.*1. *& ſeqq.*
& *n.*14.*p.*1. Ferret. *conſ.*131.*n.*9.Seraphin.*dec.*364.*n.*2.
*verſ.his tamen* 3.4.*& ſeqq.*& *dec.*378.*num.*1.*& ſeqq.* vbi
opinionem Anchar. dicit eſſe veram, & communem.
Lotter.*de benefic.lib.*2.*q.*11. Monet.*d.c.*11.*n.*135.

Nam reſpondetur primò id non procedere, quando
iuſpatronatus fuit reſeruatum pro ſe, & deſcendentibus
10 maſculis tantùm, ſeu alio modo cum dictione taxatiua;
tunc enim non excedit perſonas in fundatione vocatas,
quibus deficientibus beneficium remanet liberum, &
hoc caſu non procedit conſilium Anchar. neque Cal-
der.vt probat Lambert. *in dict. artic.*6.*num.*9.10. quem
vide,& ſic rem intelligit Rota *in dict. deciſ. diuerſ.*385.
*num.*14. *parte* 1. Seraphin. *dict. deciſ.*364.*numer.*4.8. &
*deciſ.*378. *numer.*8. *verſ. quare.* Tuſch.*Pract. concl. lit-
tera I, concl.*610.*numer.*9. Monet. *dict.cap.*11.*num.*134.
*verſ. tamen iuſpatronatus*, Gratian. *diſcept.forenſ. cap.*
645. *numer.* 10. *verſ. niſi ex verbis.* Viuian.*lib.*4.*cap.*1.
*num.*3.& *lib.*15.*cap.*1.*num.*14. Lotter. *de re benef. lib.*2.
*quæſt.*11. *num.* 12. 13. Sed in caſu noſtro iuſpatronatus
fuit reſeruatum deſcendentibus maſculis maiori natu
laico tantùm, & ſic cum dictione taxatiua; ergo non
poteſt tranſire ad fœminas, aut ad hæredes extraneos.
Cùm enim taxatiua huiuſmodi fuerit in fine poſita, in
eadem oratione taxat omnia præcedentia, quia quali-
tas in fine poſita qualificat omnia, quæ antecedunt,
11 maximè quando vnica eſt diſpoſitio, & ab eodem re-
gitur; quia tunc omnia vniformiter determinat, cùm
omnibus conuenire poſſit, vt per textum *in leg. talis
ſcriptura, in fin.* vbi Bart. & alij DD.*ff. de leg.*1. *capit.
vbi periculum*,§.*nulli,verſ.qui verò*, vbi Gemin.*numer.*4.
*de elect.in* 6.& *cap.ſecundò requiris*,vbi Dec. *num.*10.*de
appellat.* pulchrè tradit. Socin. Iun. *in conſ.*26.*num.*2.
*verſ.& pro hoc*, *lib.*3. vbi teſtatur de communi, quem
ſequitur Menoch. *libro* 4.*præſumpt.*181.*num.*3.Peregr.
*de fideicom. art.*16.*num.*31. Galganet. *de condit. part.*2.
*cap.*6.*quæſt.*3. *num.* 4. Surd. *deciſ.*88. *num.*23. 24. Cy-
riac. *controu.* 398. *num.*17. *lib.*2. Giouagnon. *conſ.*31.
*num.*8. *lib.*1. vbi ad rem noſtram loquitur de priuilegio
Pontificis, & probat qualitatem poſitam in vna parte
totam diſpoſitionem determinare, & concordat Coc- 12
cin. *deciſ.*166.*num.*2.

Secundò reſpondetur concilium Anchar. & Calder.
procedere in patronatu ex fundatione vel dotatione
competenti,& in eiſdem terminis loqui Rotam *in d.de-
ciſ.*385.*p.*1.*diuerſ.* & Seraph.*d.deciſ.*374.*&* 378.provt
faciunt omnes alij, qui Anchar. ſequuntur. Nos autem 13
verſamur in Patronatu ex priuilegio, qui non habet
aliam legis prouiſionem, quàm illam,quæ competit ex
priuilegio; & ſic conceſſionis forma non poteſt tranſ-
gredi, & tradita per Anchar. non poſſunt habere lo-
cum in tali patronatu ex priuilegio, vt bene dixit Lam- 14
bert. *dict. artic.*6. *num.*4.5. & Monet. *dict. cap.*11.*num.*
136. ſuperiùs allegatus. Et iuremeritò, quia priuilegia
ſunt ſtrictè interpretanda ad ſuos proprios limites, ad
textum *in cap. priuilegia*, & *cap. odia*, *de regul. iur.* 15
*in* 6. Peregrin. *conſil.*4.*ſub numero quinto*, *lib.*4. Veral.
*deciſ.*84.*num.*7.*parte* 2.Rot. *diuerſ. deciſ.*950. *parte* 3.
Cyriac.*contr.*204.*numer.*23.*lib.*2.& *contr.*462. *num.*54.
*lib.*3. Et ideò priuilegium non extenditur de perſona
ad perſonam, neque de caſu ad caſum. Natt. *conſil.* 242. 16
*ſub numero primo*, Surdus *conſil.*103.*numer.*14. & *conſil.*
127.*numer.*67. Cyriac. *contr.*13.*numer.*40.75.76. *lib.*1.

Vnde poſſumus dicere D.Com. Liuiæ de Coruis: De
te non loquitur priuilegium, & non habes qualitatem
maſculinitatis à priuilegio requiſitam. Et ideò non va- 17
les iuuari eodem priuilegio. Bart. *in l. fulcimus*, §. *cùm
hoc, numer.*2. *ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat.* Alexand.
*conſil. vltim. numer.*3. *lib.*2. Farinac.*deciſ.*229.*numer.*3.
*in fin. parte* 2. Farinac. *deciſ. poſth.* 568. *num.*4. *p.*1. &
ad rem facit etiam Gratian. *diſcept.* 645. *numer.* 12.15.
vbi in patronatu reſeruato antiquiori domus non ad-
mittitur qui non habet qualitatem antiquitatis, &
propterea huc intrare non poteſt dicta D. Com. Liuia,
quæ non eſt de deſcendentibus maſculis dicti Alexan-
dri, & inter illos maior natu, provt requiritur in priui-
legio.

Quæ ergo tradidit Anchar. *in d. conſ.*81. & ſequaces
eius de patronatu ex fundatione, & dotatione, vt defi-
cientibus maſculis tranſeat ad fœminas,& etiam extra-
neos, non ſunt trahenda ad patronatum ex priuilegio,
in quo ceſſant omnes illæ rationes quæ de priori dicun-
tur,cùm diuerſæ ſint naturæ. Vidimus enim quod iuſpa-
tronatus ex fundatione tranſit etiam ad legitimatos, 18
quod tamen non poteſt dici de patronatu ex priuilegio,
etiamſi ſint legitimati auctoritate Apoſtolica, vt probat
Gratian.*diſcept.*208.*n.*11. 12.Nec mirum,quia Patrona-
tus ex fundatione vltra diſpoſitionem fundatoris, qua
vocauit maſculos,expreſsè habet etiam prouiſionem le-
gis, per quam admittuntur quicunque hæredes, quod
non eſt dicendum de patronatu ex priuilegio, in quo 19
aliud non attenditur, quàm ipſius gratioſi priuilegij
tenor,ad textum *in c.porrò, in fin.*vbi Gloſſa *de priuileg.*
Bald. *conſ.*208.*n.*2.*lib.*2. Becc.*conſ.*36.*n.*5. Surd.*conſ.*1.
*n.*31. Lotter. *de re benefic.lib.*1.*q.*24.*n.*90. Gratian. *diſ-
cept.*947.*n.*24. Propter quod dicta D.Com.remanet ex-
cluſa,quia attento tenore priuilegij non eſt vocata.

Neque recurrendum eſt ad priuilegium Leonis Papæ
X. qui de anno 1514. erexit dictum beneficium, & re-
ſeruauit iuſpatronatus patris Ludouicæ & Chriſtinæ de
Coruis,earumque hæredibus,& ſucceſſoribus in perpe-
petuum: & extat confirmatio aliorum Pontificum, per
quæ verba creatum fuiſſe videtur vnum iuſpatronatus
hæreditarium,& etiam ad extraneos tranſitorium. Nam

primò reſpondetur Concilium Trid. *ſeſſ.25.c.9.§. Reliqui patronatus, de reform.* reuocaſſe omnes patronatus conceſſos ex priuilegio, qui non competunt ex dotatione, vel fundatione, aut ex cauſa onerosa, vt habetur apud Garz. *in tract. de benef. p.5.c.9.n.115.*116. Ludouiſ. *dec.397.n.3.*& ibi Addent. *n.6.* Fatin. *dec.412.num.1.p.2.* Lotter. *de re benef. lib.2.q.8.n.12.* Viuian. *de iurepat. p.1. lib.4.c.10.n.17.* pulchrè Aug. Barboſ. *in collectan. ad Concil. Trid. ſeſſ.25.c.9.num.70. verſ. reliqui patronatus*, vbi alios allegat, & tradit iuſpatronatus ex priuilegio reuocatum eſſe in totum etiam cum quaſi poſſeſſione inde
21 ſequuta, etiamſi dicatur illud competere non ſolùm ex priuilegio, ſed etiam ex vera, & reali fundatione, & quod quando conſtat de origine priuilegij, non prodeſt immemorialis poſſeſſio; & propterea nullam vim eſſe faciendam ſuper priuilegiis ante dictum Concilium conceſſis. Deinde reſpondetur præceptum iuriſpatronatus
22 ab initio hæreditarium fuiſſe factum poſtea gentilitium ex donatione, quam dictæ mulieres fecerunt dicto D. Alexandro pro ſe, & ſuis filiis, & deſcendentibus maſculis tantùm; nam certum eſt, quod iuſpatronatus poteſt per patronum remitti in totum, vel in parte, per textum *in c.1.* vbi Archid. & alij, *de iurepatr. in 6.* quod hîc feciſſe videntur dictæ mulieres, dum ceſſerunt dictum iuſpatronatus prædicto D. Alexandro pro ſe, & deſcendentibus maſculis, & maiori natu tantùm; quia taxatiua huiuſmodi efficit, vt patronatus non tranſeat ad fœminas, neque ad hæredes extraneos; & ſic inhærendum eſt aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis quæ concedunt dictum iuſpatronatus deſcendentibus Alexandri maſculis tantùm.

Neque dicatur, quod in confirmatione, & priuilegio conceſſo dictis de Coruis à Pio V. & Greg. XIII. iuſpatronatus non reſtringatur ad deſcendentes tantùm maſ-
23 culos, ſi aduertantur verba ſubſequentia, ibi, *& alias prout eiſdem Ludouicæ & Chriſtianæ reſeruatum erat*, quibus ſtantibus videtur, quod ſicut dictum iuſpatronatus erat
24 hæreditarium apud dictas mulieres, tale etiam ſit apud dictum Alexandrum, & eius deſcendentes, deficientibus maſculis, quia dictio, *aliàs*, eſt relatiua, & repetitiua qualitatum diſpoſitionis, ad quam fuit habita relatio. Maſcot. *var. reſol. cap.18. num.16. lib.4.* & dictio, *prout*, ſtat ſcilicet ſimilitudinariè, & eſt repetitiua omnium qualitatum, quæ conueniunt circa actum, cui fit aſſimilatio. Gratian. *dict. diſc.191. num.5.* & ſic adhuc dictum iuſpatronatus reſtituiſſe videtur qualitatem hæreditariam.

Nam reſpondetur clarè, & expreſsè Pium V. & Greg. XIII. reſeruaſſe dictum iuſpatronatus per priuilegium dicto Alexandro, & eius filiis, & deſcendentibus maſculis, maiori natu laico tantùm, & ideò non eſſe exten-
25 dendum ad alios caſus, & alias perſonas, rationibus antedictis: & verba ſubſequentia; *& alias prout eiſdem Ludouicæ & Chriſtianæ reſeruatum erat*; non reſpicere modum ſuccedendi, qui iam ad maſculos tantùm fuit ſpecialiter reſtrictus; ſed ad alia, quæ non fuerunt ſpecialiter expreſſa, prout ſic ſimilem clauſulam poſitam in Concilio Tridentino *dict. cap.9. Aliaſve ſecundum iuris diſpoſitionem*, S. Cong. intellexit, vt non reſpiciat Epiſcopos, de quibus iam expreſsè ſupra diſpoſuerat; ſed reſpiciat alias clauſulas, & alios modos, vt habetur apud Garz. *de benefic. p.5.d.c.9. ſub n.141. ad fin. verſ.12.* vbi adducit decretum Sacræ Congregationis pulchrè talem clauſulam ſic declarantis; alioquin Pontifices ſe incontinenti correxiſſent, dum ex præcedentibus concedunt vnum iuſpatronatus merè gentilitium cum taxatiua, quæ excludit extraneos, etiam deficiente linea maſculina, vt vidimus; & ſtatim facerent illud hæreditarium, & ad extraneos tranſitorium, quod non eſt dicen-
26 dum, quia correctio non datur incontinenti, & contradictio in eodem puncto non admittitur, vt latè per Grat. *diſcept.512.n.35.539.n.15.*& *648.n.8.*& ſentit Durand. *deciſ.410.num.9.* vbi dicit quod nemo præſumitur ſe incontinenti correxiſſe.

Hæc autem interpretatio valdè probabilis, & veridica mihi videtur, quia quando in aliqua diſpoſitione ex præcedentibus vni eſt ſpecialiter prouiſum, tunc verba 27
ſequentia, & clauſula ſubſequens non refertur ad illud, nec illud tollit, ſed alia ſpecialiter non expreſſa reſpicit, vt probat textus *in c. cùm dilecti*, vbi Card. & Imol. *de donat.* Bald. *in l.1.C. de legit. hæred.* Salic. & Caſtr. *in l.1. C. de liber. præter.* Imol. & Alex. *in l. cohæredes, §. qui patrem. ff. de vulg. & pupill.* pulchrè Iaſ. *in l. talis ſcriptura, n.37. de leg.1.* Dec. *conſ.213.n.5.* Gozzad. *conſ.2. num.30.* Soc. Iun. *conſ.98.n.32. lib.1.* perbellè Menoch. *lib.4. præſumpt.181.n.6.7.8.*& concordat Peregr. *de fideic. art.16. n.107. verſ. vbi pro regula*, & Aug. Barboſ. *tr. de dict. vſu-* 28
*frequent. dict.187. num.8.p.1.* vbi ſentit non fieri relationem ad præcedentia, quia non habent ſpecialem, & propriam prouiſionem circa modum, & formam. Sed hîc prouiſum fuit, & ſpecialiter diſpoſitum, vt deſcendentes maſculi tantùm ſuccedant in dicto patronatu: ergo clauſula ſubſequens, *& alias prout*, non refertur ad præcedentia. Deinde reſpondetur, non eſſe attendendam dictam clauſulam in ſenſu nobis contradicente, quia 29
diſpoſitio præcedens, quæ vocat tantùm deſcendentes maſculos, redderetur inutilis; & poſterior, tanquam contraria, tolleret primam, quia ſi iuſpatronatus eſt adhuc merè hæreditarium, prout erat apud dictas mulieres, non poteſt eſſe merè gentilitium cum taxatiua pro maſculis tantùm, quæ excludit hæredes extraneos, etiam deficiente familia, vt vidimus; hæc enim ſunt contradictoria, & non poſſunt eſſe ſimul vera; & propterea verba illa ſubſequentia, *& alias prout*, non poſſunt deſtruere præcedentia, vel ad ea habere relationem, quia relatio non fit ad ea, quæ ſunt contraria, vel quando diſpoſitio præcedens redderetur inutilis, ad textum *in l. cùm vulgari*, vbi gloſſ. Bart. & DD. *ff. de dot. præleg.* & *in l. ſeruo alieno, §. ſi ab impubere, de leg.1.* Bart. *in l. ſi idem, §. vlt. ff. de iuriſd. omn. iud.* Iaſ. *in d. l. talis ſcriptura, n.39.40.* Alex. *conſ.48. n.6. lib.1.* Crau. *conſ.70.n.3.* Soc. Iun. *conſ.81.n.20. lib.3.* pulchrè Menoch. *dict. præſ.181.n.9.11.* vbi alios allegat. Peregr. *d. art.16.n.107. verſ.2.*& *verſ.3.*

Tertiò reſpondetur hanc verè interpretationem eſſe admittendam, quia ſi aliter diceretur, magnum ſequeretur abſurdum, quod ſcilicet Pontifices Pius & Gregorius prædicti plus conceſſiſſent dicto Alexandro, & eius deſcendentibus, quàm ipſi donatum fuiſſet à prædictis mulieribus, & quàm ipſe petiiſſet, cùm aliud non poſtulauerit in ſubſtantia, quàm confirmationem dictæ donationis, cuius vigore vocantur tantùm eius deſcendentes maſculi; & certum eſt, quod non tranſit in donatarium, niſi tantùm, quantùm fuit donatum, & nihilominus ſtante intellectu dictæ clauſulæ prædicti Pontifices plus ei conceſſiſſent, dum iuſpatronatus ei donatum, quod erat gentilitium, effeciſſent hæreditarium, quod latiùs patet, & Eccleſiæ eſt magis præiudiciale, quia propter illud Eccleſia fit longior à ſtatu libertatis, vt patet, quod quàm ſit abſurdum, nemo eſt, qui non videat, quia non eſt veriſimile, quod Pontifex voluerit concedere dicto Alexandro, & ſucceſſoribus iuſpatronatus pinguius, quàm ei competeret vigore dictæ donationis, cuius confirmationem petebat, & propterea illa verba, *& alias prout*, non poſſunt referri ad præcedentia, vel ea corrigere, & tollere, quia non fit relatio ad illa, ad quæ ſi fieret, 30
ſequeretur abſurdum, vt probat textus *in cap. Eccleſia veſtra*, vbi Abb. *de elect.* idem Abb. *in cap. pen. ad fin. de iurepatron.* Iaſ. *in dict. leg. talis ſcriptura, numer.40. verſic.5.* Gozzadin. *conſ.58. numer.18.* Socin. Iunior *conſilio 160. numero 61. libro ſecundo*, Menoch. *d. præſumpt.181. num.13.* Et propterea dicendum eſt, quod illud iuſpatronatus, quod erat apud illas mulieres cum qualitate hæreditaria, tanquam extinctum per reuocationem priuilegiorum, & per donationem prædictam limitatam, & taxatiuè factam, non feciſſe tranſitum ad dictum Alexandrum cum tali qualitate, ſed per illum fuiſſe acquiſitum cum alia qualitate maſculinitatis,
31 tatis, mediante dicta donatione, vel per nouam conceſſionem Romani Pontificis, vt ad rem dixit Ferret. *in dict. conſ.131. ſub n.15. ad fin. verſ. ſed vt prædixi, lib.1.* qui licèt videatur loqui in diuerſis terminis, tamen rectè intellectus benè probat noſtram intentionem, quòd non attendatur qualitas patronatus, dum erat apud primum patronum, ſed qualitas, cùm tranſiuit ad ſecundum.

Concludendum eſt igitur dictum D. Com. Liuiam nullum ius habere in dicto patronatu, & per extinctionem lineæ maſculinæ beneficium factum eſſe liberum,
32 quia verba priuilegij ei non conueniunt tanquam fœminæ, & propterea conuenire non poteſt diſpoſitio, *l.4.§. toties, ff. de damn. infect.* Surd. *conſ.152.n.38.*& *conſ.174.n.8.* Cyriac. *contr.204.n.20. lib.2.*& hoc tantò ma-
33 gis dicendum eſt, quia per hanc interpretationem beneficium reducitur ad ſtatutum libertatis, cui magis fidendum eſt, per textum *in c. ab exordio, diſt.36.* Ferret. *conſ.357.n.23.*& *conſ.358.n.3.* Rota *diuerſ. dec.457.n.4. 5.p.1.* vbi dicit etiam, quod remotio priuilegij tribuentis iuſpatronatus eſt potiùs fauorabilis, quàm odioſa.

Et ita, &c. Saluo, &c.

---

## CAPVT CLX.

### EPITOME.

Poſſeſſor antiquior eſt manutenendus expulſo iuniori, ſi ille non ſe habuit pro ſpoliato, & Clericus ſucceſſor laici non tenetur proſequi litem cœptam coram laico, ſi proceſſus fuit nullus.

### SVMMARIVM.

1 *Bellum Mantuanum dedit cauſam hoſpitandi milites Allemanos.*
2 *Manutentio concedenda poſſeſſori, qui ſe non habuit pro ſpoliato.*
3 *Poſſeſſor antiquior manutenendus eſt, ſi non ſe habuit pro ſpoliato.*
4 *Poſſeſſor non creditur ſe habuiſſe pro ſpoliato, niſi probetur.*
5 *Poſſeſſor ciuilis quando manutenendus ſit.*
6 *Manutentio datur ei, qui ſuam poſſeſſionem probauit etiam per vnicum teſtem.*
7 *Probatio ſemiplena ſufficit in poſſeſſorio manutentionis.*
8 *Relatio fit ad proximiora in teſtibus.*
9 *Relatio quando non fiat ad omnia præcedentia.*
10 *Poſſeſſio poſterior præſumitur clandeſtina, & turbatiua.*
11 *Poſſeſſio donantis, & cedentis tranſit in ceſſionarium.*
12 *Poſſeſſio vera ficto tamen modo transfertur per conſtitutum.*
13 *Poſſeſſor lite pendente debet manuteneri.*
14 *Poſſeſſor anterior manutenendus, & quando.*
15 *Poſſeſſorius actus dicitur clandeſtinus, & non manutenibilis, parte non citata.*
16 *Poſſeſſorium ſummariiſſimum terminatur officio Iudicis.*
17 *Poſſeſſorio in ſummariiſſimo non cognoſcitur de iniuſtitia poſſeſſionis.*
18 *Poſſeſſio etiam iniuſta manutenenda.*
19 *Poſſeſſio facti quomodo probetur.*
20 *Poſſidere ſi duo prætendant, quid agendum.*
21 *Manutentio cui detur.*
22 *Manutentio an detur ſucceſſori.*
23 *Poſſeſſor manutenendus, de cuius poſſeſſione conſtat.*
24 *Poſſeſſio antiquior quando manutenenda.*
25 *Poſſeſſio iunior titulata non præfertur antiquiori non titulatæ.*
26 *Poſſeſſio poſterior quando manutenenda.*
27 *Poſſeſſio manutenenda etiam capta propria auctoritate.*
28 *Ceſſionarius quando manutenendus.*
29 *Poſſeſſio per conſtitutum eſt manutenenda.*
30 *Poſſeſſio non manutenenda, quæ dedit cauſam liti.*
31 *Teſtes non probant à non ſuo Iudice examinati.*
32 *Teſtis reductus ad concordiam non probat.*
33 *Dolus, & fraus non præſumitur.*
34 *Exceptio reſpiciens merita cauſæ non attenditur in manutentione.*
35 *Poſſeſſio non acquiritur ſine ſcientia.*
36 *Poſſeſſionis manutentionem non impedit tertius.*
37 *Tertius quando audiatur in iudicio manutentionis.*
38 *Inſtrumentum productum, parte non citata, nihil probat.*
39 *Actus tribuentes anſam litis, vel poſt litem non attenduntur.*
40 *Actus turbatiui non ſunt manutenendi, & quando.*
41 *Poſſeſſor prior eſt manutenendus,*
42 *Reus non poteſt priuari bonis, niſi à Iudice domicilij.*
43 *Citatio quid debeat continere.*
44 *Citatio quomodo debeat intimari.*
45 *Citatio generalis quando non ſufficiat.*
46 *Citatio nulla reddit proceſſum nullum.*
47 *Executio incipienda à mobilibus, non à ſtabilibus.*
48 *Adiudicatio quando non valeat.*
49 *Poſſeſſio, & dominium non transfertur ratione incertitudinis.*
50 *Subhaſtatio reſcinditur ob læſionem.*
51 *Clericus ſuccedens laico tenetur proſequi litem cœptam coram laico.*
52 *Clericus ſucceſſor laici, ſi proceſſus eſt nullus, non tenetur proſequi litem cœptam coram laico.*
53 *Clericus non tenetur proſequi litem anteceſſoris cœptam coram laico.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Manutentionis bonorum Rolli, in qua M. R. D. Carolus Franciſcus Pius vti donatarius, & ceſſionarius perilluſtriſſ. D. Herculis eius patris, obtenta à foro Eccleſiaſtico inhibitione contra forum Rolli prætendit, & petit ſe manuteneri in pacifica poſſeſſione vnius prædij ab eo ſibi donati pro patrimonio Eccleſiaſtico, ad cuius titulum poſſit ſuo tempore promoueri ad Sacros Ordines, & interim honeſtè viuere, contradicente ſibi communitate Rolli, & perilluſtriſſ. D. Manfredotto Pio, qui pariter prætendunt manutentionem, eo quod antequam dictum prædium fuiſſet donatum dicto D. Carolo Franciſco, prædicta communitas fecit partem illius vendere ſub haſta ob non ſolutas per dictum D. Herculem contribu- 1
tiones militum Allemanorum, dum hoſpitati ſunt in dicto loco tempore belli Mantuani; & ſanè videbatur danda manutentio dicto D. Manfredotto, quia docebat de ſua poſſeſſione per duos teſtes, quorum primus eſt Auguſtinus Rubeus, de quo in proceſſu, *fol.131.* qui ſic deponit. *Et sò anche, che doppo fatto l'inſtrumento della detta venta trà il Com. Ippolito ſudetto, & il Signore Manfredotto Pio, eſſo Signore Pio fù in poſſeſſo di detta terra venduta facendo vendemiare vua, & fatto arare, come ſentei dire.*

Et idem confirmat ſecundus teſtis Petrus de Muzzis in proceſſu, *fol.219.* qui dicit: *Doppo che il Signore Manfredotto Pio hebbe comprate le terre, ch'erano del Signor Ercole*

*Ercole Pio vendutele dal Signor Com. Ippolito Seſſi in Rollo in luogo detto alla Campagna d'ordine del Signor Manfredotto andai à vendemiare dell'vna in dette terre, & ne raccoglieſſimo vna nauazza inſieme con Lorenzo Bulgarelli, quale feci condurre à Caſa, e dipoi la feci arare di commiſſione del ſudetto, & vi erano Gio, Laguni Gio, Ant. e Gio, Roſſi fratelli ambidui de Sogliera, e cio dico con mio giuramento.*

Et adſunt etiam alij teſtes deponentes de manutentione prædicta, dum dicunt Illuſtriſſimum Comitem Hyppolitum, cui in ſubhaſtatione obuenerunt terræ prædictæ, & qui eas vendidit dicto Domino Manfredotto, feciſſe menſurari dictas terras, & factos fuiſſe alios actus poſſeſſorios, antequam dictus Dominus Hercules donaret illas dicto eius filio: ex quibus reſultat, quod manutentio ſit concedenda dicto Domino Manfredotto, cùm nunquam habuerit ſe pro ſpolia-
2 to; ſiquidem ille manutenendus eſt, qui anteriorem poſſeſſionem adeptus eſt, contra eum, qui poſteà naturalem apprehendit, quando conſtat, quod primus poſſeſſor nõ habuerit ſe pro ſpoliato, & dimiſerit ciuilem,
3 quia naturalis, quæ eſt apud aduerſarium, dicitur potiùs turbatio, quàm poſſeſſio, vt apud Rotam *deciſ.*81. *ſub n.*1. *verſ. non obſtat*, & *deciſ.*106.*n.*3. *deciſ.*366.*n.*2. *deciſ.*560.*n.*2.*p.*1. & *deciſ.*35.*n.*2.*p.*2. *recent.* & pulchrè Giouagn. *conſ.*40.*n.*4. *verſ. hoc enim*, & *n.*5. *lib.*2. Card. Caualer. *deciſ.*2.*n.*2.10. & *deciſ.*432.*n.*1.

Cùm igitur non conſtet dictum D. Manfredottum ſe habuiſſe pro ſpoliato, non præſumitur dimiſiſſe ſuã
4 poſſeſſionem niſi id ab allegante probetur, Ludouiſ. *deciſ.*307.*n.*10. Rot. *d. deciſ.*560.*n.*3.*p.*1. *recent.* vbi quod ciuilis poſſeſſio præſumitur animo retenta, vbi non probatur poſſidentem ſe pro ſpoliato habuiſſe, ad effe-
5 ctum vt ei debeatur manutentio, etiam pro recuperatione naturalis ab alio occupatæ, vt per Rotam penes Marcheſan. *de commiſſ. p.*1. *fol.*1065. *n.*3. & penes Poſthium *in tr. de mand. de manutenend. dec.*226. *n.*2. idem Poſth. *d. tr. obſer.*16.*n.*57. Giouagn. *conſ.*40.*n.*10. *lib.*2.

Et cùm in hoc iudicio manutentionis ſufficiat pro-
6 bare ſuam poſſeſſionem, etiam per vnicum teſtem, Menoch. *de retin. poſſ. remed. vlt. num.*34. Crau. *conſ.*158. *num.*12. Caualer. *deciſ.*44. *num.*3. & *deciſ.*379. *num.*3.
7 vbi ait ſufficere ſemiplenam probationem per vnicum teſtem, id multò magis firmandum erit in caſu noſtro, vbi per duos teſtes Dom. Manfredottus ſuam fundauit intentionem, cùm ex mente omnium DD. vnicus etiam actus poſſeſſoris ſufficiat ad manutentionem obtinendam. Caualer. *d. deciſ.*379.*n.*3.4. Rot. *deciſ.*196.*n.*2. *p.*1. *diuerſ.*

Nec obſtat, quod dictus Auguſtinus ſit teſtis de auditu, quia imò eſt teſtis de ſcientia, vt ex verbis eius colligitur, dum dicit; *& sò anche, che doppo fatto l'inſtru-*
8 *mento*: & licèt dicat in fine, pro vt audiui dicere, tamen ne videatur contrarius, ſaluandus eſt, vt verba eius referantur tantùm ad vltima, ſcilicet circa faciendum arari dictam terram, non autem ad remota, vt per Lu-
9 douiſ. *deciſ.*33.*n.*3. & *deciſ.*177.*n.*3. & *deciſ.*455.*n.*13. non enim poteſt fieri relatio ad omnia præcedentia, quando reſultat aliquid incompatibile. Iaſ. *in l.*1. *ſub num.*8. *verſ. iſtam regulam, C. de liber. præter.* Ludouiſ. *deciſ.*495. *num.*10. Cùm ergo poſſeſſio D. Manfredotti ſit anterior, & ipſe non habuerit ſe pro ſpoliato, illa ſola eſt manutenibilis, & poſſeſſio D. Caroli Fran-
10 ciſci præſumitur clandeſtina, & turbatiua, & non eſt manutenibilis. Rota *deciſ.*110.*n.*2.*p.*5. *diuerſ.* & Ludouiſ. *deciſ.*6. *n.*3.

Sed his non obſtantibus videtur eſſe concedenda manutentio prædicto D. Carolo Franciſco, quia prædicta ſunt potiùs vera in iure, quàm in facto, cùm hîc non verificentur, & res aliter ſe habeat, ad quod non benè aduertit D. Auguſtinus ex aduerſo conſulens, & ideò poſſunt facilè retorqueri contra dictum D. Manfredottum, qui non fecit aliquem actum poſſeſſorium, niſi poſt dictam donationem dicto D. Carolo Franciſco factam ab eius patre, & poſt poſſeſſionem ab eo apprehenſam, & continuatam in eo etiam per clauſulam
conſtituti, cùm poſſeſſio donantis, & cedentis tranſeat 11
etiam in donatarium, & ceſſionarium, ad notata *in l.*1. §. *qui iniuriarum, ff. ſi quis caut.* pulchrè Rota apud Poſthium *in d. tr. de manuten. dec.*107.*n.*3. idem Poſthius *d. tract. obſer.*55.*n.*46. qui dicunt ceſſionarium eſſe manutenendum ex ſola poſſeſſione cedentis, & donantis.

Nam ſub die 19. Iulij 1631. dictus D. Hercules Pius ex rogitu D. Hieronymi Amberti, alias Bergamaſchi,
Notarius Carpi donauit dictum prædium dicto D. Ca- 12
rolo Franciſco eius filio, vt in actis, & eius nomine ſe conſtituit illud poſſidere; vera enim poſſeſſio, licèt ficto modo, per conſtitutum transfertur. Rot. *diuerſ. dec.*167.*n.*2.*p.*4. Ludouiſ. *deciſ.*437.*n.*1. vbi Beltram. *num.*5. Giurb. *dec.*112.*n.*11. latè Poſthius *in dict. tract. de manutenen. obſeruat.*20.*n.*4.5.6.7.8.9.10.11. vbi infinitos congerit, ſed D. Manfredottus dictam terram emit à dicto D. Com. Hyppolito Sextio, ſub die xx. Auguſti 1631. ex rogitu D. Hyppoliti Pontij Notarij Roli, vt in actis; & poſteà fecit vindimiare, & arare: ergo eius poſſeſſio eſt poſterior, quia priùs non fecit aliquem actum poſſeſſorium, nec ante venditionem aliquod ius in dicta terra prætendebat, nec ſe in ea intromittebat, & teſtes eius qui deponunt de actibus poſſeſſoriis, licèt clandeſtinis, & turbatiuis, tamen deponunt de tempore poſt venditionem prædictam, vt per dictum Auguſtinum in illis verbis: *& sò anche, che doppo fatto l'inſtrumento della detta vendita.* Ergo ſequitur omninò, quod poſterior ſit poſſeſſio dicti D. Manfredotti, imò fuerit attentata lite pendente facta, cùm longè prius de menſe Iulij fuerit cauſa, & lis introducta per dictum Dominum Carolum
Franciſcum, vt in actis; & propterea ipſe debet manu- 13
teneri, vt tenet Rota penes Marcheſan. *de commiſſion. part.*1. *fol.*972. *ſub n.*3. Coccin. *dec.*354. *ſub n.*4. Mazzol. *conſ.*91. *num.*2. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.*7. *gl.*3. *p.*3. *numer.*30.40. *tom. poſter.* Ludouiſ. *deciſ.*46. *numer.*9. & *deciſ.*458.*n.*1. Farinac. *deciſ.*365. *num.*5.*p.*1. Caualer. *deciſ.*279. *ſub num.*4. Rota apud Poſthium *de manuten. deciſ.*326.*n.*1. idem Poſthius *d. tract. obſeru.*2. *num.*9.10.11.12.13. vbi plurimos congerit, & docet de ſtylo omnium Curiarum eſſe, vt lite pendente poſſeſſor manuteneatur, & loquitur tam de lite mota, quàm mouenda, & recenſet abſurda, & incommoda, quæ reſultarent, ſi aliter ſeruaretur.

Et propterea cùm D. Manfredottus lite pendente talia fecerit attentata, ſequitur, quod eius poſſeſſio non
ſit manutenibilis, ſed clandeſtina, & turbatiua dicatur, 14
& non potuerit priuare D. Carolum Franciſcum ſua poſſeſſione, cùm nunquam ſe habuerit pro ſpoliato. Rot. *deciſ.*560.*n.*2.*p.*1. & *dec.*35.*n.*2.*p.*2. *recent.* Giouagn. *d. conſ.*40.*n.*4. Caualer. *d. deciſ.*2.*n.*10. & *deciſ.*432. *n.*1. quod ſatis conſtat, quia perſeuerauit in perceptione fructuum vſque adhuc, & actus turbatiuos procurauit reuocari per Iudicem Eccleſiaſticum.

Et licèt videatur, quod dictus D. Com. Hyppolitus fecerit menſurari dictam terram ante litem motam, & inhibitionem, tamen teſtis hoc deponens, quod fuerit ante litem, non reddit rationem ſui dicti, & iuri-
bus vulgaribus non probat; quia tamen iſte actus fuit 15
factus dicto D. Carolo Franciſco poſſidente inſcio, & non vocato, nihil ei nocet, & cenſetur actus clandeſtinus, non manutenibilis. Rota apud Poſthium *in d. tract. deciſ.*232.*n.*3.

Et ſanè dictus D. Carolus Franciſcus ſuã intentionẽ benè fundauit per quinq; teſtes vltra dictum inſtrumẽtum, qui firmiter, & clarè deponunt de poſſeſſione dicti D. Herculis Pij vſq; ad annum 1630. & deinde dicti D. Caroli Franciſci eius filij vſque in præſentem diẽ, quoad totum prædium prædictum, comprehenſis etiam ter-

ris



ris à dicto D. Manfredotto prætenſis: vnde primus teſtis dicit in proceſſu, *fol.*347.348. *Et sò, che la poſſeſſione di Rollo chiamata la campagna era del Signore Ercole, & la godeua, & hà goduto pacificamente tirando l'entrade, come fanno i padroni ſino dell'anno 1631. che la donò al Signor Carlo Franceſco ſuo figlio, ilquale da quel tempo in quà l'hà goduta ſempre, & poſſeduta, e la poſſiede quietamente tirando l'entrate, e facendo i mezadri, e facendola lauorare à ſuo piacere, nellaquale è compreſo il campo dietro al Viazzolo verſo ſera, ilquale è ſtato lauorato dalli mezadri del Signor Carlo Franceſco, come il reſtante della poſſeſſione*, & vt latiùs habetur in eius examine.

At ſecundus teſtis, de quo in proceſſu, *fol.*350. nihil minùs pro eo deponit, dicens: *Sono circa 16. anni, che cominciai à lauorare ad opera al Signore Ercole Pio alla ſua poſſeſſione detta di campagna in quel di Rollo, & hò lauorato ſin'à quell'anno, che vennero i Tedeſchi à Rollo, che poi cominciai à lauorare al Signor D. Carlo Franceſco ſuo figlio, alquale ſuo Padre donò detta poſſeſſione, & hò lauorato al Signor D. Carlo Franceſco aiutandolo à podare, zappare, ſegare, & in particolare hò lauorato in quel campo delle 26. biolche dietro al Viazzolo, del quale confina il Signor Manfredotto Pio, ilquale godeua, & gode il detto Signor Carlo Franceſco.*

Quibus concordant alij teſtes, qui etiam meliùs deponunt de poſſeſſione pacifica dicti Domini Herculis, & poſteà de continuatione dicti D. Caroli Franciſci eius filij, adeò vt ſatis conſtet, tam ex inſtrumento donationis, & ceſſionis, quàm ex depoſitione teſtium de pacifica, & vera, ac anteriori eorum poſſeſſione bonorum controuerſorum; & propterea debetur manutentio dicto Domino Carolo Franciſco in eo ſtatu, in quo erat quando cœpit contendere, nulla habita ratione,
16 an eius poſſeſſio ſit iuſta, vel iniuſta, quia in hoc ſummariiſſimo poſſeſſorio, quod iudicis officio terminatur, Ludouiſ. *deciſ.*275.*n.*12. non cognoſcitur de iuſtitia, vel
17 iniuſtitia poſſeſſionis, Couar. *pract. qq. cap.*17. *numer.*5. *verſic. ſic ſanè*, *Natt. conſil.*121. *num.*1. Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed. vlt. num.*2. *& ſeqq.* Farinac. *deciſ.*141. *num.*2. & *deciſ.*512. *num.*4. & *deciſ.*641. *numero* 8. *p.*1. Giouagnon. *conſil.*16. *num.*2.20.50.61.62. *libr.*1. Laderch. *conſil.*95. *per totum*, & præſertim *num.*3.4.
18 vbi probat, quod non ſolùm iuſta, & vera, ſed etiam iniuſta, & apparens poſſeſſio manutenenda eſt, &
19 ſufficit apparenter in hoc iudicio probare poſſeſſionem, ſeu detentionem, vtputà quia araſti, fructus percepiſti, quod etiam tenuit Borgn. *deciſ.*12. *numero decimoquinto*, & *deciſ.*16. *numero primo*, & ante eos Plot. *in leg. ſi quando*, *numero* 96. *cum ſeqq. Cod. vnde*
20 *vi*, vbi ait, quod ſi duo prætendunt eſſe in poſſeſſione, & alium non poſſidere, & è conuerſo aduerſarius contrarium aſſerat, & vnus hoc modo turbat alium, nulluſque vult contra alium in petitorio, vel poſſeſſorio ordinario offerre libellum, & ſe conſtituere actorẽ, Iudex ex officio poteſt ſumptis ſummariiſſimis informationibus ſuper poſſeſſione de præſenti conſtituere reum in plenario poſſeſſorio, & petitorio illum, qui reperitur eſſe in poſſeſſione etiam facti, & illum inſtituet actorem, qui tempore ortæ rixæ non poſſidebat, cùm non ſit quærendum de iure poſſeſſionis, ſed de ſola tantùm detentione facti, & hæc omnia bene probat Poſthius *in tract. de manuten. obſeruat.*42. *numero* 74. *vſque ad numer.* 153. Sperell. *deciſ.*96. *numero decimoquarto*, vbi dicit, quod datur
21 mandatum de manutenendo illi dumtaxat, qui tempore motæ litis, vel antea poſſediſſe oſtendit, & *ſub numero decimoſexto* dicit, quod talis manutentio conceditur etiam ſucceſſori, qui nunquam poſſedit,
22 ratione poſſeſſionis, quam habuit anteceſſor; quæ omnia benè concurrunt in caſu noſtro ad fauorem dicti D. Caroli Franciſci, qui probauit tempore motæ litis, & antea poſſediſſe, & fructus percepiſſe; & ſic manutenendus eſt expulſo quocunque turbatore, qui poſt litem motam fecit actus poſſeſſorios clandeſtinos, & turbatiuos, & quæ in contrarium adducuntur, hîc non verificantur in iure, quia procedunt in poſſeſſorio ordinario, neque etiam in facto, quia non conſtat ante litem motam, vel prius, D. Manfredottum feciſſe aliquos actus poſſeſſorios.

Sed eſto, quod etiam hîc ageretur de poſſeſſorio ordinario retinendæ, quod tamen eſt etiam ſummarium, adhuc dictus D. Carolus Franciſcus vincere debet iiſdem rationibus, quæ pro aduerſario adductæ ſunt; ſiquidem ſi loquimur de ipſa communitate, illa nullo modo probauit ſe vnquam poſſediſſe, vel actus poſſeſſorios feciſſe ſuper terris controuerſitis, ſicut nec fecit dictus D. Com. Hyppolitus, niſi vt ſuprà dictum eſt, & reſponſum; ſin loquimur de D. Manfredotto, ipſe non fecit niſi actus turbatiuos, & clandeſtinos lite pendente, vt vidimus, non eſt dubium, quod poſſeſſio dicti domini Caroli Franciſci eſt antiquior, tum ratione ſui inſtrumenti donationis, quod præcedit inſtrumentum emptionis dicti Manfredotti, tum ratione poſſeſſionis dicti D. Herculis eius patris in eum
tranſlatæ vigore conſtituti, & ceſſionis: ſi enim ille 23
poſſeſſor eſt manutenendus, de cuius poſſeſſione conſtat, ad textum *in l.*1. §. *interdum*, *ff. vti poſſidetis*, & *in* §. *retinendæ, Inſt. de interdict.* Ludouiſ. *deciſ.*160. *in princ.*
vtique ille debet in hoc remedio obtinere, pro quo ex- 24
tat antiquior poſſeſſio, etiam tranſlata, quia poſterior poſſeſſio præſumitur clandeſtina, & turbatiua, ad textum *in cap licèt cauſam*, vbi DD. *de probat.* Bart. *in l. ſi duo, ff. vti poſſidet.* Menoch. *de retin. poſſeſſ. remed.*4.*n.*725. Seraph. *deciſ.*1038.*n.*1. Ludouiſ. *deciſ.*6.*n.*3. & *deciſ.*9. *n.*5. Rota apud Poſthium *in tract. de manutent. deciſ.*49. *num.*3.

Et hoc adeò verum eſt, vt procedat etiamſi poſſeſ-
ſio iunior eſſet titulata, & anterior careret titulo; ad- 25
huc enim antiquiori poſſeſſori danda eſt manutentio: Honded. *conſilio* 21. *numero primo, libro primo.* Surd. *conſil.*28. *numero* 63. *& ſeqq.* Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.* 171. *numero tertio*, vbi dicit, quod id procedit etiam-
ſi anterior ſit merè inſtrumentalis, & poſterior cum 26
perceptione fructuum: idem Ludouiſ. *deciſ. quingenteſimaquadrageſimanona*, *numero quarto*, & maximè quando poſterior poſſeſſio non eſt decennium ſine contradictione continuata. Giouagn. *conſilio octauo*, *numero* 22. *libro primo*, adeò vt etiamſi dictus domi-
nus Carolus Franciſcus non Iudicis auctoritate, ſed 27
propria nactus ſit rei poſſeſſionem, adhuc manutenendus ſit, quia non eſt neceſſaria Iudicis auctoritas. Ludouiſ. *deciſ.* 107. *numero primo.* Gratian. *diſcept.* 142. *numero* 55. latè Poſthius *in tract. de manuten. obſeru. decimatertia*, *numero ſecundo*, *& tertio*, vbi concludit id procedere, quando poſſeſſio eſt vacans, vel non adeſt contradictor, vt hîc, vbi dictus domi-
nus Carolus Franciſcus cepit poſſeſſionem, conſen- 28
tiente dicto Hercule eius patre, & antiquo poſſeſſore, propter quod ceſſa poſſeſſio tranſit de cedente in ceſſionarium abſque alia apprehenſione, & eſt ceſſiona-
rius ex illa manutenendus. Rota apud Poſthium *in tra-* 29
*ctat. de manutenend. deciſ. ducenteſima trigeſima ſeptima*, *numero ſecundo*, quod procedit etiamſi tantùm per conſtitutum tranſlata eſſet poſſeſſio: Poſthius *dict. tract. obſeru. deciſ. decimanona*, *numero decimotertio*, *vſque ad numerum* 19.

Nec obſtant in contrarium adducta ad probandam poſſeſſionem dicti Manfredotti, & dicti Com. Hyppoliti, & aliorum: tum quia actus, qui probantur, vel ſunt
facti poſt litem cœptam, vel dederunt cauſam liti, quo 30
caſu non tribuunt beneficium manutentionis. Rota apud Poſthium *dict. tr. dec.*267.*n.*4. tum quia teſtes pro dicto Manfredotto deponentes nullam fidem faciunt, & nihil probant; ſiquidem non fuerunt firmiter exami-

nati

nati à Iudice cauſæ,vel de eius mandato, & ſic patiun-
tur defectum citationis,iuramenti, præſentiæ, & quod
31 viua voce non depoſuerint,& ſine interrogatoriis par-
tis aduerſæ ; etenim vulgare eſt dictum , quod fides fi-
dem non facit , vt per Decian.conſilio 41. n.1.& ſeqq.
libro ſecundo,quem ſequitur Farinac. de teſtib. quæſt.80.
n.32.Seraph.deciſ.106.n.3.Gratian.diſcept.forenſ. lib.4.
cap.677. à numero 14. vſque ad numerum 18. & ad rem
facit Beller.diſq.Cleric.part.1.tit. de fauor. Cler. perſon.
§. 13. numero ſecundo , vbi probat teſtibus in alio fo-
ro examinatis non eſſe credendum , & maximè quia
D.Carolus Franciſcus in actis ſub die 19.Aprilis 1636.
proteſtatus eſt repetendos eſſe teſtes abſque eius inter-
rogatoriis examinatos,quod non eſt factum , licèt pro
parte Communitatis alij teſtes fuerint examinati : er-
go teſtibus D. Manfredotti nulla fides eſt adhibenda.
Addi poſſet , quod dicti teſtes D. Manfredotti patiun-
tur alios defectus , quia habent intereſſe in cauſa,cùm
ſint de communi,& non reddunt rationem ſcientiæ,&
vnus eſt de auditu alieno ; & licèt ad euitandam con-
trarietatem D. Aduocatus velit eum reducere ad con-
cordiam , vt illa verba non referantur ad omnia,tamen
regulariter verba in fine poſita referuntur ad omnia
præcedentia ; & licèt valeat interpretatio ad vitandam
32 falſitatem,vt ſaluetur, ne ſit contrarius, tamen non ſe-
quitur, quod fidem faciat , quia fit quidem concordia
ad euitandam falſitatem,non autem vt probent.Ant.de
Butr.in cap.cùm tamen , num. quarto , verſ. oppono.Abb.
numero 5. Felin. numero quarto , de teſtib. Claud. ad
Bertaz. conſil. 6. num.6. littera C, verſ. teſtes , lib.1.
Petra de fideicomm. quæſt.12. num.1023. Tindar. de te-
ſtib.p.3.c.fin.n.3.in fin.& n.4.verſ.ſed aduerte.Farin.de te-
ſtib.q.65.n.42.76.79.86.87.89. vbi hoc admittit etiam
de iure Canonico,quando contrarietas eſt multùm ma-
nifeſta,& aperta,vt hîc.

Non obſtat donationem prædictam,& ceſſionem ad
fauorem dicti Domini Caroli Franciſci fuiſſe fraudu-
33 lentam ; quia reſpondetur , dolum ,& fraudem non
præſumi, niſi probentur,l.dolum,Cod.de dolo.Menoch.
libr.quarto , præſumpt. 81. numero 29. imò præſumen-
dum eſt pro veritate inſtrumenti , vt donatio verè fa-
cta fuerit , vt honeſtiùs viuere poſſit , & ſuo tempore
promoueri ad Ordines Sacros ; neque quidquam pro-
deſt allegare fraudem, quia D.Carolus Franciſcus non
recuſat ſoluere contributiones militum Allemanorum
34 pro rata eius patris proportionabiliter , ſed deſiderat
tantùm iuſtam liquidationem , ne plus grauetur,quàm
teneatur : & hæc exceptio vti requirens altiorem in-
daginem , & reſpiciens merita cauſæ , non eſt atten-
denda in hoc iudicio manutentionis. Rot. diuerſ.
deciſ.413.n.12. lib.6. Rota apud Poſthium d.tract.deciſ.
223.n.9.

Neque in hoc iudicio poteſt vincere dicta Commu-
nitas , quæ nullam pro ſe probauit poſſeſſionem , nec
actus poſſeſſorios , aut feciſſe quidquam ſcientibus di-
35 ctis DD. Hercule,& Carolo Franciſco ; imò nec com-
munitas videtur fuiſſe conſcia dictorum actuum poſ-
ſeſſoriorum , & per conſequens nullam acquiſiuit poſ-
ſeſſionem , Cæſar. de Graſſ. deciſ. 67. numero ſepti-
mo , de probat. Poſthius in d. tract. de manut. obſeruat.
36. num.15. & quidquid factum eſt à poſteriore poſſeſ-
ſore, dicitur clandeſtinum , & non manutenibile,non
citato priori poſſeſſore.Rota apud Poſthium dict.deciſ.
232.n.3.

Accedat, quod D.Manfredottus non eſt audiendus ,
quia hæc cauſa non fuit cum eo tractata,& à principio
non habuit intereſſe in hoc negotio , & cum eo non
ſunt factæ probationes , & ſic venit ad iudicium tan-
36 quam tertius,propter quod non poteſt impedire manu-
tentionem dicti Domini Caroli Franciſci,ſed debet à
capite incipere,ſi quid prætendit.Couar. pract. qq. cap.
14.n.4.verſic. quandoque , Scacc. de appellat. quæſt.17.
limit. ſexta , memb.4. num.50. verſic. ſecus. Franc. dec.
261.& deciſ.492. Lancellot. de attent. capit.3. numero
decimoſexto , Burſat. conſilio 413. numero vigeſimo ,
Honded. conſilio 25. numero vigeſimoſecundo , libro
primo , Ludouicus deciſ. Lucenſ.56. numero ſecundo ,
& tertio , & deciſ. Peruſ. 26. num. 25. ſi tamen verè
conſtaret de poſſeſſione tertij , quia duo in ſolidum
poſſidere non poſſunt , vtique admitteretur hæc exce-
ptio , etiam ab ipſa Communitate illam proponente , 37
quia hoc non eſt deducere ius tertij , ſed opponere ex-
ceptionem excluſiuam poſſeſſionis ipſius agentis , vt
latè per Poſthium in dict.tract.de manutenend.obſer.61.
n.1.2.3.& per totam , vbi hoc pulchrè docet,& pluri-
mos adducit.

Et quamuis videantur in proceſſu aliquæ compari-
tiones pro parte D.Manfredotti , tamen factæ ſunt vel
ab eius procuratore ſine mandato, vel inſcio,& abſen-
te,& non citato dicto D.Carolo Franciſco, & eius pa-
tre ; quo caſu nihil probant , quia iura,imò etiam in-
ſtrumenta , & ſcripturæ productæ parte non citata , fi-
dem non faciunt,ex Bald.in l.1.in fin.C.de ſent. ex breu. 38
recit.Caſſad.deciſ.1.n.5.de except.Caputaq.dec.99.part.2.
Cæſar de Graſſ.deciſ.3.n.7.de reſtit.ſpol. Honded.conſil.
75.n.34.lib.2.Ludouiſ.deciſ.209.n.5. vbi Beltram. n.8.
& deciſ.300.nom.3.vbi etiam Beltram. num.4. Aſin. in
prax.part.1.§.22.cap.8. limit.2. numero tertio, vbi alios
allegat.

Et quatenus poſſet conſtare de aliquibus actibus
poſſeſſoriis dicti D. Manfredotti , & aliorum , certum
eſt non eſſe attendendos ad effectum manutentionis, 39
quia , vt dictum eſt , vel dederunt cauſam liti , aut fa-
cti ſunt poſt litem motam , & inhibitionem , vt teſta-
tur Ludouiſ. deciſ.4. num.2. & deciſ. 569. num.4. &
Giouagn. conſil. 40. num. 7. lib.2. Poſthius dict.tract.
de manuten. obſeru. 48. num.1. vſque ad num.12. Rota
apud eum deciſ.267.num.4.& ſunt potiùs dicendi actus 40
turbatiui , quàm poſſeſſorij , qui non ſunt manuteni-
biles , maximè primo & antiquiori poſſeſſore non ſe
habente pro ſpoliato,vt per Farinac.deciſ.106.num.3.&
deciſ.476. num.4.p.1. & deciſ.35.num.3. & deciſ.56.n.2.
p.2.Giouagn.d.conſil.40.num.40. Caualer. deciſ.2.n.10.
& deciſ.432. numer.1. Poſthius dict. tract. obſeruat.71.
num.6.7.

Hîc autem non poteſt dici , quod dictus D. Her-
cules Pius , & poſt eum D. Carolus Franciſcus eius
filius habuerit ſe pro ſpoliato , quia ſemper continua-
uit in perceptione fructuum , & in cultura agrorum,
& fuit recognitus pro domino , provt vſque nunc
continuat ; & ſtatim ac dictus Carolus habuit noti-
tiam actus turbatiui , vt ablationis vuarum , & alia-
rum rerum , non dereliquit ſuam poſſeſſionem , ſed
recurſum habuit ad Iudicem pro reſtitutione conſe-
quenda , vt in proceſſu , & congruam reportauit pro-
uiſionem , ſicut erat conueniens , quia lite pendente 41
Iudex debet manutenere , & defendere priorem poſ-
ſeſſorem.Poſthius in dict.tract.de manuten. obſeru.2.n.9.
10.11.12.

Vnde non obſtat proceſſus Roli fabricatus per
Communitatem contra forenſes,quia non poteſt retar-
dare manutentionem prædicti Dom. Caroli Franciſci ;
tum ex prædictis,tum quia ille proceſſus multis de cau-
ſis eſt ipſo iure nullus,& inualidus, cùm ſit fabricatus
nullo iuris ordine ſeruato,& ſine debita forma, tam in
procedendo, quàm in iudicando ; & primò nullus eſt, 42
quia non poterat D.Hercules Pius priuari ſuis bonis à
Iudice in loco rei ſitæ , ſed vbi domicilium habebat ,
ſcilicet Mutinæ,vel Carpi,vt probat textus in leg.1. &
2.vbi DD. de bon. auth. indic.poſſid.

Secūdò dictus proceſſus eſt nullus ex defectu citatio-
nis,quia reus nūquam fuit citatus,ſicut nec alij,niſi ſub
nomine generali,& appellatiuo forēſium,& tamen ci-
tatio debet cōtinere nomen,& cognomen citati,quādo
certa



43 certa eſt eius perſona,vt hîc,alioquin citatio non affi-
cit.Tuſch.pract.concluſ.littera C,concl.232.n.2.& concl.
233.n.7.& concl.240.n.3.4.6.9.11. Boer. deciſ. 235.n.2.
Aſinin.in prax.lib.1.§.7.c.4.n.2. & litis pendentia non
inducitur per citationem inualidam.Farinac.deciſ.500.
part.1.

Tertiò nulla fuit citatio,quia non fuit intimata per-
ſonaliter , vel domi dicti D. Herculis , provt erat ne-
ceſſe;ſi enim reus non poteſt perſonaliter inueniri, de-
bet ſaltem ad domum eius ſolitæ habitationis relinqui
cedula citationis, vt per Marant.de ordine iudic. parte
44 ſexta,memb.1.de citat.num.126. Aſin. d. libro primo, §.
ſexto , capitulo ſexto , vbi latè docet. Tuſch. littera
C , concluſ.248. num.4. & concl. 249. num.2. & licèt
dictus D. Hercules non habeat domicilium Roli , ta-
men habet domum , vbi coloni degunt ſuper re , quæ
controuertitur , vbi ſaltem dimittenda erat citatio ; vt
ad notitiam citati peruenire poſſet mediantibus ſaltem
colonis.

Quartò citatio fuit nulla , quia fuit facta per edi-
ctum,ſeu proclama;& talis citatio non admittitur,nec
poteſt fieri , niſi quando incerta eſt perſona citanda,&
de cuius intereſſe agitur,& nullam habet domum in lo-
co.Marant.dict.memb.1.de citation. num.82.83. & ſeqq.
Tuſch.pract concluſ.littera C,concluſ.256,n.1.12.14. vbi
maximè vult id procedere , quando agitur de poſſeſſio-
45 ne,ſeu tenuta danda,vt hîc, quia tunc citatio generalis
non ſufficit, niſi nominatim fuerit intimata. Tuſch.
d. littera C , concl. 267. num. 1. 2. quod etiam docet
Gratian. diſc.331. num. 5. & cùm citatio ſit nulla ,
46 pariter proceſſus eſt nullus , & omnia inde ſequuta:
Tuſch. littera C , concluſ. 237. num.1.2.3. vbi alios
allegat.

Quintò proceſſus eſt nullus , quia ſubhaſtatio fuit
inualida , & non ritè facta,ſed prætermiſſo iuris ordi-
47 ne , cùm fuerit inceptum ab executione ſtabilium ; &
tamen erat incipiendum à mobilibus , & animalibus,
iuxta textum in l. à diuo Pio , §. in venditione, ff. de re
iud. ergo,&c.

Sextò oportebat , quod facta ſubhaſtatione bona
adiudicarentur creditori , vel illi , cui obuenerunt , de
quo hîc nihil apparet ; & ſi conſtaret, adhuc eſſet in-
ualida , quia non fit adiudicatio , niſi credito liqui-
48 dato , & conſtito cauſam eſſe veram , & iuſtam, quod
hîc non fuit impletum : ergo nulla eſt adiudicatio :
Bald. conſil. 122. lib.3. per totum , Crauet. conſ.819.
num.12.

Septimò omnia ſunt nulla , & nulla poſſeſſio fuit
acquiſita creditori ratione incertitudinis , cùm non
appareat , quænam pars fundi fuerit ſubhaſtata ; an
melior , vel deterior , aut quantum fuerit ſubhaſta-
tum ; quia relatio nuntij non ſpecificat , quænam
terræ fuerint ad incatum poſitæ , nec quantitatem ,
nec etiam benè explicat , pro quo pretio fuerint deli-
beratæ , & proptereà ratione incertitudinis loci , &
quotæ , & aliarum rerum , dominium , vel poſſeſſio
49 fundi, ſeu partis illius non potuit tranſire in dictam
communitatem , ſeu dictum D.Com. Hyppolitum, &
dictum D. Manfredottum , ad textum in l. 3. §. incer-
tam , ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi fur, §. fin. ff. de vſucap. Gabr.
conſil.64. num.3. & 4. lib.1. latè Pariſ. conſilio 55. nu-
mero ſecundo , libro primo. Menoch. conſilio 222. n.50.
51. Rota diuerſ. deciſ. 130. numero tertio , parte quin-
ta. Etenim ſi nuntio credendum eſt, in relatione nihil
ſpecificat, niſi dicens : Vndeci al Signor Com. Ippolito:
& velle intelligere , quod voluerit dicere terras fuiſſe
deliberatas pro ſcutis vndecim pro qualibet bubulca ,
eſt diuinare; & ſi verum diceret,eſſet magna incertitu-
do,& læſio,quia in prædicto prædio adſunt terræ par-
ui valoris,& maioris, & ſic in electione eſſet creditoris
ſibi aſſumere terras magis pretioſas pro viliſſimo pre-
50 tio ſcutorum vndecim , quod eſt abſurdum, & ratione
læſionis poteſt etiam reſcindi ſubhaſtatio.DD.in d.l. à
diuo Pio,& Caſtr.conſilio 156.in princ.lib.2. Surd. conſi-
lio 39.n.25.

Vnde licèt dici ſoleat , quod ſi Clericus ſuccedit in
bonis laici,ſuper quibus fuerat lis cœpta, & conteſtata 51
coram Iudice laico,teneatur Clericus proſequi dictam
litem in eodem foro,vt per Caſtr.in l.hæres abſens, §.1.
num.3. ff. de iudic. Cagnol. in l.2. num.175. Cod. de
pact. inter empt. & vend. Aſin. in prax. de exequut. §.2.
capitulo duodecimo , numero 44.60. Surd. deciſ.110. n.2.
& conſilio 222.numero decimoſexto , latiſſimè Carol.de
Graſſ. in tract. de eff.cler. eff.1. numero 282.283. vſque
ad num.290. tamen hæc ſententia ſi vera eſt, non pro-
cedit , neque locum habet,quando illud iudicium co-
ram laico cœptum aliqua ratione fuit nullum , & in-
ualidum,quia quod nullum eſt, nullum producit effe- 52
ctum ; & tunc Clericus non tenetur proſequi cauſam
in foro laico , ſed tantùm reſpondere coram ſuo Iudi-
ce Eccleſiaſtico , per textum in l.4. §. condemnatum, ff.
de re iud. l. non dubium , C. de legib. Bellamer. conſilio
74. num.3. Surd. conſilio 136. num. 16. Burſat. conſilio
82. numero ſexto, Honded. conſilio 32. num.85. lib.1.
Peregr. conſilio 93. numero ſexto , libro primo. Carol.de
Graſſ. d. eff.1. num.298. 299. & multis ſeqq. vbi reddit
rationes huius concluſionis , & affert multa ſimilia ;
quod nobis ſufficere poteſt , licèt poſſet etiam dici,ve-
riorem eſſe illam ſententiam,quod Clericus ſuccedens
laico non teneatur proſequi litem cœptam coram lai- 53
co , quia ſic per multas rationes, & auctoritates latiſſi-
mè probat Marth. de iuriſdict. p.4. caſ.37. num.5.6.&
ſeqq. & per totum , vbi pulchrè defendit hanc par-
tem : ſed quidquid ſit , ſatis eſt in caſu noſtro, proceſ-
ſum fuiſſe nullum , provt euidenter apparet , & prop-
tereà D. Carolus Franciſcus non tenetur ſtare coram
Iudice laico etiam occaſione litis cœptæ cum eius
patre : non negat tamen fundum ſibi donatum ad ip-
ſum fuiſſe tranſlatum cum omnibus ſuis oneribus ; &
ideò paratum ſe exhibet reſpondere coram ſuo Iudice
Eccleſiaſtico cuicunque prætendenti:non eſt ergo am-
pliùs cauſa tractanda in foro laico , & confirmanda
eſt inhibitio,dandaque dicto D. Carolo Franciſco ma-
nutentio, provt ſic pronunciaui , & ſententia habuit
effectum.

## CAPVT CLXI.

### EPITOME.

Bannitus in ære, & perſona cum publica-
tione bonorum , an perdat beneficia iuris
communis, & reſtitutus an recuperet bo-
na ad alios peruenta.

### SVMMARIVM.

1 Poſitio, cui reſpondetur per verbum, Credit, cenſetur acceptata.
2 Ponens cenſetur fateri.
3 Poſitio probat contra ponentem.
4 Poſſeſſio exigendi acquiritur ex vnica ſolutione.
5 Manutentio poſſeſſionis datur propter vnicam etiam ſolutionem.
6 Manutentionis iudicium noc retardatur per exceptiones petitorium concernentes.
7 Poſſidens ex cauſa non vera , & non legitima adhuc manutenendus eſt.
8 Bannitus capitaliter habetur pro mortuo.

9 Bannitus dicitur mortuus ſecundùm proclamata Ducis Mutinæ.
10 Bannitum licet impunè occidere ſecundùm ſtatuta Carpi, & Ferrariæ.
11 Bannitis non poteſt dari aliquis fauor, vel auxilium.
12 Bannito non poteſt dari cibus, & potus.
13 Statutum priuans bannitos bonis communibus valet.
14 Bannitum aliquem eſſe probatur ex ſententia.
15 Bannitus ex ſolo banno poteſt impunè occidi.
16 Bannitus habetur pro confeſſo, & conuicto.
17 Sententia contumacialis nihil probat, niſi iuſtificetur ex actis.
18 Bannum probatur non ſolum ex ſententia, ſed etiam ex ſcriptura in Archiuio poſita.
19 Poſſeſſionis cauſam non licet mutare ex eodem iure.
20 Poſſidens ſuſtinet partes rei, non actoris.
21 Prædo etiam manutenendus eſt.
22 Actore non probante reus abſoluitur.
23 Reo ſufficit ſola poſſeſſio pro defenſione.
24 Reus poteſt ſe defendere exceptionibus etiam contrariis.
25 Bannitus perdit beneficia municipalia, non autem communia.
26 Bannitus extra territorium Bannientis non perdit iura communia.
27 Bannitus in territorio bannientis perdit iura municipalia, & communia.
28 Bannitus in perpetuum non poteſt teſtari.
29 Bannitus, & deportatus non ſuccedunt, nec poſſunt teſtari.
30 Bannitus habetur pro mortuo, nec dicit teſtamentum patris nullum, nec legitimam conſequitur.
31 Bannitus non ſuccedit de iure communi, ne habeat effectum.
33 Bannitus quibus bonis priuetur.
34 Bannitus eſt inimicus Ciuitatis.
35 Bannitus eſt hoſtis, & non debet audiri.
36 Bannitus quid perdat in territorio bannientis.
37 Bannitus cum publicatione bonorum eſt incapax etiam de iure communi.
38 Bannitus reſtitutus non recuperat bona in alium tranſlata.
39 Iuris communis beneficia perdunt banniti.
40 Bannitus ſubſtitutus non ſuccedit.
41 Deportatus, & bannitus an ſint ſimiles.
42 Bannitus multa perdit, & an reſtituatur.
43 Bannitus eſt incapax ſucceſſionis.
44 Bannitus æquiparatur deportato.
45 Menochius de bannitis loquens declaratur.
46 Bannitus capitaliter admittit iura communia.
47 Bannitus non tranſmittit ius ſuccedendi.
48 Banniti feudum deuoluit ad alios.
49 Bannitus an perdat naturalia.
50 Bannitus non poteſt teſtamentum facere, & perdit iura communia.
51 Bannitus quando retineat iura communia.
52 Bannitus perdit ius filiationis.
53 Bannitus quomodo poſſit retinere bona.
44 Bannito poſſunt auferri bona.
55 Bannitus an ſit indignus.
56 Bannitos licet deprædari, & bonis ſpoliare.
57 Banniti quomodo acquirere poſſint.
58 Bannito licet auferre ſucceſſionem.
59 Bannitus bonis ſpoliatus non reſtituitur.
60 Fiſcus, & quilibet de populo poteſt deprædari bona banniti.
61 Banniti bona occupanti conceduntur.
62 Banniti fratris bona poteſt alter frater occupare.
63 Banniti perſona conſideratur ſicut mortui.
64 Fictio quando operetur ſicut veritas.
65 Banniti mors naturalis, & ciuilis habet eandem rationem.
66 Bannitus licet retineat iura communia, tamen coram Iudice non auditur.
67 Banniti perdunt iura communia actu, & exercitio.
68 Bannitus æquiparatur excommunicato.
69 Bannitus non poteſt agere, nec Iudicis officium implorare.
70 Bannitus banno Imperiali, vel Pontificio perdit iura communia.
71 Banniti Ducis Mutinæ ſunt ſicut banniti Imperatoris.
72 Primogenitus bannitus aperit locum ſecundogenito.
73 Bannitus in contumaciam, & propter contumaciam non perdit iura communia.
74 Bannitus in contumaciam, vel propter contumaciam quis dicatur.
75 Bannitus quando quis dicatur ob delictum.
76 Bannitus ob delictum perdit etiam iura communia.
77 Bannitus quando æquiparetur deportato.
78 Banniti ob delictum excluduntur ab omnibus quæ iure communi conceduntur.
79 Bannitus, cui denegatur omnis fauor, perdit etiam iura communia.
80 Bannitos receptare non licet.
81 Statutum Carpi contra bannitos.
82 Bannitus quando perdat iura naturalia.
83 Statutum dum loquitur, nihil vlterius eſt quærendum.
84 Proclamata Ducis Mutinæ contra bannitos.
85 Statutis Carpi deficientibus recurritur ad ſtatuta Ferrariæ.
86 Statuta Carpi recipiunt interpretationem à ſtatutis Ferrariæ.
87 Legem ſatis eſt allegari.
88 Statutum, & lex præſumitur vſu receptum.
89 Iudex poteſt de notorio ſe informare.
90 Statutum, & lex antiquitate præſumitur publicata.
91 Publicatio legis quando præſumatur.
92 Statutum, ſeu lex exiſtens in Archiuio ligat etiam non publicata.
93 Bannito an liceat ius reddere.
94 Ius in inuitum redditur.
95 Bannitus non poteſt quemquam trahere ad Iudicem.
96 Bannitum poſſe offendi idem eſt, ac ſi diceretur in perſona, & rebus.
97 Bannitus potius tolleratur poſſidere bona, quam habitare.
98 Statutum ſtrictè intelligitur, vt minùs recedatur à iure communi, quàm fieri poſſit.
99 Offenſionis nomine intelligitur de perſonali.
100 Offenſæ appellatione quando intelligatur etiam de reali.
101 Bannitum poteſt præuenire alter conſanguineus in capienda hæreditate.
102 Bannitus dicitur forenſis, & non poteſt acquirere ſtabilia.
103 Pretium quando habeatur pro re immobili.
104 Forenſis dicitur etiam bannitus.
105 Pactum contrahentium non prodeſt tertio.
106 Primogenituræ pretium debet reinueſtiri.
107 Pecunia quando cenſeatur res immobilis.
108 Pretium non eſt propriè res immobilis.
109 Æquiparatorum eadem diſpoſitio, vbi eſt eadem ratio.
110 Banniti bona poſſunt ab omnibus licitè occupari.
111 Bannitus priuatur etiam bonis acquirendis.
112 Bannitus, cuius bona ipſo iure confiſcantur, perdit iura communia.
113 Statutum Carpi non priuat bannitum bonis ipſo iure.
114 Publicatio bonorum non eſt neceſſaria, vt bannitus perdat iura communia.





115 Statuta Carpi, quando interpretentur à ſtatutis Ferrariæ.
116 Bannitus ſecundùm communiſſimam, & veram ſententiam perdit beneficia iuris communis.
117 Gratia non plus tribuit quàm dicunt eius verba
118 Reſtitutus ex gratia quid recuperet, attendantur verba reſtitutionis.
119 Reſtitutus per gratiam non recuperat bona per tertium apprehenſa.

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NOn obſtantibus motiuis ſubtiliſſimè excitatis, cenſeo Dominum Cæſarem Zuccolum fouere cauſam meliorem, & potiora habere iura in credito Periluſtris D. Flaminij Barzelij, quàm habeat D. Ludouicus Zuccolus eius adverſarius; & ſatis fundata cenſetur intentio dicti D. Cæſaris ex quaſi poſſeſſione exigendi fructus pecuniarum, ſeu liuellorum per dictum D. Flaminium debitorem, prout conſtat ex poſitionibus à dicto D. Ludouico acceptatis in hac parte per dictum D. Cæſarem, dum illis reſpondit per verbum, *credit*, vt
1 in proceſſu, *fol. 26. in fin.* & *fol. 27. in princ.* ſiquidem
2 ponens cenſetur fateri, & poſitio probat contra ponentem, adeò vt non poſſit talem confeſſionem reuocare, vt per Bart. *in l. 2. §. quod obſeruari, columna 2.*
3 *verſic. iuxta prædicta, C. de iuram. calum.* Bald. *in l. ſicut, in fin. Cod. de repud. hæred. ſpec. in tit. de poſition. §. decimo, col. prima. & ſecunda, verſ. quid ſi actor,* & *verſ. item ſi potens.* Alex. *conſilio 71. columna prima, libro tertio,* Marant. *de ord. iud. parte ſexta, memb. 7. num. ſexto, verſ. & quod is,* & *memb. 10. act. 4. numero ſexto.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1176. numero octauo.* Etenim vnica etiam ſolutio ſufficit ad acquirendam, & probandam quaſi poſſeſſionem exigendi, ſeu poſſeſſionem rei pro qua fit ſolutio, ad textum *in cap. Eccleſia Sutrina,* vbi
4 Rip. *num. 53. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Tuſch. *litt. P, concl. 420. numero tertio,* Maſcard. *de probat. verb. Poſſeſſio, concluſ. 1180. numero nono, & decimo.* Gratian. *diſceptat. 521. num. 28. 29.* Peregr. *deciſ. 53. numero vndecimo,* Rot. apud Cenc. *de cenſibus deciſ. 244. numero quarto,* & *deciſ. 250. num. ſecundo,* latè Poſth. *de manuten. obſeru. 18. numero 26. 27. 28.* & apud eum Rot. *deciſ. 113. num. 3.* & *deciſ. 142. n. 5. & deciſ. 180. num. 2.* Farinac. *deciſ. poſth. 93. numero ſecundo, p. 1.*

Et cùm Dominus Cæſar propter hoc intentauerit remedium manutentionis, & ſæpiùs in proceſſu manu-
5 nuteneri in ſua poſſeſſione petierit, ex hac ſola quaſi poſſeſſione prouenienre ex vnica ſolutione debet manuteneri, ad tradita per DD. *in d. cap. Eccleſia Sutrina,* vbi Abb. *num. 23.* Rip. *num. 52.* Alex. *conſil. 74. num. 16. lib. 4.* Seraph. *deciſ. 1411. numero ſecundo,* Poſth. *d. obſeruat. 18. numero 33.* & apud eum Rota *deciſ. 141. numero quarto,* & *deciſ. 163. numero 12.* & *deciſ. 181. numero primo, & tertio,* & *deciſ. 318. numer. 1.* Farin. *dict. deciſ. 93. numero ſecundo,* & *deciſ. 634. numero primo, part. ſecunda,* quo ſtante concedenda eſt manutentio dicto D. Cæſari, non attentis exceptionibus dicti D. Ludouici, quæ poſſeſſorium concernunt, quæ in alio iudicio, & ad merita cauſæ reſeruari debent, nec poſſunt retardare hoc iudicium manutentionis. Gratian. *diſceptat. 113. n. 35.* Giouagn. *con-*
6 *ſilio octauo, numero 112. libro primo,* Farin. *deciſ. 35. numero quinto, parte ſecunda,* Ludouiſ. *deciſ. 107. numero tertio, & quinto,* latè Poſth. *de manutent. obſeru. 42. numero 13. 14.* vbi pulchrè hoc docet, etiamſi quis
7 poſſideat ex cauſa non legitima, & non vera. Et Rot. apud eum *deciſ. 42. numero duodecimo,* hoc idem confirmat Rot. *diuerſ. deciſ. 106. numero 13. p. 5. recentior.* vbi alij allegantur.

Et multò minùs debet audiri dictus D. Ludouicus, quia neque in petitorio iuſtè petit admitti ad exactionem dicti crediti, cùm tempore delatæ hæreditatis ipſe eſſet capitaliter bannitus, & condemnatus, cum publicatione bonorum, adeò vt poſſet in re, & perſona impunè offendi, propter quod erat incapax hæreditatis prædictæ, quæ idcircò fuit delata ad D. Cæſarem vti proximiorem, cùm prædictus D. Lud. habere-
tur pro mortuo, vt per Marcabrun. *conſilio 98. numero* 8
*110.* Farinac. *conſilio 135. numer. 57. libr. 2.* Vulpel. *conſilio 20. numer. 3.* vbi teſtatur de magis communi. Hect. Felic. *alleg. 116. numer. 3. p. 2.* Maſtrill. *deciſ. 283. numer. 67. 68. 69. 73.* & *deciſ. 276. numero 6.* latiſſimè Caball. *reſol. crim. 264. numer. 28.* Giurb. *conſ. crim. 3. numer. 7. 19.* Laderch. *conſ. 12. numer. 5.* vbi loquitur de Statu Sereniſſimi Domini Noſtri Ducis; & quoad eum dicit bannitum
eſſe mortuum. Pulchrè Guazzin. *de pace, & caution. de* 9
*non offendend. p. 2. §. 3. q. 56. n. 5. 6.* qui tollit contraria.

In quo eſt aduertendum, quod in ciuitate Carpi vigore ſtatutorum, & proclamatum Ducalium licet interficere impunè bannitos capitaliter condemnatos, ſi in
territorio inueniantur, vt legitur in ſtatuto Carpi *libro* 10
*tertio, rubr. 20.* Et poſſunt impunè offendi, tam in perſonis, quàm in rebus, vt per aliud ſtatutum Carpi *libro quarto, rubr. 35.* & *rubr. 101.* Et hoc idem probatur ex ſtatuto Ferrariæ *lib. 3. rub. 29.*

Adeò vt bannitis non poſſit dari aliquis fauor, auxi-
lium, cibus, aut potus, vt ex ſtatuto Ferratiæ, *libr. 3. rubr.* 11
*43.* & ex ſtatuto Carpi, *lib. 4. rubr. 35.* & meliùs *rubr. 80. in fin.* Vbi prohibetur, quod nemo poſſit dare
conſilium, auxilium, aut fauorem, cibum, aut potum 12
bannitis, & concordant, ac magis ſtringunt proclamata Ducalia, quæ iubent etiam proſequi huiuſmodi bannitos, capere, & Curiæ tradere, ex quibus conſtat eſſe bannitos extra protectionem Communis, & Principis, nec dubitandum eſt, an valeant ſtatuta ciuitatum, quæ priuant bannitos bonis communibus, & beneficiis iuris communis, quia validiſſima ſunt, & non eſt diſputan-
dum de validitate, ſed ſolùm de voluntate, vt latè pro- 13
bat Menoch. *de præſumpt. libro quinto, præſumpt. 45. numero 12. 13.* vbi multos allegat, & ideò illum adduxiſſe ſufficit.

Non eſt autem in præſenti cauſa denegandum prædictum D. Ludouicum fuiſſe capitaliter bannitum, & condemnatum tempore delatæ hæreditatis, & purificati fideicommiſſi, quia ſententia lata, de qua in proceſſu, qua condemnatur, etiamſi ſit contumacialis, ſi non probat delictum, præſtat tamen illum eſſe bannitum, & con-
demnatum, vt poſt Alex. *in l. ſæpè, numer. 64. ff. de re iud.* 14
& Rot. *diuerſ. deciſ. 12. numer. 4. verſ. quartò, parte prima,* Hect. Felic. *alleg. 117. numero octauo, parte ſecunda,* Giurb. *conſ. crimin. 3. numer. 4. in fine,* & *numero quinto,* vbi probat ex ſolo banno poſſe bannitum impunè occidi; ha-
bemus enim ſtatutum, quòd contumaces habentur pro 15
confeſſis & conuictis: ſtatutum Carpi *libro 4. rubr. 2.* & licèt ex ſententia contumaciali nihil præſumatur niſi iu-
ſtificetur ex actis, vt per Rot. *diuerſ. deciſ. 136. numero 3.* 16
*parte prima,* Gratian. *diſcept. 531. numer. 48.* cum aliis ex 17
aduerſo adductis, id procedit ad effectum probandi delictum, vt loquuntur ex aduerſo adducta, non autem ad effectum probandi bannum, quod ſecundùm prædicta probatur ex ipſa ſententia. Imò etiam ex ſcriptura non
publica in archiuio inuenta. Farinac. *quæſtione 103. nu-* 18
*mero 355.* Guazz. *de caut. de non offend. parte prima, quæſtione 23. numero 16.* ſed vt meliùs euacuetur dubium, producta ſunt etiam acta ipſa, quæ probant reum, non tam ob contumaciam, quàm ob delictum ipſum fuiſſe condemnatum.

Non obſtat motiuum, quod dictus D. Cæſar declarauerit ſe accepiſſe bonorum poſſeſſionem tanquam hæres D. Iuliani ab inteſtato, non autem ex fideicommiſſo, vigore Primogenituræ; vnde nunc poſt reſtitutum D.
Ludouicum non poteſt mutare cauſam ſuæ poſſeſ- 19
ſionis, dicendo ſe velle detinere bona vti fideicommiſſaria,

miſſaria, *l.cùm nemo, Cod.de acquirend. poſſeſſ.* Peregr.
*deciſ* 95. *num.*12. 13.
Nam reſpondetur, quod cùm dictus D.Cæſar ſit in
poſſeſſione dictorum bonorum, & ea detineat, & id-
20 circò ſuſtineat partes rei, non actoris, Poſthius *in tract.*
*de manuten.obſeruat.* 1. *numero ſecundo*, non eſt quæren-
dum de iuſtitia ſuæ poſſeſſionis, quia etiam prædo eſt
manutenendus, *capit. in litteris, de reſtitut.ſpoliat.* Se-
21 raph. *deciſ.* 582. *numero quinto*, Rot. *deciſ.*182. *numero*
*octauo, parte quinta recent.* Poſth.*d.obſeru.*1.*num.* 9.25.
32. 34. Sed quærendum eſt, an D. Ludouicus habeat
ius auocandi dicta bona, ad ipſum enim ſpectat proba-
re, quod ad eum pertineant, alioquin actore non proban-
te reus abſoluitur, etiamſi ipſe nihil præſtiterit, *l.qui ac-*
*cuſare*, vbi DD.*Cod.de edend.* latè Poſth. *in tract.de ma-*
*nuten.obſeru.*1.*numero decimoſexto, decimoſeptimo, & de-*
*cimo octauo*, & Rot.apud eum *deciſ.*249. *numero octauo*,
22 vbi probatur, quod ſola poſſeſſio ſufficit reo pro defen-
ſione, & poſſeſſor vincit per non ius actoris, abſque eo,
quod doceat de iure ſuo. Et cùm dictus D.Cæſar hîc
23 veniat excipiendo, & ſe defendendo, poteſt iuuari diner-
ſis exceptionibus, iuribus, & rationibus, etiam contra-
riis, ad textum *in l.interpoſitas, Cod.de tranſact.l.nemo ex*
24 *his*, vbi Dec. & Cagn. *de reg.iur.c.auditis, de præſcript.*
*cap.quiſquis* 24.*quæſtione prima, cap.nullus pluribus*, vbi
gloſſ. & Dyn.*de regul. iur. in ſexto.* Sed verè motiuum
non obſtat, quia dictus D. Cæſar poteſt venire non ſo-
lùm vigore fideicommiſſi, ſed etiam ſuſtinere hæredita-
tem dicti D.Iuliani ad eum ſpectaſſe, quia D.Ludouicus
bannitus ſuccedere non poterat, vt infrà.
Non obſtat aliud motiuum, & quidem magnum,
quod dictus D.Ludouicus, licèt eſſet bannitus tempore
delatæ hæreditatis, & poſſet impunè offendi, nihilomi-
nus non ſit incapax ſucceſſionis, quæ ei defertur iure
communi, quia licèt perdat ea, quæ ſunt iuris munici-
palis, non tamen amittit, quæ illi competunt iure com-
25 muni, gentium, & naturali, vt tenuit Iac. de Aret.*l.ex*
*facto, ff. ad Trebell.* Bart.*in quæſt.incip. Lucanæ ciuitatis*
*Statuto*, idem Bart. *in l.* 1.*ſub. numero tertio*, vbi Ang.
*numero primo*, Alex.*numero quarto, verſ.nec amittent*, Sa-
lic.*numero* 20. Caſtr. *num.*4.Corn.*numero quinto, Cod.*
*de hæred. inſtit.* Et multi alij apud Farin. *de var. ac di-*
*uerſ.qq.q.*102. *num.*1.9. vbi teſtatur de communi. Pe-
regr.*de iur.fiſc.lib.* 3.*tit.*7.*numer.*8.*quæſt.*18. Clar. *in pa-*
*ragrapho teſtamentum, quæſt.*20. Gratian.*diſcept.*309. *nu-*
*mero* 15.16. Marth. *de ſucceſſ.legal.parte tertia, quæſt.*14.
*art.*1.*num.*7.8. Mart.*deciſ.*241.*num.*3.*& ſeqq.* Menoch.
*conſ.*271.*numero ſecundo*, Carpan.*ad ſtat. Mediol.capit.*
477.*num.*4.*p.*2. Gall. *de except. ad ſucceſſ.parte prima,*
*except.*1. *numero* 28. cum multis aliis ab eis, & in mo-
tiuo adductis, & allegatis per Altograd.*conſil.*98.*num.*
3.*lib.* 1. quem-poſt hæc ſcripta vidi.
Nam licèt hæc ſit ardua quæſtio, quæ duxit noſtros
interpretes in varias ſententias; nihilominus in ban-
nitis noſtri temporis, qui cum publicatione bonorum
banniuntur, & poſſunt impunè offendi, non ſolùm in
26 perſona, ſed etiam in rebus, certum eſſe videtur, & in
practica magis receptum, vt prædicta non procedant, &
ſolùm habeant locum quoad bona exiſtentia extra ter-
ritorium bannientis; quia reſpectu bonorum exiſten-
tium in iuriſdictione ciuitatis, à qua banniti ſunt, rece-
ptum eſt, quod banniti capitaliter, & qui poſſunt im-
punè offendi in perſona, & rebus quorum bona ſunt
publicata, nihil retineant, aut acquirere poſſint, tan-
quam ſi mortui eſſent, & ideò perdunt non ſolùm iu-
27 ra municipalia, ſed etiam communia, adeò vt ſuccedere
non valeant etiam ſecundùm ius commune, & locus fiat
aliis proximioribus ſuccedere valentibus. Statuendo
enim hoc modo, præſumuntur ſtatuta voluiſſe priuare
bannitos etiam beneficiis iuris communis. Ita in effe-
ctu & originaliter voluit.
1 Rayner.*in d.l.*1. *C.de hæred.inſtit.* vbi ſic defendit.
2 Luc.de Peñ.*in d.l.*1.*col.*1.5.*C.de hæred.inſtit.* con-
cordat in idem.
3 Guliem. de Suzza *in l. Pædius, ff. de arbitr. in l.*
*actione, §.publicanum, ff.pro ſocio, & in l.* 1. *ff. de bonor.*
*poſſeſſ.cont. tab.* hoc idem tenuit, teſte Imol. *in d. l. ex*
*facto, ff. ad Trebell.*
4 Specul.*lib.*2.*de inſtrum.edit.§.compendioſæ, num.*
5.*verſ.quid de bannito*, vbi dicit, quod bannitus propter
maleficium, in perpetuum non poteſt teſtari, quia ban- 28
num loco deportationis habetur.
5 Ioan.Andr.*ad Specul.in d.§.compendioſæ, ſub nu-*
*mero* 7. *in verb. metallum*, vbi refert Vbert. de Bob.di-
centem idem eſſe in perpetuo bannito, quod in depor-
tato, quia habentur pro mortuis, & non ſuccedunt, &
tenet quod teſtari non poſſunt, quia non habent, quæ
iuris ſunt. 29
6 Dyn.*in l. ſi quæramus, ff. de teſtament.* hoc idem
docuit.
7 Iacob.de Bellap. *in diſput.ſua*, quæ incipit, *Sem-*
*pronius, & Titius inimici capitales*, hoc idem defendit.
8 Bald. *in l. ſi qua pœna, numero* 2. *&* 3. *ff. de*
*his qui ſunt ſui, vel alien.iur.* vbi dicit, quod bannitus in
ære, & perſona habetur pro mortuo, tam patri, quàm
Reip. & non poteſt dicere teſtamentum patris nullum
ex cauſa præteritionis, nec poteſt conſequi legitimam,
quia eius perſona non reputatur eſſe in rerum natura. 30
9 Paul.de Caſtr.*in d.l.*1.*ſub.numero* 4.*verſ.aduerte,*
*Cod.de hæred. inſtit.* vbi dicit, quod ita vidit conſultum,
& ita ipſe conſuluit in ciuitate Florentiæ, quoad bona,
quæ erant in territorio bannientis, vt bannitus non ad-
mittatur iuri communi, quia ſtatutum licèt non poſſit 31
tollere ius commune, poteſt tamen illud offuſcare, &
obtenebrare taliter quod effectum non ſortiatur, &
bannitus non debet audiri, quia eſt hoſtis ciuitatis, &
dicit eſſe tenendum menti, quia Bartol.hoc non tangit.
Idem Caſtrenſ.*conſ.*212.*numero ſecundo, lib.* 2. ſic con- 32
ſuluit.
10 Ioan. de Imol. *in l.Gallus, §.ille caſus, ff.de liber.*
*& poſth.* & *in l.ex facto, num.*20.*verſ.ſed tu adde, ff. ad*
*Trebell.* hoc idem docet.
11 Angel.in quæſtione per eum diſputata, quæ in-
cipit, *Duo ad inuicem litigantes, col.* 9. hanc opinionem
tuetur.
12 Alex.*in d.l.ex facto, §.ex facto, num.*8. *ad Treb.*
vbi loquens de bannito capitaliter cum publicatione
bonorum, qui poteſt impunè offendi, dicit quod priua-
bitur etiam in loco ſuæ ciuitatis ſucceſſionibus, quæ de
iure communi ipſi deferuntur, non autem illius ciuita- 33
tis, ad quas vocaretur in alio loco; & ſubdit, quod ita
intelligitur opinio Iac.de Aret.& Bart. Hoc idem latiùs
docet idem Alex. *conſ.*23. *n.*9. 10.*lib.*1. vbi multos alios
allegat, & ait, quod per plures rationes apud Mutinam
ita conſuluit, & illi conſilio plures ſolemnes viri ſe ſub-
ſcripſerunt, & *in conſil.*75.*num.*7.*eod.lib.* vbi dicit, quod
bannitus cenſetur inimicus ciuitatis, à qua bannitur, & 34
perdit iura ſucceſſionis, & beneficia iuris communis:
& *conſ.*116.*num.*3. 4. *lib.*2.
13 Iaſ.*in dict.l.*1. *numero ſexto, Cod.de hæred.inſtit.*
vbi declarat opinionem Bart. contrarium tenentis pro-
cedere quoad bona extra territorium, à quo eſt banni-
tus, ei prouenientia. Et dicit ſecus eſſe in bonis intra il-
lud territorium exiſtentibus, quia ad illa non admitte- 35
retur etiam de iure communi, cùm ſit hoſtis illius ciui-
tatis, & à iudice illius non debet audiri. Et hoc idem
tradidit idem Iaſon *in conſilio* 166. *numero ſecundo,*
*verſ.quadrageſimò facit, libro ſecundo*, vbi teſtatur de
communi, & ab ea non eſſe recedendum in iudican-
do.
14 Marſil. *in l.qui duobus, num.*15.*ff.ad leg. Cornel.*
*de falſ.* vbi dicit contrariam opinionem locum habere
in ſimplici banno, non autem in eo, qui eſt bannitus
in perſona, & ære.





15 Valaſc. *in l.imperium, num.*178.*ff.de iuriſd.omn.*
*iud.*
16 Faber *in §.cùm autem, num.*4.*Inſt.quib.mod. ius*
*patr.pot.ſoluatur.*
17 Boſſ.*in pract.crim.tit.banniti quid amittant, num.*
14.*verſ.& communis*, vbi docet, quod quando hæreditas
defertur in ea ciuitate, à qua quis eſt bannitus, & bona
ſunt etiam in ea, vel eius territorio, bannitus non ſuc-
36 cedit etiam ſecundùm ius commune. Et *in tit.de public.*
*bonorum, ſub num.* 69. *verſ. An bannitus*, vbi dicit, quod
vidit ſeruari hanc opinionem quoad bona in territorio
bannitorum ſita.
18 Ludouic. Catt. *int. conſil. crim.diuerſ.conſ.*103.
*num.*5. *lib.* 1. *in vltim.impreſſ.* vbi teſtatur de communi
opinione.
19 Gozzad.*conſil.*96.*num.*8.*verſ.non obſtat*, vbi licet
defendat, quod bannitus retineat ea, quæ ſunt iuris com-
munis, tamen quando eſt bannitus cum publicatione
bonorum, & poteſt realiter, & perſonaliter offendi, ſe-
quitur opinionem Alexand. *in dict. conſ.*76. *lib.*1. vt ta-
37 lis bannitus non ſit capax ſucceſſionis bonorum in ter-
ritorio bannientis exiſtentium, etiam de iure com-
muni.
20 Ruin. *conſ.* 49. *num.* 4. *lib.* 4. vbi latè ſequitur
hanc opinionem, quoad bona exiſtentia in territorió
38 bannientis. Et *ſub n.*7. dicit, quod talis bannitus reſtitu-
tus non recuperat bona in alium tranſlata.
21 Alciat. *conſ.*6.*num.*13.14.*lib.*2. & *conſ.*69. *nume-*
*ro* 9. vbi teſtatur ſe ita vidiſſe ſeruari in ſtatu Mediola-
nenſi.
22 Pariſ. *in conſ.*156. *num.*19.20.*lib.*4. vbi idem te-
net, quod bannitus perdat beneficia iuris communis,
quoad bona in territorio bannientis exiſtentia.
23 Lancell. Conrad. *in ſua practic.lib.*1.*cap.*9.§.3.
*ſub titul.de contumac. & bann. num.*31. *in fin.* & *numero*
32. vbi teſtatur de magis communi opinione reſpectu
banniti in ære, & perſona, & qui poteſt impunè of-
fendi.
24 Viu. *com.opin.*79.*n.*4. vbi dicit huiuſmodi ban-
nitum amittere etiam beneficia iuris communis.
25 Sebaſt.Medic.*de compenſat.q.*31.*n.*47. vbi dicit,
quod non ſolùm perdit ea, quæ ſunt iuris municipalis,
ſed etiam quæ ſunt iuris ciuilis.
26 Signorol.de Homod.*conſ.*84.*n.*3.
27 Durant. *de art.teſtand.tit.*1.*caut.*10.*num.* 3. vbi
idem vult in bannitis quod in deportatis.
28 Alben. *conſ.*17.*n.*15.*verſ.quæ autem, & ſeqq.* &
*conſ.*793.*n.*2.*& ſeqq.* vbi teſtatur de magis communi, &
ita ſeruari in ſtatu Mediolani.
29 Ioſeph Ludou. *deciſ. Peruſ.*11. *n.*7.8.9.10. vbi
latè hanc quæſtionem tractat, & in noſtro caſu teſtatur
de veriori, & magis communi opinione. Et *in concluſ.*
*vnic.de bannitis, verſ.an autem bannitus*, vbi dicit, quod
eſt pluſquam communis opinio, quod bannitus amittat
etiam beneficia iuris communis, maximè quoad bona
exiſtentia in territorio, & loco banni.
30 Eugen. *in conſ.* 69. *n.* 15. vbi teſtatur de com-
muni.
31 Decian.*conſil.*85.*num.*31.32.33.*lib.*3. vbi multos
allegat, & tenet pro hac eadem noſtra ſententia, & do-
cet, quod ſi bannitus fuerit in teſtamento alicui ſubſti-
tutus, excluditur à ſucceſſione, & admittitur alius poſt
eum vocatus. Et *conſil.*123. *num.*73. *lib.*3. dicit, quod
bannitus amittit ea, quæ ipſi acquiſita ſunt iure ci-
uili.
32 Gratian. *in conſil.* 45. *num.* 46. vbi æquiparat
bannitos deportato, qui non poteſt teſtari, nec ſuccede-
re iure communi.
33 Fortun. Garz. *in l.Gallus, §. & quid ſi tantùm,*
*num.* 8. *verſ. ac in propoſito*, & *n.*38. *verſ.reſpondeo*, vbi
quoad territorium ciuitatis bannientis tenet hanc ſen-
tentiam, & ſequitur opinionem Caſtr. *ff. de liber.*
*& poſth.*
34 Socin. Sen. *conſilio* 28. *numero.*14. *in fin. libro*
*tertio*, & *tractat. fallent. reg.*54. *in verb. bannitus, in*
*princ.*
35 Bened. de Barz.*inter conſ. crim.diuerſ. conſil.* 91.
*n.*31.32.33.*lib.*1. vbi loquens de bannito in perpetuum, 39
vult eſſe ſimilem deportato, qui eſt incapax ſucceſſionis
de iure communi.
36 Curt.Iun.*conſil.*182.*num.*8.*verſ.cùm igitur.* vbi
docet talem bannitum æquiparari deportato, & haberi
pro mortuo, & amittere etiam beneficia iuris commu-
nis.
37 Bott. *conſ.*39.*num.*21.22.23.*& ſeqq.* vbi excluſo
bannito, & fiſco, voluit admitti proximiorem ſubſtitu-
tum in teſtamento.
38 Ioan.Baptiſt. Ferrett. *conſ.*169. *n.*4.*lib.*1. *& per* 40
*tot.* vbi hanc ſententiam pulchrè defendit.
39 Petrus Bim.*conſ.*114.*n.* 19.20.*lib.*2. & *conſ.*265.
*n.*7.& *n.*12.*lib.*3.
40 Guil.*de pace publica lib.*2.*c.*12.*num.*3. vbi dicit
bannitum amittere ea, quæ ſunt iuris ciuilis, quia com-
munis omnium honeſtas eſt, maximè quando agitur de
eius commodo.
41 Magon. *deciſ.Florent.*99. *n.*7. vbi hoc admittit,
quando eſt bannitus cum publicatione bonorum, aliàs
ſecus.
42 Marcabrun.*conſ.*83. *numero* 188. *in fin.* & *num.*
189.*cum ſeqq.* vbi loquitur in terminis ſtatuti Ferrariæ
circa bannitos; & clarè tenet hanc noſtram ſenten-
tiam. 41
43 Odd.*de reſtit.in integr.part.*1.*q.*7.*art.*3.*num.*23.
vbi tenet, quod bannitus durante banno perdit omnes
exceptiones, & defenſiones, & omnia remedia iuris ciui-
lis; & licèt ſubiungat, quod reſtitutus in gratiam habe-
bit beneficium reſtitutionis in integrum, tamen id ni-
hil nocet in caſu noſtro, quia loquitur de reſtitutione in
integrum ex capite minoris ætatis, quæ hîc non ada-
ptatur, nec fuit intentata.
44 Claud. ad Bertaz. *conſ.* 489. *lit. A, verſ.quartò* 42
*limita*, vbi inclinat in hanc ſententiam, quando concur-
rit publicatio bonorum, vt in noſtro caſu, & intelligit
Bertaz. eius patruum loqui in caſu, vbi non concurrit
publicatio bonorum.
45 Tuſch. *pract.concluſ.lit.B, concl.*13.*numero* 25. vbi
ſic declarat contrarias opinones, & docet bannitum
amittere beneficia iuris communis, quando eſt ban-
nitus pro delicto, pro quo imponitur pœna mor-
tis.
46 Vegg.*conſ.*25.*n.*9.& *conſ.*27.*num.*4. vbi de magis
communi. 43
47 Lofred.*conſ.*45.*num.*9. vbi benè tractat.
48 Paul. Granut. *theor.*4. *ſub numero* 3. *verſ.negati-*
*uam.*
49 Matt. Medic. *deciſione Senenſi* 42. *numero*
*ſecundo.*
50 Caſtil.*deciſ.*37.*n.*16.17.18.*lib.*1.
51 Fuſar.*tract.de ſubſtit.q.*567.*num.*1. vbi dicit ſe ita
conſuluiſſe.
52 Rota *diuerſ. deciſione* 177. *numero* 23. *parte*
*quinta*, vbi tenet bannitum eſſe omnino incapacem
ſucceſſionis quoad bona in territorio bannientis exi-
ſtentia.
53 Lancell. Gall. *conſ.*43.*num.*25. vbi dicit banni-
tum eſſe incapacem. 44
54 Bero.*quæſt.fam.q.*41.*num.*4. vbi dicit quod ban-
nitus, qui poteſt impunè offendi, & cuius bona publi-
cantur, deportato æquiparatur, & habetur pro mortuo
quoad ea quæ concernunt proprium commodum; & ſe-
quitur Imol. Caſtr. & Alex. in *dicto paragraph.ex facto*,
qui noſtram tenent ſententiam.

55 Rimin.Iun.*conſ.595.num.56.in fin.lib.5.*vbi do-
ctiſſimè ſic probat.
56 Burſat.*conſ.54.n.1.2.4. lib.1.* vbi ſequitur opi-
nionem Rayner.*in d.l.1.C.de hæred.inſtit.*
57 Menoch. *conſ.492.n. 3. verſ.tertiò,& vltimò,*&
*n.10.&* 18.vbi multos allegat, & *conſ.* 101. *num.* 6. &
*conſ.271.n.19.* & *conſil.603.n.5.6.* Idem Menoch. *in
tract.de præſumpt.lib.5.præſumpt.45.num.17.* vbi ſic te-
net; & licèt in fine referat quoſdam contrarium tenen-
45 tes,non tamen cum illis cenſetur tenere,quia pauci ſunt,
& eos recenſet per modum tranſeuntis, & per dictioné,
*Verùm*,quæ eſt aduerſatiua,vt benè reſpondet D.Augu-
ſtonus in ſuis allegationibus,cuius dicta non repeto:&
cenſendum eſt Menochium reſiſtere in hac ſententia,
quam in dictis conſiliis clarè amplexatus eſt:ſicut etiam
*in conſil.1055.num.4.5.*
58 Surd. *conſ.171. n.* 10. vbi dicit quod bannitus
capitaliter cum publicatione bonorum quoad ea bona,
46 quæ ſunt ſub ciuitate, à qua eſt bannitus, amittit non
ſolùm iura communia, ſed etiam ciuilia. Et *conſ.491.
numero* 4.vbi idem firmat,& loquitur in terminis Statu-
ti Ferrariæ contra bannitos.
59 Peregr.*conſ.91.num.46. 47.lib.1.* Et *conſ.86.nu-
mero* 22. *lib.6.* vbi hanc ſententiam multis adductis de-
fendit.
60 Laderch. *in dict.conſ.12.num.5.* vbi tradit quoad
ſtatum Sereniſſimi Ducis noſtri bannitum eſſe mortuũ;
& licèt non dicat expreſsè,quod perdat iura communia
reſpectu ſtatus, à quo bannitur, quia tamen ſequitur
Caſtr. Alex. Iaſ. Ruin.& Decian.qui hoc explicitè tra-
diderunt,ſequitur eum fuiſſe eiuſdem ſententię.Imò cùm
dicat mandatum finiri ob bannum lite pendente ſuper-
ueniens, neceſſe eſt, quod bannitus perdat beneficia iu-
47 ris communis,cuius pars dicitur eſſe inſtrumentum. Et
hoc idem videtur confirmare dictus Laderch.*in conſ.48.
numero* 9.10. vbi loquens de ſucceſſione iuris commu-
nis, docet bannitum tanquam incapacem fuiſſe illius
expertem, & non tranſmiſiſſe in filios ius ſucceden-
di.
48 61 Cyriac, *contr.*481.*num.* 10.*p.3.*vbi quod banni-
tus capitaliter habetur pro mortuo,& ideò feudum ple-
no iure deuoluit ad alios comprehenſos.
62 Hect.Felic.*alleg.1.num.4.*& *num.18.*vbi teſtatur
de magis vera,& magis communi opinione:& *alleg.119.
num.6.verſ.& fuit,p.2.*vbi tenet,quod bannitus ſequuto
banno,& ſententia, perdit etiam ea,quæ ſunt naturalia
quoad effectum.
63 Caball.*reſolut. crim.cent.3. caſ.264.num.28.29.*
vbi latè tractat, & plurimos adducit, & teſtatur quod
hanc opinionem ipſe ſemper ſequutus eſt, & vidit ita
ſeruari in Magno Ducatu Hetruriæ.
64 Vulpel.*conſ.20.num.3.*vbi teſtatur de veriori,&
magis communi,& *conſ.80.num.7.*
65 Gigas *conſ.* 104. vbi docet eſſe magis commu-
nem,& ab ea non eſſe in iudicando recedendum.
66 Hieron.Cauagnol.*in addit.ad* Menoch.*conſ.91.
numero ſecundo.*
67 Merlin. *in Rota Lucenſ. deciſ.1. numero* 21. vbi
tradit hanc ſententiam hodie eſſe plus quam magis
49 communem.
68 Capreol. *de ſucceſſ.ab inteſtat.lib.1.numero* 27.
qui teſtatur de veriori,& magis communi.
69 Aſcan. Clemens *tract. de patr. poteſt. cap. fin.
n.* 13. 14.20.24.& etiam *cap.3.ſub n.2.*
70 Pacian. *conſ.* 60. *num.* 10. 21. 22. vbi loquitur in
noſtris terminis, & probat bannitum non poſſe teſta-
50 ri,& perdere beneficia iuris communis, & *conſ.61. nu-
mero 3. 4. 5. & ſeqq.* vbi infinitos congerit,& teſtatur
de pluſquam communi opinione; & dicit ita fuiſſe iu-
dicatum Derthonæ, & in fine dicti conſilij ponit ſen-
tentiam per extenſum.

71 Farinac. *in addit. ad quæſt.* 102. *ſub numero*
48. vbi dum ſequitur Pacian. *dict. conſ.* 60. *numero* 21.
22. videtur conſentire cum eo, vt bannitus perdat
etiam beneficium iuris communis; imò Farin. *dict.
quæſt.*102. *numero* 52. fatetur hanc partem eſſe veram,
quando ſtatutum non mandat ſimpliciter pro confeſſo
haberi, ſed vult etiam poſſe condemnari, ac ſi eſſet
præſens, vt faciunt noſtra ſtatuta.
72 Sebaſt. Guazzin. *in tract. de Pace,& Tregua,* §.
3.*quæſt.*56.*num.*5.6.7. *part.*2. vbi latè probat hanc no-
ſtram ſententiam.
73 Latiſſimè concordat Excellentiſſ.D. Lælius Alto-
grad. Lucenſ. *in ſuo conſ.* 98. *num.* 34. *& per totum,
libro primo*, quem poſt hæc ſcripta, imò poſt totum
hunc librum compoſitum vidi cum magno gaudio,quia
perbellè, & doctiſſimè materiam in puncto perfractat,
& allegat pro hac parte ſeptuaginta Doctores, inter
quos multi ſunt, quos ego non vidi, neque allegaui,
& ideò poſſunt prædictis addi, & teſtatur ex auctori-
tate,& numero Doctorum,nec non ex illis,qui de com-
muni,& magis communi teſtantur, hanc eſſe hodie ſi-
ne dubio receptiorem ſententiam, à qua nefas eſſet in
iudicando recedere, & reddit multas rationes,reſpon-
detque contrariis,& probat Doctores,qui pro alia ſen-
tentia adducuntur, vel loqui extra caſum noſtrum, vel
aberrare; & ſi priùs ego illum vidiſſem, in hoc tan-
tùm non elaboraſſem, quia hæc facula lucana fugauit
omnes tenebras.
74 Ioan. Franc. Andreol. *contr. for.* 75. *numero*
17.18.19. vbi docet bannitum eſſe incapacem, & ha-
beri pro mortuo, & de hoc non dubitat quoad ſucceſ-
ſionem de iure ciuili,& dicit ſecus eſſe in his,quæ ſunt
iuris gentium; verùm hoc etiam tollit, quando prohi-
bitum eſt à ſtatuto dare bannitis aliquod auxilium, &
fauorem,vt hîc, adeò vt hæc nullam recipiant difficul-
tutem quoad bona exiſtentia in territorio bannientium:
& pro hac parte D. Pyrrhus Pontus *in ſua deciſ. ſuper
hoc caſu*, quam poſteà vidit, allegat nonaginta Docto-
res, & ipſe ita iudicauit.
75 Denique Seraph. *deciſ.* 354. *numero* 3. apertè
hoc docet dum ſcribit bannitos eſſe inteſtabiles, tam
actiuè, quàm paſſiuè, tam de iure communi quàm vi-
gore Bullarum, & hanc Caſtrenſis ſententiam, vt ban-
niti amittant etiam iura communia reſpectu territorij
bannientium, videtur ſemper Rota Romana retinere,
& ſequi, vt *in dict. deciſ. diuerſ.* 177. *numero* 23. *part.*
5. eandem ſequitur *in deciſ.103.numero tertio,iunct.nu-
mero* 11. 12. vbi clarè ſupponit bannitum amittere iu-
ra ciuilia, quoad bona ſita in territorio banni, licèt in
ſuo caſu dicat ius patriæ poteſtatis non fuiſſe amiſſum
reſpectu bonorum ſuorum in territorio banni, quia
cauſa fuit agitata Romæ, & ſic pater ille vſus fuerat
patria poteſtate extra territorium banni: & ad rem fa-
cit Seraph. *in alia deciſ.* 808. *numero primo*, vbi quod
bannito cum bonorum confiſcatione, aut etiam ha-
benti cauſam ab eo, nulla competit actio, & habetur
pro mortuo, vt ad rem notat Altograd. *dict. conſil.*98.
*numero* 34. *verſic. quibus addi*: & propterea non eſt
dubitandum de veritate huius concluſionis,quam etiam
Rota Romana ſplendor omnium Rotarum ſequitur, &
amplectitur.

Ex quibus ſatis apparet hanc opinionem contra ban-
nitos cum publicatione bonorum eſſe veriſſimam, &
ex numero, ac auctoritate DD.eſſe communiſſimam,&
receptam, teſte etiam Altograd. *dict. conſil.* 98.*numero*
34. *in fin.* adeò vt ab ea in iudicando, & conſulendo
nullo modo ſit recedendum, vt per Pacian. *dict. conſ.*
61.*numero* 10.& maximè quia plerique DD. ex aduer-
ſo allegati loquuntur in diuerſis terminis tantùm. Al-
tograd. *dict. conſil.*98. *numero* 63.*in fin.* ſcilicet vbi non
concurrit publicatio bonorum, vel non permitti-
tur



51 tur generaliter offendere bannitum in ære, & perſona,
vt in caſu noſtro, vt docet Marſil.*in d.l.duobus,num.15.
ff.ad l.Cornel.de falſ.*

Et ſanè Bart. *in q. incip. Lucanæ ciuitatis, numer.*21.
27. & *in l.certa forma, numero 4.Cod.de iur.fiſc.*cui alij
adhærent,non tam facit contra nos,quin adſint,qui pro
nobis eum allegare audeant, & eum adducant ad com-
probandam hanc ſententiam, vt per Ludouic. *dict.de-
ciſ.*11. *num. ſexto*, & verè ipſe non loquitur quoad bo-
na territorij bannientium,ſed ſolùm dicit bannitos non
perdere bona communia, quod facilè admitti poteſt
reſpectu bonorum extra territorium exiſtentium,aut iu-
ra,quæ nullo loco circumſcribuntur,& in his terminis
doctrina Bartol. facilè poteſt admitti, & ſic reſpon-
dent ei Caſtr. Iaſ. & Alex. *in d.locis*, & Gigas *d. conſil.*
194.*col.3.verſ.& tenendo*,pulchrè Altograd.*d.conſil.*98.
*numero* 66. quem poſt hæc ſcripta vidi,apud quem vi-
dere poteris etiam reſponſiones allatas contra alios Do-
ctores ex aduerſo allegatos.

Et tantò magis ſic dicendùm videtur, quia ſi aliter
diceremus, Bartol.facilè poſſet videri ſibi contrarius,&
mutaſſe ſententiam, etenim ipſe Bart. *in l.ſi adulterium,*
§.*liberto,ad l.Iul.de adulter.* tradidit bannitos, qui poſ-
ſunt impunè, occidi, non ſolùm perdere ciuitatem,ſed
etiam ius filiationis,quo ſtante filius poſſet impunè oc-
52 cidere patrem bannitorum; & tamen certum eſt, quod
filiatio, & paterna poteſtas eſt de iure ciuili Romano-
rum,& ſic prouenit à iure ciuili,& communi, vt *in* §.
*ius autem*, vbi gl. Aretin. & DD. *Inſtit.de patr. poteſt.*
Ergo ſequitur, quod ſecundùm Bartolum bannitus
perdat etiam iura communia,& beneficia legum Roma-
ni Imperij: nec mirum, quia licèt vna ciuitas non
poſſit in totum tollere ius commune, poteſt tamen
illud in ſuo territorio ita impedire, & offuſcare,vt nul-
lum producat effectum quoad aliquam perſonam,velut
banniti, ad tradita per Caſtr.*in l.1. Codic. de hæred.in-
ſtit.* & *in dict. conſilio* 212. *col. penultim. libro ſecundo*,
Alex. *dict. conſil.* 75. *numero octauo, verſ. ſi verò ſit
delata hæreditas, libro primo*, fusè Decian. *conſil.* 86.
*numero* 38. *libro tertio*, pulchrè in termins Læl. Alto-
grad. *in d. conſil.* 68. *numero* 35. *libro primo*, quem in
hac materia videre nullo modo omittas: & hoc idem
confirmauit Bart. *in d. conſil.* 75. *ſub numero* 8. *verſ.
per hoc facit, libro primo*, & Petr. à Plaz. *in epit.de-
lict. libro primo, capite* 44. *in princ.* Pulchrè Pacian.
*dict.conſil.*61. *numero ſexto,& ſeptimo*, vbi ſic Bart. in-
ducit, & intelligendum eſſe probat. Et quamuis mul-
ti etiam DD. in contrarium adducantur, tamen nume-
ro & authoritate cedunt noſtris, imò plerique eorum
loquuntur in diuerſis caſibus; vbi ſcilicet non concur-
rit publicatio bonorum, vel non permittitur impunè
offendere bannitum in ære, & perſona, prout rectè
demonſtrauit Illuſtriſſimus D. Auguſtonus in ſuis alle-
gationibus, cuius dicta non repeto: & Altograd. *dict.
conſ.*98. *num.*66.67.*& ſeqq.lib.*1.

Verùm eſto, quod opinio Bart. pro dictis bannitis
ſit vera, & communis, quod ſcilicet retineant iura
communia, & ſuccedere poſſint ſecundùm leges com-
munes, etiam in territorio à quo ſunt banniti, adhuc
ea facilè euitatur in caſu noſtro, & vix vnquam in pra-
53 ctica poteſt habere effectum, quia procedit ſolùm
quando bannitus huiuſmodi in ſuccedendo non habe-
ret contradictorem, & non obſtante banno toleraretur,
vt poſſet frui bonis ſibi obuentis. Verùm cùm poſſit
offendi realiter, & perſonaliter, ſi aliquis præoccupa-
ret, vel auferret ei bona prædicta, ſucceſſio illius ca-
54 reret effectu, quia verè bona ei poſſunt auferri, vt per
Bart. *in dict.l.1.in fin.Cod.de hæred.inſtit.* Cuius dictum,
licèt in ſe ſit verum, non tamen vera eſt ratio per eum
allegata dum dicit, quod fiſcus poſſet ab eo, tanquam
ab indigno auferre dicta bona. Vnde meliùs Bald. *in d.
l.prima, numero* 50. *Cod. de hæred. inſtit.* dicit quod
bannitus non poteſt dici indignus, quia in iure hoc
non reperitur expreſſum. Etenim fiſcus non poſſet ei
auferre bona,niſi tanquam vnus de populo, cùm liceat
vnicuique tales bannitos depradari, & bonis ſpoliare, 55
adeò vt bona eorum fiant occupantium, ſicut bona
transfugæ, vt per Bart.*in extrauag. qui ſint rebelles, in
verbo, Rebellantes, & verſ. in hac v.m, colum.* 1. *ff. de* 56
*inſtit. & iure.* Et propterea ſecundùm opinionem Bart.
prædicti banniti poterunt acquirere hæreditatem de iu-
re communi ſibi obuenientem, & eius dominium
adeundo; ſi tamen ab alio talis hæreditas non occupa-
bitur, vel ipſis damnum in ea non inferatur, prout
pulchrè docet Alex. *in dict. l. prima, numero quarto,
verſic. ſed ſuſtinendo*, vbi licèt teneat opinionem Bart. 57
tamen eam ſic intelligit declarat.Et hoc idem docet Iaſ.
*in d. l.* 1. *numero* 7. vbi docet vnicuique priuato licere
ſucceſſionem huic bannito auferre, & eius bona tolle-
te, ſi ea inueniat in territorio, vnde eſt bannitus; ſic 58
etiam tenet Marſil.*in l.vnic.numero 50.Cod.de rapt.virg.*
& hoc idem firmat Gab. *de reſt.ſpol. concl.* 1. *num.*181.
182. 183. 185. vbi multis adductis probat,quod banni-
tus talis, qui poteſt offendi in perſona, & rebus, dum
viuit,poteſt bonis ſpoliari, nec reſtituitur. Et idem di-
xit Boſſ. *in prax. titul. Banniti quid amittant, numero*
9.14. Marſil. *in l. vnic. numero* 50. *Cod. de rapt. virg.
Alben.conſil.* 17.*numero* 19. 21. vbi pulchrè loquitur, 59
Lancell. Gall. *conſil.* 80. *numero* 20. 23. 25. vbi dicit
quod banniti bona poſt bannum acquiſita poteſt deprę-
dari non ſolùm fiſcus,ſed etiam quilibet alius, & iuſtè
retinere. Et poſt Curt.Iun.*conſ.*182.*numero* 4.Menoch.
*conſ.*101.*numero* 30. vbi quod bona talis banniti occu- 60
panti conceduntur; & *in conſ.*492.*ſub numero* 25.*verſ.
reſpondetur*,vbi pulchrè loquitur,& videatur;dicit enim
quod frater poteſt occupare bona fratris banniti: &
pulchrè idem docet Hond. *conſil.* 55.*numero* 55.*lib.*2. 61
Sicut etiam Caball. *reſol. crim.*164. *ſub numero* 43. Pa-
cian. *d.conſil.* 61.*numero* 62. vbi multos allegat.Sebaſt. 62
Guazz. *de defenſ. reorum defenſ.* 5. *cap.* 7. *num.* 8.latè
etiam Altograd. *conſil.* 98.*numero* 62. *libro primo*, vbi
docent licere etiam priuato homini auferre bona, &
hæredes banniti huiuſmodi. Cùm ergo dictus D.Cæſar
durante banno Domini Ludouici occupauerit bona, de
quibus controuertitur, non eſt ampliùs quærendum,
an Dominus Ludouicus potuerit in eis ſuccedere, quia
facta ſunt propria dicti Cæſaris.

Nec de prædictis eſt mirandum, quia tales banniti
habentur pro mortuis, & eorum perſona conſideratur
prout ſi non eſſent in rerum natura. Marchabrun.*d.con-
ſil.* 98. *numero* 120. latiſſimè Caball.*reſolut.* 264. *num.* 63
28. Maſtril. *deciſ.* 276. *numero* 6. & quamuis hæc vi-
deatur fictio iuris, tamen lata ſententia tantùm opera-
tur,quantùm operaretur veritas, vt per Maſtrill.*dec.*283.
*numero* 61.67.68.69.70. *lib.*3. Vbi ait etiam in banni- 64
to eandem eſſe rationem mortis naturalis & ciuilis. Et
propterea cùm dictus D.Ludouicus eſſet mortuus ciui-
liter, & habeatur pro mortuo naturaliter, non potuit
ſuccedere in bonis primogenituræ, neque in hæreditate 65
ſibi delata, & factus eſt locus Domino Cæſari proxi-
miori in ſequenti gradu.

Secundò igitur facilè euitatur opinio Bart.pro banni-
to,quia illa conſiderari poteſt,& tradi in abſtracto,non
autem in concreto,ſeu vt dicunt in practica.Nam Bart.
ſeipſum declarando hanc noſtram opinionem apertiſſi-
mè tenuit *in l.amiſſione,§.qui deficiunt,in fin.ff.de capit.
dimin.* vbi de dicta quæſtione Piſis diſputata faciens
mentioné, dicit quod licèt bannitus,qui poteſt impunè
offendi,retineat iura communia,tamen ſi aliquid volue-
rit petere coram iudice banni, non audietur,& ſic ma-
nifeſtè patet,quod Bart. hanc diſputationem declarãdo
venit in hanc ſententiam, quod banniti quoad territo-
rium,à quo exulant, licèt iura communia habitu,& po- 66
tentia retineant,tamen actu, & exercitio illa perdant,

67 vt pulchrè ſic expoſuit Pacian. *dict. conſilio 60.numero*
45. vbi perbellè hanc rem dilucidat: etenim bannitus
quoad odium perſonæ æquiparatur excommunicato.
Bald. *in l. item ſuccurritur*, *ff. ex quibus cauſ. maior.*
68 Odd.*de reſtitut.in integr. q.7. numero tertio*; & propte-
rea bannitus,ſicut excommunicatus, non poterit agere,
nec etiam officium Iudicis implorare.Carol.de Graſſ.*in
tract. de except. except.4. numero* 80. vbi alios allegat:
ergo licuit dicto Dom.Cæſari bona præterita præoccu-
69 pare, & retinere. Pacian. *dicto conſilio 61.num.62.verſ.
Octauò dicitur.*

Tertiò limitatur opinio Bartoli vt bannitus capitali-
ter, qui poteſt impunè offendi, amittat etiam benefi-
cia iuris communis,quando eſt in banno Imperiali,vel
Pontificio, in territorio bannientis, vt per Peregr. *de
iur.fiſc.lib.3. titul.7.numero 25.26.*Farinac. *dict. q.102.*
70 *numero* 68. Claud. ad Bertazzol. *dict. conſil.489.littera
A, verſ.tertiò limita*,Pacian.*dict.conſil.60. num.10. 11.*
& *dict. conſil.61.num.43.& ſeqq.*Altograd.*dict.conſil.98.
numero 58 59.libro primo.* Sed banniti à noſtro Princi-
pe, qui habet iura Imperij in ſuo ſtatu, & non reco-
71 gnoſcit ſuperiorem, ſunt ita banniti, ſicut banniti Im-
peratoris,& æquiparantur deportatis,vt latè probat Pa-
cian. *dicto conſilio 60. numero 12.13.14.15. & ſeqq.* &
*dicto conſilio 61. numero* 41. 47. 50. Ergo præteritus
Dominus Ludouicus, qui erat inter bannitos Sereniſ-
ſimi Domini noſtri Ducis amiſit omnia iura commu-
72 nia, vt faciunt deportati, & factus eſt incapax ſucceſ-
ſionis legalis, & primogenituræ poſitæ, & factus eſt
locus dicto Dom.Cæſari exiſtenti in ſequenti gradu,vt
per Molin.*de primogenit. Hiſpan. libro primo,cap.9. nu-
mero 27.28.29.* vbi vide Altograd. *dict. conſil.98.num.
96.lib.1.*

Quartò data vlteriùs pro vera opinione Bart. quod
ſic bannitus non perdat beneficia Iuris Ciuilis, & ſuc-
ceſſiones ab eo prouenientes; tamen id procedit,quan-
dò aliquis fuit bannitus in contumaciam, & propter
73 contumaciam, prout in his terminis loquuntur DD.ex
aduerſo allegati; at ſecus eſt, quando bannitus eſt ali-
quis ob delictum, ſeu contumaciam ex delicto; etenim
duo iſti termini inter ſe valdè differunt, vt habet Ro-
74 ta apud Farinac.*deciſ. crim.175.num.1.2.* vbi dicit, &
probat, tunc ſententiam eſſe latam in contumaciam,&
propter contumaciam, quando lata eſt ſine legitimis
probationibus; & dici latam in contumaciam propter
delictum, quando conſtat de delicto per teſtes deſuper
examinatos, & ſic quando aliquis bannitur ob contu-
maciam cauſatam ex delicto, dicitur bannitus ob deli-
ctum, vt probat Marth. *de iuriſd.p.4.caſ.140. num.11.*
75 Altograd.*d.conſ.98.num.21.22.lib.primo.* Vnde ſi quis
eſt bannitus propter delictum, perdit non ſolùm iura
municipalia,ſed etiam communia,& naturalia,& eſt in-
capax ſucceſſionis: pulchrè Put.*deciſ.418.num.3. parte*
76 *tertia*, vbi probat, quod banniti propter delictum æ-
quiparantur deportatis, licèt ſecus ſit in condemnatis
propter contumaciam. Et hoc idem ſupponit Farinac.
77 *dict.deciſ.175.in princ.*& apertiùs docet *d.quæſt.102.nu-
mero* 73. vbi alios allegat. Et rationabiliter, quia cùm
banniti propter delictum æquiparentur deportatis, de-
bent haberi pro mortuis, & excluduntur ab omnibus,
quæ iure communi conceduntur, ad tradita per DD.*in
dict.l.1.C.de hæred.inſtit.* & ita docet Robert. Marant.
*in repetit.l.is poteſt, numero 119. verſ.per hoc infero, ff.
de acquir.vel amittend. hæred.* provt etiam probat Mar-
78 cabrun. *d.conſ.83. numero* 199. 200. Put. *d. deciſ.417.
numero tertio*, Altograd. *d.conſ. 98. numero 24. & ſeqq.
libro primo*, quod etiam procedit in noſtro caſu; tum
quia banniti noſtri Principis omninò æquiparantur
deportatis, vt probat Pacian. *d. conſil.61. numero* 49.
Tum etiam quia delictum fuit probatum, vt conſtat
ex proceſſu nouiter exhibito, & ex ſententia lata
definitiuè contra reum: ergo concludendum eſt dictum
Dominum Ludouicum fuiſſe incapacem ſucceſſionis,&
beneficiorum iuris communis.

Quintò limitatur opinio Bart. quando vigore ſtatu-
ti, vel proclamatis denegatur bannito omnis fauor, &
omne auxilium,vt hîc,vbi prohibetur etiam ne illi ſub-
miniſtretur cibus & potus, vel quando banniti exclu- 79
duntur à protectione Communis aut Principis, vt hîc
vigore ſtatutorum, & proclamatum Ducalium; tunc
enim dicuntur incapaces ſucceſſionis,&amittunt etiam
beneficia iuris communis,vt per Ruin.*conſil.49.numero
4.in fin.libro* 4.Menoch. *conſ.482.ſub num.3.verſ.tertiò*,
& *num.18.verſ.extat*:vbi facit mentionem proclamatis
Ducalis noſtri Principis. Idem Menoch.*de præſumpt.li-
bro 5. præſumpt.45. numero* 18.20.Marcabrun.*dict.conſ.
83.numero* 189.194. Farinac. *dict.quæſt.102.numero* 30.
Pacian. *dict. conſ.61.* vbi pulchrè hoc dicit,& teſtatur
talia decreta prohibentia dari omne auxilium, & fauo-
rem bannitis,extare in noſtro ſtatu,adeò vt hæc conclu-
ſio,& limitatio tranſeat ſine difficultate: & hoc etiam 80
docet Mart.*de ſucceſſ.legal.parte tertia, quæſt.14. artic.
primo,numero* 7.8. vbi etiam dicit,quod ita banniti ſunt
inſucceſſibiles actiuè,& paſſiuè,& bona acquiruntur al-
teri agnato proximiori, & non fiſco. Altograd. *dicto
conſ.98.num.38.& ſeqq.lib.1.*

Non obſtant ſubtiliter adducta ad tollendas limita-
tiones ad opinionem Bart. & primò non conſtare hîc
ex aliquo ſtatuto,vel ordinatione, quod denegatur ban-
nitis omne auxilium, & omnis fauor; ſiquidem Statu- 81
tum Carpi *libro quarto,rubr.28.*quod videtur prohibere,
ne quis audeat receptare, vel occultare,vel bannitis au-
xilium,& fauorem dare; tamen in fine reſtringit impo-
nendo pœnam illis ſolùm, qui malefactores occultaue-
rint, & ſic videtur totam diſputationem reſtrinxiſſe ad 82
caſus occultationis,& receptationis.

Nam reſpondetur, quod verba generalia ſtatuti non
patiuntur talem reſtrictionem,& generaliter ſunt intel- 83
ligenda; ſed quatenus id dici poſſet, ſupplentur ab alio
Statuto Carpi *lib.4.rubr.80. in fin.* vbi ſtatuitur, quod
nulla perſona poſſit receptare aliquem bannitum,vel ei
dare auxilium, conſilium, fauorem, cibum, aut potum, 84
vel cum eo loqui ſub pœna ibi expreſſa, quæ verba
ſunt ita generalia,& vniuerſalia,vt nullam patiantur re-
ſtrictionem. Imò cùm denegent etiam alimenta, viden-
tur tollere banniti non ſolùm iura communia,ſed etiam
naturalia, vt per Sebaſt.Guazz. *de pace,& treg.d.quæſt.
56.numero* 5.Et idem fortè apertiùs ordinatur in ſtatu-
to Ferrariæ, *lib. 3. rubric. 120.* vbi prohibet dari ban-
nitis aliquod auxilium, conſilium, fauorem, cibum, aut
potum, aut cum eis loqui. Et cùm habeamus caſum 85
ſtatuti,nihil vlterius eſt quærendum,*l. ancillæ,C.de furt.*
quamuis adſint etiam proclamata hoc idem diſponen-
tia, de quibus faciunt mentionem, vt dixit Menoch.
*dicto conſilio 492. numero 3. verſ.tertiò*, & *numero* 18.
*verſ. extat*, Marcabrun. *dict.conſil.83. num.*189. 194.
Pacian.*d.conſ.61.num.*61.

Nec obſtat, quod cùm habeamus ſtatuta Carpi de
hac materiâ loquentia, non ſit recurrendum ad ſtatuta
Ferrariæ. Nam reſpondetur quod in ciuitate Carpi vſu
receptum eſt,vt deficientibus patriæ Statutis recurratur
ad Statuta Ferrariæ, vt teſtatur Cephal. *conſ.138. num.*
6.12.13.14.& ego latè dixi *controu.for.37.numero 2.3.
& ſeqq.* In quo aduertendum non ſatis eſſe, quod in
ſtatuto Carpi habeatur rubrica generalis de eadem ma- 86
teria; niſi enim in indiuiduo fiat mentio, & diſpona-
tur de caſu diſputato, recurrendum eſt priùs ad ſtatuta
Ferrariæ, à quibus recipiunt interpretationem,quàm ad
ius commune,vt per Decian. *conſil.32. n.29.32. lib.2.*
Alder.Maſcard. *de ſtat. interp. concl.2. num.* 87. & ego
latè dixi *in dict.controu.37.numero* 7.8. 10. 11. vbi ſatis
hoc demonſtraui, & propterea ſi in caſu noſtro ſtatu-
tum Carpi in aliquo deficeret, debet ſuppleri à ſtatuto
Ferrariæ per prædicta.

Nec



Nec obſtat aliud motiuum, quod proclama Sereniſ-
ſimi Ducis Alphonſi non fuerit exibitum, & proclama
Sereniſſimi Ducis Cæſaris non cenſetur fuiſſe publi-
catum.Quia reſpondetur non eſſe neceſſe,quod lex ex-
87 hibeatur,ſed ſufficit, quod allegetur. Et quatenus opus
ſit,nunc exhibetur in authenticam formam; nec eſt
88 opus probare legis antiquæ publicationem; eo enim
ipſo,quod ex aduerſo non probatur non vſus, præſu-
mitur vſu recepta. Docet Surd.*conſil.432. numer.3.per
l. Ariani,Cod. de hæret.*Natt.*conſ.56.numer.quarto*,Rol.
*conſil.99. numero tertio, libro ſecundo*,Cephal.*conſil.96.
numero decimo octauo*, & ego dixi *controu.* 105.*numer.*
111. & ſufficit factam eſſe publicationem in ciuitate,
vbi Princeps facit reſidentiam.Mareſcot.*var.reſol.lib.2.
cap.49.num.*42. Sed verè dictum proclama Sereniſſimi
Ducis Cæſaris fuit publicatum in ciuitate Carpi, & eſt
in viridi obſeruantia,prout notorium eſt,de quo D.Iu-
89 dex poteſt ſe in cubiculo informare, *l.3.§.fin.* vbi Flo-
rian. *ff. de teſt. l. ſi non defendantur,ff.de pœn.*congerit
Rim.Iun.*conſ.6.numer.33.* Rol. *conſ.44.numer.36.vol.1.*
90 Menoch.*conſil.271.numero* 41. Et quatenus publicatio-
nis probatio non eſſet in promptu, cùm lapſi fuerint
iam triginta anni, ex antiquitate temporis præſu-
mitur publicatio,vt per Rol.*d.conſil.99.numer.35.lib.2.*
Mareſcot.*var.reſol.lib.2.cap.39.num.*33. Imò cùm pro-
91 clama exhibitum fuerit extractum ex Cancellaria Duca-
li Carpi,& Archiuio eius, vbi cætera proclamata con-
ſeruantur, vt legitur in fine proclamatis exhibiti, hoc
ſufficit loco publicationis; quia quoties proclama, &
ſtatutum conſeruatur in publico archiuio, & quotidie
92 eius copia haberi poteſt, hoc ſufficit, & ligat etiamſi
non eſſet publicatum. Bald. *in l.2.in verb. ſeruus, ff.de
orig. iur.* Ang.*in §.fin.in Authent.de non eligend.ſecund.
nub.* Alex.*conſil.39.numero quinto,lib.3.* Pulchrè Rol.*d.
conſil.99.numero* 37.38. *lib.2.* Tuſch.*pract.concl. litt.L,
concl.255.numero ſecundo*,Mareſcot.*d.conſ.39.numer.*32:
adeò vt ex eo,quod poſitum eſt in archiuio publico,ex
hoc notorium inducatur, vt per Hippol.Marſil.*in rep.
rubric.Cod.de probat.numero* 231. vbi ſatis id probat.

Non obſtat illud motiuum,ſcilicet hîc non verifica-
ri,quod non liceat bannito ius reddere;& quatenus ve-
93 rificaretur,non ideò priuari beneficio iuris communis.
Nam reſpõdetur ſaltem implicitè prohibitum eſſe ban-
nitis ius reddi, quia cùm ex ſtatuto prohibetur eis dari
auxilium,fauor,cibus,aut potus,& cum eis loqui inter-
dicitur,& impunè in rebus, & perſona permittitur corũ
offenſio,& eos occidentibus promittitur præmium, &
eorum perſequutio iubetur,vt in noſtris ſtatuti,& Prin-
cipum edictis, neceſſariò ſequitur,vt eis ius reddi non
debeat,vt ad rem facere videtur Pacian.*d.conſil.60.num.*
45.cùm enim ius in inuitum reddatur, *l. inter ſtipulan-
94 tem,§.1.ff.de verb.oblig.*Dec.*in l.qui poteſt,numer.4.ff.de
reg.iur.* bannitus non poterit cogere quempiam ad ſe-
cum contendendum in iudicio. Bart. *in d.l. amiſſione,§.
95 qui deficiunt,ff.de capit.dimin.* Sed quidquid ſit de hac
limitatione,quam nos non attulimus, non eſt de ea cu-
randum,quia habemus alias rationes,& fundamenta ſu-
periùs adducta, per quæ apparet bannitum huiuſmodi
eſſe incapacem ſucceſſionis,& beneficiorum iuris com-
munis.Et ideò hæc ſatis erunt.

Non obſtant deducta in motiuis pro tertia limitatio-
ne,vt bannitus non amittat iura communia, etiamſi di-
ctum ſit, quod poſſit offendi in perſona, & rebus, quia
idem ſit dicere, quod poſſit impunè offendi, & quod
poſſit offendi in perſona,& rebus,vt per Hell. *de ban-
nitis in 2.p.ſecundi temporis,quæſt.55.*Rim. Iun.*l.vt vim,
numero 134.de iuſt.& iur.*Alban.*dict.conſ.17.numero* 19.
96 Pacian.*dict.conſil.60.numero* 54.& *dict.conſil.61.nume-
ro* 63. cum aliis in motiuo adductis ad docendum,quod
opinio Bartoli in vtroque caſu procedat. Nam reſpon-
detur id non tranſire ſine difficultate,quia cùm ſtatuta,
& banna ſtrictè, & propriè intelligenda ſint, videtur
quod nomine ſimplicis offenſionis intelligatur tantùm
de perſonali, tùm propter diuerſitatem rationis, quia
non ſic turbatur quies publica, & tranquillitas Rei-
publicæ, permittendo bannitum poſſidere bona,quàm 97
ſi eius perſona toleretur in ſtatu bannientis; tùm quia
ſtatuta huiuſmodi debent ita intelligi, vt minùs rece-
datur à iure communi, quàm fieri poſſit, *c. cùm dile-
ctus, de conſuetud.gloſſa,in leg.fin.paragraph.in compu-* 98
*tatione,Cod.de iur.deliber.* Zucard. *conſil.43.numero de-
cimo*, Rimin.*conſil.391. numero* 34. Surdus *conſil.*401.
*numero* 12.& *conſil.426. numero ſecundo.* Et ſic nomine
offenſæ poſſet intelligi de offenſa perſonali tantùm, 99
quia verè, & propriè dicitur offenſa, vt per Caſtrenſ.
*in l. licitatio, paragrapho quod illicitè, ff. de publicat.*
Bertrand. *conſ. 274. col.fin. libro primo*, & Hercul. *de
caut.de non offend.capit.25.numero primo,verſ.contra.* Et 100
licèt in materia fauorabili, vel minùs odioſa appella-
tione offenſæ intelligatur de quacumque,tamen in ma-
teria odioſa, & vbi tractatur de odio irrationabili, vt
hîc, vt liceat impunè offendere, verius eſt, quòd no-
mine offenſæ intelligatur de perſonali. Farinac. *quæſt.*
107. *numero* 156. *in fin.* & ſic ſi ſtatutum permitteret
ſimpliciter offendere, videtur intelligendum de offen-
ſa perſonali, propter quod non eſſet idem permittere
ſimpliciter offendere impunè bannitum, & permitte-
re eum impunè offendere in perſona, & rebus: hoc
enim latiùs patet, & magis ſe extendit. Verùm quia
ſatis oſtenſum eſt, opinionem Bartoli eſſe erroneam,
& minùs communem, ipſumque loqui aduersùs com-
muniſſimam DD. ſententiam, non eſt neceſſe hîc repe-
tere Interpretes & rationes contra eum adductas. Et
maximè, quia vidimus, quod etiamſi vera eſſet opinio
Bartoli, & poſſet dici, quòd dictus D.Ludouicus eſſet
capax ſucceſſionis, adhuc tamen Dominus Cæſar po- 101
tuit eum præuenire, & præoccupare eius hæreditatem,
vt latè per Pacian. *dict. conſil. 61. numero 63.* cum aliis
multis ſuperiùs adductis. Altogr. *dict. conſ.98. numero
62. lib. 1.*

Non reſpondeo adductis contra quartam limitatio-
nem, quia ſuper illa nullum facio fundamentum, cùm
aliunde ſatis fundatam habeamus intentionem.

Ad motiua excitata contra quintam limitationem,
quæ habet, quod bannitus ſit incapax ſucceſſionis bo- 102
norum ſtabilium, quando in loco adeſt ſtatutum, quod
forenſes non poſſint acquirere immobilia, eo quod
ipſe forenſis cenſeatur; reſpondetur quod limitatio
hæc per ſe eſt vera, & probatur per Farinac.*dict.quæſt.
102.numero quinquageſimotertio*, Menoch *d. præſumpt.
45. numero 23.24. & ſequentibus*, vbi ſatis hoc, &
abundè probat; pulchrè etiam Altograd.*dict.conſil.98.
numero 62. libro primo.* Et ſatis eſt in caſu propoſito, 103
quod tractetur de rei ſtabilis pretio, quod reinueſtiri
debet emendo rem immobilem, quia ex hoc habetur
pro re immobili, vt per Soc. Sen.*conſ.239.numero 27.
libro ſecundo*, Ioſeph Ludou.*concl.48. verſ. contrarium*,
Boër. *deciſ.209.* qui de communi teſtatur, vt in motiuo
ſupponitur. Et nihil eſt, quod reſpondeam adductis
ad probandum, quod ſtatutum de forenſe non habeat
locum in tali bannito,quia Menoch.*d.præſumpt.45.nu-* 104
*mero 23.& ſeqq.* plenè ſatisfacit. Altograd. *d.conſil.98.
numero 62.verſ.quartò moueor.*

Nec obſtat motiuum, quod iſta conuentio de inue-
ſtiendo dictum pretium proueniat ex pacto inter em-
ptorem, & venditorem, quod non prodeſt tertio, cùm 105
non ſit ipſo iure excluſiuum iuris agentis, vt per Dec.
*conſ.247.in fin.* Ludouiſ.*deciſ.582.n.7.*cum aliis in mo-
tiuo adductis. Quia reſpondetur id non prouenire tam
ex dicto pacto, quàm ex natura rei; nam cùm ſit pre-
tium bonorum primogenituræ domus dictorum de
Zuccolis,& fideicommiſſi perpetui ordinati ab eorum 106
maioribus, neceſſarium fuit reinueſtirure dictum pre-
tium pro conſeruãda dicta primogenitura, & obſeruan-
da

da mente teſtatoris, vt probari videtur per Molin. *de*
*primogen. Hiſpan. lib.4. cap.4. num.12.& quaſi per tot.*
Et ſic dictum pactum prodeſt etiam dicto D. Cæſari ra-
tione ſui intereſſe, cùm ſit vnus de vocatis, & de deſ-
cendentibus fundatoris. Et cùm D. Cæſar non poſſit
remouere huiuſmodi pactum, res debet omninò cen-
ſeri immobilis. Gabr. *com. concl. tit. de præſumpt. concl.*12.
107 *numer.* 21.

Non obſtat reſponſio, quod adhuc dictum pretium
non ſit propriè res immobilis, licèt pro tali habeatur, vt
per Iaſ. *in l. cætera*, *§. ſi parauerit, ff. de legat.*1. Rimin.
108 Iun. *conſ.* 244. *num.* 130. Et tamen verba Statuti de-
bent propriè intelligi. Nam reſpondetur quod æquipa-
ratorum eadem eſt natura, & diſpoſitio, ad tradita per
DD. *in l.*1. *ff. de leg.*1. Et maximè vbi eſt eadem ratio,
vt hîc in rebus immobilibus, & quæ debent conuerti
109 in res immobiles; quia non eſt maior ratio, quod ban-
nitus priuetur illis, quàm iſtis. Sed omiſſis aliis hoc di-
lemmate reſoluitur totum motiuum. Nam aut tractamus
de re immobili, & certum eſt bannitum, vti forenſem,
fore, & eſſe illius incapacem, vt vidimus. Aut tractamus
de re mobili, vel quæ immobilis dici non poteſt; &
tunc, cùm bannitus poſſit impunè offendi in re, &
perſona, potuit dictus D. Cæſar, & quicumque alius
occupare bona illa, adeò vt occupantis facta ſint, vt
latè per Pacian. *d. conſ.* 60. *numero* 54. Vbi dicit hanc
eſſe veram, & ab omnibus approbatam ſententiam, &
110 *conſ.* 61. *num.*62. *verſ.*8. *dicitur*, vbi infinitos congerit,
vt nos ſuprà oſtendimus. Iſte enim bannitus cenſetur
priuatus nos ſolùm bonis acquiſitis, ſed etiam acqui-
rendis. Eugen. *conſ.*69. *n.*17. vbi quod vadunt ad alios
hæredes ab inteſtato venientes, vt hîc ad Dominum
111 Cæſarem.

Non obſtant adducta contra ſextam & vltimam li-
mitationem, vt bannitus amittat beneficia iuris com-
munis, quando bannitus aliquis eſt pro delicto, pro quo
bona ipſo iure confiſcantur, vt per Farin. *d. q.*102. *n.*73.
112 Menoch. *dict. præſumpt.*45. *num.*21. dum reſpondetur in
motiuo, hoc non poſſe procedere in caſu noſtro, vbi
ſtatutum Carpi non imponit pœnam confiſcationis ipſo
iure, ſed per ſententiam. Et ſtatutum Ferrariæ, quod ipſo
iure id facit, non eſſe adducendum, quia ad illud non re-
curritur, vbi adeſt expreſſa diſpoſitio ſtatuti Carpi, vt in
puncto dixit Bertaz. *in conſ.*467. *num.*3.
113

Nam reſpondetur primò non eſſe neceſſariam bono-
norum publicationem, vt bannitus priuetur beneficio
iuris communis, quando realiter, & perſonaliter poteſt
offendi, vt pulchè probat Pacian. *in d. conſ.*61. *n.*49. vbi
alios allegat, & reſponſiones adducit.
114

Secundò reſpondetur, non ſatis congruere doctrinam
Bertaz. quia cùm ſtatutum Carpium requirat expreſsè
confiſcationem per ſententiam, neceſſe eſt recurrere
ad ius commune pro interpretatione verborum illius,
& videre, an illa importent ſententiam ferendam, vel la-
tam; vnde antequam recurratur ad ius commune, recur-
rendum eſt ad ſtatuta Ferrariæ confiſcationem ipſo iure
imponentia. Cùm priùs ſtatuta Carpi recipiant interpre-
115 tationem à ſtatutis Ferrariæ, quàm à iure communi, vt
ſatis dixi *in d. contr.*37. *n.*78. Et proptereà non repeto.

Tertiò ſi id non placeret, tamen placere debet reſ-
ponſio ſubtilis Illuſtriſs. D. Auguſtoni, dum conſiderat
quod tempore delatæ ſucceſſionis prædictæ dictus D.
Ludouicus erat iam bannitus, & ideò perinde eſt, ac ſi
ipſo iure fuiſſet impoſita bonorum confiſcatio, ſtante
quod per ſententiam bona iam erant confiſcata.

Nec refagratur reſponſio in motiuis adducta, ſcilicet
ſequendam eſſe communem DD. ſententiam, quod ban-
nitus cum publicatione bonorum, & qui poteſt impu-
nè offendi, non amittat ſucceſſionem de iure commu-
ni ſibi delatam. Quia replicatur, imò veriſſimam, &
communiſſimam eſſe DD. ſententiam, quod bannitus
hoc caſu amittat ſucceſſionem à iure communi proue-
nientem, & beneficia iuris communis in territorio ban- 116
nientis, vt latiſſimè per Caball. *d. reſol.*264. *num.*43. Pe-
reg. *d. conſ.*86. *num.*22. *lib.*6. Hect. Felic. *de alleg.*1. *num.*4.
& *num.* 18. *p.* 1. vbi teſtatur de magis communi, latè
Pacian. *d. conſ.*61. *num.*4. 5. vbi infinitos congerit, &
pluries dicit hanc eſſe veram, & communem opinio-
nem, & ita fuiſſe iudicatum, vbi in fine ponit ſenten-
tiam ſuper hoc latam de verbo ad verbum: latè Altogr.
*d. conſ.*98. *num.* 34. *lib.*1.

His reſolutis nullum reſtat dubium, quin dictus D.
Cæſar habeat potiora iura in dictis bonis, & in iure
exigendi dictum creditum, & quin ſit abſoluendus à
petitis per dictum D. Ludouicum, qui licèt ex gratia
Principis fuerit remiſſus à banno, & reſtitutus, tamen
non recuperat dicta bona, nec ad ea poteſt aſpirare, vel
à manibus dicti D. Cæſaris auferre: latè Altograd. *dict.*
*conſil.* 98. *num.* 63. *lib.* 1. Etenim ius cuiuſcumque re-
ſtituti, vel gratiati pendet à verbis reſtitutionis, & gra- 117
tiæ; & quatenus per gratiam ei conceditur, eatenus
conſequitur, & non vltra ſummam, per communem
opinionem atteſtatam, per DD. *in l. Gallus*, *§. & quid*
*ſi tantùm, ff. de liber. & poſth.* Hier. Grat. *conſ.*106. *n.*1.
*lib.*1. Sebaſt. Guazz. *de defenſ. reor. defenſ.* 2. *cap.* 9.
*num.*4. Sed in caſu noſtro Princeps facit tantùm gra-
tiam dicto D. Ludouico de banno & pœna capitali, vt
cernitur in reſcripto ad eius preces, & de bonis nul- 118
lam facit mentionem: ergo bona recuperare, aut con-
ſequi non poteſt. Altogr. *ad d. conſil.* 98. *n.* 63. *lib.* 1.

Et ſanè licèt reſtitutus ex iuſtitia recuperet omnia
ſua iura, & bona, tamen reſtitutus ex gratia non recu-
perat ea, nec hæreditates apprehenſas à tertio ſucce-
dente, dum ipſe bannitus erat. Etenim gratia non tol- 119
lit ius alteri quæſitum. DD. *in d. l. Gallus*, *§. & quid*
*ſi tantùm*, vbi Soc. Iun. *num.* 111. *de liber. & poſth.*
Alban. *d. conſil.* 17. *num.* 22. Ceph. *conſ.* 395. *num.* 9.
Ruin. *conſ.* 49. *num.* 7. *verſ. nec etiam*, *lib.* 4. Pulchrè
Lancell. Gall. *d. conſil.* 43. *num.* 25. Marchabrun. *d.*
*conſil.*83. *num.*201. Menoch. *præſumpt.* 46. *num.*9. *lib.*
5. Farin. *quæſt.* 6. *num.* 36. Burſat. *conſ.* 54. *num.* 35.
*lib.* 1. Decian. *d. conſil.* 86. *num.* 39. 40. *libr.* 3. Ma-
ſtrill. *deciſ.* 283. *numer.* 76. 77. 78. *lib.* 3. Cyriac.
*contr.* 342. *num.* 5. *lib.* 2. Marth. *de ſucceſſ. legal. p.* 3.
*q.* 14. *art.* 1. *num.* 13. 14. vbi etiam dicit, quod etiamſi
reſtitutus ſit bannitus ad bona, tamen reſtitutio non
extenditur ad bona penes tertium exiſtentia, nec ad fru-
ctus medio tempore per fiſcum perceptos, qui nun-
quam reſtitui debent, etiamſi reſtitutio eſſet facta reſ-
pectu quoque bonorum alienatorum, & Altograd. *d.*
*conſil.* 98. *num.* 63. *lib.* 1. Adeò vt hæc ſit vera, com-
munis, & practicata opinio; & propterea concludo
prædictum D. Cæſarem eſſe manutenendum in poſſeſ-
ſione dictorum bonorum, & dicto D. Ludouico ſi-
lentium fore imponendum. Et ita, &c. Saluo, &c.

---

# CAPVT CLXII.

## EPITOME.

Iudici ſæculari non licet ſine licentia Epiſcopi reum ab Eccleſia extrahere, nec de delicto eius cognoſcere, & quomodo.

## SVMMARIVM.

1 *Reus ab Eccleſia indebitè extractus.*
2 *Reus non poteſt extrahi ab Eccleſia ſine licentia Epiſcopi etiam in caſibus exceptis.*
3 *Eccleſiæ debet reſtitui reus ab Eccleſia extractus etiam in notoriis.*

4 Reus



4 *Reus ab Eccleſia extractus debet duci ad carceres Epiſcopales.*
5 *Reus poteſt ab Eccleſia extrahi à Iudice laico denegata licentia ab Epiſcopo.*
6 *Eccleſiæ reſtituendus eſt reus ab ea extractus non ſeruata forma Bullæ.*
7 *Iudex Eccleſiaſticus ſolus cognoſcit, an reus ſit priuandus immunitate.*
8 *Iudex laicus extrahens reum ab Eccleſia peccat mortaliter, & eſt excommunicatus.*
9 *Iudex laicus ad bonum finem extrahens reum ab Eccleſia adhuc eſt excommunicatus.*
10 *Iudex laicus tenetur ad damna extracti ab Eccleſia.*
11 *Iudex laicus nequit interrogare, aut torquere reum ab Eccleſia extractum.*
12 *Confeſſio rei ab Eccleſia extracti eſt inefficax.*
14 *Aſſaſſinus dicitur ſecundùm ius Canonicum, non ſecundùm Statuta particularia.*
14 *Immunitatis materia ſumit interpretationem à iure canonico.*
15 *Abſurdum eſt vitandum.*
16 *Iudex Eccleſiaſticus non debet ſtare proceſſui Iudicis ſæcularis.*
17 *Aſſaſſinus an dicatur mandatarius morte non ſequuta.*
18 *Abſolutio ob violatam immunitatem ad quem ſpectet.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

EVenit caſus in ciuitate quadam, vt flagitioſi ho-
mines de mandato cuiuſdam percuterent certum
militem per inſidias, & poſtea eo lethaliter vulnera-
to, ſe reciperent ad Eccleſiam; vnde petita, ſed non
conceſſa licentia ab Ordinario eos extrahendi, forus
1 ſæcularis eos abduxit, & proceſſauit, & ſimiliter qui-
dam alius aggreſſor cuiuſdam Pauli proditorius extra-
ctus fuit ab Eccleſia poſt petitam ab Ordinario, &
denegatam licentiam, & confeſſus, fuit laqueo ſu-
ſpenſus: & ſic poſtea requiſitus à principali quodam
Magiſtratu illius Ciuitatis, an hæc rectè facta fue-
rint, negatiuè per me fuit reſponſum; ſiquidem cer-
tum eſt, non licere Iudici ſeculari confugientes ad
Eccleſiam ab ea extrahere abſque licentia Epiſcopi,
vel eius Vicarij Generalis, etiamſi ille commiſiſſet
delicta enormia, & excepta, vigore Bullæ S. M. Gre-
2 gorij XIV. *de immunit. Eccl.* in illis verbis: *In nullo ex*
*caſibus ſupradictis ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius*
*Officialis, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ.* Peregr.
*de immun. Eccl. cap.*16. *num.*22. Caſtr. Pallau. *mor. p.*2. *de*
*reuerent. loc. ſacr. debit.* & *diſp. vnic. punct.*13. *num.*14. Fari-
nac. *de immun. Eccl. cap.*2. *num.*23. 24. vbi quod neque
Regi, neque Imperatori licet quemquam ab Eccleſia
extrahere.

Et hæc adeò vera ſunt, vt etiamſi notoriè, & pa-
lam conſtaret, ſiue per confeſſionem rei, ſiue alio
modo eum admiſiſſe delicta enormia, & excepta, ad-
huc non liceat foro ſæculari reum ab Eccleſia extra-
3 here, aut extractum retinere ſine licentia Epiſcopi,
vel eius Vicarij, ſed fore Eccleſiæ reſtituendum
etiam in notoriis. Farinac. *de immunit. cap.* 21. *num.*
159. Peregr. *eod. tract. c.*22. *num.*22. meliùs Genuenſ.
*in prax. Archiep. Neapol. c.*22. *num.* 5. benè Dian.
*mor. p.*1. *tract.*1. *de immun. Eccl. reſol.*14. & *p.*4. *eod. tract.*
*reſol.*42. Bonacin. *in tract. de cenſur. in particular. diſp.* 2.
*q.*3. *punct.*16. *§.*12. *n.*7. *verſ. ex quo*, & *§.*14. *n.*2. *verſ. ſecun-*
*dò*, idem Sperell. *dec.*48. *num.*65. & ego quoque dixi
*contr. c.*10. *n.*33.

Benè verum eſt, quod in hoc caſu Archiepiſcopus
errauit negando licentiam extrahendi dictos reos ab
Eccleſia, ſub colore, quod priùs verificanda eſſet qua-
litas proditionis, vel aſſaſſinij; quia hæc cognitio
ſedato animo facienda eſt poſt capturam, & interim
reus eſt cuſtodiendus in carceribus Epiſcopalibus, &
ita loquitur Bulla Gregoriana, ibi: *Ad carceres Cu-* 4
*riæ, Eccleſiaſticæ reponi.* Et benè explicat Bonacin. *dict.*
*punct. decimoſexto*, *§.*12. *num.*7. *verſ. tertia*, vbi docet mo-
dum ſeruandum in facienda extractione: & concordat
Caſtr. Pallau. *mor. p.*2. *d. diſp. vnic. punct.*13. *num.*4. ita vt
per prædicta poſſit Iudex laicus denegata licentia ab
Epiſcopo reum ipſe ab Eccleſia extrahere, & ad carce-
res Epiſcopi ducere, & Epiſcopo conſignare, alioquin 5
ſi ad proprios carceres reum extractum conducere face-
ret, in excommunicationem incideret. Bonac. *in d. punct.*
16. *§.*14. *n.*3. *verſ. quinta eſt*: & non ſeruata forma præ-
dicta reus debet Eccleſiæ reſtitui. Genuenſ. *d. c.*22. *n.*5. 6
Caſtr. Pallau. *d. diſp. vnic. punct.*11. *n.*12. Sperell. *d. dec.*48.
*n.*65. 66. 67. adeò vt Epiſcopus non poſſit, nec debeat
ſtare proceſſui Iudicis ſecularis, vt aliàs dixi, & probat
latè Trullench. *mor. part.*1. *lib.*1. *cap.*11. *dub.* 6.
*num.*5.

Et caſu quo ſeruata in reliquis fuiſſet forma dictæ
Bullæ, adhuc certum eſt, cognitionem, an reus ſit
remittendus Eccleſiæ, & an gaudeat immunitate, ſpe-
ctare ad Iudicem Eccleſiaſticum priuatiuè ad laicum,
vt in dicta Bulla, ibi: *Niſi cognito prius per Epiſcopum,* 7
*vel ab eo deputatum, an ipſi verè crimina ſuperius ex-*
*preſſa commiſerint*: ſic Caſtr. Pellau. *d. punct.*11. *num.*12.
*in fin.* & *punct.*13. *num.*7. vbi dicit de hoc nullam eſſe
quæſtionem, ſtante Bulla prædicta: latè Dian. *mor.*
*part.*4. *tractat.* 1. *de immunit. Eccl. reſolut.* 49. vbi
probat non poſſe aliquando dari caſum, vt hæc cogni-
tio ſpectet ad laicum. Bonacin. *d. punct.*16 *§.*12. *num.*7.
*verſ. tertia*, & *verſ. ex quo*, & ego dixi *d. cap.*10.
*num.*44. & ideò qui non ſeruat formam dictæ Bullæ
in extrahendo, & cognoſcendo, peccat mortaliter, 8
incurrit excommunicationem, & alias pœnas, de
quibus Caſtr. Pallau. *d. diſp. vnic. punct.*12. *num.* 1.
2. 3. 4. & ego dixi *d. cap.* 10. *num.*37. Bonacin. *d. punct.*
16. *§.*14. *num.*2. *verſ. ex dictis*, & *verſ. & hoc verum*, vbi
probat non euitari excommunicationem, etiamſi ad
bonum finem contrafactum eſſet: vnde eſt, quod Iu- 9
dex contrafaciens, peccat aduerſus iuſtitiam commu-
tatiuam, & tenetur ad refectionem omnium damno-
rum, & expenſarum extracti, & eius hæredum. Bañes
2. 2. *q.*67. *art.*1. *dub.*4. Bonacin. *d. punct.* 16. *§.*13. *num.*1.
*verſ. hinc ſequitur*: Valent. 2. 2. *diſp.*6. *q.*15. *punct.*1.
*quæſtiuncula* 2. Caſtr. Pallau. *dict. punct.*11. *num.*14.
*verſ. ſit ſecundò*: & ego dixi *dict. cap.*10. *num.* 37. latè
Sanchez *conſil. mor. lib.*3. *conſil.*17. *num.*1. & *num.*3. 10
vbi latè examinat hanc quæſtionem, & dicit hanc
ſententiam probabiliorem, aliam verò probabilem; 11
adeò vt Iudex ſic malè extractum nequeat non ſolùm
incarcerare, ſed neque interrogare, torquere, aut ali- 12
quem actum contra eum facere, alioquin actum ty-
rannidis committit. Caſtr. Pallau. *dict. punct.* 11.
*n.*14. & ego aliquid dixi *d. cap.*10. *num.*37. *& ſeqq.* &
proptereà ſi reus ſic extractus, confiteretur delictum,
confeſſio eſſet inualida, & inefficax. Sperell. *dict. dec.*
48. *num.*64.

Nec conſiderandum eſt, quod ſecundùm leges, &
ſtatuta Florentiæ iſti habeantur pro aſſaſſinis quibuſ-
dam, concurrentibus auditionibus, quia ad co-
gnoſcendum, an quis ſit aſſaſſinus, vel proditor,
non attenduntur leges particulares, ſed tantùm ius 13
commune, & priùs ius Canonicum, quàm ius ciui-
le; etenim in hac materia ſumenda eſt vbique inter- 14
pretatio à iure Canonico, vt per Caſtr. Pallau. *dict. diſp.*
*vnic. punct.*5. *num.* 4. alioquin poſſent Leges Ciuiles,
& Statuta formare noua delicta, & antiqua ſic qua-
lificare, vt ferè delinquens remaneret priuatus im-
munitate Eccleſiaſtica; quod tanquam abſurdum non 15
eſt dicendum, *l. nam abſurdum, ff. de bon. libert. l. diuortio,*
*ff. ſolut. matr.*

Et quatenus id cõſiderari poſſet, nihil hîc releuat, quia
talis cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticũ, qui de-
bet

bet ipſe ſuo marte proceſſum fabricare,nec debet ſtare
proceſſui fori ſecularis : latè Caſtr. Pallau. d.diſp.vnic.
punct.13.n.9.Bonac.dict.punct.16.§.12.n.9. & ego dixi
d.c.10.n.47.Sperell.deciſ.18.n.9.

Sed in caſu,& caſibus propoſitis ceſſat omnis diffi-
cultas , quia cùm non fuerit ſequuta mors vulnerati ,
17 non poſſunt mandatarij ad occidendum ita dici aſſaſſi-
ni , vt beneficio immunitatis priuari debeant , ſecun-
dùm mitiorem opinionem,& Eccleſiæ magis fauora-
bilem. Farinac. de homicid. quæſt.123. num.115. & in
tract.de immunit.Eccl.cap.8.num.123.in fin. vbi ſic con-
cludere videtur. Maſcard.de probat. concl.138.num.2.5.
Zeuall.comm.contr.com.quæſt.540.num.5. & ſeqq. & ſic
etiam in terminis probat Caſtr.Pallau.d.diſp.vnic.punct.
9.n.38.verſ.cæterùm.

Vnde concludo Iudicem , qui prædicta admiſit , &
alios complices , & extrahentes , incidiſſe in excom-
municationem , & teneri ad omnia damna , & expen-
18 ſas partis offenſæ : & licèt probabile ſit,quod Epiſco-
pus, facta reſtitutione poſſit à dicta excommunicatio-
ne abſoluere,vt tradit Dian. mor.p.1.tract.1.de immunit.
Eccl.reſol.41. Caſtr. Pallau. d. diſput. vnic. punct. 12.
num.7. tamen probabilius videtur , vt in materia im-
munitatis abſolutio ſit reſeruata Pontifici Romano ,
per ea quæ ego dixi d.c. 10. num.38.39. Bonum eſt igi-
tur ſubmittere collum clauibus Eccleſiæ, & vinculum
tam diræ excommunicationis præuia abſolutione tol-
lere ſatisfaciendo cui decet,& pœnitentias ſalutares li-
benter ſubeundo cum propoſito talia non perpetrandi
de cætero. Et quatenus Epiſcopus etiam poſſit abſol-
uere ſecundùm aliam opinionem probabilem , tamen
debent præcedere reſtitutio,& damnorum ſolutio,quia
priùs oportet ſatisfacere Eccleſiæ, & parti offenſæ , vt
alibi videbimus.

---

## CAPVT CLXIII.

### Epitome.

Egrediens Eccleſiam minis , vel cum prote-
ſtatione , an gaudeat priuilegio immuni-
tatis Eccleſiaſticæ.

### SVMMARIVM.

1 Eccleſiâ poteſt egredi liberè confugiens ad eam.
2 Immunitatis beneficio ſe ſpoliat, qui egreditur Eccleſiâ.
3 Immunitate Eccleſiæ non gaudet , qui blandis verbis ea egreditur.
4 Iudex Eccleſiaſticus eſt competens, vbi tractatur , an reus ſit captus in Eccleſia.
5 Birroariis dicentibus arreſtaſſe reum extra Eccleſiam non creditur.
6 Eccleſiæ beneficio non gaudet , qui ſponte exit Eccleſia.
7 Eccleſia non debet obſideri.
8 Proteſtatio tollit mentem à facto,& conſeruat ius proteſtantis.
9 Præſens an cenſeatur conſentire proteſtationi.
10 Proteſtationi non contradicens cenſetur conſentire.
11 Proteſtatio an,& quando includat pactum.
12 Proteſtatio acceptata non poteſt dici contraria facto.
13 Proteſtatio admiſſa ſi,& in quantum,dicitur ſimpliciter admiſſa.
14 Clauſulæ, ſi,& in quantum, quid importet.
15 Iudex promittens impunitatem , vel immunitatem exiſtenti in Eccleſia,tenetur ſeruare.
16 Proteſtatio,cui contradicitur , non releuat.
17 Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit cauſas iuriſdictionis inter laicum , & Eccleſiaſticum.
18 Eccleſiæ in templo exiſtens non debet moleſtari.
19 Eccleſia ruralis gaudet immunitate intra ſpatium triginta paſſuum.
20 Eccleſiam intra exiſtenti non eſt denegandus vſus victualium.
21 Confugientem ad Eccleſiam non licet in ea obſidere.
22 Eccleſiâ extractus debet reſtitui.
23 Eccleſiâ egrediens metu , dicitur extractus.
24 Eccleſiâ extractus à priuata perſona adhuc gaudet immunitate.
25 Iudex ſecularis violat immunitatem, ſi punit ab Eccleſia extractum à priuata perſona.
26 Eccleſiâ extrahentes reum tenentur ad eius damna.
27 Extractus metu Eccleſiæ debet ei reſtitui.
28 Metus qualis requiratur in egrediente Eccleſia , vt retineat immunitatem.
29 Bonifacius Rex excommunicatus propter extractum reum ab Eccleſia.
30 Cuſtodia diligens probat metum.
31 Metus probationes ex quibus indicantur.
32 Metus probatur coniecturis.
33 Proteſtatio coadiuuat metus probationem.
34 Immunitas Eccleſiæ vſquequo extendatur.
35 Immunitati Eccleſiæ renunciari non poteſt,& quando.
36 Eccleſiâ extractus debet reſtitui Epiſcopo , vel alteri Eccleſiæ.
37 Fallaciis inductus , Eccleſia exiens an priuetur immunitate.
38 Appellare an liceat fiſco à ſententia Iudicis pronunciantis reum Eccleſiæ reſtituendum.
39 Immunitatis cauſa non admittit appellationem,nec ex parte rei, nec fiſci.
40 Spolij cauſa admittere an debeat appellationem.
41 Spolians non eſt audiendus, niſi facta reſtitutione.
42 Appellatio non conceditur vni, ſi denegatur alteri.

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

REmittendus eſt ad Eccleſiam Caſtri noui in Mon-
tibus D. Capitaneus Franciſcus de Taliatis , quia
vi, & metu compulſus eſt ea egredi , & cum prote-
ſtatione gaudendi immunitate Eccleſiæ ſe tradidit Cu-
riæ ſæculari. Nam licèt prima facie videri poſſit dicen-
dum,quod non ſit remittendus , quia egreſſus eſt limi-
tes Eccleſiæ,& paſſus fuit ſe duci ad carceres ſæculares,
quoniam ſicut ad Eccleſiam liberum eſt refugium , ita
liber debet eſſet exitus,Decian.tract.crim.lib.6. cap.26. 1
numero 12. in fin. & ideò dum ſe ſponte tradidit in ma-
nibus dictæ Curiæ eo tempore , quo iam extra Eccle- 2
ſiam exiuerat , dicitur ſeipſum ſpoliaſſe beneficio im-
munitatis , ad rem Mar. Ital.de immun.Eccl.lib.1.cap.6.
§.2.num.84.Decian.d.cap.26.num.12.Maſtril.deciſ.169.
num.6.Farinac.de immunit. Eccl.cap.19.num.304.Spe-
rell. deciſ.59. num.2. facilis enim non debebat eſſe
credendo Officialibus Iuſtitiæ ſæcularis , quoniam
etiamſi ab illis ſeductus fuiſſet blandis verbis ad tranſ-
migrandum ab Eccleſia , non poſſet gaudere beneficio 3
immunitatis , vt poſt Nauar. & Suarez inquit Bonac.
de legib. diſput.3. quæſt.7. §.2.ſub numero 10.verſic.ſex-
tò, Duard. in Bullam Cœn. Domini, lib.2. can.15.quæſt.
16. num. 34. Filliuc. mor.p.1. tract.15. cap.6.num.154.
Caſtr.Pallau. mor.p.2. de reuer.debit. loc.ſacr. diſp.vnic.
punct.11.n.3.

Verumtamen certum eſt prædictum Capitaneum
Franciſcum fore , & eſſe Eccleſiæ reſtituendum , &
purgandum eſſe ſpolium , antequam ad vlteriora pro-
cedatur , & huius articuli cognitionem ſpectare ad
Iudicem Eccleſiaſticum , etiamſi reus ſit in for- 4
tiis Curiæ ſæcularis , & ſatellites dicant ſe eum arre-
ſtaſſe extra locum ſacrum , vt per Peregr. de immun.
Eccl.



Eccl.13.n.18.Mar.Ital.eod.tract.lib.1.c.6.§.2.num.100.
101.Dian.mor.part.3.tract.1.de immunit. Eccl. reſol.32.
5 vbi reddit rationes,& ſatis probat non eſſe credendum
birroariis deponentibus contra reum ; quod etiam vo-
luit Farin.de immun.Eccl.c.2.n.54. & Trullench mor.
p.1.lib.1.c.11.dub.1.num.14.in fin.

Nec obſtant in contrarium adducta,quia procedunt,
quando reus liberè,& ſpontè egreditur Eccleſiam , &
6 eius limites,& voluntariè patitur ſe capi, exiſtens extra
locum ſacrum.Bonacin.de cenſur.in particulari , diſput.
2.quæſt.3.punct.16.§.3.n.12.verſ.Idem ſentiendum,Sebaſt.
Guazzin. de defenſ. reorum,defenſ.1.c.36. in fin. Caſtr.
Pallau.d.punct.11.n.1.Peregr.de immun.cap.15.n.23.quod
hîc non verificatur,quia dictus Capitaneus Franc.non
exiuit ſponte Eccleſiam, nec purè,aut liberè , ſed cum
proteſtatione,quod metu exibat,& intendebat gaudere
immunitate Eccleſiæ,ſi illius erat capax, & proteſtatio
fuit acceptata,& admiſſa ſi,& in quantum,à Prætore Ca-
ſtrinoui rogitum faciente,cùm eſſet Notarius,qui ade-
rat cum militibus in obſidione Eccleſiæ, quæ tamẽ eſt
prohibita,vt per Guazzin.d.defenſ.1.cap.32.num.6. Za-
7 char.Paſqual.mor.deciſ.458.num.4. vnde ſatis conſtat
de mente egredientis Eccleſiam , quia erat inuolunta-
rius , & noluit ſibi præiudicare , adeò vt ſufficiat ſola
prædicta proteſtatio,etiamſi non eſſet meticuloſa, quia
8 proteſtatio tollit mentem à facto,& conſeruat ius pro-
teſtantis,ad textum in l.non ſolùm,§.morte,vbi DD.ff.de
oper.nou.nuntiat.Alex.conſ.130. n.13. 17. lib.4.Honded.
conſil.89.n.11.lib.1.Ceph.conſ.613.n.29. Torniel. conſ.
99.n.20.Surd.deciſ.246.n.11.& deciſ.381.n.20. Rot.di-
uerſ.218.n.1.p.5.in nouiſſimis,Gratian.diſcept.515.n.7. &
diſc.937.n.27.Giurb.deciſ.ciu.85.n.6. vbi alios adducit,
Cancer. var. reſ.lib.2.c.1.de minoribus,num.124. verſic.
per quam. Siue ergo extrahentes ſint Officiales publi-
ci,ſiue priuatæ perſonæ , incurrunt ſemper excommu-
nicationem,& pœnas Bullæ Gregorianæ:latè Bordon.
var.reſol.lib.1.c.1.n.12.Trullench mor.p.1.lib.1.c.11.dub.
1.num.14.vbi quod extractus à priuatis perſonis,etiam-
ſi poſtea capiatur à ſatellitibus , adhuc Eccleſiæ eſt re-
ſtituendus.

Et quamuis præſens proteſtationi, & non contradi-
cens , non poſſit dici conſentire in ſui præiudicium,
9 maximè ſi tractetur de magno eius damno,vt per Gra-
tian.diſcept.260.n.13. tamen id non poteſt hîc conſi-
derari,quia non tractatur de præiudicio fiſci ſæcularis,
& eius officialis,cui nihil præiudicatur,ſi dictus D.Ca-
pitaneus Franciſcus,qui erat in Eccleſia,in eadem per-
manſiſſet ; ſed benè fiſcus tractabat de lucro , & ac-
quirendo iure ex egreſſu ipſius rei ab Eccleſia , & age-
10 batur de magno damno dicti D.Capitanei, dum ſit co-
natus de priuando eo beneficio immunitatis Eccleſiæ,
& propterea eius proteſtatio fuit potens , & valida, &
Prætor illi non contradicens cenſetur conſenſiſſe , &
illam acceptaſſe.Surd.deciſ.32. n.71. Sperell. deciſ.29.
11 n.36.qui etiam dicunt, quod ex huiuſmodi tacita pro-
teſtationis acceptatione reſultat quoddam pactum ta-
citum,& conuentio de obſeruando proteſtata , ad tex-
12 tum in l.1. & ibi notant DD. ff. de pact. quod adeò ve-
rum eſt,vt proteſtatio facta de conſenſu vtriuſque par-
tis,non poſſit dici contraria facto;& ſi talis ſit, adhuc
valeat,vt per Gratian.diſcept.751.num.40.

Verùm hic proteſtatio fuit expreſsè acceptata,& ad-
miſſa,dum Prætor,qui etiam Notarius erat,fecit publi-
cum rogitum de tali proteſtatione coram teſtibus,ſcri-
bens verba proteſtantis,& ſui ipſius admittentis , dum
adhuc dictus Capitaneus in Eccleſia exiſteret, propter
quod cenſetur proteſtationem acceptaſſe,& licèt illam
admiſerit cum illa clauſula , ſi , & in quantum , &c. id
nihil nocet , quia adhuc proteſtatio cenſetur ſimplici-
13 ter admiſſa,& ſimpliciter afficit,vt poſt Bald.in l.edita,
in 2.lectura,num.98.C.de edend.Felin.in c.cùm contingat,
num.10.de off. deleg. Menoch.de recuper. poſſ. remed.9.
num.331.Rot.diuerſ.deciſ.683.n.2.p.1. benè inquit Fa-
rinac. deciſ. poſth.351. numer.4. part.2. quod ſatis iuri
conuenit , quia illa clauſula , ſi , & in quantum , &c.
importat , quod ſi de iure fieri poſſit,admiſſio facta in- 14
telligatur, vt per Bart. in l. ambitioſa,num.82.ff. de de-
cret.ab ord.faciend. Bald. in l.1.n.17. quomodo,& quando
iud. Marant. in pract. de ord.iudic. part.6. verb. Appel-
latio , num. 200. vbi teſtatur de veritate huius opi-
nionis.

Vnde ſequitur, quod proteſtatio prædicta conſerua-
uerit ius proteſtantis,adeò vt ſibi nihil præiudicauerit,
quin gaudere debeat immunitate perinde ac ſi in Ec-
cleſia permanſiſſet , & non aliter,ac ſi Iudex ei promi-
ſiſſet apertè de immunitate illi conſeruanda ; ſi enim
Iudex poteſt promittere reo ab Eccleſia egredienti ſim- 15
pliciter non ſolùm immunitatem, ſed etiam impunita-
tem, & tenetur ſeruare fidem , Fortun. Garz. in rep. l.
conuentionum , num.15. ff. de pact. vbi quod ita fuit ſer-
uatum in Hiſpania etiam in caſu, vbi ſic extractus erat
in terminis, quod ſecundùm Bullam potuiſſet extrahi,
idem dicit Mar.Ital.de immun.Eccleſ.lib.1.c.6.§.2.n.82.
Farinac. eod.tract.c.19.num.301. qui alios referunt , &
conſentit Caſtr.Pallau.dict.punct.11.numero 3.verſ.quod
ſi Iudex, Bonac. de cenſur.in partic.diſp.2.q.3.punct. 16.
§.4.num.24. verſic. verùm , Trullench. mor. p.1. lib.1.
cap.11. dub.1.num.14.quantò magis id obſeruare tene-
bitur , vbi,& quando conditionaliter id promiſit,qua-
tenus reus ſit immunitatis capax : & proptereà ſemper
crederem reo prodeſſe talem proteſtationem ad effe-
ctum prædictum , ſiue Curia ſæcularis conſentiat ex-
preſsè,ſiue tacitè,non contradicendo, ſiue palam acce-
ptet,dummodo clarè non contradicat,quia tunc ſi reus
non attenta contradictione ſe ſpontè traderet in ma-
nibus Curiæ , videretur à proteſtatione receſſiſſe, & 16
proteſtatio nihil noceret fiſco contradicenti. Crauet.
conſ.463.num.19.Tuſch pract.concl. littera P,concl.938.
n.22.Verùm donec manet in loco ſacro,non poteſt re-
nunciare beneficio immunitatis , vel conſentire vt in
loco ſacro capiatur,vt latè per Trullench mor.p.1.lib.1.
c.11.dub.1.num.13.

In cognoſcendo autem an proteſtatio iuuet , & an
reus ſit capax immunitatis , vel an ſit remittendus ad
Eccleſiam,necne,aut an gaudeat immunitate , & ſimi-
lia,ſemper adeundus eſt Iudex Eccleſiaſticus, qui ſolus
eſt competens : tum quia eſt cauſa iuriſdictionis inter 17
laicum,& Eccleſiaſticum , quam cognoſcere debet Ec-
cleſiaſticus:latè Sperell.deciſ.17.num.15. Dian.mor.p.1.
tract.1.de immun.Eccl.reſol.14.& p.3.tract.primo,de im-
munit. reſol.49. vbi cæteri omnes allegantur : latè ſic
etiam docet Trullench mor.p.1.lib.1.cap.11.dub.3.n.33.
vbi probat non ad ſæcularem,ſed ad Iudicem Eccleſia-
ſticum cognitionem pertinere.

Verumtamen nos verſamur in caſu fortiori , quia
etiamſi dictus Capitaneus egreſſus fuiſſet ab Eccleſia
ſine proteſtatione , & tradidiſſet ſe Curiæ ſæculari, ad-
huc gaudere deberet beneficio immunitatis, quia id fe-
cit coactus per vim,ſaltem compulſiuam,& metum gra-
uem ad minus de morte ſibi inferenda etiam in Eccle-
ſia,niſi ſe traderet,prohibendo deferri ei cibos,& obſi-
dendo Eccleſiam adeò , vt nec ipſi Archipreſbytero
permitteretur egreſſus ; certum eſt enim quod nemo
priuatur immunitate,niſi liberè exeat ab Eccleſia,nul-
la neceſſitate coactus.Caſtr.Pallau.d.punct.11.n.1.verſ.
notanter,& Trullench d.lib.1.c.11.dub.1.n.14.& dub.3.
n.26.alioquin ſi aliqua violentia,aut damnum infera-
tur confugienti ad Eccleſiam,fit præiudicium immuni- 18
tati Eccleſiæ,quia exiſtenti in loco ſacro nulla vis , aut
damnum inferendum eſt , vt colligitur ex c.diffiniuit,
17.q.4.& ex Concilio Toletano XII. c.19.vbi cauetur,
quod nullus audeat confugientes ad Eccleſiam,vel re-
ſidentes inde abſtrahere , aut quodcumque nocibilita- 19
tis,vel damni inferre,aut impedire,ne poſſint extra Ec-
cleſiam

cleſiam per 30. paſſus ſecurè exire, vt poſt Suarez &
Gouar.dixit Bonacin.de leg.diſp.3.q.7.§.5 ſub n.1. verſ.
tertius effectus,Guazzin.d.defenſ.1.c.32.num.3. Zachar.
Paſq.mor.deciſ.485.num.5.ſicut etiam recurrenti ad Ec-
20 cleſiam non poteſt denegari vſus victualium, aut re-
quies,nec fieri impedimentum,quando cibus, & potus
ad eam deferatur, alioquin ille cogeretur per indire-
ctum, vel ad diſcedendum ab Eccleſia,vel moriendum
propter famem,aut non captum ſomnum, vt probat
textus in l. præſenti,§.ex his,Cod.de his;qui ad Eccl.con-
fug.vbi DD.notant non licere Principi,& fiſco ſecula-
21 ri confugientem ad Eccleſiam retinere obſeſſum ad ef-
fectum ei denegandi veſtem, victualia, aut requiem.
Guazzin.d.defenſ.1.c.32.n.6.& latiùs docet Farinac. de
immunit.Eccleſ.cap.2.n.53.verſ.amplia,& cap.19.n.295.
vbi probat extractum ab Eccleſia non ſolùm vi expul-
22 ſiua,ſed etiam compulſiua,eſſe reſtituendum Eccleſiæ,
quia nec directè, nec indirectè poteſt compelli confu-
giens ad templa ad diſcedendum ab eis: ſic etiam pul-
chrè docet Alex.Sperell.deciſ.48. n.62. Barboſ. de vni-
uerſ.iur.Eccl.lib.2.cap.3. ſub n.51. & proptereà iſte ſic
compulſus,ſeu perterritus,& metu commotus non tam
23 dicitur egredi Eccleſia,quàm extrahi per violentiam,vt
inquit Caſtr.Pallau.d.punct.11.n.2.in fin.adeò vt etiam-
ſi non à Iudice,vel eius Curia ſeculari, ſed ab inimicis
confugiens,aut ab alia priuata perſona reus fuerit per
vim ab Eccleſia extractus, adhuc non poſſit capi, aut
retineri à Iudice laico,ſed Eccleſiæ ſit reſtituendus,quia
tanquam res furtiua,ad quemcunque tranſeat,cum one-
24 re reſtituendi tranſit,etiamſi Iudex laicus non ſit parti-
ceps huiuſmodi extractionis,vt latè probat Genuenſ.in
Prax.Archiep.Neapol.cap.22.n.6.verſ.Item fuit,Valent.
tom.3.diſp.6.general.quæſt.15.p.1.in reſp.ad ſecundum, la-
tè Peregr.de immunit.Eccleſ.cap.14.ſub n.10. Bonac.de
leg.diſp.3.q.7.§.2. n.10.verſ.ſed mihi, & in tract. de cen-
ſur.in partic.diſp.2.q.3.punct.16.§.14.n.10.verſ. ego verò,
& §.4.num.25.Dian.mor.p.4.tract.1. de immunit. Eccleſ.
reſol.103.Zachar.Paſq.mor.deciſ.486.n.8.verſ.vnde quæ-
ro, pulchrè etiam id tradit ad rem Trullench. mor.p.1.
lib.1.cap.11.dub.1.n.14.verſ.hoc tamen, vbi quod ſic ex-
tractus eſt tanquam res furtiua, quæ tranſit ad quem-
cumque cum onere vt reſtituatur Eccleſiæ. Pulchrè
Caſtr.Pallau.d.punct.11.n.2.vbi dicit,quod Iudex ſæcu-
laris violat immunitatem etiam iſto caſu, quia primam
25 extractionem continuat; etenim etiamſi reus ſit cor-
poraliter extra locum ſacrum, quando Curia ſæcularis
apprehendit eum,tamen quia ſic violenter ab aliis ex-
tractus eſt,adhuc moraliter reputandus eſt,ac ſi eſſet in
Eccleſia; & propterea extrahentes illum contra for-
mam Bullæ Gregor.XIV.tenentur reo ad damna,& in-
tereſſe.Bonacin.de cenſur.in partic.d.§.14.ſub num.10. &
poſt hæc ſcripta vidi Alexand.Sperell.for. Eccleſ.deciſ.
48.n.61. 62. vbi plenè docet extractum à ſatellitibus,
vel à conſanguineis occiſi, aut aliis eſſe in primis re-
ſtituendum Eccleſiæ.

Sed circumſcripta etiam violentia adhuc dictus Ca-
pitaneus eſt reſtituendus Eccleſiæ, quia ſatis conſtat,
quod minis laicorum ei illatis de morte inferenda,niſi
ſe dederet, & metu incuſſo, ipſe ſe diſpoſuit ad traden-
26 dum ſe Curiæ ſeculari, quibus minis, & metu præſu-
mitur coactus, & proptereà fuit inuoluntarius, & ſic
reſtituendus eſt Eccleſiæ,vt docet poſt Sarmient.ſelect.
interpret. lib.2. cap.11.num.8. Farinac. de immunit. Ec-
27 cleſ.cap.2.num.53. verſ.& ex præmiſſa, vbi dicit ſuffi-
cere non ſolùm iuſtum metum, cadentemque in vi-
rum conſtantem, ſed etiam leuem, qui in conſtantem
virum non cadit,volens idcircò aufugientem ab Eccle-
28 ſia,quia timeat à Curia ſeculari capi,etſi capiatur extra
Eccleſiam, adhuc Eccleſiæ eſſe reſtituendum, quod
etiam probat Caſtr. Pallau. dict.punct.11. num.2. verſ.
At idem, & concordare cum eis videtur Bonac. de cen-
ſur.in partic. diſput.2.q.3.punct.16.§.14.num.3. verſ. vel
ruinis, pulchrè Alex.Sperell. deciſ.48. n.61. vbi ad rem
vide. Vnde rationabiliter fuit excommunicatus ille
Rex Bonifacius,& minimè abſolutus,donec priùs reſti- 29
tuerit reum ab Eccleſia extractum,vt Guazzin.d.defenſ.
1.capit.29.n.5.

At in caſu noſtro metus dicti Capitanei fuit talis,
qui cadere potuiſſet in quemcumque virum conſtan-
tem;videbat enim Eccleſiam militum caterua circum-
datam vnà cum ſuis inimicis armatis,minantibus, ad-
ſtantibus miniſtris iuſtitiæ ſecularis,adeò vt non eſſet
permiſſum cuiquam Eccleſiâ egredi, aut dicto Capita-
neo cibaria mittere,& continuò vociferabantur apertè
de morte illi inferenda,niſi ſe dederet,quod ſatis probat 30
metum; hæc enim diligens cuſtodia excludit liberta-
tem, & inducit metum, ſicut legitur apud Ludouiſ.
deciſ.326.num.32. provt etiam facit terror armorum. 31
Farinac.dict.tract.de immunit.capit.ſecundo,ſub num.53.
Giurb.conſil.28.n.3. & ſimiliter qualitas perſonarum,
cùm eſſent inimici,& potentes, & adunati cum fauore
miniſtrorum Iuſtitiæ;vnde reſultat metus probatio.De-
cian.conſ.30.n.24.lib.4.Surd.deciſ.144. num.3. Ludouiſ.
deciſ.326.num.10. & denique ex minis de morte infe-
renda, maximè attenta qualitate perſonarum,probatur
metus,ad tradita per DD.in capit.1.de offic. deleg. Bald.
in quæſt.de ſchiſmate, num.27. Sanchez de matr. lib.4.
diſp.5.n.22.Farinac.pragm.p.2.verb. Metus,n.93.Giurb.
conſ.20.num.20. vbi probat etiam non oportere, quod
violentia adſit de facto, quia minæ ſufficiunt ad pro- 32
bandum metum iuſtum. Etenim concludunt omnes,
per coniecturas, & præſumptiones ſatis probari me-
tum,vt per Gail.lib.2.obſeru.95. n.18. Menoch. de arb.
iud.lib.2.caſ.136.num.1.& de præſumpt.lib.3.præſ.4. n.5.
Maſcard.de probat.lib.2.concl.1054.n.2.Farinac. d.verb.
Metus,num.81.

Et in caſu præſenti res cum minori difficultate tran-
ſit,quia metus probatio redditur valdè veriſimilis ex
obſidione Eccleſiæ, ex adunantia militum armatorum
in loco ſacro,& inimicorum eius,& miniſtrorum iuſti-
tiæ,& denegatione alimentorum, adeò vt vſq; ad Veſ-
peras dictus Capitaneus manſerit ſine cibo, & niſi ſe
tradidiſſet,fame pereundum erat;talis enim veriſimili-
tudo probat ſatis metum.Bald.in l.interpoſitas,C.de trãſ.
Maſcard.d.concluſ.1054.n.4.Ludouiſ.d.dec.326.n.26.

Et ſimiliter probatur metus ex proteſtatione ipſius
Capitanei dicentis,quod ab Eccleſia exibat coactus, &
metus causâ;talis enim proteſtatio, ſi ex ſe non plenè
probat metum, tamen plurimùm coadiuuat metus pro- 33
bationem, ſecundùm omnes. Seraph. deciſ.859.n.4.&
ſeqq. Maſcard. d. concl.1054. num.10. Farinac. d. verb.
Metus, num.96. Ludouiſ. d. deciſ.326.num.9. & deciſ.
374. numer.4. Sperell. deciſ.75. numer.54. & deciſ.79.
num.3.

Accedat pro coronide, quod dictus Capitaneus tra-
dendo ſe Curiæ ſeculari,non exiuit finibus, & ſpatio
triginta paſſuum, intra quod continetur immunitas;
ſed in circuitu ipſius Eccleſiæ fuit arreſtatus,& ligatus,
provt ſatis probatur ex inſtrumento proteſtationis
prædictæ,rogato per Prætorem Caſtrinoui,in illis ver-
bis: Præfatus D.Capitaneus Taliatus ab Eccleſia exiuit,&
peruentus extra muros Eccleſiæ fuit à birroariis ligatus,
& ad carceres ductus:& nihilominus certum eſt quoad 34
Eccleſias rurales,& extra muros ciuitatis,& oppidorum,
immunitatem extendi vbiq; ad triginta paſſus per cir-
cuitum menſurandos à muris Eccleſiæ,ad textum in c.
quiſquis,17.q.4.vbi Anch.docet, & ſic probat Decian.
d.tract.crim.c.24.n.29.& c.25.n.9.pulchrè Ambroſin. de
immun. Eccl.c.10.n.4.Farinac.eod.tract.c.18. n.294. cum
ſeqq.Guazzin.de defenſ.reorum.defenſ.1. c.29.n.5. Caſtr.
Pallau.mor.p.1.tract.de reuer.deb.loc.ſacr.diſp.vnic.punct.
6.num.13.Peregr.de immunit.c.4. num.28. Bonacin. de
cenſur.in partic.diſp.2.q.3.punct.16.§.4.num.6.& propte-
reà non potuit dictus Capitaneus renuntiare immuni-
tati



tati Eccleſiæ,etiamſi id feciſſet ſimpliciter, & ſpontè,
donec ipſe permanet in loco immuni, quia immunitas
principaliter eſt conceſſa Eccleſiæ, ſecundariò perſo-
nis,ſicut beneficium fori reſpectu Clericorum, & vt
benè dixit Decian.dict.lib.6.cap.26.num.12. Farinac. de
immunit.cap.19.num.304. Guazzin.dict.defenſ.1.cap.36.
per totum, Peregr.dict.capit. decimoquinto, numero 22.
& ſeqq.

Ex quibus concludendum eſt, dictum Capitaneum
eſſe reſtituendum Eccleſiæ non ſolùm actione quod
metus causâ, ſed etiam interdicti reſtitutorij, tan-
quam Eccleſia fuerit ſpoliata. Farinac. d. cap.2.n.33.
qui alios adducit.Peregr.d.cap.15.num.21. in quo ani-
maduertendum eſt, non eſſe neceſſe, quod reus extra-
36 ctus reſtituatur eidem Eccleſiæ, à qua fuit extractus;
ſed ſatis eſt, ſi alteri conſignetur, in qua æquè tutus
eſſe poſſit, vt per Genuenſ. in pract. Archiep. Neapol.
cap.22.num.8. Bonacin. de legib. diſp.3.9.7.§.5. num.3.
& de cenſur.in partic. diſp.2. q.3. punct.16. §.3.num.14.
Caſtr.Pallau.d.punct.11.numer.13. Trullench mor. p.1.
lib.1.cap.11.dub.5.num.6. ad fin. dummodò reus ſit tu-
tus,& ſecurus; immò ſatis eſt, ſi reſtitutio fiat Epiſco-
po,vel eius Vicario generali,quia perinde eſt, ac ſi Ec-
cleſiæ facta eſſet reſtitutio, cùm Epiſcopus Eccleſiam
repræſentet: ſic Genuenſ.d.c.22.n.8.Peregr.d.c.15.n.21.
Farin.d.cap.2.n.48.ad fin.Bonac.de cenſur.in partic.diſp.
2.q.3.p.16.§.4.n.14.& de legib.d.§.5.n.3. Caſtr. Pallau.
d.punct.11.n.13.Trullench d.c.5.n.6.ad fin. vbi dicit ſa-
tis eſſe, quod Iudex reum reſtituat eidem Eccleſiæ, à
qua fuit extractus,aut alteri, aut ipſi Epiſcopo; modò
reus ſit æquè tutus.

Non obſtat argumentum de eo,qui blandis verbis,
& fallaciis fuit inductus ad egrediendum ab Eccleſia,
& extra eam fuit captus: tum quia non eſt caſus noſter:
tum quia multi alij verius eſſe cenſerunt, quod iſte
37 quoque frui debeat immunitate Eccleſiæ, vt poſt Ma-
ſtrill.d.dec.169.n.12.Megal.in 3.part.lib.4.c.2.q.1.n.32.
Bobadil.in politic.tom.1.lib.2.c.14.n.89.dixit Dian.mor.
p.1.tract.1.de immun.Eccl.reſol.26.verſ.ſed non reticeam:
id etiam probat Trullench d.c.11.dub.1.n.14. verſ. At-
tamen,& credo verum ſi res ſit fraudulenta,& dolus in-
terceſſerit: cenſui igitur dictum Capitaneum fore Ec-
cleſiæ reſtituendum,provt factum fuit.

Sed his firmatis, quia pronuntiaui dictum Capita-
neum fore ad Eccleſiam remittendum, & capturam
38 eius fuiſſe nullam, quæritur, an fiſcus poſſit à tali
ſententia appellare, ſicut etiam quando pronuntia-
tur reum eſſe in caſu,quod gaudeat immunitate Eccle-
ſiæ: & ſanè pro fiſco facit Bonac. de cenſur.in partic.
diſp.2.q.3.punct.16.§.12.n.11.vbi docet, quod ſi Iudex
pronuntiauerit contra reum, vt conſignandus ſit Cu-
riæ ſæculari, nulla detur appellatio, vt ſonant verba
Bullæ Gregorianæ: ſin pronuntiatum fuerit pro reo,vt
ſit remittendus ad Eccleſiam, tunc admittendam eſſe
fiſci appellationem, & pro fiſco ſentire etiam videtur
Farinac.de immun. Eccleſ. c.22.n.372. ſic etiam tenet
Trullench d.c.11.dub.6.n.9.

Veruntamen contraria opinio eſt verior,& commu-
nis,quod imò neutri liceat appellare,& maior eſt ratio
in fiſco,vt ei denegetur appellatio,quàm reo,cuius par-
tes ſunt fauorabiliores; & proptereà non licet Iudici
Eccleſiaſtico reuocare decretum de reſtituendo, ſeu re-
mittendo reo ad Eccleſiam,nec fiſco appellare permit-
titur,ne nimis iudicium protrahatur, & reus in carce-
ribus marceſcat,quia fiſcus eſt durus aduerſarius;& ſic
non eſſe licitam Fiſco appellationem,nec iudici Eccle-
39 ſiaſtico huiuſmodi decreti reuocationem, docuit poſt
Capiblanc. de Baron. pragm.8. n.26. Sebaſt. Guazzin.
de defenſ. reorum defenſ.1. c.21. num.11. verſ. ſed poſt-
quam, vbi allegat ſeipſum in d.defenſ.1.c.3.num.7. vbi
tradit à decreto de remittendo reum non dari appella-
tionem ad effectum ſuſpenſiuum: ſic etiam fiſco pro-
hibitum eſſe appellare dixit Peregr. de immunit.c.16.
num.33.& fuſiùs hoc probat Ciarlin.contr.forenſ.c.10.
n.154.& ſeqq.& c.116.n.63.& ſeqq.vbi contraria etiam
ſuſtuli.

Et ſanè ſi extractus ab Eccleſia poteſt agere ſpolio,
& aliis interdictis reſtitutoriis, vt per Guazzin. d. de-
fenſ.1.c.31.n.10.& ſeqq.vtique non eſt admittenda ap-
pellatio,quæ non datur in cauſa ſpolij notorij,& vio-
lenti,latâ ſententiâ ad fauorem rei ſpoliati; quia ſic eſt 40
de natura interdicti, vnde vi, etiam de iure Canonico,
vbi res eſt notoria,& manifeſta,vt hîc,vt per Scacc. de
appellat.lib.3.c.2.q.17.lim.6.memb.6.num.2.4.& memb.7.
n.5.6.7.& ideò antequam ſpolians ſit audiendus, om- 41
nia vſque ad obolum tenetur reſtituere, vt per Farinac.
deciſ.poſth.515.n.1.p.1.Ergo hoc idem ſeruandum eſt in
præſenti reſtitutione.

Nec obſtant adducta in contrarium ex Bonacina,
quod regulariter appellatio admittatur ab inferiori ad
ſuperiorem,quia non procedit in materia non appella-
bili,nec vbi appellatio nequit eſſe reciproca,vt hîc, vbi 42
ſi reo denegatur appellatio, multò magis deneganda
eſt fiſco: ex Magon.deciſ. Lucenſ.58. num.3. Farinac.
quæſt.101.num.34.Scacc. de appellat. quæſt.17. limit.49.
num.3. Ruginell.eod.tract.§.2.cap.3.num.8.& num.230.
& pulchrè Sebaſt. Guazz. defenſ.36. cap.14. num.6.
vbi dixit, quod ſi reus non poteſt appellare à ſenten-
tia condemnatoria, quod nec fiſcus poterit appella-
re ab abſolutoria: & hoc in terminis ego latiùs pro-
baui in contr.for. d.capit.10. num.156. & cap.116.n.65.
vbi reſpondetur contrariis, & ita Pater Dian. mor.
p.6.tract.1. reſol.30.verſ.5. quæro, quem poſt hæc ſcri-
pta vidi.

Nec obſtat ſecunda ratio Bonacinæ ſtatuentis diuer-
ſitatem rationis in caſu appellationis fiſci, quæ non
viget in reo, qui calumnioſè per appellationes rem
protraheret in longum, quod non eſt præſumendum
de fiſco: nam reſpondetur Bonacinam fuiſſe malè in-
formatum de controuerſiis forenſibus,quia in hac ma-
teria ego vidi potiùs agentes pro fiſco, ſæpè valde ca-
lumnioſè agere ad detinendum reos in carceribus,dum
vident non poſſe obtinere in puncto principali adeò,
vt omnibus cautelis adhibitis ſtudeant aliquando ne-
gotium protrahere,& appellationes fiſci vidi reiectas à
ſuperioribus meis, & proptereà etiam fiſco denegan-
da eſt appellatio, ex Guazz. d.defenſ. 36. c.14. num. 6.
Ciarlin.d.c.116.n.65.66. Peregr. d. c.16. num.33. & ſic
vidi ſeruari.

Verùm poſt hæc ſcripta vidi Alex.Sperell. for. Eccl.
deciſ.65.per totum, vbi hoc quæſitum benè, & doctè
tractat, & reſoluit contraria, & docet non ſolùm reo,
ſed nec fiſco permiſſum eſſe appellare, imò neque re-
curſum petere; teſtaturque in fine anni 1634. Sacram
Congregationem ita reſoluiſſe,imò Sanctiſſimum Vr-
banum Papam VIII. ei in colloquio mutuo dixiſſe
hanc ſententiam eſſe veriſſimam, & emendatum fuiſſe
Codicem Gambacurtæ aliter ſentientis, & ita etiam
perbellè docet Dian.mor.p.6.reſol.30.verſ.5.quæro,tract.
1.viſus poſt hæc.

Hinc pro parte dicti Capitanei fuit expoſitum S.
Congregationi immunitatis Eccleſiaſticæ, quod eius
remiſſio retardabatur à fiſco fortè appellare volente
à ſententia remiſſionis faciendæ, & quia timebat, ne
Eminentiſſimus,& Reuerendiſſimus D.Legatus Bono-
niæ admitteret appellationem,ſupplicauit de prouiſio-
ne: vnde Sacra Congregatio ſub die xx. Septembris
1639.declarauit tam pro parte fiſci, quàm rei prohibi-
tam eſſe appellationem, & ne Legatus prædictus eam
admitteret, hanc epiſtolam à me viſam, & lectam ei
ſcripſit,quæ fuit ſubſcripta ab Eminentiſſimo, & Re-
uerendiſſ.Cardinali Pamphilio,nunc propter eius egre-
gia merita in Summum Pontificem electo, & vocato
Innocentio X.quem Deus diu incolumem ſeruet.

Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Signor mio Oſſeruandiſſimo.

*Il Veſcouo di Reggio auiſa d'hauere in eſſecutione dell'ordine di queſta S. Congregatione ſpedita per giuſtitia la cauſa del Cap. Franceſco Tagliati, & compagni, con dichiarare, che debbano godere l'immunita Eccleſiaſtica, & reſtituirſi alla Chieſa, di doue furono eſtratti. E perche ſuppone il medeſimo Veſcouo che dalla parte ſi pretenda impedirſi dicta reſtitutione ſotto preteſto di appellatione, la quale non è amiſſibile per la Conſtitutione di Gregorio XIV. ſal. mem. & conforme i decreti di queſta S. Congr. perciò ſe ne dà parte à V. Eminenza acciò con la ſua Pietà ſi compiaccia di dare ordine conforme, a ſuoi miniſtri, mentre le bacio humilmente le mani. Roma 20. Settembre 1639.*

Di V. Emin. Reuerendiſſ.

Humiliſſ. & affettionatiſſ. Seruitore.

IL CARD. PAMPHILIO.

FRANCESCO PAOLVCCI, Secr. della S.C.

SIGNOR CARDINALE LEGATO DI BOLOGNA.

---

## CAPVT CLXIV.

### EPITOME.

Iudices laici turbantes iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſunt excommunicati, & in declaratione excommunicationis non requiritur trina monitio.

### SVMMARIVM.

1 *Citatio ad valuas Eccleſiæ afficit, & quando.*
2 *Contumax verus quis dicatur.*
3 *Contumaces permanentes in contumacia, non ſunt audiendi.*
4 *Contumaces non appellant.*
5 *Procurator non admittitur in cauſis criminalibus.*
6 *Nuncio creditur in ſua relatione.*
7 *Officiali creditur in pertinentibus ad eius officium.*
8 *Vicarius foraneus dicitur delegatus.*
9 *Vicarius forenſis dicitur Officialis Epiſcopi.*
10 *Officialis præſumitur rectè functus Officio ſuo.*
11 *Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui Iudicis ſæcularis.*
12 *Citatus non comparens habetur pro confeſſo.*
13 *Contumax habetur pro præſente.*
14 *Iudex laicus non debet tangere reum, donec diſputatur, an ſit ad Eccleſiaſticum remittendus.*
15 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, cuius ſit iuriſdictio.*
16 *Vicarius Epiſcopi poteſt mandare Prætori, ne reum relaxet.*
17 *Contumaciæ pœna quæ ſit.*
18 *Excommunicatio non fertur ſine perſonali citatione.*
19 *Citatus bis domi habetur pro perſonaliter citato.*
20 *Excommunicationis declaratio non requirit perſonalem citationem.*
21 *Vicarij Epiſcopi ſententia præſumitur iuſta.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NOn ſunt audiendi Prætor, & Notarius crimina-
lis Nouellariæ, qui fuerunt declarati excommu-
nicati propter vſurpatam, & impeditam iuriſdictionem
Eccleſiæ, vt in Bulla publicari ſolita in Cœna Domi-
ni, *cap.* 16. 17. dum dimiſerunt Paulum Altmanum fu-
rem ſacrilegum nomine Curiæ Epiſcopalis Regij arre-
ſtatum, quia verè ſunt contumaces; licèt enim fuerint
perſonaliter citati, propter eorum potentiam, cùm in
loco exerceant iuriſdictionem, & nullus eis voluerit
tradere chartam citationis, ſatis fuit eos citare ad valuas
Eccleſiæ Inſignis Collegiatæ Nouellariæ ſitæ in pla- 1
tea, ibi dimiſsâ copiâ, & veriſimiliter ad eorum noti-
tiam peruenire, iuxta formam Clementinæ *cauſam*, §.
*verùm, de elect.* vbi DD. & vidi ſemper practicari. Nec re-
fert, quod verus contumax non dicatur, niſi qui fuerit
perſonaliter citatus, quia id procedit quando facilè po-
teſt citari, & veriſimiliter citatio non peruenit ad eius
notitiam, quod caſui noſtro non accommodatur, verſa-
mur enim in caſu, vbi citatio publica facta fuit in exi-
guo Caſtro, in quo huiuſmodi facta ad notitiam om-
nium deuenire ſolent, & eò magis dicti Prætor, & No-
tarius cenſendi ſunt veri contumaces, quia citatio fuit
iterata; primò enim fuerunt ſimpliciter citati dimiſſa
copia ad valuas Eccceſiæ, deinde cùm non comparerent,
iterum ſolemniter cum aſſignatione terminorum, &
canonica monitione fuerunt vocati, dimiſſa etiam co-
pia ad valuas dictæ Eccleſiæ. Nam verus contumax di- 2
citur qui perſonaliter citatus dicit ſe nolle venire, vel
qui ſecundò citatus non cõparuit. Seraph. *dec.* 972. *n.* 1.

Et ideò donec prædictus Prætor, & Notarius perma-
nent in contumacia, non ſunt audiendi, *l.* 4. §. *neceſſita-*
*te, Cod. de bon. quæ lib.* & non poſſunt appellare, *l.* 1. *C.* 3
*quorum appell. non recip.* Theſaur. *deciſ.* 265. *n.* 3. Anto-
nin. *var. reſ. lib.* 1. *reſol.* 71. *num.* 12. etiam quoad effectum
ſuſpenſiuum, Sperel. *deciſ.* 48. *num.* 46. & hoc fuit ex-
preſſum in Decreto Sacræ Cong. Epiſcoporum *ſub die*
16. *Octoris* 1600. *in fine*, de quo apud Ricc. *in prax. fori*
*Eccl. p.* 1. *ſub tit. de appell. reſol.* 404. *in fin.* Et prædictus 4
Prætor, & Notarius dicuntur perſeuerare in contuma-
cia, donec ſunt inobedientes, vel ſe perſonaliter non
præſentant, provt fuerunt citati ad perſonaliter com- 5
parendum, quia in cauſis criminalibus non admittitur
Procurator, Anchar. *conſ.* 272. *in princ.* Clar. *in* §. *fin. q.*
32. *n.* 2. alioquin contumax eſſet melioris conditionis,
quàm qui ab initio, comparuit. Tuſch. *pract. concl. littera*
*P, concl.* 818. *num.* 15.

Nec dubitandum, quin prædictus Paulus Altmanus
pro furto commiſſo in Eccleſia in domo Canonicali
S. Thomæ fuerit arreſtatus de mandato Iudicis Eccle-
ſiaſtici nomine Eccleſiæ, quia ſic retulit Vicarius fora-
neus Nouellariæ, vt habetur in ſua relatione, & latiùs
in ſua depoſitione; ſi enim creditur ſimplici Nuntio in
pertinentibus ad eius officiũ, & quod fecerit executio-
nem, vt per textum *in c. cõparati*, vbi DD. *de appell.* Clar. 6
*in* §. *fi. q.* 7. *verſ. habes igitur*, vbi de cõmuni, multò magis
præſtanda eſt fides dicto Vicario, qui eſt Sacerdos, Ca-
nonicus, Protonotarius & Vicarius foraneus; fides enim
adhibetur Officiali atteſtanti de his, quæ pertinent ad
eius officiũ, vt latè per Farin. *dec. nouiſſ.* 525. *num.* 5. *p.* 2. 7

Etenim cùm haberet in mandatis à Vicario Gene-
rali Regij de faciendo arreſtari dictum Paulum, dum
id adimpleuit, ſuo officio functus eſſe cenſendus
eſt, quia Vicarius foraneus dicitur delegatus ad cer-
tum genus cauſarum, & ad ea, quæ ſibi imponun- 8
tur, vt per Sbroz. *de off. Vic. lib.* 1. *quæſt.* 21. & 22. &
iure meritò ipſe quoque dicitur officialis Epiſcopi, vt
per Gratian. *diſcept.* 225. *num.* 48. & 51. & Barboſ. *de* 9
*off. Epiſcopi alleg.* 54. *n.* 25. *p.* 2. & ideò præſumitur pro
officiali, vt rectè fungatur officio ſuo. Gratian. *diſcep.* 10
548.



548. *n.* 34. 35. vbi dicit, quod per publicum officium in-
ducitur præſumptio bonæ fidei.

Prætori autem aſſerenti ſe priùs mandaſſe Baroncel-
lo arreſtum contra dictum Paulum antequam Vicarius
foraneus eius capturam mandaſſet, omninò creden-
dum non eſt, eius enim aſſertio improbabilis, & inue-
riſimilis redditur primò, quia dum Vicarius commiſit
Baroncello arreſtum prædictum, ipſe acceptauit man-
datum, nec allegauit ſe habere aliud præceptum, neque
vllam excuſationem attulit, ſed tantùm dixit, ſe non
habere notam perſonam dicti Pauli, & ideò Vicarius
deſcripſit ei qualitates, ex quibus eũ dignoſceret, & do-
cuit de loco, vbi eum inuenire poſſet, ſequuta verò car-
ceratione Baroncellus poſuit Paulum in illo carcere,
vbi mandatum ei fuerat à dicto Vicario; & ſi Baroncel-
lus nunc fortè ſubornatus à dicto Prætore deponeret
aliter, non eſt ei credendum, quia eſt illius miniſter, &
in eius poteſtate, & nos non tenemur ſtare proceſſui
11 Iudicis ſæcularis, præſertim eius, qui ſe partem facit, *cap.*
*at ſi Clerici*, vbi Canoniſtæ communiter, præſertim Fe-
lin. *n.* 4. *extr. de iudiciis, l. fin. C. ſi à non compet. Iud.* Spe-
rell. *dec.* 18. *n.* 9. Guaz. *defenſ.* 1. *c.* 5. *n.* 1. & *c.* 31. *n.* 7. *verſ. nec*
*Epiſcopus.*

Secundò ſi verum eſſet, quod aſſerit Prætor in ſuo li-
bello appellationis, quod ſcilicet dictus Paulus haberet
ſaluumconductum ab Excellentiſſ. D. Com. Nouella-
riæ, inueriſimile omninò redditur, quod ipſe manda-
uerit eum arreſtari; feciſſet enim tum contra publicã fi-
dem, tum contra Domini voluntatem, cuius ignorantiã
non debet prætẽdere, huiuſmodi enim ſaluiconductus
ſolent, & debẽt regiſtrari, ne magiſtratus ſint inſcij, &
contraueniant mãdatis Domini. Neq; dicat ſe eum fe-
ciſſe carcerari ob alias cauſas poſt ſaluumconductũ ex-
ortas, quia hoc eſt figmentũ, & ſubterfugium, quod ap-
paret, quia dimiſit dictum Paulum poſt paucos dies im-
punitum, & ſine aliqua moleſtia. Longè verò probabi-
lius eſt, quod eum dimiſerit in fraudem, & ſub titulo
ſaluiconductus, vt ipſe, & præfatus Dominus Comes
rem gratam facerent Excellentiſſ. D. Duci Guaſtallæ
dictum Paulum officiosè commendanti, vt in depoſi-
tione dicti Vicarij foranei.

Tertiò improbabilis redditur aſſertio Prætoris, &
veriſimilis relatio Vicarij, quia in hoc negotio Curia
Eccleſiaſtica ſemper concorditer proceſſerat cum Curia
ſeculari Nouellariæ; cùm enim Curia Eccleſiaſtica nul-
la haberet indicia contra dictum Paulum de furto præ-
dicto, ea tradita fuerunt per Curiam ſecularem Nouel-
lariæ, vt ex actis apparet: & Excellentiſſ. D. Comes be-
nignè ſemper obtulerat brachium ſuum pro carceran-
do dicto Paulo nomine Eccleſiæ, vnde veriſimile eſt,
quod fuerit carceratus de mandato Vicarij ex cauſa di-
cti furti; non verò de mandato Prætoris, qui nullam
poteſt oſtendere legitimam cauſam, vel coniecturam, vt
apparet ex eo, quod, vt diximus, impunè eum dimiſit, &
ex ſaluoconductu, de quo Prætor fatetur.

Quartò veriſimilitudo relationis dicti Vicarij ex eo
cognoſcitur, quia dictus Paulus aliàs antequàm nomi-
ne Curiæ Eccleſiaſticæ caperetur, cùm eſſet in fortiis,
& carceribus fori ſæcularis Nouellariæ, & delictum
prædictum furti confeſſus eſſet, licet cauſa eſſet mixti
fori, nihilominùs quæcumque fuerit cauſa, impunè tũc
dimiſſus fuit: ſed forum ſæculare ſolùm tradidit Cu-
riæ Eccleſiaſticæ dictam confeſſionem delicti, vnde ap-
paret, quod noluit procedere in hac cauſa contra dictũ
Paulum. Veriſimilius igitur eſt, quod quãdo Paulus po-
ſtea denuò fuit captus, id factum fuerit mãdato Vicarij
potiùs quàm Curiæ ſæcularis, apud quam aliàs fuerat
carceratus, & poſtea dimiſſus, ſtante præſertim ſaluo-
conductu illi conceſſo. Cauſæ verò carcerationis no-
mine Curiæ ſæcularis poſtea exortæ, ſi vllæ prætẽ-
dantur, ſunt merum ſubterfugium, vt ſuprà diximus.

Quintò veriſimilis eſt relatio Vicarij foranei, quia ſi
Prætor, & Notarius criminalis iuſtè prætendebant Pau-
lum prædictum eſſe carceratum ſuo nomine; id deduce-
re, & probare debebant in actis Eccleſiæ, quando ſe-
mel, & bis fuerunt citati ad allegandum quare, &c. &
ad alia, de quibus in monitorio; & propterea cùm non 12
comparuerint, habentur pro conuictis, & confeſſis, vt
per Marc. Anton. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 73. *n.* 6. Nam cita-
tus non contradicens cenſetur approbare, & conſenti-
re, vt poſt dictũ Ant. *lib.* 2. *reſ.* 30. *n.* 26. 27. tradit Poſth. 13
*de manut. obſer.* 97. *n.* 38. contumax enim habetur pro
præſente in ſui præiudicium, *c. veritatis, de dolo, & con-*
*tum. l. properantem,* §. *ſin autem, ff. de iudiciis.* Vnde nega-
re non poſſunt, quin prædictus Paulus fuerit carcera-
tus nomine Eccleſiæ, & pro ſeruitio fori Eccleſiaſtici.

Sed dato etiam, quod de prædicto aliquod dubium
eſſe poſſet, tamen dum Iudex Eccleſiaſticus cognoſce-
bat de tali controuerſia, Iudex ſæcularis ſuperſedere de-
bebat in examine, & nihil innouare, nec interim perſo- 14
na rei erat tangenda, donec viſum fuiſſet, an eſſet re-
mittendus, vt per Sebaſt Guaz. *de defenſ. reorum defenſ.* 1.
*c.* 3. *n.* 6. & *defenſ.* 20. *c.* 8. *ſub n.* 2. & ego latiùs dixi *contr.*
*forenſ.* 20. *n.* 45. vbi plurimos adduxi. Quando enim ori- 15
tur quæſtio iuriſdictionis inter Iudicẽ Eccleſiaſticum &
laicũ, ſemper Eccleſia debet cognoſcere cuius ſit iuriſ-
dictio, vt per Sperell. *dec.* 8. *n.* 23. & *dec.* 24. *n.* 59. & ego
latè *contr. for.* 28. *n.* 31. Cùm ergo Prætor prædictus, &
Notarius noluerint ſuperſedere, ſed impunè dimiſerint
prædictum Altmanum, id feciſſe videntur in contem-
ptum Eccleſiæ, & eius iuriſdictionis. Et multò magis
ſuperſedere debebant, quia etiamſi dictus Paulus fuiſſet
eorum nomine arreſtatus, nihilominus poterat Vica-
rius Generalis Epiſcopi mandare dicto Prætori, vt fa- 16
ceret retineri eum, qui erat in ſuis carceribus, ne rela-
xaret ſine eius licentia, vt poſt Bald. *conſ.* 91. *lib.* 5. dixit
Sbroz. *de off. Vic. lib.* 2. *q.* 190. *n.* 4. provt hîc factum eſt, vt
legitur in citatione: ergo indebitè, & iniuſtè, & cum
violatione iuriſdictionis Eccleſiaſticæ relaxauit dictum
Paulum.

Meritò igitur Prætor, & Notarius fuerunt excom-
municati, tanquam contumaces, ſeu potiùs declarati
excommunicati: tum quia vera pœna contumaciæ eſt
excommunicatio, gloſſa *in capit. de dolo, & cont. in* 6. Se- 17
raph. *deciſ.* 551. *n.* 4. tum quia clara ſunt verba Bullæ in
Cœna Domini contra tales impedientes, vel turbantes
iuriſdictionem Eccleſiaſticam.

Nec quicquam facit, quod non fuerint perſonaliter
citati, & excõmunicatio ferri non poſſit ſine perſonali 18
citatione. Felin. *in c. cùm ſit, n.* 13. *de ſent. excommunic.* &
requiratur etiam ſpatium ſaltem ſex dierum, quia

Primò reſpondetur, vt ſupra dictum eſt, ſatis fuiſſe
eos citare ad valuas Eccleſiæ, ſtante eorum potentia in
loco vbi exercent iuriſdictionem.

Secundò reſpondetur, ſatis fuiſſe iteratam citationem
ad eos excommunicandos, quia bis citatus, etiam do-
mi, ſi non comparet, habetur pro perſonaliter citato, &
poteſt excommunicari, vt in terminis dixit Genuenſ. *in* 19
*ſua prax. Archiep. cap.* 29. *num.* 12. *in fin.* facit Seraphin.
*d. deciſ.* 972. *num.* 12.

Tertiò reſpondetur, perſonalem citationem, quæ re-
quiritur in ferenda excommunicatione, non eſſe neceſ-
ſariam in declaratione excõmunicationis, quando quis
declaratur excommunicatus; ſed ſatis eſſe, quod fiat do-
mi, vel ad loca ſolita, & permiſſa, vt per Roman. *conſ.* 20
482. *n.* 5. *cum ſeqq.* & poſt Mandoſium *formula* 20. *com.*
*exec. verſ.* 6. *quæro*, Antonin. *lib.* 1. *reſ.* 71. *n.* 6. 7. vbi etiam
dicit, quod non requiritur trina monitio, & ſufficit ſim-
plex citatio, & dicit validam fuiſſe ſententiam Vicarij
Generalis Papiæ, qui in citatione ſignauerat tantum ter-
minum 24. horarum, & faciunt tradita per Sperell. *dec.*
49. *n.* 54. & *ſeqq.* vbi paucarum horarum monitio fue-
rat aſſignata, vbi etiam alia multa dicit ad propoſitum.

Cum ergo dicti Prætor, & Notarius fuerint bis citati

cum aſſignatione terminorum ſex dierum, nec compa-
ruerint, iuſtè & validè fuerunt declarati excommunica-
ti, & ſententia Vicarij Generalis eos excommunicatos
declarans, eſt iuſta, & valida, provt etiam in dubio præ-
ſumenda eſt. Anton. *dict. reſol.* 71. *n.* 4. & *lib.* 3. *reſ.* 13. *n.* 1.
vbi alios allegat. Et ita, &c. Saluo, &c.

---

## CAPVT CLXV.

### EPITOME.

Iudex tam Eccleſiaſticus, quàm ſæcularis, an
poſſit procedere ex officio in furto, & aliis
delictis, ſiue publicis, ſiue priuatis.

### SVMMARIVM.

1 *Accuſatore non extante nemo poteſt condemnari.*
2 *Saluator abſoluit mulierem non exiſtente accuſatore.*
3 *Accuſare qui poſſint in delictis priuatis.*
4 *Iudex non poteſt procedere ex officio in delictis priuatis.*
5 *Furtum domeſticum non punitur ſine accuſatore.*
6 *Iudex poteſt procedere ex officio in cauſa furti, & aliis.*
7 *Officium Iudicis ex ſe procedit in omnibus delictis.*
8 *Furtum domeſticum quando poſſit ex officio puniri.*
9 *Accuſatore non eſt opus in furto magno licet domeſtico.*
10 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt ex officio procedere in quocumque crimine.*
11 *Adulterium non punitur ſine accuſatore.*
12 *Clericus ex officio non punitur, cognoſcens mulierem honeſtam.*
13 *Delictum nullum eſt priuatum de iure canonico.*
14 *Furti duplex actio, priuata, & publica.*
15 *Furtum graue domeſticum an puniatur, & quomodo.*
16 *Parentes malè faciunt accuſando filios de furto.*
17 *Iudex an poſſit criminaliter procedere pendente cauſa ciuili.*
18 *Cauſa criminalis an faciat ſilere ciuilem, & è contra.*
19 *Acta ciuilia an probent in eadem cauſa criminali.*
20 *Iudex, & fiſcus ſuccedunt loco accuſatoris.*
21 *Fiſcalis eſt tanquam accuſator.*
22 *Furtum domeſticum quodnam dicatur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DVm clericus N. ſe parabat anno 1636. ire ad Ro-
manam Curiam, ſalutans amicos, & conſangui-
neos diuertit etiam ad domum auiæ maternæ, & dicto
ei *Aue*, poſt verba vrbana, ſimulato regreſſu ſe abſcōdit
in cubiculo, vbi erat arca quædam cum pecuniis, &
mobilibus magni valoris, quibus furtiuè ablatis iter
ſuum proſequutus eſt. Auia verò pro eis recuperandis
adiuit Iudicem Eccleſiaſticum, & agendo ciuiliter ob-
tinuit ſententiam condemnatoriam; poſtea fiſcus ten-
tauit procedere criminaliter contra eum ad pœnam le-
galem, quæritur, an poſſit.

Et ſanè videbatur dicendum, quod fiſcus non ex-
tante accuſatore non poſſit moleſtare dictum Cleri-
1 cum, cùm non liceat iure Cæſarum, aut Pontificum
aliquem ſine accuſatore, aut querelante condemnare,
vt probatur *in l. reſcripto*, §. *ſi quis accuſatorem*, *ff. de
muner. & honor. capit. forus*, §. *iudicium*, *de verbor.
ſignif.* Bart. *in leg.* 2. §. *ſi publicè*, *num.* 2. *in fin. ff. ad l.
Iul. de adult.* Cæpol. *conſ.* 23. *numer.* 2. *in criminalibus*,
Gram. *deciſ.* 31. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 100. *num.* 259.
260. *& ſeqq.* Vnde Saluator noſter apud S. Ioannem
*cap.* 8. dixit: *Mulier, vbi ſunt, qui te accuſant? nemo te*
2 *condemnauit, nec ego te condemnabo*: ad rem Fari-
nac. *quæſt.* 1. *numero octauo*, *ad fin.*

Et hoc maximè procedit in delictis priuatis, quale
eſt furtum, & damnum datum, in quibus nemo ad- 3
mittitur ad accuſandum, niſi ille, cuius intereſt, &
damnum paſſus eſt, & ſic Iudex ex officio procedere 4
non poteſt, vt per Afflict. *in* §. *iniurias*, *in* 3. *not. n.* 6.
*de pace iuram. firm.* Iaſ. *in l. cùm ſeruus*, *num.* 4. *de condict.
cauſ. dat.* Gandin. *in pract. crim. rubr. de furt. & latron.
num.* 2. & *n.* 35. Boſſ. *in tit. de furt. n.* 59. Gomez. *c. dilecti*,
*n.* 9. quem ſequitur Iul. Clar. *lib.* 5. *ſent.* §. 1. *verſ. priuata*,
Bonifac. *in tract. de furt.* §. *poſſeſſionis*, *n.* 12. Farin. *in prax.
de furt. q.* 165. *n.* 9.

Idque multò magis videtur procedere in furto do-
meſtico, quale videtur eſſe iſtud factum auiæ paternæ, 5
quod non punitur; & ſi non eſt punibile, Iudex non
poteſt contra talem furem ex officio procedere, per
textum *in leg. reſpiciendum*, §. *furta domeſtica*, vbi DD.
*ff. de furt.* Alex. *conſil.* 135. *numer.* 2. *lib.* 1. Cæpol. *conſ.* 39.
*num.* 11. Bonifac. *in d. tract. de furt.* §. *animo lucri*, *n.* 157.
Farinac. *d. q.* 174. *num.* 95. Caball. *reſolut. crim.* 204.
*num.* 1. 2.

Veruntamen vera reſolutio eſt, quod non ſolùm de
conſuetudine generali, ſed etiam de iure in cauſis fur- 6
ti, & multò magis rapinæ, poſſit per inquiſitionem, &
ex officio Iudicis nemine etiam accuſante procedi pro
bono publico, & vt malis hominibus reſpublica pur-
gata remaneat: latè Farinac. *in prax. crim. q.* 1. *num.* 10.
vbi plurimos allegat, & in materia furti idem Farinac.
*d. tract. de furt. q.* 165. *num.* 10. *in fin.* vbi quod ex gene- 7
rali conſuetudine Iudex ex officio procedere poteſt. &
poſt Beluiſ. *in Pract. rubr. de furt. & latron. num.* 7. *&
ſeqq. vſque ad num.* 15. Farin. *q.* 174. *num.* 112. *verſ. quem
benè*: vbi loquens de furto domeſtico, inquit, quod 8
ſi illud non eſt neque magnum, neque paruum, quam-
uis non poſſit agi contra furem domeſticum iure actio-
nis, ſeu accuſationis, poteſt tamen iudicis officio cri-
minaliter puniri: ad rem etiam facit pulchrè Caball. 9
*reſol. crim.* 204. *num.* 7. & ſi furtum domeſticum ſit ma-
gnum, admittunt omnes, quod Iudex poteſt procedere
ex officio, nemine etiam accuſante, aut querelante:
Caball. *d. reſol.* 204. *n.* 7. *& ſeqq.* Farinac. *d. q.* 174. *n.* 112. *in
fin.* Si ergo iſto caſu licet in furto domeſtico ex officio
procedere, quātò magis id permiſſum erit in furto non
domeſtico, quod regulariter poteſt puniri, & maximè id,
de quo quæritur, quod non eſt leue, ſed magnū, & con-
ſiderabile, excedens ſummam ducatorum ducentum.

Sed quidquid ſit de iure ciuili, ſecus eſt de iure Ca-
nonico, quo attento omnia delicta ſunt publica, & om- 10
nibus permiſſum eſt accuſare, & Iudex Eccleſiaſticus
poteſt ſemper ex officio procedere, provt fit in crimi-
nalibus publicis: ſic probat textus *in c. fames*, vbi gloſ-
ſa *in verb. fures*, 6. *q.* 1. Bald. *in rub. C. qui accuſ. non poſſ.
n.* 10. Anan. *in c. ſtatuimus*, *ſub n.* 19. *de maledic.* de com-
muni Marian. Soc. *in c. qualiter*, *& quando*, *de accuſat.*
Clar. *in prax. lib.* 5. *ſent.* §. 1. *num.* 6. *verſ. hæc tamen omnia.*
And. Fachin. *contr. iur. lib.* 1. *c.* 34. latè Farinac. *in prax. de
inquiſit. q.* 1. *num.* 8. vbi alios adducit. Prax. Archiep.
Neapol. *c.* 35. *n.* 3. vbi teſtatur de communi, & quod ita 11
ſeruatur in Curia Archiepiſcopali, excepto tamen adul-
terio, in quo non proceditur ex officio abſque querela
viri, propter periculum mortis vxoris, ſi ſciretur adulte-
rium à viro, & propter infamiam viri, niſi tamen adul-
terium eſſet publicum, & notorium, & maritus eſſet per-
ſona vilis; & dicit etiam, quod Curia non procedit ex 12
officio cōtra Clericos cōmittentes quæuis peccata car-
nis cum mulieribus, quæ habentur pro honeſtis, ad re-
mouenda homicidia, quādo veriſimiliter à conſangui-
neis timentur. His ademptis in foro Eccleſiaſtico pro- 13
ceditur ex officio in omnibus delictis, quia iure Cano-
nico nullum delictum eſt priuatum, idque in furto non
debet etiam de iure ciuili abſurdum videri, quia in eo
duplex actio datur; vna pro intereſſe priuato, alia ad
pœnam



14 pœnam pro intereſſe publico, vt per Dec. *in conſ.*
520. *num.* 1. 2. Tuſch. *pract. concl. littera F*, *concl.* 559.
*n.* 4. & ideò pro intereſſe publico licitum erit Iudici
inquirere, & ex officio procedere.

Verùm hîc non videtur proceſſum ex mero officio,
quia cùm auia dicti Clerici rem ad forum deduxerit,
agendo quidem ciuiliter, id ſatis eſt, vt poſtea fiſcus
agere valeat criminaliter, quando furtum eſt graue,
15 vt poſt Aret. *in* §. *ſui autem*, *num.* 4. *Inſt. de hæred.
qualit. & diff.* Caball. *d. reſol.* 204. *num.* 9. 11. 12.
16 vbi reprehendit parentes, qui notificant officiali fur-
ta ipſis facta à filiis, quia poſſunt dicti filij à dicto
Officiali puniri, & caſtigari: ergo ſufficit, quod fur-
tum deferatur ad notitiam Iudicis, etiamſi id fiat per
actionem ciuilem, quia Iudex poterit ex officio crimi-
naliter procedere. Clar. *in prax.* §. *fin. q.* 2. *num.* 7. *ver-
ſic. fin. in fin.*

Non enim Iudex impediri poteſt, vel fiſcus, quin
procedatur, ſi velint, ex officio, & per inquiſitionem
17 criminaliter, etiam poſt intentatam ciuilem cauſam,
& actio ciuilis propoſita ab aliquo non facit ſuſpen-
dere actionem criminalem à fiſco poſtea promotam;
ad text. *in l.* 2. *C. quand. act. crim.* Purpurat. *in l. edita*,
*n.* 193. *& ſeqq. C. de edend.* Natt. *conſ.* 138. *n.* 12. *& ſeq.
lib.* 1. Boſſ. *in tit. de for. compet. num.* 123. Clar. *d. q.* 2.
*num.* 7. *in fin.* vbi Baiard. *n.* 17. Farin. *conſil.* 21. *num.* 1.
*in fin.* & ibi Addent. *littera B*, *verſ. & hîc*, *lib.* 1. Guaz-
zin. *de defenſ. reorum defenſ.* 1. *c.* 24. *num.* 7. Nam in hoc
18 cauſa criminalis non præiudicat ciuili, nec è contra,
ſed potiùs coadiuuat; ideò propter vnam non eſt ſu-
perſedendum in alia: Farin. *d. conſ.* 21. *n.* 2. Sed hoc
non eſt hîc ponendum in dubium, quia cauſa ciuilis eſt
terminata, & ſententia in ea lata fecit iudicatum, & ſic
19 poterit produci, & fidem facere etiam in criminali,
ſaltem ad faciendum indicium, & præſumptionem, vt
per Guazz. *de defenſ. reorum defenſ.* 32. *c.* 7. *num.* 2.

Non obſtant in contrarium adducta, & primò ſine
accuſatore reum non eſſe condemnandum, quia Me-
noch. *in d. conſ.* 100. *n.* 263. ſicut fecit tale motiuum, ſic
illud tollit, & reſpondet, quod Iudex inquirens ſuc-
20 cedit loco accuſatoris, per textum *in l. ea quidem*, *C. de
accuſat.* alioquin nunquam Iudex ex officio procedere
poſſet contra communes DD. traditiones, de quibus
ſupra: ad rem Baiard. *ad Clar. q.* 3. *n.* 6.

Non obſtat ſecundum de delictis priuatis, quia de
iure canonico furtum, & delicta omnia ſunt publica,
ſecundùm gloſſam *in d. c. infames*, 6. *q.* 1. & dictum eſt
ſuprà, propter quòd hodie titulus de priuatis delictis
non eſt in vſu, vt per Clar. *lib.* 5. *ſent.* §. 1. *num.* 6. *verſ.
& ex hoc*; etenim remedium inquiſitionis hodie fa-
21 ctum eſt ordinarium, quia in quocunque crimine fiſ-
cus efficitur accuſator, & Aduocati, & Syndici Fiſcales
aſſumunt partes accuſatoris. Iul. Clar. *in d.* §. *fin. q.* 3. *n.* 6.
Farin. *d. q.* 1. *num.* 10. Baiard. *ad Clar.* §. *fin. q.* 17. *n.* 4.

Non obſtat tertium de furto domeſtico, quia id, de
quo quærimus, non eſt tale, ſiquidem domeſticum
22 furtum dicitur, quod fit ab illis, qui ſimul cohabi-
tant, & poſſunt caſtigari ab eo, cui furtum faciunt:
ſic per *l. reſpiciendum*, §. *furta*, *ff. de pœn.* Soc. *conſ.* 17.
*col.* 1. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 135. *lib.* 1. Bonif. *de furt.* §. *animo
lucri*, *n.* 157. Farin. *q.* 174. *n.* 98. *in fin.* Caball. *d. caſ.* 204.
*num.* 1. & ſi eſſet domeſticum, adhuc ex officio Iudex
poſſet procedere, quia magnum eſt.

---

## CAPVT CLXVI.

### EPITOME.

Filij poſiti in conditione, quando cen-
ſeantur diſpoſitiuè vocati, & an pro-
hibita bonorum alienatione, prohibita
cenſeatur Trebellianica.

### SVMMARIVM.

1 *Filij poſiti in conditione an ſint vocati, ardua eſt quæſtio.*
2 *Poſiti in conditione ſi alicubi vocantur, cenſentur diſpoſitiuè vocati.*
3 *Filij in conditione poſiti quando vocentur ad portionem patrui, & patris.*
4 *In conditione poſiti cenſentur vocati ob reciprocam ſubſtitutionem.*
5 *Poſiti in conditione an cenſeantur vocati, attenditur, quod euenire potuerit.*
6 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati in vulgari, & fideicommiſſaria ſubſtitutione.*
7 *Poſiti in conditione filij, & filiæ cenſentur diſpoſitiuè vocati.*
8 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati factis multis gradibus ſubſtitutionum.*
9 *Filiorum appellatione in teſtamentis veniunt filiæ.*
10 *Filiorum appellatione veniunt filiæ in teſtamento mulieris.*
11 *Trebellianica an cenſeatur prohibita per vetitam bonorum alienationem.*
12 *Alienationis bonorum prohibitio perſonis non inducit prohibitionem Trebellianicæ.*
13 *Inuentarij omiſſio an faciat ceſſare beneficium falcidiæ, & Trebellianicæ.*
14 *Inuentarium ad conficiendum poſt lapſum temporis an detur reſtitutio.*
15 *Trebellianica habetur pro ære alieno.*
16 *Reſtitutio ad detur pro lucro amiſſo, ſicut pro damno.*
17 *Reſtitutionis beneficium ad inuentarium faciendum tranſmittitur ad hæredes.*
18 *Legata diminuuntur ad ratam, ſi hæreditas non eſt ſoluendo.*
19 *Legatum ad pias cauſas an diminuatur cum aliis, deficiente hæreditate.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DVm in præſenti cauſa quæritur, an Illuſtriſſimæ
DD. Artemiſia, & Margarita de Caloriis ſucce-
dant, & ſint vocatæ ex teſtamento olim D. Artemiſiæ
Moltiæ earum auiæ paternæ, in quo ipſa fecit hære-
des eius filios maſculos legitimos, & naturales, quos
omnes inuicem ſi ſine filiis maſculis, vel fœminis de-
ceſſerint, grauauit, & vulgariter, & per fideicommiſſum
vocauit ſuperſtites, vel earum filios maſculos, vel fœmi-
nas, & ſi nulli filij maſculi ex ipſa extiterint, vel omnes
deceſſerint ſine filiis maſculis, vel fœminis, tunc inſti-
tuit, & ſubſtituit omnes filias fœminas ex ipſa naſcitu-
ras, & poſtea fecit alios gradus ſubſtitutionum, & de-
ceſſit relicto eius hærede D. Ioanne Calorio eius vni-
co filio, ex quo non ſunt progeniti alij filij ſuperſtites,
quàm prædictæ DD. Artemiſia, & Margarita, vtique in-
cidimus in illam arduam quæſtionem, an filij poſiti in 1
conditione cenſeantur diſpoſitiuè vocati, quæ adeò ex-
torſit ingenia interpretum, vt varij varia dixerint, &
vix cognoſcatur, quænam ſit vera, & magis communis
opinio in practica recipienda, vt videre eſt adud Ruſtic.
*in tract. de liber. in condit. poſit. lib.* 1. *c.* 2. *per totum*, Me-
noch. *conſil.* 152. *n.* 13. Peregr. *conſ.* 52. *n.* 14. *lib.* 1. & *conſ.*
36. *n.* 18. *lib.* 3. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 2. latiſ-
ſimè Fuſar. *de ſubſt. q.* 437. *n.* 2. 3. 4. vbi refert opiniones.
Cyr. *contr.* 365. *n.* 9. 10.

Verùm ex multis cōiecturis, quæ in hac materia maxi-
mè attenduntur, & in caſu noſtro apprimè accōmodan-
tur ad fauorē dictarū DD. Artemiſiæ, & Margaritæ, fa-
cilè

cilè hanc controuerſiam euitare poſſumus, imò ex cla-
ris verbis teſtatricis tollitur hoc dubium,quia illa non
2 poſuit filios ſui hæredis ſolùm , & ſimpliciter in con-
ditione,ſed eos expreſsè vocauit,dum dixit : *Et vocauit
vulgariter,& per fideicommiſſum ſuperſtites,vel eorum fi-
lios maſculos,vel fœminas:* ſi enim vno ex hæredibus de-
ficiente vocatur non ſolùm ſuperſtes, ſed etiam eius fi-
lij,neceſſe eſt,vt poſiti in conditione ſuccedant in por-
tione patrui,& ideò multò fortiùs vocantur ad portio-
3 nem proprij parentis:latè Menoch.conſil.481.n.2.verſ.
tertiò comprobatur , vbi hanc dicit eſſe potentiſſimam
coniecturam.Honded.conſil.65.n.33.lib.1. Decian. con-
ſil.44.n.24.lib.3.Peregr.conſ.54.num.1. verſ.tertia, lib.4.
Ruſtic.in d.tract.de liber.in cond.poſ. lib.5. c.3. Intrigl.
de ſubſtit.quæſt.26.n.121.cent.3.Menoch. præſ.76. n.57.
lib.4.Farinac.deciſ.236.n.1.p.1.Fuſar. de ſubſt. d. q.437.
num.84.ad rem quoque videtur facere Cyriac.contr.96.
num.62.& contr.352.n.8.

Veruntamen in caſu noſtro aliæ quoq; poſſunt con-
ſiderari coniecturæ ſufficientes ad idem ſuſtinendum ;
nam quando teſtatrix , provt euenit in caſu noſtro,fe-
cit ſubſtitutionem reciprocam inter inſtitutos , & eos
inuicè ſubſtituit ; & ſi alter deceſſerit ſine filiis, ſuper-
viuentes ſubſtituit,tunc ratione talis reciprocæ ſubſti-
4 tutionis filij poſiti in conditione cenſentur diſpoſiti-
uè vocati. Honded. conſ.54. num. 42. lib.2. Menoch.
conſ.135. ſub num.6. Decian. conſ.28. num.21. lib.2.
Menoch. præſ.76. num.52. Ruſtic. d. tract.lib.5.c.1.n.1.
Intrigl.de ſubſt.q.26.n.112.cent.3.Fuſar.d.q.437.n.87.&
5 ſi fortè non euenerit,quod teſtatrix habuerit plures fi-
lios , nihil intereſt , quia in hac materia non attendi-
tur , quod euenit , ſed quod euenire potuit. Giouagn.
conſ.79.n.22.lib.1.

Et ſanè cùm in caſu noſtro filij fuerint poſiti in
conditione per ſubſtitutionem non ſolùm fideicom-
miſſarium, ſed etiam vulgarem , vt expreſsè legitur in
dicto teſtamento , ibi : *vulgariter , & per fideicommiſ-
ſum*, ſequitur , quod fuerint etiam diſpoſitiuè vocati
non ſolùm reſpectu vulgaris , ſed etiam fideicommiſſa-
6 riæ , vt vniformis ſit diſpoſitio : ſic pulchrè probat
Honded.d.conſ.54. num.43.44.45.46. lib.2. Soc. Iun.
conſ.174. num.24. & conſil.141. numer.16.17.18. lib.2.
Rim.Iun. conſ.21. num.48. Menoch. conſ.393.num.31.
& conſ.1017.n.4.& d.præſ.76.n.85.lib.4.Intrigl.d.q.26.
n.161.Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.11.tit.3.ſub num.17.
Cyriac.d.contr.96.num.73.lib.1. & contron.352.num.5.6.
7.lib.2.

Alia etiam coniectura poteſt conſiderari,quia teſta-
trix poſuit in conditione filios,& filias,& tamen atten-
to ſtatuto fœminarum excluſiuo propter exiſtentiam
maſculorum, ipſæ fœminæ ab inteſtato non ſuccede-
7 rent dicto eorum patri : at quotieſcunque in conditio-
ne ponuntur aliquæ perſonæ, quæ ab inteſtato ſucce-
dere non potuiſſent , tunc concludunt omnes , quod
cenſeantur omnes diſpoſitiuè vocati,non autem reſer-
uatum ſolummodo ius legitimæ ſucceſſionis, quo ſine
teſtamento ſuccedere non poſſent,ita poſt multos tra-
dit Ruſtic.in dict. tractat. de liber. in cond. poſit. lib.3.
c.4. Decian. conſ. 103. num.19. lib.2. Menoch. conſ.
394.n.72.Peregr.conſ.41.n.5.lib.3.Intrigl.d.q.26.n.108.
Farin. deciſ.133.num.4. lib.1.Fuſar. dec.437. n.67. vbi
multos congerit.Grat.diſc.747.ſub n.4.Cyr.d.contr.96.
n.72.lib.1.

Quod ſatis confirmatur , quia hìc teſtatrix fecit po-
ſtea multos gradus ſubſtitutionum,ex quo arguunt in-
8 terpretes,poſitos in conditione fuiſſe diſpoſitione vo-
catos,vt poſt multos dixit ad rem Cyriac.dict.contr.96.
n.66.lib.1.Giouagn.conſ.82.n.78.110.lib.1.ergo non eſt
dubium , quin hoc loci DD. Artemiſia , & Margarita
fuerint diſpoſitiuè per fideicommiſſum vocatæ.

Igitur quoad ſecundum punctum circa teſtamentum
D.Eugeniæ Scanaroliæ,quæ inſtituit hæredem D.Ioan-
nem Calorium ex filio nepotem , & ei quandocunque
decedenti ſubſtituit eius filios legitimos, & naturales ,
&c.non videtur dubitandum, quin prædictæ DD. Ar-
temiſia , & Margarita dicti D. Ioan. filiæ comprehen-
dantur in dicta ſubſtitutione,quia appellatione filiorũ,
maximè in teſtamentis veniunt etiam fœminæ , & fa- 9
ciunt deficere conditionem,*ſi ſine filiis hæres deceſſerit :*
ſic probat textus in l.ſi ita ſcriptum,ff.de leg.2. l. ſi quis
ita,ff.de teſtam.tutel.l.1.C.de condit.inſert.Honded. con-
ſil.57.per totum,& conſ.65.n.46.lib.1.Surd.conſ.156.n.3.
lib.2.Menoch.565.n.8.& conſ.724.n.30. Peregr.cõſ.36.
num.17.lib.1.latè Fuſar.de ſubſt.q.401.num.1.2.3.& ſeq.
Giouagn. conſ.97.n.4. lib.1. Cyriac. d.contr.548.n.55.
lib.3. quod ſine dubio videtur habere locum in teſta-
mento mulieris,quæ filios poſuit in conditione , vel
ſubſtituit hæredi eius filios , quia & fœminæ compre-
henduntur, & excludunt ſubſtitutum,quia mulier non 10
cenſetur ſuum ſexum abhorruiſſe.Socin.in l.Gallus , §.
nunc,col.fin.lim.2.de liber. & poſthum. & in l.cùm auus ,
n.83.de cond.& demonſtr.Zanch.in l.hæredes mei,§.cùm
ita,n.774.ff.ad Trebell.Dec.conſ.570.n.11.Gab. conſ.67.
n.15.lib.1.Menoch.præſ.85.n.4.lib.4.Peregr.de fideicom.
art.25.n.18.Fuſar.d.q.402.n.31.quod ſine dubio proce-
dit non concurrente maſculo.

Cùm ergo de fideicommiſſo non ſit dubitandum ,
quæritur an prohibita ſit Trebellianicæ detractio,ſtan-
te quod dicta teſtatrix ſatis amplè prohibuit alienatio-
nem bonorum, & non ſumus in filiis primi gradus :
& dubium facit,quia id fieri poſſe,& factum cenſeri ſi 11
realiter prohibeatur bonorum alienatio , traditur per
Mangil.de imput.& detract.q.115.n.32.33.Nihilominus
in caſu noſtro pro veritate cenſeo non fuiſſe prohibi-
tam Trebellianicæ detractionem , quia teſtatrix non
ſimpliciter,& abſolutè vetauit bona ſua alienari , ſed
tantùm id prohibuit ſuo hæredi inſtituto , non autem
ſucceſſoribus,vt in verbis teſtamenti, vbi id vetans di-
rexit ſermonem ad hæredem inſtitutum,ideò cùm pro-
hibitio alienationis fuerit perſonalis , & reſtricta ad
hæredem,non operatur prohibitionem Trebellianicæ: 12
ſic videntur docere , & diſtinguere Cuman. conſ. 164.
n.2.Alex.conſil.67.num.2.lib.1.Nonius conſil.44. num.6.
Decian.480.num.14.Ruin. conſil.149.num.5.lib.3. Soc.
Iun.conſil.170. num.41.lib.2. Rol. conſil.9. num.14.18.
lib.4.Gabr.conſil.87.num.4. lib.2. Mangil. de imput.
quæſt.115. num.36. vbi ſic limitat præcedentem con-
cluſionem , & ſic etiam hanc rem videtur intelligere
Gratian.diſc.889.n.15.16.vbi ad hoc vt prohibitio alie-
nationis inducat prohibitionem Trebellianæ,requirit,
quod reſpiciat non ſolùm hæredem inſtitutum , ſed
etiam ſubſtitutos, & ſucceſſores ; quod hìc non eſt fa-
ctum : ergo , &c.

Nec obſtat , quod non fuerit confectum inuenta-
rium hæreditatis , quia licèt propter hoc hæres perdat
falcidiam, non tamen amittit beneficium Trebelliani- 13
cæ , quæ in hoc differt à Falcidia , & ſic poterit gra-
uatus quartam Trebellianicam deducere. Iaſ. conſil. 84.
num.4.lib.1.Rol. conſil.26. num.26. lib.3. latiſſimè De-
cian.conſil.vlt.lib.2.Rol.in tract.de inuent.p.5.in §. quia
in præcedenti,& Phanuc.eod.tract.p.7.n.25. latè Peregr.
de fideicomm.art.3.n.74.75.76.& ſeqq.latiſſimè Mangil.
de imput.& detract.q.130.n.1.8.9.10.& ſeq.vbi refert in-
finitos DD. & reſpondet contrariis : oportet tamen,
quod aliquo modo appareat de bonis in hæreditate
exiſtentibus.

Sed quatenus hæres velit adhuc cõficere inuentariũ,
id poteſt exequi , quia propter minorem ætatem habet
beneficium reſtitutionis in integrum aduerſùs omiſ-
ſum inuentarium,docto de læſione , vel quod ſpoliata 14
ſit hæreditas,vt latè per Rol.in tract.de inuent.q.5.n.2.
vbi multos allegat.& Odd.de reſtit.in integr.q.89.art.7.
n.51.58.59.hìc autem ſatis conſtat hæredem minorem
fuiſſe læſum ob omiſſionem inuentarij , ſi perdat
Tre



Trebellianicam,quæ ei omnino debetur , quia Trebel-
15 lianica habetur pro ære alieno , & in primis eſt dedu-
cenda,vt per Gratian.diſc.888.n.5.& verum eſt , quod
16 minor reſtituitur in integrum non ſolùm pro damno
incurſo,ſed etiam pro lucro amiſſo,per textum in l.ait
Prætor , § fin.ff.de minor.& habetur latè per Odd.de re-
ſtit.in integr.p.1.q.4.art.8.n.52.53.& ſeqq.

Et quamuis hæres prædictus deceſſerit nondum in-
uentario confecto , tamen tranſmiſit ad ſuos hæredes
17 beneficium reſtitutionis in integrum , vt probatur ex
l.minor autem,§.non ſolùm,ff.de minor.l.non ſolùm,de re-
ſtit.in integr. l. cùm miles , ff.ex quibus cauſ. maior.l.ex
perſona, C. de tempor. in integr. reſtitut. latè Nicolaus
Noal.tract.de tranſmiſſ. caſ.43. numero 1.2.3.4. & ſeqq.
& ſic cùm dictæ DD.Margarita,& Artemiſia eius hæ-
redes habeant tale beneficium,illud conſeruare poſſunt
durante illarum minori ætate.

Ad tertium quæſitum , quando hæreditas non eſt
ſoluendo , & legata abſorbent totam ſubſtantiam ,
adeò vt omnibus integrè ſatisfieri non poſſit, an lega-
ta ipſa debeant pro rata diminui , an potiùs debeat
priùs ſatisfieri nominatis priùs ? Pro veritate reſpon-
deo , quod ſi loquimur de legatis quantitatis, vt in ca-
ſu noſtro, & hæreditas non ſit ſoluendo, omnia lega-
18 ta eſſe reducenda pro rata ad iuſtum modum , vt vnuſ-
quiſque ſentiat damnum iuxta modum ſuæ portionis,
non attento , quod quis fuerit priùs, vel poſtea nomi-
natus : ſic probat benè textus in l. ſi quis teſtamento ,
§.apud Iulianum, ff. de legat.primo , vbi poſt Bart. Iaſ.
19 num.2.3.4. vbi docet idem procedere in legato ad pias
cauſas, vt pro rata diminuatur: ſic etiam ſentit Peregr.
de fideicomm.art.4.num.66.Tuſch.pract. concluſ. littera
L,concl.55.num.1.6.7. & propterea in caſu noſtro cal-
culandus erit valor hæreditatis, & ſumma legatorum,
& quatenus legata excedant vires hæreditarias , fiet
contributio,& defalcatio ad ratam , adeò vt vnuſquiſ-
que legatarius ſentiat damnum diminutionis pro por-
tione ſua : & ita,&c.ſaluo,&c.

---

## CAPVT CLXVII.

### EPITOME.

Legatum dotis , ſeu perſoluendum tempore nuptiarum , an ſit conditionale , & an tranſmittatur ad hæredes.

### SVMMARIVM.

1 *Dotis legatum eſt conditionale.*
2 *Conditionale legatum non tranſmittitur ad hæredes.*
3 *Legitima non poteſt grauari.*
4 *Dos non eſt ſine matrimonio , & quomodo id intelligatur.*
5 *Dos deſtinata dicitur patrimonium puellæ.*
6 *Legatum non fit conditionale , ſi tempus non adiicitur ſubſtantiæ legati.*
7 *Tempus quando cenſeatur adiectum ſubſtantiæ legati, vel executioni.*
8 *Conditionale an ſit legatum quantitatis ſoluendum , quando nupſerit.*
9 *Legatum pro dote quando tranſmittatur ad hæredes.*
10 *Legatum cum tempore an præſumatur conditionale.*
11 *Statutum Carpi de dotibus declaratur.*
12 *Teſtari an poſſit filia de dote deſtinata.*
13 *Statutum ab inteſtato loquens ceſſat facto teſtamento.*
14 *Statutum excludit fœminas , ſi pater velit.*
15 *Pater vocans filias recedit à Statuto.*
16 *Statutum quod filia ſit contenta dote ſibi relicta, quomodo intelligatur.*
17 *Legatum dotis ſtante ſtatuto an tranſmittatur ad hæredes.*
18 *Legatum dotis quando cenſeatur ſubrogatum loco legitimæ.*
19 *Dotis legatum titulo inſtitutionis relictum tranſit ad hæredes.*
20 *Clauſula*, omni meliori modo, *quid operetur in legato dotis.*
21 *Dos purè cenſetur relicta , non facta alimentorum mentione.*
22 *Dos purè legata cenſetur, vbi eſt conſuetudo dotem deſtinatam dici dotem.*
23 *Dos relicta per verbum præteriti temporis cenſetur pura.*
24 *Modus non impedit tranſmiſſionem.*
25 *Tranſmiſſibile , & purum in dubio cenſetur legatum dotis.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1585.ſub die 6.Octobris Perill.D.Marcus
Antonius de Gauardis Carpenſis ſuum concidit
vltimum teſtamentum, in quo eius filios maſculos fe-
cit hæredes , & vxorem vſufructuariam omnium eius
bonorum.Iure autem inſtitutionis,& omni alio , quo
potuit meliori modo,reliquit D. Hortenſiæ eius filiæ
ſcutos 500.auri,& ſimiliter omnibus aliis filiabus ſuis
naſcituris alios ſcutos 500.auri eiſdem , & cuilibet ea-
rum,ſeu earum futuris maritis dandos , quando nupſe-
rint in terminis,& illis conditionibus,quibus eius hæ-
redes conuenient cum illarum maritis.

Poſt hæc defuncta D. Hortenſia dictus D. teſtator
adhuc viuens ex eius legitima vxore aliam ſuſcepit fi-
liam nomine Calphurniam,& diem clauſit extremum,
& agnita eius hæreditate per illius filios maſculos vnà
cum vſufructuaria prædicta,quæ præceſſit, factũ eſt, vt
dicta D.Calphurnia nunquam viro nupſerit,& in ſtatu
nubili deceſſerit,condito teſtamento , in quo vnum ex
fratribus ſuis,ſeu nepotibus fecit hæredem cæteris ex-
cluſis,vnde quæritur an de dicta dote teſtari poſſit.

Et ſanè videbatur reſpondendum negatiuè, quia le-
gatum dotis dicitur conditionale, cùm pendeat à futu- 1
ro euentu nuptiarum, l.Titio centum,§.Titio, ff. de con-
dit.& demonſt.l.plerumque,§.ſi ante nuptias , ff. de iur.
dot. Sed legatum conditionale non tranſmittitur ad 2
hæredes ſi deficiat legatarius ante purificatam condi-
tionem,vt in d.l.§.Titio,& in lege vnica,paragrapho ſin
autem aliquid,Cod.de cad.toll.ergo.

Nihilominus cenſeo prædictam D.Calphurniã po-
tuiſſe de prædicto legato liberè diſponere, quia purum
ſit,& non conditionale,& ſuccedat loco legitimæ, cui
onus temporis,& alterius generis imponi non poteſt , 3
ad textum in l.quoniã in prioribus,C.de inof.teſtam. licèt 4
enim dos ſine matrimonio eſſe non poſſit, l.3.ff.de iur.
dot.tamen hoc intelligitur quoad propriam formam
dotis,quæ habet multa priuilegia, non quoad effectum
tranſmiſſionis,quia hoc reſpectu, dos dici poteſt etiam
ante matrimonium(cùm ſatis ſit eſſe deſtinatam)& ſuſ- 5
cipit naturam legitimæ,in cuius locum ſubrogatur, &
accipitur pro proprio patrimonio ipſius puellæ,ſecun-
dùm communem vſum loquendi , ita poſt Ceph. con-
ſil.56.n.20.pulchrè Mantic.de coniect.vltim.vol. lib.11.
tit.23.n.42. ad rem Laderch.conſ.25.n.4.

Hìc autẽ legatum prædictum non poteſt dici condi-
tionale,tum quia nomen dotis ei non tribuitur à teſta-
tore,ſed eſt legatum certæ quantitatis, & ſtat abſolutè:
& licèt dicat teſtator illud perſoluendum, quãdo puel-
la nupſerit,hoc potiùs facit modum,quàm conditionẽ;
& nihilominus,quia tempus,ſeu conditio non adiici-
tur ſubſtantiæ legati , ſed eius executioni,& præſtatio-
ni, quia ſimpliciter teſtator reliquit ſcuta 500. quos ta-
men voluit ſolui tempore nuptiarum , ſequitur quod
legatum

legatum ſit purum,& ad hæredes tranſmiſſibile, non autem conditionale, quia talia verba denotant potiùs admonitionem,quàm conditionem: ſic tradunt, & diſtinguunt per textum *in l.muto,§.hanc autem*, *ff.de tutell.*& meliùs *in l.ex his verbis*, *Cod. quando dies leg.ced.* gloſſa,Bart.& DD. *in l.ſi cui legetur*,§.1 *ff.de leg. primo*, idem Bart.*in d.l.Titio centum*,§. *Titio genero*, *ſub n.4. verſ.& ſic magis*,*ff.de cond.& demonſtr.*Bald. *conſil.*286. *n.4.lib.*3.Caſtr.*conſil.*125.*verſ.tum quia*,*ſub numero ſecundo*,*libro primo*. Anch. *conſ.*407.*in princ.*Capr.*conſil.*118.*ſub n.*8.*lib.*1.Crau.*conſil.*101.*ſub numero primo*, Menoch.*conſil.*60.*n.*38.*&* 50. & *conſil.*251. *numero* 53. & *de præſ.lib.*4.*præſ.*4.*ſub num.*32.Nicol.Noal. *de tranſm. caſ.*17.*num.*54.Mantic.*de coniect.vltim.vol.lib.*11. *titulo* 23.*numero* 27. Viuian. *deciſ.* 484. *ſub numero* 6. Rim. Iun. *conſil.*630.*ſub numero* 116.Maſtril.*deciſ.*78.*ſub numero* 7.Decian.*conſilio* 5. *num.*4.*libro* 3. pulchrè Honded. *conſil.*53. *num.*31.32. pulchrè Zaderch. *conſil.*27. *num.*8. *verſic. quintus eſt*, Mangill. *de imputat. quæſt.* 57.*num.*37.latè videndus Cyriac. *contr.*72.*n.*42.*lib.*1.& *controu.*316.*num.*7.*lib.*2.qui videatur, latè & pulchrè Gіouagn.*conſil.*42.*n.*44. & *n.*22. *lib.*1. & *conſ.*41.*n.*44. 45.*eod.lib.*

Ad cognoſcendum autem,an tempus ſit appoſitum
7 ſubſtantiæ legati,vel executioni,& præſtationi, conſiderant multi, an tempus ſit appoſitum in eadem oratione,vel diuerſa poſt perfectum legatum,vt per Mantic.*d.titul.*23.*n.*28.quod poteſt accommodari caſui noſtro,quia legatum fuit in ſubſtantia perfectum,quando dixit teſtator ſe reliquiſſe ſcuta 500. dictæ eius filiæ;& quod ſubiungit,ei perſoluendos quando nupſerit,facit aliam orationem,&reſpicit modum præſtandi legatum, vt ſumitur ex textu *in d.l.ex his verbis*, *C. quando dies leg.ced.*vbi DD.Giouagn.*conſ.*41.*n.*46.*lib.*1.

Veruntamen in terminis noſtræ quæſtionis, & verborum ſimilium,quibus vſus eſt noſter teſtator, quando dixit, *relinquo ſcuta* 500. *ei danda*, *quando nubet*,
8 quòd tunc tempus non dicatur adiectum ſubſtantiæ legati,ſed executioni, dixerunt poſt Straccam *in addit. ad Crau.conſ.*15.Rim.Iun.*conſil.*639. *num.*116. Decian. *conſilio* 5.*n.*4.*lib.*3.Menoch. *conſ.*1052.*ſub numero* 12. pulchrè videndus Grilinzon.*conſil.*55.*in princ.* & *n.*4. Honded.*conſilio* 53.*num.*31.32. *lib.*2. Laderch. *conſilio* 27. *num.*8.*verſ.quintus eſt*,& *d.controu.*72.*num.*43.*lib.*1. qui videatur, quia loquitur ad rem in terminis noſtris; & ſic legatum iſtud, tanquam purum, fuit ad
9 hæredes tranſmiſſibile. Honded. *d. conſil.*53. *ſub n.*32. latè Giouagnon. *d.conſil.*42.*num.*48.49.76. *lib. primo*, & ſi eſſemus in dubio, adhuc cenſendum eſſet, vt dies
10 incertus non faciat conditionem, ad textum *in l.ſeruis*, vbi DD.*ff.ad Trebell.* Caſtr. *conſilio* 125. *volumine primo*, Gram. *conſil. ciuil.*46. *numero* 3. Mangil. *d. q.*57. *n.*37.*in fin.*Laderch.*d.conſ.*25.*ſub n.*4.16.

Non obſtat ſtatutum Carpi *lib.*2. *rubr.*54. qualiter filiæ fœminæ,quod excludit fœminas ſtantibus maſcu-
11 lis, & eas dotari mandat: tum quia non negat, quin filiæ ſic excluſæ de dote poſſint diſponere, quia verius eſſe videtur, quod dos ſuccedit loco legitimæ,& quod
12 de ea licet filiæ teſtari, vt latè probat in terminis Laderch. *conſil.*8. *num.*5.6.7.8.9. vbi vide, quia reſoluit omnia: & ſi ſtatutum negaret, procedit ab inteſtato tantùm, quia non prohibet quin ex teſtamento patris filiæ capere poſſint maſculis extantibus, vt circa eius finem habetur, *in verſ. ex teſtamento*: & propterea perinde eſt, ac ſi ſtatutum prædictum non extaret,
13 vt in terminis inquit Nicol. Noal. *de tranſmiſſ. caſ.*17. *num.*2.3. Cyriac. *d. controuerſ.*316. *numero* 9. *libro ſecundo.* Statutum enim ita excludit filiam,ſi pater velit. Caſtr. *conſilio* 52. *ſub num.*2. *verſicul. cum verò*, *libro*
14 *primo*. Ruin. *conſilio* 118.*num.*24. *libro* 3. Gabriel *conſil.*140. *numero* 8. *libro* 2. & proptereà diſponendo ad eius fauorem, videtur à ſtatutaria excluſione receſſiſſe,ita vt res fuerit redacta ad ius commune. Brun. *in* 15
*tract.de ſtat. exclud. fœmin.*3. *artic. in* 2. *membr.princip. num.*39.Becc. *conſil.*107.*numer.*20. Farinac. *deciſ. poſth.* 152.*num.*5.*p.*2.& ſic videndum eſt, quomodo pater diſpoſuerit: vnde cùm viſum ſit, eum purè reliquiſſe eius filiabus dicta ſcuta 500. & tempus fuiſſe appoſitum executioni legati, & non ſubſtantiæ, ſequitur omninò, quod locus ſit tranſmiſſioni.Giouagn.*d.conſilio* 41.*n.*44.45.46.

Et quamuis ſtatutum diſponat,quod filia ſit contenta dote ſibi à patre relicta,nec aliud petere poſſit, aut 16
infringere teſtamentum prætextu legitimæ, quam dicat ſe non integraliter habuiſſe, vel petere eius ſupplementum; hoc tamen nihil nocet prædictis, imò magis confirmat, ex Giouagn. *conſilio* 41. *num.*39. *libro primo*, quia dum ſtatutum vult ſtare eam tacitam, & contentam dote, & relicto paterno, nec admittit illam ad petendam legitimam, vel eius ſupplementum, ſequitur, quod huiuſmodi legatum ſubrogauerit loco legitimæ, quæ purè debetur, & ſic legatum cenſeri debet purum, & ad hæredes tranſmiſſibile, non ob- 17
ſtante adiectione temporis,vel conditione nuptiarum. Anch. *conſil.*331.*num.*1. Alex. *conſil.*55. *numer.*6. *lib.*2. Pariſ. *conſil.*36. *num.*6. *lib.*3. Rim.Iun.*conſ.*157.*n.*10. Laderch.*conſ.*25. *num.*16. pulchrè videndus Honded. *d.conſ.*53. *num.*29.30. *lib.*2. vbi loquitur in terminis Statuti huic noſtro ſimilis, quaſi per eadem verba, & reſpondet contrariis. Menoch. *conſil.*251. *num.*48. *in fin.*& *num.*49.vbi ſic interpretatur Statutum Ferrariæ; & ad rem Mantic.*d.lib.*21. *tit.*23. *num.*36. Mangil. *de imput. d.quæſt.*57. *num.*26. vbi multos allegat. Nicol. Noal.*de tranſmiſſ.caſ.*17.*num.*38. & ad rem quoque facit Cyriac.*d.contr.*72.*n.*30.31.*lib.*1.& *contr.*316.*num.*8. *lib.*2. latè Giouagn. *conſ.*42.*n.*103.*lib.*1.qui omnes admittunt huiuſmodi legatum cenſeri ſubrogatum loco
legitimæ, quando teſtator, vel ſtatutum diſponit, 18
quod filia ſit contenta tali legato, & aliud petere non poſſit;& ideò non recipere onus conditionis, vel temporis,& tanquam purum ad hæredes tranſmitti,quo ſtante non eſt dubium,quod dicta D. Calphurnia potuit ſibi facere hæredem in dicta dote quemcumque voluerit. Giouagn. *d. conſ.*41.*num.*26.*in fin.*& *conſ.*42. *n.*76.*lib.*1.

Et idem in caſu noſtro ſatis confirmatur à fortiori verum eſſe,quia teſtator legauit dicta ſcuta 500. eius fi-
liabus titulo honorabili inſtitutionis,quo caſu teſtator 19
dicitur agnoſcere filiam pro ſua, & dare legatum loco legitimæ,quod propterea efficitur purum, & tranſmiſſibile. Alex. *conſ.*131.*lib.*1. Bero. *conſil.*155.*num.* 44. *lib.*2. Anch. *conſil.* 407. *in princ.* Soc.Iun. *conſil.*134. *num.*21.*lib.*1.Menoch. *d.præſ.*146.*num.*41. vbi vide, & *conſil.*251.*num.*40. & *conſil.*899.*num.*11.12.Peregr. *conſil.*79. *num.*14. *in fin. volum.*1. Turret. *conſil.*75.*num.*10. *lib.*2. Rim. Iun. *conſil.*639. *num.*124. Nicol. Noal. *de tranſmiſſ. caſ.*17. *num.*23. Laderch. *conſil.*27. *numer.*8. Mangil. *d.q.*57. *num.*31. Mantic. *d. lib.*11.*tit.*23.*n.*21. Honded. *d. conſil.*53.*num.*12.24.*lib.*2. Cyriac. *d.contr.* 72. *numero* 19. *lib.*1. & *contr.*316.*numer.*8. *lib.* 2. latè Giouagn. *conſil.*42. *n.*98.99.*lib.*1.& licèt hoc multi non admittant, & tutum non credant, niſi in inſtitutione etiam fiat mentio legitimæ, vt per Honded. *d.conſil.*53.*n.*25.Mangil.*d.quæſt.*57.*n.*31.*in fin.* Taur.*deciſ.poſth.*152.*num.*8.*p.*2.quod hìc non eſt factum à teſtatore.

Tamen id ſuppletur tum à ſtatuto prædicto,dum vult filiã ſtare contentam,& tacitam tali legato, etiam pro legitima,vel eius ſupplemento;& ſic iungendo diſpoſitionem teſtatoris cũ illa ſtatuti, ſatis de legitima videtur facta mentio;tũ,& fortè meliùs id ſuppletur ab alia clauſula in dicto legato poſita,ſcilicet,*omni meliori modo*,& maximè hìc,vbi expreſſa eſt cum energia,dicente teſtatore,ſe iure inſtitutionis,&omni alio,quo potuit,& poſſit



20 poſſit meliori modo relinquere;& proptereà cùm ſint multi modi legandi,& in his vtilior,& melior legatario ſit modus purus, & peior conditionalis, ſequitur quod teſtator voluerit purè relinquere, & iure legitimæ; ſic in ſpecie probat Turret.*d.conſ.*75.*n.*16. *lib.*2. & meliùs Cyriac.*d.contr.*72.*n.*21.22.23. vbi adducit rationes: latè Giouagn.*conſ.*41.*n.*33.& *conſ.*42.*n.*98.*lib.*1.

Accedat,quod teſtator purè videtur voluiſſe legare, & iure legitimæ,quia poſt legatum ſic factum,vt ſolui
21 deberet tempore nuptiarum,non dixit, quod talis filia hoc interim ab hæredibus alimentari debeat; & ideò cenſetur legatum eſſe purum,& quod ſtatim poſſit peti,vt poſt Abb.*in conſ.*92.*n.*3.*verſ.proptereà*,*lib.*2.inquit Mantic.*de coniect.vlt.vol.lib.*11.*tit.*23.*n.*37. vbi adducit rationes: vnde cùm in caſu noſtro teſtator nihil dixerit de alimentis, verſamur in claris, quod voluit purum eſſe legatum,ne filia interim remaneat alimentis priuata, quia ſtatuti promiſſio ſuper alimentis ab inteſtato loquitur,vel quando fieri debet congrua ſuppletio,non ſi ex teſtamento capiat, & ſit contenta legato: & hac maximè in parte credendum eſt Giouagn. *d. conſ.*42. *n.*95.*lib.*6.

Denique dictum legatum debet cenſeri purum, & tranſmiſſibile,etiamſi adiectum ſit tempus nuptiarum, non obſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, quia in terra Carpi conſuetudo eſt, & communis vſus loquendi, vt dos etiam ſic dilata dicatur proprium puellæ nubilis patrimonium,ſolet enim communiter dici; Talis puella habet bonam dotem,vel eſſe diuitem, vel magnas habere fortunas, quo ſtante id deſeruit pro
22 coniectura potenti,vt legatum ſit purum:ita Bart.*in d. l.Titio centum*,§.*Titio genero*,*ſub n.*3. *verſ. item ſi ponamus*,& *n.*6.*in fin.ff.de cond.& demonſt.* Anchar.232. *n.*2. Soc.*conſ.*92.*ſub n.*8.*verſ.ſecunda coniectura*, *lib.*1. Soc. Iun.*conſ.*134.*n.*27.*lib.*1.Menoch.*conſil.*60.*n.*38.*verſ.*4. & *conſ.*251.*n.*37. Laderch.*conſ.*27.*n.*8.*verſ. tertius eſt*, Anchar.Regienſ.*q.*51.*num.*7. *in fin.*& *n.*8.*p.*2. Turret. *d.conſ.*75.*num.*15.*lib.*2.pulchrè Mantic. *d.lib.*11. *tit.*23. *n.*18.vbi videas,& probat Mangil.*d.q.*57. *n.*42. *ad fin.* Cyriac.*d.contr.*72.*n.*36.37.*lib.*1. Nicol.Noal. *de tranſmiſſ.caſ.*17.*n.*26.27. quibus ſtantibus nemini dubium eſſe debet,quin legatum prædictum fuerit purum, & ad hæredes tranſmiſſibile.Honded.*conſ.*53. *num.*30. *lib.*2. Giouagn.*d.conſ.*42.*n.*76.*lib.*1.

Et idem erit, quando teſtator dotem reliquit filiæ ſuæ per verba præteriti temporis,vt hic, quando dixit, reliquit,*hà laſciato*,tunc enim purè reliquiſſe cenſetur,
23 non obſtante adiectione temporis,quia tunc non cenſetur conſideraſſe tempus nuptiarum pro valore legati, ſed pro modo implendo: ſic Corn.*conſ.*40.*ſub n.*15.*lib.*3.Menoch.*d.præſ.*46.*n.*42. Mantic.*d.tit.*23. *n.*8. Turret. *d.conſil.*75.*n.*9.*verſ.ſecundo.*Mangil.*d.q.*57.*n.*32.33. Cyriac.*d.contr.*72.*n.*38.39. ergo omninò cenſendum eſt, purum fuiſſe dictum legatum; non autem ſub aliqua conditione,& ad hæredes tranſmitti potuit. Mantic. *d. titul.*23.*n.*43.*verſ.in his*, quia licèt videatur facta ſub modo,dum præſcribit tempus ſolutioni, hoc nihil re-
24 fert ad potentiam tranſmittendi, quia modus non impedit,quin legatarius tranſmittat legatum ad hæredes, ſi moriatur antequam modus impleatur, vt per Menoch.*de præſ.lib.*4.*n.*48.vbi alios allegat. Gratian. *diſcept.*136.*n.*19.23.

Cùm ergo id ſit rationi congruum, & menti teſtatoris,& ſtatuti conueniens,Laderch.*d.conſ.*23. *num.*26. *verſ.quare*,fieri debet interpretatio fauorabilis puellæ, & in gratiam filiæ, vt in dubio legatum præſumatur
25 purum,& filia habeat de quo teſtari poſſit,vt per Caſtr. *conſ.*25.*n.*1.*in fin.lib.*1. Menoch. *d. conſ.*151. *ſub n.*34. Ceual.*com.opin.contra communem*,*q.*138. *n.*4. Laderch. *conſil.*25.*ſub n.*4. *verſ.tertia*,& *num.*16.*verſ. quare*, Cyriac.*d.controu.*72.*num.*40.41. Vnde concludo pro dicta D. Calphurnia, vt legatum dictorum ſcutorum 500. fuerit purum, & ad hæredes tranſmiſſibile, cùm iniquum ſit,vt ſi puella eligat magis cœlibatum,non poſſit de ſua dote diſponere, vt conſiderat pulchrè Laderch.*d.conſ.*27.*ſub n.*8. *verſ. Nec id caret*, & videatur plenè Giouagn. *d. conſ.*42. *lib.*2.per totum, vbi ponit etiam alias coniecturas, & præſumptiones ad dignoſcendum legatum eſſe purum,& tranſmiſſibile,non obſtante conditione nuptiarum, & maximè quando pater reliquit dotem cùm nupſerit,& interim mandauit alimentari; tunc enim vtrumque debet purè: vide apud eum,vbi quod Rota Bononienſis ita iudicauit in caſibus prædictis,vt ſuprà exaratum fuit.

## CAPVT CLXVIII.

### EPITOME.

Gratia bannito conceſſa à Principe an extendatur etiam ad bona, & quando locus ſit compenſationi,vel reſtitutioni.

### SVMMARIVM.

1 *Bannito gratiâ à banno conceſſa non reſtituuntur bona.*
2 *Bannitus reſtitutus recuperat bona fideicommiſſo ſubiecta.*
3 *Bannito gratia conceſſa non extenditur.*
4 *Bannitus aliud non recuperat, niſi quod in gratia exprimitur.*
5 *Bannitus non recuperat bona per ſubſtitutum apprehenſa.*
6 *Bannitus non recuperat bona alteri ex fideicommiſſo quæſita.*
7 *Reſtitutus bannitus quæ non recuperat.*
8 *Bona tranſeunt cum ſua cauſa, & qualitate.*
9 *Bannito reſtituto cauſa redit ad non cauſam.*
10 *Res facilè reuertitur ad naturam ſuam.*
11 *Bannitum recuperare bona ſine onere ſoluendi debita eſt impium.*
12 *Subſtitutus ingreditur omnes obligationes eius,in cuius locum ſubſtituitur.*
13 *Bannitus reſtitutus pro rata bonorum tenetur creditoribus.*
14 *Reſtitutus à banno cum bonis obligatur omnibus creditoribus.*
15 *Bona tranſeunt in bannitum reſtitutum cum omni onere,& honore.*
16 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
17 *Veriſimile quod non eſt,habetur pro falſo.*
18 *Commodum qui habet,debet ſentire & incommodum.*
19 *Agnitio debiti efficit, vt debitor approbaſſe illud videatur.*
20 *Diſpoſitio omnis intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
21 *Clauſula*, rebus ſic ſtantibus, *quid importet.*
22 *Quæ de nouo emergunt,nouo indigent auxilio.*
23 *Cauſa conuentionis, & reuocationis debet ſimul terminari.*
24 *Parificatorum idem eſt iudicium.*
25 *Rei partes ſunt fauorabiliores.*
26 *Mater an poſſit diſponere de dote inter filios,non obſtante ſtatuto.*
27 *Hæres pro rata ſua tenetur ſoluere legata, & debita.*
28 *Inſtrumenta faciunt rem liquidam, & notoriam.*
29 *Dotis causâ poſſunt alienari bona fideicommiſſi.*
30 *Dotis ius in bonis fideicommiſſi tranſmittitur ad hæredes.*
31 *Mulier tranſmittit ad hæredes ius dotis.*
32 *Hæres conuenitur à legatario actione reali, & perſonali.*

33 Fa

33 *Fauori ſuo quilibet poteſt renuntiare.*
34 *Bona fideicommiſſi poſſunt alienari pro dotibus conſtituendis, & reſtituendis.*
35 *Priuilegium dotis* ex Auth. res quæ, C. communia de leg. *eſt reale.*
36 *Dotis priuilegium in bonis fideicommiſſi tranſmittitur etiam ad innuptas.*
37 *Tranſmittitur ad hæredes beneficium Auth. res quæ.*
38 *Mulier poteſt cedere ius dotis in bonis fideicommiſſi.*
39 *Retentioni quando locus ſit.*
40 *Retentioni pecuniæ vt ſpeciei an ſit locus.*
41 *Retentio datur etiam poſt ſententiam.*
42 *Retinendi ius ſuſpendit executionem.*
43 *Retentio eſt fauorabilior, quàm petitio.*
44 *Compenſationi quando locus ſit.*
45 *Compenſatio an ſit de ſpecie ad genus.*
46 *Fauore quæ inducta ſunt, non retorquentur in odium.*
47 *Mora debitoris debet ei non prodeſſe, ſed nocere.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

MOtiuorum loco, quæ fuerunt excitata aduersùs perill. D. Franciſcum de Gauardis pro perill. D. Innocentio eius fratre, non ſolùm aliqua ex parte vagantur extra proceſſum, ſed etiam ſupponunt factum ſatis diuerſum à vero: ſiquidem in eis exponitur dictum D. Innocentium fuiſſe plenè reſtitutum à banno, etiam quoad bona, quæ vigore fideicommiſſi & compoſitionis peruenerunt ad dictum D. Franciſcum, & alios eius fratres, & tamen re vera non fuit reſtitutus, nec per modum reſtitutionis à banno fuit remiſſus, ſed ex gratia, & indulgentia Principis, qui ad preces eius ita reſcripſit: *Gratiam facimus de banno, & pœna capitali.* Nam certum eſt, quod gratia conceſſa bannito aduerſus bannum per verbum: *Gratiæ*, vel *Indulgentiæ*, iuuat tantùm illum quoad pœnam banni remittendam, & non trahitur ad bona etiam per fiſcum non alienata, quia per talem indulgentiam ſola pœna remittitur, ad
1 textum *in l. 2.* & *l. fruſtra*, vbi Salic. & *l. fin. col. vlt. C. de ſent. paſſ.* gloſſa *in §. pari ratione. Inſt. quibus mod. ius patr. poteſt.* Bald. & Imol. *in l. liber homo, §. ſi hæres, ff. de hær. inſt.* Iaſ. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, num. 78.* vbi etiam Soc. Iun. *n. 108.* & communiter DD. *ff. de liber. & poſth.* Ruin. *conſ. 31. n. 6. lib. 5.* Rol. *conſ. 45. num. 2. 3. lib. 4.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 5. tit. 2. n. 17.* perbellè etiam Farin. *in prax. q. 6. n. 28. verſ. contraria*, ibi, *ſi verba gratiæ:* latè Giurb. *conſ. 44. n. 31.* & *ſub n. 49. 57.* vbi plurimos congerit.

Ideò non obſtat conſideratio in motiuis facta, vt
2 hæc poſſint procedere quoad bona libera, non autem quoad bona fideicommiſſo obnoxia, quæ non ex facto fiſci, ſed immediatè peruenerunt ad ſubſtitutos, ex *Od. de reſtit. in integr. quæſt. 99. artic. 11. n. 78.* & Surd. *conſil. 202. num. 3.*

Nam primò reſpondetur id procedere in bannito reſtituto, prout loquitur Odd. & alij, non autem in remiſſo ex indulgentia Principis; & multò minùs
3 quando gratia fuit limitata ad quid certum, vt hîc, ad bannum, & pœnam capitalem; tunc enim gratia non porrigitur niſi ad expreſſa, & extenditur, ad textum *in l. 3. C. de ſent. paſſ.* Bart. *in l. 1.* & *l. fin. num. 1.* vbi Alber. *n. 4.* Ang. *num. 3.* Bald. *num. 4.* Salic. *num. 5. C. eod.* Pariſ. *conſ. 1. ſub num. 21. 37. lib. 4.* Odd. *d. reſtit. quæſt. 95. artic. 1. num. 9.* Peregr. *de iur. fiſc. d. titul. 2. num. 31.*
4 vbi quod reſtitutus nihil vltrà conſequitur, quàm fuerit in reſtitutione, ſeu gratia expreſſum: ſic etiam pulchrè Giurb. *d. conſ. 44. num. 48.* vbi multos adducit.

Deinde reſpondetur prædicta ex aduerſo procedere, quando nullum concurrit fiſci factum, & bona non ſunt per tertium apprehenſa, ſed ad eum immediatè ſpectare debet. Verùm quando ſubſtitutus bona recuperauit à fiſco non ſolùm mediante eius facto, vt hîc, ex compoſitione, ſed etiam, quod magis eſt, illorum bonorum poſſeſſionem apprehendidit ex diſpoſitione legis, & vigore fideicommiſſi, tunc reſtitutus à banno 5
non recuperat talia bona per ſubſtitutum apprehenſa, vt ex Bald. *in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, colum. pen. verſ. & ex hoc infertur*, vbi Alex. *num. 20.* Garz. *n. 237.* Galliau. *num. 72. de liber. & poſth.* Ruin. *conſ. 153. n. 5. lib. 3.* Bero. *conſ. 60. ſub num. 19. lib. 3.* Rol. *conſ. 45. n. 32. lib. 4.* latè in terminis noſtris fideicommiſſi Natt. *conſ. 470. à num. 20. vſque ad num. 25.* vbi docet, quod reſtitutus non recuperat bona, quæ propter delictum fuerunt alij quæſita ex teſtamento fideicommittentis, ſeu 6
authorum: ſic etiam latiſſimè Surd. *d. conſ. 203. num. 9. 10. 11. 12. 13. & ſeqq.* & *num. 40. ac per totum, lib. 2.* qui in terminis, vt aiunt, terminantibus ita docet per multa fundamenta, & reſpondet contrariis, & iis, quæ ex aduerſo allegantur, adeò vt non relinquat dubitandi locum: latè etiam Guazzin. *de confiſc. bon. concl. 28. num. 29. fol. 299.* vbi ex mente etiam Peregrini, & aliorum tradit hanc opinionem, licèt controuerſam, eſſe tamen veriſſimam: ita etiam pulchrè in terminis fideicommiſſi docuit Marc. Ant. Amat. *deciſ. Ferrarienſ. 15. num. 15. & per totam*, vbi tradit etiam hanc eſſe communem DD. ſententiam in iudicando, & conſulendo ſequendam, quando poſſeſſio fuit per ſubſtitutum apprehenſa ex diſpoſitione legis, & fideicommiſſi; & multò magis inquit hæc procedere, ſi bona in alium fuerunt tranſlata vltrà fideicommiſſi rationem etiam, vt
hic, ex contractu concordiæ cum fiſco; tunc enim ban- 7
nitus reſtitutus ea non recuperat; latè etiam Giurb. *d. conſil. 44. n. 52.* vbi plures congerit, & diſſentientem Rolandum improbat.

Nam ante gratiam D. Innocentio conceſſam, iam fiſcus paucis exceptis reſtituerat omnia bona ei confiſcata prædicto D. Franciſco, & eius fratribus cum omni incommodo; impoſſibile enim erat dictum D. Innocentium illa recuperare, niſi eius fratres cum eo benignè egiſſent, & libenter eum admiſiſſent ad portionem ei in diuiſione cum fratribus obuentam, non enim ex laudo, aut tranſactione eam habuit, quia multò priùs eam habuerat, vt legitur in eodem proceſſu *fol. 26.* Veruntamen ſiue ex benignitate fratrum, ſiue ex tranſactione, ſiue ex diſpoſitione iuris ſecundùm motiua dictus D. Innocentius recuperauerit bona confiſcata, neceſſe eſt, quod ad ipſum tranſierint cum ſua cauſa, & qualitate, ſcilicet cum omni commodo, & incommo-
do, prout erant apud fratres, per textum *in l. ſi conuene-* 8
*rit, §. ſi fundus, ff. de pign. act. l. alienatio, de contrah. empt. §. ſi quis autem, in Auth. de hær. & Falcid. l. 3. §. fin. ad Trebell.* Ceph. *conſ. 781. n. 7.* Menoch. *conſ. 2. n. 31.* Grat. *diſc. for. lib. 4. c. 705. n. 11.*

Non enim poteſt dici, quod penes fiſcum remanſerit onus ſoluendi æs alienum D. Innocentij, quia tranſtulit bona prædicta in dictos fratres cum omni commodo, & incommodo; & propterea ſicut ipſi ſubrogati ſunt in locum fiſci, ita ſubrogatus cenſetur D. Innocentius in gradu, in quo priùs erat; nam dato etiam pro vero, quod in motiuis ſupponitur, vt per reſtitu-
tionem gratioſam bannito conceſſam, cauſa redierit ad 9
non cauſam, vt ex Odd. *de reſtit. q. 99. art. 10. n. 75. 78. 79.* Farin. *d. q. 6. num. 26. ſub verſ. contrarium*, nihil aliud ſequitur, niſi quod res facilè reuerſa eſt ad ſuam natu-
ram, *l. ſi vnus, verſ. pactus, & verſ. quod in ſpe, ff. de pact.* 10
*l. in tantùm, in princ. de rer. diuiſ. c. ab exordio*, vbi gloſſa *diſt. 35.* Et ideò dicere, quod dictus D. Innocentius recuperauerit bona libera à debitis, & ſine onere ſoluendi æs alienũ hæreditarium, vel propriũ, & quod tale onus remãſerit penes fiſcum, vel dictos fratres eius ceſſionarios cum omni commodo, & incommodo, non ſolùm ridiculum eſt, ſed etiam impium, & improbum, ad tex-
tum *in l. 3.* & *l. ſi deportationis, C. de ſent. paſſ. l. 2. & 3. ff.* 11
*eod.* Gratian. *diſc. 423. n. 20.* Henriq. *de fideiuſſ. c. 20. §. 14. n. 18.* Giurb. *conſ. 45. n. 5. verſ. hinc.* Vbi hoc in verbis tradit, dicens etiam id euenire, ne quod in odium banniti eſt inductum, retorqueatur in eius fauorem; & declarat contraria procedere, quando bannitus nullo modo recuperauit bona, vel tantùm aliquid particulare; ſed hîc fiſcus parum, aut nihil retinuit, & cætera dictis fratribus dimiſit cum omni commodo, & incommodo,
12 à quibus poſtea dictus D. Innocentius ea conſecutus eſt: ergo eorum locum ingreſſus eſt, & per conſequens omnes eorum obligationes, ad textum *in leg. prima, §. primo, ff. ſi vſusfruct. pet. leg. tertia, §. qui habet*, vbi Caſtr. *de ſeru. ruſt. præd. leg. 2.* vbi Bart. Bald. & DD. communiter, *ff. de iuriſd. omn. iud. leg. refectionis*, vbi
13 gloſſ. *ff. communia præd. capitul. præterea, de offic. delegat.*

Vnde admittunt omnes, quod ſi bannitus recuperauit bona, ſiue à fiſco, ſiue ab agnatis ſibi confiſcata, tenetur ſatisfacere creditoribus pro rata bonorum ſibi reſtitutorum, vt inquit textus *in leg. ſi debitor*, vbi DD. *Cod. de ſent. paſſ.* & propterea non poteſt D. Innocentius ſubterfugere æris alieni ſolutionem, cùm mediantibus fratribus recuperauit omnia bona ſibi confiſcata, pau-
14 cis exceptis, cum omni commodo, & incommodo; etenim ex tali recuperatione bonorum tenetur ſatisfacere creditoribus, ad textum *in leg. ſi deportationis, C. eod. leg. ſecunda, & tertia, ff. eod.* Bald. Ang. & Salic. *in dict. leg. ſi debitor*, & Bald. *in leg. ſi marito, in fin. princ.* vbi etiam Auguſt. & Alex. *numero quarto, ff. ſolut. matrimon.* Rom. *conſil. 247. numero 4.* Curt. Iun. *conſil. 108. num. 35.* & *conſil. 110. num. 22.* latè Odd. *de reſtitution. quæſt. 97. articul. 2. numero 10.* Gratian. *diſceptat. 423. numero 4.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 3. cap. 35. numero 78.* Honded. *conſil. 67. numero 27. lib. primo*, & *conſil. 38. numero 44. libro 2.* Peregrin. *de iure fiſc. libro quinto, titul. 2. num. 63.* Giurb. *dict. conſil. 45. num. 5.* vbi plures adducit.

Hinc cognoſcimus, non eſſe neceſſe confugere ad actionem hypothecariam, de qua latè in motiuis; cùm D. Innocentius etiam perſonali teneatur creditoribus, vt priùs; ſicuti enim dicti fratres obtinuerunt à
15 fiſco bona prædicti D. Innocentij confiſcata cum omni commodo, & incommodo, ſic tranſierunt ad illum, vt inquit Peregrin. *de iure fiſc. dict. titul. 2. numero 63.* vbi quod ſic bannitus recuperat bona cum oneribus, & honoribus, & tenetur prioribus creditoribus; impium enim eſſet dicere, quod onus æris alieni remanſerit penes dictos fratres, & ipſe bona recuperauerit libera. Giurb. *dict. conſil. 44. ſub numero quinto*, ſubrogatum
16 enim ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *§. fuerat, Inſtit. de action. leg. res in dotem, ff. de iur. dot. leg. filiæ ſuæ, §. Titia, de condit. & demonſtr.* Crau. *conſil. 425. num. 110.* Menoch. *conſil. 52. num. 162.* vnde ſequitur per neceſſe, quod D. Innocentius, qui per bonorum recuperationem ſubrogatus fuit in locum fiſci, & dictorum eius fratrum, teneatur ad debita prioribus creditoribus perſoluenda, ſicut tenebatur ante confiſcationem; & hoc æquum eſt, & iuſtum, ſicut iniquum eſſet grauare dictos fratres onere æris alieni, qui magnas impenſas fecerunt, vt à fiſco bona auocarent cum omni commodo, & incommodo; & quod ea poſtea dicto D. Innocentio reſtituto, libera conſignauerint, valdè improbabile, & abſurdum eſt.

Verùm manendo intra limites præſentis proceſſus ſatis, & euidenter de hac veritate conſtat, quia non ſolùm arbitrator in laudo inter dictos fratres lato poſt reſtitutionem dicti D. Innocentij à banno id habuit pro indubitato, ſed etiam ipſe D. Innocentius agnouit debita ante bannum ad eum ſpectantia, imò ea perſoluit, ſcilicet ratam legati materni dicto D. Franciſco debitam, & alimenta, ac dotem ſororis eius prædictæ, pro qua reliquit in manibus dicti D. Franciſci prædictos ducat. 600. vt in proceſſu, *fol. 15.* & *fol. 25. 26.* ad quæ ſicut tenebatur ante confiſcationem bonorum, ita etiam obligatus remanſit poſt gratiam obtentam, & recuperationem dictorum bonorum, vt in dicto laudo, ex quo euidenter conſtat, mentem vtriuſque partis fuiſſe, vt pro rata bonorum tranſiret quoque ad ipſum onus perſoluendi debita, alioquin dicti fratres de bono opere lapidati fuiſſent, dum bona pro ipſo à fiſco recuperauerunt; & ſibi onus æris alieni parauiſſent:
quod ſicut non eſt veriſimile, ita non eſt dicendum, 17
quia pro falſo habetur, *leg. milites, verb. oportet, Cod. de quæſt.* Bald. *in leg. prima, Cod. de ſeru. fugit.* Curt. Iun. *conſil. 189. numero 23.* Rim. Iun. *conſil. 362. numero 15. 16.*

Accedat, quod ſicut poſt gratiam à banno obtentam, & bona recuperata, vt ſupradictus D. Innocentius retinuit iura actiua, ſcilicet exigendi credita, quæ priùs erant communia inter dictos fratres, vt in dicto
laudo in proceſſu, *fol. 27. verſo*, ita etiam debet ſentire 18
incommodum æris alieni, *leg. ſecundum naturam*, vbi Dec. & Capr. *de reg. iur.* Ideò ſi poſt prædicta dictus D. Innocentius agnouit debita, & credita hæreditaria patris, & matris, & in ſpecie debitum ſororis prædictæ occaſione dotis, & alimentorum, non poteſt nunc recuſare ea ſoluere D. Franciſco eius fratri benemerito, cui gratias agere debet, quia ex ſua munificentia ei
reſtituit bona confiſcata; agnitio enim debiti efficit, 19
vt debitor cenſeatur illud approbaſſe, *leg. indebitum. Cod. de condict. indeb. leg. ſed Iulianus, § fin.* vbi gloſſa, *ff. ad Macedon. leg. ſi fideicommiſ. § fin. ff. de iudic.* cum vulgaribus.

Nec obſtat conſideratio motiuorum quod dictus D. Innocentius, & fiſcus videntur conſenſiſſe de non detrahendo dictam dotem, niſi in caſu nuptiarũ dictæ eorum ſororis, cùm ſtipulatum fuerit, vt D. Innocentius teneretur inueſtire dictos ducat. 600. pro aſſecurratione fideicommiſſi, ſi D. Calphurnia eorum ſoror ante nuptias decederet; quod ſi nupſiſſet, non teneretur eo caſu inueſtire ſummam pro dote illi conſtitutam. Nam reſpondetur tunc temporis eos tractaſſe commune intereſſe, cùm nondum conſtaret, quiſnam foret ſororis hæres, & poſſet æſtimari, quod æqualiter illa eſſet fratres honoratura, ſicut æqualis erat coniunctio ſanguinis; quo caſu non erat opus alia detractione, & propterea in ea ſtipulatione non fuit prouiſum huic caſui, in quo dictus D. Franciſcus fuit à
ſorore ſolus hæres inſtitutus; variato enim facto, mu- 20
tatur diſpoſitio, quia omnis diſpoſitio intelligitur rebus ſic ſtantibus, *l. quod Seruius, ff. de condict. ob cauſ. leg. continuus, §. cùm quis, ff. de verbor. obligat. leg. quæro, §. inter locatorem, ff. locat.* Socin. *conſil. vigeſimoſecundo, num. decimo octauo, lib. quarto*, Crauet. *conſil. 95. numero quarto*, & *conſil. 150. numero tertio, & numero trigeſimoſecundo*, Surd. *deciſione 326. numero trigeſimo primo*, & *conſil. 418. numero octauo*; latiſſimè Barboſ. *de clauſ. littera R, clauſ. 129. num. 2. 3.* vbi docet etiam in quocumque pacto, etiam iurato, ineſſe hanc clauſulam,
quæ idem importat, ac ſi dictum fuiſſet, *dummodo res* 21
*in eodem ſtatu permaneat*; quod hîc non eſt factum, cùm poſtea D. Calphurnia hæredem inſtituerit dictum Fran-
ciſcum; ideò recurrendum eſt ad aliam regulam, quæ 22
habet ſcilicet, *quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, leg. de ætate, §. ex cauſa*, vbi gloſſ. *ff. de interrog. act. §. manumiſſio, Inſtit. de libertin. capit. inſinuante, de offic. deleg.*

His ſic firmatis non debet D. Innocentius grauari, & quemadmodũ dictus D. Franciſcus eſt paratus ei ſoluere dictos ducat. 600. de quibus in laudo, ad finem, de quo in eo: ita vice verſa dictus D. Innocentius debeat ſatiſfacere dicto Franciſco vti hæredi D. Calphurniæ cõmunis ſororis de portione dotis maternæ, quæ eſt quinta pars totius, & in qua vnà cum maſculis illa fuit hæres

inſtituta, aut in teſtamento, de quo in proceſſu, *fol.* 113.
& de dote eidem legatæ à communi patre, vt in eius
teſtamento, de quo in proceſſu, *fol.* 90. de qua in primis
ſcriptis ſatis locutus ſum; ideò hìc non repeto, & prout
23 in reconuentione, quam D. Innocentius effugere non
poteſt, quia Iudex debet ſimultaneo proceſſu, & ea-
dem ſententia terminare cum actoris conuentione re-
conuentionem, *capit.* 1. vbi Felin. & DD. *de mutuis*
*petit.* Anan. *conſil.* 95. *numer.* 3. Caſtil. *conſil.* 34. *nume-*
*ro* 13. Tuſch. *littera R, concluſ.* 60. *numero* 7. 8. 13. ſi-
quidem ſicut laudum pro parte actoris productum
meretur executionem, ita etiam inſtrumenta, & teſta-
menta pro parte D. Franciſci producta, cùm ſint cla-
ra, & aperta: ſic ex Statut. Carpi *libr.* 2. *rubr.* 17. *Quo*
*ordine ſententiæ*, &c. vbi pari modo executioni deman-
dari lauda, inſtrumenta, & vltimas voluntates iube-
tur: ergo ita fauorabilis eſt reconuentio D. Franciſco,
24 ſicut actio D. Innocentij, quia parificatorum idem
eſt iudicium, *leg.* 1. *ff. de legat.* vbi DD. communiter,
*lege fideicomm.* §. *ſi cui, de leg.* 3. *leg. final. in fin. ff.*
*mandat. cap. tua, de conſang. & affin. capit. licèt, de*
25 *teſt.* cum vulgaribus, & D. Franciſcus habet hoc am-
pliùs, quod fauorabiliores ſunt partes rei, quàm acto-
ris, §. *retinendæ, Inſtit. de interdict. leg. fauorabiliores*,
vbi Dec. & Cagn. *de reg. iur. capit. cùm ſunt, de reg.*
*iur. in* 6. *capit. inter dilectos, de fid. inſtr.* Vnde non eſt
neceſſe ingredi materiam compenſationis, de qua latè
in motiuis, quia ſatis eſt, ſi pari modo committatur
executio laudi pro D. Innocentio, & inſtrumentorum,
& vltimarum voluntatum pro D. Franciſco.

Et ſanè non adeſt ratio potentior exequendi laudum,
quàm ſit exequendi inſtrumenta, attento etiam ſtatuto
prædicto; nam dato etiam, quod laudum prædictum
ſit liquidum, eodem modo liquida ſunt inſtrumenta
à D. Franciſco producta. Nam quanta fuerit dos ma-
terna, conſtat ex inſtrumentis dotalibus, & D. Cal-
phurniam fuiſſe matris hæredem pro ſua parte, appa-
ret ex teſtamento materno, de quo in actis, *fol.* 14.
& ſimiliter D. Franciſcum fuiſſe hæredem dictæ ſoro-
ris habetur ex eius teſtamento, de quo in actis; quo-
rum vtrumque validum eſt; nemo enim dubitat quin
ſoror poſſit hæredem inſtituere vnum fratrem altero
excluſo, & quoad teſtamentum matris, licèt illa non
poſſit in præiudicium filiorum diſponere de dote, ex
Statuto Carpi *lib.* 2. *rubr.* 53. non per hoc tamen inter
26 filios prohibetur teſtari, & diſponere, vt in ſimili ſta-
tuto dixit Bald. *in conſil.* 407. *numero quarto, libr. ſe-*
*cundo*, Caſtr. *conſil.* 325. *in fin. libr.* 2. pulchrè Gra-
tian. *diſcept.* 219. *numero* 18. 19. *libr.* 2. vbi etiam alle-
gat Rotæ deciſionem coram Rubeo 29. Octobris
1563. de quo hìc non eſt dubitandum, cùm omnes
æqualiter hæredes inſtituerit: & cùm dotis prædictæ
debitores eſſent omnes filij, & hæredes D. Mar. Ant.
Gauardi, inter quos eſt dictus D. Innocentius, vt in-
27 frà dicam, non video, quomodo poſſit euitare ſolu-
tionem eius pro rata ſua, *leg. pro hæreditariis, C. de*
*hær. action.*

Non minùs liquida eſt alia prætenſio D. Franc. pro
dote dictæ D. Calphurniæ, quia de eius legato con-
ſtat ex teſtamento paterno, de quo in actis, in pro-
ceſſu *fol.* 90. ex quo etiam ſatis apparet D. Innocentium
fuiſſe cum aliis fratribus à patre hæredem inſtitutum,
vt in proceſſu, *fol.* 100. nec minùs clarum eſt, eum
cum aliis fratribus mediante eorum matre, & tutrice
ſe immiſcuiſſe hæreditati paternæ, cùm ipſa eos appel-
let hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, & hæ-
reditario nomine exercuit multas actiones eis vtiles
contra D. Iulium de Gauardis, à quo conſecuti ſunt
credita magni momenti, vt in proceſſu, *fol.* 122. 127.
quod ſatis eſt ad adeundam hæreditatem, *leg. potuit,*
*C. de iur. deliber.* Si ergo D. Innocentius fuit hæredes
patris cum aliis fratribus, tenetur etiam cum illis ad
præſtationem dicti legati eius ſorori facti pro rata ſua,
§. *legatum, Inſt. de legat. l. pro hæreditariis*, vbi DD. *Cod.*
*de hær. action.* Vnde cùm dictus D. Franciſcus fuerit
hæres dictæ D. Calphurniæ, ſucceſſit ei in dicto lega-
to, *l. hæreditas, de verb. ſign.* de quo dixi, incipit: *Scri-*
*ptis plenè*; ideò non repeto: ergo ſequitur, quod li-
quidiſſima ſit prætenſio dicti D. Franciſci, quæ tota
fundatur in inſtrumentis publicis, & authenticis, quæ 28
faciunt rem liquidam, manifeſtam, & notoriam. Corn.
*conſ.* 61. *numer.* 2. *libr.* 3. Tiraquel. *de retract. lign.* §. 3.
*gloſ.* 1. *num.* 20. Menoch. *de præſ. lib.* 3. *quæſt.* 65. *num.* 8.
Seraph. *deciſ.* 1134. *num.* 2.

Non obſtant motiua ex aduerſo adducta, quod di-
ctus D. Innocentius non teneatur ad onus dictæ do-
tis, cùm non habeat niſi bona fideicommiſſo ſubiecta,
ex tranſactione habita, quorum detractioni, vel aliena-
tioni non eſt locus, niſi in ſubſidium, *Auth. res quæ,* 29
*C. communia de leg.* cuius diſpoſitio etiam ceſſat, quia
dicta D. Calphurnia deceſſit ante hæredes, quaſi ceſſa-
uerit cauſa alienationis, & dotis conſtitutionis, vt per
*Corn. in dict. Auth. res quæ, num.* 6. *in fin.* & Curt. Iun. 30
*numer.* 22. Padil. *numero* 70. Petr. *de fideicomm. quæſt.* 8.
*numer.* 447. Peregr. *eod. tract. art.* 42. *numer.* 41. Fuſar. *de*
*ſubſt. quæſt.* 531. *num.* 46. 47. vbi dicit, quod ſibi magis
placet hæc opinio, & *num.* 83. vbi quod ſi non ſit ſe-
quutum matrimonium, poterit reuocari alienatio ex
cauſa talis dotis facta.

Nihilominus hæc nihil officiunt dicto D. Franciſco,
nec diminuunt eius iura. Nam primò reſpondetur, nos
non verſari in hoc caſu vt dos prædicta ſit deducenda
in ſubſidium ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, neque
per ſolam actionem hypothecariam noſtram fundamus
intentionem, quia diximus dictum D. Innocentium
tanquam patris hæredem teneri actione perſonali pro
rata ad dandum ſuam dotem dictæ D. Calphurniæ, *d.*
*l. pro hæreditariis, C. de hær. action.* & eum agnouiſſe
hoc debitum etiam poſt gratiam à banno obtentam,
vt in proceſſu, *fol.* 25. illamque ad hæredes ſuos hoc
ius tranſmiſiſſe contra hæredes patris, *l. vnic.* § *maneat,* 31
§. *illo procul, Cod. de rei vxor. act.* & ideò eum cogen-
dum eſſe ad ſuæ ratæ ſolutionem, cum certum ſit lega-
tum ab hærede eſſe præſtandum, §. *legatum*, vbi DD.
*Inſt. de legat.*

Siue ergo ipſe habeat bona libera, ſiue non, quia
fortè illa alienauerit, nihil refert, quia poteſt conueniri 32
non ſolùm actionibus realibus, ſed etiam perſonalibus,
§. *noſtra, Inſt. de legat.* & ideò ipſe videat, quomodo ſa-
tisfacere poteſt: ſed ſatis liquet in hæreditate patris ex-
titiſſe etiam bona libera, velut credita cum D. Iulio
Gauardo, quæ aſcendebant ad ſummam duc. ter mil-
lium, & vltra, vt in proceſſu, *fol.* 128. *& ſeqq.* & nunc D.
Innocentium habere etiam bona libera conſtat ex lau-
do, vt in proceſſu, *fol.* 23. & habet iſtos duc. 600. quos
nunc petit à D. Franciſco; & quamuis ea non poſſit alie-
nare in præiudicium dicti D. Franciſci, vt in proceſſu,
*dicto fol.* 23. & hos teneatur inueſtire ad beneficium
dicti D. Franc. vt in proceſſu, *fol.* 25. tamen id nihil ob-
ſtat, quia quilibet poteſt fauori ſuo renunciare, *lege Ti-* 33
*tio centum, ff. de cond. & demonſtr. lege pen. C. de pact. l.*
*pen. C. de Epiſc. & Cler. c. ad Apoſtol. de regular.* Et ideò
ſi opus eſt, D. Franc. poteſt conſentiendo huic reme-
dium importare. quia hoc quod eſt in eius fauorem
inductum, non debet in eius odium retorqueri, & quia
in motiuis conceditur extare bona libera, vlteriùs non
inſiſto.

Verùm dato etiam, quod non extarét niſi bona fidei-
cõmiſſo ſubiecta, certũ eſt ea poſſe alienari pro dotibus
conſtituẽdis, & reſtituẽdis, *l. mulier*, §. *cùm proponeretur,* 34
*ff. ad Trebel. Auth. cõtra cùm rogatus, C. eod. Auth. res quæ,*
vbi DD. communiter, *C. communia de leg.* & *in Auth. de*
*reſtitut.* §. *moriente*, & §. *quamobrem*: quod priuilegium
cùm ſit reale ob dotem ipſam, non autem perſonale,
non



non enim fuit conceſſum mulieri ob ipſius mulieris
perſonam; ſequitur, quod ſi ipſa mulier decedat, illud
ius, & priuilegium ad quoſcumque hæredes etiam ex-
35 traneos tranſmittat, ſecundum veram, & communem
opinionem alteri contrariæ præualentem, vti melioribus
rationibus fulcitam, ex textu *in d. l. mulier*, §. *cùm propo-*
*neretur*, vbi ſatis colligitur hoc eſſe priuilegium dotis
reale, non perſonæ, & ideò etiamſi innupta decedat, vel
36 ſine filiis, tranſmittit ad hæredes quoſcumque hoc pri-
uilegium, ex Bart. *in l.* 1. *num.* 1. *& ſeqq. ff. ſol. matr.*
pulchrè poſt gloſſam tenet Bald. *in d. Auth. res quæ, num.*
11. vbi Caſtr. *num.* 8. Iaſ. *num.* 32. *verſ.* 8. *C. communia de*
*legat.* Benedict. *in cap. Raynut. verb. Mortuo itaque, il.* 2.
*num.* 115. *de teſtam.* pulchrè Crott. *in rep. l. filiusfam.* §.
*Diui, num.* 171. *ff. de legat.* 1. Alex. *conſ.* 169. *num.* 3. *lib.* 7.
Ruin. *conſ.* 199. *n.* 7. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 177. *n.* 18. 19. *lib.* 2. Si-
mon de Præt. *de interpret. vlt. vol. fol.* 438. *num.* 27. Go-
zad. *conſ.* 97. *numer.* 10. Rub. Alex. *conſ.* 78. *col.* 2. Crauet.
*conſ.* 291. *in fin.* Rol. *conſ.* 85. *num.* 33. *lib.* 1. pulchrè Me-
noch. *conſ.* 33. *n.* 42. 43. 44. perbellè etiam Nicol. Noal.
*in tract. de tranſmiſſ. caſ.* 22. *n.* 2. 3. *& per totum*, vbi in
terminis probat priuilegium dictæ Authenticæ *res quæ*,
37 tranſmitti ad quoſcumque hęredes, etiam extraneos, imò
poſſe tranſmitti etiam per viam ceſſionis, & propterea
non eſt curandum, an dicta D. Calphurnia deceſſerit
38 ante nuptias, vel poſteà, quia etiam antequam nuberet,
potuiſſet priuilegium prædictum cedere, vt dixit in ter-
minis *ex l. ex pluribus, ff. de adminiſtr. tut.* Ruin. *conſ.* 15.
*ad fin. verſ. tertiò principaliter, lib.* 1. Crauet. *d. conſ.* 191.
*numer.* 2. *verſ. idem*, Rol. *conſil.* 28. *num.* 24. *lib.* 2. Noal. *d.*
*caſ.* 22. *n.* 4. *in fin.*

Hinc patet, non oportere nos diſputare, an hìc ſit lo-
cus compenſationi oppoſitæ à D. Franciſco, quia cùm
D. Innocentius fuerit pulſatus ab eo per viam recõuen-
tionis, quæ debet expediri ſimul cum actione conuen-
tionis, non minùs pro D. Franciſco debet committi exe-
cutio prædictorum inſtrumentorum, quàm pro D. In-
nocentio executio laudi, quod ſufficit. Nihilominus
quatenus non eſſet locus compenſationi, ſaltem non
eſſet deneganda D. Franciſco retentio debiti prædicti
duc. 600. donec ſibi ſatisfiat; tum quia vtrumque de-
39 bitum eſt quantitatiuum, & recipit functionem in ge-
nere, Molignat. *tract. de retentione, part.* 1. *q.* 199. *verſ.*
*quod autem*; tum quia creditum dicti Dom. Franciſci
eſt liquidum, & clarum, conſtans per inſtrumenta pu-
blica, quo caſu etiamſi pecunia ex aduerſo petita pe-
teretur tanquam ſpecies, adhuc datur D. Franciſco re-
tentio illius donec ſibi ſoluatur, ex textu *in l. ſi non ſor-*
40 *tem*, §. *ſi centum, in fin.* vbi DD. *ff. ſi cert. pet.* pulchrè gloſ.
*in l. fin. in verb. debiti*, ibi: *niſi debitum ſit liquidum*, vbi
Salic. *Cod. commod.* Bart. *in l. fin. n.* 1. *verſ. circa hoc, C. de*
*compenſat.* & poſt Burſat. *conſ.* 139. *num.* 75. *lib.* 2. Moli-
41 gnat. *d. tractat. de retent. part.* 1. *quæſt.* 247. adeò vt debi-
tori detur retentio etiam poſt ſententiam, donec ſibi
ſoluatur. Surd. *conſ.* 248. *numero* 15. nec proſit creditori
offerre fideiuſſorem de ſoluendo. Molignat. *d. tract. part.*
2. *quæſt.* 417. idque procedit, etiamſi debitor pro ſuo
credito non habeat hypothecam. Surd. *d. conſ.* 248. *n.* 16.
& ſic non poteſt contra Dom. Franciſcum exequi lau-
dum, quia habens ius retinendi ſuſpendit executionem.
Corn. *conſil.* 61. *numero* 27. *verſ. eſt etiam, libr.* 3. & ideò
42 ad ſuſpendendam excommunicationem datur retentio
pro qualibet re debita. Medic. *de compenſat. q.* 16. *num.*
13. *part.* 2. Molignat. *d. tract. p.* 2. *q.* 414. *&* 417. nec mi-
rum, quia retentio eſt fauorabilior quàm ipſa petitio.
43 Honded. *conſ.* 16. *n.* 21. *lib.* 1. & *conſil.* 75. *n.* 6. *lib.* 2. Surd.
*conſ.* 160. *n.* 57. & *conſil.* 253. *n.* 22. Rol. *conſil.* 17. *n.* 8. *lib.* 4.
Cyriac. *contr.* 430. *n.* 12. 13.

Nihilominus datur dicto D. Franciſco etiam ius com-
penſationis, quia verè vtrumque debitum recipit fun-
ctionem in genere ſuo, conſiſtens in quantitate, & vtrũ-
44 que eſt liquidum, *leg. ſi conuenerit, ff. de pign. act.*
*leg. final. Codice de compenſationib.* ſatis enim viſum
eſt inſtrumentum pro parte Dom. Franciſci productum
facere rem notoriam, & manifeſtam; & ſufficit etiam
ſi fiat liquidatio incontinenti. Cyriac. *contr.* 441.
*num.* 15. *lib.* 3.

Neque obſtat, quod pecunia dicto D. Innocentio
ſoluenda debeat inueſtiri; & ideò tanquam res ſtabilis
æſtimetur, & ita non ſit locus compenſationi de ſpe-
cie ad quantitatem. Nam reſpondetur id procedere,
quando creditum petentis compenſationem non eſt li-
quidum, ſecus eſt ſi clarum ſit, vt per Bart. *in d. l. fin. n.* 1.
*verſ. circa hoc, C. de compenſat.* Secundò reſpondetur
pactum de inueſtiẽdo dictas pecunias fuiſſe factum
principaliter ad fauorem dicti D. Franciſci, vt in pro-
ceſſu, *fol.* 25. ideò non debere retorqueri in eius odium,
*l. quod fauorem, C. de leg. l. legata inutiliter, de adim. leg.* 45
*l. pro hærede, de acquir. hær. c. quod ob gratiam, de reg. iur.*
*in* 6. Tertiò reſpondetur quod culpa dicti D. Innocentij,
& mora in ſatisfaciendo dicto D. Franciſco non debet
illi prodeſſe, ſed nocere, *l. mora*, §. *fin. de vſur. l. in con-* 46
*demnat.* §. *vnicuique, de reg. iur. capit. mora, de reg. iur. in* 6.
& tamen ſecus eueniret, ſi non admitteretur compen-
ſatio, nam non ſoluendo quod debet, ipſe ſibi ſolui
inſtat, & compenſare recuſat, & dat cauſam D. Franc. 47
opponendi compenſationem, quia ſi ipſe ſolueret dicto
D. Franc. creditum ſuum, vice verſa ei indilatè ſoluere-
tur, & DD. in contrarium allegati loquuntur in alio
caſu, qui nihil habet commune cum præſenti. Deni-
que reſpondetur dictum D. Franc. non indigere benefi-
cio compenſationis, aut retentionis, cùm Iudex debeat
eodem tempore committere executionem tam laudi
prædicti, quàm inſtrumentorum à dicto D. Franc. pro-
ductorum, ex Statuto Carpi *l.* 2. *rubric.* 17. & prout
ſuperiùs extractum fuit, quod nobis ſufficit; creditum
enim D. Franciſci excedit prætentionem D. Innocentij,
cui ideò dici poteſt: Petis quod intus habes. Et ita.

## CAPVT CLXIX.

### EPITOME.

Vſufructuario mortuo poteſt proprietarius continuare poſſeſſionem in bonis vſufructuarij, non obſtante ſtatuto continuante poſſeſſionem in hæredem.

### SVMMARIVM.

1 *Pater eſt vſufructuarius bonorum aduentitiorum filij.*
2 *Poſſeſſio defuncti continuat in hæredem ex Statuto Ferrariæ.*
3 *Vſufructuarij morte vſusfructus conſolidatur cum proprietate.*
4 *Proprietarij poſſeſſio mortuo vſufructuario non eſt noua poſſeſſio.*
5 *Poſſeſſio naturalis vſufructuario mortuo acquiritur proprietario etiam ignoranti.*
6 *Proprietarius mortuo vſufructuario ſine reſtitutione acquirit poſſeſſionem.*
7 *Poſſeſſio naturalis conſolidatur cum ciuili mortuo vſufructuario.*
8 *Poſſeſſio proprietarij eſt manutenibilis contra hæredes vſufructuarij.*
9 *Poſſeſſio vſufructuarij non tranſit ad eius hæredes.*
10 *Manutentionis mandatum datur proprietario, mortuo vſufructuario.*
11 *Proprietarius poteſt naturalem poſſeſſionem iungere*

*ſuæ ciuili mortuo vſufructuario.*

12 *Manutentionis remedium habet mixturam retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis.*

13 *Vſufructu extincto proprietarius ſtatim eſt dominus, & poſſeſſor.*

14 *Poſſeſſor ciuilis poteſt expellere naturaliter poſſidentem.*

15 *Statutum Ferrariæ de continuanda poſſeſſione in hæredem declaratur.*

16 *Poſſeſſio defuncti continuat in hæredem in præiudicium proprietarij.*

17 *Statutum de continuanda poſſeſſione procedit in præiudicium tertij.*

18 *Proprietario non obſtat ſtatutum de continuanda poſſeſſione.*

19 *Statuta de continuanda poſſeſſione non procedunt in rebus ad hæredes non tranſitoriis.*

20 *Vſufructuarij hæredibus non competit detentio.*

21 *Fideicommiſſarius debet accipere de manu hæredis.*

22 *Detentio continuat in hæredem vigore ſtatuti.*

23 *Statutum de continuanda poſſeſſione eſt correctorium iuris communis.*

24 *Doctori diſtinguenti ſtandum eſt.*

25 *Iura perſonalia non tranſeunt in hæredem.*

26 *Vſufructuarij hæres non contradicit proprietario.*

27 *Menochius declaratur.*

28 *Statutum de continuanda poſſeſſione procedit tantùm in vero & vniuerſali hærede.*

29 *Statutum non continuat poſſeſſionem in legatarium, vel fideicommiſſarium.*

30 *Saluiani remedium eſt adipiſcendæ, non retinendæ.*

31 *Saluiano agens quid probare debeat.*

32 *Saluianum non datur ſine hypotheca.*

33 *Patris confeſſio non præiudicat filio in aduentitiis.*

34 *Pater non poteſt alienare, vel obligare bona filij in aduentitiis.*

35 *Statutum non continuat in hæredem poſſeſſionem rei alteri relictæ.*

36 *Tenuta data ſine præiudicio non præiudicat.*

37 *Poſſidens ciuiliter rectè tentat beneficium manutentionis.*

38 *Ciuiliter poſſidens non impeditur à poſſidente naturaliter.*

39 *Poſſidens naturaliter turbat, ſi non admittit ciuiliter poſſidentem.*

40 *Poſſidens ciuiliter quid poſſit contra naturaliter poſſidentem.*

41 *Vſufructuarius non præiudicat poſſeſſioni proprietarij.*

42 *Retinendi ius dat beneficium manutentionis.*

43 *Poſſeſſio, & iuſtus titulus probatur ex actis.*

44 *Inſtrumenta faciunt rem notoriam.*

45 *Manutentio datur proprietario, vbi conſtat de eius bono iure.*

46 *Poſſeſſio probatur ex decreto de manutenendo.*

47 *Prædo non ſemper eſt manutenendus.*

48 *Meliorationes quando dent ius retinendi.*

49 *Melioramentorum in liquidatione quid attendendum.*

50 *Confeſſio patris nihil nocet filio ad minuendam legitimam.*

51 *Debiti confeſſio an noceat filio.*

52 *Dotis confeſſio quando valeat.*

53 *Filius in legitima iudicatur vt creditor.*

54 *Fraudibus via non eſt aperienda.*

55 *Teſtator confitendo debitum quando probet.*

56 *Feudum quando imputetur in legitimam.*

57 *Feudum eſt æs alienum hæreditatis.*

58 *Retentio non datur niſi pro expenſis factis in re.*

59 *Notarius, & Procurator non poteſt retinere proceſſum pro ſuo ſalario.*

60 *Scriptor poteſt retinere quinternos pro mercede.*

61 *Retentio non datur niſi pro debito liquido.*

62 *Vſufructuarius lucratur ſolùm fructus pendentes.*

63 *Penſiones diuiduntur ſicut fructus.*

64 *Compenſatio fit pro concurrenti quantitate.*

65 *Compenſatio dicitur ſolutio.*

66 *Manutentionem non impediunt exceptiones turbidæ, & altioris indaginis.*

67 *Manutentio non impeditur, niſi exceptio ſtatim probetur.*

68 *Exceptio altioris indaginis quæ dicatur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1624. ſub die 12. Auguſti perilluſtris D Bernardinus Corriggiarius, Nobilis Ferrarienſis, & Mutinenſis ſuum condidit vltimum teſtamentum, in quo inter cætera hæredem vniuerſalem inſtituit Illuſtriſs. D. Com. nunc verò Marchionem Herculem Coccapanum, pariter Nobilem Ferrarienſem, & Mutinenſem; & poſteà deceſſit ſub die 16. eiuſdem, cuius hereditatem adeundo Illuſtriſſimus D. Comes, & poſtea Marchio Guidus Coccapanus dicti hæredis pater & legitimus adminiſtrator comparuit coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Vicelegato Ferrariæ, & præſentauit dictum teſtamentum authenticum, & nomine dicti eius filij Herculis petiit ſe aſſociari, & immitti in tenutam omnium bonorum dicti D. Bernardini, & obtinuit fauorabile decretum, in cuius executionem ſub die 17. eiuſdem Antonius Tuſſius Præco dedit corporalem poſſeſſionem dictorum bonorum prædicto D. Com. Guido nomine dicti eius filij, vt de iis omnibus ſatis conſtat ex actis D. Horatij Smeraldi Notarij Ferrariæ, & cùm poſtea comparuerit tanquam contradictor Illuſtriſſimus Dom. Com. Franciſcus Coccapanus, & diu agitatum fuerit negotium, denique prædictus D. Com. Guidus obtinuit decretum manutentionis in poſſeſſione dictorum bonorum nomine eius filij, vt conſtat ex actis Ferrariæ geſtis ſub die 20. Decembris 1624. & eadem cauſa deuoluta ad Rotam Romanam fuit iudicatum prædictam hæreditatem D. Bernardini ſpectaſſe, & pertinere ad dictum D. Marchionem Herculem iuniorem, & parti aduerſæ fuit ſilentium impoſitum, vt in ſententia lata ſub die 27. Iunij 1631. & de rationibus eam iuſtificantibus apparet ex deciſione eiuſdem Rotæ in Ferrarienſi hæreditatis, Lunæ 5. Maij 1631. coram Reu. P. D. Motmano, ponente in eadem cauſa.

Poſt hæc prædictus D. Com. Guidus tanquam Pater
prædicti eius filij pacificè potitus eſt vſufructu dicto- 1
rum bonorum aduentitiorum, ad textum *in l. cùm oportet, Codice de bon. quæ lib.* continuando vſque ad annum 1639. & diem 18. Ianuarij, quo die ab hac vita deceſſit, condito ſuo vltimo teſtamento, in quo iure inſtitutionis bonorum ſuorum ſolam legitimam reliquit prædicto D. Marchioni Herculi, necnon DD. Com. Alphonſo, Paulo, & Thomæ eius filiis ex primo matrimonio: hæredes autem vniuerſales inſtituit DD. Comites Adulphum, & Flambertum ab eo genitos ex ſecundo matrimonio, vnà cum D. Com. Ludouico filio ex primo matrimonio æqualiter, & æquis portionibus, cum declaratione, *Che ogni poſſeſſo, quaſi poſſeſſo, inſiſtenza, ò detentione anche ſemplice di tutti, e ſinguli beni da Sua Signoria Illuſtriſſima tenuti, goduti, e poſſeduti, anche ſenza altra apprehenſione adita, ò non adita la ſua hæredità, ancorche dal altri foſſero prima tutti, ò parte occupati, e detenuti continui, e s'intende continuato ſubito ſeguita la ſua morte ne ſuoi hæredi.* Et vt latiùs in dicto teſtamento, in quo pariter reliquit Dom. Marchioniſſam Aldam de Sanctis, eius vxorem vſufructuariam omnium eius bonorum, etiam fideicommiſſo ſubiectorum, & cuiuſcunque titulo, & cauſa, donec vidualiter, & honeſtè vixerit, liberando eam à confectione inuentarij, cui etiam mandauit de bonis ſuæ



ſuæ hæreditatis ſatisfieri de multis ſummis pecuniarum, quas faſſus eſt eam ſoluiſſe de ſuo pro ſeruitio domus dicti teſtatoris, & vt latiùs in dicto teſtamento. In quo pariter ad damnum, & præiudicium prædicti D. Marchionis Herculi diſpoſuit, & eum obligauit ſequentibus verbis: *Eſſenſo ſtato detto Signor Teſtatore, come dice neceſſitato à far molti debiti per l'acqueſto del feudo di Spezzano, graua il Signor Marcheſe Ercole ſuo primogenito, come ſucceſſore del detto feudo à pagare detti debiti, che ſono ſcudi due mila di Ferrara in vna mano, e Lire ſette mila in vn'altra mano pagate al Signor Abbate, e fratelli Coſtaguti, liquali danari dichiara, ch'ebbe dalla Sign. Marcheſa Alda Santi ſua Conſorte, e di ſua propria dote per reſtitutione, e ricuperatione di cui vuole detto Signor Teſtatore, che detta Signora poſſa valerſi dell'vtile Saluiano interdetto, oltre à qualunque altro rimedio, che più di ragione li competa, & oltre anco à quanto più à baſſo dichiara detto Signor Teſtatore ne beni di eſſo Signor Marcheſe Ercole, che ſono fuori del ſtato del Sereniſſimo di Modena, liquali con ogni più ampla autorità, che può eſſo Signor teſtatore li obliga, & hippoteca ſpecialmente per tal'effetto me Notaro per eſſa ſtipulante, godendo i frutti, ſin che reſti intieramente ſodisfatta, &c.* Et declarauit vlteriùs ſe notabiliter auxiſſe capitale animalium hæreditatis prædicti D. Bernardini, & velle illud cedere commodo ſuorum hæredum, ſicut etiam omnes alias meliorationes in ea factas.

Quibus ſtantibus prædicta D. Marchioniſſa Alda
tanquam tutrix, & nomine dictorum hæredum, & pro
omni ſuo iure, & intereſſe continuando poſſeſſionem
dictorum bonorum ad formam ſtatuti Ferrariæ, *lib. 2.*
*rub. 82.* de continuanda poſſeſſione defuncti in hære-
2 dem, & iuxta diſpoſitionem dicti teſtatoris, decretò
Iudicis interueniente, vt fertur, apprehendit poſſeſſionem, & corporalem tenutam etiam bonorum remanſorum in hæreditate prædicti Domini Bernardini Corrigiarij, ſine præiudicio iurium quorumcumque.

At D. Marchio Hercules vti hæres inſtitutus à prædicto D. Bernardino, & ſtante poſſeſſione eius nomine capta de dicta hæreditate de anno 1624. dicit, & prætendit hæredes dicti eius patris nullum ius, nullamque poſſeſſionem manutenibilem in ſui præiudicium habere in bonis dicti Domini Bernardini, quia licèt dictus eius pater fuerit vſufructuarius dictorum bonorum; tamen morte illius vſusfructus fuit extinctus, & conſo-
lidatus cum proprietate, ad textum *in §. finitur, In-*
*ſtitut. de vſufruct. l. antiquitas, §. tales, Cod. de vſufruct.*
3 & proptereà poſſe continuare in ſua poſſeſſione, quam
ipſius nomine dictus eius pater de anno 1624. apprehendit, non obſtante teſtamento patris, qui non potuit præiudicare filio in bonis aduentitiis, & non attento Statuto prædicto, quod non habet locum in iuribus perſonalibus, & ad hæredes non tranſitoriis, quale eſt ius vſufructuarij. Queritur quid iuris.

Quibus conſideratis cenſeo iuri conuenire, quod
prædictus Illuſtriſſimus Marchio Hercules Coccapanus dicti Domini Bernardini hæres proprietarius, defuncto dicto eius patre vſufructuario manutenendus ſit in poſſeſſione dictæ hæreditatis Corrigiariæ, amoto exinde quolibet illicito detentore, adeo, vt poſſit continuare in illa poſſeſſione eius nomine capta de anno 1624. quia conſolidato vſufructu cum proprietate per
obitum vſufructuarij, poſſeſſio proprietarij non eſt di-
4 cenda noua poſſeſſio, ſed eadem cum ſuo incremento,
vt poſt Pariſ. *in conſil. 122. numero vigeſimoſecundo, lib. quarto*, fuit dictum per Rot. *in Mediolanenſ. bonorum de Penis*, 4. *May* 1601. *coram Pamphilio*, & *in vna Tudertina præ lij* 24. *May* 1620. vt apud Poſth. *poſt tractat. de manut. deciſ.* 119. *numero quinto*, prout ſic etiam docet idem Poſth. *in eodem tractat. obſeruat. decimaſexta, numero quadrageſimotertio.* Vnde Bart. *in l. ſi arroganti, num. 12. verſic. ſed hodie, ff. de adopt.* dixit,
quod poſſeſſio naturalis, quæ exiſtebat penes vſufru-
ctuarium, finito vſufructu, ſtatim proprietario etiam
ignoranti aquiritur ipſo iure; & eum ſequitur Modern.
Pariſ. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 30. num. 124.* Tiraquell. *in*
*tract. le mort, ſaiſit, part. 3. declar. 1. num. 7.* Gabr. *conſil.* 5
142. *numer. 4. & 5 lib. 2.* vbi rectè probat vſufructuario
mortuo vſumfructum conſolidari cum proprietate ipſo
iure, nec eſſe neceſſe, quod proprietario fiat aliqua re- 6
ſtitutio; & cum eis ſentit Caſtill. *in tract. de vſufruct. cap. 61. num. 7.*

Nec mirum, quia ſicut morte vſufructuarij termina-
tur vſusfructus, ita etiam illius naturalis poſſeſſio, quæ
apud eum exiſtebat, adeò vt ciuilis poſſeſſio proprie-
tarij ad ſe trahat naturalem vſufructuarij poſt eius mor- 7
tem, & naturalis poſſeſſio cum ciuili conſolidetur, vt
per Bald. *in l. 1. quæſt. 46. ff. de rer. diuiſ.* Iaſ. *in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* Natt. *conſil. 419. numer. 3 lib. 2.* Bero. *conſil. 60. num. 26. lib. 1.* Tiraquel. *in tract. le mort ſaiſit, part. 3. declar. 1. numer. 4. & 5.* Menoch. *de retin. poſſeſſ. remed. 3 num. 23. & ſeqq.* & latè *in conſ. 139. numero* 14. 16. 18. 21. 22. pulchrè etiam Caſtil. *de vſufruct. cap. 61. ſub num* 7. clarè Rota *in vna Romana de Incoronatis, deciſ. 299. num. 5.* apud Poſth. *in tract. de manut.* vbi docet, quod ideò
talis poſſeſſio proprietarij eſt manutenibilis contra hæ- 8
redes vſufructuarij; & concordat eadem Rota *in vna Ariminenſi bonorum, ſub die* 28. *May*, 1627. vt apud eundem Poſth. *in tract. de manut. deciſ. 58. numer.* 31. 32. vbi dicitur, quod poſſeſſio naturalis vſufructuarij fuit extincta eius morte, ſicut finita fuit etiam cauſa poſſidendi, nempe vſusfructus; & propterea non tran-
ſit ad hæredes, quia nec cauſa poſſidendi erat ad eos
tranſitoria, & poſt Honded. *conſ. 18. numer. 73. lib. 2.* 9
Eug. *conſ. 65. numer. 5.* tenuit Rota *deciſ. diuerſ. 340. numero* 10. & *deciſ. 339. numero 2. & 3. parte 5.* vbi docet finito vſufructu mandatum de manutenendo competere proprietario, & etiam eius hæredi intra triginta
annos, quamuis vſufructuarius alienauerit, Thomat. 10
*deciſ. 118. numer. 8. 9.* Gratian. *diſcept. 779. numer. 9. 10.* Sic etiam pulchrè, & latè docet Fenzon. *ad Statuta Vrb. cap. 147. numer. 17. 18. 19. 20. 21. 22.* vbi probat poſſeſſionem emphyteutæ, feudatarij, & vſufructuarij non continuare in eorum hæredes, ſed morte extingui; adeo vt fiat conſolidatio iſtius poſſeſſionis naturalis cum ciuili exiſtente penes dominum directum, vel proprietarium.

Et ideò confirmandum eſt, quod finito vſufructu
mandatum de manutenendo competit, & dari debet
proprietario, etiam contra hæredes vſufructuarij de-
functi, adeò vt poſſit proprietarius vigore ſuæ poſſeſ- 11
ſionis ciuilis propria auctoritate ingredi naturalem, & eam apprehendere; ſuæque ciuili iungere, Tiraquell. *dict. tract. part. 3. declar. 1. numer. 6. 7.* Natt. *d. conſ. 419. numer. 3.* Menoch. *d. conſil. 139. numer. 16. 21. 26. lib. 2.* Caſtil. *de vſufruct. d. cap. ſexageſimoprimo, numero ſeptimo*, Gaſp. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 96. num. 4. 6.* Rota apud Poſth. *d. tract. deciſ. 293. numer. 2.* & *deciſ. 299. numer. 5.* & tenet Poſthius *d. tract. obſeru. 16. num. quadrageſimoprimo, quadrageſimoſecundo*, vbi ait etiam, quod competit manutentio proprietario contra hæredes vſufructuarij non habentes legitimam cauſam retinendi; quia hoc remedium manutentionis, quod eſt
retinendæ, habet mixtam naturam, ſcilicet retinendæ 12
reſpectu ciuilis poſſeſſionis, & recuperandæ reſpectu naturalis; ſic etiam Gratian. *diſcept. forenſ. 779. num. 4. 5.* & *diſcept. 899. num. 6. & ſeqq.* Thomat. *d. deciſ. 35. numer. 41.* vbi dicit, quod extincto vſufructu, proprie-
tarius ipſo iure reperitur eſſe & dominus, & poſſeſſor, 13
cùm ſublata ſit omnis inſiſtentia, & detentatio, & proptereà debeat manuteneri; & hoc idem docet *dict. deciſ. 118. numer.* 10. 11. 12. 13. Rot. *diuerſ. deciſ. 359.*

*num. ſecundo, & tertio, part. quinta.* Non enim poſſum
me tueri in ciuili poſſeſſione ſine recuperatione natu-
ralis, adeò vt Iudex pro mea defenſione debeat amo-
uere naturaliter poſſidentem, ſeu iniuſtum detentorem,
vt per Bart. *in l. vti poſſidetis, num. 12. in fin. verſ. Reſ-
pondet*, vbi etiam Bald. *num. 4. verſ. aduerte, C. vti poſ-
ſidetis*, Rot. apud Poſth. *deciſ. 327. numer.* 13. 14. &
*deciſ.* 330. *numer.* 30. vbi benè loquitur, & concor-
dat idem Poſth. *in tract. de manuten. obſeru.* 16. *nu-
mer.* 40.

Neque prædictis obſtat Satutum Ferrariæ *lib. 2. rubr.*
82. dum continuat in hæredem poſſeſſionem defuncti,
& ſimplicem detentionem, quam ille viuens habebat
15 etiam ratione vſusfructus, quia tale Statutum procedit,
& locum habere poteſt, quando hæres vſufructuarij
ageret, vel ſe defenderet contra tertium eum impedien-
tem, vel turbantem, vel dubia eſſet proprietarij ratio;
tunc enim Statuti diſpoſitio poſſet prodeſſe hæredi,
quia quoad illum tertium non videtur extinctus vſus-
fructus, & poſſeſſio in multis poteſt eſſe hæredi vtilis;
ſecus eſt, ſi res agatur cum proprietario, cuius iura ſint
clara, & certum eſt, & conſtat eſſe proprietarium; tunc
enim extincto vſufructu ipſe poteſt naturalem poſſeſ-
ſionem apprehendere, quia in ipſum continuat, & non
in hæredem vſufructuarij, non obſtante Statuto, quod
iniuſtum eſſet, ſi aliter interpretaretur, quia illa natu-
ralis poſſeſſio vſufructuarij periit cum defuncto, & non
16 tranſit ad eius hæredes: ſic in terminis Statuti Ferra-
riæ poſt Paſeth. *conſ.* 140. *num.* 13. benè diſtinguendo
declarauit Menoch. *conſ.* 139. *num.* 26. 27. vbi benè lo-
quitur, & eius diſtinctio conuenit rationi, & æquitati,
& hoc idem in terminis eiuſdem Statuti ſenſerunt Mar-
cabrun. *conſil.* 92. *numer.* 10. 11. 12. 13. & hoc idem ſen-
tire videtur Rimin. Iun. *conſil* 44. *num.* 78. *verſ. Tantó-
que*, & *conſil.* 545. *numero* 35. Peregr. *deciſ. Patauin.*
127. *num.* 11. Fenzon. *ad ſtat. Vrb. cap.* 147. *numer.* 23.
& conſentit Surd. *conſil.* 491. *numer.* 3. vbi prædictos
allegat, & ſequitur Cyriac. *controu.* 12. *numero* 60. & *nu-
mer.* 71. 72. *lib.* 1. & idem tenet Iacob. Canc. *var. reſol.
lib.* 1. *capit.* 7. *num* 81. vbi ſequitur Menoch. & eius di-
ſtinctionem, vt poſſeſſio defuncti bene continuetur in
17 hæredem reſpectu tertij, non autem reſpectu proprie-
tarij, & veri poſſeſſoris; & ita etiam tenuit Rota *in vna
Imolenſi bonorum*, 10. *Aprilis* 1592. *deciſ.* 1. *numero quin-
to*, apud Marcheſan. *de commiſſ. appell. in poſſeſſ. Salu.
interd. part. prima*, §. 1. *fol.* 948. vbi in terminis ſic de-
clarat Statutum Ferrariæ, vt non habeat locum in bo-
nis, quæ defunctus poſſidebat naturaliter tantùm ex
cauſa morte finita, & nouiter etiam ſic ſenſit Rota Ro-
mana in cauſa Ferrariæ, Manutentionis, 28. Ianuarij,
& 14. Iunij 1641. coram Pirouano, vbi in terminis
eiuſdem Statuti Rota iudicauit dandam eſſe manuten-
tionem proprietario, & eius hæredi, non autem hæredi
ipſius vſufructuariæ defunctæ, non obſtante dicto Sta-
tuto, quia inſolidatio vſusfructus, quæ fit cum proprie-
tate mortuo vſufructuario, impedit effectum momenta-
neæ poſſeſſionis, per Satutum deſideratæ, & Rota ſe-
quitur auctoritatem Menochij, maximè in dicta de-
ciſione ſub die 14. Iunij, *in verſ. Secundò principaliter*,
vbi alios etiam allegat, & idem tenet Poſth. *in d. tract.
de manuten. obſeru.* 55. *numer.* 64. *verſic. Vt in terminis*;
quem dici poteſt loqui in terminis Statuti Ferrariæ,
quia *ſub numero* 55. illius mentionem fecit, & inter
alia Statuta Italiæ, quæ continuant poſſeſſionem in
hæredem, ſignanter illud expreſſit, & tamen *ſub numer.*
64. docuit huiuſmodi Statutum non procedere in hoc
caſu, & ſequitur Menochium in dicto loco allegatum,
& in effectu idem firmat Caſtil. *in d. tract. de vſufruct.
cap.* 61. *numero* 7. vbi docet huiuſmodi Statutum non
obſtare proprietario, ne finito vſufructu iungat natura-
lem poſſeſſionem ſuæ ciuili, & ſequitur Menochium,
vt ſupra diſtinguentem, & hoc idem ſentit, & docet
Riminin. Iun. *in conſil.* 678. *numer.* 22. vbi in terminis
eiuſdem Statuti ſequitur Menochium, & dicit, quod 18
dictum Statutum non habet locum ad fauorem hære-
dis vſufructuarij contra proprietarium, & generaliter
ſolent DD. docere communiter, quod huiuſmodi Sta-
tuta de continuanda poſſeſſione in hæredem locum
non habent in iure perſonali, & iis rebus, quæ ad hæ-
redes non ſunt tranſitoriæ. Imol. *in conſil.* 16. *numer.* 4. 19
Iaſ. *in conſil.* 147. *numer.* 3. *lib.* 2. & *conſ.* 152. *lib.* 4. Barb.
*conſil.* 58. *numer.* 18. *lib.* 2. Eug. *conſil.* 55. *numer.* 10. *lib.
primo*, Gabr. *de aquir. poſſeſſ. concl.* 9. *numero* 15. Tuſch.
*verbo Statutum, concluſ.* 626. *numer.* 12. Peregr. *de fidei-
commiſſ. art.* 47. *num.* 15. *in fin.* Pacif. *de Salu. interd. inſ-
pect.* 3. *cap.* 2. *numero* 359. 361. & Rota apud eum *deciſ.*
242. *numer.* 3. 4. Mareſcot. *variar. reſol. lib.* 2. *capit.* 116.
*numer.* 6. Gratian. *diſcept.* 732. *num.* 72. & *diſcept.* 954.
*num.* 15. latè Poſth. *in tract. de manut. obſeru.* 55. *num.* 64.
Caſtil. *d. cap.* 61. *num.* 7. Cyriac. *d. controu.* 12. *num.* 71. 72.
vbi inquit idem eſſe, ſiue ſimpliciter, ſiue ſui naturâ
bona fuerint apud defunctum ex cauſa non tranſitoria
ad hæredes. Surd. *d. conſil.* 491. *num.* 3. Thomat. *d. deciſ.*
118. *n.* 29. 30. vbi bene loquitur, & dicit nullam compe-
tere detentionem hæredibus vſufructuarij, & propterea 20
ab eis auferi poſſe poſſeſſionem ſine cognitione cauſæ,
Fenzon *ad ſtat Vrb. cap.* 147. *num* 22.

Et quamuis in terminis Statuti Ferrariæ aliter ſentire
videatur Rimin. Iun. *conſil.* 91. *numer.* 13. 16. *& quaſi
per totum*, & *in conſ.* 678. *num.* 24. vbi dicit, quod for-
ſan noſtra reſponſio ceſſaret propter additionem factam
per Reuiſores Statutorum, *in verſ. Mandantes ad Sta-
tutum Ferrariæ, lib.* 2. *rub.* 82. hoc non obſtat. Nam reſ-
pondetur dictum Rimin. Iun. *in d. conſ.* 91. præcipuè
tractaſſe, & defendiſſe cauſam hæredum contra fidei-
commiſſarium, quem certum eſt teneri accipere fidei-
commiſſum de manu hæredis ob detractiones facien- 21
das. Dec. *conſ.* 136. *num.* 9. & *conſil.* 467. *num.* 12. Boer.
*deciſ.* 156. *numer.* 2. Rimin. Iun. *d. conſ.* 91. *num.* 25. 26.
Farin. *deciſ. poſth.* 116. *numer.* 2. *part. prima*, & ideò non
poteſt impedire, quin bonorum poſſeſſio non conti-
nuet in hæredem, cùm ei non liceat eam occupare pro-
pria auctoritate, & quamuis Riminaldus loquatur etiam
de hæredibus vſufructuarij, hoc facit incidenter, &
cùm non diſtinguat, rectè poteſt reduci ad ſenſum
Menochij *in d. conſ.* 139. *numer.* 27. vt Statutum proce-
dat aduerſus tertium, non autem aduerſus proprieta-
rium, ſicut in hac parte cum Menochio ſentire, &
eum ſequi videtur idem Rimin. Iun. *d. conſil.* 678. *nu-
mero* 21. 22. Et licèt *ſub numer.* 24. ab eo diſcrepare vi- 22
deatur in alio caſu, an ſcilicet ſola detentio continue-
tur in hæredem detinentis, tamen non loquitur deter-
minatè, ſed cum temperamento, *Forſan*, quod dubiam
reddit ſuam reſponſionem, & eſt caſus diuerſus à pro-
poſito de hærede vſufructuarij, alioquin Riminaldus
eſſet ſibi contrarius, quod non eſt dicendum, & ma-
gis congruit, vt concordetur cum diſtinctione Meno-
chij, quæ eſt iuſta, & rationabilis, quia cùm dictum
Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredem ſit
reſtringendum tanquam correctorium iuris communis, 23
Paſeth. *d. conſ.* 140. *numer.* 9. Menoch. *d. conſil.* 139. *nu-
mer.* 10. Marcabrun. *d. conſ.* 62. *num.* 9. Cyriac. *d. controu.*
12. *num.* 61. Ideò debet interpretari, vt quantò minùs
fieri poſſit, lædat ius commune. Rimin. Iun. *conſil.* 545.
*num.* 35. Vbi enim Statutum poteſt habere plures ſen-
ſus, ille capiendus eſt, per quem ius commune in vno
tantùm lædatur, & non in pluribus, Pariſ. *conſ.* 16. *n.* 106.
*lib.* 1. Oſaſch. *deciſ.* 59. *num.* 13. Honded. *conſ.* 95. *num.* 32.
*libr. primo*, quod eueniet, ſi interpretabimur dictum
Statutum, vt procedat contra tertium, & non contra
proprietarium, ne videatur diſponere ſuper impoſſibili,
vel contra rationem naturalem, vt inquit Menoch. *d.
conſ.* 139. *numer.* 27. *verſ. hoc ſecundo*, Peregr. *deciſ.* 27. *ſub
numero* 9. & ſic Riminaldus non contradicit Menochio,




quem in noſtris terminis clarè ſequitur *in d. conſ.* 545.
*num.* 35. 36. Fenzon. *d. c.* 147. *num.* 23.

Et licèt Cagnolus in obſeruationibus ad Meno-
chium *d. conſ.* 139. *numer.* 22. 23. *& per totum*, impugnet
doctrinam Menochij, tamen non allegat rationes ip-
ſum conuincentes, nec eſt tantæ auctoritatis, vt præua-
leat Menochio Iuriſconſulto magni nominis, quem in
hoc puncto, & in hac materia ſequuntur plurimi DD.
necnon & Rota Romana, vt videre eſt *in deciſ. di-
uerſ.* 359. *num.* 2 *part.* 5. & apud Poſth. *deciſ.* 299. *num.* 5.
& alibi ſæpè, & iuſtum eſt ſtare dicto Doctoris tam in-
24 ſignis, & ſic rationabiliter diſtinguentis; ſic enim diſtin-
guendo veritati magis appropinquare videtur. Gloſſ. &
Salicet. *in l. apud antiquos, C. de furtis*, Borgnin. *de
vſufruct. mul. relict. numer.* 2. Bertazol. *in l. ſi quis maior,
num.* 54. *C. de tranſact.* Rimin. Iun. *conſ.* 363. *numer.* 156.
157. & *conſ.* 476. *num.* 19. 20. Barz. *deciſ.* 130. *numer.* 69.
Amat. *deciſ. Ferrar.* 5. *num.* 27. Rota enim Romana ſæpè
admittit talem huius Statuti interpretationem, vt non
continuet in hæredem eam poſſeſſionem, quæ cohæret
iuri perſonali, & finitur cum vita defuncti, vt *in d. de-
25 ciſ.* 1. *numer.* 5. apud Marcheſ. *de Salu. interd. part.* 1. §. 1.
*fol.* 948. quæ loquitur de Statuto Ferrariæ, & Rota in
Romana de Locatellis coram Coccino, ſub die 30.
Octobris 1609. vt apud Farinac. *deciſ.* 263. *num.* 2. *part.*
2. apud Poſth. *in tract. de manuten. deciſ.* 195. *n.* 3.

Et ſanè quæ in contrarium adducuntur, procedere
poſſunt quando agitur finito vſufructu contra vſufru-
ctuarium, qui rem habebat vel à teſtatore, vel ab hære-
26 de, quod hîc non verificatur; ſecus eſt in hærede vſu-
fructuarij, cùm notoriè conſtet nullum ius habere, tam
in proprietate, quàm in poſſeſſione, quæ eſt finita per
mortem vſufructuarij, etiam ſtante dicto Statuto, vt
poſt Menoch. *d. conſil.* 139. *num.* 15. & Gratian. *diſcept.*
779. *numer.* 9. 10. Thomat. *d. deciſ.* 118. *num.* 28. 29. vbi
ſic pulchrè diſtinguit.

Nec eſt verum, quod Menochius, & alij, qui eum ſe-
quuntur, potiùs loquantur in Statuto Ferrariæ antiquo
quàm nouiſſimè reformato, propter additionē verſiculi,
27 *Mandantes*, de qua Rimin. Iun. *d. conſ.* 678. *n.* 24. quia
veriuseſt, Menoch. *in d. conſ.* 139. loqui de Statuto re-
formato, quoniam refert verba præciſa eiuſdem Statuti,
vt videre eſt apud eum *in d conſ.* 139. *n.* 2. ibi: *ſiue in qui-
bus habuiſſet tantùm vſumfructum*; & *n.* 6. ibi: *vel deten-
tionem ſimplicem*, & *num.* 21. ibi: *etiamſi alius priùs occu-
paſſet eam*; & ſic cùm non admittat aliquam ambigui-
tatem, eodem modo intelligendi ſunt, qui illum ſequun-
tur; & nihilominus rationabilis cenſetur talis interpre-
tatio, nec aliena à Statuto, Farinac. *d. deciſ.* 265. *num.* 2.
Cyriac. *d. controu.* 12. *n.* 71. 72. cum aliis ſuprà adductis.

Accedat quod in caſu noſtro dictum Statutum de
continuanda poſſeſſione in hæredem non poteſt præ-
iudicare dicto D. Marchioni Herculi reſpectu hæredi-
tatis Corrigiariæ ſibi relictæ à prædicto D. Bernar-
dino, quam à Patre non recognoſcit, quoniam dictum
28 Statutum non habet locum niſi in eo, qui verè, & pro-
priè eſt hæres vniuerſalis, & habet omnes qualitates
veri hæredis, vt per Bald. *conſ.* 141. *num.* 3. 4. & *conſ.* 181.
*ad fin. lib.* 1. Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. rem.* 4. *num.* 859.
Laderch. *conſ.* 67. *num.* 10. *verſ. Nec mirum*, Gab. *de ac-
quir. poſſeſſ. concl. vltima, num.* 11. Chriſtoph. Pad. *de te-
nuta, cap.* 48. *num.* 25. Poſth. *d. tract. de manut. obſeru.* 55.
*num.* 79. vbi dicit, quod tale Statutum non habet lo-
cum, & non ſe extendit ad legatarium, vel fideicom-
miſſarium particularem, nec ad hæredem particularem;
29 ſed tantùm procedit in hærede vniuerſali. Rota *diuerſ.
deciſ.* 34. *num.* 21. 22. *part.* 2. & apud Farinac. *deciſ.* 513.
*numer.* 11. *part.* 1. Et propterea reſpectu dictæ Dominæ
Marchioniſſæ Aldæ Statutum huiuſmodi non conti-
nuat poſſeſſionem defuncti in eam, quia non eſt hæ-
res, ſed tantùm vſufructuaria, vnde amouenda eſt à
dictis bonis, & ei denegandum eſt beneficium Sta-
tuti, cuius verba ei non conueniunt.

Et quamuis teſtator relinquat dictæ D. Marchioniſ-
ſæ bona extra ſtatum Sereniſſimi Mutinæ exiſtentia, &
ad dictum D. Marchionem Herculem pertinentia, quæ
ſunt dicta hæreditas, ad effectum conſequendi ſuas do-
tes cum beneficio Saluiani interdicti, & hypotheca ſpe-
ciali, id nihil confert ad caſum noſtrum ad impedien-
dam poſſeſſionem dicti D. Marchionis, quia remedium
Saluiani interdicti eſt adipiſcendæ, & non retinendæ,
Pacif. *de Salu. interd. inſp.* 4. *cap.* 3. *num.* 3. in quo dandus 30
eſt libellus, & pars citanda, cùm procedatur per viam
Monitorij; vt per eumdem Pacif. *d. tract. inſp.* 1. *cap.* 3.
*num.* 1. 2. 3. *& ſeqq.* adeò vt agens Saluiano debeat pro-
bare ſe eſſe creditorem cum hypotheca bonorum quæ
perit, & reum conuictum eſſe debitorem, cùm credi-
tum, & debitum cum hypotheca ſit de ſubſtantia, & 31
neceſſarium antecedens Saluiani. Roland. *conſ.* 14. *nu-
mer.* 13. *lib.* 1. latè Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. rem.* 3. *nu-
mer.* 163. Sarmient. *de redditibus Eccleſiaſticis part.* 3.
*cap.* 2. *numero* 23. *in fin.* & *num.* 24. 25. Surd. *conſil.* 513.
*num.* 18. *lib. quarto.* Honded. *conſil* 27. *num. lib.* 2. Rota
*diuerſ. deciſ.* 386. *num.* 1. *part.* 1. & *deciſ.* 34. *num.* 15. *p.* 2.
Pacif. *d. tract. de Salu. inſp.* 1. *cap.* 5. & Rota apud eum
*deciſ.* 9. *num.* 1. Non enim Saluianum datur ſine hypo-
theca, Pacif. *dict. inſp.* 1. *cap.* 6. *n.* 66. 72. & *inſp.* 3. *cap.* 2. 32
*num.* 256. Sed dicta D. vſufructuaria non docuit de ali-
quo debito dicti D. Marchionis Herculis ſecum con-
tracto, neque de aliqua hypotheca in bonis hæredi-
tatis Corrigiariæ, quia vt videbimus, in hoc teſtamen-
to Patris confeſſio nullam fidem facit in præiudicium
bonorum aduentitiorum filij, & eius legitimæ, cùm 33
verſemur in prohibitis, ad textum *in l. ſi fortè, ff. de Caſtr.
pecul. l. cùm quis decedens, §. Titia*, vbi Bart. *de leg* 3. *l.
qui teſtam. ff. de probat.* & ego dixi *controu.* 109. *num.* 65.
Siquidem certum eſt, quod pater non poteſt bona fi-
liorum aduentitia alienare, vel pignoris, aut hypothecæ 34
titulo obligare, ad textum *in l. finali, §. Non autem li-
centia, Cod. de bon. quæ lib.* quia in his, quæ filius habet,
non à patre, ſed aliunde, ipſe pater nihil poteſt diſpo-
nere, dempto vſufructu donec vixerit. Alex. *conſilio* 8.
*numero* 15. *lib.* 3. & *conſ.* 89. *num.* 11. *lib.* 4. Natt. *conſ.* 531.
*num.* 43. Gabr. *conſ.* 85. *num.* 5. Menoch. *conſ.* 161. *n.* 15.
Bertaz. *conſ.* 114. *col.* 1. 2. 3.

Sin loquimur de filiis, quos dictus teſtator hære-
des inſtituit, neque eis prodeſt dictum Statutum de
continuanda poſſeſſione in hæredem, licèt ipſe quoque
teſtator eis reliquerit inſiſtentiam omnium, & ſingu-
lorum eius bonorum, quia id intelligendum eſt de aliis
bonis hæreditariis, non autem de eis, quæ pertinent
ad dictum D. Marchionem Herculem vigore hæredi-
tatis Corrigiariæ, quia ea reliquit dictæ D. vſufructua-
riæ, vt vidimus. Nam Statutum de continuanda poſſeſ- 35
ſione in hæredem non habet locum, nec continuat poſ-
ſeſſionem rei alteri relictæ. Tiraquell. *in tract. le mort
ſaiſit, part.* 2. *declar.* 4. *numer.* 8. *in fin.* & Rimin. Iun. *in
d. conſil.* 678. *numer.* 15. Ex quibus ſatis reſultat, prædi-
ctos hæredes, aut vſufructuariam iuuari non poſſe be-
neficio dicti Statuti de continuanda poſſeſſione reſpe-
ctu dictæ hæreditatis Corrigiariæ, in qua debet ma-
nuteneri dictus Dom. Marchio Hercules, cæteris expul-
ſis; & ſatis erit, ſi effectum ſuum non operetur in aliis
bonis teſtatoris eius propriis, & quæ acquiſiuit in di-
tione Ferrarienſi.

Non obſtat tenuta ab hæredibus, & vſufructuaria
accepta de bonis prædictis aduentitiis, quia eſt nullius
momenti, iniuſta, & improba reſpectu proprietarij, cui 36
non præiudicat propter clauſulam *ſine præiudicio iu-
rium alterius.* Ludouiſ. *deciſ.* 332. *n.* 5 *verſ. Et in his ter-
minis*, & fortè melius Peregr. *de fideicom art. quadrage-
ſimo octauo, num. trigeſimoſexto, verſ. Et indubitanter.* Et
multò minùs quia cùm dictus D. Marchio Hercules tã- 37
quam proprietarius dicitur ſaltem ciuiliter dicta bona

poſſidere,id ei ſufficit ad manutentionem,& reſtitutio-
nem,vt per Caualer.*deciſ.*86. *n.*3. & ideò non impedi-
tur per ingreſſum naturalis poſſeſſionis factum per
alium; idem Caualer.*deciſ.*66.*n.*2.& propterea natura-
38 liter poſſidens dicitur inferre vim inquietatiuam,ſi de-
negat admittere ciuiliter poſſidentem. Menoch. *dict.*
*conſ.*139.*n.*23. Giouagn.*conſil.*4.*num.*5.*lib.*2. & meliùs
Rota apud Poſth.*deciſ.*327.*num.*13.14. Etenim habens
39 ciuilem poſſeſſionem dicitur turbari ab illo, qui vult
retinere naturalem. Menoch. *de retinend. poſſeſſ. rem.* 3.
*n.*27.Tuſch.*verb.Interdictum, concl.*284. *n.*10. Farinac.
*deciſ.*560.*n.*3.4.*p.*1. latè Poſth.*in tract.de manut.obſeru.*
16.*n.*37.38.39. vbi etiam dicit, quod ciuiliter poſſidens
recuperando naturalem poſſeſſionem dicitur remouere
40 turbationem, & quod turbando naturalem occupan-
tem, dicitur ſe tueri, & quod ideò fit reſtitutio natura-
lis poſſeſſionis,ne fiat turbatio in ciuili; vnde eſt,quod
ciuiliter poſſidens poteſt expellere etiam cum armis
naturaliter poſſidentem, & inſiſtentem, vt latè per Pe-
regr.*conſl.*2.*n.* 19.*lib.*1.& ſic dicta tenuta prodeſſe non
poſſet dictis hæredibus, & vſufructuariæ, vt per Tho-
mat.*d.deciſ.*118.*n.*30.

Hæc igitur ſufficere poſſe mihi videntur ad exclu-
dendum dictos hæredes, & vſufructuariam à beneficio
dicti Statuti de continuanda poſſeſſione in hæredem
reſpectu dictæ hæreditatis Corrigiariæ, & ad manute-
nendum in ea illis expulſis dictum D. Marchionem
41 Herculem, cùm non potuerit eius pater vſufructuarius
præiudicare poſſeſſioni proprietarij, vt per Gratian.
*diſcept.*779.*n.*24.25. nihilominus ſi placet conſiderare,
an ſatis conſtet de iuribus proprietarij, & an dicti hæ-
redes habeant aliquam iuſtam cauſam retinendi dicta
42 bona aduentitia, propter quam ſibi potiùs danda ſit
manutentio, ad tradita per Gratian. *diſcept.* 899. *n.*7.8.
10.11.& Poſth.*in d.tract. de manut. obſeru.*16.*n.*41.42.
adhuc ſatis verſamur in claris, cùm ex actis Notarij
Smeraldi actuarij in Curia Ferrarienſi ſatis conſtet di-
ctum D. Marchionem Herculem fuiſſe hæredem dicti
D.Bernardini Corrigiarij ex teſtamento non abolito,
neque cancellato,& eius patrem nomine filij adeptum
fuiſſe poſſeſſionem bonorum ſitorum, *Alli Ponti di Set*,
ex quibus probatur non ſolùm iuſtus titulus,ſed etiam
43 poſſeſſio dicti D.Marchionis Herculis, Poſth. *in d.tr.*
*de manut, obſeru.*21.*n.*5.6.7.& Rota apud eum *deciſ.*88.
*n.*2.& *deciſ.*103.*n.*3.Gratian.*diſcept.*796.*n.*1. vbi quod
inſtrumenta faciunt rem notoriam, & fidem indubita-
44 tam, quod ſatis eſt ad obtinendam manutentionem.
Poſth.*d.obſeru.*21.*num.*67.& Rota apud eum *deciſ.*142.
*n.*4.& ſic cùm ſatis conſtet de iuribus prædicti D.Mar-
45 chionis Herculis,danda eſt ei manutentio in poſſeſſio-
ne dictorum bonorum poſt mortem vſufructuarij.Gra-
tian.*d.diſcept.*899.*n.*10. Poſth.*d.obſeru.*16.*num.*42. cuius
poſſeſſio probatur etiam ex decreto Iudicis Milonis,&
46 mandato de manutenendo, vt per Caualer.*deciſ.*217.
*num.*1.Quo ſtante dictæ hæredes non poſſunt manute-
nere etiam vigore dictæ tenutæ, cùm ex prædictis ſatis
conſtet nullum ius eis competere; & quamvis dici ſo-
47 leat prædonem quoque eſſe manutenendam, tamen id
non procedit, quando ex iiſdem actis apparet eſſe præ-
donem, quia tunc ei denegatur manutentio, & reſtitu-
tio: latè Gratian.*diſcept.*899.*n.*22. vbi multos allegat,
& ego dixi *in controu.*107.*n.*40.vbi alios adduxi.

Nec dicti hæredes, aut vſufructuaria habent ali-
quam iuſtam cauſam retinendi dicta bona aduentitia;
nam ſi loquimur de melioramentis,ſi non ſunt liquida,
non præſtant ius retinendi,etiamſi de illis conſtaret in
genere, quia tunc ſufficit cautio de illis reficiendis,
48 poſtquam erunt liquidata, & non retardatur immiſſio.
Rim.Iun.*conſ.*91.*n.*31. Gozad.*conſ.*100.*n.*21. Menoch.
*de recuper. poſſeſſ. remed.*15.*n.*572. Benintend.*deciſ.*77.
*n.*10.Rota *diuerſ deciſ.*507.*n.*3. Poſth.*in d.tract.de ma-
nut. obſeru.*12.*num.*49.55. & Rota poſt eum *deciſ.*140.
*num.*11.12.& *deciſ.*149 *ſub num.*8.& *deciſ.*307.*num.*11.
Gratian.*diſcept.*957. *num.*41. apud quos etiam habetur
in liquidatione melioramentorum attendendum eſſe,
quod minimum eſt, & refici debere non quod impen-
ſum, ſed quod melioratum; & ſi meliorationes ab 49
hæredibus prætenſæ non eſſent neceſſariæ, vel vtiles,
ſed voluptuariæ, nullum ius eis competeret. Rota *d.*
*deciſ.*149.*num.*8.*ad fin.* Gratian. *d.diſcept.*957.*n.*34.35.
36. 42.

Nec obſtat prætenſio ſcutorum 2000. & lib.7000.
quas dictus D. Marchio Guidus in dicto ſuo teſtamen-
to dicit expendiſſe,& ſoluiſſe Cameræ Ducali ad com-
putum pretij Feudi Spezzani, contracto propter hoc
cum Coſtagutis debito, ad cuius extinctionem vſus eſt
pecuniis dotalibus ſecundæ vxoris. Nam reſpondetur
non conſtare de veritate huius aſſertionis, & quod di-
ctus D. Marchio Guidus ob hanc cauſam fecerit, &
contraxerit huiuſmodi debitum & propterea confeſſio
teſtatoris maximè in notabili quantitate, per quam ſe
facit debitorem alterius, non nocet filio; ſi aliunde 50
non conſtat de veritate; nec eius legitimam poteſt mi-
nuere, quia præſumitur facta in fraudem filij, ad tex-
tum *in l.omnes,§.Lucius,ff.de his,qui in fraud.cred.*& ſic
tradunt Specul. & Ioan.Andr.*in titul.de confeſſ.§ Nunc*
*videndum,verſ.Sed numquid*, Iaſ.*in auth.ſi parens,n.*3.*C.*
*de inoff.teſtam.*Alexand.*conſil.*57.*n.*2.*verſ. Et ibi, lib.*5.
& *in conſil.*26.*n.*21.*in fin. lib.*1. Menoch *conſ.*691.*n.*7.
Mangil.*de imput.q.*49.*n.*58.59. pulchrè Peregr.*de fidei-
commiſſ.art.*36.*n.*36. Merlin. *in tract.de legit.lib.*2.*tit.*1.
*q.*16.17.18. *& ſeqq.* Nam dictus teſtator ſic confitendo
debitum ex cauſa filij factum abſorberet eius legiti-
mam, & ideo facilè fraus præſumitur, & maximè in
caſu noſtro, vbi dictus teſtator reliquit ſolam legiti- 51
mam dicto eius filio, & apparet ei voluiſſe præiudicare
in quantum potuit, imò pluſquam potuit, vt apparet
ex lectura teſtamenti. Vnde ſi dicta confeſſio teſtatoris
non nocet filio in legitima, multò minùs ei nocebit
quoad bona aduentitia, quæ tenetur pater reſeruare fi-
lio libera. *Auth.multò magis,C.de ſacr.Eccl.*

Nec obſtat Statutum Ferrariæ *lib.*2.*rub.*108. de dote
confeſſa, vbi diſponitur vxorem præferendam eſſe in
bonis mariti, etiam pro dote confeſſa, quia licèt poſ-
ſet dici confeſſionem in teſtamento emanatam ad fauo- 52
rem vxoris tanquam inter perſonas ſuſpectas nihil pro-
bare,ad textum *in l.qui teſtam.ff.de probat.l.Quintus, de*
*donat.inter vir. & vxor.* tamen quia fortè etiam de dote
conſtat per publicum inſtrumentum, meliùs reſpon-
deo, nos non impugnare dotis conſtitutionem, & ad-
mittimus dictam D. Marchioniſſam Aldam ius habere
eam conſequendi, & recuperandi in bonis mariti iuxta
vires hæreditatis; ſed benè negamus eam habere re-
greſſum ad bona prædicta aduentitia, quæ nullo iure
ſunt ei obligata; ſicut etiam negamus prædictum de-
bitum cum Coſtagutis fuiſſe contractum à dicto teſta-
tore in gratiam, & beneficium dicti D. Marchionis
Herculis; non enim conſtat pecuniam prædictam fuiſſe
impenſam in allegatam cauſam Spezzani, cùm inſtru-
mentum celebratum cum Coſtagutis non faciat men-
tionem de alia re, quàm de obligatione ipſius D. Mar-
chionis Guidi, nec actualiter conſtat de veritate præ-
dictæ eius aſſertionis; & ideò ſi vſus eſt pecuniis do-
talibus in ſatisfaciendo Coſtagutis, id fecit in extin-
ctionem proprij debiti, non autem ad beneficium
dicti D. Marchionis Herculis, cuius bona aduentitia
obligare non potuit, vt vidimus, nec etiam ei præ-
iudicare in legitima faciendo tales confeſſiones, quia
filius iudicatur in legitima, ſicut creditor, ad textum 53
*in l. Papinianus, §. ſi quis impuberi, ff. de inofficioſ.*
*teſtam.* Peregr. *dict.art.*36.*num.*36. alioquin pater con-
fitendo debitum poſſet priuare filium legitima, imò
etiam bonis aduentitiis, & ſic eſſet facile fraudibus
viam aperire,contra *l.Lucius, §.Quiſquis, il ſecondo,* 54
*de*



*de leg.*2. vt inquit Bart.*in l. Cùm quis decedens, §. Codi-*
*cillis,ff.de leg.*3. Alex.*conſ.*18.*in fin.lib.*1. Mangil.*de im-*
*put.quæſt.*49.*numer.*59. 60. 61. Merlin.*de legit.libro ſe-*
*cundo,titul.*1.*q.*16. *numer.* 13.14.15.16.17.18.19.20.vbi
probat id procedere in ære alieno confeſſionato,etiam-
55 ſi in articulo mortis teſtator confeſſus fuerit in teſta-
mento, & Notarius ſtipulatus fuerit pro creditore; &
ampliat etiam in perſona graui,& confeſſione gemina-
ta,& iurata, quia iuramentum nihil operatur in præiu-
dicium tertij;& conſentit prædictis Peregr. *de fideicom.*
*art.*36.*num.*6.vbi ampliat etiam in confeſſione facta in
teſtamento parte præſente, vel Notario pro ea acce-
ptante: ſi ergo confeſſio patris non præiudicat filio in
legitima, multò minus ei præiudicabit in bonis aduen-
titiis, in quibus habet ius proprio marte.Fiat ergo de-
tractio dotis de bonis hæreditatis,non autem in bonis
aduentitiis filij, in quibus pater non poteſt diſponere,
alioquin fuiſſet in eius poteſtate per ſuas confeſſiones
non ſolùm filium à tota legitima excludere, ſed etiam
bona aduentitia annihilare.

Quæ multò veriora videntur eſſe in caſu noſtro, vbi
dictus Marchio Guidus, ſi quid ſoluit, proprium de-
bitum ſoluiſſe dicendum eſt, quo tenebatur Cameræ
Ducali, licet ſi conſideremus inueſtituram feudi
Spezzani, non appareat fuiſſe conceſſam ob aliquod
pretium, de quo non fuit conuentum in ea, cuius vi-
gore tanquam primogenitus dictus D.Marchio Hercu-
les ſuccedit in dicto feudo,non tanquam hæres, quod
propterea ad eum deuoluitur ex pacto, & prouidentia,
cæteris excluſis,& cùm ſit dignitas iuriſdictionalis, ſeu
56 regalis cum mixto, & mero imperio; ideò eſt indiuiſi-
bilis, & ex eo non deducitur legitima, nec imputatur
in legitimam, nec in calculo ponitur ad menſurandam
legitimam; latè Merlin. *de legit.libro ſecundo,titulo pri-*
*mo,quæſt.*2.*numer.*1.2.3.*vſque ad numer.*11.& *numer.*16.
vbi declarat id procedere etiam in Principatibus, Mar-
chionatibus,& Comitatibus noſtri temporis,in quibus
ſuccedit primogenitus;feudum enim dicitur æs alienum
hæreditatis. Angel.*in leg.ſi patroni,ff.ad Trebell.*

Et dato etiam, ſed non conceſſo, quod pecuniæ
57 prædictæ à Coſtagutis habitæ fuiſſent erogatæ in em-
ptionem feudi Spezzani, tamen non ſequitur, quod
propter hoc hæredes prædicti habeant ius retinendi
bona aduentitia *delli Ponti di Set*,etiamſi ſolutio prædi-
cti debiti pertineret (quod negamus) ad dictum Dom.
Marchionem Herculem;quia fortè propter hoc permit-
tenda eſſet dictis hæredibus retentio dicti feudi Spez-
zani,in quo impenſa fuerit dicta pecunia, ſi in eius poſ-
ſeſſione eſſent: verùm quod poſſint retinere ob hoc
debitum alia bona dicti Dom. Marchionis Herculis eis
non obligata, non eſt à ſæculo auditum; ſiquidem
etiamſi eſſent in poſſeſſione dictæ hæreditatis Corri-
giariæ, non poſſent eam retinere pro aliis creditis non
hypotechariis, niſi pro expenſis in ea factis, quia re-
58 gulariter non datur retentio quando res ipſa, quæ re-
tinetur, non eſt obligata prætextu debiti, per quod
retentio prætenditur, niſi pro expenſis neceſſariis in
ea factis, ad textum *in l.final.*vbi DD.*C.commodati, l.ſi*
*non inducta,C.in quib.cauſ.pig.tac. contrah.*Iaſ.*in l.ſi non*
*ſortem,§.ſi centum,col. vlt.ff. de condict. indeb.*Neguſant.
*de pign part.*5.*memb.*4. *num.*1.2. Torniol. *conſ.*96.*num.*
22. Tuſc.*in verbo retentio,concl.*307. *numer.*41. Decian.
*conſ.*22.*num.*47.*lib.*5.Gratian.*diſcept.*56.*num.*14.15.16.
& propterea dicunt DD.quod Iudex, Notarius,vel Ad-
uocatus non poteſt detinere proceſſum pro ſuo ſalario,
ſed tantùm pro expenſis in eo factis,Alberic.& Fulgoſ.
59 *in dict.l.ſi non ſortem, §.ſi centum,* vbi Iaſ.*num.*10.*ff.de*
*condict.indeb.*Capyc.*deciſ.*11.*num.*1.Boër.*deciſ.*15.*col.*1.
2.Granar.*ad Veſtr.lib.*3.*cap.*4. *num.*8. Menoch.*de recu-*
*per.poſſeſſ.remed.*15.*num.*14. Torniel.*d.conſ.*106.*numer.*
23 Gratian.*d.diſcept.*56.*num.*14.15.16.& *diſcept.*618.*n.*
1.2.3. *& ſeqq.* Petr. Molignat. *in tract. de retent. quæſt.*
107. vbi docet ſcriptorem poſſe retinere quinternos
pro mercede ſcripturæ,& expenſis in ea factis; ſed non 60
poteſt retinere exemplar, quod non erat ei obligatum,
& in quo non fecit aliquam impenſam. Sic igitur
dicti hæredes non poterunt retinere hæreditatem Cor-
rigiariam, in qua non fuit impenſa dicta pecunia, ſed
ſaluum erit eis ius ſuum,ſi quod habent in feudo Spez-
zani, in quo prætendunt fuiſſe erogatam, quod tamen
à nobis negatur,& maximè repellendi ſunt, quia reten-
tio non datur niſi pro debito liquido & claro,Ludouiſ. 61
*deciſ.*254.*numer.*3. Farinac.*deciſ.*43.*num.*2.*part.*2.Rota
apud Poſth. *de manut.deciſ.*323. *num.*24. & *deciſ.*411.
*diuerſ.num.*23.24.*p.*5.quod hîc dici non poteſt,vbi non
conſtat aliquo modo prædictum debitum fuiſſe contra-
ctum ad commodum dicti Dom. Marchionis Herculis.

Et caſu quo verè dictum debitum fuiſſet contractum
in gratiam, & beneficium dicti D.Marchionis Hercu-
lis,cùm tamen ipſe ſit creditor in hæreditate patris non
ſolùm ſuæ legitimæ portionis dotis maternæ, & fidei- 62
commiſſi auiti, ſed etiam reſpectu eiuſdem hæreditatis
Corrigiatæ ſit creditor fructuum, qui ſeparati erant à
ſolo tempore mortis dicti D. Bernardini, qui cùm de-
ceſſerit die 16. Auguſti 1624. plurima pars fructuum
erat percepta, & licèt bona eſſent locata, nihilominus
penſiones ſunt ſoluendæ, & diuidendæ ad ratam fru-
ctuum perceptorum; & cùm bona prædicta eſſent lo- 63
cata in totum, pro annua penſione ſcutorum 2290. di-
ctus Dom. Marchio Guidus tanquam vſufructuarius
non potuit lucrari niſi fructus pendentes,*l.pendentes,ff.*
*de vſufruct.l.fructus pendentes*, vbi Albert. & DD. *ff.de*
*rei vend.* & ſic penſiones diuidendæ ſunt provt fructus
ipſi. Bald.*in cap.cùm inter,numer.*5. *verſ.nota,de conſtit.*
Lancell.Gall.*conſ.*90.*num.*1.*vſque ad numer.*12. Caſtil.
*d.tract.de vſufruct.cap.*78.*numero* 4.5.6.Et ita cùm ipſe
vſufructuarius exegit penſiones, licèt nondum maturá-
tas tempore mortis dicti Dom. Bernardini, debitas ta-
men pro fructibus anteà perceptis, dicitur exegiſſe no-
mine creditoris,quod reſtituere debet finito vſufructu, 64
per quod dictus Dom. Marchio Hercules remanet cre-
ditor dicti eius patris, & ſic dictarum ſummarum hinc
inde debitarum fit ipſo iure compenſatio pro concur-
renti quantitate quoties opponitur, & à parte petitur,
ad textum *in l.ſi conſtat*, vbi DD. *de compenſat.*Rimin.
Iun.*in conſ.*52.*num.*123. vbi etiam dicit,quod per talem
compenſationem debitum extinguitur. Gratian.*diſcept.*
728.*n.*6.7.8.9. quin compenſatio dicitur ſolutio,& po- 65
teſt opponi etiam contra inſtrumentum,& debitum iu-
ratum, & ex cauſa dotis, vt latè per Cyriac.*controuerſ.*
441.*num.*5.6.7.8.10.11. *lib.*3.

His ſtantibus non poſſunt hæredes dicti Dom. Mar-
chionis Guidi, neque eius vxor retinere bona hæredita-
tis Corrigiariæ, quia prædictum debitum deducendum
eſt ab hæreditate ipſius,non autem à bonis hæreditatis
prædictæ; & quatenus de prædictis remaneret aliquod
dubium, nobis ſufficit dubiam reddere intentionem
partis aduerſæ, quia in hoc iudicio manutentionis non
admittuntur exceptiones turbidæ, & diſcuſſionem, ſeu 66
altiorem indaginem requirentes, poſt multos Menoch.
*de retin. poſſeſſ. remed. vltim.ſub numero* 43. Gratian.
*diſcept.*926.*n.*27.Fari.*dec.*366.*n.*7.*p.*1.Rot.apud Poſth.
*in d.tract.deciſ.*101.*n.*2*deciſ.* 119.*n.*7.*deciſ.*131. *numero*
*octauo,deciſ.*270.*numero quarto,deciſ.*223. *numero* 9. &
*dec.*295.*numero ſeptimo*, idem Poſth.*in dict.tract.obſeru.*
42.*num.*68.& *obſeru.*94.*n.*4.Burat.*dec.*194.*numero* 7. &
Rota *deciſ.*613.*numero duodecimo, parte quinta, recent.*
Non enim impeditur manutentio, niſi exceptio pro-
betur incontinenti. Rota apud Poſth. *dicta deciſio-*
*ne* 295. *numero quarto*, & ipſe Poſth. *d. obſeruat.*
94. *numero quarto*, vbi dicit, quod denegatur re-
miſſoria, quia ſic non dicitur fieri probatio inconti- 67
nenti, & omnis exceptio continens iuris ſubtilitatem,
vel habens prolixiorem tractatum, dicitur eſſe altioris
inda

indignis. Poſth. *d. tract. obſeru.*42.*numero* 72.

Nō loquor de augmento capitalis animalium, quod feciſſe aſſerit dictus D. Marchio Guidus, volens illud pertinere ad ſuos hæredes, quia eſt extra rem, de qua quærimus; non pertinens ad iudicium manutentionis, in quo prætendimus ſolùm bona hæreditaria dicti D. Bernardini, & capitale in eius bonis remanſum. Quare concludo dandam eſſe manutentionem dicto D. Marchioni Herculi in bonis dictæ hæreditatis Corrigiariæ, expulſis dictis hæredibus, & Marchioniſſa Alda, prout ita iuris eſſe cenſeo; &c. Saluo, &c.

---

# CAPVT CLXX.

## Epitome.

Compromiſſum à Statuto ordinatum quando poſſit euitari, & quando ceſſet fori electio inter priuilegiatos.

## SVMMARIVM.

1 *Affinitas extinguitur extincta perſona, per quam contracta fuit.*
2 *Compromiſſum ex Statuto inter affines non fit ſoluta affinitate.*
3 *Compromiſſum calumnioſè petens non eſt audiendus.*
4 *Compromiſſum ceſſat in reconuentione, ſi non habet locum in conuentione.*
5 *Statutum de lite, vel cauſa loquens non habet locum in manutentione.*
6 *Manutentio non eſt lis, ſed litis præparatorium.*
7 *Statutum Ferrariæ de compromiſſis quando ceſſet.*
8 *Compromiſſum petens debet verificare qualitates ſtatuti.*
9 *Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredem quomodo procedat.*
10 *Ciuili poſſeſſori competit manutentio.*
11 *Ciuilis poſſeſſor habet manutentionem etiam reſpectu naturalis ab alio occupatæ.*
12 *Proprietarius manutenendus, etiamſi naturalis poſſeſſio apud alium exiſtat.*
13 *Manutentio quomodo detur ciuili poſſeſſori.*
14 *Statutum de compromiſſis an habeat locum in remediis poſſeſſoriis.*
15 *Compromiſſum non poteſt peti contra eum, qui habet pactum ingrediendi poſſeſſionem.*
16 *Compromiſſum non poteſt peti ſuper re liquida.*
17 *Liquida res non admittit compromiſſum, niſi ſit expreſſum.*
18 *Liquidum negotium dicitur, ſi conſtat per iuſtitiam.*
19 *Compromiſſum non fit de eo, de quo conſtat per inſtrumentum.*
20 *Inſtrumentum facit rem liquidam.*
21 *Inſtrumentum, & teſtamentum æquiparantur, & faciunt rem liquidam.*
22 *Compromiſſum non fit de teſtamento.*
23 *Compromiſſum non fit de eo, de quo extat ſententia.*
24 *Statutum de compromiſſis non habet locum in re iudicata.*
25 *Liquidum dicitur, de quo extat res iudicata.*
26 *Dubium iuris probabile quando dicatur.*
27 *Exceptiones iuridicæ an faciant ceſſare rem eſſe claram.*
28 *Statutum Ferrariæ de compromiſſis quomodo intelligatur.*
29 *Compromiſſum ſi non fit ſuper inſtrumento, ita nec ſuper obiectis contra illud.*
30 *Compromiſſum non petitur, niſi inſtrumentum obtenebretur.*
31 *Compromiſſum non fit de bonis alienari prohibitis.*
32 *Statutum de compromiſſis non habet locum in bonis, quæ non poſſunt alienari.*
33 *Statutum de compromiſſis ceſſat in bonis extra locum ſtatuti ſitis.*
34 *Compromiſſum non fit de bonis exemptis, & extra ſtatutum.*
35 *Statutum non extenditur extra iuriſdictionem ſtatuentis.*
36 *Domicilium poteſt haberi in duobus locis.*
37 *Patrias diuerſas quis poteſt habere.*
38 *Statutum, vbi ſunt bona, debet ſeruari.*
39 *Statutum de compromiſſis non habet locum in Clericis.*
40 *Clerici non ligantur ſtatuto de compromiſſis.*
41 *Laicus gaudet beneficio Clerici in connexis.*
42 *Laicus non ligatur Statuto ſæculari reſpectu iuris vniti cum Clericis.*
43 *Clerici priuilegio de non hoſpitando milites gaudet etiam Laicus eius frater.*
44 *Immunitas ob numerum duodecim filiorum prodeſt etiam eius fratri.*
45 *Priuilegium fori competit etiam litis conſorti.*
46 *Fori priuilegium competit etiam ſociis non priuilegiatis.*
47 *Pupillus, & vidua habent electionem fori.*
48 *Minor 25. annis gaudet priuilegio electionis fori.*
49 *Orphanus quis, & quo priuilegio vtatur.*
50 *Pupilli priuilegium de foro competit etiam minori 25. annis.*
51 *Orphanus dicitur ſine patre, & matre.*
52 *Miſerabiles perſonæ quæ dicantur.*
53 *Minor 25. ann. ſicut pupillus trahit ſuas cauſas ad Principem.*
54 *Miſerabilis perſona dicitur, quæ ſuam cauſam dicere non poteſt.*
55 *Minor non poteſt per ſe ſuam cauſam dicere.*
56 *Pupillus, vidua, & minor diuites gaudent iiſdem priuilegiis.*
57 *Diuitiæ non tollunt priuilegia pupillis, & minoribus.*
58 *Priuilegiatus contra priuilegiatum non gaudet priuilegio.*
59 *Compromiſſum ſi non fit ſuper principali, ita nec ſuper incidenti.*
60 *Inuentarij non confecti exceptio quando proſit.*
61 *Inuentarij exceptio non retardat agentem rei vindicatione.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NOn eſt retardanda manutentio, quam petit Illuſtriſſimus D. Marchio Hercules Coccapanus in in bonis, & hæreditate quondam D. Bernardini Corrigiarij, non obſtante petitione compromiſſi, quod fieri petit Illuſtriſſima D. Marchioniſſa Alda de Sanctis, tam ſuo, quàm tutorio nomine DD. Com. Adulphi, & Flamberti de Coccapanis eius filiorum, ad formam ſtatuti Ferrariæ *lib.* 2. *rub.* 2. cuius obſeruantiam implorat.

Nam dicta D. March. vtroque modo agens reiicienda eſt ab huiuſmodi petitione, quia ſi id petit nomine proprio, non eſt audienda, quia mortuo Illuſtriſſ. D. Marchione Guido eius viro, & patre dicti D. Marchionis Herculis, extincta fuit omnis affinitas exiſtens inter ipſam, & filios prioris matrimonij, ad textum *in l. cui eorum, §. Affinitatis*, vbi Caſtr. *n.* 6. *ff. de poſt.* Et ideò ſtatutum, quod inter affines fiat compromiſſum, non habet locum mortuo patre, vel ipſa perſona, qua mediante fuit contracta affinitas; ita Bald. *in l. affinitatis, n.* 40. *C. com. de ſucceſſ.* Caſtr. *cōſ.* 80. *n.* 2. *vol.* 2. Barb. *in l. acutiſſimi, n.* 144. 145. *C. de fideic.* Vrſill. *ad Affl. dec.* 46. *n.* 14. Pulchrè videndus Carp. *ad ſtat.* Mediol. *c.* 115. *n.* 109. 110. & 111. *p.* 1. Blanc. *de comp. q.* 3. *verſ. ſol. matr.* Viu. *dec.* 376. *n.* 2. 3. 4. Ioſeph Lud. *deciſ. Peruſ.* 2. *n.* 17. *p.* 1. latè Camil. Borel. *in tract. de compromiſſ.* §. 1. *gloſſ.* 3. *n.* 131. 132. & *gloſſ.* 4. *n.* 25. & *in ſumma deciſ. p.* 1. *tit.* 63. *n.* 164.



Si verò tutorio nomine id petat, ſimiliter non eſt
audienda, quia id calumnioſè petit ad retardandam
manutentionem in dicta hæreditate Corrigiaria, in
qua optimè nouit dictos eius filios nullum ius habere,
& ſub prætextu aliarum prætenſionum, quæ ſunt valdè
ſeparatæ ab hoc negotio & ſunt illiquidæ, ac altiorem
requirunt indaginem, conatur dictam hæreditatem retinere, quod fieri non poteſt, vt in primis ſcriptis ſatis
3 demonſtraui; & ſic cùm calumnioſè petat compromiſſum, nō eſt audienda, vt benè dixit Alex. *conſ.* 62. *n.* 7.
*verſ. & Angelus, lib.* 2. Calcan. *conſil.* 82. *num.* 6. Pacian.
*conſil.* 93. *n.* 26. 37. Marcabrun. *conſil.* 66. *num.* 427. 423.
Cephal. *conſil.* 201. *n.* 6. qui hoc ſufficienter probant;
& quamvis id ſufficeret, tamen multis aliis rationibus
facile eſt demonſtrare, non eſſe locum petitioni dicti
compromiſſi, maximè reſpectu dictæ hæreditatis
Corrigiariæ, quam ſolam nunc petit D. Marchio, &
cuius negotia ſunt ab aliis valdè ſeparata; & cùm nihil
aliud petat, ad non petita non poteſt extendi poſtulatio compromiſſi, quæ ſi non habet locum in venditio-
4 ne, nec habebit in reconuentione. Tuſch. *lit. S.*
*concl.* 487. *n.* 85.

Primò enim Statutum prædictum de compromiſſis
faciendis non videtur habere locum in remediis poſſeſſoriis, ſed generaliter præponuntur remedia poſſeſſoria,
de quibus nullam mentionem facit, & multò minùs
locum habet in remedio retinendæ poſſeſſionis, vbi
agitur de manutentione, quæ non dicitur lis, neque
cauſa, ſed eſt quoddam præparatorium iudicij, ſeu
quædam ordinatio manutentionis, & conſeruatio in
eodem ſtatu; & propterea ſtatutum prædictum Ferrariæ, quod loquitur de lite mota inter affines compro-
5 mittenda, non habet locum in hoc iudicio manutentionis, vt ſatis pulchrè declarat Cæſar Barz. *deciſ.* 71. *n.* 39.
*verſ. quia*, & *num.* 40. *verſ. quam ſequuntur*, quem ſequitur ad rem Poſth. *in tract. de manutend. obſeru.* 6. *n.* 35.
37. 38. vbi docet, quod hæc noſtra manutentio non
6 dicitur lis, ſed quoddam præparatorium; & propterea
ſtatutum de litibus non habere locum in ea. Quod cùm
ſit verum, non poteſt hîc peti compromiſſum vigore
dicti ſtatuti, quod loquitur de lite mota; & ſe etiam
7 magis declarat inferiùs, dum dicit non eſſe locum
compromiſſo, quando imploratur in præparatoriis iudiciorum, vt hîc; & propterea, qui vult vti dicto ſtatuto, & cogere alteram partem ad compromiſſum, de-
8 bet probare verificatas eſſe omnes dicti Statuti qualitates, vt in terminis dixit Cephal. *conſil.* 82. *num.* 7. 8.
Gratian. *diſcept.* 484. *n.* 27. & *diſcept.* 343. *n.* 1. & *diſc.* 546.
*n.* 52. Quod hîc fieri non poteſt, quia iudicium manutentionis non dicitur lis, ſed litis præparatorium, quod
à ſtatuto excluditur, ne ſuper eo poſſit quis compelli
ad compromiſſum.

Nec dicatur nos verſari extra iudicium manutentionis propter naturalem poſſeſſionem, ſeu detentionem
exiſtentem penes dictos hæredes vigore Statuti de cōtinuanda poſſeſſione defuncti in hæredem, quia vltra
adducta in primis ſcriptis, reſpondetur ſtatutum continuare poſſeſſionem cum ſua cauſa, quæ non eſt dura-
9 bilis apud hæredes, cùm morte vſufructuarij finiatur
cauſa poſſidendi; & propterea proprietario ex ſola
10 ciuilis poſſeſſionis detentione danda eſt à Iudice manutentio, vt apud Poſth. *tract. de manuten. obſeruat.* 16.
*n.* 34. cui non repugnat hæredis poſſeſſio naturalis, in
qua non poſſit perſeuerare, quia hoc remedium retinendæ poſſeſſionis habet mirabilem effectum, & mixtam naturam, ſcilicet retinendæ reſpectu ciuilis, & in
conſequentiam recuperandæ reſpectu naturalis, propter
quod Iudex mandabit actorem eſſe manutenendum in
ciuili poſſeſſione. Et quia id fieri non poteſt ſine reſtitutione poſſeſſionis naturalis, idem Iudex mandabit vt 11
pars, quæ recuperauit poſſeſſionem naturalem, eam
actori reſtituat, vt per Bald. *in l. vti poſſidetis, num.* 12.
*in fin. verſ. reſpondet*, vbi etiam Bart. *num.* 4. *verſ. & aduerte, Cod. vti poſſid.* Rota apud Poſth. *in d. tract. de manutenend. deciſ.* 327. *num.* 13. vbi pulchrè loquitur, &
eam ſequitur idem Poſth. *dict. obſeruat.* 16. *num.* 40. Et ſic
adhuc beneficium manutentionis competit proprietario, etiamſi naturalis poſſeſſio penes alium exiſtat,
propter quod naturaliter poſſidens citari ſolet à ciuiliter poſſidente, vt ipſe manuteneatur, & naturaliter 12
poſſidens expellatur. Ludouiſ. *deciſ.* 105. *numero* 15.
Vbi dicit, quod per viam manutentionis liceat ciuili
poſſeſſorio recuperare naturalem poſſeſſionem parte
citata, & audita, & concordat Poſth. *d. tract. obſeru.* 79. 13
*num.* 4.

Secundò reſpondetur, quod fortè etiamſi tractaretur de remedio adipiſcendæ poſſeſſionis, ſeu de immiſſione ipſa, adhuc videtur, quod non ſit locus petitioni
compromiſſi vigore dicti Statuti, quod in remediis
poſſeſſoriis non cenſetur habere locum, quia de his 14
non fecit mentionem, vt ad rem dixit Borell. *de comprom. §. primo, gloſſ. tertia, num.* 157. 158. Et ideò ſi
quis ex pacto, vel per ſententiam poſſit propria auctoritate poſſeſſionem bonorum debitoris ingredi, quamvis hoc ſit remedium adipiſcendæ poſſeſſionis, tamen
aduerſarius non poteſt petere compromiſſum, ſtante 15
Statuto, quod inter affines vel conſanguineos cauſæ
compromittantur, vt per Anchar. *in conſil.* 183. *num.* 1.
ibi: *Petit creditor ſe immitti in poſſeſſionem.* Alciat.
*conſil.* 707. *numero* 2. Planc. *de compromiſſ. quæſt.* 4.
*numero* 41. Tuſch. *pract. concluſ. lit. S, concluſ.* 487.
*num.* 49. & *num.* 138. *in fin.* Carpān. *ad ſtat. Mediolan. dict. cap.* 115. *numer.* 291. & *cap.* 156. *numer.* 40. *parte prima.*

Tertiò reſpondetur non habere locum prædictum
ſtatutum vbi liquidò conſtat de viribus dicti D. Marchionis Herculis, & de eius poſſeſſione ſibi vti proprietario competente, vt hîc, ſicut in primis ſcriptis
dixi; de re enim liquida, & clara non debet compro- 16
mitti, nec quiſquam poteſt aſtringi ad faciendum
compromiſſum, etiam ſtante ſtatuto de compromiſſis
faciendis inter conſanguineos, vel affines, vt notat
Bald. *in l. prima, ff. de tranſact.* Alexand. *conſil.* 82. *num.* 4.
*lib.* 1. & *conſil.* 62. *num.* 6. 7. 8. *volum.* 2. Vrſil. *ad Afflict. deciſ.* 46. *numero* 13. Tuſch. *littera S, concluſ.* 487.
*n.* 103. 104. 131. & *littera C, concl.* 498. *n.* 6. Carpan.
*ad ſtat. Mediol. dict. cap.* 115. *num.* 20. *parte* 1. Cephal.
*conſil.* 201. *numero* 7. & *conſil.* 763. *num.* 8. Marcabrun.
*conſ.* 66. *num.* 432. 433. Borell. *tract. de comprom.* §. 2.
*gloſſ.* 1. *num.* 153. 154. *& ſeqq.* Farinac. *deciſ.* 452. *num.* 4.
*parte prima*, vbi vult ſuper re clara non cadere com- 17
promiſſum niſi de hoc expreſsè fuerit conuentum.
Cyriac. *contron.* 350. *num.* 13. *part.* 2. Pacian. *conſil.* 93.
*num.* 35.

Hic autem ſatis dicitur res clara, & euidenter conſtare de iuribus, & poſſeſſione dicti D. Marchionis Herculis, tum ex teſtamento prædicti D. Bernardini Corrigiarij, qui eum hæredem inſtituit, & teſtamentum fuit canonizatum; tum ex actis Notarij Smeraldi coram Illuſtriſſimo Domino Vicelegato, quando illud fuit productum, & doctum de morte teſtatoris, & cætera fuerunt adimpleta, quæ erant verificanda, atque etiam ex ſententia Iudicis Milonis à Rota confirmata, quâ pronunciatum fuit dictum D. Marchionem Herculem fore manutenendum in poſſeſſione dictæ hæreditatis. Etenim vbi conſtat per inſtrumentum liquidum,
vel acta publica de iuribus actoris, reus non poteſt 18
vigore ſtatuti petere fieri compromiſſum, quia inſtrumentum facit rem notoriam, & compromiſſum non
fit

ſit de eo, de quo conſtat per publica inſtrumenta.
Bald. *in l. prima, ff. de tranſact.* Alexand. *d. conſil.62.*
*num.8.lib.2.* & *conſ.82.n.4. lib.1.* vbi dicit, quod com-
promiſſum non poteſt peti, re liquida exiſtente, & quod
per inſtrumentum conſtat rem eſſe liquidam. Dec. *con-*
*ſil. quadrageſimoquarto, num.6.* Carpan. *ad ſtatut. Me-*
*diolan.cap.115. n.287. parte prima,* Cephal. *conſ.480.*
*num.9.* & *conſil.763. num.* 8. Marcabrun. *conſ. ſexage-*
*ſimoſexto, num.427. 429.431.432.* latè Borell. *de com-*
*prom. §. ſecundo, gloſ.1. num.151. & ſeqq.* & *num.153.*
20 vbi ratificat acta iudicialia cum inſtrumentis, & *in ſum.*
*deciſ.parte prima, titul.ſexageſimotertio, num.130.140.*
144. 145. vbi concludit id eſſe in teſtamento, etiam
quando illud non eſt liquidum, ſed liquidandum. Et *in*
21 *tract.de compromiſſ.dict.§.ſecundo,gloſſ.prima, num.166.*
vbi priùs etiam docuerat materiam teſtamenti non
eſſe compromiſſibilem, & propterea multò magis in
caſu noſtro hoc eſt dicendum, vbi teſtamentum fuit
iam diu liquidatum, & iam diu eius vigore data, &
accepta tenuta bonorum dicti D. Bernardini, adeò vt
dici non poſſit illud non liquidum, aut poſſe aliqua
iuſta exceptione offuſcari, ſtantibus prædictis, cùm ex
actis eiuſdem Smeraldi canonizetur, & liquidetur pe-
nitus, & dictus D.Marchio Hercules ſolus ſit hæres in
dictis bonis, & verificata ſint omnia, quæ alioquin
poſſent facere difficultatem, vt per dictum Borellum,
& concordat Cephal. *conſil.480. num.8. 9.* vbi loqui-
tur de teſtamento, docens quod de eo non fit compro-
22 miſſum, ſicut nec de inſtrumento, vbi enim teſtamen-
tum eſt publicum, & rogatum à Notario, non differt
ab inſtrumento, vt firmant ſupradicti DD. & in pro-
poſito ſic benè loquitur Pacian. *conſil. 93. numer. 13.*
14. qui loquitur de teſtamento, & inſtrumento indif-
ferenter.

Res etiam clara dicitur ad fauorem eiuſdem Domi-
ni Marchionis Herculis propter ſententiam Iudicis
Milonis à Rota confirmatam, & in iudicatum tranſa-
ctam, quæ dat eidem manutentionem dictorum bono-
rum, nec adeſt qui eam in controuerſiam ponat, prout
nec verè aliquis controuertere poteſt; & propterea li-
quidò dicitur conſtare de iuribus dicti D.Marchionis;
& ſtante tali re iudicata, non poſſunt aduerſarij pete-
re compromiſſum, non obſtante dicto ſtatuto; ſic enim
ſentire videtur idem ſtatutum, dum inquit: *Dummodò*
23 *non tractetur de executione alicuius ſententiæ*, & ſic di-
xit pulchrè Ancharan. *in conſil.183. num. 3.* Caſtr. *con-*
*ſil. nonageſimo, numero octauo, verſic. ratio, libro primo.*
Tuſch. *littera S, concl.487. num. 91.* Marcabrun. *con-*
*ſil. ſexageſimoſexto, numero 420.* latiſſimè Borell. *in*
*tract. de compromiſſ.§.ſecundo,gloſſ.prima, numero 144.*
vbi plurimos allegat, & dicit ſtatuta loquentia de com-
promittendo quæſtiones coniunctorum non habere
24 locum, nec poſſe compromiſſum fieri ſuper re, in qua
lata eſt ſententia quæ fecit tranſitum in rem iudica-
25 tam, quia ſatis liquidum illud dicitur, de quo extat
ſententia in iudicatum tranſacta, idem Borell. *in ſum.*
*deciſ. parte prima, titulo ſexageſimotertio, numero 131.*
qui adducit infinitos DD. Cyriac. *controuerſ. 350. nu-*
*mero 11.12. p.2.* vbi idem confirmat. Cum enim ſen-
tentia habeatur pro veritate, *l. res iudicata,* vbi Dec. &
Cagnol. *ff. de reg. iur.* non eſt mirum, ſi liquidò dica-
tur per eam conſtare de iuribus actoris, & ſic ceſſet pe-
titio compromiſſi, quod etiam videtur ex alio capite eſ-
ſe de mente noſtri ſtatuti Ferrariæ, quod non aſtringit
ad compromittendum, niſi quando adeſt probabile iu-
ris dubium; quod dici non poteſt, quando conſtat per
26 inſtrumentum de iuribus actoris; tunc enim articulus
non continet probabilem iuris dubitationem, ſic ad
rem Cephal. *dict. conſil. 201. numero quarto,* Marca-
brum *dict. conſil. ſexageſimoſexto, numero 428. & nu-*
*mero 431. 432.*

Non obſtat, quod licet manutentio dicti Domini
Marchionis per ſe ſit liquida, & in ſe non contineat
dubitationem, tamen propter exceptiones dictorum
hæredum fiat turbida, cùm multa petant, ex quibus
prætendunt ius habere retentionis. Nam reſpondetur
eos non habere aliquas exceptiones ita liquidas, quod
poſſint offuſcare ius dicti Marchionis, vt in primis
ſcriptis ſatis dixi. Verumtamen demus, quod tales ex-
ceptiones ſint iuridicæ, & legitimæ, cùm aliunde ve-
niant, & non naſcantur ex ventre teſtamenti dicti Do- 27
mini Bernardini, aut ſententiæ prædicti D. Milonis,
non ceſſat res clara ad fauorem dicti Domini Marchio-
nis, nec efficere poſſunt vt locus ſit compromiſſo, vt
pulchrè docet Carpan. *ad Statut. Mediolan. dict. ca-*
*pit.115. numero vigeſimoprimo, parte prima,* vbi multos
allegat, & oſtendit, quod etiamſi opponatur legitimæ,
& Trebellianicæ, nihilominus res dicitur clara, quod
conſtat per inſtrumentum, & non eſt locus compro-
miſſo.

Et hoc non eſt mirandum, quia Statutum noſtrum
non dicit, quod fiat compromiſſum ſuper exceptioni-
bus, ſed ſuper lite mota, quæſtione, vel cauſa; & ſic at-
tenditur petitio actoris, an ea ſit euidens, & notoriè iu- 28
ſta, & compromiſſum nunquam petitur ſuper his, quæ
incidenter, & excipiendo proponuntur, ſed quando in-
tentio Rectoris eſt dubia, quia ex intentione actoris
metitur ius: ſic poſt Bald. *in l.pen. ff. de his qui ſunt ſui*
*vel alieni iur.* & *in l.edita, ad fin. C. de edend.* inquit An-
char. *in dict. conſil.183. num.2.3.* & pulchrè Tuſch. *lit-*
*tera S, concluſ.487. num.117.* vbi vide, & *n.148.* Socin.
Sen. *conſ.285. n.4.* vbi dicit etiam, quod ſicut non po- 29
teſt fieri compromiſſum ſuper inſtrumento, ita nec ſu-
per obiectis contra inſtrumentum.

Et ſic etiam tenet Carpan. *ad Statut. Mediolan. dict.*
*cap.115. numer.287. parte prima,* & maximè propter
exceptiones, quæ deducuntur, non offuſcant ius in in-
ſtrumento contentum; non enim vnquam negatur hæ-
reditatem Corrigiariam pertinere ad Dictum Domi-
num Marchionem Herculem, ſed continet credita
quædam, & prætenſiones dictorum hæredum, quæ
habent naturam diuerſam, & nihilominus niſi factum
in inſtrumento contentum impugnetur, & aliquibus
probationibus obtenebretur compromiſſum ex ſtatu-
to, peti non poteſt contra inſtrumentum, vt poſt So-
cin. Iun. *conſil. quarto, libro primo,* inquit Surd. *con-* 30
*ſil. 252. numero vigeſimoprimo,* & *conſil. 451. nume-*
*ro quinquageſimo.* Et ſic omnes alij DD. ſunt intelli-
gendi, quod cùm non verificetur in caſu noſtro ex
prædictis, ſatis liquet non eſſe locum petitioni alicuius
compromiſſi.

Quartò non eſt cogendus dictus Dominus Marchio
ad compromittendum ſuper dicta hæreditate Corri-
giaria, quia eſt ſubiecta perpetuo fideicommiſſo ad fa-
uorem vocatorum, vt in dicto teſtamento D.Bernardi-
ni; & propterea ipſe non poteſt eius bona alienare, vt
probat text. *in Auth. res quæ, Cod. communia de legat.*
Et quia compromiſſum faciens dicitur alienare, Maſ-
card. *de ſtat. interpret. concluſ.8. num.98.* ideò non po-
teſt cogi ad compromittendum ſuper illa, quia nemo
cogitur compromittere ſuper bonis, quæ non poteſt
alienare, & iſto caſu debet ceſſare ſtatutum, ſic pulchrè
Dec. *conſil.44. num.2.3.6.* vbi ſic declarat huiuſmodi
ſtatuta, & *conſil.475. ad fin.* & idem docet Macabrun.
*conſil.46. num.12. & ſeqq.* Roman. *conſil.269. colum.4.*
Pariſ. *conſil.134. num. 9. part.4.* Grat. *conſil. quinqua-*
*geſimoquinto, numero vigeſimo.* Borell. *de comprom. §.2.*
*gloſſa prima, numero 125.126. 127.* Crauet. *conſil.976.*
*num.15. limit...* de Prætis *conſil.116. num.16.* Menoch.
*conſil. 1. numer.268.* latè Decian. *conſil. ſexageſimo-*
*quinto, numero 28. & 29. lib. 5.* Ergo non eſt locus
compromiſſo, quantumvis neceſſario ex forma Sta-
tuti,



31 tuti, quod in tali caſu non habet locum, ne per in-
directum eueniat, quod per ſe fieri non poteſt, dum
fortè ex laudo arbitratorum ſequeretur alienatio dicto-
32 rum bonorum; & ideò ſtatutum non extenditur ad hunc
caſum, quia ſtatutum cogens cauſas coniunctorum, in-
telligitur dummodò cauſa ſit compromiſſibilis. Borell.
*de compromiſſ. §.2.gl.1.n.129.*

Quintò quatenus poſſet dici locum eſſe compromiſ-
ſo, illud non poteſt comprehendere, aut extendi ad
bona extra ſtatum Ferrariæ ſita; quia ſtatutum non po-
teſt de illis diſponere ex defectu poteſtatis iuriſdictionis
ſtatuentium, cùm non perueniat ad bona extra eorum
33 iuriſdictionem exiſtentia, etiamſi quæſtio vertatur inter
ſubditos; & maximè quando ſtatutum non exprimit
bona extra ſuam iuriſdictionem exiſtentia, vt poſt Bar-
tol. *in l.cunctos populos, quæſt.7. verſ.ſed poſſet, de iu-*
*ſtit. & iur.* Alexand. *conſ.128. num.2. lib.1.* pulchrè in-
quit Tuſch. *littera S, concl.546. num.3.* vbi teſtatur de
communi. Honded. *conſil.5. num.14. lib.1.* de communi
Crauet. *conſil.30. num.3.* Maſcard. *de ſtat. concl.6. n.100.*
101. Rota *diuerſ.deciſ.304. num.2. parte prima,* Gratian.
*diſc.709. num.15.* Et ſanè ſi ſtatutum de compromiſſis
faciendis inter affines non habet locum, & non ex-
tenditur ad perſonas, & loca exempta, vt per Camill.
Borell. *d.tract.de compromiſſ.§.2. gloſ.prima, num.400.*
34 quantò minùs extenditur ad bona exiſtentia extra ter-
ritorium, quæ non ſunt vllo modo de iuriſdictione ſta-
tuentium, ſtante quod ſtatutum non extenditur vltra
35 iuriſdictionem ſtatuentis. Graſſ. *de eff.Cler.effect.2.n.51.*
Gratian. *diſcept.431.n.20.* & *diſcept.581. num.8.* Ex qui-
bus ſatis conſtat, quàm ineptè petatur fieri compro-
miſſum inter dictas partes, etiam reſpectu bonorum
exiſtentium extra ſtatum Ferrariæ, cùm id nec fieri poſ-
ſit, nec fuerit de mente ſtatuti, quod ad talia non obli-
gauit ſubditos, & nullam fecit vllibi mentionem de bo-
nis extra Statutum Ferrariæ exiſtentibus.

Et multò magis hæc dicenda ſunt, quia prædictus D.
Marchio Hercules habet domicilium in duobus locis,
ſcilicet Ferrariæ, & Mutinæ, prout eſt permiſſum, ad
36 textum *in l.aſſumptio, §.iuriſprudentibus, ff. ad municip.*
gloſſa *in c.præſenti, §.idem eſt, verb. domicilium,* vbi Ge-
min. *n.4.* & DD. omnes *de præbend. in 6.* Bellet. *diſquiſit.*
*Cler. tit.de exempt.Cler. à ſtat. ſæcul. §.5. num.14.* pro-
pter quod cenſetur ſortiri diuerſas patrias, & ex diuer-
37 ſitate patriæ, legum quoque diuerſitas ſeruari debet,
& quælibet in ſuo territorio præualere, adeò vt ſer-
38 uanda ſit lex, & eligendus ſit forus loci, vbi ſunt bo-
na, vt per Iaſ. *conſ.80. col. pen. lib.3.* Lancell. *ſuper con-*
*ſuet.* Alex. *præf.8. n.15.* Alder. Maſcard. *de interpr. ſta-*
*tut. concl.6. n.104.* vbi teſtatur de veriori, & magis com-
muni opinione.

Sextò reſpondetur, retentis iiſdem terminis, quate-
nus eſſet locus compromiſſo petito ſuper bonis extra
ſtatum illius exiſtentibus, alia quidem vera ratione. Si-
quidem quoad bona hæreditaria dicti D. Marchionis
Guidi tractatur de communi intereſſe omnium eius fi-
liorum, tam primi, quàm ſecundi matrimonij, hæredum
ſcilicet reſpectu portionis hæreditariæ, & aliorum re-
ſpectu legitimæ, & detractionum; & cùm inter dictos
Fratres adſint duo Abbates, ſcilicet Illuſtriſſimus D.
Com. Alphonſus, & Com. Paulus Coccapanus, qui ſunt
perſonæ Eccleſiaſticæ, certum eſt eos non poſſe aſtrin-
39 gi ſtatuto ad compromiſſum cogente, tum vigore eiuſ-
dem Statuti Ferrariæ *lib.1. rubr.5.* vbi ſtatuitur, ne ſta-
tuta proſint Clericis: tum quia ex defectu poteſtatis
non potuerunt ſtatuentes ligare Clericos; & licet id à
multis DD. impugnetur, quia ſtatutum de compromiſ-
ſis videtur reſpicere ordinatoria iudicij, ad quæ etiam
Clerici tenentur litigantes in foro ſæculari, veruntamen
quando ſtatutum non ſtat in puris terminis ordinato-
rij, ſed tangit etiam materiam deciſorij, vt quia dicere-
tur in eo, quod non poſſit appellari, ſeu peti reductio,

vel quod laudum habeat executionem paratam, & ſimi-
lia, prout euenit in noſtro ſtatuto Ferrariæ, tunc vtique
omnes admittunt, Clericos non ligari ſtatuto de com-
promiſſis, vt poſt Bald. *conſ.5. n. 1. verſ. aut compro-* 40
*mitti,* dicit Capyc. *deciſ. 66. n.4.* Dec. *in cap. Eccleſia*
*S. Mariæ, n.2.* & *n.161. de conſtit.* latiſſimè Camill. Bo-
rel. *tract.de comprom. §.1.gloſ.3. n.225. 226. & multis*
*ſeqq. vſque ad n.261.* vbi reddit rationes huius ſenten-
tiæ, & in ea reſidet Alder. Maſcard. *de ſtatut. interpret.*
*concl.prima, num.34.* vbi teſtatur de magis communi,
Graſſ. *de effect.Cleric.eff.2. n.412.414.* vbi multos ad-
ducit, & teſtatur de veriori, & magis communi. Tho-
mat. *deciſ. Macerat.6. n.26.* Marth. *de Iuriſd.p.4. caſ.40.*
*n.8.9.10.11.12.* Barz. *dec.41. n.16.* Farin. *dec. 529. n.2.*
*p.2.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. parte prima, tit. de exempt.*
*Cleric. à ſtat. ſæcul. §.3. n.10.*

Et licèt D. Marchio Hercules tanquam laicus non
gaudeat per ſe hoc beneficio, & poſſit ligari dicto ſta-
tuto de compromiſſis, tamen ratione conſortis in lite
ſequitur idem priuilegium, quia idem eſt ius vtriuſque,
& eadem ratio; ac ius vnius eſt inſeparabile à iure al-
terius, cùm vnum non poſſit cognoſci, quin cognoſca-
tur aliud ratione vnionis, & connexitatis; & propterea
beneficium Clerici prodeſt etiam laico eius conſorti, ad
textum *in l.qui duo, ff. de liber. legat. l. in communem, ff.* 41
*quemadm. ſeru. amitt.* Dec. *in l.ſi emancipati, n.5.* vbi
Cagn. *n.103. C. de collat.* Surd. *dec.301. n.9.* Cephal. *conſ.*
*661. n.76.* Odd. *de reſt.in integr. q.46. art.4. verſ. in con-*
*trarium,* & *verſ. pluries,* latè & pulchrè Carol. de Graſſ.
*tract.de effect.Cleric. eff.2. n.55.* vbi adducit multas ra-
tiones, auctoritates, & exempla ad oſtendendum, quod
laici non ligantur ſtatutis ſæcularibus ratione iuris vni-
ti cum Clericis; vnde eſt, quod immunitas hoſpitandi 42
milites conceſſa Clericis extenditur etiam ad fratres lai-
cos, ſi habitant in domo communi, vt per eundẽ Graſſ.
*d.tract.eff.3. n.122.* vbi alios adducit. Et ideò immuni-
tas ab oneribus ob numerum duodecim filiorum, tri- 43
buit eandem immunitatem fratribus ſociis in commu- 44
nione bonorum perſiſtentibus. Natt. *conſ.590. n.19.* Et
magis in ſpecie admittunt DD. quod priuilegium fori,
quod quis habet, prodeſt etiam aliis conſortibus non
priuilegiatis, adeò vt ſi pupillus, vel vidua, aut minor
habeant cauſam ſibi, & alteri non priuilegiato commu-
nem, ille gaudebit eodem beneficio, vt cauſa poſſit trahi
ad Principẽ, & è contra, vt poſt Aret. *conſ.93. n.7.* Alex. 45
*conſ.122. n.16. in fin. lib.4.* Ruin. *conſ.77. num.3. lib.4.*
Afflict. *dec.354. n.13.* Natt. *conſ.590. n.16.17.* Theſaur.
*dec.177. n.2. in fin.* & *n.5.* Menoch. *de arb.iud. lib.2. caſ.*
*66. n.22.* Viuian. *dec.321. n.18.19.20.21. & ſeqq.* vbi exor-
nat exemplis, & benè Giurb. *dec.ciuil.82. n.1. verſ. quod*
*iuris.* Ex quibus concludendum eſt, non eſſe locum pe- 46
tito compromiſſo ſuper bonis dictæ hæreditatis Corri-
giariæ, & multò minus ſuper aliis bonis paternis ad fi-
nem impediendi manutentionem in dictam hæredita-
tem, qua ſibi reſtituta, ſeu relaxata, dictus D. Marchio
Hercules non recuſat honeſtas inire conuentiones ſuper
aliis hinc inde prætẽſis ſi quæ ſint, aut de iure reſpõdere.

Neque dicti hæredes, aut dicta D. Marchioniſſa Alda
eorum tutrix poteſt declinare forum Eminentiſſimi, &
Reuerendiſſimi Domini Legati Ferrariæ, ſeu eius Vi-
celegati, qui gerunt vices Principis; nam licèt pu-
pillus, & vidua habeant electionem fori, & poſſint
trahere aduerſarios ad Tribunal Principis, & eius 47
Senatum, & Rotam, per textum *in l.vnic. Cod. quando*
*Imper.int. vid. & Pupill.* tamen ceſſat id priuilegium,
tum quia cauſa agitatur coram maiori Tribunali &
Legato, ſeu Vicelegato: tum quia, & meliùs, dictus
Dom. Marchio tanquam minor 25. annis, gaudet eo- 48
dem priuilegio, eo quod cùm orbatus ſit patre, &
matre, ſtante minori ætate vigintiquinque annorum,
gaudet priuilegiis miſerabilium perſonarum, & Or-
phanus dici poteſt, ad textum *in l. Orphanotrophos,* 49

*C.de Epiſc.& Cleric.* vbi Gyn.id docet,& meliùs probat
id textus *in l. neque tutores , ff. de rebus eorum* , vbi
priuilegia pupillorum dicuntur competere etiam adultis
minoribus 25. annis : & ibi pulchrè loquitur Raph.
50 Cuman.in hac materia,& notat Rebuff.*in tract.de ſent.*
*prolixior.art.3.gloſ.vn.n.4.* & bene ſcripſit Carpan. *ad*
*Statut. Mediolan.c.47.n.120.p.1.* vbi loquens de hac
materia dictæ legis vnicæ dixit, orphanos eſſe pupillos
à patre deſtitutos, & maiores annorum 14. minores ta-
men 25. Et meliùs docuit Couar. *pract.quæſt.c.60. n.2.*
*verſ.nos hac in parte , lib.1.* vbi dixit in hac materia,
quod praxis recepit hoc priuilegium , & in minore 25.
annis , qui patre ſit orbatus , Afflict.*in conſt.ſtatuimus,*
*n.24.lib.1.de offic.magiſtr.verſ.eo ſimiliter*,in eadem ma-
51 teria æquiparauit minorē,pupillum, & viduam, & alias
miſerabiles perſonas. Nicol.de Milliſ.*in ſuo repert.au-*
*reo, in verb.Minor , n. 10. in fin.* iuxta quem loquitur
Gratian. *dec.180.in addit.n.1.* provt etiam minori tri-
buit idem priuilegium Tuſch. *littera M,concl.273.n.8.*
& idem approbare videtur Maſcard. *de probat. concl.*
*1064.n.2.* vbi inter perſonas miſerabiles enumerat vi-
duas, pupillos,& orphanos, & audio ſic obſeruari vbi-
que, vt etiam minores 25. annis gaudeant priuilegio
dictæ legis vnicæ. Quia verè ſunt orphani , maximè
quando carent patre , & matre, vt vidimus. Et ideò in-
52 ter perſonas miſerabiles numerantur,vt per Bellet.*d.tit.*
*de exempt. Cleric.à ſtat. ſacul.§.5. n.33.* & hoc pulchrè
examinat Pacian. *conſ.94.n.4.5.10.11.12.13.per totum,*
vbi probat,quod priuilegium dictæ legis vnicæ com-
petit etiam minori 25. annis, & reſpondet ad omnia
contraria, & *ſub.n.24.* dicit quod hanc partem ſemper
tenuit ſupremum Ferrariæ Conſilium , & quod hæc eſt
53 communis practica. Quod non eſt alienum à veritate,
quia miſerabiles perſonæ dicuntur illæ, quæ cauſas pro-
prias dicere non valent,vt per textum *in c.1.in fin.de po-*
54 *ſtulat.* Rol. à Val. *conſ.76.num.47. lib.1.* dixit Grat. *d.*
*conſ.94.n.22.* Marcheſan. *de commiſſ.1.2.tit. de commiſſ.*
*auocat.cauſ.n.31.verſ.& ſi ponderemus,* Pacian.*d.conſ.94.*
*n.23.* Sed minor 25. annis non poteſt per ſe ſuam cau-
ſam dicere, cùm nequeat ſtare in iudicio ſine curatore,
vt per Giouagn. *conſ.61.num.29.lib.1.*Ergo miſerabilis
55 perſona cenſenda eſt, Pacian. *d.conſ.94.n.23.*

Nec obſtat, quod id ſecundùm aliquos procedat in
vidua, pupillo,& minore paupere,quia verior,& magis
communis opinio eſt , vt in hoc priuilegio electio-
56 nis fori non attendantur diuitiæ , ſed conditio vidui-
tatis, ſeu ætatis , quia huiuſmodi perſonæ , & diuites
adhuc dicuntur miſerabiles , cùm ſoleant communiter
opprimi, vt experientia docet, & ideò etiam pupilli, &
minores diuites gaudent hoc priuilegio , ſicut ad rem
planè docet Natt. *conſ.590.n.4.5.6.7. & ſeqq.* Rol.*dict.*
*conſ.76.n.45.* Couar. *d.c.6.n.2. verſ.obtinet.* Menoch .*de*
*arbit.iud.caſ.66.n.5.&* 11.pulchrè Pacian.*conſ.94.n.25.*
57 vbi loquens tam de minore, & pupillo, ac aliis priuile-
giatis in hac materia, probat etiamſi ſint diuites,adhuc
gaudere hoc priuilegio electionis fori Theſaur.*dec.177.*
*n.3.*Ruin. *dec.521. n.7.8.9. & ſeqq.* vbi latè examinat.
Grat. *diſcep.187.n.2.*

Cùm ergo prædicti hæredes , & dictus D. Marchio
Hercules habeant in eadem materia id priuilegium ele-
ctionis fori vigore dictæ legis vnicæ,& pupillus, & mi-
nor in hoc ſint pares,Pacian.*d.conſ.94.ſub n.28.* nullus
eorum poterit tali gratiâ vti , quia priuilegiatus contra
58 priuilegiatum non gaudet priuilegio,ſed priuilegia con-
quaſſantur,vt dixit ad rem Couar.*pract.qq.c.7.n.4.verſ.*
*primus etenim caſus.* Menoch. *de arb. iud. caſ.66. n.38.*
*39.* vbi maximè loquitur quando reus conuentus con-
uenitur coram ſuo Iudice ordinario , quia licèt ſit
priuilegiatus , non poterit declinare forum , & petere
ſe remitti ad Principem , cùm actor ille priuilegia-
tus vtatur priuilegio iuri communi conſono , reus
verò conuentus contra ius commune : idem docet Gra-
tian. *diſcept.182.n.21.* Franc.*deciſ.188.n.2.*latè Giurb.
*deciſ.ciuil.82.n.8.verſ.quando tamen* ; & ideò cùm pri-
uilegia priuilegiis conquaſſentur , ius commune ſeruan-
dum eſt.Franc.*d.deciſ.188.n.2.*Giurb. *d.deciſ.82.num.8.*
*verſ.quia priuilegia*; vnde ſequitur, vt ſicut cauſa præ-
dicta non eſt compromiſſibilis , nec etiam eſt com-
miſſibilis , quia eædem rationis , quæ impediunt
compromiſſum , poſſunt etiam impedire commiſ-
ſionem ; res enim liquida , & quæ conſtat per inſtru-
mentum,& per ſententiam, non eſt committenda, ſicut
nec compromittenda, quia admodum litigioſè tractare-
tur , & tanquam res turbida committeretur , & Prin-
ceps, qui eſt pater iuſtitiæ,non debet pati, vt lites fiant,
vbi non eſt materia litigandi, eo quòd negotium ſit
valdè liquidum ad fauorem dicti D. Marchionis Hercu-
lis, vt vidimus reſpectu dictæ hæreditatis Corrigiariæ,
& ſufficit in hoc puncto non eſſe locum compromiſſo,
nec fori electioni. Et licèt dici ſoleat,quod ipſum quo-
que dubium, an cauſa ſit compromiſſibilis,debeat com-
promitti ; tamen hîc non poſſum dicere vllum extare
dubium, vt vidimus ; & ſicut ſuper principali non co-
gimur compromittere, ita nec ſuper iſto incidenti,vt la- 59
tè Marcabrun. *d.conſ.66.num.434. vſque ad n.443.* vbi
tollit omnem ambiguitatem ; & ad rem facit Tuſch.
*littera S,concl.487.n.99.*

Nec obſtat, ſi opponeretur ad protelandum iudicium
exceptio inuentarij nondum confecti, quia talis exce-
ptio nocet tantùm legatariis , & creditoribus hæredita- 60
riis,ad textum *in leg. fin. §.donec , Cod. de iur. deliber.*
Nos autem agimus contra dictos hæredes,non vt hære-
des dicti D.Marchionis Guidi,ſed vt poſſeſſores bonorū
noſtrorū,quæ ab eis vendicare intendimus,propter quod
non habet locum exceptio inuentarij non confecti,vt
practicus Blanc. *in tract.de comprom.q.4.n.64.* Rol. *de* 61
*inuent.part.4.volum.4.* qui videatur, quia pulchrè tollit
dubium : ergo reiicienda eſt petitio compromiſſi,& ad-
uerſarij ſunt repellendi, tanquam calumnioſi. Pacian.
*in conſ.93.n.5.*

Et ita cenſeo , &c. Veruntamen ſuper hoc fuit diu diſputatum , quia partes non concordabant in modo compromittendi. Verùm quia interuentu amicorum fuit inuenta forma partibus grata,factum fuit compromiſſum, & fuerunt electi arbitri Illuſtriſſimus Dominus Hieronymus Auguſtinus,Conſiliarius Iuſtitiæ Mutinæ, & excell. D.Doctor Corradus, Ferrarienſ.

## CAPVT CLXXI.

### Epitome.

Nominationi Domini quando ſit locus,& an nominatus trahat cauſam ad ſuum forum, & an laicus poſſit conueniri in foro Eccleſiæ , vbi tractatur de bonis Eccleſiæ , vel Clerici.

### SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum de rebus Clerici debet fieri à Iudice. Eccleſiaſtico , etiam penes laicum.*
2 *Sequeſtrum de rebus Clerici debet liquidari apud Iudicem Eccleſiaſticum,etiamſi factum fuerit à Iudice laico.*
3 *Laicus Iudex non poteſt ſequeſtrare bona Clerici.*
4 *Bona Clericorum gaudent priuilegio fori Eccleſiaſtici.*
5 *Sequeſtrare non poteſt bona,qui non poteſt citare reum.*
6 *Acceſſorium eſt ſequeſtrum cauſæ principalis.*
7 *Præparantis cauſæ Iudex eſt etiam Iudex cauſæ præparatæ.*





8 *Iudex Eccleſiaſticus agnoſcit non ſolùm de iuramento,ſed etiam de contractu principali.*
9 *Hæreditas repræſentat perſonam defuncti.*
10 *Statuta laicorum non habent locum in hæreditate Clerici.*
11 *Hæreditas Clerici ſi auferatur ab indigno hærede,cui applicetur.*
12 *Inuentarium hæreditatis Clerici fit à Iudice Eccleſiaſtico.*
13 *Hæreditas quando auferatur ab hærede condemnato.*
14 *Aditio hæreditatis quomodo fiat.*
15 *Hæreditas continet vniuerſum ius defuncti.*
16 *Eccleſia ob ſpolia prætenſa poteſt occupare hæreditatem Clerici.*
17 *Adiecto ſolutioni rectè ſoluitur , ſed non habet actionem.*
18 *Chirographum habens cenſetur habere mandatum.*
19 *Actus attribuitur mandanti, non exequenti.*
20 *Adiectus ſolutioni non impugnat ſequeſtrum.*
21 *Solutioni adiectus non agit poſt litem conteſtatam.*
22 *Auctor laudatus non trahit cauſam ad ſuum forum.*
23 *Clericus veniens ad iudicium principaliter trahit cauſam ad ſuum forum.*
24 *Clericus defenſor neceſſarius trahit cauſam ad forum Eccleſiæ.*
25 *Clerico poſſidēte cauſa cognoſcēda eſt in foro Eccleſiæ.*
26 *Iudex laicus non poteſt adiri , etiamſi Eccleſiaſticus malè iudicaret.*
27 *Spoliorum cauſa eſt Eccleſiaſtica.*
28 *Spolia præſumuntur bona clerici Eccleſia poſſidente.*
29 *Depoſitarius ſoluens de mandato Iudicis liberatur.*
30 *Citatio per edictum ſufficit incerto contradictore.*
31 *Depoſitarius ſponte ſoluens quando liberetur.*
32 *Depoſitarius non poteſt ſoluere creditori in cauſa ſpoliorum.*
33 *Iudex laicus tenetur admittere rem à Iudice Eccleſiaſtico.*
34 *Nominans dominum liberatur , & cauſa remittitur ad forum nominati.*
35 *Laicus nominans Clericum in dominum liberatur.*
36 *Nominato ſuſcipiēte iudiciū,nominans debet abſolui.*
37 *Nominatio Domini habet locum tam in re immobili , quàm mobili.*
38 *Mobilia , & immobilia æquiparantur quoad forum acquirendum.*
39 *Depoſitarius poteſt nominare dominum.*
40 *Poſſidere deſinens,dolo nominans dominum liberatur.*
41 *Reus conuictus nominans dominum liberatur ab inſtantia iudicij.*
42 *Depoſitarius quando teneatur actione reali , & vero depoſito.*
43 *Depoſitum verum eſt, quod fit cauſâ cuſtodiæ.*
44 *Colonus, & inquilinus tenentur perſonali, & poſſunt nominare dominum.*
45 *Nominatio domini habet locum in actione reali.*
46 *Nominatio domini habet locum in actionibus mixtis.*
47 *Nominatio domini admittitur tam in petitorio,quàm in poſſeſſorio.*
48 *Clericus de rebus Eccleſiæ, vel ſuis rectè conuenit laicum in foro Eccleſiæ.*
49 *Laicus conuenitur in foro Eccleſiæ etiam actione perſonali.*
50 *Laicus non conuenitur in foro Eccleſiæ ſi negatur rem eſſe Eccleſiæ.*
51 *Negatio ſolius rei conuicti excludit iuriſdictionem Eccleſiæ; non tertij.*
52 *Inſtrumentum facit probationem probatam.*
53 *Iudex laicus debet remittere cauſam ad forum Eccleſiæ,poſſidente Eccleſia.*
54 *Negatio rem eſſe Eccleſiæ , debet eſſe probabilis.*
55 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de qualitate tribuente iuriſdictionem.*



56 *Rem eſſe Eccleſiæ poteſt poſtulari coram Eccleſiaſtico.*
57 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit , an res ſit empta de pecuniis Eccleſiæ.*
58 *Iudex Eccleſiaſticus debet cognoſcere , quando dubium eſt, an res ſit Eccleſiæ.*
59 *Iudices Ecleſiæ cognoſcunt , an res ſit Eccleſiaſtica.*
60 *Iudex laicus debet parêre inhibitioni Iudicis Eccleſiaſtici.*
61 *Clericus non trahit laicum ad forum Eccleſiæ,niſi datâ violentia.*
62 *Clerici trahunt ſuos malefactores ad forum Eccleſiæ.*
63 *Laicus quando conueniatur in foro Eccleſiæ per actionem realem , vel perſonalem.*
64 *Violentia facit laicum de foro Eccleſiæ.*
65 *Actio realis trahit ad ſe perſonalem.*
66 *Iudex laicus non poteſt agnoſcere neque principaliter, neque incidenter de cauſa ſpirituali.*
67 *Iudex Eccleſiæ ſolus eſt competens , quando actio eſt præiudicialis actioni propoſitæ in foro Eccleſiæ.*
68 *Iudex Eccleſiaſticus quando inhibeat laico.*

Ne ſcribam vanum , duc pia Virgo manum.

NOnnullis ab hinc annis Illuſtriſ.D. Gibertus Grilinzonus conciuis meus , Sacerdos Beneficiatus in Diœceſi Regij , & Gubernator Placentiæ depoſuit penes D.Paulum Foſſeum Theſaurarium S.Montis Pietatis Regij duplas quingentas, & in ſyngrapha depoſitæ fuerunt ſigillatim nominatæ monetæ,& poſtea ſubiunxit D. Paulus , *quali monete ſaranno pagate à S. S. Illuſtr.ò a chi preſentar à la preſente poliza.*

Deinde de anno præterito prædictus D. Gibertus diem clauſit extremum, & quia per multos annos non ſoluit M. R. Capitulo Cathedralis Regij portionem ſibi tangentem taxæ ; quæ ſuperindicta fuit beneficiis ob compoſitionem à Clero initam cum R. Camerà Apoſtol. de ei ſoluendo annuatim ſcutos 50. ob liberationem à ſpoliis,per quam totum ius Cameræ fuit tranſfuſum in Clerum,& Capitulum dictæ Cathedralis , ità tamen , quod recuſantes ſoluere taxam prædictam poſſint à dicto Capitulo ſpoliari ; & cùm per edicta generalia annuatim moneantur ſinguli ad ſoluendum cum comminatione , quod niſi beneficiati ſoluerint portionem ſuam,non gaudebunt priuilegio dictæ compoſitionis, & nihilominus dictus D. Gibertus defecit in dicta ſolutione per multos annos ; ideò factum eſt, vt ſtatim habita notitia mortis illius , Capitulum prædictum apprehenderit bona eius in hac Ciuitate exiſtentia tanquam ſpolio,& ad Eccleſiam pertinentia.

Et in ſpecie à Vicario Epiſcopi Regij obtinuit fieri ſequeſtrum dicto D. Paulo , cum præcepto, ne alicui ſoluat dictas duplas 500. præterquam dicto Capitulo, & in liquidatione ſequeſtri docto de non ſolutione taxæ , & oſtenſis priuilegiis præmiſſa citatione generali per edictum, cùm non conſtaret de intereſſe alicuius in ſpecie , vacante adhuc hæreditate , ab eodem Vicario fuit commiſſa executio contra dictum D. Paulum ad finem , vt dictas pecunias ſolueret dicto Capitulo , & communicato negotio cum eiuſdem Montis Congregatione eidem fuit ab ea mandatum , vt reſtitueret eaſdem duplas dicto Capitulo , obtenta indemnitatis fideiuſſiuone , provt factum fuit.

Sed poſt hæc coram Illuſtriſſ. D. Auditore S. E. in Curia ſæculari comparuit D. Bernardinus Mora exhibendo dictam ſyngrapham , & inſtans cogi dictum D.Paulum ad ſibi conſignandum dictas duplas ; ſed ſtatim D. Paulus nominauit dictum Capitulum in Dominum,ſtante quod in dictis pecuniis nullum habeat proprium intereſſe; & ideò Canonici , tanquam neceſſarij defenſores comparuerunt declinando forum laicale , & inſtantes cauſam remitti ad forum Eccleſiæ , tum ra-

tione cauſæ ſpoliorũ,quæ eſt Eccleſiaſtica,tum ratione
rei,quæ fuit Clerici,& nũc poſſidetur à Clerico:cõtra-
dicente autem D.Bernardino quæritur quid iuris,&c.

Et ſanè cenſeo cauſam eſſe remittendam ad Iudicem
Eccleſiaſticum , nullamque iuriſdictionem competere
Iudici laico in hac cauſa , & rectè fuiſſe proceſſum in
Curia Eccleſiaſtica. Siquidem iudex Eccleſiaſticus fuit
competens in ſequeſtrando dictas pecunias penes di-
ctum D.Paulum , cum inhibitione ne alicui ſolueret ,
niſi eſſet in concordia cum dicto Capitulo Cathedra-
lis,ſiquidem ſatis conſtat dictas duplas fuiſſe prædicti
D. Gilberti Sacerdotis , vt ex tenore ſyngraphæ ; qui
cùm eſſet perſona Eccleſiaſtica,& de foro Eccleſiæ, re-
currendum fuit ad Officialem Eccleſiaſticum qui dictas
pecunias ſequeſtraret,etiãſi dictus D.Paulus ſit laicus ,
quia in hac materia ſequeſtrationis non conſideratur
perſona laici ſequeſtrarij,ſed Clerici , cuius ſunt pecu-
1 niæ,ſeu creditum ſequeſtratum;quia ſequeſtrum fit ip-
ſius intuitu,cùm ſequeſtrarius non habeat aliquod in-
tereſſe in pecunia,ſeu credito ſequeſtrato;& ideò non
ad laicum Iudicem,ſed ad Eccleſiaſticum pertinet ordi-
nare huiuſmodi ſequeſtrum , etiamſi ſequeſter eſſet lai-
cus,vt latè probat Caualc.*dec.3.num.26.27.28.p.1.* vbi
multos allegat,& dicit quod etiamſi Iudex laicus m n-
daſſet ſequeſtrum,eo quòd periculum eſſet in mora, ta-
men poſteà agendum eſſet per creditorem coram Ec-
2 cleſiaſtico,non autem coram Iudice laico, aliàs ſeque-
ſtrum eſſet nullum,& laicus Iudex incideret in excom-
municationem; hoc idem confirmat Marth.*in tract. de
iuriſd.p.4.cent.2.caſ.*101.*n.*56.vbi dicit, quod ſequeſtrũ
3 bonorum Clerici nullatenus fieri poteſt per Iudices
laicos,quia eius bona,ſicut perſona,gaudent priuilegiis
Eccleſiaſticorum ; & quia ſequeſtrum fit intuitu ipſius
Clerici,propterea neque perſonam,neque eius res , aut
bona à laico Iudice ſequeſtrari permittitur, & eandem
rationem reddit *in d.tr.p.4.caſ.49.num.*3.4. vbi inquit,
4 quod bona Clericorum ſunt acceſſoria perſonarũ,ideò
gaudent eodem fori beneficio ; & ego idem probaui
*controu.44.n.*9.10.11.12.13.14. & concordare videtur
5 Graſſ.*de effect.Cler.eff.1.n.*222. vbi hanc iuriſdictionem
omnino denegat Iudici laico;& ideò ſicut laicus Iudex
non potuiſſet citare Clericum ; ita non poteſt eius res,
& bona ſequeſtrare.Mart.*de iuriſd.d p.4.cent.2.caſ.*165.
6 *n.*6.Cùm ergo pertineat ad Iudicem Eccleſiaſticum bo-
na Clerici ſequeſtrare,ad eundem etiam pertinebit co-
gnitio cauſæ principalis , quia ſequeſtrum eſt præpara-
7 torium quoddam,& acceſſorium principalis petitionis.
Cyr.*contr.*327.*n.*51.*lib.*2.& ideò Iudex cauſæ præparã-
tis eſt etiam Iudex cauſæ præparatoriæ, ad textum *in l.
Ordinarij*,vbi Bald.*C.de rei vend.*Alex.*conſ.*58.*in fin.lib.*
8 1.& *conſ.63.in princ.verſ.& motus,lib.*3.Curt.Iun.*conſ.*
152.*n.*8.Tuſch.*lit.I,concl.*446.*n.*24.& propterea ſi aga-
tur de contractu iurato, Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit
non ſolùm de iuramento,ſed etiam de negotio princi-
pali,vt per Tuſch.*dicta concl.*446.*n.*25.& conferunt ad
rem tradita per Bellet.*diſq.Cler.tit.de fauor.cler.real.*§.2.
*num.*33.34.

Nec obſtat quod dictus D. Gilbertus ſit mortuus ,
quia adhuc dictæ pecuniæ dicũtur eſſe Clerici, ex quo
hæreditas Clerici ſubiicitur foro Eccleſiaſtico,maximè
9 antequam adeatur:& ratio eſt , quia repræſentat perſo-
nam defuncti , ad textum *in l. cùm hæreditas*, vbi Bald.
Caſtr.& Salic.*C.depoſit.l.hæreditas,C.de acquir.rer.dom.*
& ita firmant Iac.de Aren.Bald.& Imol.*in l.illa inſtitu-
tio,ff.de hær.inſtituend.* & pulchrè Marth.*de iuriſd. p.*4.
*caſ.*5.*n.*15.16.18.vbi inquit , Statuta laicorum non ha-
bere locum in hæreditate Clerici , quia dominium di-
ctorum bonorum Clerici non eſt omnino abolitum,eo
10 quod hæreditas ipſius repræſentat ipſum Clericum , &
non ſubiicitur iuriſdictioni laicorum.Vnde eſt quod in
fortioribus terminis,ſi Clericus inſtituat hæredem per-
ſonam laicam,à qua tanquam indigna auferatur hære-
ditas , applicatur non fiſco ſeculari , ſed Eccleſiaſti- 11
co , quia reſpicitur qualitas relinquentis , qui eſt
Clericus,non hæredis,qui eſt laicus,vt poſt Abb.*in c.2.
de ſucceſſ.ab inteſt.*latè per Purpur.*conſ.*578. *per totum* ,
pulchrè Beller.*diſquiſ.Cler.p.1.tit.de bon.Cler.*§.14. *n.*6.
quod ſi verum eſt in hæreditate agnita , multò verius
erit in nondum adita:ſed quidquid de hoc,certum apud
omnes eſſe videtur , quod ſi hæreditas nondum fuerit
adita,adhuc ſubiicitur foro Eccleſiaſtico , quia repræ-
ſentat perſonam Clerici defuncti,& propterea ad ſolũ 12
Iudicem Eccleſiaſticum pertinet facere inuẽtarium bo-
norum hæreditatis Clerici , vbi tractatur de cauſa ſpo-
liorum.Mart. *dec. Delph.*105.*p.*1. Marth. *de iuriſd.p.*4.
*c.*122.*n.*14.Redoan.*de ſpol.q.12.num.*13. Barboſ.*de iur.
Pontific.lib.1.c.8.n.*88.pulchrè Dian.*mor.p.4.tr.1.de im-
mun.Eccl.reſ.*110.vbi docet inuentarium bonorũ Epi-
ſcopi pro ſpolio eſſe faciendum à Iudice Eccleſiaſtico,
& confutat alios contrarium tenentes.Sed ſic eſt,quod
in caſu noſtro nondum ab aliquo fuerat adita hæredi-
tas dicti D.Gilberti Sacerdotis, quando in foro Eccle-
ſiaſtico motum fuit iudicium prædictum conſumma-
tum, imò neque etiã hodie apparet in foro,ſiue ſecula-
ri,ſiue Eccleſiaſtico,quod aliquis adiuerit dictam hære-
ditatem;ergo tanquam iacẽs ſubiicitur iuriſdictioni Iu-
dicis Eccleſiaſtici,adeò vt nec fiſcus ſæcularis poſſet eã
capere, ſi ab hærede fortè cõdemnato eam vellet aufer- 13
re,quia ante agnitionem nullum ius habet.Pereg.*de iur.
fiſci,lib.5.tit.1.n.*95.nullus enim adhuc comparuit, qui
ſe hæredẽ faciat dicti D.Gilberti,aut profiteatur ſe eius
hæreditatem velle adiri;& tamen aditio hæreditatis de-
ſiderat extrinſecam animi declarationem,ſiue actu,ſiue
verbo;adeò vt non ſufficiat nuda voluntas in mente re- 14
tenta,vt per Bart.*in l.gerit,n.*5.vbi Rom.*n.*4.& ibi om-
nes DD.*ff.de acquir.hæred.*Rol.*conſ.77.n.31.lib.*1.

Cùm ergo dictæ pecuniæ remanſerint in hæreditate
dicti D.Gilberti, quia hæreditas cõtinet vniuerſum ius 15
defuncti,*l.hæreditas,ff.de verb.ſignif.*& Eccleſia præten-
dit,& credidit dictas pecunias ad ſe pertinere tanquam
acquiſitas de bonis Eccleſiæ , potuit præuenire hære-
dem,& eas occupare etiam auctoritate propria, nedum 16
auctoritate Iudicis,dum vacans erat poſſeſſio, non ob-
ſtante etiam, quod extiterint hæredes vniuerſales : ita
pulchrè videndus Bald.*in l.ſi quis Presbyter* , *n.*4. *C.de
Epiſc.& Cler.*vbi ponit caſum dicens, quod ſi mortuus
eſt Preſbyter,& remanſerunt ſui agnati,& Eccleſia vult
occupare bona Prebyteri , quia dicit empta de bonis
Eccleſiæ,ſed illi agnati volunt ſimiliter occupare , &
dicunt ſe eſſe vniuerſales ſucceſſores;& ſi Eccleſia vult
aliqua petere,petat ab eis;& quæritur quid iuris,poſtea
reſpondet ex doctrina Iun.*in c.Cùm in off.de teſtament.*
quemlibet eorum poſſe vacantem poſſeſſionem occu-
pare , & non obſtare , quod hæredes vniuerſales ſint
agnati , & ideò videatur contra eos dirigenda actio ,
quia illud verum eſt,ſi poſſiderent,ſed ex quo non poſ-
ſident,non ſunt aduerſarij in actione reali , nec poſſet
cum eis fundari iudicium.

Vnde ſi hæredes vniuerſales non ſunt legitimi con-
tradictores in poſſeſſione dictorum bonorum, quantò
minùs erit dictus D. Bernardinus Mora , qui non eſt
hæres,nec principalis, ſed tantùm adiectus ſolutioni , 17
qui ſi conſideratur vt adiectus ſimpliciter,nullam habet
rationem,ſed tantùm rectè ei potuit ſolui,ad textum *in
l.fin.& in.l.eum,§.ſi ita,& §.qui ſibi,ff.de verb.oblig. l.ſed
ſi filio,§.1.ff.de conſt.pecun.l.ſi cum Cornel.& l.aliquid,ff.
de ſol.*Bart.*in l.cùm quis,ff.de verb.oblig.l.ſed ſi filio* , §.1.
*ff.de verb.oblig.* Alex.*conſ.93.n.1.lib.*3. Si verò conſide-
retur tanquam procurator,& mandatarius dicti D. Gil-
berti principalis creditoris,eo quod exhibẽs chirogra- 18
phũ videatur habere mandatum ad exigendum, & ad-
mittatur ad agendum cum cautione de rato, &c. vt per
Dec.*cõſ.68.n.21.lib.*3.tamen hoc nihil eſt,& nihil ob-
ſtat tam quoad punctum iuriſdictionis , quàm quoad
actionem



actionem ipſam; ſiquidem ſi conſideratur vt Procurator
D.Giberti,tunc ipſe quoque ſubiicitur foro Eccleſiæ, &
ſortitur forum Eccleſiæ, quia conſideratur vt Clericus,
19 non vt laicus, quia actus tribuitur mandanti, non exe-
quenti,*l.item eorum,§.ſi Decuriones,ff.quod cuiuſque vni-
uerſ.c.cum aliquibus,de reſcript.in* 6.Crau.*conſ.*222.*n.*3.
Si verò aliter conſideretur, & veniat ad iudicium quo-
modocumque velit,non habet actionem contra dictum
D.Paulum propter dictum ſequeſtrum ; exhibens enim
chirographum,ex quo per debitorem excipitur de ſeque-
20 ſtro , ipſe dicere non poteſt , aut opponere quidquam
contra dictos Canonicos, aut ſequeſtrum præſcriptum,
quia ad hoc non cenſetur habere mandatum ,per ea quæ
tradit Dec. *in d.conſ.*68 .*n.*17.18. *lib.*3. qui multos alle-
gat;& in fine id maximè admittit quando chirographum
non peruenit ad eius manus ex cauſa oneroſa,vt hîc; &
maximè repellendus eſt dictus D.Bernardinus ſolutioni
21 adiectus,quia cõparuit non ſolùm lite conteſtata in foro
Eccleſiæ,ſed etiã executione cõſummata,Mnag. *dec.Flo-
rent.*106.*n.*3.ex quibus ſatis colligitur prædictum D.Mo-
ram eſſe remittendum ad forũ Eccleſiæ, vt agat contra
dictos Canonicos poſſidentes dictas pecunias, ſi quid in
eis prætendit;vel repellendum eſſe à limine iudicij,ſicut
hæres ipſe D.Giberti non eſſet audiendus in foro ſecu-
culari,ſtãte poſſeſſione capta per dictos DD.Canonicos.

Nam licèt in venditore,ſeu auctore laudato, qui non
venit principaliter ad iudicium pro ſuo intereſſe ; ſed
tantùm acceſſoriè,ad defenſionem emptoris,ſtet regula,
22 quod non poſſit forum laicale declinare,& exceptiones
priuilegiatas ex ſua perſona allegare, Abb. *in c.fin.n.*8.*de
de empt.& vendit.*Dec. *conſil.*700.*n.*6.Natt.*conſ.*99.*n.*8.
*lib.*1.Rim.Iun.*conſ.*422.*n.*14.Honded. *conſ.*25.*n.*14.17.
*lib.*1. Caballin.*de euict.§.3.q.2.n.*118.120. Mangil. *eod.
tract.q.6.n.*5.6.7.aliud tamen eſt,quando Clericus venit
23 ad iudicium principaliter pro ſuo intereſſe,& in eo ſub-
ſtantiatur iudicium; tunc enim declinare poteſt forum,
& cauſam auocare ad Tribunal Eccleſiæ, vt hîc, vbi di-
ctus D.Paul. nullum ius habet, nec aliquid prætendit in
dictis pecuniis,& Eccleſiam nominat in dominam.An-
char.Iun.*c.ea quæ,q.17.in fin.de reg.iur.in* 6.Abb.*in c.fin.
num.*28. *vt lit. non conſtet.* Rim.*d.conſ.*422.*n.*6. Hond.
*conſ.*25.*n.*29.*lib.*1.Bellet.*diſq. cler.p.1.tit. de fauore Cle-
ric. reali*,§.3.*n.*13. Mangil.*de euict. d.q.6,n.*11. Sperell.
*d. c.*24. *n.*1.2. vbi multos allegat , qui eſt caſus noſter,
quia dicti Canonici veniunt ad cauſam principaliter pro
ſuo intereſſe,eo quod D.Paulus nihil prætendat,& aſſe-
rat ſe nullum habere ius in dictis pecuniis.

Verùm etiamſi verſaremur in actore laudato,adhuc in
noſtris terminis cauſa eſſet remittenda ad Iudicem Ec-
cleſiaſticum,quia dictus D.Paulus ampliùs non poſſidet,
nec habet in ſua poteſtate dictas pecunias,ſed reperiun-
tur penes dictos Canonicos,ſtante ſolutione facta per D.
Paulum antequam D. Mora inciperet iudicium contra
eum, propter quod Clericus poſſidens rem,in qua ten-
tatur executio, vt hîc in dictis duplis,& ſe opponens ad
ſuam poſſeſſionem defendendam,trahit cauſam ad ſuum
forum, & Iudex laicus dicitur incompetens,quia Cleri-
24 cus habet ſe tanquam reus,& defenſor neceſſarius. An-
char. *in cap. ea quæ,q.17. verſ. quærat, de reg. iur. in* 6.
Abb.*in c.cùm ſit generale,n.*13.vbi Innoc.& alij,de foro
competenti,Barbat.*conſ.*84.*lib.*4. Dec.*conſ.*700.*n.*7.pul-
chrè Purpur.*conſ.26.per totum,lib.*1.qui reſpondet con-
trariis;latè Mangil.*de euict.d.q.6.n.*28.29.Vbi etiam di-
cit,quod conſtito de tenuta,& poſſeſſione Clerici,Iudex
laicus non poteſt vlteriùs progredi. Beller. *diſquiſ.Cler.
25 p.1.tit.de fauor.cler.real.*§.1.*n.*3.4.Vbi etiam dicit,quod
exigitur probatio poſſeſſionis ex parte Clerici,ſed ſuffi-
cit ſola poſſeſſionis allegatio. Ergo omninò dicendum
eſt , quod hæc cauſa remittenda ſit ad forum Eccleſiæ,
cùm ſatis conſtet dictas pecunias non extare penes D.
Paulum,ſed exiſtere in poſſe DD.Canonicorum.

Neque hic quærendum eſt,an locus ſit ſpolio,& an ri-
tè illud factum fuerit,quia hic non tractatur de meritis
cauſæ,& Iudex laicus non poteſt adiri etiam ſi Eccleſia-
ſticus malè procederet in cauſis Eccleſiaſticis.Farin.*dec.* 26
*poſth.*8.*n.*2.provt eſt cauſa ſpoliorũ. Mar. *d.dec.Delphi-
nat.*105.*n.*3.*p.*1. Martha *de iuriſd.p.4.caſ.*112.*n.*14.15.
quia ſpolia dicuntur res Eccleſiæ,vt *in c.relat.el* 2.*de te-
ſtam.*Red.*de ſpol.q.*17.n. 1.2.& tanto magis,quia Cano- 27
nici præſentes habent præſumptionẽ pro ſe,quod dictæ
pecuniæ ſint congregatæ ex redditibus Eccleſiæ, & ſint
ſpolia Clericorum, eò quod ſunt in poſſeſſione illarum; 28
etenim licèt quando hæredes poſſident bona Clerici de-
functi,præſumatur pro eis,vt ſint libera;tamen quando
Eccleſia poſſidet, in dubio præſumitur,quod ſint ſpolia
Clericorum & acquiſita de bonis Eccleſiæ, adeò vt in-
cumbat hæredibus probare contrarium,& multò magis,
ſi Eccleſia poſſidet auctoritate Iudicis, vt hîc: ſic probat
textus *in l.liberis,§.fin.in fin.de liberali cauſa*,& magis in
terminis *textus in c.nulli*,vbi gloſſa 12.*q.*5.& *in c.ſint ma-
nifeſtæ*,vbi gloſſa *in verb.probatur*,12.*q.*1.Bald.*in l.ſi quis
Presb.num.*5. vbi etiam Caſtr. *n.*4.*C.de Epiſc. & Cler.*
qui licèt videatur ſe remittere , quia tamen ſe fundat in
*d.l.liberis*,ita ſentire videtur:ſic etiam Innoc.*in c.cum in
officio,n.3.de teſtam.*& concordat Leo *in theſaur.for.Ec-
cleſ.p.3.c.3,de ſpol.cler.n.*25.&hoc idem ſentire videba-
tur Redoan. *de ſpol. q.9. n.*8.9.10. vbi quod ſemper prò
Eccleſia præſumitur , niſi hæres Clerici defuncti aliter
probauerit contra Eccleſiam poſſidentem.

Cùm igitur dictus D. Paulus depoſitarius antedictus
ſoluerit DD. Canonicis pecunias de mandato Iudicis 29
Eccleſiaſtici,liberatus fuit,etiamſi pars cuius intereſt nõ
vocata fuerit.Bal.*in l.fin.n.5. C.de bonis auct.iud. poſſid.*
Curt.Sen.*in l.vnica,q.*56.*C.de probib.ſequeſtr.pecun.* Af-
flict. *dec.*150. *n.19.in fin.* Ruin. *conſ.171.n.3.lib.*4. Me-
noch.*de arb.caſ.*132. *n.*11.12.13. Gutier.*pract.qq.lib.*1.
*q.*113.*n.*9.& multò magis quia,cùm Canonici poſt mor-
tem dicti D.Giberti æſtimarentur domini dictarum pe-
cuniarum,rectè D.Paulus eis ſoluit,quia depoſitarius po-
teſt benè ſoluere domino putatiuo,ad textum *in l.1.§.ſi
rem,ff.depoſit.*& in hoc caſu ſatis fuit citare ad edictum 30
quoſcunque ſua intereſſe putantes,quia incertus erat cõ-
tradictor,vt per Felin.*in c.quoniã frequenter,§.porrò,n.*14.
*vt lit.non conteſt.*Et quamuis id non videatur procedere,
ſi depoſitarius ſpontè ſoluit non facta aliqua reſiſtentia,
etſi non appellauit , quia id procedit ; quando notoriè
conſtat,quod iniuſtè fuit à Iudice coactus ſoluere,& de 31
hoc expreſsè apparet,vt per Bald. *in l. falſus,col. pen. &
fi.C.de furt.*Greg.Lop.*in l.3.tit.3.p.5.gl.*1.& pulchrè vi-
dendus Guttier.*d.q.113.n.*9.vbi in terminis loquitur de
depoſitario,quod hîc non verificatur ,vbi præſũptio ſtat
pro Eccleſia,vt vidimus , imò ille non poterat ſoluere
creditori ſuo,& ſoluendo non fuiſſet liberatus,quia Ca- 32
meræ ſoluere tenebatur,vt per Redoan.*de ſpol.q.17.n.*23.
& propterea cùm dictus D.Paulus vnà cùm DD.Cano-
nicis nunc allegatus dicat excipiendo contra D.Bernar-
dinum ſe ſoluiſſe de mandato Iudicis Eccleſiaſtici vigo-
re decreti ab eo emanati, Iudex ſecularis tenetur admit-
tere talem exceptionem rei iudicatæ in foro Eccleſiaſti-
co probatæ,alioquin ab Ordinario Eccleſiæ poteſt ad id
compelli cenſuris Eccleſiaſticis,vt probat textus *in c.cũ
quidem*, vbi Ioan Ãnd. Archid.& Anchar.& DD.*de ex-* 33
*cept.in* 6.& *in c.2.de foro compet.eod.lib.* & *in c.licèt, de
iureiur.eod.lib.*& *c.de cernimus,de ſent.excomm.in* 6.Dec.
*in c.at ſi Clerici,n.*14.*de iudic.*Valaſc.*conſ.48.n.*9. Matta
*de iuriſd.p.4.caſ.*176.*n.*13. pulchrè,& latè Aug. Barboſ.
*in d.c. cùm quidam, num.*2.3.4. *de except.in* 6. vbi dicit
etiam id valdè neceſſarium eſſe ad conſeruandam iuriſ-
dictionem, & dignitatem poteſtatis Eccleſiæ.

Ex quibus ſatis conſtare videtur,cauſam iſtam eſſe re-
mittendam ad forum Eccleſiæ,quia Canonici poſſidẽtes
dictas pecunias conſiderantur tanquam rei,& veniunt ad
cauſam tanquam defenſores neceſſarij D.Pauli, qui nul-
lum ius habet in dictis pecuniis,nec eas apud ſe retinet;
sed

ſed eſto etiam, quod dictæ pecuniæ adhuc eſſent apud
eum, & ipſe eas detineret, nihilominus cauſa eſſet remit-
tenda ad forum Eccleſiæ, quia ipſe D. Paulus ſtatim ac
fuit pulſatus, & conuentus à D. Bernardino coram Iu-
dice ſæculari, nominauit in Dominam Eccleſiam, & Ca-
nonicos prædictos, aſſerens ſe nullum ius habere in di-
ctis pecuniis, & Canonici ipſi comparuerunt ſuſcep-
turi in ſe iudicium coram ſuo iudice Eccleſiaſtico, quod
ſatis eſt ad declinandam iuriſdictionem iudicis laici, qui
debet totum negotium remittere ad Eccleſiam, quia iu-
dicium non poteſt ſuſtentari in perſona D. Pauli laici
nullum ius prætendentis in dictis pecuniis, & Eccleſiam
in Dominam nominantis: ſic probat textus *in c. quo-*
34 *niam frequenter, §. in aliis, verſ. quod ſi ſuper rebus*, vbi
gloſſ. *in verb. immobilib.* & Butr. *num.* 19. & Abb. *n.* 28.
Soc. *num.* 127. Ambroſ. de Vignat. *n.* 20. *vt lite non con-*
*teſtat.* Imol. *in l. non ſolùm, §. quod vulgo, n.* 4. *de vſuca-*
*pion.* Aret. *in §. actionum, num.* 20. *Inſtitut. de act.* de com-
muni Soc. *conſ.* 91. *n.* 13. 14. *lib.* 3. Natt. *conſil.* 324. *n.* 4.
*lib.* 2. Honded. *d. conſ.* 25. *n.* 16. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 396. *n.* 36.
Theſaur. *dec.* 22. *n.* 7. *verſ. fallit ſeptimò.* Carpan. *ad Stat.*
*Mediolan. cap.* 69. *num.* 27. & *n.* 100. *p.* 1. Riminald. Iun.
*conſil.* 422. *n.* 6. Marcheſan. *de commiſſ. p.* 2. *c.* 4. *n.* 33. *can.*
499. latiſſimè Sperel. *deciſ. fori Eccl.* 24. *n.* 1. 2. 3. *& ſeqq.*
vbi reddit rationes, & dicit, quod ex quo laicus con-
35 uentus nullum ius habet in re, ſtatim atque auctorem
nominauit, & ipſe auctor nominationi aſſenſit, ipſe au-
ctor efficitur neceſſarius defenſor, & contra eum de
nouo iudicium inchoandum eſt coram ſuo iudice, &
nominans debet in pace dimitti. Bene Robert. Marant.
*in rep. l. ſi actor, n.* 53. *ff. de procur.* vbi dicit etiam, quod
36 Domino comparente transfunditur iudicium in eum,
& conuentus liberatur ab inſtantia iudicij, & hoc idem
dixit Carol. de Craſſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *n.* 266. 272.
Bellet. *diſquiſ. cler. part.* 1. *tit. de fauore Clerici reali*, §. 3.
*n.* 16. Mangil. *de euict. d. q.* 6. *n.* 30. & ego dixi *in contr.*
17. *n.* 4. vbi probaui iudicium non poſſe ſumere exiſten-
tiam ab ea perſona, quæ in re nullum ius habet, provt
dictus D. Paulus talis cenſendus eſt, & ſic DD. Canoni-
ci potuerunt comparere non ſolùm inſtructiuè, ſed
etiam declinatiuè quoad forum laici, & cauſam ad fo-
rum Eccleſiæ auocare.

Nec obſtat, quod hæc procedere videantur vbi tra-
37 ctatur de rebus immobilibus, provt loqui videtur text. *in*
*l.* 2. *C. vbi in rem act.* & *in d. c. quocirca frequenter, §. in*
*aliis*, quia verius eſt hoc idem procedere etiam in rebus
mobilibus, in quibus militat eadem ratio, vt reus con-
uentus nullum ius habens in re debeat nominare Do-
minum, vt per textum *in auth. qua in prouincia, C. vbi de*
*crim. agi oport.* inquit gloſſa *in l.* 2. *in verb. immobilia, C.*
*vbi in rem actio*, & melius alia gloſſa, *in d. c. quoniam*
*frequenter, §. in aliis, in verb. immobilib. vt lite non conte-*
*ſtata*, vbi Ambroſ. de Vign. *n.* 19. pulchrè loquitur, &
dicit, quod res mobilis, & immobilis parificantur quan-
38 tum ad forum ſortiri, & eadem eſt ratio nominandi
Dominum in iudicio in re mobili, ne fiat præiudicium
Domino abſenti; & *ſub n.* 20. inquit ſatis eſſe ad forum
laici declinandum, quod nominans nullum ius habeat
in re, & exemplificat in colono, commodatario, & de-
39 poſitario, & ſimilibus, dicens, quod tunc habeat locum
nominatio, qui eſt caſus noſter; quod adeò verum eſt, vt
40 etiamſi quis dolo deſierit poſſidere, adhuc poſſit Do-
minum nominare, & liberetur, ſi nominatus compareat
ſuſcepturus in ſe iudicium. Robert. Marant. *in dict. leg.*
*ſi actor, num.* 52. *ff. de procur.* & dictus D. Paulus depoſi-
tarius rectè nominauit Eccleſiam in Dominam, & dixit
Eccleſiam poſſidere, & tali eius nominationi creden-
dum eſt, & eo ipſo, quod conuentus nominat Domi-
41 num in iudicio, & dicit nolle eum defendere, abſoluen-
dus eſt ab inſtantia iudicij, per textum *in dict. leg.* 2. *C.*
*vbi in rem actio*, & poſt Butr. & Imol. inquit Ambroſ. de
Vign. *in dict. cap. quoniam frequenter, §. in aliis, num.* 31.
*vt lite non conteſtata*, Sperell. *d. dec.* 24. *num.* 4.

Neque obſtat quod dictus D. Paulus conueniatur non
actione reali, ſed perſonali, quia pecuniæ penes eum de-
poſitatæ facta numeratione tranſierunt in eius domi-
nium, & quod ſic Canonici poſſint comparere non de-
clinando, ſed inſtruendo iudicem laicum. Nam reſpon-
detur, quod imò dictus D. Paulus tenetur etiam actione
reali, cùm ſit depoſitarius verus, & ſpeciei, & non acqui-
ſiuit dominium dictarum duplarum, ſed tenetur eaſdem
numero reſtituere, quia ſic eſt de natura depoſiti, & ſic 42
ſe obligauit, vt in dicta ſyngrapha, propter illa verba,
*quali monete ſaranno pagate à ſua Sign. Illuſtriſſima ò à*
*chi preſenter à la preſente poliza.* Illud enim relatiuum
facit relationem ad ſubſtantiam duplarum, vt in termi-
nis inquit Surd. *conſ.* 246. *n.* 16. & pulchrè Gratian. *diſc.*
*forenſ.* 174. *n.* 8. vbi vide. Quia probat hoc eſſe verum
depoſitum: & ſanè apud Theſaurarium dictæ Montis 43
pecuniæ deponuntur potiùs causâ cuſtodiæ, quàm mu-
tui; & propterea non conſideratur actio perſonalis,
quæ trahitur à reali; nominatio enim Domini habet
locum etiamſi augeretur actione perſonali, occaſione
tamen rei, vt hîc, quia nominatus non tenetur defen-
dere, nec eius iura, vt inferiùs dicam.

Etenim certum eſt, quod colonus, vel inquilinus te-
netur actione perſonali ex locato, vel conducto, & com-
modatarius actione commodati, & depoſitarius actione 44
depoſiti; & tamen omnes Doctores *in dict. leg. C. vbi in*
*rem actio*, & *in dict. cap. quoniam frequenter, §. in aliis, vt*
*lite non conteſtata*, admittunt eos poſſe nominare Do-
minum, & ſe eximere à iudicio, & expreſsè dictus Am-
broſ. de Vignat. *in dict. §. in aliis, num.* 10. parificat co-
lonum, commodatarium, & depoſitarium, vt etiam dixi.
Iſti enim quamvis teneantur actione perſonali, ea tamen
non eſt merè perſonalis, ſed in rem ſcripta, & ſic mixta;
& maximè in caſu noſtro, vbi dictus D. Paulus tenetur
reſtituere eaſdem pecunias numero; & propterea rectè 45
potuit Eccleſiam in Dominam nominare, vt per Batt. *in*
*d. l.* 2. *num.* 13. & ibi DD. *Cod. vbi in rem actio*, pulchrè
Ambroſ. de Vignat. *in dict. cap. Quoniam frequenter,*
*§. in aliis, numer.* 28. *vt lite non conteſtata*, vbi hoc idem
confirmat, & dicit nominationem Domini habere lo-
cum etiam in iſtis actionibus mixtis, quia ſapiunt natu-
ram realium, & probat licere Dominum nominare, tam 46
in poſſeſſorio, quàm in petitorio, & latiùs probat hæc
Sperell. *d. deciſ.* 24. *n.* 23. 25. 27. 28. vbi videtur tolerare 47
contraria, ſi quæ ſunt; actio enim depoſiti non eſt merè
perſonalis, ſed etiam realis, vbi eſt verum depoſitum, vt
hîc; & cùm viderimus licere etiam depoſitario Domi-
num nominare, nulla eſt facienda difficultas, quin in
præſenti caſu ea fieri potuerit, adeò vt manifeſtum ſit
hanc cauſam ad forum Eccleſiæ eſſe remittendam.

His ſtantibus non eſt neceſſe diſquirere, an dictæ pe-
cuniæ ſint Eccleſiæ, & DD. Canonicorum, & an ratione
bonorum poſſit laicus conueniri coram Iudice Eccleſia-
ſtico; nihilominus ex hac etiam regula poſſumus obti-
nere intentum, quia apud DD. pro indubitato habetur,
quod ſi Clericus conueniat laicum coram Iudice Eccle-
ſiaſtico ratione bonorum Eccleſiæ vel Clerici, rectè iu- 48
dicium proponatur, vt probat textus *in cap. ſi Clericus*
*laicum*, vbi Abb. *n.* 2. Felin. *n.* 4. Soc. *n.* 15. & DD. commu-
niter *de foro compet ent.* Abb. *in c. ſi Mariæ, num.* 26. *verſ.*
*primus caſus, de conſtit.* & de communi teſtatur Guttier.
*can. quæſt. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 13. Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 1.
*n.* 521. Bellet. *diſquiſit. cler. p.* 1. *tit. de fauor. cler. reali*; §. 5.
*n.* 25. vbi multos allegat, latè Barboſ. *in l.* 1. *ſi quis in alien.*
*n.* 140. *& ſeqq. ff. de iudic.* vbi ponit hoc eſſe priuilegium
ſpeciale Eccleſiæ, vel Clerici; & confirmat Sperell. *de-*
*ciſ. for. Eccleſ.* 98. *num.* 2. multos congerit, & rationes
reddit; & hoc idem docet latiſſimè Auguſtin. Barboſ.
*in collect. ad d. c. ſi quis Clericus laicum, n.* 2. *de for. com-*
*pet.* adeò vt hæc ſit communis, & recepta DD. ſenten-
tia, &c.





Nec obſtat, quod multi putent id procedere ſi agatur
49 actione reali, non etiã ſi perſonali, quia verius eſt vtro-
que caſu id procedere, vt per Felin. *in d. c. ſi Clerici, n.* 4.
vbi Abb. *num.* 12. *in fin.* Socin. *num.* 15. Imo. *n.* 2. 3. *de*
*for. compet.* & pulchrè Bellet. *d. §.* 5. *num.* 3. vbi ait id
eſſe verum, ſiue agatur actione reali, ſiue perſonali, &
teſtatur de magis communi, & Barboſ. *in d. ſi c. ſi Cle-*
*rici, n.* 2. vbi idem confirmat, & concordat Sperell. *d.*
*deciſ.* 98. *n.* 2. vbi teſtatur de crebriori opinione, ſiue aga-
50 tur actione reali, ſiue perſonali, ſiue mixta. Qui multos
allegant, & de communi DD. ſententia fidem faciunt.

Nec obſtat dubium propoſitum, id ſanè procedere
quando manifeſtè conſtat rem eſſe Eccleſiæ, vel Clerici,
& ſecus eſſe quando negatur eſſe Eccleſiæ, vel de hoc
dubium eſt, vt per Anchar. *in c. ea quæ*, *q.* 7. *de regul.*
*iur.* Marr. *deciſ.* 71. *n.* 5. *p.* 1. Graſſ. *d. eff.* 1. *numer.* 522.
Glorit. *conſ.* 13. *n.* 11. Theſaur. Iun. *quæſt.* 15. *n.* 1. *lib.* 2. qui
dicunt, quod ſi reus negat rem eſſe Eccleſiæ, vel ſimus
in actione perſonali, rem eſſe cognoſcendam per Iudi-
cem ſecularem.

Nam reſpondetur hæc ſimpliciter non eſſe vera, ſed
cum aliquo moderamine eſſe intelligenda; & quatenus
vera ſint, non aptari ad caſum noſtrum, quia dictus D.
Paulus reus conuictus non negauit, neque negat dictas
pecunias eſſe Eccleſiæ, imò eas ſoluit Canonicis tan-
quam pertinentes ad Eccleſiam; & licèt dictus D.
Bernardinus actor in hoc iudicio id fortè neget, tamen
ad excludendam iuriſdictionem Iudicis Eccleſiæ non
51 attenditur negotium alicuius, niſi rei conuicti, provt
*in dict. cap. ſi Clericus*, propriè in terminis loquitur tex-
tus vbi Ioan. And. Abb. Felin. & omnes, de foro com-
petenti, & omnes DD. loquuntur de negatione rei
conuicti, & intelligunt illum textum in terminis, quan-
do reus conuictus negat rem eſſe Eccleſiæ, vel Clerici:
quod hîc non verificatur.

Imò poſſumus hîc dicere manifeſtè conſtare dictas
pecunias eſſe Eccleſiæ, non quidem quoad dominium,
quia de hoc plenius eſt videndum, & deliberandum,
52 ſed benè quoad poſſeſſionem, cùm ex inſtrumento pu-
blico quod facit probationem manifeſtam, & proba-
tam, vt latè apud Caualer. *deciſ.* 81. *num.* 3. & Po-
ſthium *in tract. de manutent. obſer.* 21. *num.* 6. 7. ap-
pareat dictas pecunias fuiſſe relaxatas per D. Paulum
prædictis DD. Canonicis, & in eorum poteſtate exiſte-
re; etenim Clericus, & Eccleſia ſi poſſideant, manifeſtè
gaudent priuilegio dicti capitis *ſi Clericus*; quia Iudex
laicus non debet inueſtigare titulum, ſeu iura tituli Ec-
53 cleſiæ, vel Clerici, ſed ſi conſtet etiam ſummariè, quod
Clericus, vel Eccleſia poſſideat, ſtatim tenetur remittere
cauſam ad forum Eccleſiaſticum, vt per Purpur. *in d.*
*conſ.* 26. *num.* 5. Bellet. *d. tit. de fau. cleric. reali*, *n.* 3. 4.
Mangil. *d. tract. de euict. n.* 28. 29. vbi alios etiam allegat,
quia tunc Eccleſia ſuſtinet vices rei, cuius forum actor
ſequi debet, *c. cùm ſit generale, de for. compet.*

Præterea non quælibet negatio excludit iuriſdictio-
nem Iudicis Eccleſiaſtici, ſed oportet, quod reus con-
54 uictus probabiliter neget rem eſſe Eccleſiæ vel Clerici,
vt per Felin. *in d. c. ſi Clericus laicum, in princ.* vbi cæteri
omnes, *d. effect.* 1. *n.* 522. hic autem negatio non eſt pro-
babilis, nec facit rem dubiam, quia conſtat ex inſtrumen-
to dictos Canonicos eſſe in poſſeſſione dictarum du-
plarum, vt vidimus & facta etiam negatione probabili,
non tamen ſtatim cauſa remittitur ad forum laicale; ſed
55 ſi Clericus velit probare rem eſſe Eccleſiæ, vel ſuam,
Iudex Eccleſiaſticus id poteſt examinare, quia eſt quali-
tas tribuens ſibi iuriſdictionem, de qua ſummariè ipſe
debet cognoſcere, vt per Abb. *in c. cùm ſit generale,*
*n.* 17. *de for. compet.* pulchrè Felin. *in d. c. ſi Clericus, n.* 2.
vbi Butr. *num.* 3. *eod.* ad rem Caualer. *deciſ.* 3. *num.* 17.
*p.* 1. vbi dicit ſatis eſſe exprimere in petitione qualita-
tem tribuentem iuriſdictionem Iudici Eccleſiaſtico.
Tuſch. *pract. concluſ. littera Q*, *concl.* 18. *num.* 10. pul-
chrè Myſ. *obſer.* 99. *num.* 6. *cent.* 1. Farinac. *in prax. q.* 8.
*num.* 86. videndus ad rem Bellet. *diſq. cler. p.* 1. *de fau.*
*cler. real.* §. 5. *num.* 6. *verſ. imò*, & *num.* 7. vbi dicit quod
quamuis laicus conuictus negaret ſimpliciter bona eſſe
Eccleſiæ, vel Clerici, poterit nihilominus conueniri
coram Iudice Eccleſiaſtico, qui poterit cognoſcere, an
ſua ſit iuriſdictio; & idem docet Barboſ. *in d. l. ſi quis*
*ex aliena, num.* 141. *& ſeqq. ff. de iudic.* vbi docet mo-
dum probandi qualitatem illam, an res illa ſit Eccleſiæ, 56
vel Clerici, & latiùs etiam per Aug. Barboſ. *in d. c. ſi*
*Clericus laicum, num.* 2. *de for. compet.* & ego quoque
dixi *contr.* 44. *num.* 30. & ad rem fecit Surd. *conſ.* 286.
*num.* 4. vbi dicit, quod ſi laicus conuictus coram Ec-
cleſiaſtico negat rem eſſe Eccleſiæ, & actor velit pro-
bare, Iudex Eccleſiaſticus de hoc cognoſcet ad fun-
dandam ſuam iuriſdictionem: & *num.* 12. idem in Iu-
dice Ordinario, licèt aliud ſentiat in Iudice ſpecialiter
deputato. Vnde eſt, quod ſi emptio facta à laico dice- 57
retur eſſe facta de pecuniis Eccleſiæ, cognitio an pecu-
nia ſit Eccleſiæ ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum. Lap.
*alleg.* 58. *num.* 12. Tuſch. *littera I, concl.* 447. *n.* 17. &
ego dixi *d. contr.* 44. *num.* 32. Ergo nihil facit ad eliden-
dam Iudicis Eccleſiaſtici iuriſdictionem ſi dubium ſit,
an res controuerſa ſit Eccleſiæ, vel Clerici, quia ſuper
tali dubietate debet cognoſcere Iudex Eccleſiaſticus, & 58
ad eum remittendus eſt articulus decidendus, ad quem
iuriſdictio pertineat, vt dixerunt Innoc. de Butr. *in cap.*
*cæterum, de iudic.* quem ſequitur Felin. *in d. c. Paſtoralis,*
*num.* 4. *de reſcript.* & pulchrè hoc determinat Ioan. And.
*in d. c. ſi Clericus laicum, num.* 2. *de for. compet.* vbi dicit,
quod per negationem res efficitur dubia, an bona ſint
Eccleſiæ; & ideò erit examinandum, an res ſit Eccle-
ſiaſtica; & hoc fiet ſummariè, & ſine præiudicio prin-
cipalis quæſtionis; & ſi apparebit Eccleſiaſtica, coram 59
Iudice Eccleſiaſtico cognoſcetur, aliàs ad ſæcularem re-
mitteretur, vt de communi teſtatur Iaſ. *in l.* 2. *num.* 19.
*ff. ſi quis in ius vocat.* Maſcard. *de probat. concl.* 689. *n.* 7.
Graſſ. *d. effect.* 1. *num.* 1261. Bellet. *d. §.* 5. *num.* 107. latè
Sperell. *deciſ. fori Eccleſiaſt.* 8. *num.* 23. vbi multos alle-
gat, & *deciſ.* 24. *num.* 58. 59. vbi hoc idem oſtendit, &
docet in dubio iudicem Eccleſiaſticum vti maiorem,
habere cognitionem, an ad ipſum, vel laicum pertineat
iuriſdictio; & ſic etiam docet Cancer. *var. reſol. p.* 2. *c.* 3.
*num.* 48. vbi etiam docet Iudicem laicum teneri parêre
inhibitioni Eccleſiaſtici, quoties adeſt dubium, ad quem 60
cauſa pertineat: & ſic cognitio talis dubij, an res ſit
Eccleſiaſtica, vel Clerici, pertinet ad Iudicem Eccle-
ſticum.

Non obſtat etiam, quod diſpoſitio prædicta procedat
data violentia, rapina, vel fraude commiſſa à laico in re-
bus Clerici, vel Eccleſiæ, vt tunc Clericus poſſit con-
uenire laicum coram iudice Eccleſiaſtico; ſecus verò ſi
agatur ad rem ſimpliciter, velut hypothecaria, vel rei 61
vendicatione, quia tunc agendum eſt coram Iudice ſæ-
culari, vt per Graſſ. *d. effect.* 1. *n.* 523. qui alios allegat.

Nam reſpondetur in hac materia duos eſſe Canones
Clericis, & Eccleſiæ fauorabiles, ſcilicet alter *in c. cùm*
*ſit generale, de for. competent.* vbi Pontifex concedit,
quod Clerici poſſint trahere ſuos malefactores ad iudi- 62
cium Eccleſiaſticum, & hoc caſu vtique quia ratione
ſacrilegij cauſa habet quandam criminalitatẽ, requiritur
vis inquietatiua, vel turbatiua, aut ſpoliatiua, vt locum
habeat diſpoſitio in Canonicis, vt ibidẽ tradunt omnes
DD. & Innoc. & Ioan. And. *in d. c. ſi Clericus laicum, n.* 3.
& in his terminis intelligẽdus eſt Graſſ. *d. effect.* 1. *n.* 523.
cum allegatis ab eo. Alter eſt *in d. c. ſi Clericus laicum, de*
*for. compet.* per quem datur poteſtas. Clerico trahendi
laicum ad forum Eccleſiæ, vbi agitur de rebus Eccleſiæ,
vel Clerici, nec requiritur ſpoliatio, vel alia oppreſſio,
ſed tantùm, quod non negetur probabiliter rem eſſe
Eccleſiæ, habet enim locum etiam in rei vendicatione, 63
& aliis actionibus, quæ nullam ſupponunt violentiam,

& ideo gloſſa in d. *c.ſi.Clericus laicum, in princ.* ponit
caſum de rei vendicatione, & Innoc. *ibidem* exemplifi-
cat in actione ex legato vel locato,& Ioan. And.*ibidem*
loquitur de actione rei vẽdicationis,& ex legato,vello
locato & ſimilibus,& Butr.&Cardinalis loquũtur de rei
vẽdicatione,& Abb.*in d.c.ſi Clericus* 12.*verſ.exẽplum*,
ponit hanc quæſtionem , & concludit hunc Canonem
voluiſſe dare priuilegium Eccleſiæ,vt cùm agitur de re-
bus ſuis contra laicum,poſſit adiri Iudex Eccleſiaſticus,
qualitercumque agatur de rebus ſuis,vel Clerici,etiam-
ſi agatur actione perſonali, vt ex locato ; & ſic non
ſolùm quando agitur de rei vendicatione , ſed etiamſi
agatur alia actione perſonali occaſione rei Eccleſiæ,
vnde ipſe Abb. videtur requirere tantùm quod laicus
detineat rem Eccleſiæ,vel Clerici,quia præſumitur ma-
la detentio, vt ipſe dicit *d.loco,ſub num.*13.& Lap. *alle-
gat.*58.*n.*6. *verſ.vnde illa*, vbi intelligit hanc decretalem
loqui de rei vendicatione,& Guttier.*can.qq.libr.*1.*c.*34.
*ſub num.* 7. intelligit dictum Canonem vt loquatur
de rei vendicatione. Nam verè data violentia, vel rapina
non prodeſſet laico negare rem eſſe Eccleſiæ,ſi conſta-
64 ret de violentia, qua adhuc eſſet conueniendus in foro
Eccleſiaſtico,vt inquit Inn.*in d.c.ſi Clericus laicum, verſ.
niſi agatur*, vbi Ioan. And.*n.*13. & concordant Guttier.
*d.c.*34.*n.*13. vbi de communi. Beller. *d.*§.5.*n.*3. Sperell.
*d.deciſ.*98. *n.*2.3 . & alij ſuprà adducti ad docendum,
quod diſpoſitio dicti Canonis procedat tam in actio-
ne reali , quàm perſonali ; hæc enim ſine violentia, &
rapina conſiſtere poteſt , & tamen facit locum dicto
Canoni.

Hinc non eſt neceſſe amplius reſpondere ad mo-
tiuum,quod prædicta procedant in actione tantùm rea-
li, non autem perſonali , qualis ſupponitur noſtra ; id
65 enim per prædicta ſatis ſublatum eſt,vt ex magis cómu-
ni oſtenſum procedere tam in perſonali , quàm in reali,
ſicut probatum eſt etiam depoſitarium teneri actione
reali, quia tenetur reſtituere eaſdem monetas numero,&
ſic concurrit rei vendicatio cum actione perſonali, pro-
pter quam realis trahit perſonalem ad eius naturam : eſt
textus *in leg.per fundum*,§.*ſi tamen ex parte*, vbi Bart.&
DD. *ad leg. falcidiam*, & tradunt communiter DD. *in
d. c.ſi Clericus laicum, de for.compet.*

Et ſimiliter non oportet nos reſpondere ad motiuum,
an bona prædicta cadant ſub ſpolio,quia hoc eſt inqui-
rere de cauſa principali , & de meritis negotij , non de
puncto iuriſdictionis ; & ſatis pro nunc fuit oſtende-
re , quod præſumptio ſtet pro Eccleſia , cùm poſſideat
dictas duplas , & penes ſe eas retineat , vt vidimus,
cùm potuerit præuenire hæredem occupando etiam
auctoritate propria bona dicti Clerici vacantia,ex Bald.
*in d.l.ſi quis Presbyter, C.de Epiſc.& Cler.*& hoc vi-
detur etiam admittere motiuum , dum fundat ſuam in-
tentionem, vt bona non præſumantur acquiſita de fru-
ctibus Eccleſiæ, quando exiſtunt penes tertium, vt hîc,
in quo eſt error in facto , quia in caſu noſtro dictæ
pecuniæ ſunt penes Eccleſiam , non autem apud
tertium ; & de hoc conſtat ex inſtrumento publico in
actis producto , ob ſolutionem factam per dictum D.
Paulum, quo ſtante Canonici ſuſtinent partes rei , &
defenſoris neceſſarij , vt ſatis vidimus ; & ideò non re-
peto. Vnde coram Iudice laico non poteſt examinari
iſta quæſtio , an dicta bona dicantur eſſe ſpolia , quia
cauſa ſpoliorum huiuſmodi eſt incognita de Iure Ci-
uili, & eſt Eccleſiaſtica , & ſpiritualibus annexa , vt
66 ſuperiùs ductum eſt ; & propterea laicus Iudex non
poteſt de ea cognoſcere , neque principaliter , neque
incidenter, etiam inter laicos , *c.Benè quidem* , 96. *di-
ſtinct.* & *c. tuam*, vbi Abb. *num.*7.9. *de ord. cognit.cap.
cùm laicis* , vbi Abb. *num.*4.*de reb. Eccleſ. non alien.c.*2.
vbi Abb.*num.*3.4.10.19.& Dec. *num.*165.173.*de iudic.*
latè Beller.*diſq.Cler.p.*1.*tit.de fauor.Cler.real.*§.2.*n.*1.2.
3.& per totũ,vbi adducit rationes,& multas auctorita-
tes.Graſſ.*d.effect.*1.*num.*224.225.pulchrè Dian.*mor.p.*1.
*tract.de immun. Eccl.reſ.*110.vbi vide,& meliùs,ac latiùs
Sperell. *deciſ.for. Eccl.*8. *num.*27.29.30. vbi ad ſatieta-
tem refert alios Auctores, & rationes, & ſic nullum du-
bium ſupereſſe videtur, quin cauſa ita ſit remittenda, &
tractanda in foro Eccleſiaſtico.

Et caſu,quo de prædictis remaneret aliquod dubium,
quod non creditur , illud tollitur , quia ſaltem negari 67
non poteſt , quin actio intentata per D. Bernardinum
coram Iudice laico ſit præiudicialis actioni propoſitæ
coram Iudice Eccleſiaſtico per dictos Canonicos ; &
propterea laicus debet ſuperſedere,& Eccleſiaſticus po-
teſt illi inhibere, ne diuerſis proceſſibus intrincetur ne-
gotium, & confuſione quadam iudicij ordo perturbe-
tur, vt eſt textus expreſſus *in c.tuam*,vbi Abb.& DD.*de
ord.cognit.* vbi propter hoc Honorius III. inhibuit Lu-
douico Francorum Regi, & poſt Federic. de Sen. *conſil.*
126.*per totum* , & Lap. alleg.60. *n.*6. Inquiſit. Tuſch.
*littera I, concl.* 442. *num.*2. pulchrè videndus Sperell.
*d.deciſ.*24. *num.*17.18.19. 20. vbi etiam dicit hoc caſu 68
Iudicem Eccleſiaſticum poſſe inhibere Iudici laico ſine
vlla cognitione cauſæ. Vnde concludo nullam remanere
difficultatem, quin hæc cauſa ſit remittenda ad forum
Eccleſiaſticum. Et ita, &c. ſaluo , &c.

---

# CAPVT CLXXII.

## EPITOME.

Spurius & filius Sacerdotis , etiam legitima-
tus auctoritate Imperiali,vel Collegij Pro-
tonotariorum Apoſtolicorum non ſucce-
dit patri in iurepatronatu , nec in hæredi-
tate , & quando.

## SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus caſatæ illorum de Buſſolis Regienſium.*
2 *Pœnitentiaria reducebat onera Miſſarum.*
3 *Erectio patronatus Buſſolorum.*
4 *Medium inhabile impedit extrema coniungi.*
5 *Actore non probante reus abſoluitur, etiamſi nihil præſtiterit.*
6 *Poſſidens non tenetur docere de iure ſuo.*
7 *Poſſeſſor non eſt amouendus ſine cauſæ cognitione.*
8 *Præſentatio facta à non patrono , vel non exiſtente in poſſeſſione præſentandi,nullum ius tribuit.*
9 *Iuriſpatronatus pertinentia debet probari,alioquin præſentatio non admittitur.*
10 *Deſcendentia debet probari ab eodem ſtipite.*
11 *Iuriſpatronatus qualitas attenditur ex fundatione.*
12 *Ætas ad beneficium ante Concilium Trident. erat ſeptem annorum.*
13 *Enuntiatiua inſtrumentorum non probat, niſi ſint duo, & centum annorum.*
14 *Filiatio non præſumitur, niſi probetur.*
15 *Exceptio,* Non es filius , *ſemper opponitur.*
16 *Hæres inſtitutus tanquam filius debet probare, ſe eſſe filium.*
17 *Legitimatus debet probare ſe filium, & tali onere non poteſt liberari.*
18 *Legitimatio non habet effectum antequam legitimatus probet ſe filium.*
19 *Legitimatio probat contra legitimatum.*
20 *Proles religioſorum eſt deteſtabilior aliis.*
21 *Spurius Sacerdotis eſt incapax iurium ſpiritualium.*

22 Ne



22 *Naturalis, vel ſpurius quando cenſeatur vocatus ad iuſpatronatus.*
23 *Spurij, & naturales non vocantur per verba ciuilia.*
24 *Illegitimus non ſuccedit in patronatu illorum de parentela.*
25 *Voluntas teſtatorum non poteſt mutari.*
26 *Iuſpatronatus non acquiritur , niſi ſecundum diſpoſitionem fundatoris.*
27 *Quod non mutatur,ſtare non prohibetur.*
28 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*
29 *Legitimatus excluditur vocatis legitimis,& naturalibus legitimè deſcendentibus.*
30 *Iuſpatronatus laicis ex gratia conceditur.*
31 *Iuſpatronatus pendet à conceſſione Eccleſiæ.*
32 *Fundator non acquirit iuſpatronatus,nec tranſmittit, niſi Epiſcopus conſentiat.*
33 *Iuſpatronatus non acquiritur ex dotatione , vel fundatione ſine Epiſcopi conſenſu.*
34 *Iuriſpatronatus erectio debet fieri cum Epiſcopi conſenſu.*
35 *Iuriſpatronatus erectio plus attenditur , quàm fundatio.*
36 *Beneficium non eſt ſacerdotale,niſi Epiſcopus conſentiat,etiamſi fundator aliter diſponat.*
37 *Spurij ex damnato coitu non ſuccedunt in patronatu etiam per verba naturalia.*
38 *Iuſpatronatus an admittat ſpurios.*
39 *Spurij quomodo poſſint ſuccedere in iurepatronatu.*
40 *Natus ex damnato coitu non poteſt ſuccedere.*
41 *Spurij non ſuccedunt in patronatu gentilitio.*
42 *Spurij an ſuccedant legitimis deficientibus.*
43 *Naturales ſuccedunt deficientibus legitimis.*
44 *Naturales non ſuccedunt etiam poſt legitimos,ſi nati ſunt ex damnato coitu.*
45 *Spurij nullo modo patri poſſunt ſuccedere.*
46 *Spuriorum filij non poſſunt ſuccedere plus , quàm eorum pater.*
47 *Spurius legitimatus ſuccedit patri.*
48 *Iuſpatronatus familiare non admittit ſpurium etiam legitimatum.*
49 *Spurius legitimatus ſuccedit in iurepatronatu hæreditario.*
50 *Spurius,& naturalis non iuuatur legitimatione , niſi probet ſe filium.*
51 *Princeps ſæcularis legitimat quoad prophana.*
52 *Legitimatus per conſequentiam ſuccedit in patronatu.*
53 *Spurij Clericorum non ſuccedunt patri etiam quoad patrimonialia.*
54 *Legitimandi facultates reuocauit Pius Quintus quoad filios Clericorum.*
55 *Pius Quintus ſuſtulit omne dubium,an filius Clerici ſuccedere poſſit.*
56 *Spurij Clericorum poſſunt ſuccedere de iure communi, non ſpeciali.*
57 *Spurius quando dicatur ſuccedere de iure ſpeciali.*
58 *Legitimatio ſecunda non valet, niſi faciat mentionem primæ.*
59 *Protonotarij non poſſunt legitimare contra Bullam Pij Quinti.*
60 *Legitimandi facultas pendet à priuilegio.*
61 *Legitimans non concedit plus, quàm ſit in eius facultatibus.*
62 *Spurius legitimatus non venit,vocatis legitimè natis.*
63 *Legitimatio in ampliſſima forma non prodeſt non legitimè natis , & quando.*
64 *Legitimè nati,& legitimè deſcendentes idem ſunt.*
65 *Legitimatio per reſcriptum eſt odioſa.*
66 *Epiſcopus poteſt conferre beneficium iuriſpatronatus poſt quadrimeſtre.*
67 *Patronus quando poſſit moram purgare.*
68 *Patroni linea finita ſine hærede , beneficium ſit liberum.*
69 *Iuſpatronatus perditur extincta linea excluſo fiſco.*
70 *Nemo dat, quod non habet.*
71 *Iuſpatronatus, & feudum pariſicantur in modo ſuccedendi.*
72 *Maioratus in ſuccedẽdo æquiparatur iuripatronatus.*
73 *Feudum aperitur domino finita linea feudatarij.*
74 *Feudum non tranſit ad legitimatos.*
75 *Spurius Sacerdotis legitimatus ſuccedit patri in patrimonialibus extra ſtatum Eccleſiæ.*
76 *Spurius Sacerdotis nunquam ſuccedit patri in bonis ab Eccleſia recognitis.*
77 *Illegitimi ſuccedunt in iurepatronatu vocante deſcendentes,& quando.*
78 *Natus ex damnato coitu non ſuccedit in patronatu.*
79 *Filij ex damnato coitu ſunt odioſi.*
80 *Nati ex damnato coitu non merentur appellari filij.*
81 *Spurij non cenſentur vocati in iurepatronatu.*
82 *Fundator non videtur vocaſſe ſpurios.*
83 *Conditionem,*ſi ſine filiis,*ſpurius non facit deficere.*
84 *Filium ſe dicens probare debet.*
85 *Filij nominatio , & tractatus non probat contra tertium filiationem.*
86 *Tractatus non probat filiationem in materia ſuſpecta, & in coitu damnato.*
87 *Filiationem non probat teſtis deponens ſolùm de alimentis præſtitis.*
88 *Famula ſalariata non probat pro domino.*
89 *Filiatio non probatur per teſtes ſingulares.*
90 *Filiatio non probatur per legitimationem.*
91 *Legitimatus à Principe an ſuccedat in iurepatronatu.*
92 *Legitimationis clauſula,ſine præiudicio venientium ab inteſtato,quid operetur.*
93 *Spurius ex damnato coitu non venit ſub nomine deſcendentium.*
94 *Spurius ex Sacerdote cæteris eſt magis odioſus.*
95 *Baſtardorum nomen non continet filium Sacerdotis.*
96 *Spurij quomodo cenſeantur vocati.*
97 *Spurij veniunt appellatione deſcendentium , vel conſanguineorum.*
98 *Clauſula,*ſine præiudicio,*in legitimatione quid importet.*
99 *Filius Sacerdotis an ſuccedat in patronatu beneficij à patre obtenti.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1486.ſub die xi. Aprilis D.Ioannes Philip-
pus de Buſſolis Iuriſperitus ſuum fecit teſtamen-
tum , in quo inter cætera ſuum hæredem vniuerſalem
inſtituit D. Nicolaum Buſſolum illius ex fratre nepo-
tem,& prohibuit alienationem ſuæ hæreditatis , quia
voluit,quod ſi contingeret ſuum hæredem decedere ſi-
ne filiis legitimis maſculis , & naturalibus , tunc eius 1
hæreditas perueniat ad beneficium vnum,vel duo,pro-
vt videbitur dicto ſuo hæredi , erigenda in Eccleſia S.
Proſperi de Caſtello,vbi mandauit fieri Capellam ſub
vocabulo S.Nicolai,& S. Antonij de Padua , pro cuius
dote tali caſu adueniente reliquit dicto altari, & bene-
ficio omnia ſua bona immobilia fruenda per Presbyte-
rum eligendum per ſuũ hæredem,& ipſo mortuo, non
facta electione,per antiquiorẽ domus,& caſatæ quon-
dam D.Bonifacij de Rugeriis, qui pro tempore fuerit :
volens dicto caſu adueniente,quod antiquior pro tem-
pore de domo,& caſata prædicta ſit patronus in perpe-
tuum dicti beneficij,cum onere celebrandi quotidie,vt
latiùs continetur in teſtamento prædicto in fine pro-
ceſſus regiſtrato.

Deinde de anno 1542.ſub die 26.Maij conſtat,quod
dictus Nicolaus hæres dicti Ioãnis Philippi habuit fi-
liũ nomine Gabrielẽ Buſſolum,in quo terminauit li-
nea prædicti Nicolai;& propterea dictus Gabriel vidẽs
ſe nullos habere filios,donauit omnia ſua bona D.Ioãni
Baptiſtæ

Baptiſtæ de Deganis, ſeu de Gibellinis inter viuos, cum
onere, vt ipſe, & eius deſcendentes vocentur de Buſſolis;
reminiſcens teſtamenti dicti Ioan. Philippi, dixit ſe non
eſſe conſcium, quid, & quantum importent bona illius,
nec ſibi clarè conſtare, qualis fuerit mens totalis eiuſ-
dem D. Ioan. Philippi, & propterea voluit titulo huiuſ-
modi donationis in euentum ſententiæ mortis, & de
bonis donatis fieri vnum beceficium de iurepatronatus
domus ſuæ ſic tranſlatæ in perſonas dictorum de Dega-
nis, mandans dictum beneficium donari de dictis bonis;
& quod prædicti Donatarij tanquam de domo Buſſolo-
rum eligant Rectores pro tempore, & ſit de eorum iu-
repatronatus, & confirmatio ſpectet ad Epiſcopum Re-
gienſem, & grauetur iuxta diſpoſitionem teſtamenti D.
Ioan. Philippi, vt conſtat ex inſtrumento donationis in
proceſſu regiſtrato.

Poſt hæc dictus D. Ioan. Baptiſta Deganus modò vo-
candus de Boſſolis, quòd redditus dotis dicti beneficij
non ſufficiebant pro ſupportando onere Miſſæ quoti-
dianæ habuit recurſum ad ſacram Pœnitentiariam pro
2 commutanda voluntate dicti Ioan. Philippi circa onus
prædictum, cuius etiam obtinuit moderationem, veris
tamen præexiſtentibus narratis, concedendo eidem di-
ctum iuſpatronatus cum facultate imponendi dicto be-
neficio onus celebrandi pro eius libito voluntatis; &
quia per errorem Breue Pœnitentiariæ fuerat directum
Ioan. Paulo eius fratri, obtinuit ſecundum Breue ſibi
aſcriptum cum iuriſpatronatus confirmatione circa ere-
ctionem dicti beneficij factam, vel faciendam pro ſe, &
eius filiis, & deſcendentibus, commutando quoad onus
Miſſæ prædictæ voluntatem Ioan. Philippi, adeo vt di-
ctus Ioan. Baptiſta poſſit imponere dicto beneficio onus
celebrandi ad ſui libitum, vt latiùs exponitur in literis
S. Pœnitentiariæ, dat. 26. Kal. Maij, anno 1. Iulij III.
de quibus in proceſſu.

Cùm ergo tandiu dilata eſſet erectio dicti beneficij
formalis, & nondum facta fuiſſet Rectoris electio, idem
Ioan. Baptiſta Degarius ſub die 20. Aprilis 1559. mortuo
dicto D. Gabriele comparuit coram Vicario generali
Epiſcopi Regij, & præſentata dicta donatione, & omni-
bus prædictis ſcripturis dixit veniſſe cauſam erigendi
dictum beneficium, & pro exoneratione ſuæ conſcien-
tiæ petiit erectionem fieri in Eccleſia Collegiata S. Proſ-
peri de Caſtello ad Altare S. Antonij de Padua, reſer-
uato iurepatronatu ſibi & antiquiori pro tempore exi-
ſtenti de filiis, & deſcendentibus ſuis, qui debeant no-
minari de Buſſolis, & pro dote dicti beneficij obtulit
bona, de quibus in permutatione, de qua in proceſſu:
& quia teſtamentum dicti Ioan. Philippi imponit huic
beneficio onus Miſſæ quotidianæ, ipſe ſupplicauit di-
ctum D. Vicarium, vt diſcretè prouideret, quia fructus
beneficij non ſufficiebant pro tanto onere.

Igitur dictus D. Vicarius eadem die viſis etiam priùs
dictis ſcripturis, & teſtamento Ioan. Philippi, viſiſque
videndis cum cauſæ cognitione ſub inuocatione SS.
Nicolai, & Antonij ad Altare eiuſdem in dicta Eccle-
ſia erexit, & fundauit dictum beneficium, mandans il-
lud Clerico ſæculari perpetuò in titulum aſſignari cum
acceptatione dotis, & reſeruatione iuriſpatronatus,
quoties vacare contigerit, eidem D. Ioan. Baptiſtæ,
donec vixerit, & deinceps vni priori ex filiis, & deſcen-
3 dentibus in perpetuum ſuis maſculis legitimis, & natu-
ralibus ex eo legitimè deſcendentibus: & ſi deficiat li-
nea ſua, tunc antiquiori ſimiliter ex deſcendentibus
quondam D. Ioan. Pauli eius fratris maſculo, & legiti-
mo, vt ſuprà, cum onere celebrandi ſemel in hebdoma-
da, vt in inſtrumento erectionis, de quo in proceſſu.

His ſtantibus dictus D. Ioan. Baptiſta tunc temporis
præſentauit ad dictum beneficium à primæua erectione
ſic vacans R.D. Nicolaum Buſſolum eius filium, cuius
præſentationis vigore D. Vicarius eidem contulit di-
ctum beneficium in forma, vt ex Bullis dat. die 26.
April. 1559. qui ſic inſtitutus potiùs eſt in dicto bene-
ficio vſque ad annum 1638. de menſe Iunij, quo tem-
pore diem clauſit extremum.

Cùm autem R. D. Nicolaus vltimo loco defunctus
Sacerdos, & Manſionarius Eccleſiæ Cathedralis ex
damnato coitu cum muliere ſoluta procreaſſet D. Ga-
brielem Buſſolum tunc viuentem, cum etiam fecit hæ-
redẽ, & priùs obtinuit à Sereniſſimo Duce Mutinæ eum
legitimari in ampla forma, ſub die 8. Aprilis 1609. quam
legitimationem dictus D. Gabriel acceptauit, vt in pro-
ceſſu.

Et vlteriùs idem D. Gabriel vti filius Sacerdotis ſub
die 14. Aprilis 1635. obtinuit legitimationem à Col-
legio DD. Protonotariorum Sedis Apoſtolicæ de nu-
mero participantium in forma ſolita, & cum clauſula
*ſine præiudicio venientium ab inteſtato*; nulla facta men-
tione prioris legitimationis, & non conſtito de conſen-
ſu patris, vt de prædictis conſtat in proceſſu.

Hinc dictus D. Gabriel ſic legitimatus defuncto di-
cto R.D. Nicolao eius patre, & Rectore dicti beneficij,
tanquam illius hæres, & antiquior domûs de Buſſolis
tranſlatæ in Deganos, vt vidimus, præſentauit ad di-
ctum beneficium ſic vacans dictum R.D. Carolum Sca-
iolam eius cognatum Clericum Regienſem, inſtans de
illo prouideri ſub die 28. Septembris 1637. & ſub die
2. Octobris eiuſdem anni dictus D. Gabriel ad docen-
dum de iurepatronatus prædicto, & de deſcendentia
ipſius, produxit fundationem, & erectionem dicti be-
neficij, & omnes prædictas ſcripturas, vt in proceſſu,
quas idcircò approbaſſe cenſendus eſt, vt per *Maſcard.
de probation. concl.* 1240. *num.* 15. 16.

Verùm Procurator Fiſcalis Menſæ Epiſcopalis vi-
dens, quod prædictus D. Gabriel nullum ius haberet
in dicto patronatu, cùm non appareat eum deſcendere
à fundatore dicti beneficij, nec etiam à dicto Degano,
nec eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi, & quatenus
deſcenderet ab eo, id non euenit niſi mediante perſona
R. D. Nicolai eius patris, cui ſuccedere non poteſt,
quia medium inhabile impedit extrema coniungi, *leg.* 4
*qui ſtella, §. fin. de ſeruit. ruſt. præd. l. fin. de flamin.* quo-
niam etiamſi fuerit legitimatus, tamen non poteſt tan-
quam ſpurius ſuccedere dicto eius patri vigore conſti-
tutionis Pij V. de qua inferiùs dicam, dictus Fiſcalis in-
ſtitit negotium remitti ad D. Epiſcopum, ad quem de-
uoluit collatio dicti beneficij non facta præſentatione
per legitimum patronum; ita ſub die 14. Octobris 1637.
vt in proceſſu.

Poſt hæc ſub die 14. Nouembris 1637. D. Epiſco-
pus ſiue iure deuoluto, ſiue quouis alio modo, contulit
prædictum beneficium SS. Nicolai, & Antonij mihi,
vt in Bullis, de quibus in proceſſu, & ſub die 18. No-
uembris accepi tenutam eiuſdem beneficij, vt in eo-
dem proceſſu.

Nunc verò prædictus D. Carolus Scaiola ſic præſen-
tatus prætendit dictum beneficium ad ſe ſpectare, & me
excludere, & per viam appellationis introducta cauſa
vigore commiſſionis coram D. Illuſtriſſimo obtinuit
à Sereniſſimo vt procedatur, prout iuſtitia patitur, &
nunc quæritur quis meliora iura foueat.

Quare mihi videtur eſſe dicendum, quod dictus
Scaiola nullum ius habeat in dicto beneficio tan-
quam præſentatus ab eo, qui non eſt patronus, nec
in quaſi poſſeſſione præſentandi: & quamuis ad ipſum
pertineat probare ſe habere meliora iura, & docere de
iure ſuo, cùm non poſſideat beneficium, ego autem
ſic, vnde ipſe ſuſtinet vices actoris, cui regulariter
incumbit onus probandi, adeò vt actore non proban-
te reus abſoluatur, etiamſi ipſe nihil præſtiterit, *l. qui
accuſare*, vbi DD. omnes, *Cod. de edend.* Seraph. *deciſ.* 5
391. *numer.* 3. & *deciſ.* 1422. *num.* 5. & *num.* 26. Nam-
que poſſidens non tenetur docere de iure ſuæ poſſeſ-
ſionis, ſed onus probandi non ius meum incumbit ei, 6
qui



qui non ius poſſidentis allegat. Seraph. *deciſ.* 670. *n.* 2.
poſſeſſor enim, ſiue habeat colorem poſſidendi, ſiue non,
7 nunquam tamen eſt à ſua poſſeſſione amouendus ſine
cauſæ cognitione. Ludouiſ. *dec.* 105. *n.* 20. latè Poſthius
*in tract. de manuten. obſeru.* 1. *n.* 38. 39. 40.

Nihilominus facile eſt docere dictum Scaiolam præ-
ſentatum à dicto D. Gabriele nullum ius habente eſſe
excludendum à petitis, quia præſentatio facta ab eo, qui
non eſt patronus, nec eſt in quaſi poſſeſſione præſen-
8 tandi, nullum ius tribuit, ad tradita per Concil. Trid. *ſeſſ.*
25. *de refor. c.* 9. & per Farinac. *deciſ. poſth.* 95. *n.* 2. *p.* 2.

Et propterea dictus D. Carolus debet probare dictum
iuſpatronatus pertinere ad dictum D. Gabrielem, quia
non ſufficit docere de exiſtentia patronatus, niſi etiam
probetur illius pertinentia. Vnde eſt, quod præſentans,
maximè quando non eſt in quaſi poſſeſſione præſen-
tandi, debet iuſtificare ſe deſcendere à fundatore, vel
9 patrono ab eo relicto cum titulo hæreditario, vel alio
habili ad tranſlationem iuriſpatronatus, alioquin præ-
ſentatio non admittitur, & non tribuit ius: latè Viuian.
*tract. de iurepatr. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 95. *& ſeqq.* vbi multos al-
legat. Rot. *diuerſ. nouiſſ. deciſ.* 152. *n.* 4. *p.* 5. & ad rem fa-
cit Farinac. *deciſ. poſth.* 1. *n.* 2. *in fin.* & *deciſ.* 95. *n.* 2. *p.* 2.
vbi inquit, quod præſentatio non admittitur, niſi præ-
ſentatus probauerit quod iuſpatronatus ſpectet ad præ-
ſentantem.

Hîc autem ſi inſpicimus primam originem huius be-
neficij, prouenientem à dicto D. Ioan. Philippo funda-
10 tore, prout fieri debere videtur, cùm deſcendentia de-
beat probari ab eodem ſtipite, ex Bart. *in l. peto, §. fratre,
n.* 1. *ff. de leg.* 2. vtique deficit dictus D. Grabriël, quia
ſatis conſtat, quod ille inſtituit hæredem D. Nicolaum
Buſſolum eius ex fratre nepotem, quo defuncto ſine fi-
liis legitimis & naturalibus voluit ex ſua hæreditate eri-
gi dictum beneficium concedens dicto eius hæredi vi-
uenti eligere Rectorem, & ipſo mortuo non facta ele-
ctione voluit eam ſpectare ad antiquiorem domus, &
Caſatæ quondam D. Bonifacij de Rugeriis, qui nunc
eſt, vel pro tempore fuerit, declarans dictum antiquio-
rem fore patronum dicti beneficij in perpetuum: quo
ſtante neceſſe eſt, vt dictus D. Gabriël modernus pro-
bet ſe eſſe antiquiorem domus, & caſatæ dicti D. Boni-
11 facij, quia iuſpatronatus, quale ſit, ex tenore fundatio-
nis colligitur, vt per Farinac. *deciſ. poſth.* 290. *n.* 1. & *dec.*
50. 71. *n.* 2. *in fin. lib.* 2. ſed de hoc ne verbum euidens
in proceſſu, nec vlla probatio apparet: ergo reiicien-
dus eſt.

Verùm, quia dictus D. Gabriel non contendit ſe eſ-
ſe de domo dicti D. Bonifacij, ſed videtur prætendere ſe
deſcendere à prædicto Ioan. Baptiſta de Deganis, qui
poſteà aſſumpſit nomen illorum de Buſſolis vigore do-
nationis ſibi factæ per dictum D. Gabrielem antiquum,
videndum eſſet, an id ei prodeſſe poſſit, quia teſtator
vocauit illos, qui ſunt verè de domo Buſſolorum; hi au-
tem, qui ſunt de domo tranſlata, non videntur poſſe
comprehendi in tali diſpoſitione, quia non ſunt propriè
tales; tamen omiſſo hoc articulo dictus D. Gabriël etiam
in hoc puncto defecit; nam volens probare deſcenden-
tiam à dicto Ioan. Baptiſta ſe fundauit in duabus enun-
ciatiuis, quæ reſpiciunt perſonam dicti R.D. Nicolai eius
patris, quarum altera habetur in collatione dicti bene-
ficij facta ab Epiſcopo Regiẽſi ſub die 26. Aprilis 1559.
ad fauorẽ dicti R.D. Nicolai, in qua nominatur vti filius
prædicti D. Ioan. Baptiſtæ; altera habetur in quodam
inſtrumento facto ſub die 26. Octobris 1569. vbi fit
mentio de tribus filiis cuiuſdam Ioan. Baptiſtæ Buſſoli,
qui vocabantur Nicolaus, Veſpaſianus, & Titius, ſub
tutela Iucundæ eorum matris: ſed inanis eſt talis pro-
batio, quia Nicolaus in hoc ſecundo inſtrumento no-
minatus non poteſt eſſe illemet Nicolaus, cui de anno
1559. fuit collatum dictum beneficium; tum quia non
appellatur Clericus, nec cum aliquo Clericorum titulo;
& tamen cùm eſſet illo tempore beneficiatus, non eſt
veriſimile, quod adſcriberetur in dicto inſtrumento ſi-
ne clericali donatione; tum quia dicitur fuiſſe ſub tu-
tela matris, quæ durat ſolùm vſque ad decimumquar-
tum annum completum, ad textum *in §. primo, Inſt.
quibus mod. tutel. finitur*; & tamen prædictus Reuer.
D. Nicolaus tunc temporis non poterat eſſe in pupil-
lari ætate, quia cùm de anno 1559. fuerit capax Cleri-
catus, & beneficij Eccleſiaſtici, neceſſe eſt, vt ſecun-
dum Concil. Trident. ageret decimumquartum an-
nũm; ſed quia id factum fuit ante Concilium, opor- 12
tet quod ſaltem eſſet annorum ſeptem, vt *ex cap. nul-
lus*, vbi gloſ. *in verb. infanti, de tempor. ord. in* 6. gloſſa
penultima *in cap. ſi eo tempore, de reſcript. eod. lib.* Garz.
*de benefic. part. prima, cap. quinto, n.* 127. & *p.* 7. *cap.* 4.
*num. quarto*; quo ſtante ſequitur, quod de anno 1569.
prædictus Reu. D. Nicolaus longè excederet pupilla-
rem ætatem, quia calculando comprehenditur fuiſſe
ſaltem ætatis annorum XVII. Ergo neceſſe eſt conclu-
dere hunc Nicolaum ſub tutela dictæ Iucundæ exiſten-
tem fuiſſe alium, & diuerſum, & ſic deſcendentia nullo
modo remanet probata, quia ex enunciatiuis inſtru-
mentorum non aliter iuſtificatur, quàm ſi ſaltem duo
ſint inſtrumenta antiqua centum annorum, iuxta opi-
nionem, quam tenet Rota, vt pulchrè ad rem docet 13
Mareſcot. *variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 70. *num.* 6. 7. vbi alle-
gat multas Rotæ deciſiones, perbellè etiam Socin. *de-
ciſ.* 76. *n.* 8. *& nono*, & maximè quando præſentans non
eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, vt hic: ſic Rota
apud Seraph. *deciſ.* 1232. *n.* 4.

Sed hîc non habemus niſi vnam enunciatiuam, quæ
poſſit aptari perſonæ dicti Reuerendi Domini Nicolai;
nec illa eſt antiqua centum annorum: ergo nullius mo-
menti eſt talis probatio, quæ etiamſi concluderet quoad
R.D. Nicolaum, non tamen concludit quoad D. Ga-
brielem aſſertum eius filium; quia licèt contra ipſum
ſatis probata ſit filiatio, non tamen pro eo; etenim ip-
ſe non probauit ſe deſcendere aliâ viâ à fundatore, &
minùs ſe eſſe filium prædicti Reu. D. Nicolai, & ta- 14
men filiatio non præſumitur, niſi probetur, vt per
Menoch. *lib.* 6. *præſ.* 53. *num.* 1. vbi multos allegat.
Ludouiſ. *deciſ.* 222. *num.* 2. 3. vbi dicit id locum habe-
re ſiue quis agat, ſiue conueniatur, & quod talis ex- 15
ceptio poteſt opponi in qualibet parte iudicij. Maſcard.
*de probat. lib.* 2. *concluſ.* 786. *numero ſecundo, tertio,
quarto, & numero quinto, verſ. verior.* Peregr. *de fideicom-
miſſ. artic. ſecundo, num.* 19. vbi id probat eſſe verum,
etiamſi quis inſtitueretur hæres tanquam filius, quia
ſi non probat ſe filium, aufertur ei hæreditas. Quæ adeò 16
vera ſunt, vt in legitimatione de aliquo facta non poſ-
ſit apponi clauſula, vt legitimatus non teneatur pro-
bare filiationem. Peregr. *de fideicomm. art.* 33. *num.* 38. 17
Gratian. *diſc.* 744. *n.* 6. Lup. *in tract. de illegitim. & natal.
reſt. comm.* 3. §. 5. *n.* 11.

Et propterea antequam legitimatio ſpurij habeat ef-
fectum, oportet priùs probare, quod ille ſit filius illius,
ad cuius tanquam patris ſucceſſionem legitimatur. Al- 18
ciat. *in rub. de liber. & poſth. num.* 46. Rol. *conſ.* 89. *n.* 39.
*lib.* 1. Menoch. *conſ.* 581. *n.* 4. Mantic. *de coniectur. vlt.
volunt. lib.* 11. *tit.* 10. *n.* 32. Cyriac. *controu.* 236. *num.* 11.
*lib.* 2. Ludouiſ. *deciſ.* 223. *num.* 1. 2. hæc autem non ve-
rificantur in noſtro proceſſu; ergo deſcendentia non
eſt ſatis probata ad effectum iuris præſentandi, de quo
quæritur.

Sed eſto quod verè conſtet de prædicta deſcenden-
tia, & quod ſatis appareat dictum D. Gabrielem mo-
dernum eſſe filium dicti R.D. Nicolai, prout ipſe ne-
gare non poteſt, cùm id narretur in legitimatione
Principis ſecularis per eum acceptata ſub die 4. Februa-
rij 1633. vt in proceſſu, quæ omnia contra ipſum ple-
nè probant, licèt non pro eo, ad textum *in vulg. leg.* 19
*cùm precum*, vbi DD. omnes, *C. de liberal. cauſ.* ad rem
facit

facit Farinac. *deciſ. crim.*244.*n.*4.5. adhuc tamen non
obſtantibus legitimationibus prædictus D.Gabriël nul-
lum ius haber, vel habere poteſt in prædicto patronatu.
Quia cùm ſit filius Sacerdotis procreatus ex muliere
ſoluta & ipſo Sacerdote, dicitur ſpurius abominabilis
magis quàm cæteri naturales, & nothi, quia proles ex
20 viris Religioſis ſuſcepta omnibus eſt deteſtabilior, ſe-
cundùm Card. Paleot. *in tract.de noth. & ſpur. cap.*16.
*num.*16. propterea eſt incapax omnium iurium ſpiritua-
21 lium. Farinac. *deciſ.*112. *num.*3. *libro primo*, quale vi-
detur eſſe iuſpatronatus ob connexionem cum rebus
ſpiritualibus, *cap. quanto, de iudic.* Nihilominus in
propoſito ſatis communis, & à Rota approbata vide-
tur illa diſtinctio, quod ſi fundator beneficij vocauit
22 ad ſucceſſionem Patronatus filios aut deſcendentes per
verba ciuilia, velut domus, caſatæ, familiæ, agna-
tionis, parentelæ, aut legitimitatis, tunc non veniant,
nec comprehendantur naturales, & non legitimè nati:
aut eos vocauit per verba merè naturalia, velut ſunt fi-
lius, deſcendens, conſanguineus, & ſimilia; tunc com-
prehendantur etiam naturales, & qui non ſunt legiti-
mè nati, ad tradita per Bart. *in l.tutelas, ſub num.*3. *&
ſeqq. ff. de cap. diminut.* latiùs Bald. *conſ.*141. *ſub num.*3.
*lib.*3. Decian. *conſ.*3. *num.*8. *lib.*1. Felin. *in c.in præſen-
tia, num.*22. *de probat.* Garc. *de benef. p.*7. *cap.*15. *n.*39.
40.43. Farinac. *deciſ. crim.*350. *num.*3.6. & *in nouiſſ.
deciſ.* 251. *num.*6. *lib.*2. Viuian. *de iurepatr. part.*1. *libr.
quarto, cap. ſecundo, num.*65. Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.*
433. *ſub numero* 23. Gratian. *diſcept.* 218. *num.*16. *&
ſeqq.* idem Farinac. *deciſ. nouiſſ.*126. *num.*2. & *dec.*388.
*num.*7. *p.*1. & *deciſ. poſth.* 319. *num.*4. *lib.*1. & propter-
eà videndum eſt, an hic fundator in ſuo teſtamento vo-
cauerit ſucceſſores ad dictum iuſpatronatus per verba
naturalia, an ciuilia.
Et quidem ſi inſpiciamus verba teſtamenti dicti D.
Ioan. Philippi vti primi fundatoris dicti beneficij, à
quo hæc omnia originem traxerunt, vtique iſte, vt vi-
dimus, voluit quod dictum iuſpatronatus pertineat ad
antiquiorem domus, & caſatæ prædicti Bonifacij Ru-
gerij, quæ ſunt verba ſimilia.
Sin recurramus ad donationem prædicti D.Gabrie-
lis antiqui factam ad fauorem prædicti Ioan. Baptiſtæ
Degani, quæ eſt fundamentum D. Gabrielis moderni;
hic vtique reminiſcens diſpoſitionis dicti D. Ioan. Phi-
lippi voluit erigi dictum beneficium de iurepatronatus
domus ſuæ ſic tranſlatæ in perſonas dictorum de Dega-
23 nis, quæ ſimiliter ſunt verba ciuilia, quæ excludunt
ſpurios, & naturales; talia enim nomina, *domus, &
caſata*, ſeu *familia*, ſunt verba ciuilia inepta ad com-
prehendendum ſpurios, & naturales, qui non dicun-
tur de domo, neque de familia. Bart. *in d.l.tutelas.* Pa-
leot. *de noth. & ſpur. c.*59. *num.*1.2. Garc. *de benef. p.*7.
*cap.*15. *num.*36.37. 38. 40. & Gratian. *diſcept.* 218.
*num.*12.13.14.15.19. *& ſeqq.* Farin. *deciſ. nouiſſ.*251.
*num.*6. *in fin. p.*2. Honded. *conſ.*5. *num.*15. *lib.*2. Beltr.
*ad Ludouiſ. d. deciſ.*333. *num.*33. vbi multos allegat.
Viuian. *dict. lib.*4. *cap.*2. *num.*65. *& ſeqq.* vbi inquit,
quod illegitimus non ſuccedit in patronatu illorum
de parentela, vel domo; quod dixerat etiam Lam-
24 bert. *de iurepatr. lib.*1. *part.* 2. *quæſt.*2. *princ. art.*27.
*num.*2.3.
Nec obſtat petitio, & narratiua prædicti Ioan. Bap-
tiſtæ Degani, dum petendo erectionem dicti beneficij
coram dicto Vicario, poſtulauit reſeruari iuſpatrona-
tus ſibi, & eius filiis, & deſcendentibus, quod etiam
explicitum fuit in dictis Breuibus ſacræ Pœnitentiariæ,
quæ videntur eſſe verba naturalia, filios quoque natu-
rales comprehendentia; quia reſpondetur talem peti-
tionem non fuiſſe à dicto Vicario admiſſam, vt vide-
bimus, & iuremerito, quia ille non erat fundator, ſed
executor voluntatis dictorum Ioan. Philippi, & Ga-
brielis antiqui, & ideò non poterat variare, aut mu-
tare voluntatem dictorum teſtatorum, *Clem. quia contin-
git, de religioſ. dom.* & tanquam agens neceſſarius non 25
acquirit iuſpatronatus, niſi ſecundùm diſpoſitionem
fundatoris, ad tradita per Barboſ. *in tract. de vniuerſ.* 26
*iur. Eccl. lib.*3. *c.*12. *n.*31. & Cardinalis Raynutius ſum-
mus Pœnitentiarius non commutauit voluntatem dicti
Ioan. Philippi, niſi quoad onus Miſſæ quotidianæ, vt
ex eius verbis habetur, dum dicit in dictis Breuibus:
*Commutãdo quoad onus Miſſæ quotidianæ voluntatem di-
cti Ioan. Philippi*; ſi enim in hoc mutatur, in cæteris
ſtare cognoſcitur, *l. ſancimus, C. de teſtam. l. ſi tibi, §. filius,* 27
*ff. de adim. leg.* quia limitata cauſa limitatum producit
effectum, *l. in agris, ff. de acquirend. rer. dom. l. cancellaue-
rat, ff. quæ in teſt. delent.* & exceptio firmat regulam in
caſibus non exceptis, *l. nam quod liquidè*, vbi Bartol. *de
pen. leg. l. qui teſtamento, §. mulier, de teſtament.* Ergo
dictus Pœnitentiarius non habuit intentionem, nec vo-
luit mutare voluntatem fundatorum, niſi quoad onus
prædictum Miſſæ, pro quo rogatus fuerat; & propterea 28
recurrendum eſt ad teſtamentum dicti Domini Ioan.
Philippi, vel ad donationem dicti Dom. Gabrielis anti-
qui, ſi volumus cognoſcere qualitatem originariam
dicti Patronatus, ex Farinac. *dict. deciſ.*571. *numero ſe-
cundo, in fin. libro ſecundo*, quæ cùm loquantur per
verba ciuilia, vt vidimus, nihil habent commune cum
baſtardis.
Verùm enim verò, attento tenore erectionis ipſius be-
neficij factæ per ordinarium Eccleſiaſticum, ceſſat
communis ambiguitas, quia componitur per verba
tam clara, & prægnantia in reſeruatione iuriſpatrona-
tus, vt manifeſtè excludat ſpurios, & naturales etiam 29
legitimatos, quia Vicarius dicit, quod illud reſer-
uat antiquiori ex filiis & deſcendentibus dicti Ioan.
Baptiſtæ maſculis legitimis, & naturalibus ex eo le-
gitimè deſcendentibus; quæ verba tollunt omnem
amaritudinem, ex traditis per Fuſar. *de ſubſtit. q.*408.
*num.*71. Laderch. *conſ.*23. *num.*23. Cyriac. *contr.* 21.
*n.*14. *lib.*1.
Nec dubitandum eſt, quin dictus D. Vicarius ita fa-
cere potuerit; & cùm dictus D. Ioan. Baptiſta non re-
clamauerit, conſenſiſſe præſumendus eſt; etenim cer-
tum eſt, quod laici mero iure ſunt incapaces iuriſpatro-
natus; & ideò ex gratia illis fuit ab Eccleſia conceſſum,
vt Chriſti fideles inuitarentur ad Eccleſias fundandas; 30
ſic *ex c.*3. & *cap. nobis, de iurepat.* Viuian. *d. tract. p.*1.
*lib.*2. *c.*9. *n.*8. & *lib.*14. *capitulo ſecundo, num.* 4. & ſic
totaliter pendet à conceſſione Eccleſiæ, per textum *in c.* 31
*quoniam, de iurepatr.* Lotter. *in tract. de re benefic. lib.*2.
*quæſt.*3. *n.*26.
Vnde eſt, quod licèt teſtator, aut alius diſponens
fundet beneficium cum reſeruatione iuriſpatronatus,
tamen illud non acquirit, nec poteſt ad alios tranſ- 32
mittere, niſi Epiſcopus conſentiat, vt per Gratian. *diſ-
cept. forenſ.*177. *num.*7. *in fin.* & *n.*8. *lib.*1. quia in ere-
ctione beneficij neceſſaria eſt auctoritas Ordinarij Ec-
cleſiaſtici, vt acquiratur iuſpatronatus, adeò vt ſola 33
fundatio, vel dotatio non ſufficiat. Garc. *de benefic. p.*5.
*cap.*9. *num.*71. Gratian. *diſcept.*177. *num.*8. Viuian. *de
iurepatr. lib. ſecundo, cap.*1. *num. ſeptimo*, vbi multos al-
legat. Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſ. cap.*12. *num.*38. *li-
bro tertio*, & comprobatur ex Farinac. *deciſ. poſthum.*
273. *ſub numero quarto, p.*1. vbi dicit, quod iuriſpa- 34
tronatus erectio debet fieri cum Epiſcopi conſenſu; &
propterea non dicitur beneficium, niſi ſequuta appro-
batione Ordinarij. Felin. *in cap. ex parte quinta, n.*2.
*de reſcript.* Calderin. *conſ. fin. de iurepatr.* Rota apud Fa-
rinac. *deciſ. nouiſſ.* 561. *numero tertio, part. ſecunda,*
adeò vt ad cognoſcendum, quale ſit iuſpatronatus,
plus attenditur erectio ipſa Ordinarij, quàm teſtatoris 35
fundatio; & propterea quamuis teſtator diſponat
beneficium debere certam habere qualitatem, ta-
men non poteſt dici illud eſſe ſic qualificatum, niſi
appa-



36 appareat Epiſcopum conſenſiſſe tali qualitati, vt latè
probat Bero *conſil. quinto, n. decimoquarto, lib.* 1. ſed ſic
eſt, quod in caſu noſtro Ordinarius in erectione dicti
beneficij reſeruauit iuſpatronatus dicto Ioan. Baptiſtæ
antiquo, & deinceps antiquiori ex filiis, & deſcendenti-
bus ſuis maſculis legitimis, & naturalibus, ex eo
legitimè deſcendentibus: ergo excluſi ſunt penitus
naturales, & ſpurij etiam legitimati: & in hoc attendi
debet potiùs beneficij erectio ab Ordinario facta, quàm
fundatoris, vel alterius diſpoſitio ex ſupradictis. Cùm
ergo erectionis verba ſint ciuilia, imò ciuiliſſima, na-
37 turales etiam legitimati penitus excluduntur. Gratian.
*diſc.* 218. *num.*12. & vt inferiùs oſtendam latiùs.
Sed eſto etiam, quod à noſtro fundatore vocati fuiſ-
ſent eius deſcendnetes per verba naturalia, adhuc ta-
men dictus D. Gabriel modernus non comprehenditur
in tali diſpoſitione, nec vocatus dici poteſt tanquam
ſpurius, & ex coitu damnato Sacerdotis procreatus; tales
enim ſunt deteſtabiles, odioſi & inſucceſſibiles, & pro-
pterea non veniunt in patronatu, in quo etiam aliàs
naturales vocati cenſentur, quia digni ſunt ſpeciali no-
ta, nec filij debent nominari, per textum *in Auth. ex
complexu, C. de inceſt. nupt.* ſecundùm ea, quę tradit Angel.
*in l. generaliter, § cùm autem, numero* 4. 6. *de inſtit.
& ſubſt.* Alex. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, numero* 7.
*ad Trebell.* Abb. *in c. in præſentia, numero* 19. *de probat.*
Cephal. *conſ.* 591. *numero* 4. Dec. *conſil.* 433. *numero*
17. Lambert. *de iure patr. lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2. *art.*26.
*numero* 6. 10. Gabriel. *conſil.* 195. *numero* 5. *lib.* 1.
Peregr. *de fideicomm. art.*22. *numero* 81. Fuſar. *de ſubſtit.
q.* 405. *numero* 1. & *num.* 20. Mantic. *de coniect. vlt. vol.
lib.* 10. *tit.* 9. *numero* 23. Rota apud Farinac. *d. deciſ.*388.
*numero* 8. *p.* 1. & *deciſ.* 251. *numero* 6. *p.* 3. vbi ait
etiam ita fuiſſe deciſum coram Lancelloto in in vna
Florentina iuriſpatronatus, 10. Martij 1607. & ſic
quoque rem hanc benè intellexit Garc. *de benef. p.* 7. *c.*
15. *numero.* 45. vbi voluit, quod ſpurij non ſuccedant
in iure patronatu, etiamſi ad eius ſucceſſionem vocen-
tur deſcendentes per verba naturalia, quia ſubiecta
38 materia iuriſpatronatus id non patitur, & idem repetit
*ſub n.* 51. dicens; *Idem eſt in iurepatronatu, quia eſt ius
honorificum.*
Quæ autem adducuntur in contrarium de ſpuriis,
vt ſuccedant in iure patronatu acquiſito pro filiis, &
deſcendentibus, procedunt quando nati ſunt ex ſoluto,
39 & ſoluta, vt per Rotam apud Farinac. *deciſ. poſth.*615.
*numero* 3. *part.* 1. quando ſunt procreati ante Sacer-
dotium: idem Farin. *deciſ. poſth.* 319. *numero quarto,
parte prima*, pulchrè ad rem Cyriac. *controuerſ. fo-
renſ.* 472. *numero* 9. 10. *libro* 3. vbi ſic declarat: quæ
non verificantur in caſu noſtro, vbi dictus D. Gabriel
eſt filius Sacerdotis; & ideò minùs cæteris poteſt ſuc-
cedere. Bero. *conſilio* 163. *numero* 10. *lib.* 2. Vrſill. ad
40 Afflict. *deciſ.* 96. *numero* 7. Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 3.
*tit.* 18. *numero* 37. Lup. *de illegitim. comm.* 1. §. 5. *nu-
mero* 150.
Et hæc multò magis procedunt in patronatu genti-
litio, & familiari, in quo vocantur ſolùm illi de domo,
vel parentela; quia in eo ſpurij non admittuntur, ſed
ſolùm agnati. Roch. *in tract. de iurepatr. verb. competens,*
41 *numero* 10. *verſ. hanc tamen*, Lambert. *eod. tract. libro* 1.
*part.*2. *quæſt.*2. *princ. articulo* 27. *numero* 2.3. Garc. *de
benef. part.* 8. *cap.* 15. *numero* 36.37.38. Farinac. *d. deciſ.
crim.* 350. *numero* 7. & *deciſ. nouiſſ.*251. *numero* 6. *in fin.
part.* 2. & *deciſ. poſth.*530. *n.*8. *p.* 1. Gratian. *d. deciſ.* 218.
*n.* 14. 15. vbi docet, quod in hoc neque attenderetur
communis vſus loquendi in contrarium: Viuian. *de
iurepatr. libro quarto, capit. ſecundo, numero* 65. 68. *in fin.*
ad rem Peregr. *de fideicomm. articulo* 22. *num.* 81. & *nu-
mero* 83. *verſ. ſed contrà, & artic.* 28. *num.* 44. ſed ſic eſt,
quod iuſpatronatus, de quo quærimus, attenta funda-
tione eſt gentilitium, in quo ſuccedunt illi ſolùm, qui

ſunt de domo, vt vidimus; ergo dictus D. Gabriel tan-
quam ſpurius ex damnato coitu, ſuccedere non po-
teſt in eo.
Nec obſtat, quod hæc fortè procedant, quando ſuper-
ſunt legitimi filij, & deſcendentes, quia eis exiſtentibus, 42
ſpurij non admittuntur, non autem procedunt in eo-
rum defectum, per ea quæ tradunt Gratian. *d. diſc.*218.
*n.* 25. Farin. *dict. deciſ.* 126. *n.* 5. *p.* 1.
Nam reſpondetur, quod hæc limitatio habet locum,
quando vocati ſunt filij, & deſcendentes per verba me-
rè naturalia, & illi, qui volunt ſuccedere in defectum
legitimorum, ſunt naturales, & non ſpurij ex damnato
coitu; tunc enim quia verba ſunt apta comprehendere 43
tam legitimè natos, quàm naturales, per priùs cenſen-
tur vocati legitimè nati, & poſteà naturales, ad textum
*in l. fin.* vbi gloſ. *ff. de iur. deliber. l. generaliter, §. fin.* vbi
Ang. & DD. *C. de inſtit. & ſubſtit.* Ruin. *conſ.* 120. *numero
duodecimo, lib.* 1. Menoch. *conſilio* 285. *num. decimoquarto:*
& ideò ad hoc vt in ſubſidium poſt legitimos veniant
etiam naturales, oportet quod verba ſint naturalia, &
ipſi ſint filij naturales, non ſpurij ex damnato coitu
nati, alioquin deficientibus etiam legitimis non admit- 44
terentur, vt benè dixit Garc. *d. tract. de benef. part.*7. *ca-
pite* 15. *numero* 46. *verſ. & hic etiam*; & in his terminis
loquuti ſunt omnes Doctores pro tali ſententia addu-
cti, vt videre eſt apud Imol. *in l. ex facto, §. ſi quis roga-
tus, numero* 16. vbi Alex. *numero decimoſexto, verſ. ſi au-
tem.* Rip. *numero* 57. *ff. ad Trebell.* Ruin. *conſilio* 49. *num.
quinto, verſ. hoc puto,* & *conſil.* 120. *numero duodecimo,
lib.* 1. Menoch. *d. conſilio* 285. *num.* 12. 14. Peregr. *de
fideicomm. art.* 28. *n.*44. *iuncto numero* 50. quem ſequitur 45
Gratian. *diſc.*218. *numero decimoſexto, & numero vigeſi-
moquinto.* Farinac. *d. deciſ.*126. *num. quinto, libro primo,*
Fuſar. *d. quæſt.*314. *numer. vndecimo, & duodecimo*, qui om-
nes loquuntur de filiis naturalibus; & in diſpoſitione
per verba naturalia, non autem de ſpuriis, qui nullo
modo patri ſuccedere poſſunt, vt per Garc. *de benef. p.*7.
*cap.*3. *numero vigeſimoſexto*, Menoch. *d. conſil.* 285. *num.
duodecimo.* Cùm ergo dictus D. Gabriel ſit ſpurius in-
ſucceſſibilis, & verſemur in diſpoſitione per verba ci-
uilia, non poterit ſuccedere etiam legitimis deficien-
tibus, vt ad rem benè ſic declarat Cyriac. *contr. fo-
renſ.* 472. *n.*9.10. *lib.*3.
Et hæc adeò vera ſunt, vt neque filij dicti D. Gabrie-
lis, etiam legitimi, & naturales nequeant in dicto patro-
natu ſuccedere; quia veniunt à radice infecta, & non 46
poſſunt repræſentare niſi eorum patrem ſpurium; &
ideò excludendi ſunt. Curt. Iun. *conſil.* 145. *numero* 25.
Fuſar. *dict. q.* 314. *numero quarto,* & *num.* 13. & *quæſt.*408.
*num.*78. Schrad. *de feud. p.*7. *c.* 5. *numero vigeſimo,* & *cap.*7.
*concluſ.* 19. *in gl. verb. nec nepos,* Lup. *tract. de illegitim.
comm.*3. §.2. *num. decimo octauo, verſ. extenditur*, Farinac.
*deciſ.* 395. *numero* 3.4. *lib. primo,* Cyriac. *contr.*8. *n.*7. 33.
*lib.*1. & *contr.*206. *numer.* 40. *libro* 2. & propterea ne-
que veniunt ſub vocatione deſcendentium, ſi credimus
Curt. Iun. *conſ.* 145. *numero* 25. Barz. *deciſ.* 3. *num.* 3.
*& ſeqq.*
Sed fortè dicitur hæc eſſe vera, niſi dictus D. Gabriel
eſſet legitimatus; verùm cùm habeat legitimationem 47
tam à Principe ſæculari, quàm Eccleſiaſtico, quæ tol-
lit omnem maculam, videtur admittendus, per ea quæ
tradunt Garc. *de benef. dict. part.*7. *cap.* 15. *num.* 49. *verſ.
benè tamen,* Farinac. *d. deciſ.* 388. *n.*8. *verſ. id tamen, p.*1.
Nam variis modis reſpondetur, verè enim dictæ legi-
timationes, tam Imperiali, quàm Apoſtolica auctorita-
te factæ nihil proſunt dicto Gabrieli in ſucceſſione di- 48
cti patronatus. Primò quia ſic legimati non ſuccedunt
in iure patronatu familiari, ſeu gentilitio, quod cōpetit
antiquiori de familia, vt poſt Lambert. *de iurepatr. lib.*1.
*part.* 2. *quæſt.* 2. *princ. art.* 30. *in fin.* Gabriel. *conſil.* 195.
*n.*5.6.7.8. *lib.*1. Gratian. *diſc.*218. *n.* 11. 12. Ferret. *conſil.*
185. *n.*5. Rota apud Farinac. *deciſ.*521. *n.* 9. *part.* 1. & *de-*
T *ciſ.*

*ciſ.*251. *num.*6. *in fin. lib.* 2. Vnde alij, qui admittunt
legitimatos ad iuſpatronatus, loquuntur de patronatu
hæreditario, vbi ſatis eſt, quod ſpurius legitimus poſ-
49 ſit eſſe hæres defuncti. Roch. *d. tract. de iurepatr. in*
*verb. competens*, *n.* 9. Lambert. *cod. tract. lib.* 1. *part.* 2.
*quæſt.* 2. *princ. art.* 28. *num.* 2. 3. Gratian. *diſc.* 521. *num.* 34.
Viuian. *de iurep. libro quarto*, *capit. ſecundo*, *numer.* 8.
pulchrè Farin. *d. deciſ.* 521. *numero nono*, & *deciſ.* 531.
*n.* 7. & *deciſ. poſth.* 530. *num.* 8. *p.* 1.

Secundò reſpondetur, quod dictus D. Gabriel non
poteſt ſe iuuare dictis legitimationibus, niſi priùs pro-
bet ſe eſſe, vel fuiſſe filium dicti R. D. Nicolai Buſſo-
50 li, adeò vt non poſſit releuari ab onere hoc probandi.
Rol. *conſil.* 89. *n.* 39. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 581. *n.* 4. Man-
tic. *de coniect. vlt. vol. libro* 11. *titulo* 10. *n.* 32. Fuſar.
*de ſubſt. quæſt.* 408. *numer.* 124. & *numer.* 180. Ludouiſ.
*deciſ.* 223. *numer.* 1. 2. Gratian. *diſc.* 744. *numero quarto*,
Peregr. *de fideicomm. art.* 23. *numer.* 37. Lup. *tract. de*
*illegit. & natal. reſtit. comm.* 3. §. 2. *numer.* 39. vbi
docet non ſufficere ad hoc probandum inſtrumentum
legitimationis, ſed in præſenti proceſſu de hoc nihil
conſtat: ergo, &c.

Tertiò reſpondetur quoad legitimationem Principis
ſæcularis eam nihil prodeſſe dicto D. Gabrieli in ſuc-
cedendo in dicto patronatu, quia Rex legitimat quoad
51 prophana, Papa quoad Eccleſiaſtica. Cald. *de iur. emph.*
*lib.* 2. *quæſt.* 21. *n.* 50. Verùm quia plerique ſentiunt ſic
legitimatum ſuccedere etiam in iurepatronatu per con-
ſequentiam, dummodo ſit hæres defuncti, Viuian. *d.*
*tract. lib.* 4. *c.* 2. *num.* 69. Lup. *de illegit. comm.* 3. §. 3. *n.* 43.
52 Cald. *d. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 52. tamen in caſu noſtro
dictus Gabriel non poteſt iuuari legitimatione Princi-
pis ſæcularis, quia prædicta fortè procedunt in ſpuriis,
& naturalibus laicorum, non autem in filiis Presbyte-
rorum, & Religioſorum; hi enim non poſſunt patri
ſuccedere ab inteſtato, aut ex teſtamento, non ſolùm
quoad bona ex redditibus Eccleſiaſticis acquiſita, ſed
etiam quoad patrimonialia, etiamſi fuerint legitimati,
provt benè ſanciuit Pius V. P. M. in ſua Bulla contra
illegitimos, edita 6. Kal. Febr. 1567. & poſtmodum ab
ipſo declarata ſub die 5. Martij 1572. vbi ſe declara-
uit eos excludere etiam à bonis patrimonialibus, & re-
uocauit omnes facultates eos habilitandi, vt etiam latè
53 habemus apud Rotam *deciſ. diuerſ.* 214. *num.* 4. *p.* 2. Ga-
briel *conſ.* 83. *num.* 11. 12. 13. 14. & *conſ.* 84. *n.* 58. 59. 60.
*libro* 2. vbi dicit, quod hæc conſtitutio tollit omnem
occaſionem dubitandi, latè Menoch. *conſ.* 511. *num.* 6. 7.
vbi diffusè rem pertractat, & ponit dictam Rotæ deci-
ſionem per extenſum. Lup. *de illegitim. comm.* 1. §. 4.
*num.* 10. & *comm.* 3. §. 2. *n.* 65. & §. 3. *num.* 44. vbi dicit,
55 quod hodie ceſſat omnis diſceptatio, attenta dicta con-
ſtitutione, per quam inhibetur filios ſpurios Clerico-
rum habilitari ad ſuccedendum: latè Horat. Giouagn.
*conſil.* 37. *num.* 8. 9. 10. *lib.* 2. vbi benè declarat: benè
Cyriac. *contr. forenſ.* 472. *num.* 5. 6. *lib.* 3. vbi tales ſpurios
etiam legitimatos excludit; & ſic hæc conſtitutio in-
fringit non ſolùm legitimationem Principis, ſed etiam
dictorum Protonotariorum, qui non poſſunt legitima-
re quemquam contra tenorem dictæ Bullæ, vt inferiùs
videbimus.

Nec obſtat, quod prædicta Bulla tollat tantùm fa-
cultatem teſtandi ad fauorem ſpuriorum, quæ compe-
tit ex iure ſpeciali legitimationis, non autem de iure
56 communi, & lege generali, velut ſi agatur ad alimen-
ta, aut dotem, vt per Farinac. *deciſ. poſth.* 319. *num.* 5.
*lib.* 1. Cyriac. *contr. for.* 472. *num.* 13. *lib.* 3. quia id ve-
rum eſt, ſed non conuenit caſui noſtro, quia dictus D.
Gabriel non habet fomentum à iure communi, vt poſſit
eſſe hæres patris, vt vidimus, cùm eo iure ſola alimen-
ta conſequi poſſit. Seraph. *deciſ.* 41. *n.* 6. ſed vult ſuc-
cedere de iure ſpeciali vigore ſuæ legitimationis, aſpi-
rans ad vniuerſam hæreditatem, in qua à Patre eſt in-
ſtitutus; etenim quando filius ſic legitimatus vult patri
ſuccedere, & hæres eſſe, tunc dicitur venire ex iure ſpe- 57
ciali; & ideò excludendus eſt: ſic poſt Rotam *deciſ. di-*
*uerſ.* 505. *num.* 15. *verſ. & ſic*, *p.* 1. pulchrè Giouagn. *d.*
*conſ.* 37. *n.* 10. *verſ. ſi verò ageretur*, *lib.* 2. Cyriac. *d. contr.*
*forenſ.* 472. *n.* 13. *lib.* 3.

Quartò reſpondetur, quod nulla ex dictis legitima-
tionibus prodeſt dicto D. Gabrieli, quia non valet illa
Principis ſæcularis, vt vidimus: nec valet etiam ſecun-
da dictorum Protonotariorum, quia in ea non fit men-
tio de prima à diuerſo etiam Principe conceſſa, per ea 58
quæ tradunt Innoc. *in c. veniens*, *n.* 4. vbi Abb. *n.* 14.
*de præb.* Gabriel *conſ.* 30. *n.* 19. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 64. *n.* 36.
*& ſeq. lib.* 1. Surd. *conſil.* 552. *n.* 49. *lib.* 4. pulchrè Rota
apud Farinac. *deciſ. nouiſſ.* 145. *n.* 15. *p.* 1. vbi vide, &c.
Ergo, &c.

Quintò ſimiliter inualida eſt legitimatio dictorum
Protonotariorum, & nihil prodeſt dicto D. Gabrieli fi-
lio Sacerdotis ſpurio, ſtante Bulla Prædicta Pij V. quæ
irritat legitimationes quaſcumque, & contra quam dicti
Protonotarij non poſſunt legitimare, ſeu habilitare,
quia ei derogare non poſſunt, vt videre eſt in Bulla
Sixti V. P. M. dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno 59
Domini 1586. Nonis Februar. *in verſ. Cum ſpuriis*, de
quo Laërt. Cherubin. *in ſuo Bullario*, *tom.* 2. *fol.* 503.
*&* 504. vbi leguntur priuilegia dictorum Protonotario-
rum, & inter cætera Pontifex eis concedit, vt poſſint
ſpurios, & baſtardos legitimare, citra tamen deroga-
tionem Conſtitutionis Pij Papæ V. in illegitimos ema-
natæ, vt latiùs in ea. Si ergo dicti Protonotarij legiti-
mando non poſſunt derogare dictæ Bullæ Pij V. ſequi-
tur, quod illa firma remaneat in ſuo vigore contra di-
ctum ſpurium; quæ dum excludit filios Presbyterorum
etiam legitimatos à ſucceſſione parentum, reddit di-
ctum D. Gabrielem incapacem hæreditatis peternæ, ex
iis, quæ ſuprà diximus.

Cùm ergo facultas legitimandi pendeat à priuilegio
legitimanti conceſſo, vt per Giouagn. *conſ.* 30. *n.* 2. *lib.* 1. 60
neceſſe eſt, quod exhibeatur in forma authentica, vt
inquit Lup. *dict. tract. de illegitim. comm.* 3. §. 1. *num.* 31.
quod hîc factum non eſt, & ſi fiat, cùm vires habeat in
dicta conſtitutione Sixti V. apparebit eos non potuiſſe
legitimare ſpurium filium Sacerdotis ad hæreditatem 61
paternam, quia legitimans non poteſt plus concedere
legitimato, quàm ſit in ſuis facultatibus, vt poſt Soc.
Iun. *conſ.* 120. *ſub num.* 20. *lib.* 2. Larrea *nouarum deciſ.*
*Granatenſ. diſput.* 8. *n.* 35. Ludouiſ. *deciſ.* 135. *n.* 3.

Sextò, & vltimò reſpondetur dictas legitimationes,
tam ſæculares, quàm Eccleſiaſticas nihil prodeſſe prædi-
cto D. Gabrieli ad conſequendum dictum iuſpatronatus,
quia in erectione dicti beneficij ab Ordinario factæ, quę
ſola attendenda eſt, vt vidimus, illud fuit reſeruatum
dicto D. Ioan. Baptiſtæ Degano, ſeu Buſſulo, & anti-
quiori ex filiis, & deſcendentibus ſuis maſculis legiti-
mis, & naturalibus ex eo legitimè deſcendentibus; ſub
quibus verbis excluduntur penitus naturales legitimati
per reſcriptum, ſeu gratiam Principis, quia non ſunt le-
gitimè nati, nec legitimè deſcendentes, etiamſi prægnan-
ter legitimati fuerint, vt tradunt Bald. *in l. Gallus*, §. *ſi* 62
*eius*, vbi Ang. Aret. Imol. *in fin.* Socin. *n.* 6. *verſ. tertius*,
Brun. *n.* 34. *ff. de liber. & poſthum.* Bero. *conſil.* 170. *n.* 16.
*lib.* 2. Ceph. *conſilio* 276. *n.* 9. Decian. *conſilio* 42. *n.* 27.
*libro* 1. Menoch. *conſilio* 173. *n.* 71. Surd. *conſ.* 456. *n.* 9.
Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 10. *n.* 23. Intrigl.
*de ſubſt. cent. tertia*, *quæſt.* 65. *num.* 42. latiſſimè Fuſar. *de*
*ſubſtit. quæſt.* 408. *n.* 71. infinitos congerit Tuſch. *pract.*
*concluſ. littera L*, *concluſ.* 138. *n.* 34. pulchrè Laderch.
*conſ.* 23. *n.* 23. Roſental. *tract. de feud. cap.* 7. *concluſ. decima-*
*nona*, *n.* 31. Cald. *de iur. emph. lib.* 2. *quæſt. vigeſimapri-*
*ma*, *numero quadrageſimo quarto*, latè Cyriac. *contr.* 21.
*numer.* 14. *libro* 1. vbi voluit, quod nec Princeps poſ-
ſit aliter legitimando facere, & fusè etiam Lup. *d. tract.*
*de*



*de illegitim. & nat. reſt. comm.* 3. §. 2. *num.* 18. vbi docet
idem eſſe, etiamſi legitimatio eſſet in ampliſſima forma,
63 & diceret, habendum eſſe, ac ſi eſſet de legitimo matri-
monio natus, quia adhuc in terminis noſtris excluditur
legitimatus, quia pugnat cum voluntate teſtatoris, qui
voluit comprehendere illos ſolùm, qui procedunt ex legi-
timis nuptiis, vt per Cald. *de iur. emphyt. d. lib.* 2. *quæſt.* 21.
*num.* 44. *verſ. quoad ea.*

Nec dicas caſum noſtrum eſſe diuerſum, cùm in ere-
ctione dicti beneficij vocentur legitimè deſcendentes,
64 non autem legitimè nati, quia reſpondetur hæc paria
eſſe, & in nullo differre. Mantic. *de coniectur. vlt. vol. lib.* 11.
*titulo* 10. *num.* 24. *verſ. quin etiam*, Ruſtic. *in l. cùm auus*,
*lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 175. *de condit. & demonſtr.* Fuſar. *de ſub-*
*ſtitut. quæſt.* 408. *num.* 71. *ad fin.* Roſental. *de feud. cap.* 7.
*concluſ.* 17. *num.* 31. vbi alios allegat. Ergo ſequitur inua-
lidas eſſe dictas legitimationes, & nihil prodeſſe dicto
D. Gabrieli; nec mirum, quia legitimationes per reſcri-
65 ptum ſunt odioſæ, vt per Gratian. *diſc.* 653. *num.* 23. & ideò
facilè ſubuertuntur. Lup. *d. tract. de illeg. & nat. reſtit.*
*comm.* 3. §. 2. *num.* 68.

Cùm igitur dictus D. Gabriel non poſſit eſſe hæres
dicti R. D Nicolai eius patris, nec appareat alium fore
66 hæredem, qui in termino præſentauerit ad dictum bene-
ficium ſic vacans, potuit Epiſcopus tranſacto quadri-
meſtri illud mihi conferre, tam iure deuolutionis, ad tex-
tum *in cap.* 2. vbi DD. *de conceſſ. præbend* & *cap. licèt*, *de ſup-*
*plend. negl. Prælat.* Garc. *de benef. par.* 10. *cap.* 2. *&* 3. Barboſ.
*de off. Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 72. *num.* 168. 169. vbi dicit
67 etiam, quod facta collatione per Epiſcopum patronus
non poteſt moram purgare, Viuian. *de iurepatron. part.* 3.
*lib.* 14. *cap.* 6. *num.* 1. & *num.* 17. quàm ratione lineæ finitæ,
& iuriſpatronatus extincti, quia linea finita, & patrono
68 defuncto ſine hærede, Eccleſia patronata fit libera ex-
cluſo etiam fiſco, qui vltimo loco ſuccedere ſolet, & ſic
iuſpatronatus moritur, & extinguitur, ad tradita per Lam-
bert. *de iurepatr. lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2. *princ. art.* 40. *num.* 2. *&*
*per totum*, Roch. *eod. tract. in verb. ipſe vel is*, *quæſt.* 33. *in fin.*
Gemin. *conſil.* 45. *in* 3. *dub.* Card. *conſil.* 48. *in primo dubio*,
69 Viuian. *de iurepatr. part.* 3. *lib.* 15. *cap.* 1. *num.* 16. Monet. *de*
*commut. vlt. vol. cap.* 11. *num.* 137. pulchrè Barboſ. *tract. de*
*vniuerſ. iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 258. vbi dicit, quod
iuſpatronatus perditur per defectum, aut extinctionem
lineæ, & ſucceſſorum in cognitione inſtitutorum, & be-
neficium conſequitur libertatem: ergo ſicut dictus D.
Gabriel nullum ius habet in dicto iurepatronatus, ſic
neque in dicto beneficio prædictus R. D. Carolus Scaiola
70 ab eo præſentatus, quia nemo dat quod non habet, ad
textum *in l. ſi filius*, *Cod. de donat. l. obſeruare*, *in fin. ff. de*
*off. Proconſ.*

Idque comprobatur optimo ſimili, ſiquidem certum
eſt valere argumentum à feudo, & maioratu ad iuſpa-
tronatus in modo ſuccedendi, quia vtrumque eſt ius ho-
norificum, vt tradunt Card. *in Clem. plures*, *in princ. num.* 8.
71 *in fin. de iurepatr.* Decian. *conſil.* 32. *num.* 20. *lib.* 1. Gratian.
*diſc.* 521. *num.* 32. Coccin. *deciſ.* 232. *num.* 4. vbi ait, quod
materia iuriſpatronatus regulatur ſecundùm terminos
feudi, & emphyteuſis, & ad rem facit Garc. *de benef. nu-*
*mero* 7. *cap.* 15. *num.* 45. & *num.* 51. vbi in materia ſucceſſio-
nis parificat maioratum, & iuſpatronatus; ſed ſic eſt,
72 quod in feudis finita acquirentis linea legitima, ab eo de-
ſcendens feudum aperitur domino, ad quem liberè re-
73 uertitur, excluſo fiſco, per textum *in cap.* 1. *de ſucceſſ.*
*frat. & grad. ſucceſſ.* & *cap.* 1. *de fratr. de nou. benef. inueſt.*
*in vſibus feud.* latè Roſental. *in tract. de feud. cap.* 7. *con-*
*cluſ.* 60. *num.* 20. vbi gloſ. *in littera L*, plurimos congerit,
quod adeò verum eſt, vt tali caſu feudum non tranſeat
74 ad filios naturales, etiamſi eſſent ſimpliciter legitimati,
vt per eundem Roſental. *d. cap.* 7. *concluſ.* 19. *num.* 1. 2. 6.
Schrader. *de feud. part.* 7. *cap.* 5. *num.* 20. ergo idem dicen-
dum eſt in iurepatronatu, vt finita legitimâ patroni li-
neâ penitus extinguatur, & Eccleſia acquirat liberta-
tem; quod ſatis eſt ad excludendum prædictos DD. Ca-
rolum, & Gabrielem, cùm non extet legitimus hæres,
qui ſuccedere poſſit in dicto patronatu.

Neque dicatur præfatum D. Gabrielem eſſe capacem
hæreditatis paternæ, etiam ex ſola legitimatione Princi-
pis ſæcularis, qui poteſt legitimare ſpurios, etiam filios
ſacerdotis ad bona patrimonialia, & quæ non ſunt ac-
quiſita ex bonis, & fructibus Eccleſiæ, quia Bulla prædi-
cta Pij V. non habet locum quoad bona patrimonialia, &
temporalia extra ſtatum, & dominium temporale
Eccleſiæ exiſtentia, vt per Nauar. *conſ.* 5. *de teſtam. num.* 6. 75
*&* 7. *lib.* 3. *fol.* 456. *in vltima impreſſione*, Quarant. *in ſumm.*
*Bullarij*, *in verb. illegitimi*, *verſ. item declaratur*, *fol.* 289.
Lup *in tract. de illegitim. & natural. reſtit. comm.* 3. §. 3.
*num.* 44. *in fin.* Burſat. *conſil.* 255. *num.* 15. Menoch. *con-*
*ſil.* 827. *num.* 26. *& ſeqq.* pulchrè Cyriac. *controu. forenſ.*
436. & 472. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 3. vbi licèt dicat dubitare de
hac declaratione, quia militat ratio ſcandali, tamen con-
cludit magnam eſſe Nauarræ auctoritatem; & ego quo-
que ſentio veram eſſe hanc declarationem, quia non eſt
veriſimile Pontificem voluiſſe ponere manum ad bona
laicalia in alieno ſtatu exiſtentia in caſu, in quo ampliùs
non ſpectant ad perſonam Eccleſiaſticam.

Verùm id nihil nocet prædictis; tum quia bona dicti
R. D. Nicolai pro maiori parte fuerunt acquiſita ex red-
ditibus Eccleſiaſticis: tum quia etiamſi ſuccederet dictus
D. Gabriel dicto eius patri in bonis patrimonialibus,
non tamen ſuccedit in dicto iurepatronatu dependente
ab Eccleſia, & obnoxio rebus Eccleſiaſticis, quia adhuc
obſtat dicta Bulla: vt per Rot. *diuerſ. deciſ.* 214. *ſub num.* 1.
*part.* 2. Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 96. *ſub num.* 4. & *conſil.* 511.
*num.* 7. *volum. ſexto*, Cyriac. *controuerſ.* 472. *numero* 19.
*lib.* 3. & ſic perſiſto in ſententia, quod dictus D. Gabriel 76
excludendus ſit vnà cum dicto R. D. Carolo. Et ita, &c.
ſaluo, &c. Et occaſione alterius beneficij, quod pariter
dictus D. Gabriel prætendebat eſſe ſui iuriſpatronatus
in fortioribus vocando deſcendentes per verba natura-
lia, fuit articulus propoſitus in Rota, & reſolutus vt
infrà.

## DECISIO S. R. ROMANÆ.

### Regienſis iuriſpatronatus.

*CORAM.*

R. P. D. PANCIROLO.

*Veneris* 18. *Martij*, 1639.

IN teſtamento Guidi de Gibellinis condito de anno
1467. inter cætera ordinatum legitur quod in Eccle-
ſia Parochiali S. Stephani Ciuitatis Regij fundari debe-
ret beneficium ſimplex ſub inuocatione S. Iacobi, illiuſ-
que patronos eſſe voluit Antonium de Gibellinis, aliàs
de Platea, ac Antonium Deganum: poſt ipſorum verò
mortem patronatum deferri voluit in ipſorum deſcen-
dentes in ſtirpes, & non in capita, quibus deficientibus
vocauit Poteſtatem, & Conſules, qui pro tempore fuiſ-
ſent artis Ferrariorum eiuſdem Ciuitatis.

Cùm autem de anno 1637. ex hac vita migraſſet Ni-
colaus Buſſolus de Deganis, vltimus dicti beneficij patro-
nus, & poſſeſſor, relicto ſibi hærede Gabriele filio nato,
dum ipſe Nicolaus pater erat iam Sacerdos, & ex mulie-
re ſoluta, cœpit dictus Gabriel prætendere patronatum ad
ſe ſpectare, cùm ipſe deſcendat à Nicolao, qui fuit vltimus
dicti beneficij patronus; & propterea præſentauit Alexan-
drum Brameum; è contra verò poteſtas, & Conſules Fer-
rariorum prætendentes Gabrieli nullum ius competere,
quinimò per obitum Nicolai ipſos eſſe vocatos ad iuſ-
patronatus, præſentarunt ad illud Alphonſum Botto-
num; quapropter orta lite inter eos coram Ordinario

Regienſi, Brameum putatum à Gabriele eſſe inſtituen-
dum, concluſum fuit; ea verò per appellationem ad
Rotam delata dubitaui an iuſpatronatus ſpectaret ad Ga-
brielem, vel potiùs ad Poteſtatem, & Conſules: & poſt
binam cauſæ propoſitionem, tandem hodie ad Poteſta-
tem, & Conſules ſpectare reſponſum fuit; licèt enim
vera ſit concluſio, quod quando iuſpatronatus eſt reli-
77 ctum deſcendentibus, & ſic per verba naturalia, non au-
tem ciuilia, dicuntur ad illud vocari etiam illegitimi, vt
tradit Roch. de iurepatr. verb. competens, n. 9. & 10. Lam-
bert. eod. tract. lib. 1. p. 2. q. 2. art. 26. in fine, Nauar. conſ. 4.
n. 1. & 2. tit. de iurepatr. Gonz. ſuper reg. 8. gloſ. 5. num. 119.
Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 11. n. 146. Viu. deciſ. 134. n. 6.
Rot. in rec. dec. 126. n. 1. & ſeq. p. 1. confirmata ſub die 23.
Ianuarij coram Excellentiſſimo D. Card. Pamph. impreſſa
per modernum Piſan. de iurepatr. lib. 4. cap. 2. & in Pampi-
lonenſ. Capellania, 6. Nouemb. 1617. & 16. Feb. 1618. & 25.
Febr. 1619. coram Pirou. poſteà confirmata coram Rembol-
do inter impreſſ. poſt d. tract. de iurepatr. deciſ. 45. n. 2. atta-
78 men DD. viſum eſt concluſionem præſentatam procedere
in filio naturali tantùm, non autem in filio nato ex dam-
79 nato coïtu; cùm enim tales filij odioſiſſimi ſint, Iaſ. conſ.
102. n. 8. lib. 4. Grat. conſ. vlt. n. 45. lib. 1. & conſ. 62. n. 11. lib. 2.
Petr. de fideic. q. 11. n. 393. & ſeq. non continentur ſub li-
berorum, vel deſcendentiũ nomine, ex quo filij non me-
80 rentur appellari, auth. licèt, C. de natural. lib. Dec. in c. in
præſentia, n. 33. de probat. Ceph. conſ. 591. n. 9. in fine, & ſeqq.
Purpur. conſ. 269. n. 2. Honded. conſ. 95. n. 53. Peregr. de fi-
deic. art. 22. n. 8. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 11. n. 148. Vnde
dum Epiſcopus per conſenſum præſtitit fundamentum,
dicendum eſt, quod ſub nomine deſcendentium ſolùm
81 voluerit intelligere perſonas capaces iuriſpatronatus,
quod cùm ſit honor & præeminentia in Eccleſia Dei, il-
lud nullo modo congruit ſpuriis, quorum perſonæ vt in-
honeſtæ non ſunt vocandæ in ſuperiorem locum Eccle-
ſiaſticum, vt plenè deducit Bald. conſ. 373. num. 4. verſ. ſed
reſpondetur, paulò poſt med. lib 1. vbi etiam ſubdit, turpe
eſſe in Eccleſia Dei habere ſpurium ſupra verticem, & in
loco honeſto inhoneſtas vocare perſonas.

Præſertim cùm Gabriel non ſolùm ſit natus ex patro-
no Sacerdote, ſed etiam iſtius beneficij Rectore, nec
82 fundator vnquam de ſpuriis loquutus ſit, vt videtur
ponderare Rot. d. deciſ. 499. n. 4. & deciſ. 542. n. 1. & 2. p. 1.
rec. ne aliàs dicatur fundatorem inuitaſſe Clericos ad ſo-
bolem procreandam.

Vltrà quod etiam ponderabatur, quod cùm adſit ſub-
ſtitutus, quales ſunt Conſules artis fabrorum, Gabriel
vti ſpurius non facit deficere conditionem deficientiæ
83 deſcendentiæ ad excluſionem ſubſtituti, vt tradit Bart.
in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, n. 3. verſ. quæro quid de ſpurio
etiam, vbi Alex. n. 7. Rip. n. 49. ff. ad Trebell. Cephal.
conſ. 591. n. 11. Oddus conſ. 66. n. 10. Honded. conſ. 64. n. 51.
lib. 1. cum aliis per Fuſar. de ſubſtit. q. 405. n. 1. Rota deciſ.
145. n. 11. p. 1. rec.

Præterea principaliter dicebatur Gabrielem non pro-
bare ſe eſſe filium Nicolai, quod tamen tenetur conti-
84 nenter probare tanquam fundamentum ſuæ intentionis.
Pariſ. conſ. 12. n. 240. lib. 2. Burſat. conſ. 88. num. 5. Gregor.
deciſ. 223. n. 2.

Quod enim pertinet ad tractatum, ac nominationem
Nicolai patris, non videtur attendendum, quia pater no-
85 minando, & tractando aliquem pro filio, non poteſt ter-
tio nocere. Iaſ. conſ. 106. lib. 1. Grat. conſ. vlt. n. 44. lib. 1. &
conſ. 158. n. 7. & 8. lib. 2. Natt. conſ. 473. n. 24. Menoch. de
arbitr. caſ. 89. n. 83. Petr. de fideic. q. 11. n. 302. Mantic. de
coniect. lib. 10. tit. 12. n. 11. Seraphin. deciſ. 1081. n. 2. præ-
ſertim quando materia eſt ſuſpecta, & filius prætendit
ſe eſſe natum ex damnato coïtu, vt eſt in caſu noſtro,
nam tunc cùm præſumptio ſit in contrarium, requiri-
86 tur fortior probatio, & ea quæ deducitur eſt magis ſu-
ſpecta. Cephal. conſ. 82. n. 55. Caputaq. deciſ. 210. p. 2. &
fuit reſolutum in Veneta illegitimitatis, 16. Nouembris
1607. coram bon. mem. Peña, impreſſa poſt 2. vol. conſ.
Farin. conſ. 444. n. 10. & 11.

Et quamvis ad hoc probandum adducantur teſtes, ni-
hil tamen probant: Primus enim dicit ſe nolle aſſerere,
quod Gabriel eſſet filius Nicolai, quia hoc ſcire non po- 87
teſt, nec vnquam audiuit, quod Nicolaus vocarit Ga-
brielem in filium, ſed ſolùm poteſt deponere quod Nico-
laus Gabrielem alebat, & veſtiebat; & paulò inferiùs ex-
preſsè dicit, ſe nunquam crèdidiſſe, quod Gabriel eſſet
filius Nicolai, quia nihil vidit circa hoc. Rota deciſ. 202.
n. 11. & deciſ. 389. n. 12. p. 5. in rec.

Secundus verò teſtis eſt mulier, quæ dicit ſe nunquam
vidiſſe, quod inter Nicolaum, & Catherinam interfue-
rit aliquis actus inhoneſtus, & ſi aliqui inter prædictos
interceſſerunt, neceſſe eſt, quod clam facti fuerint; &
ideò nihil certi deponit, vltra quod in ſua depoſitione
apparet valdè affectata, dum dicit Nicolaum ſibi facere 88
voluiſſe aliquem in hæredem, & hoc benè feciſſe; &
eſt famula ipſius Gabrielis ab eodem ſalariata, & ſic nihil
probat. Pariſ. conſ. 67. n. 81. lib. 3. Ioan. de Amic. conſ. 196.
n. 15. Bertaz. conſ. 478. n. 3.

Remanet vltimus teſtis, qui eſt vnicus, & nihil certi
concludit, & omnes apparent ſingulares. Ita vt filiatio- 89
nem non probent. Alex. conſ. 74. n. 1. lib. 2. Soc. Iun. conſ.
86. n. 38. lib. 2. Rimin. conſ. 289. n. 8. lib. 2.

Nec viſum eſt fieri poſſe aliquod fundamentum in le-
gitimitatibus: tum quia aſſertio patris in legitimatione 90
non probat filiationem, niſi aliundè iuſtificetur. Barboſ.
conſ. 27. n... lib. 1. Signorol. conſil. 148. n. 1. Pariſ. conſ. 10.
n. 21. & conſ. 12. n. 27. lib. 2. Menoch. conſ. 581. n. 4. conſ. 1012.
n. 38. Fuſar. de ſubſtit. q. 408. n. 180. Tum quia legitimatio
obtenta à Sereniſſimo D. Duce Mutinæ excepit expreſsè
fideicommiſſum, & ſic non præiudicat Poteſtati & Con-
ſulibus, qui vocantur ad patronatum ex fideicommiſſo
fundatoris, vltrà quod talis legitimatio ad effectum ſuc-
cedendi in tale iuſpatronatus poteſt habere ſuas difficul- 91
tates propter ea quæ tradit Bald. in terminis ſpurij legi-
timati ab Imperatore conſ. 373. n. 4. & 5. lib. 1. Tum quia
legitimatio obtenta à DD. Protonotariis Apoſtolicis de
numero participantium non ſuffragatur, quia in ea adeſt
clauſula, abſque præiudicio venientium ab inteſtato, quæ 92
operatur, vt cenſeatur præſeruatum etiam ius venien-
tium in fideicommiſſo. Ang. conſ. 264. n. 1. verſ. ſi autem,
Gabr. conſ. 22. num. 7. lib. 2. Honded. conſ. 64. num. 22. lib. 1.
poſt alios deciſ. 145. in fine, verſ. maximè, p. 1. rec.

Et ita parte vtraque informante.

## DECISIO S. R. ROMANÆ.

### Regienſis iuriſpatronatus.

*9. Decembris, 1641.*

FVit reſolutum eſſe ſtandum in deciſis coram me ſub
die 16. Decembris 1640. ex fundamentis eiuſdem
deciſionis; ibi enim firmatum fuit iuſpatronatus, de
quo agitur, ſpectare ad Poteſtatem, & Conſules artis
fabrorum ferrariorum; non autem ad Gabrielem; quia
Gabriel tanquam filius Sacerdotis, & ſpurius ex damna-
to, & punibili coïtu, non venit comprehenſus ſub ver-
bis naturalis, & ſub nomine deſcendentium, ex præ- 93
ſumpta mente fundatoris. Peregr. de fideicom. art. 22. n. 81.
vbi de communi, & in puncto Lotter. de re benef. lib. 2.
quæſt. 11. n. 148. Rot. deciſ. 99. n. 4. & deciſ. 542. n. 4. part. 1.
recent. & deciſ. 616. num. 5. part. 4. Honded. in terminis
deſcendentium, conſ... num. 33. lib. 2. ex ſententia Capr.
conſ. 108. n. 30. Cyriac. controu. 8. num. 55. cùm huiuſmodi
nati ſint magis odioſi cæteris aliis illegitimis. Eſuan.
Coſt. in cap. ſi pater, p. 2. in verb. bona omnia, num. 13. de 94
teſtam. Peregr. de iure fiſc. lib. 3. tit. 18. num. 33. Sanch. conſ.
moral. lib. 4. cap. 3. dub. 44. adeò vt nec venientes ſub ap-
pellatione



pellatione baſtardorum, iuxta mentem Gabr. conſ. 140.
num. 21. & ſeq. lib. 1. plus quàm extranei ſint. Gomez.
ad l. Thaurinig. ſub n. 5.

Quod in caſu noſtro eò magis videtur admittendum,
ex quo nec præſumi poteſt in fundatore naturalis affectio
erga ſanguinem, ita vt deſcendentes ex damnato coïtu in
patronatum ſuccedere noluerit, quia Gabriel non deſcen-
dit ab ipſo fundatore, ſed à deſcendentibus primò vo-
catis, qui erant extranei, vnde tanquam penitus inco-
96 gniti cenſentur vocati contemplatione parentum. Surd.
conſ. 177. n. 19. & ſeq. & deciſ. 322. n. 48. & ſeq. Cyriac. con-
trou. 8. n. 55. & ſic Gabriel pariter excluditur ab hac ſuc-
ceſſione, nedum ex præſumpta mente fundatoris, ſed
etiam ex diſpoſitione legis prohibentis filio ex damnato
coïtu aliquid relinqui contemplatione patris, & ab ex-
traneo. Dec. conſ. 461. n. 20. Clar. in §. teſtamentum, q. 32.
num. 2. 35. Couar. var. reſolut. lib. 6. tit. de not. & ſpur. reſ. 2.
num. 2. Cyriac. d. controu. 8. n. 9.

Nec contrarium dicunt ex oppoſito allegati. Nam
Bart. in l. pronuntiatio, §. familiæ, ff. de verb. ſignif. & l. tu-
telas, ff. de cap. diminut. Nauar. conſ. 4. de iurepatr. Rota de-
ciſ. 45. num. 3. & 4. poſt Viuian. de iurepatr. deciſ. 571. n. 3.
97 part. 7. rec. firmant ſolùm, quod ſpurij veniunt appella-
tione deſcendentium, vel conſanguineorum, ſed non
tanquam orti de illegitimis ex damnato, & punibili coïtu,
& licèt in his terminis loquatur deciſio 530. part. 3. rec.
fuit tamen animaduerſum, quod ibi erant non deſcen-
dentes, aut conſanguinei, ſed hæredes Nicolai Gogo,
vt patet ex num. 1. ibi: Ac vltimo loco Nicolaus Gogo, &
eius hæredes: quod verbum latiùs ſe habet quàm verbum
deſcendentes.

Nec aliquid operantur legitimationes, quia communi-
ter fideicommiſſa non releuant, dum in legitimatione
obtenta à Sereniſſ. Duce Mutinæ expreſsè fideicom-
miſſa excluduntur, & in alia Vener. Collegij Protono-
tariorum de numero participantium adeſt clauſula, ſine
98 præiudicio venientium ab inteſtato, quæ par ius venientium
ex fideicommiſſo præſeruat. Arg. conſ. 264. num. 1. verſ.
ſi autem, Gabr. conſ. 22. num. 7. lib. 2. Capyc. deciſ. 22. n. 2.
Giouagn. conſ. 96. n. 6. lib. 1. Rot. deciſ. 145. in fin. verſ. maxi-
mè, p. 1. rec.

Præterea cùm Gabriel ſit filius Sacerdotis, qui dum
vixit fuit patronus beneficij, & eius poſſeſſor, viſus fuit
99 multò minùs admittendus, per ea quæ ponderauit Rota
in deciſ. 499. & deciſ. 542. num. 1. part. 1. rec. nimirum ne
fundator dicatur inuitaſſe Clericos ad ſobolem procrean-
dam.

Et ita vtraque, &c.

---

# CAPVT CLXXIII.

## EPITOME.

Emptor re vendita ſibi euicta ex cauſa fideicom-
miſſi, an poſſit agere contra venditorem, non
ſolùm ad pretium, ſed etiam ad damna, & in-
tereſſe; & quando.

### SVMMARIVM.

1 *Emptor re vendita ſibi euicta regulariter agit ad damna, & intereſſe.*
2 *Damna ſtipulata debentur.*
3 *Diuiſa re euicta agitur ad intereſſe.*
4 *Diuiſio habet vim emptionis.*
5 *Euicta re vendita ex cauſa fideicommiſſi, an agatur ad intereſſe.*
6 *Euictio in diuiſione quomodo debeatur eueniente caſu fideicommiſſi.*



7 *Damna, & intereſſe quando debeantur euicta re ex cauſa fideicommiſſi.*
8 *Emptor ſciens qualitatem rei, ſibi imputet.*
9 *Scientia fideicommiſſi præſumitur facta illius mentione.*
10 *Scientia poſtulatur coniecturis.*
11 *Melioramenta, & damna quando debeantur re euicta.*
12 *Damna debentur, quando ſunt ſtipulata, etiamſi aliàs non deberentur.*
13 *Pretium ſolum reſtituitur re euicta ex cauſa fideicommiſſi, data ſcientia.*
14 *Diſpoſitioni* l. fin. §. empt. C. commun. de legat. *non poteſt renuntiari.*
15 *Iuramentum nihil operatur in iis, quæ non pendent à voluntate iurantis.*
16 *Clauſula,* Pro iurato, *ſeu,* ſincerè, *quando nihil operetur.*
17 *Euictio non dicitur ſequuta, niſi facta reali executione.*
18 *Intereſſe quomodo debeat probari.*
19 *Intereſſe debet liquidari.*
20 *Damnum emergens quomodo probetur.*
21 *Euicta re venditor tenetur ad intereſſe extrinſecum, non extrinſecum.*

### Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa Carpenſi damnorum, & intereſſe, in qua per-
illuſtr. D. Eques Bruſatus prætendit à perilluſtr. D.
Hyppolita Pia de Rubeis non ſolùm pretium prædij ab
eo euicti per D. Galaſſium Rubeum occaſione fideicom-
miſſi fundati à D. Ioan. Marco Rubeo, de anno 1572. ſed
etiam omnia damna, & intereſſe occaſione cenſuum, &
augmenti monetarum per eum paſſa, & patienda ad
formam inſtrumenti inter eos celebrati ſub die 9. Ianu.
1626. vbi per ſolemnem ſtipulationem, & pacta ſpecia-
lia dictus D. Eques tam ſuo nomine, quàm eius filio-
rum ſuæ prouidit indemnitati, ego cenſeo in nihilo ob-
ſtare dictæ D. Hyppolitæ motiuata contra eam, non mi-
nùs doctè, quàm ſubtiliter; & ſimiliter ſcripta per D.
Conſulentem.

Nam licèt verum ſit, quod re vendita, & legitimè
euicta, liceat emptori agere contra venditorem de eui-
ctione, non ſolùm vt pretium reſtituat, ſed etiam vt om-
nia damna, & intereſſe refundat, vt probatur ex textu 1
in leg. non dubitatur, leg. ſi cùm 9. C. de euict. leg. tene-
tur, §. ſi tibi, & §. vlt. ff. de act. empt. leg. venditur, &
leg. euicta, ff. de euict. maximè cùm ſtipulata ſint am- 2
pliſſimè in dicto inſtrumento, ex leg. apud Celſum, 4. §.
item Labeo ff. de dol. except. quod procedit etiam in diui- 3
ſione, Tuſch. littera E, concl. 354. num. 10. 11. Giouagnon.
conſil. 100. num 82. lib. 2. quia diuiſio habet vim emptio-
nis. Tuſch. littera D, concl. 521. num. 10. Hæc tamen re-
gula frequentiſſimè fallit, adeò vt quadraginta fallentias 4
adduxerit Matth. de Afflict. in tractat. de feud. in rub.
quibus mod. feud. amitt. §. rurſus, n. 16. & pluries Cabalin.
de euict. §. 5. n. 3.

Ideò in caſu noſtro habemus optimam fallentiam, quæ
ex ſe ſufficiens eſt ad tollenda omnia dubia, & omnes
ambiguitates, adeò vt ſingulis non ſit neceſſe reſponde-
re. Etenim quandocumque ſequitur euictio ſine culpa
venditoris vigore alicuius fideicommiſſi purificati, vel
purificandi, cuius prætenſio, & petitio cognita erat
emptori, vt hîc, vbi etiam in dicto inſtrumento dicitur,
quod imminebat euictio in limine contractus; tunc
etiamſi emptor expreſsè ſtipulatus ſit ſibi euictionem
vnà cum damnis, & intereſſe, vel aliis pœnis, adhuc
tamen conſequi non poteſt re euicta niſi pretij reſtitu- 5
tionem, & nihil aliud directè, vel indirectè, etiam
melioramenta: ſic probat textus in l. fin. §. emptor. vbi gl.
in verb. dupla, & Petr. in fin. verſ. dicit, Butrig. verſ.
oppono, Cyn. num. 1. Fab. num. 10. Alber. ſub num. 10.
Bart. Bald. Angel. Fulgoſ. Salic. & Caſtr. numer. 9.
Iaſ. num. 1. 2. C. commun. de legat. Corn. conſil. 2. num. 5.
lib. 3. Cuman. conſ. 33. num. 1. & conſ. 170. num. 4. Ruin.

*conſ.*146.*num.*4.*verſ. & vbi, lib.*1. Couar. *var. reſol. lib.*3.
*cap.*17. *ſub num.*1. Surd. *deciſ.*208. *n.*1.3.4.5. & meliùs
*deciſ.*243.*n.*2. *& per totam*, vbi *in fin.* teſtatur ita in Se-
natu fuiſſe reſolutum: pulchrè, & latiſſimè Cyriac. *con-
trou.*232.*num.*12. *& per totam, lib.*2. vbi reſpondet ad
omnia, quæ poſſunt in contrarium adduci, & in fine di-
cit ita fuiſſe iudicatum. Mangil. *de euiction. q.*106.*n.*35.
poſt hæc ſcripta viſus. Et hæc adeò vera ſunt, vt in caſu
noſtro, vbi agitur de diuiſione, veriſſima ſint, vt dictus
6 D. Eques nec poſſet ad pretij reſtitutionem agere, niſi
hoc ſtipulatus fuiſſet, ſtante notitia dicti fideicommiſſi,
vt per Peregr. *de fideicomm. art.*52. *num.*58. *verſ. Tertius*,
Gratian. *diſc.*233.*n.*15.

Nec prædictis obſtat, quod Surd. *d. deciſ.*208. poſteà
dicat Senatum iudicaſſe, deberi etiam damna, & intereſſe
illi emptori, de quo quærebatur, ſequuta euictione, quia
dicit etiam rationes ſpeciales in illo caſu, quibus Senatus
fuit motus, quæ hîc non verificantur, & fuerunt tres,
7 ſcilicet prima, quia venditor promiſerat fideicommiſſa-
rium rem ratam habiturum: ſecunda, quia res euicta non
erat illamet, quæ fideicommiſſo fuerat obnoxia, ſed
cum ea permutata: tertia quia culpâ venditorum res
vendita fuit euicta, vt videre eſt apud Surd. *dict. deciſ.*208.
*num.*6.7.12.16. in noſtro autem caſu nihil horum con-
currit, & ideò recurrendum eſt ad aliam deciſionem
Surd.243. *n.*2.5.6. & meliùs ad Cyriac. *dict. controu.*232.
vbi omnia reſoluit, & probat in caſu noſtro euictionis
propter fideicommiſſum non dari regreſſum, niſi ad re-
cuperationem pretij, data ſcientia fideicommiſſi, adeò
vt excludatur prætenſio damnorum, & intereſſe ſtipula-
8 torum; debet enim dictus D. Eques ſciens rei qualitatem
ſibi imputare quare illam acceperit, vt inquit Gratian.
*diſc.*233.*num.*15.

Hîc autem non licet dubitare, quin dictus D. Eques
habuerit notitiam dicti fideicommiſſi, quia tempore
contractus cum eo iam fuerat lis inchoata, & conteſtata,
vt legitur in proceſſu, & in dicto inſtrumento, cùm fe-
cerit mentionem dicti fideicommiſſi; immò dixerit im-
minere euictionem in limine contractus, & ideò ſtipula-
tus ſit ſibi euictionem eueniente illius caſu, & propterea
9 præſumitur illius notitiam habuiſſe. Giouagn. *conſ.* 100.
*num.*33. *lib.*1. Cyriac. *contr.*372. *num.*55. *lib.*2. & cùm
ſcientia ex coniecturis probetur, quæ hîc variæ poſſunt
10 conſiderari ex litis intimatione, & ſcripturis productis
per dictum D. Gallaſſium contra dictum D. Equitem, ſa-
tis iuſtificata cenſetur, ex traditis per Giouagn. *conſil.*43.
*num.* 30. *& ſeqq. lib.*2. Farinac. *deciſ. poſth.*14. *num.*4.5.
*lib.*2. & ex reuolutione proceſſus cauſæ principalis ſa-
tis apparebit dictum D. Equitem habuiſſe ſcientiam di-
cti fideicommiſſi, & licèt fortè non crederet ſibi euen-
turum, quod euenit, tamen faſſus eſt litium euentus
eſſe incertos, & ſic putauit ſibi prouidendum, & con-
ſulendum eſſe per ſtipulationem euictionis damnorum,
& intereſſe, quæ tamen nihil prodeſt, quia lex ſtatuit,
quid agendum ſit, & partes nihil vlteriùs poſſunt, vt
per Surd. *dict. deciſ.*243. *in fin.* ideò hîc plura non incul-
cabo.

Nec obſtat, quod textus *in d.* §. *emptor*, non loquatur
expreſsè, quando ſtipulatum fuit de damnis, & inte-
reſſe, quoniam verius eſt ſtipulationem huiuſmodi pro-
priè comprehendi in dicta diſpoſitione; vbi reiicit ſti-
pulationem euictionis, & duplæ, ac melioramentorum,
& decernit quod emptori debeat ſufficere, ſi pro pretio,
11 quod dedit, ipſi ſatisfiat, vnde prohibet etiam recupe-
rationem melioramentorum, quæ tamen faciliùs vide-
batur concedenda, provt ad hæc plenè reſpondet Cy-
riac. *d. controu.* 232. *num.*15. 16. 17. 18. 19. 20. *part.*2.
vbi pulchrè tollit hoc motiuum. Mangil. *dict. quæſt.*106.
*num.*36.

Et ſimiliter non obſtat, quod damna, & intereſſe de-
beantur eo etiam in caſu, in quo aliàs non deberentur,
12 quando emptor ea ſibi ſtipulatus eſt, ex Surd. *conſ.*442.
*num.*12. *& num.*25. Nam reſpondetur hæc poſſe proce-
dere in aliis caſibus, non autem locum habere quando
euictio ſequitur ratione fideicommiſſi, cuius ille noti-
tiam habuit; tunc enim ſtipulando etiam expreſsè dam- 13
na, & intereſſe verbis quoque prægnantibus, nihil agit,
quia debet eſſe contentus repetitione pretij, quod etiam
ſummo iure debebat amittere; & propterea nihil aliud
directè, vel indirectè conſequi poteſt, expreſsâ proui-
ſione contra legis diſpoſitionem nihil proficiente, vt
dicunt Gottofred. & omnes DD. *in d. l. fin.* §. *emptor,
C. communia de legat.* Cabalin. *de euiction.* §.5. *num.*32.
pulchrè Cyriac. *d. contr.*232, *num.*17.18.19.28.29. *lib.*2.
vbi ſatisfacit.

Et hæc adeò vera ſunt, vt nec partes poſſint huic di-
ſpoſitioni renuntiare, quia faciunt contra ius publicum. 14
Bald. *in d.* §. *emptor*, *num.*3. vbi etiam Alber. & Surd.
*deciſ.*243. *ſub n.*8. Cyriac. *d. contr.*232.*num.*20. *ad fin.* &
*num.*31. imò nec validam reddunt ſuam obligationem,
accedente iuramento, quia illud non operatur in iis, quæ
non pendent à poteſtate iurantis, ad textum *in leg. nam* 15
*& poſtea*, §. *fin. de iureiur.* Alciat. *conſil.*167.*n.*8. Cephal.
*conſ.*101. *in fin.* Tiraq. *in leg. ſi vnquam, in præfat. n.*92.
& *num.*164. *C. de reuoc. donat.* & in terminis Surd. *dict.
deciſ.*208.*num.*4.5. & *deciſ.*243.*ſub num.*8.9. Cyriac. *dict.
controu.*232.*num.*31. Mangil. *de euiction. quæſt.*106. *n.*37.
& multò minùs operabitur clauſula, *Pro iurato*, ſeu *Sin-
cerè*, quæ ſolet habere vim iuramenti, quia vbi iura-
mentum non validat contractum, ſed ſeruatur ob periu- 16
rij metum, tunc talis clauſula nihil releuat, quin
actus poſſit impugnari. Surd. *d. deciſ.*208.*num.*5. Cyriac.
*d. contr.*232.*n.*32.

Hæc quidem ſufficere debent ad tollenda quæcumque
motiua, quia in noſtro caſu ſi dictus D. Eques vigore
dicti §. *Emptor*, non poteſt conſequi, niſi ſolum pre-
tium ab eo ſolutum, fruſtrà quærimus, an dicta D. Hyp-
polita teneatur ad damna, & intereſſe, tamen quædam
alia ex abundanti addere poſſumus. Et primò non ſatis
conſtare, veniſſe caſum euictionis prætenſæ, quia non
ſufficit oſtendere ſententias condemnatorias, ſed requi-
ritur etiam, quod fuerint executioni demandatæ, &
prædium fuerit emptori cum effectu ablatum, quia ante 17
executionem realem ſententiarum res non dicitur euicta,
ad textum *in l.*4. *in princ. cum ibi not. ff. de act. empt. l. ſi
ſeruus venditus, verſ. vnde, & l. habere licere, ff. de eui-
ction. leg. qui rem, C. eod.* gloſſa *in l. at qui natura*, §. *cùm
me abſente*, vbi Bart. *num.*1. *verſ. quia etiam, ff. de neg.
geſt.* Alex. *conſ.*4.*num.*1. *lib.*3. Tuſch. *littera E, concl.*352.
*num.*8. Ludouiſ. *deciſ.*88.*n.*5. Farinac. *deciſ. poſth.*453.*n.*5.
*p.* 2. hîc autem in proceſſu non vidi hanc executionem
realem, per quam ablata ſit poſſeſſio dicto D. Equiti.
Ergo, &c.

Deinde ſi dicerem in prætenſione damnorum, & in-
tereſſe neceſſarium fore probare illa tria requiſita, de
quibus Caſtr. *in leg.*3. §. *nunc, ff. de eo, quod cert. loc.* non 18
eſſet res noua, quia id docet Rota *deciſ.*237.*lib.*1 Seraph.
*deciſ.*946.*n.*5. vbi loquitur de damno emergenti, & *deciſ.*
1114. *num.*1.2. *verſ. veriùm*, & *deciſ.* 1427. *num.* 5. vbi
apoſtilla dicit, quod Rota ſine iſtis requiſitis nunquam
ſolet liquidare intereſſe, & loquitur de damno emergen-
ti; ſed quia multi quoad liquidationem damnorum ali-
ter cenſuerunt, ſuper hoc me remitto prudentiæ Iudi-
cis.

Præterea dici poſſet non ſatis conſtare de damnis, &
intereſſe, ad quæ venditor non tenetur ſine dolo vero.
Cyriac. *contr.*54.*num.*2.*p.*1. & tamen liquidatio eſt neceſ-
ſaria in quocumque iudicio, adeò vt abſque ea nulla execu- 19
tio fieri poſſit. Farin. *deciſ. nouiſſ.*442.*num.*1.*p.*2. ſiquidem
intereſſe damni emergentis ad hoc vt debeatur, neceſſe 20
eſt vt in indiuiduo probetur, quod ex quo creditor non
habuit pecunias ſibi debitas, damnum fuit ſequutum, &
quod ſi eas habuiſſet, debita extinxiſſet; non enim ſatis
eſt conſtare de damno, quia poteſt eſſe, quod etiamſi
habuiſſet



habuiſſet pecunias, non tamen debita ſoluiſſet, ſi credi-
mus Rotæ apud Farinac. *deciſ. crimin.*325.*num.*5. vbi pul-
chrè loquitur.

Et quatenus dicta D. Hyppolita teneretur ad damna
& intereſſe, non tamen ratione euictionis ad intereſſe
21 extrinſecum, ſed tantùm intrinſecum, vt per textum *in
leg. ſi ſterilis*, §. *cùm per venditorem, ff. de act. empt.* & *l. ſi
traditio, C. eod.* inquit Peregr. *de fideicomm. art.*52. *num.*55.
*in fin.* Seraphin. *deciſ.*1144. *num.*2. Farinac. *deciſ. poſt.*62.
*num.*38. *lib.*1. & meliùs Cyriac. *controuerſ.*62. *num.*38.
*lib.*1. ſed dictus D. Eques prætendit etiam intereſſe ex-
trinſecum prouenienſ ex augmento monetarum, & ex
certis aliis cauſis, quæ non ſunt dignæ aliqua conſide-
ratione, ad effectum, de quo quærimus: ergo, &c.

Cùm igitur, vt audio, dictus D. Eques recuperauerit
pretium ab eo ſolutum, concludendum eſt in cæteris di-
ctam D. Hyppolitam fore à petitis abſoluendam, provt
ita iuris eſſe cenſeo, &c. ſaluo, &c.

IOAN. BAPTISTA CIARLINIVS, Vicarius.

---

# CAPVT CLXXIV.

## EPITOME.

Stuprum quomodo probetur, & ad quid teneatur ſtuprator etiam Clericus, & an ſponſalia inualida ſint habenda in conſideratione.

## SVMMARIVM.

1 *Virginitas præſumitur, & creditur mulieri dicenti ſe virginem.*
2 *Virgo præſumitur etiam in criminalibus.*
3 *Mulier paſſa ſe cognoſci ab vno tantùm, adhuc dicitur honeſta ad finem.*
4 *Stuprum non purgatur continuatione, ſed augetur.*
5 *Stuprum præſumitur probata copula cum muliere honeſtæ conditionis.*
6 *Stuprum probatur coniecturis, & præſumptionibus.*
7 *Probationes imperfectæ iunguntur in occultis, & difficilis probationis.*
8 *Sponſalia probantur etiam ex imperfectis probationibus.*
9 *Præſumptiones graues iunguntur ad fidem faciendam.*
10 *Adulterium, & ſtuprum quomodo probetur.*
11 *Stupratæ mulieri creditur contra ſtuprantem, iunctis adminiculis.*
12 *Defloratio probatur ex dicto defloratæ, & quomodo.*
13 *Copula probatur, ſi quis viſus eſt cum muliere in eodem lecto.*
14 *Stuprum quomodo probetur ad condemnandum.*
15 *Adulterij, & ſtupri violenta probatio quæ.*
16 *Præſumptiones ſufficiunt ad condemnandum in pœnam extraordinariam.*
17 *Stuprum probatur publica voce, & fama.*
18 *Stuprum probatur conuerſatione.*
19 *Adulterium probatur, ſi quis frequentat domum mulieris.*
20 *Clericus oſculans, vel amplexans mulierem præſumitur ei benedicere.*
21 *Baptizata nomine alicuius cenſetur eius filia.*
22 *Copula probatur euidenter ex filiis natis.*
23 *Confeſſio extraiudicialis probat copulam.*
24 *Litteræ miſſiuæ quomodo probentur, & recognoſcantur.*
25 *Epiſtolæ quomodo verificentur.*
26 *Epiſtolæ probant factum antecedens.*
27 *Probatio plena dicitur etiam ex pluribus præſumptionibus.*
28 *Teſtium defectus quomodo ſuppleantur.*
29 *Teſtes inhabiles poſſunt mouere animum iudicis.*
30 *Probatio ſufficiens quæ dicatur.*
31 *Singularitas adminiculatiua non nocet fidei teſtium.*
32 *Stuprum vnicum an probetur teſtibus ſingularibus.*
33 *Adulterium, & ſtuprum continuatum probatur teſtibus ſingularibus.*
34 *Teſtes ſingulares probant actus iterabiles concurrentibus coniecturis.*
35 *Teſtes domeſtici quando probent.*
36 *Stuprum an probetur teſtibus domeſticis.*
37 *Domeſtici teſtes probant pro non ſubdito.*
38 *Mulier quando fidem faciat.*
39 *Emendatio mulieris præſumitur poſt triennium.*
40 *Meretrix emendata an faciat fidem.*
41 *Emendata mulier probat in cauſa criminali ciuiliter mota.*
42 *Ciuilis cauſa quæ dicatur.*
43 *Teſtis criminoſus quando probet.*
44 *Familiares non probant.*
45 *Inimicitia quando repellat teſtem.*
46 *Intereſſe an repellat teſtem.*
47 *Sollicitator an poſſit eſſe teſtis.*
48 *Teſti deponenti pro honeſtate magis creditur.*
49 *Identitas perſonæ præſumitur, ne delicta multiplicentur.*
50 *Teſtis inueriſimilia deponens non probat.*
51 *Clericus an debeat ducere in vxorem virginem ſtupratam.*
52 *Stuprator ad quid teneatur.*
53 *Stuprans tenetur dotare, vel ducere.*
54 *Virginitas eſt ſecunda dos.*
55 *Deflorans non tenetur præciſè ducere defloratam.*
56 *Caput* 1. de adulter. *declaratur.*
57 *Ius antiquum relatum in ius nouum debet ſeruari.*
58 *Stuprata debet à ſtupratore dotari in foro externo.*
59 *Dos quando debeatur ſtupratæ.*
60 *Stuprator cum promiſſione matrimonij tenetur præciſè ducere ſtupratam.*
61 *Sponſalia ſine teſtibus de iure communi ſunt valida.*
62 *Sponſalia ex quibus probentur.*
63 *Sponſalia probantur per teſtes etiam non omni exceptione maiores.*
64 *Teſtes domeſtici probant ſponſalia.*
65 *Sponſalia ex quibus contrahantur.*
66 *Sponſalia etiam tacitè contrahuntur.*
67 *Sponſalia ſunt mutua matrimonij promiſſio acceptata.*
68 *Repromiſſionis ſignum eſt traditio corporis.*
69 *Oſcula, & copula ſunt ſignum ſponſaliorum.*
70 *Sponſalia conditionalia an purificentur per copulam.*
71 *Sponſalia probantur per denominationem in ſponſam.*
72 *Sponſalia ſine teſtibus ſunt nulla ex Synodo Regij.*
73 *Sponſalia clandeſtina an ſint licita.*
74 *Sponſalia iurata ſunt ſeruanda.*
75 *Statutum ſimpliciter loquens, non habet locum in actu iurato.*
76 *Sponſalia inualida quando ſint ſeruanda.*
77 *Matrimonium nemo cogitur contrahere etiam poſt ſponſalia.*
78 *Sponſalia etiam iurata diſſoluuntur ex noua cauſa.*
79 *Sponſalibus etiam plenè probatis, abſtinendum eſt à coactione.*
80 *Stupri pœna ordinaria in clerico quænam ſit.*
81 *Reus poteſt ex indiciis violentis condemnari in pœnam extraordinariam.*
82 *Promittens matrimonium poteſt à iudice Eccleſiaſtico conſtringi.*

## Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa ſtupri intentata per Brigidam Muſtiolam, &
eius patrem, adhærente eis fiſco Eccleſiæ contra ad-
modum R.D. Iacobum Fortunatum Clericum minorum
ordinum, de multis controuertitur. Nam in primis quæ-
ritur, an dicta Brigida probauerit ſtuprum prædictum,
& copulam carnalem: ſecundò an probauerit ſponſalia,
& ad quid inde dictus D. Fortunatus teneatur. Tertiò
an liceat Fortunato recuſare nuptias dictæ Brigidæ ex
aliqua cauſa ex proceſſu reſultante.

Quoad primum ſatis videtur conſtare de ſtupro,
probata carnali copula; quia certum eſt, quod mulier na-
1 ſcitur virgo, & quod virginitas prouenit à natura; &
ideò niſi probetur inhoneſta, præſumitur quod fuerit
virgo, quando cognita fuit, & creditur ei dicenti ſe vir-
ginem, licèt ſtuprator dicat fuiſſe priùs corruptam: ita
Abb. in cap. ſi deduxerit, num. 5. de adulter. Crauet. con-
ſil. 166. numero 5. lib. 1. Ruin. conſil. 199. numero 11. lib. 2.
pulchrè Clar. in §. ſtuprum, verſic. ſed pone, vbi Baiard.
multos allegat. Maſcard. de probat. concluſ. 1418. numer. 1.
2. 3. Tuſch. pract. concluſ. littera S, concluſ. 709. num. 44.
vbi de communi teſtatur, & multos adducit: latè Fari-
nac. de delict. carn. quæſt. 147. numero 135. Barboſ. in col-
lect. ad cap. 1. numero primo, de adulter. vbi multos alle-
2 gat, qui hoc admittunt, tam in ciuibus, quàm in cri-
minalibus: & ego dixi controuerſ. 33. numero 80. & con-
trouerſ. 53. num. 14. adeò vt etiamſi talis mulier paſſa fue-
rit ſe iterum, atque iterum cognoſci, etiam per longum
tempus, nihilominus honeſta dicitur, cùm à principio
fuerit honeſta, & ſoli ſtupratori pateat, Grammat. vot.
3 4. numero 18. Baiard. ad Clar. §. ſtuprum, numero 31.
Tuſch. concluſ. 710. numero ſexto, Farinac. dict. quæſt. 147.
numero 81. qui concludunt etiam, quod poſtquam vir-
go, vel vidua fuit ſtuprata, ex cohabitatione, & copu-
la continuata, & ſubſequenti ſtuprum non purgatur, ſed
4 augetur, vt per Baiard. ad Clar. §. ſtuprum, numero 13.
Honded. conſil. 68. numero 15. in fin. Peregr. conſil. 83.
numero tertio, lib. 1. & ego dixi controuerſ. 33. numer. 88.
5 ex quibus reſultat ſatis eſſe, ſi conſtet de copula habita
cum muliere honeſtæ conditionis innuptæ, quia eo ip-
ſo ſtuprata præſumitur, & dicenti contrarium incumbit
onus probandi. Alexand. conſil. 229. numero ſecundo, li-
bro 6. Pariſ. conſil. 160. numero 28. lib. 4. Maſcard. conclu-
ſione 1344. numero 6. Tuſch. littera S, concluſ. 709. nume-
ro 39. 44.

Et cùm ſtuprum ſoleat committi ſecretò, & occultè,
6 ideò ad illud probandum ſufficiunt coniecturæ, & præ-
ſumptiones, Dec. conſil. 577. numero 11. Pariſ. conſil. 54.
numero 61. libr. quarto. Ferret. conſil. 128. numero 22. Me-
noch. conſil. 71. numero 18. & de arbitr. iudic. caſ. 116.
numero 11. Bertazol. conſil. 20. numero ſeptimo, lib. 1. Maſ-
card. dict. concluſ. 1344. numero tertio, Farinac. dict. quæ-
ſtion. 147. numero 131. & proptereà probationes etiam
imperfectæ iunguntur ad faciendam perfectam probatio-
7 nem, quia ſignis, & præſumptionibus in rei occultæ
notitiam venimus: Bart. in leg. 2. §. fin. ff. de adulter. Ro-
land. conſil. 50. numero ſecundo, lib. 1. Socin. Iun. conſil. 32.
numero 12. lib. 2. Riminald. Iun. conſil. 274. numero ſexto.
Menoch. conſil. 81. numero 18. 19. 20. Bertazol. dict. con-
8 ſil. 20. numero 9. Farinac. conſil. 38. numero 8. lib. 1. Quod
procedit etiam in probandis ſponſalibus, quia iungun-
tur teſtes, coniecturæ, præſumptiones, & veriſimili-
tudines: Farinac. deciſ. poſth. 775. in fin. part. 1. in hac
enim materia ſi plures ſint præſumptiones maximè gra-
9 ues, dici ſolet, quòd ſingula non proſunt, ſed vnita iu-
uant, leg. inſtrumenta, Cod. de probation. DD. in cap. fi-
nali, de ſucceſſ. ab inteſtat. Rom. conſil. 7. numero tertio,
Farinac. quæſt. 136. num 8. vbi multos allegat; & licèt
loquatur de adulterio probando, tamen idem procedit
etiam in ſtupro. Bero. quæſt. 84. num. 7. & Farinac. quæ- 10
ſtione 137. num. 130.

Hinc eſt, quod licèt nemo poſſit eſſe teſtis in cauſa
propria, tamen in materia ſtupri creditur ſtupratæ con- 11
tra ſtuprantem cum adminiculis, non quidem ad plenè
probandum, ſed ad indicium faciendum, etiam ad tortu-
ram: ita practicatur vt per Marſil. conſil. 28. num. 16. in
fin. Boſſ. de indict. numero 160. 166. Bertazol. conſil. 61.
numero 66. volum. 1. Honded. conſil. 100. numero 16. ver-
ſicul. vel ſocius, Treuiſan. deciſ. 14. numero primo, verſic.
maximè, Farinac. de indict. quæſt. 43. numero 88. 89. 146.
& conſil. 38. numero 9. lib. primo, Baiard. ad Clar. in §. ſtu-
prum, num. 41. vbi dicit credendum eſſe mulieri aſſerenti,
ſe fuiſſe defloratam. Hic autem adſunt, & concurrunt 12
non ſolùm adminicula, ſed etiam violentæ præſumptio-
nes: ergo ſequitur quod plenè ſtuprum fuerit proba-
tum.

Nam in primis per tres teſtes in proceſſu offenſiuo
conſtat dictum D. Fortunatum viſum fuiſſe cum dicta 13
Brigida in eodem cubiculo, & in eodem lecto cubare
cum ea, quod ſufficit ad copulam probandam. Abb. in
cap. litteris, in fin. verſicul. vltra alios, vbi etiam Felin.
de præſumpt. Zabarell. in cap. prætereà, columm. final. ver-
ſic. vnde, vbi Aretin. numero quinto, de teſtibus. Alexand.
conſil. 189. numero 12. libro ſeptimo. Socin. Iun. conſil. 32.
numero 16. libro ſecundo, Bero. dict. quæſt. 84. numero ſep-
timo, Maſcard. de probat. concluſ. 59. numero 8. 9. vbi di- 14
cit id ſufficere etiam ad condemnandum criminaliter: ad
rem Bertazol. dict. conſil. 20. numero nono, Menoch. con-
ſil. 31. numero 25. Ferret. conſilio 168. numero 1. 2. libr. 1. 15
Baiard. ad Clar. in §. adulterium, numero 39. Petr. Barboſ.
in repetit. leg. 2. in princip. parte prima, numero 85. ff. ſo-
lut. matrimon. Farinac. quæſtion. 136. numero 20. & nu-
mero 21. verſicul. vbi dixit, & numero 22. Quæ ſanè ſola
præſumptio ſufficeret ad condemnandum, niſi teſtes pa- 16
terentur aliquos defectus, qui tamen ſupplentur ex aliis
præſumptionibus, & coniecturis, de quibus inferiùs
apparebit: vnde hæc ſufficiunt ſaltem ad condemnandum
in pœnam extraordinariam. Menoch. lib. 5. præſumpt 41.
numero 15. in fin. & multò magis in cauſa ciuili reſpectu
intereſſe dictæ Brigidæ, eius enim actio videtur ciuilis, vt
videbimus.

Secundò ex publica voce, & fama per plurimos te-
ſtes probata, quod ipſa Brigida fuerit honeſta, & bonæ
famæ, excepto tamen ſtupro commiſſo cum dicto For- 17
tunato, ex quo reſultat præſumptio, quod ab eo fue-
rit ſtuprata, prout ſic cantat publica vox, & fama, Cra-
uet. conſil. 105. numero 13. Conrad. in pract. ſub rubr. de
ſtupratoribus, numero octauo, Baiard. ad Clar. §. ſtuprum,
numero quinto, Menoch. conſil. 31. numero 24. Ferret. con-
ſil. 168. numero decimo octauo, libro primo. Maſcard. dicta
concluſ. 1344. numero quinto. Farinac. dict. quæſtion. 147.
numero 133. Socin. Iun. conſil. 32. numero 20. verſ. item
tertiò, & numero 21. libro ſecundo. Vbi vult, quod fama
veriſimilis iuncta cum vno teſte faciat plenam probatio-
nem, ex quo ſatis coadiuuatur dicti ſtupri præſump-
tio.

Tertiò non leue eſt argumentum prædicti ſtupri fe-
rè continua conuerſatio prædicti Fortunati cum dicta
Brigida, cuius domum de die, & de nocte ingredie-
batur ad eius libitum, ita vt penes ſe haberet clauem 18
oſtij, quâ liberè aperiebat portam domus, vt ex pro-
ceſſu offenſiuo; huiuſmodi enim familiaritas, & con-
uerſatio etiam nocturna inducit præſumptionem ſtu-
pri, & adulterij, ad legem conſenſu, Cod. de repud. Dec.
conſilio 577. numero decimo, Boer. deciſione 297. numero
nono, Alciat. conſilio 25. in fin. Farinac. conſilio 190. nu-
mero ſexto, libro ſecundo, Menoch. conſilio 31. numero 21.
22. pulchrè Socin. Iun. conſilio 32. numero 16. verſicul. 19
nam in primis, libro ſecundo, vbi vult probari adulte-
rium, ſi teſtes dicant, quod inquiſitus familiariter, &
frequenter ibat ad domum mulieris, & quod pulſato
per



per eum oſtio ſtatim aperiebatur, & quod hæc eſt vio-
lenta copulæ probatio: benè etiam Menoch. libro quin-
to, præſumpt. 41. numero 21. Quæ adeò vera ſunt, vt di-
cta Brigida, & Fortunatus ſimul pernoctauerint ad in-
uiſendam communem filiam, vt in proceſſu, & ſic pro-
batur copula, ad leg. conſenſu, C. de repud. de qua ſuprà.
Menochius conſil. 31. num. 25.

Nec prædictis obſtat, quod Fortunatus ſit Clericus,
per gloſſam in cap. abſit, 11. quæſt. tertia, quæ dicit præ-
ſumendum eſſe quod Clericus amplexans mulierem vult
20 ei benedicere; quia id procedit in Clerico ſanæ, & bo-
næ famæ, & concurrentibus coniecturis id feciſſe ad
bonum finem, alioquin in iuuene dici ſolet à tali be-
nedictione libera nos Domine, quia ſi Clericus ſit iu-
uenis, & ſuſpectus, vel adſint coniecturæ aliquæ amo-
ris, & libidinis, tunc ſicut in laico, ita & in Clerico
præſumitur copula. Abb. in cap. 1. de Cleric. non reſid.
Felin. in cap. prætereà, num. 4. de teſtib. Crauet. conſilio
144. numero quarto, Maſcard. de probat. concluſ. 59. nu-
mero 16. vbi benè declarat, pulchrè Menoch. præſ. 41.
numero 19. 20. lib. 5. vbi multos allegat, & rem dilucidat.
Carol. de Graſſ. de eff. Cleric. eff. 32. numero 4. vbi pul-
chrè declarat.

Quartò ex proceſſu ſatis reſultat, quod prædicta Bri-
gida pluries peperit ex dicto Fortunato; etenim primò
genuit infantem Liuiam, quæ ſic in Baptiſmo fuit bapti-
zata, & ſcripta, tanquam filia dicti Fortunati, ex Ma-
tre tamen incerta, quæ probatio nocet Fortunato. Fari-
21 nac. conſilio 190. numero quinto, libro ſecundo, quia no-
men matris fuit tacitum de conſilio ipſius Fortunati, ne
Brigida detegeretur à parentibus, vt deponit nutrix, &
compater; & licèt ipſe eſſet abſens tempore partus, ta-
men priùs dederat Ordines nutrici opportunos, & reuer-
ſus ei gratias egit, & ſoluit mercedem, & filiam edu-
cauit ſuis ſumptibus, & eam ſæpè inuiſit; & licèt dicat
fuiſſe filiam cuiuſdam vetulæ, tamen conuincitur de
mendacio, tum per ætatem tunc temporis eiuſdem, &
probationem nutricis, & aliarum perſonarum, quæ
erant præſentes, quando Brigida peperit dictam Liuiam
præſente dicta vetula eam adiuuante, & conſolante, &
cùm aliàs dicta Brigida peperit, aderat præſens dictus
Fortunatus in bracchiis eam ſuſcipiendo, & in doloribus
conſolando, ſoluendo mercedem nutrici, aſſociando
eam ad domum, geſtando natos ad hoſpitale expoſito-
rum, & alia faciendo, quæ non ſolent fieri, niſi à ma-
ritis, vel amaſiis fornicatoribus: hæc etiam ſatis pro-
bant copulam inter eos per rei euidentiam, & filij na-
ti; & maximè illa, quæ nunc viuit, conſtituit notorium
facti permanentis circa copulam carnalem cum dicta
22 Brigida, adeò vt nulla prorſus tergiuerſatione celari
poſſit. Innoc. in cap. ſignificaſti, in princ. vbi Zabar. nu-
mero quarto. Hoſt. numero primo, Ioan. And. num. 3. An-
char. numero primo, in fin. Butr. numero octauo, de diuort.
gloſſa in cap. pen. verb. euidentiam, de adulter. Correſ.
ad Abb. in repert. verſ. adulterium. Viu. deciſ. 241. num. 11.
Farinac. quæſt. 143. num. 57. & conſil. 190. numero quinto,
lib. 2. Sanchez de matrimon. lib. 10. diſp. 12. numero 13. 26.
& ego dixi controuerſ. 33. numero 35. tot enim, & tanta
ſunt quæ oriuntur ex proceſſu circa filios prædictos na-
23 tos ex dicta Brigida, & Fortunato, vt non videatur poſſe
dari locus negatiuæ.

Quintò hoc idem poteſt comprobari ex duobus, vi-
delicet ex confeſſione extraiudiciali facta per dictum
Fortunatum denominando dictam Brigidam eius ſpon-
ſam, & vxorem, & prædicta Liuia erat eius filia, quæ
confeſſio multa probat, ſaltem de æquitate canonica,
etiamſi facta fuerit abſente parte. Bald. in c. innotuit, n. 6.
de elect. & in l. rationes, ad fin. C. de probat. Butr. in cap.
1. cautio, numero octauo, de fide inſtrument. Dec. conſi-
lio 163. numero ſecundo, Ferret. conſil. 168. numero 16. li-
bro primo, deinde ex epiſtolis miſſiuis per dictum Fortu-
natum Fabro, cui commendat dictam Brigidam, & par-
tum naſciturum, vocando eam ſponſam ſuam, & quod
futura ſit eius vxor, & ſcribendo alia multa, quæ indi-
cant copulam præcedentem, & amorem vehementem,
& quamvis negauerit dictas litteras ſcripſiſſe, & in com-
paratione facienda adſit defectus ſcripturæ indubitatæ,
tamen quia verſamur in litteris miſſiuis, quæ fieri ſolent
abſente parte, non requiritur talis comparatio, ſed ſuffi-
cit quod recognoſcantur per duos teſtes dicentes ſibi
notam eſſe manum ſcribentis, prout hîc factum eſt: ſic
tradunt Socin. in l. ſi ita ſcripſerit, ff. de condition. & demon- 24
ſtrat. Ruin. conſil. 70. numero quarto, volum. 4. Burſat.
conſil. 103. num. 9. lib. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 978.
numero quarto, Granut. theorem. 15. num. 25. Farinac. con-
ſil. 70. num. 76. verſ. eadem regula. Quod verum eſt etiam- 25
ſi dictæ litteræ ſint ſcriptæ tertiæ perſonæ, & maximè
quando non continent excuſationem, nec obiter loquun-
tur, ſed continent negotium principale, & principaliter
ad illum finem ſcribuntur, vt hîc vbi Fortunatus ſcribit 26
dicto Fabro principaliter de hac re, & commendat ei di-
ctam ſuam Brigidam, & filios, rogans, ne tradantur
fortunæ, ſed educentur; ſic enim dictæ litteræ videntur
explicare factum antecedens, & promiſſionem præce-
dentem matrimonij cum copula: ſic à fortiori videntur
probare Felin. in cap. ſecundo, numero 17. verſ. & eo caſu,
& num. 18. de fide inſtrument. Bart. in l. admonendi, nume-
ro 109. 140. de iureiurand. Puteus deciſ. 11. num. 3. 4. lib. 2.
latè Gabriel libr. 1. concluſ. de confeſſ. concluſ. 1. numero
quinquageſimoſexto, vbi multos allegat, quod multò
magis verificatur in caſu noſtro, vbi concurrunt mul-
tæ aliæ coniecturæ, & adminicula copulæ habitæ cum
dicta Brigida: ſic Farinac. in dict. conſil. 70. num. 7. 75.
ex quibus, & aliis etiam ex proceſſu reſultantibus clarè
concluditur verum eſſe, quod dictus Fortunatus copu-
lam carnalem habuerit cum dicta Brigida, & ſtuprum
commiſerit, iuxta prædicta, & probatio reſultans ex
pluribus præſumptionibus, & coniecturis dicitur ple- 27
na. Socin. Iun. conſilio 32. num. 24. lib. 2.

Non obſtant oppoſitiones, quæ fiunt contra teſtes,
tam in dicto, quàm in perſona, vt ſint ſingulares, in-
fames, domeſtici, partiales, & patiantur alios defectus
etiam inimicitiæ, & ſexus, & proptereà penitus repel-
lantur à teſtimonio ferendo, vt ego dixi controuerſ. 82.
num. 40.

Nam reſpondetur magnam eſſe multitudinem te-
ſtium, & non omnes pati defectus, & concurrere tot, ac
tanta adminicula, præſumptiones, & coniecturas, vt
ſuppleant aliquos defectus, ſi qui in aliquibus teſtibus
poſſunt conſiderari. Hæc enim, & numerus aliorum te- 28
ſtium ſine crimine ſupplent defectus aliorum, ad textum
in l. ſi quis ex argentariis, §. 1. vbi Bald. & Alexand. ff. de
edend. gloſſ. in l. 3. §. 1. in verbo, Numerus, ff. de teſtibus,
Dec. in capit. licèt cauſam, colum. 1. lib. 2. Ferret. conſilio
168. num. 8. lib. 1. vbi pulchrè id explicat, & plenè etiam
hoc dicit Socin. Iun. conſil. 32. num. 34. 35. lib. 2. & tan-
tò magis id dicendum eſt in his, quæ ſunt difficilis pro-
bationis, quia materia probationum eſt arbitraria iudici, 29
itavt moueri poſſit ad fidem præſtandam teſtibus etiam
inhabilibus, ſeu clarè, & apertè non probantibus, & è
contra. Socin. Iun. d. conſil. 32. num. 11. lib. 2.

Nec de prædictis mirandum eſt, quia ſufficiens pro-
batio alicuius actus dicitur illa, quæ inducit animum iu-
dicis ad eius credulitatem, & ad iudicandum talem eſſe
veritatem ſuo arbitrio, vel è contra, ad textum in l. te-
ſtium, §. eiuſdem, de teſtament. l. quinquaginta, de pro-
bat. Bart. in l. admonendi, ff. de iureiurand. Socin. conſ. 11.
col. 1. lib. 3. & conſil. 98. num. 8. lib. 4. Dec. conſil. 94. nu-
mer. 1. & conſil. 510. col. 2. verſ. & ſufficiens, pulchrè So- 30
cin. Iun. conſil. 32. numer. 10. libr. 2. Farinac. conſilio 70.
num. 63.

Et ideò non obſtat, quod prædicti teſtes ſunt in ali-
quibus

quibus ſingulares in probandis coniecturis,& dictis ad-
miniculis copulæ carnalis, ſtupri, & promiſſionis matri-
monialis , quia in multis etiam ſunt conteſtes ; & in his
etiam , in quibus ſunt ſingulares , adhuc probant , quia
31 ſingularitas non eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua.Farin.
32 *quæſt.*164. *num.*112. & oppoſitio fortè procederet,ſi tra-
ctaretur de probando vnico adulterio, vel vnico ſtupro,
vt per Ferret. *dict. conſil.*168. *numero* 13. *lib.*1. quia tunc
ſaltem duo teſtes debent in idem conuenire , ſed quando
tractatur de actu iterabili,provt hîc de continuata copu-
la per multos annos cum dicta Brigida,& ſic de proban-
do in genere aliquem eſſe vſurarium , inhoneſtum , con-
cubinarium , adulterum , vel tenere fœminam ad vſum
ſuum,quæ habent tractum ſucceſſiuum ; tunc non atten-
ditur ſingularitas , quia verſatur tantùm in cauſa ſcien-
tiæ , non in dicto principali , quia eſt ſingularitas ad-
miniculatiua , quæ teſtibus fidem non tollit , cùm om-
33 nia tendant ad eumdem finem : ſic Bart. *in l.*2. §. *ſi quis
neget, col.*2. *ff. quemadm. teſtam. aper.* Corneus *conſil.*104.
*col.*2. *lib.*1. & in terminis de copula Socin.Iun.*conſil.*99.
*col.*2.*& per totum, lib.*2. vbi de communi teſtatur. Bald.
*conſil.*207. *libro* 3.Dec *in d cap. licet cauſam,col.*5. pulchrè
Ferret. *dict. conſil.*168.*num.*14.15.*lib.*1. vbi de communi
teſtatur. Rol. *conſil.*82. *numero* 95. *lib.*2. latè Bertaz.*con-
ſil.*20.*num.*20.21.22.23.*lib.*1. qui hoc maximè admittunt
in his , quæ ſunt difficilis probationis , vel vbi concur-
runt aliæ coniecturæ , vt hîc ; & hoc idem confirmat
34 Farinac. *de teſtib. quæſt.*64. *numer.*150.152.& *numer.*223.
*&* 225.& *quæſt.*135.*num.*29.31.

Nec obſtat , quod aliqui ex dictis teſtibus videantur
domeſtici dictæ Brigidæ ; tum quia iſta familiaritas non
plenè probatur, cùm ipſa viueret cum patruo ; tum quia
in cauſa matrimoniali , velut eſt iſta , etiamſi coniunctim
tracteeur de ſtupro , videtur quod domeſtici magis pro-
35 bent quàm extranei , vt per Ludouiſ. *deciſ.* 351. *numero
ſeptimo* , 16. 28. & maximè quando ſunt plures , quàm
duo , quia tunc numerus ſupplet defectum domeſticita-
tis. Farinac. *deciſ. poſthum.*775. *numero primo , verſ. quo-
rum , part. prima* , & nihilominus etiamſi de ſolo ſtupro
36 ageretur , adhuc domeſtici teſtes faciunt ſaltem indi-
cium , etiamſi ſint inhabiles , gloſſa *in l. final. Cod. de ac-
cuſat.* Alciat. *de præſumpt.reg.*1.*præſumpt.*39.*numero quar-
to*, Clar. *in* §. *ſtuprum , verſic. quæro nunquid* , vbi Baiard.
*ſub numero nono* , Maſcard. *de probat. concluſ.*1344. *nume-
ro quarto* , Farinac. *dict. quæſt.*147. *numero* 142. hîc au-
37 tem cùm teſtes nulla ſint cognatione coniuncti cum di-
cta Brigida , vix poſſunt domeſtici dici illius , & ſola
cohabitatio , quatenus extaret , non facit eos domeſti-
cos ad tollendum fidem pro ea , cùm eis non ſubeſſet,
ſed ſubderetur patruo tanquam ſuperiori : ſic Gabr. *de
teſtib. concluſ. decima , numero quinquageſimoſexto* , Maſ-
card. *de probat. concluſ.* 533. *numero* 4. 6. Graſſ. *deciſ.*81.
*numero ſexto* , Farinac. *quæſtione quinquageſimaquinta, nu-
mero ſexto* , & *num.*11. vbi quod ſola cohabitatio non
repellit teſtem à teſtificando , licèt faciat , quod non ſit
omni exceptione maior , ſed id ſuppletur ab aliis admi-
niculis, & à numero teſtium. Ludouiſ. *dict. deciſion.*351.
*num.*5.

Nec obſtat oppoſitio facta vetulæ,quod ſit mulier, &
meretrix; nam reſpectu ſexus nihil nocet in his , quæ
ſunt difficilis probationis , & vbi veritas aliter haberi
38 non poteſt , & multò magis ſi cauſa ſit matrimonialis ;
tunc enim etiam mulier admittitur. Farinac. *de teſtibus
quæſt. quinquageſimanona , numero octauo* , & *numero trige-
ſimotertio* ; tales enim materiæ ſolent ſæpius tractari cum
interuentu mulierum , quàm virorum ; ideò ſunt admit-
tendæ : reſpectu verò malæ vitæ non ſatis videtur pro-
bata , quia teſtes omnes ſunt de auditu , & emendatio
præſumitur lapſo triennio, §. *ſi verò , in Authent. de Mo-
nach.* ſed eſto , quod verum ſit , tamen non probatur,
quod tempore depoſitionis talis fuerit , provt requiri-
tur , iuxtà tradita per Alexand. *conſil.*149. *colum. ſecun
da, libro quinto* ; & licèt etiam ea quæ deſiit meretricari,
repellatur à teſtimonio , vt per Farinac. *quæſt. quinqua-
geſimaſexta , numero* 363. tamen id intelligitur niſi ſit
emendata quoad mores , vt hæc , quæ probatur ſum-
pſiſſe ſacramenta Pœnitentiæ , & Euchariſtiæ. Alber. 40
de Malet. *tract. de teſtib. cap.* 3. *numero* 70. ſtante enim
emendatione poteſt admitti ſaltem ad faciendam qua-
lemqualem præſumptionem cum aliis , ad textum *in cap.
teſtimonium , parte ſecunda , numero* 71. & *numero* 17.
quem ſequitur Maſcard. *de probat. concluſ.* 600. *numero
decimoſexto* ; iam enim ſenex facta eſt , & de ea non ha-
betur ſuſpicio , nec probatur , quod palam fuerit mere-
tricata , ſed quod copiam ſui fecerit Iulio de Martinis
pariter nunc decrepito , & infirmo ; ideò faciliùs debet
admitti , quia in his , quæ fiunt domi , & ſecretò , qua-
lis eſt partus pueri , admittuntur etiam domeſtici ad
probandum , & aliàs inhabiles. Maſcard. *de probat. con-
cluſ.* 668. *numero nono.* Verùm ſi dictum huius mulieris
eſſet ſolum , parum , aut nihil ei crederem , ſed ab aliis
ſuppletur , vt per Ferret. *dict. conſil.*168. *numero octauo,
libro primo* ; & in omnem euentum oppoſitio non proce-
dit in cauſa merè criminali ciuiliter mota , vt hîc reſpe-
ctu dictæ Brigidæ ; tunc enim emendatus omninò admit- 41
titur , vt in verbis dicit And. Barbat. *in d. tract. de teſti-
bus, parte ſecunda , numero primo , in princ.* Nam hîc Bri-
gida agit contra dictum Fortunatum , vt cogatur ad eam
deſponſandam pro reſtitutione ſui honoris,eo quod eam
ſtupratus ſit , & promiſerit cum ea matrimonium con-
trahere , & propterea videtur , quod hoc reſpectu cauſa
ſit ciuilis , cùm non agatur ad publicam vindictam , ſed
ad commodum priuatum , *leg. in famam , de public. iud.*
Marant. *de ord. iudic. part.* 4. *in princ. diſtinct.* 1. *numero* 42
*ſecundo*, Ioſeph Ludouiſ. *concluſ.*71. *verſic. ſi verò* , Clar.
*in* §. *fin. quæſt.*1. Farinac. *quæſt.*100. *numero ſexto* , & li-
cèt alia videatur actio intentata ſeorſum à Patre Brigi-
dæ, & à fiſco , nil refert , quia hæ actiones ſunt ſepara-
tæ, & diuiduæ. Menoch. *conſil.*123. *num.*21. *& ſeq.* Rot.
Ian. *deciſ.*179.*num.*6.

Non obſtat oppoſitio facta Fabro filio dictæ vetulæ,
quòd non faciat fidem , quia fuerit vti fur carceratus, & 43
proceſſatus , quia id non ſufficit , cùm oporteat fuiſſe
condemnatum , confeſſum , vel conuictum , *cap. ſuper
eo , lib.*1. *de teſtib. cap. ſi teſtes* , 4. *quæſt.*3. gloſſa *in cap.
nonne* , 8. *quæſt.*4. gloſſa *in cap. teſtimonium* , ibi, *de crimi-
ne , de teſtib.* Caſtr. *in l.*1. *C. ex quibus cauſ. irrog. infam.*
Taur. *quæſt.* 56. *numero* 128. & *conſ.*24. *num.*24. quæ hîc
non verificantur.

Minùs obſtat allegata inimicitia dicti Fabri cum di-
cto Fortunato , quia poteſt dici eam non fuiſſe plenè
probatam , eo quod teſtes ſuper ea deponentes ſunt val-
dè intrinſeci dicti Fortunati , & nimium familiares , ad 44
textum *in leg. etiam*, vbi DD. *C. de teſtib. leg.*1. §. *ad quæ-
ſtionem , ff. de quæſtion.* Deinde non quælibet inimicitia 45
repellit teſtem , ſed tantùm capitalis. Marſil. *in leg. pri-
ma* , §. *præterea* , *in princ.* & *numero nono* , *ff. de quæſtion.*
Farinac. *quæſtion.*53. *numero* 51. qualis non probatur iſta.
Vlteriùs reſpondetur, quatenus extitiſſet talis inimicitia,
fuiſſe ſublatam ob reconciliationem ſecutam , vt in pro-
ceſſu probato : ſic Honded. *conſilio* 87. *numero* 107. *libro
primo* , Farinac. *de teſtib. quæſt.* 53. *numero* 58. & *nume-
ro* 61. vbi iudicis arbitrio remittit , quando poſſit dici
reconciliatio recens , & an teſtis debeat repelli , necne
ex qualitate inimicitiæ , & perſonarum ; hîc autem non
poteſt dici , ob aliquam cauſam ex prædictis, dictum Fa-
brum eſſe repellendum omninò , quia cauſæ inimicitiæ
fuerunt leues , & ſubſecuta conuerſatio ſuſtulit omnem
præteriti rancoris ſuſpicionem.

Nec etiam obſtat , quod dictus Faber habuerit affe-
ctionem in hac cauſa , & fuerit ſollicitator pro dicta
Brigida, quia neutrum benè probatur, nec apparet,quod
habeat



ctionem in hac cauſa , & fuerit ſollicitator pro dicta
Brigida ; quia neutrum benè probatur , nec apparet ,
quod habeat intereſſe in hoc negotio cum Brigida,cùm
47 nihil ad ipſum pertineat,ex traditis per Farinac. *de teſt.
quæſt.*60. *numer.*45.46.47.51.62. Maſcard. *concluſ.*1358.
*n.*60. *in fin.* & de ſollicitatione oportebat conſtare exti-
tiſſe tempore depoſitionis,& ſi extitiſſet adhuc pro pau-
pere , & miſerabili perſona , potuiſſet teſtificare. Fari-
nac. *quæſt.*60. *num.*250. & *num.*260.

Quoad alios teſtes non oportet nos multùm elabora-
re , quia oppoſitiones contra eos factæ non ſubſiſtunt,
ſiue in facto , ſiue in iure ; & ex numero eorum , quia
plures ſunt , & ex adminiculis , & præſumptionibus ,
quæ concurrunt , veriſimilis redditur eorum depoſitio ,
cùm dictam Brigidam ipſe Fortunatus ſæpè nominaue-
rit ſponſam , & vxorem , & ei donauerit annulum , &
aſſiculos argenteos , fecerit ei donationem propter nu-
ptias ſcutorum 400. ſimulatâ tamen aliunde causâ , &
alia fecerit , & dixerit , de quibus ſuperiùs diximus ;
ideò non poteſt negari , quin hæc ſufficiens ſit proba-
tio, ex traditis per Socin. Iun. *dict. conſil.*32.*num.*10.11.
*lib.* 3.

Nec læditur honeſtas dictæ Brigidæ ex depoſitione
aliquorum teſtium, qui in genere de eius mala fama de-
ponunt , quia hoc dicunt de auditu alieno , nec nomi-
nant auctores ; & plures ſunt teſtes , qui pro ea depo-
nunt ; & ſunt magis informati , cùm ſint de eius vici-
nia ; & dempto commercio cum dicto Fortunato,dicunt
48 eam fuiſſe honeſtam, quibus magis credendum eſt, *cap.
in noſtra , de teſt.* Bald. *in leg. Lucius , n.* 5. *ff. de infam.*
Gramm. *vot. ſecundo* , *n.*179. Afflict. *deciſ.*363. *n.*2.

Minùs ei nocent duo teſtes , dicentes per rimulam
apothecæ vidiſſe iuuenem dictam Brigidam deoſculan-
tem , & inhoneſtè tractantem , dum ipſa vnà cum dicta
vetula cum formis ligneis , ac ferreis maſſas ſaccari la-
borabat. Nam cùm dicant ſe non cognouiſſe dictum
iuuenem, præſumendum eſt quod ille eſſet dictus Fortu-
natus, qui habebat familiaritatem cum ea , & ad ſui li-
bitum accedebat ad eam , etiam de nocte , & habebat
49 clauem domus ; & ideò ne multiplicentur delicta, præ-
ſumendum eſt ita fuiſſe , ex Alb. *in addit. ad conſ.* 402.
*litt. A, lib.*1. & ad rem facit Ferret. *d. conſ.*168.*n.*2.*lib.*1.

Sed ſi verum amamus , hæc videtur quædam impo-
ſtura aliena à veritate , quia teſtes , qui hoc deponunt ,
ſunt valde familiares & amici dicti Fortunati, & in ali-
quibus apparent mendaces , & in hoc præcipuè inueri-
ſimilia , & impoſſibilia deponunt ; ſiquidem dicunt id
contigiſſe de menſe Aprilis circa ſecundam horam No-
ctis , nullo alio viro domus præſente in conficiendis
50 fructibus prædictis ex ſaccaro , & tamen probatum eſt
eo anni tempore ſolitum ſemper fuiſſe claudi apothe-
cam poſt pulſatum , *Aue Maria* , nec amplius ſolere
fieri aliquod laborerium in dicta apotheca , quia verè
eâ horâ ſolent mercenarij ire dormitum, & pariter pro-
batum eſt , quod mulieres prædictæ neſciebant perfice-
re huiuſmodi laborerium ex ſaccaro,& propterea fuiſſe
neceſſariam præſentiam alicuius viri domus , qui præ-
paratam materiam à mulieribus , quæ dilationem tem-
poris non admittit , ad perfectionem reduceret ; & ideò
dicti teſtes redduntur ſuſpecti , & tanquam inueriſimi-
lia,& improbabilia deponentes , nullam fidem faciunt.
51 Rol. *conſ.*7.*num.*17.*lib.*1. Menoch. *de arb. cap.*474.*n.*59.
Maſcard. *concl.*745. *num.*14. Bertazzol. *conſil.*452.*n.*12.
*lib.*2. Burſat. *conſ.*346. *num.*12. *libr.*4. Farinac. *de teſtib.
q.*65. *num.*144.145.146.147.148. & *conſil.*76. *numer.* 6.
*lib.* 1.

His ſic firmatis,& poſito ſtupro, circumſcripta etiam
quacumque matrimonij promiſſione , videndum eſt ,
ad quid teneatur Fortunatus erga dictam Brigidam : &
ſanè cùm ſit Clericus minorum ordinum , non eſt in
quo differat à laico, quia potentia ducendi eam in vxo-
rem cadit in eo,ſicut in laico ; & Doctores, qui dicunt ,
Clericum ſtupratorem non teneri ducere ſtupratam in
vxorem , loquuntur de Clerico ſacris initiato , vt poſt
Ioan. And. inquit Abb. *in c.* 2. *de adult.* Diaz *in pract.
criminal. de ſtupro cap.* 83. *numero* 2. & propterea viden-
dum eſt , ad quid teneatur ſtuprator ; multi enim pu-
tauerunt , quod non ſolùm poſſit conſtringi ad dotan- 52
dam puellam , ſed etiam ad eam in vxorem ducendam,
ex textu *in c.* 1. *de adult.* vbi Dec. dicit hunc eſſe caſum
ſpecialem , in quo quis cogitur ad contrahendum ma-
trimonium.

Verumtamen altera opinio verior eſt, & magis com-
munis , quod ſtuprans teneatur ſolùm alternatiuè vel
ad ducendum , vel ad dotandum , & ſit in electione
eius , adeò vt ſi nolit, præciſè cogi non poſſit ad con-
trahendum , ſed tantùm ad dotandum , & ſubeundum
pœnas, de quibus *in cap.*2.*de adult.* ſic Anchar. *in cap.*1. 53
*numero* 4. *eodem* , Butr. *in cap. peruenit* , *numero* 1. *verſ.
nota* , vbi Henric. Boich. *in fin. eod.* Sanchez *de ma-
trim. lib.* 4. *diſp.* 13. *numero* 2. Clar. *in* §. *ſtuprum* , *nu-
mero* 3. *verſ. ſed quidquid* , vbi Baiard. *ſub numero* 24.
*littera.S*, Beller. *diſq. cler. de fau. cler. real.* §. 4. *num.*117.
Menoch. *de arb. caſ.* 288. *numero* 15. Cabal. *reſol. crim.*
196. *numero* 12. latè Farinac. *quæſt.* 147. *numero* 98. 99.
Bonacin. *de matrim. quæſt.* 4. *punct.* 17. *numero* 7. Ioan.
Guttier. *pract. qq. lib.* 1. *cap.* 34. *numero* 7.8.9. vbi dicit,
quod ſtuprator tenetur dotare , & tantò plus dare, 54
quantùm oporteret propter deflorationem , cùm virgi-
nitas ſit ſecunda dos : latè Barboſ. *d. cap.* 1. *numero* 7. *de
adulter.* vbi allegat multos DD. & Rotæ deciſiones , &
*in add. ad eund. tit.* refert Rotam Rom. ita cenſuiſſe , &
iudicaſſe, cuius verba ſunt infrà ſcripta, adeò vt de hoc
non ſit ampliùs dubitandum , cùm Rota hanc ſenten-
tiam amplexata fuerit in vna Taurinenſi matrimonij,
24. Ianuarij 1590. coram D. Peña , quæ ſic ait : *Quan-
tum ad primam partem dubij, Domini conformiter cenſue-
runt , Boninum præciſè , & abſolutè non eſſe cogendum ad
Alaſinam ducendum , iuxta cap.* 2. *de adulter.* vbi præce-
ptum de ducenda , & dotanda virgine deflorata non
ponitur copulatiuè , vt *in capit.* 1. ſed diſiunctiuè , ta-
metſi veteres Canoniſtæ , Innoc. Hoſt. Butr. Zabarel.
& plerique alij *in d. cap.* 1. *de adulter.* tenuerint , de-
floratorem etiam inuitum iudicis auctoritate cogen-
dum ad matrimonium contrahendum , ſpeciale ibi eſſe
dicentes ratione delicti , vt quis inuitus nuptias inire
cogatur. Nihilominus contrariam ſententiam eſſe re-
ceptam teſtatur Homob. *ad l.*80. *Tauri* , *num.* 8. *verſ. ſed* 55
*his non obſtantibus*, Clar. *in* §. *ſtuprum*, *num.*3. *verſ. ſed quæ-
re, quæ ſit pœna*, & ſenſit Panor. *in dict. cap.* 1. *de adulter.*
Cou. Ioan. Gutier. & Antonin.& alij paulò ante relati
per textum *in c.* 2. *de adulter.* per quem temperatur diſ-
poſitio capitis 1. iubentis virginem defloratam , & du-
cendam, & dotandam ſimul ; nam ex duobus illis capi-
tulis ſimul iunctis Domini cenſuerunt hanc deduci ſen-
tentiam menti legiſlatarum conformem , vt qui Virgi-
nem defloranit , cum ea præciſè matrimonium contra-
here non compellatur , ſed cauſatiuè. Anch. *in cap. de
adulter. not.*2.*n.*3.& *q.*5. S.Antonin. *part.* 2. *tit.* 2. *c.*6. §.1.
*verſ. hodie autem*, Ruin. *conſil.*189.*n.*8.*lib.*2. Ioan. Guttier.
*canon. quæſt. lib.*1.*c.*37.*n.*11. Nec obſtat ſi dicatur , quod
*c.*1. *de adulter.* eſt deſumptum ex veteri teſtamento. Exodi
*capit.*22. vbi recenſentur præcepta iudicialia, quod cùm 56
fuerit relatum in Ius canonicum per poteſtatem haben-
tem, præciſè debet ſeruari. S. Thom. *part.*2.*q.*104.*ar.*5.
Syluest. *in ſum. verb. Luxuria, q.*5. Pariſ. *conſ.* 68. *num.* 106.
4. Imol. *in c. cùm tantò* , *num.* 7. & 8. *de conſuet.* Quo-
niam dixerunt DD. quod legiſlator idem , qui corpus
iuris Canonici reduxit , & viuificauit illud præceptum
ex veteri Teſtamento , quod aliàs erat mortuum , ſtatim 57
ſud eodem titulo *de adult. cap.* 2. appoſuit aliam diſpo-
ſitionem diſiunctiuè, in qua cenſetur voluiſſe præceptum
capitis 1. obſeruandum cum illa qualitate , de qua *in
cap.*2. Hæc in illa deciſione.

Non

Non eſt igitur dubitandum, quin ſtuprator huiuſmodi debeat ſtupratam dotare in foro externo, quia ſem- 58 per præſumitur decepta, adeò vt etiamſi ipſa liberaret eum ab hoc onere, nihilominus teneretur eam dotare, quia pœna iſta fuit impoſita non ad vindictam, ſed ad bonum publicum & ſpirituale. Bero. *quæſt.*84. *n.*8. Baiard. *ad Clar. in §. ſtuprum, n.*19. & quamuis dos iſta 59 non debeatur, niſi quando mulier nupſerit, Claud. *ad Bertaz. conſil.*97. *littera B, libr.*1. nihilominus ſeruatur in practica, vt ſtatim deflorans cogatur ad ſoluendum dotem, vel ad eam deponendum, vt parata ſit tempore nuptiarum, ad obuiandum fraudibus, ne ſtuprator matrimonium ſic facilè impediat, ne dotem ſoluat, ita Baiard. *ad Clar. in d. §. ſtuprum, n.*24.

Si ergo de ſimplici ſtupro hîc ageretur, non eſſet dubium, quin electio eſſet ſtupratoris, an velit ducere, an dotare: verùm quia Brigida allegat Fortunatum ſibi promiſiſſe contrahere ſecum matrimonium, etiam cum voto, & iuramento, ſi id verum eſt, certum erit non ſolùm ratione damni illati, ſed etiam ratione promiſſionis teneri eam ducere, & non ſatisfaciet dotando, 60 niſi ipſa liberè conſentiat, quia promiſſio non fuit de dote, ſed de matrimonio, vt inquit Bonac. *de matrim. q.*1. *punct.*2. *ſub n.*8. *verſ. ſecus dicens*, & *q.*4. *punct.*17. *ſub numer.*7. *verſ. dixi*, & conferunt tradita à Sanchez *de matrim. diſp.*4. *num.*1. *lib.* 1. & ſic videtur cogendus cenſuris Eccleſiaſticis ad contrahendum cum ea, *c. requiſiuit, iunct. gl.* vbi DD. *de ſponſal.* Treuiſan. *de ſponſal. priuileg.*2. *n.*4.

Difficultas eſt, an hîc adfuerit promiſſio de matrimonio vel ad ſponſalia, quia Fortunatus negat aliquid promiſiſſe, vel ſponſalia contraxiſſe. In quo animaduertendum eſt, quod in ſponſalibus celebrandis de iure communi non eſt neceſſe, quod interueniant teſtes, eo 61 quod ſolo conſenſu perficiuntur; & ideo clam contracta valida ſunt, vt latè oſtendit Sanchez *de matrim. libr.*1. *diſp. duodecima, numero ſecundo, verſ. dicendum*, & *verſic. tertiò*, vbi infinitos congerit. Bonacin. *de matrim. quæſt.*1. *punct.*7. *num.*11.12. Sed difficultas poſteà conſiſtit in eis probandis.

Hîc autem de promiſſione, & ſponſalibus ſatis conſtare videtur non ſolùm ex dicto dictæ Brigidæ, quæ parum probat, ſed ex depoſitione vetulæ, quæ audiuit eum promittentem cum iuramento, ſeu voto, & ex pluribus teſtibus, quibus ipſe dixit eam eius eſſe ſponſam, & velle eam deſponſare, & non poſſe aliter facere; & ipſe eam ſæpiùs denominauit ſponſam, & vxorem, & conſtat de publica voce, & fama per viciniam, quod ei promiſerit ſe in vxorem eam ducturum, & ei donauit annulum, & alia fecit, de quibus ſuprà, vt habetur in pluribus locis proceſſus, quæ ſufficiunt ad probanda ſponſalia, ſeu promiſſionem. Praxis Archiep. Neap. 62 *capit.*14. *ſub num.*6. & maximè, quia in eis probandis admittuntur etiam teſtes non omni exceptione maiores ob eorum fauorem, vt per Treuiſan. *de ſponſal. priui-* 63 *leg.* 10. *num.* 6. 7. vbi dicit etiam, quod quæ ſingula non proſunt, hîc vnita iuuant, & *priuileg.* 9. *num.*12. vbi dicit, quod materia ſponſaliorum ita eſt priuilegiata, vt ſi aliter probari non poteſt, teſtis ex toto non integer, integer efficitur, & concordat Farin. *deciſ. poſth.*775. *num.*1. *verſ. quorum*, & *in fine, part.* 1. vbi dicit, quod teſtes domeſtici probant ſponſalia, & ad ea probanda iunguntur non ſolùm teſtes, ſed etiam præ- 64 ſumptiones, coniecturæ, & veriſimilitudines; etenim etiam ſignis contrahuntur, necnon per munera, oſcula, & amplexus, & ex annuli donatione, vt latè per Treuiſan. *de ſponſal. priuileg.*6. *num.*4.5.6.7.8.9.10.11. vbi dicit, quod etiam per literas ſponſalia contrahun- 65 tur. Bonacin. *de matrim. q.*1. *punct.*1. *num. duodecimo*, ſatis enim eſt, quod conſenſus oſtendatur aliquibus ſignis exterioribus.

Verum eſt enim, quod ſponſalia contrahuntur vno etiam tantùm loquente, vtputà viro promittente, & muliere tacente, dummodò aliquo ſigno externo manifeſtetur tacentis conſenſus, & repromiſſio, quia ſponſalia etiam tacitè contrahuntur. Innoc. *in c. Cumana*, 66 *de elect.* DD. *in cap. is qui fidem, de ſponſal.* Sanchez. *de matrim. libr.*1. *diſp.*5. *n.*2. Bonac. *eod. tract. q.*1. *punct.*1. *num.*9.10. Treuiſan. *de ſponſal. priuil.*6. *n.*1. vbi de com- 67 muni teſtatur.

Sed prædictis obſtat oppoſitio facta per dictum Fortunatum, quod Brigida non acceptauerit dictam promiſſionem matrimonij, nec appareat fuiſſe præſentem, & repromiſiſſe, & tamen ſponſalia non dicuntur, niſi 68 mutua ſit promiſſio, & acceptata, ad textum *in l.*1. *&* 2. *ff. de ſponſal. cap. noſtrates*, 30. *q.*5. Sanchez *de matrim. lib.*1. *diſp.*1. *n.*7. Bonac. *eod. tract. q.*1. *punct.*1. *n.*7. Treuiſan. *d. tract. priuileg.*1. *n.*1. Nam reſpondetur, probationes, & coniecturas, quas ſumimus ex proceſſu, ſatis importare, quod Brigida fuerit præſens promiſſioni, & eam acceptauerit; etenim in fauorabilibus facilè præſumitur acceptatio, & hîc repromiſſionis habemus ſignum euidentiſſimum ex copula proueniens inter eos ſecuta, & pluries iterata, quia traditio corporis eſt ſufficientiſſimum repromiſſionis indicium, vt inquit Sanchez *d.* 69 *tract. de matr. lib.*1. *diſp.*27. *num.*6. *verſ. idem crederem*; etenim copula carnalis in virgine, & traductio in domum æquiparantur, Brunel. *de ſponſal. concl.* 5. *dub.* 2. *num.*4. quia non ſolùm copula, ſed etiam oſcula ſunt ſignum ſponſaliorum. Sanchez *d. lib.*1. *diſp.*16. *num.* 6. 70 *verſ. Facto verò*, Treuiſan. *d. priuileg.* 6. *numer.* 7. Et propterea licèt ſponſalia conditionalia ante conditionem impletam non obligent, tamen ſubſecutâ copulâ olim tranſibant in matrimonium; nunc verò poſt Concilium Tridentinum efficiuntur pura, adeò vt nolens implere poſſit aſtringi per cenſuras Eccleſiaſticas ad contrahendum matrimonium, ex decreto Sacræ Congregationis, vt per Treuiſan. *de ſponſal. priuil.*2. *n.*23. 71 *in fine*, quidquid dicat Sanchez *d. tract. lib.*1. *diſp.*26. *n.*12. cuius auctoritas omninò cedere debet auctoritati ſacræ Congregationis, & ideò cùm dictus Fortunatus ſæpè dictam Brigidam in vxorem, vel ſponſam denominauerit, & cum ea frequenter conuerſatus ſit, & copulam habuerit, & concurrat fama viciniæ, quod ei promiſerit matrimonium ſecum contrahere, ſponſalia dicuntur ſufficienter probata; vt pulchrè inquit Treuiſan. *dict. tractat. de ſponſal. priuileg. vndecimo, numero primo*, vbi vide.

Sed prædictis multùm obſtat Conſtitutio ſynodalis *tit.*45. *num.*13. vbi nulla, & inualida declarantur ea ſponſalia, quæ fuerint contracta ſine duobus ſaltem teſtibus, etiamſi ad copulam fuerit deuentum; nec du- 72 bium eſt, quin talis conſtitutio ſit licita, & honeſta, ac valida, quia licèt ſponſalia clandeſtina non ſint ex ſui natura illicita, nec vllo iure prohibita, tamen multi dicunt ſic ea contrahere, eſſe peccatum, & omnes admittunt ſaltem eſſe diſſuadenda, quia ſæpiùs fiunt ſine debita circumſpectione, & prudentia, & multa mala producunt, vt apud Bonacin. *de matrim. quæſt.*1. *punct.*7. 73 *n.*12. Et Epiſcopus poteſt ſtatuere in his, in quibus ius commune non reſiſtit. Felin. *in cap. quod ſuper his, numero duodecimo, verſ. & notab. de maior. & obed.*

Nam reſpondetur, quod ſi verum eſt Fortunatum promiſiſſe dictæ Brigidæ cum iuramento ſuper ima- 74 gine B. M. V. ipſum teneri omnino ſeruare iuramentum, vt per Treuiſan. *d. tract. de ſponſal. priuil.* 3. *num.* 6. quia iuramentum obligat etiam ſine ſponſalibus, & conſtitutio, quæ loquitur de ſponſalibus, non videtur habere locum in ſponſalibus iuratis, quia 75 ſtatutum loquens in caſu ſimplici, non habet locum in caſu iurato, & mixto, & maximè cùm non dicat conſtitutio, ſponſalia fidem non facere, ſed eſſe nulla, & inualida: ſic pulchrè Veral. *deciſ.* 121. *numero primo, part.*3. Tuſch. *littera S, concluſ.*539. *n.*30. Cyriac. *contr.*



*contr.*370. *num.*23. *p.*2. ad rem Ludouiſ. *deciſ.*391. *n.* 4. vbi quod ſtatutum non comprehendit contractus iuratos: idem firmat latè Marth. *de iuriſd. p.* 4. *caſ.* 72. *num.* 30.31.

Deinde reſpondetur, quòd etiamſi talis obligatio non poſſet ſuſtineri in vim ſponſalium, tamen ſuſtinendam eſſe in vim promiſſionis ſimplicis ratione damni iniuſtè illati ob copulam ſubſequentem, propter quam Brigida infamiam patitur, & inepta ferè redditur ad matrimonium, & propterea tenetur Fortunatus ſtare promiſſioni, & complere ſponſalia, etiam inualida, adeò 76 vt non ſatisfaciat dotando, ſi Brigida dote non ſit contenta, vt per Bonacin. *de matrim. q.*1. *punct.* 2. *n.* 2. *in fin. verſ. Dico*, & *verſ. Quidquid*, & *verſ. Neque ſatisfaciet*, & conferunt tradita per Sanch. *eod. tract. lib.* 1. *diſp.*5. *n.*17. *verſ. ſimiliter.* Dian. *mor. tract.*4. *reſol.* 205. ampliùs enim res non eſt integra, & non debet reus ex ſuo delicto commodum reportare, & propterea condemnaui dictum Fortunatum ad ducendam in vxorem dictam Brigidam.

Verumtamen, quia non debet nec poteſt quiſquam cogi præciſè ad contrahendum matrimonium, ſed potiùs eſt monendus, etiamſi ſponſalia ſint iurata, *c. re-* 77 *quiſiuit, de ſponſal.* putaui ſatis eſſe, ſi reus moneatur iterum, atque iterum, & tertiò ad contrahendum cum ea matrimonium per verba de præſenti, & expectandum eſſe per tres menſes, & ſi adhuc in negatiua perſiſtat, ampliùs non eſſe cogendum, ſed teneri ad eam dotandam iuxta facultates ſuas, & dictæ Brigidæ conditionem; etenim etiam ſponſalia iurata diſſoluuntur ex noua cauſa, vt per Sanchez *de matrim. lib.*5. *c.*62. *num.*4. 78 Praxis Archiep. *cap.*14. *n.*2. *& ſeqq.* Seraph. *deciſ.*1111. *n.*4. & *deciſ.*1258. Rot. *diuerſ. deciſ.*497. *part.*1. Farinac. *deciſ.*666. *n.*3. *p.*2. *in poſth.* qui remittunt arbitrio iudicis, quænam dicatur rationabilis cauſa diſſoluendi ſponſalia. Giouagn. latè *conſil.*16. *n.*23. *& ſeqq. lib.*1. vbi dicit, quod ille, qui iurauit, ſi iuſtam cauſam habeat, debet moneri, ſed non cogi ad fidem ſeruandam; & dato etiam, quod non adſit iuſta cauſa, dicit ſemper abſtinendum à præciſa coactione.

Et propterea cenſui dictum Fortunatum non eſſe cogendum præciſè ad contrahendum matrimonium cum dicta Brigida, poſtquam inter eos multa maleuolentiæ, & odij ſemina exorta ſunt, ex quo ipſam fœdauit oppoſitione inhoneſtatis, & turpium rerum, ſuſtinendo litem longam, carceres, arreſta, expenſas, inducens etiam teſtes, & examinando ſuper huiuſmodi materiis; ſiquidem matrimonia coacta, vtplurimum exitus parum felices ſortiuntur; & ideò Eccleſia ſolet abſtinere à co- 79 actione matrimonij vbi ſubeſt iuſta cauſa, ſponſalibus etiam plenè, & ritè probatis, vt per DD. *in c. requiſiuit*, vbi Abb. *n.*3. & Barboſ. *col.*2. *de ſponſal.* Couarr. *ſup.*4. *decretal. p.*1. *c.*4. *n.*4. Gabr. *conſ.* 186. *num.*1. Giouagn. *conſ.*16. *n.*16. *lib.*1. Praxis Archiep. Neap. *d. c.*14. *n.*4.5. *lib.*2. Sanch. *de matr. lib.*1. *diſp.*58. *n.*7. perbellè Seraph. *deciſ.*1112. *n.*5. Farinac. *deciſ.*207. *n.*9. *p.*1. pulchrè idem Farinac. *deciſ. poſth.*246. *n.*6. *p.*1. vbi multò magis dicit abſtinendum eſſe à coactione, vbi agitur de ſponſalibus clandeſtinis, vt hîc, quæ ſufficere poſſunt reſpectu intereſſe dictæ Brigidæ.

Nam reſpectu fiſci non fuit conueniens, quod dictus Fortunatus haberetur impunè, quia vltra dotationem puellæ, ad quam omninò tenetur, poteſt etiam puniri corporaliter, & in pecunia; & pœna ſtupri in Clerico 80 ordinaria eſt depoſitio, vt de communi teſtatur Diaz. *in pract. crim. de ſtupro, c.*83. *n.*2. *verſ. & quod pœna*, vbi de hoc ſatis tractat. Farinac. *d. q.*147. *n.*62. vbi alios allegat, & *num.* 64. 65. vbi remittit id arbitrio iudicis. Guttier. *pract. qq. libr.*1. *c.*34. *n.*3. & Clar. *in §. ſtuprum,* 81 *verſ. ſed quæro.* Verùm quia hîc reſpectu fiſci, & criminalitatis poteſt dubitari, an plenè, & verè delictum ſit probatum, & dubium eſt, an ex violentis præſumptionibus reus poſſit condemnari in pœnam ordinariam, cenſui dictum Fortunatum eſſe condemnandum tantùm in pœnam extraordinariam exilij per annum, & ſcutorum centum locis piis applicandorum, iuxta doctrinam Menoch. *de præſumpt. lib.*5. *præſumpt.*41. *n.*15. *verſ. verùm*, & Farinac. *de reo conf. & conuict. q.*86. *n.*34.38. Ex quibus putaui me adbuiſſe partes iudicis ex æquo iudicantis.

Nec dubium eſt, quin hæc cauſa pertineret ad forum Eccleſiæ, tum ratione rei conuenti, qui eſt Clericus; tum ratione cauſæ, quia etiam laicus, qui deflorauit virginem ſponſam, vel ſub ſpe matrimonij, poteſt carcerari per curiam Eccleſiaſticam ad finem, vt contrahat matrimonium provt tenetur, & hæc cauſa pertinet ad 82 Epiſcopum, etiamſi non præceſſerit defloratio, ſed ſolùm promiſſio; adhuc enim carcerari poterit, vt ſententia de contrahendo matrimonio habeat effectum. Sic pulchrè Prax. Archiepiſc. Neap. *c.*14. *num.*1.2. & benè Bellet. *diſq. cler. p.*1. *tit. de fauor. cler. real. §.*4. *num.*117. Verùm in ſecunda inſtantia cum puella ob paupertatem non poſſet extra ſuam Ciuitatem litem ſuſtinere, nec iura ſua deducere, ille Iudex vna tantum parte audita elegit potiùs reum torquere, & tormentis ſupponere pro habenda plena probatione, vt reus in pœnam ordinariam poſſet condemnari; ſed cùm reus ſuſtinuiſſet, negotium fuit accordio ſopitum, conſtituta dictæ Brigidæ paucula dote pro eleemoſyna, attenta eius paupertate.

---

# CAPVT CLXXV.

## Epitome.

### Contractus cum minore ſolemniter geſtus, an ex capite læſionis poſſit reſcindi, & quomodo de læſione conſtare debeat.

## SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum dicitur probatio probata, & euidens.*
2 *Minor validè obligatur cum authoritate curatoris, & decreto Iudicis.*
3 *Iudicis decretum facit præſumere vtilitatem minoris.*
4 *Decretum Iudicis tollit omnem ſuſpicionem.*
5 *Renuncianti iura ſua non datur regreſſus.*
6 *Renunciatio habet vim pacti de non petendo.*
7 *Preces plenè probant contra ſupplicantem.*
8 *Reſcripti forma debet ſeruari.*
9 *Minor vt reſtituatur in integrum, tria probare debet.*
10 *Reſtitutio non datur ſine læſione.*
11 *Minori incumbit probare ſe læſum.*
12 *Læſio debet eſſe certa, vt minor reſtituatur.*
13 *Læſio modica non conſideratur.*
14 *Confeſſio minoris cum ſolemnitate præſumitur vera.*
15 *Minor reſtitui volens aduerſus ſuam confeſſionem, quid probare debeat.*
16 *Error quomodo probetur adeſſe.*
17 *Confeſſio minoris poteſt eſſe ſine læſione, & ſine errore.*
18 *Negatiua probari non poteſt, & facit teſtem de falſo ſuſpectum.*
19 *Creditor debet probare verum creditum, vt præferatur fiſco.*
20 *Confeſſio minoris, quando teneat etiam ſine ſolemnitatibus.*
21 *Minor tenetur ſeruare actum iuratum.*
22 *Iuramenti vires habet clauſula*, pro iurato.
23 *Prætenſionis remiſſio ſufficit ad validitatem tranſactionis.*
24 *Læſio non datur, vbi obligatio, vel remiſſio eſt reciproca.*
25 *Læſio vt probetur, debet conſiderari totus contractus.*

*26 Scriptura quomodo recognoſcatur.*
*27 Minor non tenetur ad reſtitutionem, niſi probetur factus locupletior.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN cauſa anterioritatis bonorum Procurator Fiſcalis
Nouellariæ abſoluendus eſt à petitis per Cæſarem
Maſcellam, quia verè non conſtat dictum Cæſarem eſſe
creditorem Herculis Mantelli, de cuius bonis confiſ-
catis tractatur. Nam licèt inter dictum Cæſarem, &
Herculem multa interceſſerint, tamen ſibi finem, &
quietationem perpetuam inuicem fecerunt confitentes
eſſe ſatisfactos, & ſolutos, compenſatis compenſandis
poſt computa facta, vt in inſtrumento Ioan. Franciſci
1 Giudetti, facto *ſub die* 10. *Maij* 1632. in actis exhi-
bito, quod dicitur probatio probata, & expedita, vt
aliud non ſit quærendum, ad tradita per Tiraq. *de re-
tract. lignag.* §.1. *gloſſ.*2. *num.*20.21. vbi alios allegat, in
quo cùm interuenerint ſolemnitates curatoris, & decreti
2 Iudicis, potuit dictus Cæſar validè obligari, quia ex hoc
omnia cenſentur ſolemniter geſta, vt per DD. *in l. ſi cu-
ratorem, C. de reſtit. in integ.* Put. *dec.*205. *num.*2. *lib.*3.
Seraph. *deciſ.*217.*n.*1. Farin. *dec.*643. *n.*1. *p.*1. quia vbi
interponitur Iudicis decretum, contractus præſumitur
3 factus ad vtilitatem minoris ſine dolo, & fraude. Me-
noch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 75. *num.*53.54.55.
4 Ludouiſ. *deciſ.*406. *n.*14. eò quod decretum iudicis tol-
lat omnem ſuſpicionem, iuxta *l.* 1. *Cod. de præd. decur.
libr.*10. Odd. *de reſtit. in integ. q.*22.*art.*9. *n.*53. Et ideò
dicto Cæſari iura ſua renuncianti non datur regreſſus,
5 *leg. Quæritur, ff. de ædil. edict.* Tuſch. *littera L, concl.*175.
*n.*1. Farinac. *deciſ.*100. *n.*4. & *deciſ.*562. *n.*67. *p.*2. cùm
renunciatio habeat vim pacti de non petendo, quando
6 facta eſt præſenti, & acceptanti, Tuſch. *d. littera L,
concl.*175. *n.*6.

Non obſtat allegata læſio pro parte dicti Cæſaris, vt
in precibus S. E. datis cum reſcripto, vt conſtito de læ-
7 ſione in integrum reſtituatur, quæ plenè probat contra
ipſum, *l. cùm precum, C. de liber. cauſ.* Tuſch. *littera
8 C, concl.*646.*n.*5. Siquidem dictus Cæſar tenetur ſeruare
formam reſcripti, vt priùs conſtare faciat de læſione,
aliàs acta ſunt nulla, Caſtrenſ. *conſ.*196.*n.*4.*lib.*2. Tuſch.
*littera R, concl.*286.*n.*4. Ad hoc enim vt minor reſtitua-
9 tur in integrum, tria debet probare; primò quod ſit mi-
nor, ſecundò quod ſit læſus, tertiò quod dolo aduerſa-
rij læſio emanauerit, *l. verùm, §. ſciendum*, vbi Bart.
*de minoribus, l. non videtur, Cod. de reſtit. in integ.* Alex.
& Iaſ. *in l. nam & poſteà, §. ſi minor, ff. de iureiur.* plenè
10 Anan. *conſil.* 48. *vbi Bolognin.* ponit hæc tria requiſita.
Menoch. *conſil.*100.*n.*289. Tuſch. *littera R, concl.* 286.
*num.*1.5.6. Non enim ſine læſione datur reſtitutio. Odd.
*de reſtit. in integ. lib.*1. *q.*4. *art.*1. *numero quarto, in fin.*
Maſcard. *de probat. concl.*692.*n.*2. Gratian. *diſcept.*738.
11 *n.*74. Farinac. *deciſ.*731.*n.*1.*p.*2. & incumbit minori
probare plenè læſionem, non aduerſario, *d. l. nam &
poſteà, §. ſi minor, l. in minoribus, C. de reſtit. in integr.
cap.*1. *eodem*, Inn. & Abb. *in c. ex litteris, n.*15. *eodem*,
12 adeò vt læſio debeat eſſe certa ad hoc vt minor reſtitua-
tur. Grat. *conſ.*4. *in fin. libr.*1. Tuſch. *littera R, concl.*286.
*n.*67. Ludouiſ. *deciſ.*120.*n.*14. Nec ſufficit modica læſio,
quia debet eſſe enormis, vt detur reſtitutio, *l. ſcio, ff.
13 de reſtit. in integr. l. ſi ex cauſa, in fine principij, ff. de mi-
nor.* Tuſch. *d. concl.*286. *n.*20.21. Odd. *d. tract. p.*1. *q.*4.
*art.*12.*num.*104.105. *verſ. in contrarium*; & maximè vbi
adeſt iuramentum, vt hìc, *ibid. n.*100. Farinac. *deciſ.*338.
*num.*6. *p.*2. vnde dubia læſionis probatio nihil releuat.
Imol. *conſ.*169. *n.*7. Tuſch. *littera R, concl.*287. *n.*12.

Cùm ergo dictus Cæſar minor cum auctoritate cura-
toris, & Iudicis ad ſtipulationem dicti Herculis dixerit,
& confeſſus fuerit ſe integraliter fuiſſe ſatisfactum ab
eo ante dictum inſtrumentum, de omnibus, & quibuſ-
cunque fructibus, & pecuniis, beſtiaminibus, & aliis
per eum perceptis, & ad eius manus peruentis ex bonis
communibus inter dictum Cæſarem, & alios conſortes
de Maſcellis à die obitus Bernardini Maſcellæ, compen-
ſando eidem Maſcello pecunias per eum ſolutas Alema-
nis ad commodum dicti Cæſaris, & ſoluta in variis de-
bitis, & attenta reſtitutione nonnullorum bonorum,
adeò vt penitus de geſtis, & habitis per dictum Man-
tellum, factis computis, & compenſatis compenſandis, 14
dictus Cæſar fuit ſatisfactus, vt in inſtrumento, ad quod
&c. cui ſtandum eſt, niſi dictus Cæſar tum ſe aliter ha-
bere probet, quia confeſſio minoris facta in inſtrumen-
to, in quo interuenerunt Iudicis decretum, & aliæ ſo-
lemnitates, præſumitur vera, vt poſt Seraph. *deciſ.*217.
*numero primo*, Farinac. *deciſ.*647. *n.*2. *p.* 2. & *deciſ. poſth.*
643. *n.*2. *p.*1. & ideò ſi velit reſtitui aduersùs ſuam con- 15
feſſionem, oportet quod doceat de errore, & verita-
tem eſſe in contrarium. Alex. *conſ.*55. *in fin. libr.*5. vbi
apoſtilla dat concordantes. Tuſch. *d. concluſ.*286. *n.*23.
de errore autem non dicitur conſtare, niſi minor appa-
rere faciat, rem ſe aliter habere in contrarium. Seraph. 16
*deciſ.*501. *n.*2. Ludouiſ. *deciſ.*522. *num.*16. Farinac. *de-
ciſ.*158. *num.*4. *part.*2. idem Farinac. *deciſ. poſth.*94.*n.*10.
*p.*2. & *deciſ.*482. *num.*5. *eodem libro.*

Hìc autem dictus Cæſar nullo modo probauit con-
feſſionem eſſe erroneam, & aliter ſe rem habere; licèt
enim conatus ſit probare, quod Hercules vſurpauerit,
vel habuerit multa bona, res, & credita Bernardini, &
vt in notula per eum exhibita, id nihil refert, quia in
inſtrumento partes hoc non negant, imò Hercules de
multis fateri videtur, ſed confeſſio minoris ſe reſtrin-
git ad id, quod fuerit ſatisfactus, & interpretatur ſolu-
tus à dicto Hercule; & hoc eſt, quod probare debebat
dictus Cæſar, ſe non fuiſſe ſatisfactum, neque ſolutum
à dicto Hercule, cùm poſſit eſſe, quod veritatem fuerit
confeſſus, vel quod non fuerit læſus, latè Odd. *de reſtit.* 17
*in integ. p.*2. *q.*65.*n.*30. *verſ. in contrarium, num.*34. *verſ.
ſed contrarium*; in quo defecit dictus Cæſar, quia non
video probaſſe quidquam circa errorem dictæ confeſſio-
nis, nec video quomodo id probare potuerit, quia te-
ſtes, ſi de hoc deponerent, eorum dictum caderet ſuper
negatiua, quæ niſi ſit coarctata loco, & tempore, effi-
cit vt teſtis dicatur falſus, vel de falſo ſuſpectus, vt per
Farinac. *de teſt. q.*65. *num.*205.206.207. & licèt multi
teſtes Cæſaris dicant ſe credere quod dictus Hercules
non reſtituerit bona prædicto Cæſari, nihil eſt, quia
teſtis de credulitate non eſt propriè teſtis, & nihil pro-
bat. Farinac. *de teſtib. q.*68.*num.*62.66.67.70. & maximè 18
cùm non reddant ſuæ credulitatis ſufficientem rationem.
Farinac. *d. q.*68.*n.*74. & verè dicti teſtes nihil deponunt,
quod prodeſſe poſſit Cæſari, quia poteſt etiam eſſe, quod
Hercules non reſtituerit omnia Cæſari, & quod multa
ſibi retinuerit ob debita per eum ſoluta, vt in inſtru-
mento, vel quia in pecunia ſatisfecerit Cæſari, qui ideò
dixit ſe integraliter ſatisfactum & ſolutum, ex quibus
reſultat, quod Cæſar errorem non probauerit, & per
conſequens dici non poteſt, quod conſtet de vero il-
lius credito, provt neceſſe eſt ad finem vt præferatur
Fiſco. Peregr. *de iur. fiſc. lib.*5. *tit.*1. *num.*54. *ad fin. verſ.* 19
*& notandum eſt.*

Dicendum eſt igitur potiùs, quod dictus minor in in-
ſtrumento confeſſus fuerit veritatem, cùm verſetur cir-
ca actum de præterito, quo caſu confeſſio videtur eſſe
recognitio bonæ fidei de his, quæ geſta ſunt, & tenet
etiam ſine ſolemnitatibus; & contraria procedunt in
confeſſione obligatoria de præſenti: ſic Beltram. *ad Lu-* 20
*douiſ. deciſ.*188.*n.*11. *in fin.* vbi licèt dicat id declaran-
dum eſſe; tamen nihil ad nos, quia in noſtro inſtrumen-
to interuenerunt omnes ſolemnitates.

Accedat iuramentum dicti minoris, per quod aſtrin-
gitur ſeruare contractum, & ſuæ ſtare confeſſioni, &
maximè cùm nec in minori ætate, nec poſtea aliquid 21
dixe



dixerit, niſi tunc publicatis bonis dicti Herculis, qui
nequit ſuas dicere rationes, & proptereà vigore iura-
menti non poteſt recedere à dicto inſtrumento confeſ-
ſionato, vt ſuprà, *Auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ.
vendit.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. libro quarto,
tit.*6.*num.*53. Farinac. *deciſ. poſth.*345.*num.*2. *part.*2. vbi
22 quod iuramentum ſupplet omnes ſolemnitates; &
quamuis in dicto inſtrumento non fuerit formaliter
præſtitum iuramentum, tamen clauſula, *pro iurato*, ha-
bet omnes vires iuramenti, dempto periurio, & foro.
Natt. *conſil.* 479. *num.*12. & *conſil.* 480. *num.*12. 14. Se-
raph. *de priuil. iuram. priuil.*22.*num.*120. Surd. *deciſ.*154.
*num.*2. Claud. *ad Bertaz. conſil.*480. *littera A, verſ. Addo
etiam.*

Accedat non poſſe dici, quod dictus minor fuerit læ-
ſus ex dicta confeſſione, & quietantia, etiamſi pro parte
ſua multa remiſiſſet, quia etiam dictus Hercules multa
remiſit, ſeu compenſauit, & præcipuè renunciauit fidei-
commiſſo facto per Bernardinum, in quo vocabat ad
23 ſuam hæreditatem Herculem, ſi dictus Cæſar ſine libe-
ris decederet; hæc enim remiſſio multùm importat, &
poteſt valere quaſi tanti, quanti valet hæreditas; & ad
validitatem tranſactionis ſufficit etiam remiſſio præ-
tenſionis, vt per Farinac. *deciſ. poſthum.*231. *num.*2. *in
fin. p.*2. & læſio non datur vbi promiſſio, vel obligatio
24 eſt reciproca, vt hìc. Farinac. *deciſ.*647. *num.*7. *part.*2.
& in contractibus onerosis, quando hinc inde aliquid
datur, vel promittitur, damnum, & lucrum conſidera-
tur ſecundùm tempus contractus. Maſcard. *de probat.
concluſ.*962. *num.*9. Ludouiſ. *deciſ.*406. *num.*15. & *deciſ.*
25 570. *num.*5. & in probanda læſione debet inſpici totus
contractus, & prætenſiones in eo contentæ, quia ex
defectu vnius non reſcinditur contractus, quia poteſt
ſuppleri ab alia parte. Cyriac. *controuerſ.*222. *num.*73.
*part.*2. Farinac. *deciſ. poſthum.*231. *num.*1. *verſ. & firma-
tur, part.*2. & ideò hìc conſiderari debent etiam præ-
tenſiones dicti Herculis, & maximè dicti fideicom-
miſſi renunciatio, ob quam Cæſar potuit iuremeritò
de multis vocare ſe ſatisfactum; ſed cùm nullam læ-
ſionem probauerit, vt vidimus, nullo modo eſt audien-
dus, & in ſecunda inſtantia debet ei ſilentium imponi.

Non eſt ergo loquendum de recepta facta ſub die 4.
Nouembris 1630. quia continetur ſub quietantia gene-
rali poſtea facta, in qua Cæſar ſe de omnibus ſatisfa-
ctum dicit, & etiam quia non eſt ſufficienter probata;
non enim ſatis eſt, quòd dicant ſe notam habere ma-
26 num dicti Herculis ſcribentis, ſed oportet etiam,
quòd dicant eum vidiſſe ſcribere, vt per Maſcard. *de
probat. concluſ.*1301. *num.*28. 32. de aliis creditis per
dictum Herculem exactis, quæ pertinebant ad Cæſa-
rem, non repeto quæ dixi, quia iis accommodari poſ-
ſunt, cùm contineantur ſub eodem inſtrumento quie-
tantiæ, & non docto de errore dictæ confeſſionis, &
de læſione, vt ſuprà, abſoluendus eſt dictus Procurator
Fiſcalis.

Benè verum eſt quod reſpectu inſtrumenti facti ſub
die 4. Februarij 1634. vbi Cæſar minor vendidit dicto
27 Herculi quandam petiam terræ ſine ſolemnitatibus mi-
norum, dicendum eſt, contractum eſſe nullum, & mino-
rem non teneri ad reſtitutionem pretij, niſi probetur
ex eo factum eſſe locupletiorem. Mantic. *de tacit. & amb.
conuent. lib.*3. *tit.*10. *num.*74.

Non loquor de credito Antonij Pettinarij pro duplis
Hiſpanis 13. quia mihi videtur ſatis probatum, vt poſſit
deferri inſtrumentum ſuppletorium.

Verùm circa creditum Antonij Pegati non video tan-
tùm probatum, vt poſſit dici, ſatis conſtare de eius cre-
dito, quia primus teſtis tanquam vnicus non probat; &
maximè quia non vidit pecuniam numerari, quæ erat in
ſudario, & neſcit quanta eſſet, niſi ex dicto dicti legati,
& non deponit de cauſa ſolutionis, quia poteſt eſſe, quod
ſoluerit debitum Mantello, provt ad rem dicit ſecun-
dus teſtis loquens de aliis libris 200. dicens, *Che ha-
ueua da dare al detto Mantello.* Si ergo ſoluit debitum,
ſublata eſt omnis obligatio; ſed nec ille probat, quia
non fuit præſens ſolutioni; & idem mihi videtur di-
cendum de aliis creditis, quæ non ſunt plenè probata,
neque etiam ſemiplenè, vt poſſit deferri iuramentum
ſuppletorium. Nam licèt DD. dicant, quod ſi conſtet
de ſubſtantia debiti, & incerta ſit quantitas, ſtandum
ſit iuramento agentis, tamen id procedit, ſi plenè ſit
probata debiti ſubſtantia, & adſint aliquæ coniecturæ
de quantitate, & debitor negaſſet debitum, & poſteà
conuictus eſſet de mendacio; vt ego dixi *controu.* 99.
*n.*14.15. Nos autem non verſamur in caſu huiuſmodi:
ergo abſoluendus eſt dictus Procurator Fiſcalis; & ita
cenſeo, &c. ſaluo, &c.



## CAPVT CLXXVI.

### EPITOME.

Læſio in quantitate rei venditæ citra dimidiam, an reſcindat contractum, & an liceat renunciare menſuræ faciendæ.

1 *Pacta ſeruabo, ait Prætor.*
2 *Donatum videtur, quod nullo iure cogente conceditur.*
3 *Scienti, & conſentienti non fit iniuria.*
4 *Venditor præſumitur ſcire qualitatem, & quantitatem rei venditæ.*
5 *In rè ſua quilibet eſt moderator, & arbiter.*
6 *Læſio vltra dimidiam, & in quantitatem citra dimidiam reſcindit contractum.*
7 *Læſio vt cognoſcatur, debet conſiderari totus contractus.*
8 *Menſuratio terræ debet fieri parte citata ſuper loco differentiæ.*
9 *Identitas rei quomodo probetur.*
10 *Confinium mutatio non præſumitur.*
11 *Menſura terræ venditæ intra quantum tempus fieri poſſit.*
12 *Menſurationi fiendæ poteſt renuntiari.*
13 *Contractus habet vires ex vltimo partium conſenſu.*
14 *Prædium quando dicatur venditum ad corpus.*
15 *Venditio ad corpus non ſupplet, ſi prædium ſit maioris quantitatis.*
16 *Emptori faciliùs minuitur pretium, quam augeatur venditori.*
17 *Emptoris lucrum eſt, ſi res vendita ſit maioris quantitatis.*
18 *Læſus non dicitur, qui ſuo facto damnum ſenſit.*
19 *Modica læſio quando conſideretur.*
20 *Dolus non eſt ſine ſcientia.*
21 *Venditor ſciens non poteſt allegare læſionem.*
22 *Renuntianti iura ſua non datur regreſſus.*
23 *Menſuræ poteſt renuntiari tacitè, & expreſsè.*
24 *Menſura non poteſt fieri poſt tempus conuentum.*
25 *Menſura regulatur à partium conuentione.*
26 *Obſcura conuentio nocet venditori.*
27 *Renunciatio eſt donatio.*
28 *Læſio non conſideratur in donatione.*
29 *Renunciatio ſuſtinetur in vim pacti.*
30 *Emptor lucratur fructus.*
31 *Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos.*
32 *mptor poteſt ſupplere pretium, vel rem reſtituere data Elæſione.*

V 2 Ne

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

Viſa facti ſpecie mihi propoſita in cauſa læſionis in-
tentata per D. Proſperum Bazzanum aduerſus hæ-
redes D. Ioannis Figni occaſione prædij venditi per D.
Nicolaum Patrem dicti D. Proſperi prædicto D. Ioanni,
aſſerendo illud eſſe bubulcarum 50. vel circa, & iuxta
menſuram faciendam communibus expenſis, ſtatuto
pretio in ſingulis bubulcis ducatonorũ 75. vt in inſtru-
mento facto ſub die 14. Ianuarij 1619. exiſtimo non eſſe
locum nouæ menſurationi dicti prædij, quia ſub die 6.
Auguſt. 1621. dicti Nicolaus, & Ioannes mutuis ſtipu-
lationibus deuenerunt ad nouam conuentionem, firmã-
tes quantitatem dicti prædij eſſe bubulcarum 48. cum
dimidia, & pretium eſſe ſumendum ſuper dicta quan-
titate in rationem pretij conuenti pro qualibet bubul-
ca; renunciantes dictæ menſurationi, ita quod ſi præ-
1 dium fuerit minoris quantitatis, cedat lucro dicti D.
Bazzani, ſin maioris, cedere debeat commodo dicti
Ioannis Figni; ſic ex pacto, & vt latiùs in dicto inſtru-
ſtrumento, quia in contractibus præcipuè attenduntur
conuentiones partium, & Prætor nihil magis dicere
2 ſolet, quàm *pacta ſeruabo, l. 1. §. Prætor ait, ff. de pact.* quod
enim vltra eſt, vel deeſt, videtur donatum, ad textum *in
l. donari, ff. de reg. iur. l. Campanus, ff. de oper. libert. l. &
cùm donationis, ff. de contrah. empt.* de quo non eſt miran-
3 dum, quia ſcienti, & conſentienti non fit iniuria, neque
dolus, *l. cùm donationis, C. de tranſ. c. ſcienti, de reg. iur.
in 6.* Et cùm vendens præſumatur ſcire qualitatem, &
4 quantitatem rei venditæ, & eius menſuram, ad textum
*in leg. vlt. ff. pro ſuo*, & *in l. quiſquis, C. de reſcind. vend.*
Surd. *deciſ. 64. n. 27. verſ. nam ſi, n. 28. p. 1.* Mantic. *de tacit.
& ambig. conuent. lib. 4. tit. 17. n. 23. in fin.* non poteſt dici,
quod fuerit circumuentus, ſed quod potiùs voluerit
5 emptorem circumuenire; ideò potuit ſibi præiudicare,
quia in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, *l. 1. C.
mandati*; & contractus ex conuentione legem acci-
piunt, etiamſi vltra, vel præter naturam contractus par-
tes conuenerint, *l. 1. §. ſi conuenerint, ff. depoſiti.* Caſtrenſ.
*in l. ſi ſeruum, §. ſi modus, ff. de act. empt.* & *in conſ.* 219.
*num.* 1. *verſ. contractus autem, lib.* 2. Bolognin. *ad Anan.
conſ.* 98. *num.* 4.

Non obſtat, quod in venditione conſideretur læſio,
non ſolùm vltra dimidiam, per *l. 2. C. de reſcind. vend.*
ſed etiam citra dimidiam, quando læſio eſt circa quan-
6 titatem rei venditæ, ad textum *in c. per tuas*, vbi gloſ. &
DD. *de donat.* quia reſpondetur neutrum id cadere; ete-
nim ſi loquimur de læſione vltra dimidiam, de ea nihil
poteſt apparere, quia pretium ſolutum pro bubulcis 48.
longè excedit dimidium valoris totius prædij, compre-
henſa etiam parte per Bazzanum prætenſa: & in pro-
7 banda læſione debet inſpici totus contractus, quia quod
defecit in vna, poteſt ſuppleri in altera parte. Cyriac.
*contr. 222. n. 73. p. 2.* Farinac. *deciſ. poſth. 231. n. 1. verſ. & fir-
matur, p. 2.* vbi quod læſio metienda eſt ex toto contractu,
& prætenſionibus in eo cõtentis, non ex defectu vnius.
Sin loquimur de læſione circa quantitatem, poſſumus
dicere de ea nihil conſtare, non obſtante relatione
Agrimenſoris Bazzani, referentis dictum prædium in
ſex petiis terrarum diſtinctum eſſe in totum bubulca-
rum 58. tum quia Fignus non fuit citatus ad viden-
8 dum fieri menſurationem; & tamen quando fieri de-
bet menſuratio, pars debet vocari pro certa die, & hora
ad eundum ſuper locum differentiæ, ad hoc vt in mora
poſſit conſtitui, alioquin menſuratio nihil præiudicat.
Alex. *conſ.* 33. *num.* 6. *lib.* 6. Bertaz. *clauſ.* 20. *gl.* 20. *n.* 6.
Cyriac. *contr.* 320. *n.* 16. *lib.* 2. Tum quia non conſtat
de identitate terræ menſuratæ cum terra vendita; ſi-
quidem in dicta relatione dicitur petiam terræ menſu-
ratæ, *al Alontazzo*, extitiſſe bubulcarum 16. & tab. 58.
& tamen in inſtrumento venditionis videtur expreſſa
pro bubulcis decem; & ſic tota difficultas, ſi qua eſt,
cadit circa hanc petiam terræ. Sed dicendum eſt agri-
menſorem variaſſe terram, & menſuraſſe, quod non
continebatur in venditione. Nam dicit in ſua relatio-
ne dictam petiam terræ eſſe confinatam à mane per D.
Alphonſum Codelupium, à ſero per Moniales S. Quirini
de Parma, à meridie per dictas Moniales pro parte, &
pro alia parte per viculum, & à Septentrione per hæ-
redes D. Octauij Baſilij, & Bartholomei Maioli. In in- 9
ſtrumento autem venditionis dicitur, dictam terram eſſe
confinatam à mane, & de ſubtus per Benedictum Toſ-
ſium, à ſero per Moniales, & deſuper per hæredes Pe-
regr. Simonacij; ergo terra vendita non eſt eadem cum
terra menſurata, cùm diſcordet in pluribus confinibus, 10
& in vno tantùm conueniat; & tamen identitas rei non
probatur, niſi ſaltem conueniant duo confines. Maſcard.
*de prob. concl. 393. n.* 14. nec præſumitur confinium mu-
tatio, ſed quales hodie reperiuntur, tales fuiſſe præſu-
muntur, vt poſt Alex. *conſ. 75. lib.* 7. Natt. *conſ.* 672. *n.* 11.
Calcan. *conſ.* 9. *n.* 6. 7. Maſcard. *d. concl.* 75. *num.* 10.

Nec recurrendum eſt ad nouam menſuram, quia illa
peti non poteſt, nec amplius fieri inuito emptore. Nam 11
ſi inſpicimus primam venditionẽ factam de anno 1619.
in qua conuentum eſt de menſura facienda, nullo tamen
præſcripto tempore, certum eſt, quod per lapſum ſexa-
ginta dierum excluſa eſt via menſuræ, & petens menſu-
rare, vlteriùs non eſt audiendus, ad textum *in l. quod ſi
nolit, §. ſi quid, ff. de ædil. edict.* Imol. *in c. per tuas*, vbi gloſſa
*de donat.* Bertaz. *clauſ.* 20. *gloſ.* 20. *n.* 5. *verſ. ſi verò*, Ceph.
*conſ.* 36. *n.* 7. Surd. *deciſ.* 64. *n.* 31. *verſ. præſcriptioni.* Sed hîc
lapſum eſt longum tẽpus plurium annorum; ergo non
poteſt peti, quod fiat noua menſura. Surd. *conſ.* 366. *n.* 18.

Verùm ſi conſideramus ſecundam conuentionem fa-
ctam de anno 1621. multò minus fieri poteſt noua
menſuratio, quia illi renunciatum eſt, & firmata eſt
quantitas prædij venditi, adeò vt ſiue ſit maioris quan- 12
titatis, ſiue minoris, damnum, & lucrum ſit emptoris,
vel venditoris, quod facit vt totum prædium intelli-
gatur venditum pro illo pretio in vniuerſum ſumpto,
nec locus ſit augumento, vel diminutioni, nec vlla læſio
poſſit conſiderari. Caſtrenſ. *in l. ſi ſeruum, in fin. ff. de act.
empt.* Salic. *in l. 2. C. de reſcind. vend.* Alex. *conſ.* 8. *n.* 6. *lib.* 4.
Bero. *conſ.* 83. *numero* 29. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 168. *lib.* 2. 13
Caualcan. *deciſ.* 6. *n.* 15. *p.* 2. *in tract. de rata, q.* 35. *n.* 7. Hæc
enim ſecunda conuentio attendenda eſt, quia contra-
ctus habet vires ex vltimo partium conſenſu, non au-
tem ex primo, & valebit vt nunc, non vt tunc. Bart. *in
l. ab emptione, n.* 14. *ff. de pact.* Arct. *conſ.* 127. *col.* 2. *verſ.
Quid plura*, Surd. *conſ.* 136. *n.* 34.

Et ideò licèt in prima venditione poſſit videre illam
fuiſſe factam ad menſuram, tamen ex ſecunda conuen-
tione reſultat partes voluiſſe vendere dictum prædium
ad corpus, dum renunciauerunt menſurationi, & con-
uenerunt pretium eſſe ſumendum ſuper dicta quan-
titate bubulcarum 48. cum dimidia, in rationem pre- 14
tij conuenti pro qualibet bubulca in primo inſtru-
mento, ita quod ſi fuerit minoris quantitatis, cedat
lucro venditoris, ſin maioris, cedat commodo emptoris;
perinde enim eſt, ac ſi totum pretium fuiſſet venditum
pro ducatonis 3637. cum dimidio, vt probare videtur 15
Alexand. *conſ.* 127. *vol.* 2. Bertrand. *conſ.* 30. *n.* 4. *p.* 1. *vol.* 3.
Burſat. *conſil.* 143. *num.* 95. & ſic etiamſi prædium re-
periatur maioris quantitatis, emptor non tenebitur
ſupplere, quia ita ſeruatur in venditione ad corpus.
Surd. *d. deciſ.* 64. *num.* 1. Mantic. *de tacit. & amb. conuent.
lib.* 4. *tit.* 17. *numero* 8. Ergo non eſt locus petitioni
Bazzani.

In qua materia animaduertendum eſt, quod vendito-
ris, & emptoris non eſt par conditio, quia venditori im-
putari poteſt culpa, quòd cũ rei ſuæ præſumatur habere 16
ſciẽtiam, expreſſerit aliter quàm eſſet, emptori verò ni-
hil imputandũ eſt, quòd venditoris fidẽ fuerit ſecutus; &
propte-



propterea facilius emptori minuendum eſt pretium,
quàm augendum venditori: ita Surd. *d. deciſ.* 64. *n.* 27. &
ideò *in l. ſi venditor, de contrah. empt.* habetur, quod ſi
17 quis vendit ſeruum cum peculio decem, ſi quid deſit,
præſtat quod deeſt; ſi quid ſit amplius, emptoris eſt lu-
crum; & idem habetur *in l. ſi duorum, ff. eod.* vbi ſi quid
amplius eſt, ad compendium emptoris pertinet, ſi quid
minus, tenetur venditor: ſic declarat Laderch. *conſ.* 130.
18 *num.* 5. *verſ.* 2. & *verſic.* 3. Sed verè hîc nulla læſio poteſt
conſiderari, vbi venditor poterat ſentire damnum, &
lucrum, nec læſus dici poteſt, qui facto ſuo damnum
ſentit. Cyriac. *controu.* 225. *n.* 25. *p.* 2.

Nec obſtat, quod læſio circa quantitatem attendatur
19 etiam in modico, per caput *Perpetuas, de donat.* quia
illud procedit, quando adeſt deceptio, & nullus eſt
terminus menſurandi, vt per gloſſam *ibid.* Sed in caſu
noſtro nullus eſt dolus, nullaque deceptio ex parte tem-
poris. Non enim probatur ipſum ſciuiſſe quantitatem
dicti prædij, imò conſtat illud locaſſe ad quinquen-
nium pro bubulcis quinquaginta; & ſic videtur fuiſſe
in bona fide, quia dolus non poteſt eſſe ſine ſcientia.
20 Seraph. *deciſ.* 20. *n.* 4. & venditor allegans emptoris do-
lum, debet illum probare. Laderch. *conſil.* 97. *num.* 3. 6.
Cyriac. *controuerſ.* 395. *num.* 10. 11. *p.* 2. Et ſic non poteſt
eſſe locus prædictis, & maximè quia non procedunt,
quando fundus incipit eſſe venditus quaſi ad corpus, vt
hîc ob renunciationem menſuræ, quia tunc non eſt lo-
cus reparationi læſionis, vt declarat Couarr. *pract. qq.
cap.* 3. *num.* 8. *verſic.* 13. & tantò minùs, quia verſamur
in venditore ſagaci, & habente notitiam rei venditæ,
quamdiu poſſedit, & propriis manibus laborauit, &
21 propterea tanquam ſciens excluditur à beneficio ex læ-
ſione prouenienti, vt per Cagnol. *in l.* 2. *num.* 124. 125.
*C. de reſcind. vendit.* vbi etiam dicit, quod dictæ per-
ſonæ ſagaces cenſentur donare, & loquitur etiam in
ruſtico ſagace, & ſquadrato.

Non eſt ergo mirandum, ſi dictus venditor excluden-
dus eſt à noua menſura, quia ipſe ſic voluit. Renuntian-
22 ti enim ius ſuum non datur regreſſus. Gaſp. Theſaur. *qq.
forenſ. lib. primo, q.* 34. *num.* 40. Giouagnon. *conſil.* 100.
*n.* 67. *lib.* 1. Gratian. *diſcept.* 960. *n.* 4. & ſi poteſt tacitè
renuntiari menſuræ faciendæ, vt habetur apud Fabian.
23 de Monte *tract. de empt. & vend. quæſt.* 6. *princ. num.* 19.
ibi, *renuntiare videtur*, multò magis valebit expreſſa
renuntiatio, quæ ſolet plus operari. Surd. *conſ.* 349. *n.* 39.
Seraph. *deciſ.* 706. *num.* 1. 3. & ſi quando conuentum eſt,
vt menſura fiat intra certum tempus, elapſo illo tem-
24 pore, ampliùs fieri non poteſt, vt *in l. qui fundum*, vbi
Alberic. *col.* 2. *ff. de contrahend. empt.* Gabriel *conſil.* 65.
*num.* 18. *lib.* 2. quantò minùs poterit fieri in caſu no-
ſtro, vbi cùm fuerit in poteſtate partium per bien-
nium illam facere, poſtea conuentum eſt, vt ampliùs
non fiat.

Verè enim in hac materia, an menſura ſit facienda,
necne, ſolùm attenditur partium conuentio, & inſpi-
ciendum eſt, quam legem ſibi dixerint, vt apertè pro-
25 bat textus *in d. l. qui fundum, ff. de contrahend. empt.* vbi
I. C. aliud non conſiderat, niſi quid partes conuene-
rint, & idem probat textus *in d. leg. quod ſi nolit, §.
quid ſi ita, verſic. ſi autem, ff. de ædil. edict.* & dicit ex-
preſſè Caſtr. *in l. ſi ſeruum, §. ſi modus, de act. empt.* Ca-
26 gnol. *in l.* 2. *n.* 186. *C. de reſcind. vend.* Gabriel *dict. con-
ſil.* 64. *n.* 18. & 35. vbi dicit ſatis eſſe, quod conſtet de
voluntate contrahentium. Surd. *dict. deciſ.* 64. *num.* 28.
vbi inquit, quod ſufficit non ſolùm expreſſa, ſed etiam
tacita partium conuentio, & ſi quid eſſet ambiguum, &
obſcurum, id nocere debet venditori, non emptori,
*l. veteribus, ff. de pactis, l. cùm lege, ff. de contrahend. empt.*
Surd. *deciſ.* 64. *n.* 27. Anan. *d. conſil.* 98. *num.* 2. Seraph.
*deciſ.* 1379. *n.* 6. Non eſt ergo dubitandum, quin potue-
rit renuntiari dictæ menſuræ, cùm venditor fuerit do-
minus rerum ſuarum, & renunciatio, ac liberatio ni-
hil aliud ſit, quàm donatio, *l. ſi quis delegauerit*, vbi 27
Bart. *de ſolut.* Dec. *in l. poſtquàm, n.* 15. vbi Curt. Iun.
*num.* 5. *C. de pact.* Alex. *conſil.* 206. *in fine, lib.* 7. Surd.
*conſ.* 431. *n.* 18. Menoch. *libr.* 3. *præſumpt.* 45. *n.* 11. In do-
natione autem non cadit læſio, quia per ſe, & de ſui
natura eſt læſiua, prout eſt actus liberatorius; ita per 28
textum *in l. ſi intra, ff. de pact.* Fabian. *in tract. de empt.
& vendit. q.* 7. *colum.* 5. Alioquin omnes donationes in-
fringerentur, propter quod concludendum eſt, quod
dicta renuntiatio menſuræ à parte acceptata, vt in in-
ſtrumento, ſit valida, & ſuſtineatur in vim pacti, ad 27
textum *in l. tale pactum, in principio, ff. de pact.* Bart. *in
l.* 1. *n.* 4. vbi Angel. *col. final. C. eod.* Surd. *conſ.* 136. *n.* 10.
& *n.* 52. *in fin.* vbi tamen tenet contrarium, vbi renun-
tiatio non eſſet acceptata.

Hæc quidem puto eſſe veriſſima, verùm eſto, quod
eſſet locus nouæ menſuræ, & ſupplemento pretij, ta-
men aduerſarius non poteſt conſequi fructus pro tempo-
re anteacto, quia emptor fuit ſemper in bona fide, &
multò magis eius hæredes; & propterea lucratur fru- 30
ctus perceptos etiam ex re aliena, vt habetur *in l. bonæ
fidei, ff. de acquir. rer. dom.* vbi apertè hoc dicitur, &
*in l.* 4. *§.* 1. *in verbo lucrari, ff. fin. regund.* Arius Pinell.
*in l.* 2. *p.* 2. *c.* 4. *num.* 47. 53. 60. *C. de reſcind. vendit.* Et-
enim concludunt omnes, quod fructus recepti, & con-
ſumpti pertineant ad emptorem, ſi venditor læſus agat 31
contra eum, ſi fuerit in bona fide, quoniam poſſeſſor
bonæ fidei facit fructus ſuos contra quoſcunque etiam
minores, & Eccleſiam, ad textum *in l.* 2. vbi gloſſa,
*C. ſi quis ignorans*, Bart. *in l. ſed ſi lege, §. ſcire, n.* 4. *C.
de petit. hæred.* Farinac. *deciſ. poſth.* 333. *num.* 1. *p.* 1.

Minùs venditor poteſt prætendere, quod adſtringa-
tur emptor ad ſupplendum pretium pro exceſſu terræ,
de qua in relatione agrimenſoris, quatenus veritatem
contineret, quia cùm prætendat ſe læſum ex renuncia-
tione prædicta, quam impugnat, & velit venire contra 32
eam, eſt in poteſtate emptoris, ſi velit pretium ſupple-
re, aut rem reſtituere pretio antea ſoluto ſibi relaxato;
alternatiuè enim id ei conceditur, vt rem reſtituat, vel
quod deeſt iuſto pretio, ſuppleat. Cagnol. *in d. l.* 2.
*n.* 229. vbi Pinell. *p.* 2. *c.* 3. *C. de reſcind. vendit.* & vide-
tur eſſe de mente omnium DD. ſed de hoc non puto
longè fore tractandum, quia cenſeo emptorem eſſe pe-
nitus abſoluendum, & ita, &c. Saluo, &c.

---

## CAPVT CLXXVII.

### Epitome.

Lucrum dotis, & prouenientia ex proſpera fortuna an debeant communicari in ſocietate omnium bonorum, & quando, & quomodo dicatur vniuerſalis ſocietas inter fratres negotiantes.

### SVMMARIVM.

1 *Societatis vniuerſalis omnium bonorum inter fratres, quæ ſint ſigna.*
2 *Lucrum dotis debet communicari inter ſocios vniuerſales.*
3 *Societas omnium bonorum non facilè præſumitur.*
4 *Societas quæſtus potius præſumitur, quàm omnium bonorum.*
5 *Societas ſimplex non communicat donata.*
6 *Societas tacita omnium bonorum communicat tantùm quæſtuaria, non donata.*
7 *Dotis lucrum quando inter ſocios communicetur.*

8 *Societatis expreſſæ,& tacitæ an ſit differentia.*
9 *Taciti , & expreſſi non eſt ſemper eadem virtus.*
10 *Lucra omnia quando communicentur in ſocietate.*
11 *Dotis fructus communicantur inter fratres ſocios.*
12 *Societas an ſit contracta omnium bonorum tacitè , ſtatur iuramento.*

Ne ſcribam vanum , duc pia Virgo manum.

IN cauſa Andreæ Baſſuli cum Nicolao eius fratre bre-
uibus me expediam pro ſolutione eorum , quæ loco
dubiorum tranſmittuntur ; eſto enim quod inter eos
fuerit contracta ſocietas tacita vniuerſalis omnium bo-
1 norum , eò quod actus ſociales interuenerint, qui ſuffi-
ciunt ad id præſumendum , qui ſunt cohabitatio, lucro-
rum in vnum collatio , & ad inuicem non reddita ra-
tio , vt de communi teſtatur Felic. *in tract. de ſocier.*
*cap.*10. *n.*17. Mantic. *de tac.& amb. conuent. lib.*6.*tit.*10.
2 *n.*2. Decian. *conſ.*36. *n.*35. *lib.*1. qui loquitur etiam in-
ter fratres , propter quod ſequitur , lucrum dotis mor-
tua vxore vnius ſocij eſſe communicandum cum altero,
qui occaſione ſocietatis pariter ſuſtinuit onera matri-
monij,vt per gloſſam *in leg. ſi eo tempore, ff. pro ſoc.*Bald.
*in l. fundus , ff. famil. erciſc.* latè Felic. *in d. tract. de ſo-*
*ciet. capit.*12. *n.*29. Coſt. *in tract. de iur. & fact. ignor.*
*cent.*2. *diſt.*95. *n. vndecimo* , Trombett. *in tract. de ſociet.*
*cap.*10. *n.*28. Gratian. *diſcept.*904. *n.*18. Mantic. *de tac.*
*& amb. conuent. lib.*6. *tit.*15. *num.*19.

Nam primò reſpondeo , quod cùm verſemur inter
fratres , non facilè præſumitur inita ſocietas omnium
bonorum , quia requiruntur coniecturæ plures , & vr-
gentes. Gratian. *diſc.*336. *num.*2. 3. Decian. *d. conſ.*36.
*n.*35.*lib.*1. vbi non conſtat eos communicaſſe etiam do-
3 nata , & legata ; etenim quando fratres negotiantur de
communi,& lucra etiam conferunt in communi,ſi aliud
non ſit actum inter eos , poteſt intelligi contracta ſo-
cietas lucri , & quæſtus, ac fructuum , non autem om-
nium bonorum , per ea quæ tradit Bart. *in l. Titium,&*
*Mæuium , §. altero , n.*6. *ff. de adm. tut.* & *in l. ſi patruus,*
4 *n.*9. *in fin.* & *num.* 10. *ff. communia vtriuſque iud.* Alex.
*conſ.*133.*n.*2.*verſ.quod videtur, lib.*2. Corn.*conſ.*58.*n.*1.2.
*lib.*4. Mantic. *de tac.& amb. conu. lib.*6. *tit.*10. *n.*11.Me-
noch. *libr.*3. *præſ.*56. *n.*25.28.30. Ergo non veniunt ea,
quæ proueniunt ex legato, vel donatione , aut hæredi-
5 tate, *l. viri , ff. pro ſoc. cum ſeqq.* vbi à fortiori id proba-
tur :ad rem Decian. *conſ.*36. *n.* 1. *lib.* .

Secundò reſpondetur id vtique verum eſſe, & proce-
dere in ſocietate omnium bonorum expreſsè contracta,
non autem in ea , quæ inducitur tacitè per actus ſocia-
les , qualis creditur eſſe iſta ; etenim hæc vniuerſalis
ſocietas tacitè contracta non comprehendit niſi ea,quæ
ex actibus quæſtuariis, & negotij actionibus acquirun-
tur, non autem ea, quæ ex legato , donatione , hæredi-
tate , vel alio ſimili modo, & proſpera fortuna, vt hîc,
proueniunt , & ſatis probatur per textum *in l. commu-*
*nicari, cum quatuor ll. ſeqq.* & *in l. duo, in fin. ff. pro ſoc.*
Dec. *conſ.*21. *n.*2. *verſ. præterea*, & *n.*9. gloſſa *in l. ſi Fra-*
*tres, §. ſocium, ff. pro ſocio.* Abb. *conſ.*65. *n.*1. *lib.*1. Bald.
*in l. cùm oportet, col.*1 *C. de bon. quæ liber.* Crauet. *conſ.*26.
*in* 1. *dub.* pulchrè Alex. *conſ.*49. *n.*2. & *n.*10. *lib.*1. & me-
liùs *in conſ.*48. *n.*4.5. *lib.*1. & *conſ.*186. *lib.*6. qui loqui-
tur in terminis , qui ſic diſtinguit de ſocietate expreſſa
omnium bonorum ; vt in ea omnia debeant communi-
6 cari , & de ſocietate tacita, vt ſint communicanda tan-
tùm quæ ex negotiatione quæſtuaria proueniunt, prout
etiam facit Alciat. *conſ.*103. *num.*4.5. *lib.*8. benè Bero.
*conſ.*190. *n.*13.14.15. *libr.*2. latè Tuſch. *pract. concl. litt.*
*S , concl.*280. *n.*10.& *concl.*282. *n.*2.6.& *concl.*283. *n.*25.
& ſic etiam docet Trombet. *in d. tract. de ſociet. c.*10. *n.*75.
7 vbi poſtquam *ſub n.*28. tradiderat lucrum dotis eſſe cō-
municandum inter ſocios omnium bonorum, poſteà id
limitat *ſub n.*75. non procedere in ſocietate tacita,qua-
lis eſt iſta , quia hæc non comprehendit, niſi quæ pro-
ueniunt ex actibus quæſtuariis ; & ego dixi *contr.* 16.
*n.*6. & tantò minùs, quia hæc non eſt vniuerſalis ſocie-
tas, ſed particularis , & ſimplex, quæ non trahitur ad
alios actus non expreſſos. Decian. *d. conſ.*36. *num.*11. *lib.*1.

Neque obſtant prædictis adducta per Dec. *conſ.*68. *n.*2.
*verſ. vlt.* Soc. Sen. *conſ.*192. *n.*3. *lib.*2. Rol. *conſ.*91. *n.*29.51.
*lib.*1. Ruger. *conſ.*55. *n.*25. Peregr. *conſ.*37. *n.*11. *lib.*6. quos
ſequitur Mant. *de tacit.& amb. conuent. libr.*6. *tit.*15. *n.*12.
qui ſentiunt nullam eſſe differentiam tacitæ,& expreſſæ
ſocietatis ; ideò in tacita etiam comprehendi donatio-
nes, legata, & hæreditates,quia ita loqui videntur con- 8
tra communem DD. ſententiam ; plures enim ſunt , &
grauioris authoritatis,qui communiter hanc diſtinctio-
nem admittunt , vt videre eſt apud Tuſch. *d. concl.*282.
*n.*2. Pereg. *conſ.*95. *lib.*3. & vt ſuprà vidimus , & non eſt
mirum, quia ſæpè plus operantur expreſſa, quàm tacita,
*l. hæc verba, de leg.*1. *l. ſi quis Sempr. de hæred. inſt. l. eum*
*qui , in fin. de verb. oblig. l. actus legitimi , de reg. iur. l.*
*condit. de cond. & demonſtr. l. vnic. §. ſin autem , C. de cad.*
*toll.* & quatenus altera opinio magis placeret , procedit
quando conſtat fratres ex actibus non ſolùm vniformi- 9
bus , ſed etiam difformibus communicare lucra vnde-
quaque prouenientia ; hic autem non conſtat eos com-
municare niſi quæſtus negotiorum ; ergo non præſumi-
tur , quod inter eos fuerit ſocietas , niſi quæſtus eo mo-
do, quo diſponitur *in d. l. communicari , ff. pro ſocio* ; &
propterea ſi verum amamus , dicendum eſt , quod ſi ſo-
cij communicauerint etiam lucra prouenientia ex pro-
ſpera fortuna , cenſetur contracta ſocietas , non ſolùm
quæſtus , ſed etiam omnium bonorum , adeò vt ſi ſu-
perueniant poſteà alia ſimilia lucra durāte ſocietate,non
poſſit ſocius ea communicare , quia ſic tacitè inter eos
conuentum cenſetur ; & ita declarat, & bene intelligit
Soc. Iun. *conſ.*192. *n.*3. *verſ. ſed hoc, & verſ. fateor, lib.*2. 10
& ſentire videtur Mantic. *d. lib.*6. *tit.*15. *n.*12. *& ſeq.*
& alij in contrarium adducti , quos in his terminis li-
benter ſequor, & verum dicere ſentio ; ſecus tamen eſt,
vbi nunquam conſtat ſocios communicaſſe aliqua lucra
prouenientia ex proſpera fortuna , vel quia non fuit oc-
caſio talia faciendi , vel alia ratione ; tunc cenſeo non
poſſe dici inter eos ita generalem extare ſocietatem , vt
teneantur communicare etiam donata, & legata,& alia
lucra extra negotiationem ex proſpera fortuna proue-
nientia ; in hac enim tacita ſocietate non extenditur
voluntas vltra quam inducant actus ſociales , ex Bart.
*in d. l. Titiam , §. altero , n.*6. *ff. de adminiſt. tut.*

Non obſtat , quod etiam Nicolaus ſuſtinuerit onera
Matrimonij vnà cum Andrea , quia reſpondetur ſatis
eſſe , quod durante ſocietate in communi fuerint potiti
fructibus huiuſmodi dotis , & cum ea dicti fratres fue- 11
rint negotiati ad commune commodum , vt bene conſi-
derat *dicta lex ſi fratres, §. ſocium , ff. pro ſoc.* Soc. Sen.
*conſil.*40. *n.*7. *libr.*4. Alex. *d. conſ.*49. *n.*10. *lib.*1. & pro-
pterea concludo lucrum dictæ dotis eſſe præcipuum di-
cti Andreæ, & in diuiſione fore ad eius fauorem in pri- 12
mis deducendum , & ſi fortè remaneret dubium , an in-
ter dictos fratres fuerit contracta ſocietas omnium bo-
norum per actus ſociales , poteſt ei , qui negat , deferri
iuramentum ; quia cùm videatur pendere ab animo , an
ita ſocius contrahere voluerit , iuramento eius ſtandum
eſt,vt in terminis non ineptè dixit Dec. *d. conſil.*36. *n.*40.
*lib.*7. vbi vide , &c.

Et licèt Maſc. *de probat. concl.*1316. *num.*45. videatur
poſt Alciat. *præſ.*25. *ſub n.*2. *lib.*1. tenere , quod inter
fratres faciliùs præſumatur contracta ſocietas omnium
bonorum , etiam ex communicatione lucrorum vnius
negotiationis ; tamen id non eſt verum , niſi ad indu-
cendam ſimplicem ſocietatem, de qua *in d. leg. commu-*
*nicari , ff. pro ſocio* , quia vt præſumatur ſocietas om-
nium bonorum etiam inter fratres,requiruntur illa tria
requiſita , de quibus in principio diximus , vt per
Decian. *d. conſ.*36. *n.*11. & *n.*35. *lib.*1. vbi alios allegat ;
& licèt nos *in d. contr.*16. *n.*4. ſequuti fuerimus ſenten-
tiam Alciati , tamen id intelleximus quoad præſumen-
dam ſocietatem lucrorum , & quæſtuum, non autem il-
lorum , quæ proueniunt ex proſpera fortuna , vt ſunt le-
gata , & donationes , vt ibidem probauimus *ſub num.*6.
loquendo ſemper de tacita ſocietate omnium bonorum,
non autem de expreſſa.



---

## CAPVT CLXXVIII.

### EPITOME.

Mandatum ad occidendum quando præſumatur, & an inimicitia, & minæ faciant indicium ad torturam.

### SVMMARIVM.

1 *Mandatum in delictis non præſumitur , niſi probetur.*
2 *Filius, vel ſeruus non præſumitur deliquiſſe de mandato procuratoris , vel domini.*
3 *Mandatum inter patrem , & filium ad delinquendum ſecretò dari ſolet.*
4 *Tractatus inter filium,& patrem ad delinquendum ſolet eſſe ſecretus.*
5 *Delictum commiſſum in loco campeſtri eſt difficilis probationis.*
6 *[illegible]cia leuiora in occultis ſufficiunt ad torquendum.*
7 *Præſumptiones violentæ in occultis ſufficiunt ad condemnandum.*
8 *Filius præſumitur deliquiſſe de mandato patris,concurrentibus coniecturis.*
9 *Inimicitiæ cauſa ſufficit ad arguendā ipſam inimicitiam.*
10 *Inimicitia oritur ex percuſſionibus.*
11 *Inimicitia facit indicium ad torturam in occultis.*
12 *Inimicitia capitalis facit indicium ad torturam.*
13 *Offenſio leuis cenſetur vindicari alia leui.*
14 *Iniuria æſtimatur reuocatione ad animum , & ex cauſa putatiua.*
15 *Inimicitia capitalis oritur ex minis capitalibus.*
16 *Inimicitia capitalis dicitur arbitrio Iudicis.*
17 *Inimicorum pluralitas tollit indicium ex inimicitia.*
18 *Inimicitia non ſpecifica,& ſine cauſa non facit indicium.*
19 *Inimicitia grauior attenditur ad faciendum indicium.*
20 *Iniuria grauis eſt in Eccleſia aliquem nominatim redarguere.*
21 *Iniuria eſt maior, quæ fit coram multis aſtantibus.*
22 *Maledicere certæ perſonæ eſt iniuria.*
23 *Mandatum , vt præſumatur ex inimicitia , tria copulatiuè requiruntur.*
24 *Allocutio ſecreta quando faciat indicium.*
25 *Minæ quando faciant indicium ad mandatum.*
26 *Inimicitia non arguit mandatum quando conſtat de occiſione.*
27 *Mandatum quomodo præſumatur propter inimicitiam.*
28 *Minæ adminiculatæ faciunt indicium ad torturam.*
29 *Minæ de re graui faciunt indicium, non de re leui.*
30 *Minæ de vindicta facti faciunt indicium.*
31 *Minas ſolere exequi, vel poſſe, parificantur.*
32 *Minæ cum adminiculis ſunt indicium ad torquendum.*
33 *Minas an quis ſolitus ſit exequi, ſuppletur ex alio adminiculo.*
34 *Minæ multùm nocent, ſi ſequatur delictum minatum.*
35 *Minarum cauſa prolata ſolet deueniri ad torturam.*
36 *Minæ in occultis quomodo probent.*
37 *Fama an faciat indicium ad torturam.*
38 *Fama probabilior attenditur.*
39 *Fama in his , quæ ſunt difficilis probationis, facit indicium ad torquendum.*
40 *Mandans non poteſt inquiri , niſi verè, & plenè conſtet de mandatario.*
41 *Mandatarius ſi ignoretur , an poſſit procedi contra mandatem.*
43 *Mandans ſolet inquiri , etſi plenè non conſtet de mandatario.*
44 *Senex quando poſſit torqueri.*
45 *Mandatum quando faciat indicium ad torturam.*

Ne ſcribam vanum , duc pia Virgo manum.

DE anno 1637. ſub die 25. Martij in veſpere fuit R.
D. Antonius Torius Rector Eccleſiæ Parochialis
S. Bernardini de Seda percuſſus baculo in tibiis à per-
ſona incognita ob faciem velatam , propter quod ita
malè ſe habuit , vt in ſpatio quindecim dierum vitam
cum morte commutarit ; & quia viuens examinatus
dixit , ſe attribuere cauſam huius rei conſortibus de
Tondellis,dicens ſibi viſum fuiſſe,quod percuſſor fuerit
Stephanus Tondellus , & allegauit cauſam inimicitiæ,
quia Tondelli eo inuito tranſiſſent cum bobus,& plau-
ſtro,& aratro per Cæmeteriū Eccleſiæ,& cum eo verba
habuerint,& exindè de hoc ipſe dolens cum Reueren-
diſſimo Vicario dederit cauſam quod ab eo fuerit euo-
catus Bernardinus Tondellus pater,& patruus Stephani,
& Antonij pariter de Tondellis, qui correctioné Vica-
rij ægrè ferens,in platea Regij protulit verba commi-
natoria contra dictum Rectorem,dicens : *Che lo voleua*
*far lignare, e farla rompere le gambe auanti Paſqua, e che*
*gli la pagarebbe , è che non ſe la ſcordarebbe mai , e che*
*haurebbe voluto più preſto gli haueſſe dato delle ferite, che*
*metterlo in bocca de patroni.* Et ideò ſecuto homicidio
dictus Bernardinus fuit per Curiam Epiſcopalem in-
quiſitus de mandato , & dictus Antonius, & Stephanus
de homicidio, cùm incertum eſſet quis illorum perpe-
traſſet delictum ; quia licèt dictus Rector ab initio in-
culpauerit Stephanum,tamen poſteà cùm exculpauerit,
& orta eſt fama , quod Antonius prædictum crimen
huiuſmodi perpetrauerit. Quæritur ergo an in præſenti
Tondelli ſint conuicti , vel ſaltem ad torturā indiciati.

Et ſanè ad defenſionem Bernardini allegabatur ,
quod in delictis mandatum non præſumitur,niſi probe-
tur, Bald. *conſ.*238. *n.*5. *lib.*5. Natt. *conſ.*499. *n.*1. *verſ. &* 1
*quia*, Dec. *tract. crim. lib.* 9. *cap.* 34. *numero* 1. Honded.
*conſil.* 96. *num.*38.65. *lib.* 5. Farin. *in pract. crim. q.* 134.
*num.* 68. Deindè dicebatur , quod filius,vel Nepos non
præſumitur homicidium feciſſe de mandato patris, vel
patrui , etiamſi eis facta fuerit offenſa , ſed totum per-
traſſe motu proprio , niſi aliud probetur , ad textum *in*
*c. cùm ad ſedem,* vbi gloſſa magiſtralis, *de reſtit. ſpol. cap.*
*Quia, q.*4. Burſ. *in prax. de mand. ad homicid. n.*51. Honded.
*conſ.* 97. *n.*21. *& ſeqq. lib.*2. Farin. *d. q.*134. *n.* 67. Guazzin. 2
*de defenſ. reor. cap.* 30. *n.*4. vbi id voluit maximè proce-
dere vbi non agitur de delicto ſucceſſiuo, ſed momen-
taneo , vt hîc. Guaz. *defenſ.* 32. *cap.* 30. *n.* 9. vbi hoc
idem confirmat.

Nihilominus Bernardinus ſatis videbatur grauatus,
& indiciatus,quod ipſe fecerit verberare dictum Recto-
rem,tum ex circunſtantiis aggrauantibus,tum ex natura 3
delicti, quod per ſe atrox videtur,& difficilis probatio-
nis, quia inter patrem,& filium talia ſecretò committi
ſolent,vt de mandato ſcripſerunt Dec. *conſ.*88. *n.*3. *lib.*3. 4
Menoch. *conſ.*788. *n.*1. Giurb. *conſ.* 91. *n.*3. & de tractatu 5
tradiderunt Crauet. *conſ.*220. *n.*15. Farin. *q.* 18. *num.* 105.
Giurb. *conſ.*2. *n.*46. & *conſ.*91. *n.*4. & maximè quia deli-
ctum fuit commiſſum in loco campeſtri , & remotò à
Ciuitate. Ferett. *conſ.*392. *n.*27. *lib.*2. Farin. *q.*62. *num.* 55.
Giurb. *conſ.*87. *n.* 12. & tantò magis quia appropinqua-
bant tenebræ noctis , quod reddit probationem delicti
difficiliorē, & propterea in huiuſmodi delictis ſufficere

 ſolent

ſolent probationes leuiores ad torquendum. Giurb. d.
conſil.87.num.11. & conſ.95.num.1. Imò etiam ad con-
demnandum in pœnam extraordinariam, ſi violentæ
7 ſint. Menoch.de arb.caſ.89.n.93.Monticel.in pract.crim.
reg.12.n.12.18.19. Far. conſ.crim.50.51.& conſ. 102.n.7.
lib.1.& q.51.n.37.38.39.

In caſu autem noſtro non deficiunt coniecturæ,præ-
ſumptiones, & indicia contra dictum Bernard. quod
mandauerit interfici Rectorem, ſiquidem filius præſu-
mitur de mandato patris offenſi occidiſſe illius inimi-
cum, ſi concurrat aliqua alia præſumptio, quàm ſan-
8 guinis coniunctio; quod fecerit ad vindictam illius,
qui prætenditur mandans. Rom. in leg. de pupillo, §. ſi
quis, numero 6. ff. de noui oper. nunciat. Alex. conſ. 69.
n.5. lib.2. Grammat. conſ.8. n.4. Dec. tract. crim. lib.9.
cap.37. n.10. in fin. Farin. conſ.55. num.29.30. & q.134.
num.86. & 105. Hîc autem concurrunt multæ aliæ præ-
ſumptiones, & coniecturæ: ergo non poteſt denegari
quin Bernardinus non ſit indiciatus ad torturam.

Et in primis contra eum conſideratur cauſa odij, &
inimicitiæ non ſolùm ex impedimento quod Rector
tentauit facere dictis Antonio, & Stéphano, ne iter
haberent curribus ſuper bonis Eccleſiæ; ſed etiam ex
recurſu habito ad me Vicarium antedictum pro inſul-
tu; etenim odij, & inimicitiæ cauſæ ſufficiunt ad ar-
9 guendum exiſtentiam illius. Marſil. conſ.51. n.34. Dec.
conſ. 68. num.15. lib.5. Treuiſan. deciſ.28. num.4. lib.2.
Farin. conſ.126. n.11. lib. 2. Hond. conſ.93. n.16. lib.2.
verùm conſtat concludenter de inimicitia non ſolùm
ex teſtibus offenſiuis, ſed etiam ex confeſſione ipſius
Bernardini dicentis: *Che haurebbe voluto più preſto gli
haueſſe da.o delle ferite, che metterlo in bocca delli patroni.*
Si enim ex percuſſionibus oritur inimicitia grauis, &
10 iniuria atrox, Rol. conſ.95. n.29. lib. 2. Viu. deciſ.435.
num.22. Farin. q.49. num.29.30.& conſ.55. n.43. Giurb.
conſ.84.num.2.3. vtique in propoſito ſatis probatur ini-
micitia capitalis, dum Bernard. putat ſe magis offen-
ſum, quàm ſi vulneratus fuiſſet; & propterea in occul-
tis, & his quæ ſunt difficilis probationis, inimicitia fa-
11 cit indicium ad torturam, ex Bart. in l.1.§. cùm quis, ff.
de quæſt. latè Farin. q.49. n.107. quod procedit, & non
habet difficultatem, quando inimicitia eſt adminicula-
ta aliis coniecturis, vt hîc, vt per Farin. d. q.49. n.89.
102.103. & conſ.99. n.15. Giurb. conſ. 13. n.7. verſ. ad
torturam.

Neque obſtat reſponſio Bernardini, quod id proce-
dat ſi inimicitia ſit capitalis, & correſpondeat offenſæ
12 factæ. Farin. conſ.147. n.33. lib.2. non autem ſit leuis,
& procedat à leui cauſa, quia offenſa leuis præſumitur
vindicari alia offenſione leui, non autem maiori, ex
Iaſ. in l.1. n.30. verſ. ſecundò, C. de ſeru. fugit. Gabr. tit.
13 de malef. conſ.2. n.54. Ceph. conſ.234. n.30. Hector Fe-
lic. alleg.16. n.3. p.2. quia replicatur quod iniuriæ æſti-
mantur potiùs reuocatione ad animum, quàm rerum
euentis; & ſatis eſt, quod inquiſitus putauerit adeſſe,
etiamſi vera cauſa non adſit. Farin. conſ.102. n.4. lib.1.
14 & q.52. num.146. Sed ſic eſt, quod Bernard. ex prædi-
ctis æſtimauit ſe valdè offenſum; ergo ſatis probata
remanet capitalis inimicitia, & tantò magis propter
15 minas capitales, ex quibus oritur capitalis inimicitia.
Farin. q.49. n.47. & in omnem euentum remittitur ar-
bitrio iudicis quænam dicatur capitalis inimicitia. Far.
16 q.49. num.87.

Non obſtat alia reſponſio adducta pro parte dicti
Bernardini, quod ſcilicet Rector alios haberet inimi-
cos ſibi infeſtos, vt latè deducit eius Aduocatus, quo
caſu propter pluralitatem inimicorum dubia, & incerta
17 redditur præſumptio ex inimicitia reſultans, & nullum
operatur effectum. Maluaſ. inter conſ. crim. diuerſ. conſ.110.
num.28. lib.1. in magna impreſſione, Theſaur. dec.24. n.7.
verſ. prætereà. Nam reſpondetur non ſatis conſtare de
aliqua alia ſpecifica inimicitia, nec eſt probata quali-
tas, & cauſa inimicitiæ, quia licèt dicatur eum multis
diſplicuiſſe, nihil tamen in ſpecie deducitur, ſuper quo
inimicitia poſſit ſpecificè fundari; ideò nihil operatur. 18
Menoch. de præſ. lib.1. q.89. num.58. Maſcard. de probat.
concl.692. num.1.2. Far. d. conſ.102. num. 17. Sed eſto,
quod conſtaret de aliqua alia inimicitia, tamen cùm
non appareat extitiſſe grauiorem, vel æquè grauem, aut
recentiorem, hæc ſola Bernardini inimicitia eſt atten-
denda, cùm etiam aliis coniecturis, vt dicam, ſit ad-
miniculata; ille enim inimicus præſumitur offenſor,
qui magis inimicus eſt, & recentior, & qui iniuriam
ad animum reuocauit, & maximè concurrentibus aliis 19
adminiculis, per ea quæ tradit Farin. d. conſ.102. n.18.19.
lib.1. & q.49. n.115.116.117.118. Cyr. contr. forenſ.150.
num.31. Franc. March. deciſ. Delphin.423. n.27. Guaz.
defenſ.28. c.1. num. 8. vbi quod attenditur inimicitia
maior.

Non obſtat replicatio, quod conſtet de graui alia
inimicitia, quia Rector redarguerit in altari quen-
dam, eò quod deambulaſſet extra Eccleſiam, dum fie-
bat proceſſio; ſiquidem verba ſimilia prolata in Ec-
cleſiaſticos contra certam perſonam, reputantur grauis, 20
imò atrox iniuria. Nic. in §. atrox, n. 1. Inſt. de iniur.
Plaz. epitom. delict. lib.1. c.6. n.15. verſ. his itaque. Farin.
q.105. n.206. & creſcit iniuria, quia facta fuit coram
multis adſtantibus in Eccleſia, & audientibus, c.7. vbi 21
Hoſt. Ioan. And. n.2. de maled. Nicaſ. d. §. atrox, num.3.
Menoch. de arb. iud. caſ.263. num.24. Far. q.105. num.189.
Nam reſpondetur hæc procedere in propriis terminis,
quando maledicitur certæ perſonæ ſpecificatæ per no- 22
men proprium, vel ita clarè, quod de ea ſolùm ſermo
intelligi poſſit, provt ſic loquuntur præfati DD. verùm
hîc nuſquam apparet dictum Rectorem hoc modo re-
darguiſſe quemquam, ſed generaliter loquutum fuiſſe,
provt decet verum Paſtorem, dum ſuas corrigit oues;
& hæc cauſa erat nimis leuis, nec poterat cauſare rubo-
rem, cùm de ſola deambulatione fuerit correctio.

Minùs obſtat alia reſponſio, quod ex inimicitia de-
lictum non præſumatur de mandato inimici commiſ- 23
ſum, niſi tria copulatiuè concurrant, ſcilicet primò
inimicitia capitalis, ſecundò ſecreta allocutio prætenſi
mandantis cum mandatario, tertiò quod delictum non
fuerit ſubſecutum. Bald. in l.1. n.17. in fin. vbi Iaſ. n.3.
& DD. C. de ſent. fug. Carer. in pract. §. circa, num. 53.
Plaz. libr. 1. delict. c. 14. n.6. Gabr. de malef. concl. 2.
n.55. Maſcard. de probat. concl.1012. n.6. Farin. conſ.47.
n.6.7. Pacian. conſil.118. n.82. Marcerat. lib.3. reſol.22.
n.6. Felic. alleg.46. num.8.9. & alleg.47. n. 9. p.2. Nam 24
reſpondetur hæc procedere, quando ex ſecreta allocu-
tione volumus præſumere delictum, ſeu mandatum in
alloquente; hic enim non eſt caſus noſter, quia non
tractatur de aliqua allocutione, ſed aliundè arguimus,
mandatum ſcilicet ex inimicitia, ex minis, ex fama, &
aliis, de quibus in proceſſu; alioquin ſequeretur, quod
deficiente ſecreta allocutione non poſſet alio modo
probari, ſeu præſumi mandatum; non enim illa tria re-
quiruntur ita copulatiuè, quod vnum non poſſit ſuppleri 25
per aliud, quia ſufficit, quod concurrat aliqua alia
præſumptio, ſeu adminiculum, vt benè Farin. q. 134.
n.105. & conſ.55. num.29.30. & fortè meliùs in conſ.102.
in addit. littera D, lib. 1. vbi inquit, quod non ſolùm
capitalis inimicitia ſuppletur per alia indicia, ſed etiam 26
ſecreta allocutio, ſi defecerit, poteſt ſuppleri per mi-
nas apparentes, imò plus operantur minæ, quàm ſecreta
allocutio; ſed in caſu noſtro minæ ſunt euidentes, con-
currit inimicitia, & paulò poſt ſecutum eſt homicidium,
provt ad rem continebant minæ: Bernardinus enim mi-
natus fuerat de faciendo infringere tibias dicto Recto-
ri ante Paſcha, provt euentum eſt; nam vbi minæ ſo-
nant in mandatum etiam generale, ſi ſequatur homici- 27
dium à famulo, ſeu filio minantis, illæ minæ faciunt non
leue indicium ad mandatum, ſecus eſt de minis, quæ im-
por



portant, vt minans ipſe per ſe videatur velle facere, velut
ſi dicat, *ti voglio ſcannare con queſte mani*; quia tunc
ſequuto homicidio ab alio non arguitur mandatum.
Decian. tract. crim. lib.9. c.34. n.29. quem ſequitur Hond.
conſil.87. n.110. lib.2.

Nec obſtat, quod ex inimicitia non poſſit ſumi indi-
cium, quando conſtat de interfectore, vt per Eugen. con-
ſil.27. n.32. Farinac. q.49. n.119. Felic. alleg.36. n.2. part.1.
Nam reſpondetur ſi id verum eſt, procedere, ſi diceremus
Bernard. fuiſſe occiſorem, ſed quia eſt inquiſitus de
mandato, inſtigationéque homicidæ, vt committeret tale
homicidium, ideò inimicitia debet ſuum operari effe-
ctum, vt benè dicit Felic. d. alleg.36. num.2. verſ. nam hoc
modo, p.1. & propterea ſatis vidimus quod inimicitia
adminiculata facit indicium ad torturam. Felic. alleg.46.
n.80. p.1.

Hinc in caſu noſtro negare non poſſumus quin ini-
micitia fuerit adminiculata, quia concurrunt minę dicti
Bernardi, qui rem grauem minatus eſt, de faciendo in-
fringere tibias Rectori, & omnes dicunt, quod minæ ad-
30 miniculatæ faciunt indicium ad torturam, vt per Gadin.
de præſ. & indic. n.23. Blanc. in l. fin. num.108. ff. de qq. Far.
q.50. n.11.29. & conſ.102. n.22. lib.1. Felic. d. alleg.46. n.81.
part. 1.

Sed reſpondebatur, quod hîc nullum erat adminicu-
lum, & quod minæ non faciunt indicium, niſi tribus
concurrentibus, ſcilicet quod perſona, quæ minatur,
31 valeat ad effectum minas perducere, quod conſueuerit id
facere, & quod minæ ſint atroces, nempe de morte, vul-
neribus, & corporis cruciatu. Menoch. de arb. caſ.136. in
fin. & præſ.126. n.25. lib.3. Burſ. conſ.72. n.33. 42. lib.1.
Hond. conſ.87. n.111. lib.2. Rim. Iun. conſ.538. n.47. lib.5.
Dec. conſ.18. n.127. lib.1. Felic. d. alleg.26. n.47. p.1.

Verùm replicabam hîc verificari omnia, quia Ber-
nardus in ſua regione ruſtica eſt vti potens, & qui time-
32 tur ab incolis, & minæ fuerunt graues de tibiis infrin-
gendis, & ſic non poſſunt intelligi de vindicta iuris, ſed
facti, & iniurioſa, vt per Crau. conſ.35. n.3. & ſeqq. Hon-
ded. conſ.87. n.13.14. Farin. conſ.102. n.20. & n.45. idem
Far. q.50. n.24. & poteſt dici, quod ſit ſolitus minas exe-
qui, cùm alia homicidia perpetrauerit, & pluries fuerit
carceratus tanquam rixoſus, ſuperbus, & ſoleat deferre
arma, & iniurias vlciſci, velítque à cæteris ſibi honorem
33 deferri, vt conſtat ex pluribus locis proceſſus, vbi teſtes
ſic Tondellos appellant, & de eis deponunt, & in iure
æquiparantur, quod quis ſit ſolitus minas exequi, vel
potens ſit ad exequendum. Farin. in prax. q.49. n.48. vnde
attenta mala qualitate Tondellorum iuncto aliquo alio
34 adminiculo oritur contra eos indicium ad torturam.
Merend. inter conſ. crim. diuerſ. conſ.88. n.64.68. & conſ.90.
num.24. & ſeqq. tom.2. Gram. latè theorem.43. num.1. &
ſeqq. Farin. conſ.16. num.10.

Et dato etiam, quod non fuerit plenè probatum di-
ctum Bernard. eſſe ſolitum minas exequi, non tamen eli-
ditur minarum indicium, quia talis conſuetudo exe-
quendi minas poteſt per alia adminicula ſuppleri, &
propterea etiam in non ſolito eas exequi, ſi cum minis
35 concurrit aliud adminiculum, velut inimicitiæ, vel fa-
mæ, aut conſtito de cauſa minarum, tunc leue faciunt in-
dicium ad torturam. Crauet. conſ.35. n.4. Menoch. d. præſ.
lib.1. q.80. n.62. Farin. q.50. n.11. & n.29. idem Farin. conſ.
34. n.10. & conſil.102. num.7. & num.21. lib.1. & maximè
36 quando delictum, quod fuit minatum, ad effectum per-
ducitur; vt ſi minæ fuerunt de verberando, & ſequatur
verberatio. Dec. tract. crim. lib.9. cap.34. num.29. Hond.
conſ.87. n.110. lib.2. Farin. q.50. n.23. vt hîc vbi minatum
fuit de faciendo infringere tibias dicto Rectori, & ſic
37 euenit, & cauſa minarum expreſſa eſt ob impedimen-
tum itineris, & quia Rector fecerat euocare dictum Ber-
nardin. coram ſuperiore; & propterea conſtito de minis,
& de cauſa minarum non friuola, ſolent Iudices deuenire
ad torturam. Clar. in pract. §. fin. q.21. verſ. minæ, in fin.
Farin. conſ.34. num.10. & d. q.50. n.29.31. quod procedit
multò magis in delictis de nocte commiſſis, vel aliàs oc-
cultis, in quibus minæ iuncta conſuetudine delinquen-
di, vel iuncta inimicitia, aut fama ſufficiunt non ſolùm 38
ad torturam, ſed etiam ſecundùm aliquos ad pœnam
extraordinariam infligendam, vt per Far. d. q.50. n.39.
vbi alios allegat.

Deinde contra Bernard. vrget famæ indicium ortæ in
illis partibus, ſtatim ſequuta morte dicti Rectoris, vt
fuerit percuſſus à Tondellis de mandato, & participa- 39
tione dicti Bernardini; de hac enim publica voce, & fa-
ma deponunt teſtes in pluribus locis proceſſus, quæ qui-
dem fama licèt per ſe non faciat indicium ad torturam,
tamen iuncta cum aliis adminiculis, velut inimicitiæ,
minarum vel malæ famæ inquiſiti in genere, tunc ſic
adminiculata ſufficiens eſt indicium ad reum torquen-
dum. Ang. de malefic. verb. quod fama, poſt n.41. latè Farin.
in prax. q.47. n.17.18.20.22.32.33.153. Cyriac. contr.102.
n.4. Giurb. conſ.13. n.18. & conſ.91. n.12. vbi id admittunt
ſemper quando fama prouenit ex cauſis veriſimilibus,
vt hîc: & dato quod probarentur famæ contrariæ, illa
attenderetur, quæ ortum habuit à cauſis magis veriſi-
milibus, & coniecturis probabilioribus. Farin. d. q.47.
n.167. adeò vt leuis fama in genere non tollat malam 40
famam in ſpecie. Farin. q.47. num.187.192. quæ multò
magis procedunt in his, quæ ſunt difficilis probatio- 41
nis, in quibus fama probat ad torquendum. Far. d. conſ.
34. num.15. & q.47. num.11.12. Giurb. d. conſ.13. n.18. &
conſ.91. n.13. Cyriac. contr.102. n.3. quibus indiciis ſtan-
tibus, dictus Bernard. videtur omnino torquendus, vel
extraordinariè puniendus.

Non obſtant autem in contrarium adducta, & primò
quod non poterit procedi contra dictum Bernardinum,
nec inquiri, quia verè non conſtat de mandatario, cùm
non appareat quis fuerit interfector Rectoris; nam ad 42
hoc, vt contra aliquem tanquam mandantem procedа-
tur, oportet vt per coniecturas, vel indicia tantùm con-
ſtet de perſona mãdatarij illius delicti, de quo agitur, vt
per Burſ. in prax. tit. de delict. num.36. ad fin. Turret. conſ.
94. n.1. lib.1. vbi ampliat etiamſi conſtaret de delicto
ex ipſius mandatarij depoſitione. Surd. conſ.40. n.10.11.
verſ. propterea, Burſ. conſ.20. num.6. & alleg.167. num.2. p.2.
Nam reſpondetur id mirificè declarari, vt procedat
quoad pœnam ordinariam imponendam, qua punien-
dus eſſet mandans committi homicidium, vbi de eo
conſtaret; at ſecus eſt quoad pœnam extraordinariam
iudicis arbitrio imponendam, quia ſtat ſimul, quod te-
ſtes nihil deponant contra mandatarium homicidam, 43
vel quia illum non cognoſcunt, vel quia ignorant, an ab
illo fuerit delictum perpetratum; ſiquidem ſufficit, vt
mandans pœna aliqua extraordinaria afficiatur, quod
conſtet illum mandaſſe, de atrocioribus tamen: ita de-
clarat pulchrè Menoch. de arb. iud. caſ.352. n.15. 16.
Farin. in prax. q.3. n.8.

Deinde reſpondetur, quod hîc ſatis Antonius Ton-
dellus eſt indiciatus de homicidio ad finem vt poſſit
procedi etiam contra Bernardinum mandantem; ſiqui-
dem cum ſatis conſtet de corpore delicti, & quod verè
dictus Rector fuit occiſus, poteſt procedi contra man-
dantem, etiamſi ignoretur nomen mandatarij; & tantò 44
magis ſi Iudex velit inquirere eam de mandato ſepara-
to à delicto, provt fieri poteſt, quia tunc poteſt mandans
puniri etiam non ſecuto effectu, & etiamſi neſciatur
mandatarius; ita ſentire videntur Natt. conſ.422. num.7.
lib.3. & meliùs Dec. tr. crim. lib.9. c.33. n.2. vbi ſic diſtin-
guit, & concordat opiniones. Farin. d. q.3. n.6. & ſanè in
practica obſeruatur, vt procedatur contra mandantem,
& auxiliatorem, etiam ad torturam, & condemna-
tionem, licèt de mandatario, ſeu principali delin-
quente non ita plenè, aut certè conſtaret; quia ſta-
tim ac contra principalem adſunt indicia ad in-
quirendum, & ad tranſmittendum monitorium, ſi
contra

contra aliquem de mandato adſit indicium, procedi-
45 tur etiam contra eum, etiamſi non conſtet de principali
delinquente aliter quàm per indicia, alioquin multa
delicta remanerent impunita: ſic Clar. *in pract. crim.*
*§. fin. quæſt. 90. verſ. ſcias etiam*, vbi Baiard. *num. 9.* teſta-
tur ita ſe vidiſſe ſeruari. Dec. *d. c. 33. num. 2.* pulchrè
Farin. *d. q. 3. n. 5. verſ. ego autem*: vbi etiam dicit, quod
aliter facere eſſet omnino ridiculoſum.

Non obſtat quod ſenex non poſſit torqueri, quia id
procedit in ſeptuagenario, & homine debilis comple-
xionis, & malæ valetudinis, ſecus eſt in ſene anno-
rum 60. vel 65. & robuſto, qualis eſt dictus Bernard.
hic enim poteſt torqueri, maximè leuiter, ad eruendam
veritatem, ſi indicia id permittant: ita Farin. *de indic.*
*& tortur. q. 41. num. 25.* Dian. *moral. part. 4. tract. 6.*
*reſol. 29. verſic. nota etiam.* Ex quibus veni in ſenten-
tiam, quod Bernardin. eſſet valdè indiciatus ad tortu-
ram, adeò vt locus eſſet quarto gradui torturæ, non
tamen putaui eſſe torquendum vltra dimidiam partem
vnius horæ, tum propter ætatem, tum quia indicia
remanebant aliqua parte vulnerata, in tantum, quod
euidentiſſimè de mandato non poſſet dici conſtare.
Verùm quia ipſe Bernard. ſuſtinuit, & fuit negatiuus,
eum abſolui ab obſeruatione iudicij ex hactenus de-
ductis.

Quo verò ad Antonium, cùm ipſe fuerit vnus ex au-
thoribus contentionis cum dicto R. Rectore, ſitque ſu-
perbus, rixoſus, & ſolitus vlciſci iniurias, & homici-
dia committere, vt deponunt teſtes, & fuerit etiam ini-
micus eiuſdem, ac diffamatus de huiuſmodi delicto,
ſatis credidi eſſe indiciatum, & maximè quia conſtat
eum dixiſſe multa mendacia, quæ etiam tangunt ſub-
46 ſtantiam negotij, & ideò faciunt indicium. Farinac.
*conſ. 34. num. 16.* Felic. *alleg. 46. num. 83. part. 1.* nec ſatis
apparet, vbi fuerit tempore delicti, ex quibus, & aliis
conſideratis diligenter putaui eum eſſe torquendum.
Verùm quia indicia vel erant remota, vel debilitaban-
tur aliqua ex parte ex defenſionibus ipſius, exiſtimaui
eum non eſſe torquendum vltra quartam partem vnius
horæ: Stephanus verò eius frater, licèt priùs inculpa-
tus ob occiſo, quia tamen exculpatus etiam fuit, & con-
ſtabat alibi fuiſſe tempore delicti, non credidi eſſe tor-
quendum, ſed tantùm fuiſſe tenendum, & interrogan-
dum an eſſet conſcius, vel particeps delicti, in quo
vterque ſuſtinuit, & ideò omnes fuerunt abſoluti re-
bus ſic ſtantibus. Et ita, &c.

---

## CAPVT CLXXIX.

### Epitome.

Non grauatus non appellat; executio inſtru-
menti non retardatur per exceptionem requi-
rentem altiorem indaginem, ceſſioque non
valet ſine cauſa, & ſine titulo, & non ſuſtine-
tur in vim donationis, ſi non fuit acceptata.

### Svmmarivm.

1 *Appellatio ceſſat, vbi non eſt grauamen.*
2 *Grauamen eſt fundamentum appellationis.*
3 *Inſtrumentum dicitur probatio probata.*
4 *Cenſus cauſa eſt ſummaria, & executiua.*
5 *Obligatus ex inſtrumento habetur pro condemnato.*
6 *Depoſitum liberat debitorem.*
7 *Soluens de mandato Iudicis liberatur.*
8 *Oblatio debitoris debet eſſe cum pecuniis in manu.*
9 *Oblatio non ſufficit, quando creditor eſt paratus reci-*
*pere.*
10 *Depoſitum quando debeat fieri.*
11 *Interlocutoria non admittit appellationem, & quando.*
12 *Soluens de ſua pecunia præſumitur.*
13 *Vſusfructus per quæ verba videatur conceſſus.*
14 *Cenſu legato cenſetur conceſſa tantùm commoditas fru-*
*ctuum.*
15 *Ceſſio comprehendit tantùm iura ceſſa.*
16 *Ceſſio non extenditur ad aliam perſonam.*
17 *Vſusfructus finitur morte.*
18 *Vſusfructus non tranſit de perſona ad perſonam.*
19 *Cenſus vſusfructus quomodo diuidatur inter hæredem, &*
*vſufructuarij hæredes.*
20 *Ceſſio non valet ſine titulo, & ſine cauſa.*
21 *Scriptura priuata non recognita fidem non facit.*
22 *Cenſus executio per quas exceptiones retardetur.*
23 *Exceptio notoria non eſt, quæ diſputationem recipit.*
24 *Acceptatio ceſſionis, vel donationis eſt neceſſaria.*
25 *Donatio non valet, niſi acceptetur ſaltem tacitè per*
*ſcientiam.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NOn eſt vllo modo admittenda appellatio D. Pa-
pazzoni, tanquam friuola, irrationabilis, & ca-
lumnioſa; ſed eſt reiicienda, quia decretum D. Prætо-
ris, de quo in proceſſu, *fol. 15.* dum mandauit pecunias
per D. Papazzonum debitas deponi penes officium, re-
laxandas cui de iure; neminem grauat, & nullum præ-
iudicium affert Papazzono, qui dum debitum fatetur;
ſua non intereſt cui ſoluatur, dummodò ipſe liberetur,
provt deponendo de mandato Iudicis liberatur. Et pro-
pterea ceſſante grauamine, ceſſat appellatio, quia qui
non eſt grauatus, appellare non poteſt. Bald. *in l. vnic.* 1
*ſub n. 7. C. ne lic. vna, eademq. cauſ.* Franc. *in c. ſi duobus,*
*n. 1. de appell.* Ruginel. *in tract. de appell. §. 2. c. 3. verb.*
*grauatus, n. 408.* vbi adducit quædam ſimilia, & latiùs
Sigiſmund. Scacc. *eod. tract. de appell. lib. 3. cap. 2. quæſt. 5.*
*art. 2. n. 94.* vbi multos allegat, & rationes adducit. Si-
quidem appellationis fundamentum eſt grauamen, ſine
quo illa non datur, *c. vt debitus, c. cùm ceſſante, de ap-* 2
*pell.* Scacc. *d. art. 2. n. 94. verſ. ratio huius regulæ,* Surd.
*conſ. 358. num. 4. 5. lib. 3.* Farin. *deciſ. poſth. 551. n. 4. p. 1.*
Grat. *diſc. 170. n. 11.*

Dici enim ſolet, Si grauaris, appella. Verùm quia
Papazzonus non poteſt dicere ſe eſſe grauatum, neque
id poteſt probare, tum quia de eius debito conſtat per
publicum Inſtrumentum cenſus, ad quem ſe obligauit
D. Lælius Magnanus, vt in proceſſu, *fol. 5. verſo,* cuius
ipſe eſt hæres, & propterea tale inſtrumentum facit ple-
nam fidem, & dicitur probatio probata, euidens, & ma-
nifeſta, ex textu *in c. cùm dilecti, de donat. c. cùm inter,* 3
*de re iud.* latè Tiraq. *de retract. lignag. §. 2. gloſ. 1. n. 20. 21.*
vbi multos allegat. Seraph. *deciſ. 1134. n. 2. & deciſ. 1406.*
*n. 1.* Gratian. *diſc. 269. n. 57.* tùm quia ipſemet Papazzo-
nus neſcit negare debitum, ſed tantùm ponit in contro-
uerſiam, an cenſus petiti pertineant ad D. Ciarlinium,
vel ad Florinum, vt videre eſt in proceſſu, fol. 14. *verſo*:
& idem repetere videtur in proceſſu, *fol. 58. verſo,* vbi
licèt addat facienda eſſe computa, quæ iam diu facta
ſunt, & hoc non deduxit in prima inſtantia; tamen hoc
nihil eſt, quia cùm creditoris fundata ſit intentio ex in-
ſtrumento cenſus prædicti, ad ipſum pertinet docere de
ſolutione, & Ciarlinius paratus eſt admittere, ſi quid
ſolutum fuiſſe ad computum oſtendatur. Verùm id non
quærit Papazzonus, qui ſolùm ſtudet, ne cuipiam ſol-
uat, & ſub prætextu controuerſiæ inter duos creditores
vult frui commodo pecuniarũ, iuxta illud vulgare, *Inter*
*duos litigantes tertius gaudebit.* Sed cùm in materia cenſus
procedatur viâ executiuâ, & ſummariè, non ſolùm ad
fauo



4 fauorem emptoris illius, ſed etiam habentis cauſam ab
eo, & tam contra venditorem, quàm contra illius hæ-
redes, vt latè per Cenc. *in tract. de cenſibus, p. 2. c. 2. q. 5.*
*art. 6. num. 7. 9. 12.* vbi multa allegat; ſpero, quod Iu-
dex, cognita huiuſmodi calumnia, non ſit paſſurus,
quod Papazzonus ampliùs differat ſolutionem, vel de-
poſitum, cùm obligatus ex inſtrumento habeatur pro
5 condemnato. Alex. *conſ. 72. n. 6. lib. 2.* Cenc. *de cenſib.*
*p. 2. cap. 2. quæſ. 3. art. 3. n. 18.*

Et propterea D. Papazzonus non poteſt dolere, ſi
obſtringatur ad faciendum depoſitum pecuniæ debitæ,
quia facto huiuſmodi depoſito, liberatur à debito, ad
6 textum *in l. obſignatione, C. de ſolut.* Et maximè cum id
7 faciat de mandato Iudicis; nam ſi ſoluens de mandato
Iuſdicentis liberatur, maximè quando debitor eſt de
foro præcipientis, per textum *in l. ſi merces, §. culpæ,*
*ff. locati,* & *in l. pen. in princ. ſolut. matr.* & *in l. paulò, §.*
*fin. de legat. 3. l. liberto, §. Lucius, de annuis legat.* Bart.
cum quo alij communiter tranſeunt, *in l. creditor, in*
*princ. de ſolution.* Caſtr. *in l. 1. n. 8. verſ. tunc, ff. de iudic.*
latè Ruin. *conſ. 167. n. 7.* & *n. 8. verſ. quæ ratio, lib. 4.* Rot.
Ianuenſ. *deciſ. 33. vol. 5. verſ. & hæc certa,* & *verſ. nam de*
*iuſſu,* multò magis liberatur, ſi faciat depoſitum ad ef-
fectum ſoluendi cui de iure, quia ſic nemini, nec ſibi
præiudicat, & liberationem conſequitur.

Nec ſufficit hoc caſu oblatio, quia quoad ipſum nul-
lam habet excuſationem ſoluendi, & omnes leges, quæ
dicunt, Sum paratus ſoluere, debent intelligi, quod
8 debitor debeat ire cum denariis in manu. Bart. *in l. Præ-*
*tor ait, §. ſi quis paratus, n. 1. verſ. omnes, de nou. oper.*
*nunciat.* & vbicumque creditor eſt paratus recipere, non
9 ſufficit oblatio. Bart. *in l. creditor, n. 5. in fin. ff. de di-*
*ſtract. pign.* Menoch. *de arbit. iud. caſ. 232. n. 19.* Quod
procedit etiamſi creditor teneatur aliquid præſtare, quia
adhuc debitor non excuſatur, niſi faciat depoſitum. Burſ.
*conſ. 184. num. 58. lib. 2.* & in terminis, quod duobus de
hæreditate contendentibus, tertius, qui eſt debitor hæ-
10 reditatis, teneatur deponere, probat textus *in l. apud*
*Iulian. ff. depoſit.* vbi vide.

Non eſt ergo admittenda dicta appellatio à decreto,
quod non infert grauamen, & maximè quia habet vim
interlocutoriæ, à qua non appellatur, niſi inferat gra-
11 uamen irreparabile, ad textum *in leg. 1. §. quæſitum, de*
*appellatione, l. arbitro, Qui ſatiſd. cog.* & communiter
DD. *in l. ante ſententiam, ff. de appell.* latè Reginald. *de*
*appell. §. 2. c. 3. n. 475. & ſeq.* Surd. *dec. 36. num. 13. 14.*
Quod dici non poteſt in caſu noſtro, vbi Papazzonus
nullo modo grauatur, niſi putet ſe grauari, dum ob-
ſtringitur ad ſolutionem legitimi debiti; & tantò mi-
nùs grauatur, quia neque Florinus ſe opponit, quin fiat
depoſitum, nec appellauit à decreto prædicto, & tamen
eius ſolius intererat, quia quoad Florinum Ciarlinius
dicere poteſt, ſe liberas habere ædes.

Solummodò enim de iuribus dicti Florini videtur eſ-
ſe controuertendum, qui de directo ſe opponit D. Ciar-
linio: ſed hæc videntur eſſe reſeruanda ad merita cau-
ſæ, cùm agatur tantùm de depoſito faciendo ad finem
relaxandi poſteà pecunias cui de iure: & in plenario iu-
dicio, coram D. Prætore examinabitur pleniùs, quis
habeat meliora, & potiora iura in fructibus dicti cen-
ſus, quod nihil pertinet ad D. Papazzonum.

Nihilominus ſi placeat etiam ſummis ſaltem labiis
attingere iura partium, breuiter dicam flocci æſtiman-
da eſſe iura dicti Florini. Primò quia teſtamentum Lu-
douici Bergami, quo ipſe nititur, eſt inualidum, tan-
quam factum ab eo, qui non erat compos mentis, vt
apparebit in proceſſu poſt legitimas probationes hinc
indè faciendas.

Secundò, quia etiamſi vera eſſet declaratio facta per
dictum D. Alexandrum de Bergamis, de qua in proceſ-
ſu, *fol. 7.* nihil tamen obſtat bonis iuribus Ciarlinij,
quia non per hoc ſequitur, quod dictus cenſus pertineat
ad hæredes dicti D. Ludouici, ſiquidem conſtat ex ea-
dem ſcriptura, & ex inſtrumento cenſus, quod dictus
D. Alexander emit à fratribus de Zibordis annuum cen-
ſum ducatorum octo pro pretio ducatorum centum,
quod totum fuit ſolutum per dictum D. Alexandrum
dictis Zibordis, & propterea de ſuo ſoluiſſe videtur, pro-
vt euenit ſemper, quando quis ſoluit pretium rei ab eo
emptæ, quia de ſuo ſoluiſſe videtur, non de aliena pe-
cunia. Bart. *in l. 2. ff. pro ſoc. & in l. Titium, §. altero,* 12
*num. 2. verſ. ſi verò, ff. de admin. tut.* Crau. *conſ. 244. n. 6.*
Menoch. *lib. 3. præſ. 46. n. 7.* Et quamuis in dicta ſcri-
ptura dictus Alexander dicat ſe tradidiſſe dictas pecu-
nias ad cenſum, ad vtilitatem, & commodum dicti D.
Ludouici, adeò vt poſſit annuos cenſus exigere, & de
iis ad libitum diſponere; tamen per hoc non cenſetur
ei donaſſe proprietatem cenſus, ſed tantùm vſumfru-
ctum, vel commoditatem, vt colligitur ex illis verbis
dictæ ſcripturæ, dicentis, *Che ſiano meſſe ad vtile*; & 13
probatur per textum *in §. conſtituitur, verſ. ſed vtilita-*
*tis, Inſt. de vſufruct.* & meliùs per Guid. Pap. *q. 264. n. 3.*
vbi pulchrè hæc conſiderat tanquam diuerſa, & con-
ceſſo vno, non cenſetur conceſſum aliud; & ſequitur
Tuſch. *pract. concluſ. litt. L, concl. 90. n. 3.* vbi dicit, 14
quod legato cenſu non venit dominium, ſed tantùm
vſusfructus, & commoditas percipiendi cenſum, quod
benè aptatur caſui noſtro, vbi dictus D. Alexander non
cedit proprietatem, ſed annuos cenſus, quod eſt acci-
piendum pro commoditate, non pro iure formali, ad
tradita per Bald. *in conſilio 163. n. 1. lib. 1.* Et cùm ceſſio
ſit ſtricti iuris, non cenſetur ceſſum, niſi quod in ceſ-
ſione expreſsè dictum eſt. Alex. *conſil. 15. in fin. lib. 7.* 15
Ceſſio enim non egreditur perſonam cui fit, & non ex-
tenditur, & alteri non prodeſt, niſi ceſſionario, quia reſ-
picit perſonam, ad textum *in leg. iubemus, C. ad SC.* 16
*Velleian.* Ruin. *conſil. 204. n. 3.* Pariſ. *conſ. 12. n. 90. lib. 1.*
Becc. *conſil. 74. n. 23.* Surd. *deciſ. 163. n. 10.* Rot. Rom. *in*
*vna Paduan. feud. 4. Feb. 1600. coram Lancell.* & *in vna*
*Firman. fideicomm. 5. Mart. 1621. coram Dunozetto,* vt
*in diuerſ. ad Coccin. deciſ. 257. num. 13. 14.* & ſic cùm ex
aſpectu dictæ ſcripturæ appareat ceſſionem prædictam
fuiſſe factam perſonaliter dicto D. Ludouico, nulla hæ-
redum facta mentione, non tranſit ad ſucceſſores.

Si ergo dictus D. Ludouicus erat vſufructuarius dicti
cenſus, & illius commoditatem habebat, tale ius mor-
te illius extinctum remanſit, *§. finitur, Inſt. de vſufruct.* 17
nec tranſit de perſona ad perſonam. Iaſ. *in l. ſciendum,*
*§. poſſeſſor, n. 3. ff. qui ſatiſd. cog.* propterea hæres D.
Ludouici, ſi quod ius habet, non poteſt prætendere niſi 18
fructus decurſos in vita dicti D. Ludouici ad ratam tem-
poris, vt latè per *Caſtil. in tract. de vſufruct. cap. 78. n. 8.* 19
*& per totum.*

Tertiò dici poteſt, quod ceſſio facta per D. Alexan-
drum prædicto D. Ludouico fuerit nulla, & inualida,
tanquam facta ſine cauſa, & ſine titulo; non enim ap-
paret quo titulo fecerit ceſſionem, & tamen vt valeat,
requirit titulum, à quo cauſetur, *l. finali, C. mandati,* 20
vbi gloſ. & DD. notant. Bald. *in l. 2.* vbi etiam Bart. &
Salicet. *C. ne liceat potent.* Alex. *conſ. 136. num. 27. lib. 2.*
Ergo nullius eſt momenti, etiamſi eſſet facta in inſtru-
mento, vt per Graſſ. *de except. except. 40. n. 6. & ſeq.*

Quartò prædicta ceſſio non eſt habenda in conſi-
deratione, quia de ea non conſtat, niſi per ſcriptu-
ram priuatam non recognitam, quæ nullam fidem fa-
cit, vt *l. inſtrumenta, & l. rationes, iuncta l. exemplo,* 21
*Cod. de probat.* pulchrè Decian. *conſ. 54. numer. 2. 3.*
*lib. 5.* vbi ponit requiſita Scripturæ priuatæ, vt fidem
faciat; & cùm intentio D. Ciarlinij ſit fundata ex
inſtrumento, quod facit probationem probatam, vt
vidimus, eius executio non poteſt retardari per exce-
ptionem non liquidam, & requirentem altiorem in-
daginem, vt in terminis de executione contractus cen-
ſus, vt non retardetur, niſi per exceptionem notoriam,
reſul

reſultantem ex inſpectione ipſius inſtrumenti, non au-
22 tem ſi naſcatur ex aliis inſtrumentis, & ſcripturis, dixit
optimè diſtinguendo Graſſ. *in d. tract. except.* 5. *n.* 4. &
*n.*6. dicit, quod illa non dicitur exceptio notoria, quæ
poteſt habere aliquam tergiuerſationem, vel diſputa-
tionem, & *exceptione* 7. *num.*10. dicit, quod illa exce-
23 ptio non dicitur incontinenti poſſe probari, ſi ad eam
probandam plures teſtes ſint examinandi.

Quintò poteſt dici, quod talis ceſſio nunquam fuerit
acceptata à dicto D. Ludouico abſente, quando facta
eſt; & tamen id probandum erat per eius hæredem,
24 cùm ſit fundamentum eius intentionis. Gratian. *diſc.*318.
*numer.* 34. 35. ideò dicta ceſſio non poteſt ſuſtineri in
vim donationis, cùm fuerit facta abſenti, nec appareat
de eius ſcientia; & ſic nulla eſt, quia requiritur con-
ſenſus vtriuſque partis, ad textum *in l. abſenti*, vbi DD.
25 omnes, *ff. de donat.* Pariſ. *conſ.*88. *num.*15. *lib.*3. Clar.
*§. donatio*, *q.*12. *ſub num.*1. nam renunciatio non acce-
ptata nihil nocet renuntianti. Surd. *conſ.*346. *num.*30.
& ſic potuit reuocari per dictum D. Alexandrum, vt
ſuo tempore probabo, & pro reuocata habetur, & cen-
ſendum eſt, quod illam reuocauerit, dùm in iudicio
petiit à dicto D. Lælio Magnano fructus dicti cenſus, vt
ex proceſſu tunc temporis fabricato; & executionem
habuiſſet, niſi potentia aduerſarij eam retardaſſet; non
tamen fuit vnquam oppoſitum de dicta ceſſione, quia
vel non fuit vera, vel fuit res ficta, & ſimulata, & ca-
ruit effectu, & nunquam apparet, quod dictus Ludo-
uicus per ſe exegerit dictos cenſus, aut quidquam ad
eius manus peruenerit, aut ſcientiam dictæ ceſſionis ha-
buerit; & cùm ex prædictis ſit nulla, & inualida, eius
ratio habenda non eſt. Ergo non eſt retardanda execu-
tio aduersùs D. Papazzonum, nec admittenda eſt eius
appellatio, ſed potiùs condemnandus eſt in omnibus
damnis, & expenſis, provt ita, &c. ſaluo, &c.

# CAPVT CLXXX.

## EPITOME.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica, quando cenſeatur ad extraneos tranſitoria, & quid importent in hac materia clauſulæ, *Ad habendum*, vel *Cui dederis*, aut *Pro quibuſcumque hæredibus*.

## SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis conceſſa pro hæredibus tranſit tantùm ad hæredes ſanguinis.*
2 *Extranei non ſuccedunt in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
3 *Clauſula*, Pro quibuſcumque hæredibus, *facit emphyteuſim ad extraneos tranſitoriam.*
4 *Commiſſarij Apoſtolici, quod omittunt, denegare cenſentur.*
5 *Tractatus non attenditur, ſed concluſio.*
6 *Acceptatum, quod eſt, non licet impugnare.*
7 *Fœmina non ſuccedit in emphyteuſi Eccleſiaſtica.*
8 *Emphyteuſis Eccleſiæ in dubio cenſetur hæreditaria.*
9 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro ſe, & hæredibus tranſit ad extraneos ex coniecturis.*
10 *Coniecturæ ad veritatem nos perducunt.*
11 *Coniecturæ in occultis ſunt liquidiſſimæ probationes.*
12 *Emphyteuſis ſi fiat cum ſolemnitate poteſt tranſire ad extraneos.*
13 *Sæpè minùs ſcriptum, quàm dictum.*
14 *Reſcripti natura eſt, vt petitioni adaptetur.*
15 *Commiſſarius cenſetur ſeruaſſe formam reſcripti.*
16 *Præcedentia declarant ſequentia.*
17 *Tractatus quando ſit attendendus.*
18 *Tractatus declarat concluſionem.*
19 *Actus ſequens dicitur factus in executione tractatus præcedentis.*
20 *Tractatus quomodo influat in concluſionem ex interuallo ſequentem.*
21 *Renunciatio præſumitur facta promiſſis in tractatu.*
22 *Inſtrumentum non tribuit ius, ſed probationem.*
23 *Inſtrumenti confectio dicitur executio actus, non concluſio.*
24 *Emphyteuſis perpetua an tranſeat ad extraneos.*
25 *Clauſula*, ad habendum, *an tranſmittat emphyteuſim ad extraneos.*
26 *Clauſula*, cui dederis, *an faciat emphyteuſim tranſitoriam ad extraneos.*
27 *Emphyteuſis quando poſſit alienari propter clauſulam*, ad habendum.
28 *Præcedentia declarantur à ſequentibus.*
29 *Nemo præſumitur iactare ſuum.*
30 *Factum cenſetur, quod fieri debuit.*
31 *Prælatus non poteſt alterare naturam emphyteuſis Eccleſiaſticæ.*
32 *Declarans nihil de nouo facit.*
33 *Obſeruantia declarat emphyteuſim ad extraneos tranſitoriam.*
34 *Emphyteuſis cenſetur ad extraneos tranſitoria ob reſeruationem dominij.*
35 *Emphyteuſis tranſit ad extraneos, ſi canon correſpondet fructibus.*
36 *Canon an correſpondeat fructibus, attenditur tempus contractus.*
37 *Emphyteuſis tranſit ad extraneos conſentiente Rectore, etiamſi talis non ſit.*
38 *Emphyteuſis facta tranſitoria ad extraneos ſemper talis remanet.*
39 *Conſenſus deficit ceſſante eius fundamento.*
40 *Error quomodo probetur.*
41 *Ignorantia non excuſat eum, qui tenetur inueſtigare.*
42 *Conſentiens cenſetur renunciare iuri ſuo.*
43 *Solemnitates præſumuntur ex obſeruantia contractus per lapſum triginta annorum.*
44 *Alienatio emphyteuſis poteſt fieri ob clauſulam*, ad habendum.
45 *Fœminæ ſuccedunt in emphyteuſi Eccleſiaſtica hæreditaria.*
46 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica non admittit fœminas ſtantibus maſculis, & quando.*
47 *Emphyteuſis non tranſitoria ad extraneos, tamen tranſit conſentiente Rectore.*
48 *Emphyteuſis ſolita alienari poteſt transferri ſine beneplacito Apoſtolico.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna deuolutionis bonorum Regienſi, ex proceſſu ſatis reſultare videbatur, quòd de anno 1534. tempore Pauli III. Pontif. Maxim. multùm Reuer. D. Præpoſitus domus S. Bernardi extra muros Regij, Ordinis Humiliatorum, poſſidens quamdam petiam terræ bubulcarum 13. cum tribus quartis circiter de iuribus Præpoſituræ, habuit recurſum ad ſacram Pœnitentiam, petens ſibi concedi licentiam dandi D. Simoni Pariſetto eius Patri terram pro ſe, ſuiſque hæredibus quibuſcumque in emphyteuſim perpetuam pro annuo canone librarum quatuor Imperialium pro qualibet bubulca, ſummam octo ducatorum auri de Camera inſimul non excedentium. Et propterea obtentâ gratiâ Cardinalis Sanctorum Quatuor Coronatorum, de ſpeciali mandato D. Pa-



D. Papæ viuæ vocis Oraculo habito commiſit RR. DD. Ioan. Angelo Mellio, & Theophilo Zobolo Canonicis Eccleſiæ Cathedralis Regij in forma, *Si in euidentem*, &c. vt ſeruatis ſeruandis prædictam licentiam concederent. Vnde illi fabricato proceſſu pro verificatione narratorum, & ad oſtendendum de vtilitate Eccleſiæ, pronuntiauerunt vera eſſe contenta in dictis Litteris Pœnitentiariæ, & ſibi conſtare hanc conceſſionem cedere in euidentem dictæ Præpoſituræ, & eius Rectoris vtilitatem.

Verumtamen dicti Commiſſarij in licentia non fecerunt mentionem de quibuſcunque hæredibus, & ſucceſſoribus, provt continebatur in litteris, ſed tantùm dixerunt ſe concedere Præpoſito licentiam dandi terram D. Simoni in emphyteuſim perpetuam pro dicto canone, & auctorizantes ipſam conceſſionem, interuenerunt inſtrumento liuelli, in quo dictum fuit ſolummodò, quod D. Præpoſitus dedit D. Simoni præſenti, & recipienti pro ſe, & ſuis hæredibus in emphyteuſim perpetuam, ſeu ad liuellum perpetuum terram poſitam in ſuburbiis Regij, confinatam vt in inſtrumento, ad habendum, tenendum, & poſſidendum, & quidquid D. Simoni, ſuiſque hæredibus placuerit perpetuò faciendum; ſaluo iure directi dominij pro dicto canone ſoluendo in feſto S. Michaëlis: & ita ſeruatum eſt per annos 57.

Deinde ab vtraque parte ſupponitur (licèt de hoc nihil appareat in proceſſu) quod de anno 1597. D. Nicolaus Maria filius dicti D. Simonis, aſſerens terras fuiſſe conceſſas ſuo patri in perpetuum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, illas vendidit D. Nicolao Ferreto acquirenti pro ſe, & ſuis hæredibus quibuſcunque; & venditioni interfuit multùm R. D. Raphael Lipius tunc Præpoſitus, qui alienationi conſenſit, & laudemium recepit.

At defuncto D. Nicolao Maria, necnon D. Herculle eius filio ſine filiis maſculis, ſuperſtite tantùm D. Anna Ferreta pupilla, & eius filia, & hærede, poſt annos triginta obſeruato ſemper dicto contractu, factum eſt, vt R. D. Bonifacius Alpius Præpoſitus cœperit prætendere finitam eſſe emphyteuſim, ceſſante linea maſculina dicti Ferreti, adeò vt non potuerit iſte liuellus tranſire ad extraneos, & minùs ad pupillam: & nunc Reuerendiſſ. D. Quirinus Mozzanus modernus Præpoſitus, & eius ſucceſſor idem prætendit. Quæritur quid iuris.

In quo ſanè omnis difficultas videtur eſſe reducenda
ad duo capita, quorum primum erit, an hæc emphy-
teuſis ſit tranſitoria ad quoſcunque hæredes, etiam ex-
traneos; alterum erit, an poſſit tranſire ad fœminas.
Et certè videbatur reſpondendum pro Præpoſito con-
tra pupillam quoad vtrumque punctum, quia ſi de pri-
mo quærimus, hæc emphyteuſis fuit ſtipulata pro D.
Simone, & eius hæredibus, ſiue ſucceſſoribus; quo
caſu quando verſamur in emphyteuſi Eccleſiaſtica, cer-
tum eſſe videtur, ſecundùm magis communem DD.
ſententiam, non eſſe ad hæredes extraneos tranſito-
riam, ſed huiuſmodi ſtipulationem cenſeri factam tan-
1 tùm pro hæredibus ſanguinis, & deſcendentibus primi
acquirentis, vt latè examinat, & concludit Iul. Clar.
*in §. emphyteuſis*, *quæſt.*28. *numero* 6. *verſ. Punctus eſt*,
& *verſ. & in ſpecie*, Peregr. *conſ.*7. *numer.*6. *lib.* 1. La-
derch. *conſ.*19. *num.*4. Gratian. *diſcep.*351. *num.*17. latè
Caldas *de nominat. emphyt. lib.*2. *q.*23. *num.* 24. 25. 26.
27. 28. qui adducunt rationes, & auctoritates, ex qui-
bus licet quidem cognoſcere arduam eſſe quæſtionem,
verumtamen in iudicando, & conſulendo hanc eſſe ve-
ram opinionem, & magis communem, & ita tenet
Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.*22. *tit.*19. *num.*12. 13.
*& ſeqq.* Borell. *in ſum. deciſ.*33. *num.*15. 16. *part.* 1. Sed
ſic eſt, quod dicta pupilla eſt extranea reſpectu primi
2 acquirentis: ergo non eſt capax emphyteuſis.



Nec ei prodeſſe poteſt, quòd in litteris Pœnitentia-
riæ concedatur fieri liuellum D. Simoni pro ſe, &
quibuſcumque hæredibus; quo caſu, propter illam di-
ctionem vniuerſalem, *quibuſcunque*, intelliguntur vo- 3
cati etiam hæredes penitus extranei, & qui non deſ-
cendunt à primo acquirente, vt per Clar. *in d. §. em-
phyteuſis*, *q.* 28. *numer.* 9. Gabriel. *conſ.* 36. *numer.* 12.
*lib.*2. Mantic. *d. lib.*22. *tit.*19. *numer.*22. Gratian. *diſ-
cept.*251. *numer.*14. 15. Borel. *d. tit.*33. *numer.*17. *p.* 1.
Ricc. *in prax. for. Eccl. de alienat. rerum Eccl. reſol.*117.
*numer.*2. Caldas *d. lib.*2. *q.*23. *num.*36. 45. 46. vbi latè
examinat, Caualer. *deciſ.* 90. *numer.* 1. qui omnes hoc
admittunt ſine difficultate, quando emphyteuſis eſt
facta cum licentia Papæ, & debitis ſolemnitatibus,
vt hîc. Cyriac. *contr.*146. *num.*6. 8. 9. *lib.* 1. Altograd.
*conſ.*22. *ſub n.*7. *lib.*1.

Quia reſpondetur id quidem verum eſſe, & potuiſſe
executores Apoſtolicos ex forma dictarum Litterarum
concedere emphyteuſim etiam quibuſcunque hæredi- 4
bus, & ſucceſſoribus: ſed cùm id omiſerint in conceſ-
ſione, & in inſtrumento liuelli appareat hoc noluiſſe
concedere; ſi enim omiſerunt, ergo denagauerunt, *l.
quidquid aſtringendæ*, *ff. de verborum oblig.* Surd. *deciſ.*
202. *num.*9. quia debet inſpici quod fuit concluſum, 5
non verò quod fuit tractatum, vel præmeditatum, *l.* 1.
*Cod. plus valere quod agitur*, Laderch. *conſ.*84. *num.*9.
cùm D. Simon hoc modo acceptauerit liuellum, non
poteſt ipſe, nec eius hæres recalcitrare. Becc. *conſ.* 3. 6
*num.*37. 38. Cephal. *conſ.*286. *n.*27. Ergo ad extraneos
non poteſt tranſire.

Hoc ſtante facilis videtur reſolutio alterius puncti,
quia cùm dicta pupilla ſit penitus extranea reſpectu pri-
mi acquirentis, à quo non deſcendit, ſequitur clarum 7
eſſe, quod ipſa tanquam fœmina non ſuccedat in hac
emphyteuſi, vt per Mantic. *d. tit.*19. *n.*15. *verſ. & hanc*,
Laderch. *conſ.*9. *ſub n.*9. *verſ. Ex his.*

Et quamuis valdè controuerſum ſit, an emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſeat ad fœminas, tamen quando fœminæ non deſcendunt à primo acquirente, certum eſt, non eſſe admittendas, & non eſt mirandum, quia emphyteuſis Eccleſiaſtica regulariter non tranſit ad fœminas. Gratian. *diſcept.*58. *n.* 14.

Verumtamen his non obſtantibus, dicendum eſt
prædictam emphyteuſim eſſe merè hæreditariam, &
tranſire poſſe etiam ad extraneos, & fœminas; & ſi
verſaremur in dubio, adhuc hæreditaria eſſet cenſen- 8
da. Gratian. *diſcept.* 551. *num.* 17. Sed verè ſumus in
claris, quia licèt inter DD. ſit magna altercatio, an
emphyteuſis ſtipulata pro ſe, & hæredibus tranſeat ad
extraneos, vel ad ſolos deſcendentes, vt videre eſt
apud Mantic. *d. tit.*19. *numero* 12. 13. & Caldas *dict.
quæſt.*13. *numero* 24. vbi tamen concludunt non tranſi-
re ad extraneos; tamen hæc ſententia limitatur, & de-
claratur vt non procedat, quando ad fauorem liuel-
larij concurrit, vel adeſt aliqua coniectura etiam le- 9
uis, per quam colligi poſſit contrahentes ſenſiſſe, vt
emphyteuſis etiam ad extraneos tranſeat; tunc enim
cenſenda eſt ad extraneos tranſitoria, iuxta notata *in
cap. conſtitutus*, *de relig. dom.* & per Bero. *in q.*14. *n.*3. 4.
ad rem Cephal. *conſ.*9. *numer.*13. *in fin. & ſeqq.* Socin.
*conſ.*266. *lib.*2. pulchrè Rota Romana *in vna Bononienſi
bonor.* 24. *Maij* 1630. *coram Coccino*, vt habetur *in
deciſ.* 381. *numero* 6. *in nouiſſimis diuerſ. ad Coccinum.*
Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.*22. *tit.*19. *numer.*21.
*in fine*, *& ſeqq.* vbi ponit multas huius rei concluſio-
nes, & coniecturas. Altograd. *conſ.*22. *num.*6. *libr.* 1.
de quo non eſt dubitandum, licèt Caldas *de nominat.
emphyt. lib.*2. *q.*23. *n.*53. *in fin.* dicat cauendum eſſe à
doctrina Cephal. eo quòd eius argumentatio non ſit
tuta; quia reſpondetur tutiſſimam eſſe, cùm in omni
materia, ſiue tractetur de reducendo rem ad priſti-
num ſtatum, ſiue non, coniecturæ plurimi æſtimen-

tur, & declarent, quod obſcurum eſſe videtur, & ad
10 veritatem perducunt. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 1.
*tit.* 1. *num.* 2.3.4.5. *& ſeqq.* & *lib.* 10. *tit.* 4. *num.* 9. vbi
dicit, quod in occultis coniecturæ ſunt liquidiſſimæ
probationes, & cùm prædicta Cephali opinio ſit ca-
11 nonizata à Rota, vt vidimus, non eſt dubitandum de
illius veritate. Hîc autem adſunt multæ coniecturæ,
ex quibus elici facilè poteſt, voluiſſe contrahentes
dictam emphyteuſim ad extraneos tranſire, vt videbi-
mus: ergo negandum non eſt, quin ſit tranſmiſſibilis
12 ad extraneos, quia licèt regulariter non poſſit ita con-
cedi, tamen id non procedit, quando conceſſio facta
eſt cum debitis ſolemnitatibus. Tuſch. *pract. concluſ.
Littera E, concl.* 163. *numero* 27. Mantic. *dict. lib.*
22. *titulo* 19. *numero* 11. Cyriac. *dict. controu.* 146.
*num.* 8.9.

Prima igitur non leuis huius rei coniectura in pro-
poſito, illa eſt, quæ deſumitur ex dictis literis Apoſto-
licis, in quibus narratur concordia partium, & petitio
conceſſionis pro quibuſcunque hæredibus dicti Simo-
nis, & datur facultas Commiſſariis ſic eos admittendi
in forma, *ſi in euidentem.* Exiſtimandum eſt enim, quod
13 in inſtrumento liuelli ſubſecuto, verbum, *pro quibuſ-
cunque*, fuerit omiſſum propter ignorantiam, vel in-
aduertentiam Notarij, adeò vt fuerit minùs ſcriptum,
quàm dictum, quia cùm ex Litteris Apoſtolicis liceret
Commiſſariis facere emphyteuſim ad extraneos tranſi-
toriam, nec appareat illos habuiſſe aliquam iuſtam
cauſam recedendi à commiſſione, & minùs conceden-
di, non eſt veriſimile, quod voluerint variare, & con-
ceſſionem reſtringere; & tantò magis, quia in illo pro-
ceſſu, *fol.* 47. partes ipſæ petunt ſibi fieri conceſſionem
iuxta omiſſa in Litteris Apoſtolicis, & ipſi Commiſ-
ſarij in proceſſu, *fol.* 48. dicunt, & pronunciant ſe fuiſſe
ſatis informatos, & quod contenta in dictis Litteris, &
expoſita, & narrata per DD. Præpoſitum, & Simonem
fuerunt, & ſunt vera, & quòd talis conceſſio cedebat
in euidentem Præpoſituræ vtilitatem.

Quibus ſtantibus nullum habemus ſignum, quòd di-
ctæ Partes, vel Commiſſarij voluerint recedere à con-
tentis in Litteris, aut recedendi habuerint cauſam;
mutatio enim non præſumitur, *l. qui teſtam. ff. de pro-
bat.* Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 91. *numer.* 61. imò valdè pro-
babile eſt voluiſſe potiùs ſe conformare Litteris Apo-
ſtolicis, cùm ſibi conſtiterit de veritate narratorum in
eis; & ſic qualis fuit conceſſio Apoſtolica pro quibuſ-
cumque hæredibus, & ſucceſſoribus, talis cenſenda
eſt licentia Commiſſariorum, & inſtrumentum liuella-
tionis, vt extraneos quoque comprehendat: tum quia
natura reſcripti, & conceſſionis eſt vt petitioni ada-
ptetur, & ſimiles conceſſiones interpretantur iuxta po-
14 ſtulata, vt correſpondeant omnibus in ſupplicatione
petitis, Bald. *in l. eam quam, col.* 2. *Cod. de fideicomm.*
Beling. *deciſ.* 2. *numer.* 5. *in fin.* Corneus *conſil.* 323.
*num.* 2. *libr.* 4. Surd. *conſil.* 49. *num.* 24. Creſcent. *deciſ.* 8.
*num.* 5. *de præbend.* & ad rem dixit Ricc. *in prax. fori
Eccl. de alien. rerum Eccl. reſol.* 109. *numer.* 3. Farinac.
15 *deciſ. poſth.* 162. *num.* 2. & *deciſ.* 306. *num.* 2. *part.* 1. tum
quia Commiſſarius cenſetur ſeruaſſe formam reſcripti.
16 Gratian. *diſcept.* 766. *num.* 19. Certum eſt enim, quod
præcedentia declarant ſequentia, & è contra, & diſpo-
ſitio poſterior ſecundùm naturam, & tenorem prioris
diſpoſitionis intelligitur, vt per Crauet. *conſ.* 546. *n.* 5.
vbi inquit quod hæc præſumptio à præcedentibus ſum-
pta eſt adeò potens, vt præſumptionum omnium po-
tiſſima habeatur: idem Crauet. *conſ.* 701. *num.* 41. *&
conſ.* 926. *num.* 2. *verſ. Poſteriora.* Surd. *conſ.* 35. *num.* 9.
pulchrè & clarè Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 91. *num.* 59.60. vbi
vide ſatis ad rem.

Neque obſtat non eſſe attendendum tractatum præ-
cedentem, ſed concluſionem ſubſequentem, quia re-
ſpondetur tunc ſpernendum eſſe tractatum, quando con-
cluſione vacuus eſt, vt per Crauet. *conſ.* 964. *n.* 24. Verùm
quando tractatum ſequitur concluſio, tunc illa ex tra- 17
ctatu antecedenti inſecuta creditur; & pariter declara-
tur ab his quæ in tractatu ipſo narrata ſunt. Ang. *in l.* 18
*ſi quis cùm aliter, n.* 2. vbi Imol. *num.* 5. *ff. de verb. oblig.*
Aretin. *in l.* 3. *§. filius, ante fin. ff. de lib. & poſth.* & *conſ.*
143. *num.* 5. Socin. *in l. final. col. final. verſ. Verùm, ff.
de reb. dub.* Curt. Iun. *conſ.* 112. *n.* 7. Crauet. *conſ.* 350.
*num.* 22.23. & *conſ.* 964. *num.* 23.24. Maſcard. *de probat.
libr.* 2. *concl.* 618. *num.* 2. Et ratio eſt, quia actus ſe-
quens præſumitur factus in executione tractatus præ- 19
cedentis, vt à primordio tituli poſterior formetur euen-
tus, vt *in l.* 4. *§. vnde, ff. de manumiſſ. l. qui in aliena, §. ſi
his*, vbi Bart. *ff. de acquir. hæred. l.* 1. *ad fin. C. de impon.
lucr. deſcript. lib.* 10. Bart. *in l. Triticum, num.* 2. *ff. de
verb. oblig.* Alex. *conſ.* 90. *n.* 8. *lib.* 3. Maſcard. *d. concl.* 618.
*num.* 2.3.4. Crauet. *conſ.* 350. *num.* 22.23. qui dicunt
etiam, quòd ſi tractatum eſt, vt rem mihi emas, &
deinde empta ſimpliciter res à te eſt, nomine meo em-
pta iudicatur.

Et quamuis multi velint id procedere, ſi incontinenti
poſt tractatum fiat concluſio, non verò poſt interuallum
ſequatur, Bart. *in l. pacta nouiſſima, n.* 2. *C. de pact.* Alex.
*conſ.* 122. *n.* 2. *verſ. Secus, lib.* 2. Crauet. *conſ.* 638. *n.* 3. 20
non obſtat. Nam reſpondetur, hoc argumentum perti-
nere ad tractatum, qui concluſione non eſt firmatus, &
ius aliud, aliamque rationem eſſe, vbi concluſionem
ſuam tractatus habet, licèt poſteà differatur confectio
inſtrumenti; quia tunc idem cenſetur repetitum in
concluſione, quod fuerat dictum in tractatu; & propte-
reà ſi in tractatu adeſt promiſſio de retrouendendo, non
intelligitur ab ea receſſum per inſtrumentum puræ ven-
ditionis poſteà factum, etiam ex interuallo, ad textum
*in l. ſi tibi liberum, ff. de act. empt. l. ſi binarum, ff. de
ſeruit. vrb. præd.* Alex. *d. conſ.* 122. *n.* 2. *lib.* 2. Dec. *in d. l.
pacta nouiſſima, col.* 3. *verſ. & prædicta*, pulchrè Crauet.
*d. conſ.* 964. *num.* 23. *verſ. reſpondetur*, vbi ſic reſoluit, ad
rem Maſcard. *d. concl.* 118. *num.* 5.6. vbi concludit, quod
ſiue actus fiat illicò, ſiue ex interuallo, ſemper præſu-
mitur in eo repetita qualitas, de qua in tractatu. Sic di-
camus in caſu noſtro, quod illa qualitas, *pro quibuſcum-
que hæredibus*, de qua in litteris Apoſtolicis, repetita in-
telligatur in ipſo inſtrumento conceſſionis, & tantò
magis, quia hîc dici poteſt tractatum fuiſſe coniunctum
cum ipſo inſtrumento, quia licèt literæ Apoſtolicæ lon-
gè priùs fuerint impetratæ, tamen continuatus fuit idem
tractatus in proceſſu coram Commiſſariis, inſtantibus
Præpoſito, & Simone fieri iuxta commiſſa, & mox ſti-
pulatus eſt contractus cum eadem qualitate, cui non eſt 21
credendum partes voluiſſe renuntiare, *arg. l. cùm de in-
debito, in princ. ff. de probat.* & *cap. ſuper hoc, de renunt.*
Alex. *d. conſ.* 122. *n.* 2.

Accedat quod hîc non verſamur in ſimplici tracta-
tu, quia reſpectu contrahentium literæ Apoſtolicæ non
continent tractatum, aut rem imperfectam, ſed ne-
gotium completum; ſiquidem in alienandis bonis Ec-
cleſiæ partes non ſolent recurrere ad Sedem Apoſto-
licam pro ſimplici tractatu, ſed quando omnia ſunt
concluſa, & inter ſe ſunt concordes; & propterea non
eſt curandum, quo tempore fuerit factum inſtrumen-
tum, ſed quando fuerit factus contractus; & ideò 22
non eſt attendendum, quod non fuerit factum ab
initio inſtrumentum, quia ex iſto non oritur ius,
cùm fiat ſolùm ad probationem, *leg. contrahitur, ff. de
pignor. l. pactum, C. de pact.* & propterea non videtur ab
ea promiſſione receſſum per ſubſequens inſtrumentum,
etiamſi fuiſſet factum ex interuallo. Alex. *d. conſ.* 121.
*num.* 2. *in fin.* & *num.* 3. *lib.* 2. vbi hæc benè declarat.
Crauet. *d. conſ.* 964. *n.* 23. *verſ. Reſpondetur*, vbi vult, 23
quod confectio inſtrumenti in propoſito dicatur execu-
tio actus præcedentis, non concluſio, & propterea in
caſu noſtro pro declaratione mentis contrahentium





reccurrendum eſt ad litteras Apoſtolicas, quæ conclu-
ſionem continent, & non tractatum, nec exiſtimandum
eſt ab eis fuiſſe receſſum per inſtrumentum, quod in
executionem illarum factum eſt.

Secunda coniectura ſumi poteſt ex verbo, *In perpe-
tuum*, de quo in inſtrumento prædicto, vbi dicta bona
conceduntur Simoni, & eius hæredibus in emphyteu-
ſim perpetuam, quia licèt hoc verbum per ſe non ſuffi-
ciat ad extendendam emphyteuſim ad extraneos, vt
24 per Clar. *in dict. §. emphyteuſis, d. q.* 23. *n.* 53. tamen iun-
ctum cum aliis, & maximè cum obſeruantia contractus
per longum tempus, conſiderabile eſt, & generat con-
iecturam, quod emphyteuſis ſit tranſitoria ad extra-
neos, vt per Socin. *conſ.* 266. *n.* 37. *lib.* 2. Rol. *conſ.* 96.
*n.* 16. *lib.* 1. Riminald. Iun. *conſ.* 388. *n.* 39. Tuſch. *litter.
E, concl.* 163. *num.* 18.21. Seraph. *deciſ.* 868. *num.* 3. Fa-
rinac. *deciſ. poſth.* 286. *num.* 4. *p.* 1. & ita ſæpius cenſuit
Rot. Rom. vt habetur. *in d. deciſ. diuerſ.* 380. *n.* 5. & *n.* 8.
*verſ. ex prædictis, in nouiſs. ad Coccin.* latè Giouag.
*conſ.* 44. *n.* 72.98. *lib.* 2. Cyriac. *contr.* 146. *n.* 10. *p.* 2. qui
rem hanc benè declarant.

Tertia coniectura in noſtro propoſito reſultat ex
clauſula, *Ad habendum*, quæ licèt quando eſt cæterata,
& poſita in executiuis, non ſoleat alterare naturam
emphyteuſis, tamen quando eſt extenſa, & poſita in diſ-
poſitiuis, vt hîc, facit emphyteuſim hæreditariam, &
25 ad quoſcunque hæredes etiam extraneos tranſitoriam.
Soc. Sen. *conſ.* 266. *n.* 36. *lib.* 2. Clar. *in d. §. emphyteuſis,
q.* 28. *n.* 10. Oſaſch. *deciſ. Pedem.* 164. *n.* 1. Tuſch. *Litt. E,
conſ.* 163. *n.* 13. latè Laderch. *concluſ.* 1. *num.* 12.13. qui
pulchrè omnia reſoluit. Noal. *de tranſmiſſ. caſ.* 62. *n.* 5.
*verſ. tertiò.* Seraph. *deciſ.* 353. *num.* 4.5. Becc. *conſil.* 88.
*n.* 20. *verſ. ſecundò.* Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.* 22.
*tit.* 19. *n.* 24.25. Marth. *de clauſ. part.* 1. *clauſ.* 5. *num.* 1.13.
Gratian. *deciſ.* 218. *n.* 46. Giouag. *conſ.* 44. *num.* 49.53. *&
ſeqq. lib.* 2. & *conſ.* 100. *n.* 25. *lib.* 1. Caualer. *deciſ.* 294.
*num.* 2. Farinac. *deciſ. poſth.* 296. *n.* 3. *p.* 1. & *deciſ.* 450. *n.* 3.
*p.* 1. & Rota *in d. deciſ.* 380. *n.* 5. *ad Coccin. in nouiſſ.* qui
omnes hoc admittunt vnanimiter, & idem concludunt
etiam de clauſulis, *Cui dederis.* Peregr. *concl.* 7. *n.* 10.11.
26 12. *lib.* 1. Mart. *d. clauſ.* 6. *num.* 4. *p.* 1. imò Laderch. *d.
conſ.* 1. *num.* 8.9.10. ſuſtinet, quod prædicta clauſula,
*Ad habendum*, idem operetur etiamſi ſit poſita tantùm
in executiuis; verùm quia hoc Rota non ſolet admitte-
re, niſi quando ſtat in diſpoſitiuis, Giouag. *d. conſ.* 44.
*num.* 70.89.107. *lib.* 2. vbi ponit multas Rotæ deciſiones,
Marth. *de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 5. *num.* 12.13. ideò ab opinio-
ne Rotæ non exiſtimo eſſe recedendum, quod nobis in
hoc negotio ſufficit, & concordat Altogr. *conſ.* 22. *n.* 7.
*lib.* 1.

Quia hîc clauſula, *Ad habendum*, eſt extenſa, & in
diſpoſitiuis eſt poſita ante clauſulas, *Quas res*, &c. &,
*Quæ omnia*; quoniam dùm in inſtrumento conceſſionis
liuellariæ dictus D. Præpoſitus dixit ſe dare, & conce-
27 dere dicto D. Simoni præſenti, & recipienti pro ſe, &
ſuis hæredibus ad liuellum perpetuum dictam terram
confinatam, vt in eodem inſtrumento, ſtatim continuan-
do ſermonem ſubiunxit, *Ad habendum, tenendum, & poſ-
ſidendum, & quidquid dicto D. Simoni ſuiſque hæredibus
placuerit faciendum*: & ſic non eſt cæterata, nec poteſt
dici poſita in executiuis; non enim ponitur inter clau-
ſulas loquentes de inueſtitura, vel traditione poſſeſſio-
nis, vel ex interuallo poſt perfectam diſpoſitionem, ſed
immediatè poſt emphyteuticam conceſſionem per mo-
dum continuatiuum eiuſdem ſermonis, non inchoa-
tiuum nouæ orationis, & ante clauſulam, *Quæ omnia*;
propter quod omninò dicendum eſt in diſpoſitiuis eſſe
collocatam, vt benè conſiderant Laderch. *d. conſ.* 1.
*n.* 13.14. Becc. *conſ.* 88. *n.* 49. Giouag. *conſ.* 100. *n.* 29. *lib.* 1.
& *conſ.* 44. *n.* 84.90. *lib.* 2. vbi pariter ponit multas Ro-
tæ deciſiones, & idem habetur apud Farinac. *deciſ.
poſthum.* 286. *n.* 7. & *deciſ.* 450. *n.* 3. *in fin. parti* 1.

Quarta coniectura reſultat ex eo, quod talis emphy-
teuſis fuerit habita, & reputata à partibus, & à Præ-
poſito pro alienabili, & tranſitoria ad extraneos, tan-
quam conceſſa pro quibuſcumque hæredibus, & pro-
pterea Præpoſitus ſuum dederit (vt ſupponitur) con-
ſenſum, vt tanquam talis venderetur D. Nicolao Fer-
reto de anno 1597. adeò vt hæc vltima conceſſio fue-
rit pacificè obſeruata per annos 30. & vltrà: ita ex
Brun. *conſ.* 127. *col.* 7. & *col.* 13. Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 94. 28
*num.* 6. quod ſi verum eſt, ſequitur id ſeruire pro decla-
tione, quod ab initio fuerit talis, quia præcedentia
declarantur ab iis, quæ ſequuntur, ad textum *in l. ſi ſer-
uus, §. fin.* & *l. qui filiabus, ff. de legat. prim.* Corbul. *de
cauſ. priuat. emph. cauſ.* 7. *numer.* 60. Crauet. *conſ.* 547.
*num.* 3. & *conſ.* 657. *num.* 30. Surd. *conſil.* 150. *n.* 95. Me-
noch. *lib.* 1. *præſ.* 28. *num.* 19.20.21. & ſic exiſtimandum
eſt dictam emphyteuſim fuiſſe ad extraneos tranſmiſſi-
bilem.

Namque non eſt credendum, quod ſi dictus Præpoſi-
tus potuiſſet dictam venditionem impedire, & rem ſibi
appropriare, id non feciſſet, quia nemo præſumitur ia-
ctare ſuum, *l. cùm de indebito, de probat. l. veteris, C.* 29
*de arb. tutel.* neque Eccleſia tamdiù toleraſſet ipſum poſ-
ſidere, niſi legitimè eſſet inueſtitus. Ceph. *d. conſ.* 9.
*num.* 16. quod enim non facit vnus Rector, alter ten-
tare ſolet. Vnde in tali venditione cenſetur factum fuiſ-
ſe, quòd erat de iure faciendum. Crauet. *conſ.* 22. *n.* 5.
& *conſ.* 149. *num.* 12. & ſic non poteſt dici, quòd fuerit 30
contrauentum Literis Apoſtolicis, quæ in effectu idem
importabant; & ideò Præpoſitus diſſentire non poterat
illi clauſulæ, *Ad habendum.* Marth. *de clauſ. p.* 2. *clauſ.* 2.
*num.* 6.

Nec valet dicere, quod Præpoſitus non potuerit al-
terare naturam emphyteuſis, faciendo eam ad extra-
neos tranſitoriam, ſi non erat talis, vt per Redoan. *de*
*reb. Eccl. non alien. q.* 51. *n.* 19. Nam reſpondetur Præpo- 31
ſitum, & partes prædictas non alteraſſe naturam nego-
tij, ſed declaraſſe, quia ex prædictis ſatis conſtat em-
phyteuſim fuiſſe tranſmiſſibilem ad extraneos, quod
ipſi verbis magis claris expreſſerunt, idque facere po-
tuerunt, quia qui declarat, nihil noui inducit, & ſimi-
lis eſt illi, qui excutit grana tritici, ad textum *in l. Adeò,* 32
*§. cùm quis, ff. de acquir. rer. domin.* Bald. *in l. edita,
in* 10. *oppoſ. C. de edend.* Fulgoſ. *conſil.* 147. *in fin.* Crauet.
*conſ.* 594. *n.* 5. & *conſ.* 655. *n.* 2. Rot. *diuerſ. deciſ.* 28. *n.* 10.
& *deciſ.* 413. *n.* 17. apud Coccinum *in nouiſſ.*

Etenim obſeruantia cum ſolutione, & receptione
canonis apta eſt declarare, an emphyteuſis ſit tranſi-
toria ad extraneos, necne, *arg. l. quædam, de reb. dub.*
Felin. *in c. in præſentia, n.* 27. *de probat.* Ruin. *conſ.* 161. 33
*numer.* 32. *lib.* 1. Gabriel *conſ.* 76. *numer.* 16. *lib.* 2. Nicol.
Noal. *tract. de tranſmiſſ. caſ.* 62. *num.* 5. *verſ.* 8. & meliùs
per Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.* 22. *tit.* 19.
*numer.* 32. *in fin.* Rota *d. deciſ.* 380. *numer.* 7. qui di-
cunt, quod emphyteuſis cenſetur ad extraneos tranſi-
toria propter obſeruantiam ſubſecutam, velut quando
res emphyteutica longo tempore fuit poſſeſſa ab hære-
dibus extraneis ſine contradictione, & ab ipſis canon
ſolutus, & ab Eccleſia receptus. Giouagn. *conſ.* 44. *n.* 74.
*lib.* 2.

Quinta coniectura ſumitur ex reſeruatione directi
dominij, & proprietatis, poſita immediatè poſt clau-
ſulam, *Ad habendum*, quia cùm exceptio declaret regu-
lam, Alex. *conſ.* 28. *n.* 11. *lib.* 1. ſequitur quod reſeruatio
dominij directi declaret datam fuiſſe facultatem alie- 34
nandi dominium vtile, per illam clauſulam, *Et quidquid
placuerit*, per quam vtile dominium cenſetur liberè
conceſſum, ex Ruin. *conſil.* 133. *lib.* 2. Laderch. *d. conſ.* 1.
*n.* 5. Farinac. *deciſ. poſth.* 450. *n.* 3. *in fin. p.* 1. Et ita pul-
chrè cenſuit Rot. Rom. *in Nonamulana bonor.* 14. *Iu-
nij* 1610. vt apud Farin. *deciſ.* 294. *n.* 5. *p.* 2. Giouagnon.
*conſ.* 44. *n.* 73. *in fin.* & *n.* 85. *libr.* 2.

Sexta coniectura eſt, per quam cenſendum eſt hanc conceſſionem eſſe tranſitoriam ad extraneos, quia non fuit ſimpliciter emphyteuſis, ſed quædam locatio per-
35 petua, eo quòd cenſus reſpondebat fructibus. Cyriac. controu. 182. num. 72. lib. 1. Coſta de iur. & fact. ignor. cent. 1. diſt. 34. num. 6. vt dicunt teſtes examinati in ipſa conceſſione, qui probant quod plus non percipiebatur ex dictis terris, quàm eſſet canon ſoluendus, & propter hoc volunt DD. quod emphyteuſis cenſetur tranſitoria ad extraneos hæredes, ad textum in l. viam veritatis, Cod. loca i, & §. vltimo, Inſtit. eod. Ruin. conſ. 161. num. 21. & num. 23. lib. 1. Rol. conſil. 96. num. 20. 27. lib. 1. Ceph. d. conſil. 9. num. 12. Rimin. Iun. conſil. 44. num. 38. & conſil. 160. num. 9. Mantic. d. tit. 19. num. 27. Tuſc. d. litt. E, concluſ. 163. num. 20. Gratian. diſcept. 351. num. 10. 11. In quo eſt animaduertendum, quod ad cognoſcendum an cenſus reſ-
36 pondeat fructibus, non attenditur præſens ſtatus, ſed tempus celebrati contractus. Ruin. d. conſ. 161. num. 25. Alciat. conſil. 39. num. 2. lib. 1. Rim. Iun. conſil. 461. num. 28. verſ. nec quicquam, Seraph. deciſ. 367. num. 1. & deciſ. 1125. num. 5. Mantic. d. tit. 19. n. 28. Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 85. num. 27. p. 3.

Septimò, & vltimò dico, concedamus dictam emphytheuſim non fuiſſe ad extraneos tranſitoriam, ſed tantùm ad deſcendentes Simonis, adhuc nihil in propoſito deperditum eſt, quia in caſibus, in quibus emphyteuſis Eccleſiaſtica ad hæredes extraneos non tranſit, id ſanè intelligitur, niſi Eccleſia, eiúſve Rector conſenſerit tranſire; & propterea liberum erat hanc emphyteuſim ab extraneis auferre, vel apud eos relinquere, dum-
37 modò noui liuellarij Præpoſitum conſentientem recognoſcant in Dominum, vt priùs: ſic poſt Ruin. d. conſ. 161. num. 32. & Grat. d. deciſ. 128. num. 9. lib. 2. inquit in verbis Mantic. d. tit. 19. num. 32. verſ. quod eſt notatu dignum, Rot. diuerſ. d. deciſ. 380. n. 11. 12. apud Coccinum, vbi pulchrè dicunt, quòd in hoc caſu non eſt neceſſe probare conſuetudinem Eccleſiæ de tempore celebrati contractus, quod emphyteuſis ſit tranſitoria ad extraneos, ſed ſic eſt, quod in caſu noſtro Præpoſitus conſenſit alienationi emphyteuſis in perſonam D. Ferreti: ergo ceſſat omnis difficultas, quia ab eo poſteà incipit nouus ordo, & noua linea ſuccedentium, cùm Ferretus fuerit ſubrogatus in locum Pariſetti, vt in inſtrumento prædicto; & ſic extinctum fuerit ius dicti Pariſetti, & eius ſucceſſorum, propter alienationem prædictam: latè Peregr. conſil. 53. num. 4. lib. 1.

Non eſt ergo ampliùs controuertendum, an dicta emphyteuſis ſit tranſitoria ad extraneos, quia cùm ſemel fecerit huiuſmodi tranſitum, & ab initio fuerit
38 ſolemniter facta, ſemper retinet eandem qualitatem, vt tranſmiſſibilis ſit etiam quoad alios extraneos, ad textum in l. videamus, ff. quod met. cauſ. Bart. in l. qui duos, num. 11. vbi Socin. num. 31. de reb. dub. Ruin. d. conſil. 161. num. 33. 34. lib. 1. Gabr. conſil. 76. num. 16. lib. 2. Caldas de iure emphyt. lib. 2. quæſt. 23. num. 70. Nicol. Noal. d. tract. de tranſmiſſ. caſ. 62. num. 5. verſ. 8. Mantic. d. tit. 19. num. 32. Rot. deciſ. 380. num. 12. Caualer. deciſ. 316. num. 7. Non ergo dolendum eſt, quia cùm dictus Præpoſitus conſenſerit dictæ alienationi, & laudemium receperit, ipſe fecit emphyteuſim ad extraneos tranſitoriam, ſi non erat talis.

Nec obſtat Præpoſitum per errorem approbaſſe contractum, aſſerente Pariſetto hanc emphyteuſim eſſe tranſitoriam ad quoſcumque hæredes, & propterea ſublato fundamento, corruit etiam conſenſus ipſe vti
39 correſpectiuus. Crauet. conſil. 192. n. 22. Caualer. deciſ. 64. num. 3.

Nam reſpondetur primò non conſtare de huiuſmodi
40 errore, ad quod docendum erat neceſſe docere incontinenti, quòd res aliter ſe habeat. Farinac. deciſ. 158. num. 4. part. 2. ſed hîc potiùs conſtat ab initio verè emphyteuſim fuiſſe tranſitoriam ad extraneos, vt in Litteris Apoſtolicis; ergo nullus error conſiderari poteſt.

Secundò reſpondeo, quòd Præpoſitus non poteſt dici erraſſe, quia præſumitur informatus, & conſcius de iuribus ſuæ Eccleſiæ, & poterat cogere Liuellarios ad oſtendendum inueſtituras, & titulos ſuos antequam conſentiret dictæ alienationi, & confines rei Liuellariæ. Valaſch. de iur. emphyt. quæſt. 8. num. 2. 3. 4. & ſeqq. Menoch. præſumpt. 91. num. 47. lib. 3. cúmque iurauerit facere vtilia pro ſua Eccleſia, debebat ſe informare meliùs, quàm ab aduerſario; quod cùm non fecerit, errorem non poteſt allegare, quia ignorantia eum non ex- 41
cuſat, qui non poteſt, & tenetur inueſtigare, ad textum in l. qui cum alio, ff. de reg. iur. l. 3. §. Sed ſi ſic, ff. de in rem verſ. l. regula, §. Sed & facti, verſ. diligenter, ff. de iur. & fact. ignor. Innoc. in c. innotuit, de elect. Crauet. conſ. 471. num. 2. & conſ. 930. num. 21. & conſil. 693. num. 5. verſ. quartò, vbi vult procedere tam in reo, quàm in actore. Coſta de iur. & fact. ignor. inſpect. 65. num. 7. vbi hoc ſatis firmat, & concludit tali caſu paria eſſe ſcire, vel ſcire poſſe, vel debere. Cùm ergo dictus Præpoſitus voluerit potiùs 42
conſentire, & laudemium recipere, quàm ſe informare, creditur iuribus ſuis renuntiaſſe. Seraph. deciſ. 321. n. 15. ideò nulla eſt excuſatio.

Tertiò reſpondeo, quod cùm in dicta alienatione Ferretus fuerit ſubrogatus in locum Pariſetti, provt fieri poterat, Laderch. d. conſil. 1. n. 3. Farinac. d. deciſ. 294. n. 5. & poſteà talis contractus in fauorem dicti Ferreti fuerit obſeruatus cum pacifica ſolutione canonis, cenſetur à Summo Pontifice approbatus, & ſolemnitates neceſſa- 43
riæ præſumuntur interueniſſe. Seraph. deciſ. 1088. n. 7. & deciſ. 1125. n. 3. & deciſ. 1307. n. 7. Farin. deciſ. poſth. 50. n. 2. p. 1. & deciſ. 463. n. 7. p. 2. Rot. d. deciſ. 380. n. 15. qui dicunt hanc opinionem eſſe à Rota canonizatam, ſtante lapſu 30. annorum.

Quartò reſpondeo modernum Præpoſitum, qui litem cœpit, non impugnaſſe talem contractum, neque negaſſe Ferretum fuiſſe verum emphyteutam, imò illum admittit, vt habetur in libello petitionis; ſed tantùm videtur prætendere, quod ob mortem D. Herculis Ferreti ſine filiis maſculis dicta emphyteuſis non potuerit tranſire ad D. Annam ream conuentam ab eo deſcendentem, eò quod fœmina ſit incapax emphyteuſis Eccleſiaſticæ, & propterea attento tenore petitionis, videtur de hoc ſolo puncto diſceptandum.

De hoc igitur quæramus, & cùm ſatis firmatum fuerit dictam emphyteuſim potuiſſe tranſire ad Ferretum, qui ideò cenſetur ſubrogatus in locum Pariſetti, adeò vt valida fuerit alienatio in Ferretum, maximè conſen- 44
tiente D. Præpoſito, Giouag. d. conſ. 44. num. 69. 70. 71. 85. 96. 97. 98. lib. 2. Laderch. d. conſ. 1. num. 5. Rot. d. deciſ. 380. num. 9. 10. vbi pulchrè, & facilè eſt hanc quæſtionem reſoluere, etiamſi non verſaremur in emphyteuſi ad quoſcumque hæredes tranſitoria, quia etiam emphyteuſis ſtipulata pro ſe, & hæredibus admittit etiam fœminas, dummodò ſint hæredes emphyteutæ vltimo loco mo- 45
rientis, etiam Eccleſiaſtici; quia terminus, hæres, eſt communis tam maſculis, quàm fœminis, Bart. in l. 1. de verb. ſignif. Corn. conſ. 66. lit. I, & conſil. 239. litt. D, lib. 1. Dec. conſil. 32. in fin. Socin. Iun. conſil. 100. n. 9. lib. 3. Valaſch. de iur. emphyt. quæſt. 41. num. 2. Burſat. conſil. 92. num. 24. Menoch. conſ. 587. num. 2. Surd. conſil. 100. num. 15. & conſil. 140. num. 23. & deciſ. 95. num. 14. pulchrè Caldas de iur. emphyt. lib. 2. q. 24. num. 28. Gratian. diſcept. 58. n. 17. Cyriac. controu. 128. n. 6. p. 1. & controu. 205. n. 212. p. 2. Maſc. var. reſol. p. 1. c. 2. num. 18. Borell. in ſum. deciſ. tit. 33. n. 26. 27. p. 1. vbi alios allegat, & id omnes prædicti etiam admittunt, quando dictum eſt, pro filiis, & hæredibus; ſed quando dictum eſt, pro ſe, & hæredibus, nullum eſt dubium, quin etiam fœmina ſit admittenda, ſi hæres fuerit; & quando emphyteuſis eſt tranſitoria ad extraneos, abſque difficultate omnes admittunt, tranſire



etiam ad fœminas, provt apud prædictos videre eſt; non enim ampliùs conſideratur perſona primi acquirentis, à quo abdicatum fuit omne ius per tranſlationem factam conſentiente Præpoſito in dictum Ferretum, cuius perſona, & linea nunc eſt conſideranda, quia in eum omne ius tranſlatum eſt, vt vidimus.

Verùm ſi fortè fœminis obſtarent ciuilia ſtatuta, quæ ſtantibus maſculis eas excludunt, & velimus dicere eas
46 inter laicos habere locum etiam in ſucceſſione emphyteuſis Eccleſiaſticæ, vbi non tractatur de præiudicio Eccleſiæ, Caldas de iur. emph. libro 2. q. 10. num. 13. adhuc abſque controuerſia apud omnes tranſit, quod deficientibus, vel non exiſtentibus maſculis, fœminæ poterunt ſuccedere in dicta emphyteuſi Eccleſiaſtica, quia earum excluſio tamdiu durat, quamdiu maſculi extant, aliàs ſecus. Soc. Iun. conſ. 79. libro 4. Bero. conſ. 102. numero 25. libro 1. Rim. Iun. conſ. 288. Maluaſ. conſ. 116. numero 7. latè Surd. d. deciſ. 95. numero 12. 13. Pereg. de fid. art. 17. numero 24. benè Mant. de tac. & amb. conuent. libro 22. tit. 17. numero 23. Gratian. diſcept. 347. numero 14. & diſcept. 813. numero 31. Borell. d. tit. 33. numero 30. p. 1. Cyriac. contr. 128. numero 3. & numero 63. p. 1. vbi licèt dicat opinionem eſſe controuerſam, tamen teſtatur, quod hodie tam in Senatu, quàm in Curia Epiſcopali nefas eſſet recedere ab opinione fœminis fauorabili, quod in caſu noſtro non meretur controuerti, quia ſi hæc emphyteuſis poteſt tranſire ad extraneos, multò magis erit tranſitoria ad fœminas deſcendentes, & hæredes vltimi inueſtiti, qui legitimè emphyteuſim poſſidebat, vt vidimus.

Non obſtant in contrarium adducta, & primò ad hanc emphyteuſim intelligi vocatos tantùm hæredes ſanguinis, quia iam reſponſum eſt, imò fuiſſe conceſſam pro quibuſcumquè hæredibus, & quatenus non fuiſſet tranſitoria ad extraneos, tamen volente Rectore potuiſſe ad illos tranſire. Mantic. d. tit. 19. numero 32. Rot.
47 d. deciſ. 380. numero 11. 12. Et cùm nunc ſit ſolita alienari in extraneos, poterit denuò fieri alienatio ſine ſolemnitatibus Apoſtolici beneplaciti. Farin. d. deciſ. 50. num. 3. p. 1. & deciſ. 463. numero 7. p. 2. Barboſ. de off. Epiſc. p. 3. alleg. 95. numero 19. 32. latè Ric. in praxi fori Eccleſ. de alienat. rerum, reſol. 110. numero 1. 2. vbi multos allegat, & de communi teſtatur. Et cùm cætera ſatis ſublata ſint ex antedictis, non repetam reſponſiones, quia mihi videtur omnibus plenè ſatisfeciſſe; & propterea cenſui dictam pupillam eſſe abſoluendam à petita deuolutione, & ſatis eſſe, ſi ſoluat debitum canonem, & ſe gerat provt conuenit emphyteutis Eccleſiaſticis, & tenori inueſtituræ. Et ita, &c. Saluo, &c.

---

## CAPVT CLXXXI.

### EPITOME.

Socij criminis, quando faciant indicium, vel probationem contra nominatum ab eis, & quando confeſſio rei poſſit inualidari.

### SVMMARIVM.

1 *Confeſſo reo nihil reſtat, niſi vt condemnetur.*
2 *Reus non poteſt condemnari, niſi ſit conuictus, vel legitimè confeſſus.*
3 *Mandatum non præſumitur.*
4 *Occidere quis præſumitur ob primum intereſſe.*
5 *Reus cenſetur occidiſſe ex propria cauſa.*
6 *Præſumptio eſt contra Reum, vt delinquat ſine mandato.*



7 *Socius criminis, quos non nominat, exculpare cenſetur.*
8 *Mandatum non important verba hortatoria.*
9 *Mandatum non cenſetur datum illi, qui habet propriam occidendi cauſam.*
10 *Mandati indicium ceſſat, ſi non adeſt cauſa delicti.*
11 *Confeſſio ſocij criminis ob torturam immoderatam, nihil nocet ei, vel nominato.*
12 *Exculpatiuo dicto priori ſtatur, non ſecundo inculpatiuo.*
13 *Expurgatiuo dicto quando potiùs ſtandum ſit.*
14 *Tortura non purgat periurium.*
15 *Teſtes periurij fidem non ſupplent inuicem.*
16 *Socius criminis de ſe confeſſus non probat contra alios.*
17 *Socius criminis non facit indicium contra nominatum bonæ vitæ, & famæ.*
18 *Presbyteri non præſumuntur mentiri.*
19 *Mandatarij an probent contra mandantem.*
20 *Nominatio ſocij criminis quam fidem faciat.*
21 *Socij criminis, quid probent contra perſonam bonæ vitæ.*
22 *Socij criminis, qui patiuntur plures defectus, nihil probant.*
23 *Socius criminis luſor dicitur pati plures defectus.*
24 *Socius criminis inimicus nihil probat.*
25 *Nobilitas tollit ſuſpicionem criminis famoſi.*
26 *Tortura non purgat plures defectus ſociorum criminis, vel teſtium.*
27 *Socius criminis patiens plures defectus non probat etiam cum adminiculis.*
28 *Adminiculum non recipit, quod nullum eſt.*
29 *Socij criminis vt probent, quid facere debeat Iudex.*
30 *Socius criminis non probat, niſi eius confeſſio ſit veriſimilis.*
31 *Negatiua coarctata loco, & tempore probat innocentiam Rei.*
32 *Socius criminis in vno falſus, in aliis cenſetur falſus.*
33 *Inculpatio eſt inueriſimilis ob variationem.*
34 *Confeſſio quando cenſeatur facta vi tormentorum.*
35 *Falſitas in vno arguit eandem in omnibus.*
36 *Variatio inducit præſumptionem falſitatis.*
37 *Confeſſio non iuſtificatis eius qualitatibus nihil probat.*
38 *Circumſtantiæ confeſſionis debent verificari.*
39 *Inculpatio inueriſimilis neminem afficit.*
40 *Socij criminis ſingulares non probant.*
41 *Mandati præſumptio excluſiua.*
42 *Locus publicus in iis, quæ fieri ſolent ſecretò, arguit falſitatem.*
43 *Delicta excepta, quando admittant iura tranſgredi.*
44 *Veritatem aliter haberi non poſſe, quando dicatur.*
45 *Contradictiones reddunt inueriſimilem inculpationem.*
46 *Mandatum non cenſetur datum, niſi coniuncto maxima amicitia.*
47 *Mandatum non præſumitur datum ei, qui erat aliter facturus.*
48 *Intereſſe proprium facit ceſſare præſumptionem mandati.*
49 *Homicidij cauſa debet eſſe grauis.*
50 *Contradictoria non poſſunt ſimul eſſe vera.*
51 *Confeſſio inueriſimilis non afficit.*
52 *Adminicula remota non adiuuant nominationem ſocij criminis.*
53 *Socij criminis dictum non adiuuatur, niſi adminiculis valde grauibus.*
54 *Inimicitia quando faciat indicium.*
55 *Teſtes inducti à Curia plenè probant contra eam.*
56 *Notorij informationem poteſt ſumere Iudex in cubiculo.*
57 *Reconciliatio tollit indicium ex inimicitia.*
58 *Quæ poſſunt trahi in bonum, & malum, interpretantur in bonum.*
59 *Nemo præſumitur delinquere ſine cauſa.*
60 *Conuerſatio non inducit indicium.*

61 *Familiaritas ſolita non producit malum indicium.*
62 *Præſumptio excluſiua delicti attenditur.*
63 *Variatio circa non ſubſtantialia non nocet.*
64 *Teſtis à Iudice examinatus non poteſt dici vltroneus.*
65 *Teſtes non diſcordantes in ſubſtantia probant.*
66 *Confeſſio in tortura ſine indicijs præcedentibus nihil nocet etiam ratificata.*
67 *Confeſſio ſine indiciis non probat etiam coram Iudice brachij Regij.*
68 *Confeſſio in tortura exceſſiua nihil nocet.*
69 *Tortura mediæ horæ eſt grauis.*
70 *Torturæ repetitio debet fieri interpolatis diebus.*
71 *Tortura purgat indicia.*
72 *Tortura vnius, vel mediæ horæ ſupponit indicia grauia, & plenè probata.*
73 *Indicia purgantur per torturam.*
74 *Indicia eliduntur contrariis præſumptionibus.*
75 *Tortura non poteſt repeti ſine nouis indiciis.*
76 *Tortura tertiò repetita non eſt licita.*
77 *Confeſſus vi tormentorum non ſibi præiudicat.*
78 *Minor non poteſt torqueri, niſi moderatè.*
79 *Vigiliæ tormentum crudele, & à paucis ſuſtinetur.*
80 *Iudex debet in dubio abſtinere à repetitione torturæ.*
81 *Clauſula*, Animo continuandi tormenta, *quid operetur.*
82 *Tortus ſufficienter non poteſt iterum torqueri.*
83 *Repetitio tormenti non fit ſine nouis indiciis.*
84 *Tortus leuiter, iterum torquetur.*
85 *Tortura ſufficiens quando dicatur.*
86 *Confeſſio in tortura indebita nihil nocet.*
87 *Tortus ſi perſiſtat ſemper in negatiua, non poteſt tertiò torqueri.*
88 *Repetitio torturæ tertiò fit à Iudicibus carnificibus.*
89 *Tortura ſemel tantùm inferenda ex proceſſu informatiuo.*
90 *Tortura non debet de facili inferri denegatis defenſionibus.*
91 *Confeſſio in tortura non ratificata nihil nocet.*
92 *Ratificatio confeſſionis rei debet fieri extra tormenta.*
93 *Tortus quarta vice non poteſt ampliùs torqueri.*
94 *Confeſſio emanata propter ſuggeſtionem iudicij, nihil valet.*
95 *Confeſſio rei inueriſimilis, vel impoſſibilis nihil nocet.*
96 *Impoſſibilitas confeſſionis, quomodo probetur.*
97 *Inueriſimilitudo confeſſionis cognoſcitur à cauſa.*
98 *Confeſſio non nocet, vbi conſtat de interfectore.*
99 *Confeſſus in tortura reſtituitur in integrum ex capite minoris ætatis.*
100 *Confeſſio in parte erronea, in totum cenſetur erronea.*
101 *Torturæ remedium eſt fallax, & multi mentiuntur in ea.*
102 *Tortus illegitimè, & confeſſus, an iterum poſſit torqueri.*
103 *Confeſſus illegitimè an poſſit torqueri ſub alio Iudice.*

### Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

PRo ſanguine innocente cauſam patrocinari omnibus ſemper licuit, & mihi optabile fuit, & propterea libenter ſuſcepi hanc prouinciam, vt pro virili in his ſcriptis defenderem perilluſtrem Dominum Hieronymum Zambinum, Nobilem Parmenſem; quia ex informationibus facti mihi tranſmiſſis ſatis compertum eſt & pro certo habeo, ipſum fore, & eſſe innocentiſſimum, & vacare omni culpa circa homicidium, vt dicitur, commiſſum in perſonam D. Iacobi Palmij eius cognati.

Nam ſupponitur in facto menſibus elapſis fuiſſe interfectum de nocte dictum D. Iacobum, & poſtea eius cadauer fuiſſe repertum in quodam canali, propter quod fuerunt inquiſiti Antonius Maria, & Iacobus Antonius fratres de Barbonis, & quidam Tarquinius, qui carcerati licèt extra tormenta neminem inculpauerint, tametſi poſtea acriter torti poſt multas variationes nominauerint ſocios criminis, & perſuaſores D. Hieronymum, & D. Paulum Æmilium Straduertum ſororios dicti occiſi, & quamuis credam eos vi tormentorum oppreſſos ſic alios inculpaſſe, & etiam contra ſeipſos ſomnia ſomniaſſe, & pluries mentitos fuiſſe; tamen quia aliorum curæ eſt illos defendere, me tantùm conuertam ad D. Hieronymum. Hic enim, & D. Paulus Æmilius propter talem nominationem inquiſiti, denegatis defenſionibus bis ex proceſſu informatiuo acriter torti negauerunt ſe eſſe conſcios tanti facinoris; ſed poſteà tertia vice iterum torti in tormento vigiliæ quinque horarum confeſſi ſunt ſe deliquiſſe, cùm priùs eſſent proteſtati ſe vim tormentorum ſuſtinere non poſſe.

Et propterea ad conſtituendum D. Hieronymum inter reos, contra eum conſiderantur multæ exceptiones, coniecturæ, indicia, & præſumptiones, de quibus in reatu à Iudice edito, quæ illum multùm grauare videntur, maximè accedente confeſſione prædicta, cùm dici
ſoleat, nullas eſſe partes Iudici in confeſſum, niſi con- 1
demnando, *l.* 1. vbi Bald. *num.* 23. *C. de confeſſ. l. qui ſententiam, C. de pœn.*

Nihilominus exiſtimo nihil eſſe in proceſſu, quod poſſit præiudicare D. Zambino, cumque non poſſe dici neque conuictum, neque legitimè confeſſum, & propterea nullo modo poſſe condemnari, ad textum *in d. l. qui ſententiam, & in c. Primates,* 2. *q.* 1. & *in cap. Nos in quemquam, ead. q.* Rol. *conſ.* 51. *numer.* 24. *libr...* Bertaz. *conſil.* 50. *num.* 1. *lib.* 1. & *conſ.* 449. *num.* 2. *verſ. contra tamen, lib.* 2. Farin. *de reo confeſſ. & conuict. q.* 81. *num.* 1. 2. Sed ſic eſt, quod D. Zambinus nullo modo eſt conuictus, nec legitimè confeſſus, imò neque etiam ad torturam indiciatus, vt probabo: ergo non poteſt illo modo condemnari, aut moleſtari, ſed in pace eſt mittendus.

Vt autem id clariſſimè pateat, puto vniuerſam
hanc controuerſiam ad duo puncta præcipua eſſe re- 2
ducendam, & primò inſpiciendum eſſe, an contra D. Hieronymum extent aliqua indicia perpetrati delicti ad torturam ſufficientia. Deinde an confeſſio D. Hieronymi ſit valida, aut illi noceat. Nam ſi neutrum extare demonſtrauero, ſatis credam partes meas adimpleuiſſe, & certam victoriam mihi promittere poſſe.

Id autem aſſequi non erit difficile, quia ſiue dicamus dictos DD. Zambinum, & Straduertum mandaſſe fieri delictum, ſiue in eo interueniſſe, aut poſteà illius conſcios & participes fuiſſe, ſemper verum eſſe exiſtimo,
quod ipſi ſint innoxij, & inculpabiles. Nam quod atti- 3
net ad mandatum, vtique certum eſt, quod illud non præſumitur, niſi probetur, ad textum *in l.* 3. §. *cùm igitur, verſ. Nam cùm familia, ff. de vi, & vi armata, c. cùm ad Sedem, de reſtit. ſpol.* Maſcard. *de prob. concl.* 1014. *n.* 2. Guazzin. *defenſ.* 22. *c.* 30. *n.* 2. & *def.* 32. *c.* 30. *n.* 5. Giurb. *conſ.* 85. *n.* 6. vbi dicit, quod mandatum ad delinquendum non præſumitur.

Vt autem id liquidò conſtet, animaduertendum eſt, quod dictus Antonius Maria, ſi tale facinus perpetrauit, quod non credo, habuit ſpecialem cauſam ob proprium intereſſe, quia dictus D. Iacobus occiſus in ſuo teſtamento fecerat ei legatum annuum ſatis pingue, & modò minatus fuerat ſe reuocaturum dictum teſtamentum, vt fortè contineret in officio Antonium Mariam ſibi famulantem, vel quia ab eo recepiſſet aliquam malam ſatisfactionem, & propterea dictus Antonius Maria, *fol.* 328. fatetur propter hanc cauſam interfeciſſe dictum Palmiam vnà cum Iacobo Antonio eius



eius fratre, & Tarquinio eius nepote. Vnde cenſendum eſt, quod Antonius Maria illum interfecerit pro ſuo intereſſe, & ob proprium odium, non ex conſilio, aut
4 mandato alterius. Bart. *in l.* 1. *C. ſi propt. imm. lib.* 10. Gram. *conſ.* 63. *n.* 12. Dec. *lib.* 9. *crim. c.* 34. *num.* 19. Gall. *conſ.* 115. *n.* 7. Macer. *lib.* 3. *reſol.* 8. *n.* 4. & *reſol.* 27. *num.* 10. pulchrè videndus Mar. Giurb. *conſ. crim.* 91. *n.* 41. vbi benè loquitur, & ad rem facit Farin. *q.* 43. *n.* 1. & *n.* 23. vbi dicit credendum eſſe occiſori ſe occidiſſe dicenti ex propria cauſa, & inimicitia, adeò vt nec potuerit interrogari de ſociis aut complicibus, quia priùs non apparebant indicia, aut coniecturæ, quod tales adeſſent. Nam illi tres fratres, & nepos ſatis erant ad perpetran-
5 dum delictum, & credibile eſt, id feciſſe ex propria cauſa. Grammat. *conſ.* 70. *n.* 6. Menoch. *de arb. Iud. caſ.* 474. *n.* 12. Maſc. *de prob. concl.* 1311. *n.* 7. pulchrè Farin. *de ind. & tort. q.* 43. *num.* 50. 51. 52. & *q.* 44. *n.* 1. & 25. & tantò magis quia Antonius Maria, *fol.* 689. oſtendit ſe fuiſſe mandantem, & occiſorem, dùm dicit ſe de ſuo dediſſe Tarquinio ob hanc cauſam ſcutos decem; exinde enim cognoſcitur, quod ipſe proprium gerebat negotium, & ob proprium odium faciebat, quod eſt conforme iuris præſumptioni, vt per Giurb. *d. conſ.* 91. *n.* 41.

Et ſimiliter alij ſocij videntur excludere mandatum; imò inculpare D. Zambinum; ſiquidem Iacob. Anto-
6 nius, *fol.* 374. fatetur à ſeipſo, & ab Antonio Maria, & Tarquinio fuiſſe occiſum Palmiam; & *fol.* 389. extra tormenta excludit pariter eumdem D. Zambinum, eum non nominando, dum nominat alios, prout etiam fecit Antonius Maria, *fol.* 335. dicendo, neminem alium id ſciuiſſe; & Tarquinius, *fol.* 488. dicens, nullum alium adfuiſſe, & *fol.* 491. dicens, Antonium Mariam fuiſſe ſibi priùs locutum; hæc enim ſatis ſunt ad exculpandum D. Zambinum. Nam ſi quando reus aliquos
7 criminis ſocios nominat, alios, quos tacet, exculpare dicitur, vt per Burſat. *conſ.* 20. *n.* 59. *lib.* 1. Farin. *conſ.* 185. *n.* 20. *lib.* 2. quantò magis hîc exculpatur D. Zambinus per prædicta, & propter talem exculpationem eſt liberandus, ad textum *in l.* 1. §. *ſi quis vltrò, verſ. Prudenter, ff. de quæſt.* Bertaz. *conſ.* 120. *n.* 18. *lib.* 1. Farinac. *de ind. & tort. q.* 43. *n.* 18. & *q.* 44. *n.* 23. & *conſ.* 185. *n.* 20. 21. *lib.* 1.

Non obſtat, quòd dicti occiſores poſteà in tormentis inculpauerint D. Zambinum, quia non deponunt per verba mandatum importantia, ſed potiùs hortatoria, quæ nihil conferunt ad importandum mandatum, vt
8 per Farinac. *de homicid. q.* 134. *num.* 16. & tantò minus, quia Antonius Maria erat id facturus ex propria cauſa ob dictum legatum, & ideò verba Zambini non poſ-
9 ſunt importare mandatum. Maſcard. *de probat. concl.* 1014. *n.* 10. *lib.* 2. & maximè quia in D. Zambino nulla erat cauſa dandi tale mandatum; & tamen requiritur cauſa grauis, & proportionata iniuriæ acceptæ, adeò vt conſtante cauſa delicti, ceſſent omnia indicia mandati,
10 vt latè per Giurb. *d. conſ.* 91. *n.* 39.

Verùm quia D. Zambinus, non ſolùm non dedit mandatum ad delinquendum, ſed nec etiam habuit vllam partem in dicto delicto, & quæ dicunt Barboni, & Tarquinius ſunt mera mendacia, vt penitus euacuetur illorum diſpoſitio, dicendum eſt, nullam fidem eis præſtandam eſſe, neque ex eorum depoſitionibus variis, inconſtantibus, & inueriſimilibus poſſe reſultare aliquod indicium contra D. Zambinum; & propterea animaduertendum eſt, quod ſi dicti Barboni, & Tarquinius fuerunt de ſe confeſſi propter illegitimam, & immode-
11 ratam torturam eis illatam, talis confeſſio nihil eis nocet, neque ſociis criminis ab eis nominatis. Farin. *q.* 44. *n.* 29. & *conſ.* 99. *n.* 62. *lib...* in quo tamen nihil firmo, quia proceſſum non vidi.

Secundò reſpondetur, quod talis inculpatio nihil nocet dicto Zambino, quia priùs Barboni, & Tarquinius exculpauerant Zambinum; ſi enim reus primò examinatus negauerit delictum, & complices, & poſteà de ſe confeſſus, vel alio modo ſpontè, vel in tortura variauerit à prima depoſitione, & nominauerit ſocios, & ſic inculpauerit, quos aliquo modo exculpauerat, tunc
ſtandum eſt primo dicto exculpatiuo, & non ſecundo 12
dicto inculpatiuo, etiam in tortura, vt poſt Bart. inquit Grammat. *not.* 34. *n.* 10. *in fin.* & *n.* 11. & *conſ.* 59. *n.* 7. Dec. *conſ.* 189. *n.* 10. Rol. *conſ.* 73. *n.* 30. *lib.* 1. latè Farin. *de ind. & tort. q.* 43. *n.* 185. vbi multos allegat, & teſtatur de communi; idem Farin. *conſ.* 20. *n.* 5. & *conſ.* 79. *n.* 4. *lib.* 1. quod tantò magis firmandum eſt, quia non adſunt alia indicia releuantia contra Zambinum, vt vidimus, ſed potiùs multa concurrunt ad eius innocentiam oſtendendam, adeò vt ſtari potiùs oporteat dicto
exculpatiuo, vt per Farin. *d. conſ.* 20. *n.* 5. & cum præ- 13
dictis benè concordat Dian. *mor. p.* 4. *tract.* 6. *de tortura, reſol.* 8. *ad fin.* vbi amplexatur doctrinam prædicti Farinacij. Et ratio prædictorum eſt optima, quia iſti ſunt periuri, cùm vnum dixerint in primo examine cum iuramento, & aliud in ſecundo vel vlteriori conſtituto;
nam tortura non purgat periurium. Dec. *conſ.* 289. *ſub* 14
*n.* 13. Ruin. *conſ.* 146. *n.* 2. 4. *lib.* 5. Rol. *conſ.* 16. *n.* 9. 10.
*lib.* 2. Burſ. *conſ.* 79. *n.* 1. *lib.* 1. Farinac. *d. conſ.* 99. *n.* 66. 15
*lib.* 1. nec poſſunt inuicem ſupplere fidem ſuam. Ciarl. *controu. forenſ. cap.* 10. *num.* 126.

Tertiò reſpondetur, nullam fidem eſſe præſtandam dictis Barbonis, & Tarquinio contra D. Zambinum,
quia ſunt de ſe confeſſi, quod delictum perpetrauerint; 16
& cùm ſe faciant ſocios criminis Zambini, eum non afficiunt, quia eis non creditur quoad alios ab eis nominatos, quidquid dicat Caball. *reſol. crim.* 185. *p.* 1. cui reſpondet Ciarlin. *contr. for. c.* 10. *n.* 128. quia ſe reddiderunt infames; & numerus eorum non tollit inhabilitatem ſuam, quia duo imperfecta in ſua ſpecie non poſſunt facere vnum perfectum; & propterea etiamſi ſocij criminis ſint duo, vel plures, non plus faciunt indiciis, quàm ſi eſſet vnus tantùm, etiam in criminibus exceptis, adeò vt talis nominatio non faciat indicium ad torturam contra nominatum, niſi concurrant alia adminicula, & nominatus ſit malæ vitæ, & conditionis; & ſecus eſt ſi ſit bonæ vitæ & famæ, prout eſt
D. Zambinus, prout ſic prædicta probantur ex Blanc. 17
*in repet. l. final. n.* 385. *ff. de qq.* pulchrè Gram. *conſ.* 5. *n.* 24. vbi dicit, quod etiamſi ſint plures alium nominantes, tantùm valet eorum dictum, quantùm dictum vnius, etiamſi eſſent Presbyteri qui non præſumuntur
mentiri; idem Gramm. *conſ.* 59. *n.* 6. Rol. *conſ.* 16. *ſub* 18
*n.* 18. & *conſ.* 73. *n.* 6. & *num.* 16. 17. *lib.* 1. Natt. *conſ.* 298. *n.* 10. *lib.* 1. pulchrè Maſc. *de probat. concl.* 1318. *num.* 18. 19. 20. vbi docet idem eſſe de pluribus mandatariis deponentibus contra mandantem, vt eis non credatur contra inculpatum; & multos allegat, & pariter idem
concludit Farin. *tract. de indic. & tort. q.* 43. *n.* 34. 35. 36. 19
39. 40. 41. & *conſ.* 10. *n.* 11. & *conſ.* 79. *n.* 3. *lib.* 1. & *conſil.* 156. *n.* 6. *lib.* 2. vbi damnat Gomez, & Peguer. aliter ſentientes; & hoc idem docet Peregr. *in conſ. deciſor.* 2. *n.* 14. *verſ. ſed horum, lib.* 2. qui omnes concludunt no-
minatum à ſociis criminis non poſſe condemnari pro- 20
pter talem nominationem, quæ tantummodò facit indicium ad torturam, iunctis adminiculis, & mala fama nominati: hic autem probata eſt bona fama D. Zam-
bini, quæ excludit præſumptionem delicti, vt per Rol. 21
*conſ.* 16. *n.* 24. *lib.* 1. Farin. *conſ.* 79. *n.* 23. *lib.* 1. vbi docet, quòd depoſitio plurium ſociorum criminis non facit indicium contra nominatum bonæ vitæ, & famæ. Nec etiam adſunt aliqua adminicula reatus, vt probabo: ergo ceſſat omne indicium.

Quartò igitur meliùs etiam euacuatur depoſitio, & inculpatio Barbonorum, & Tarquinij, quia dato etiam, quòd extarent aliqua adminicula contra nominatum, adhuc tamen nulla fides adhibenda eſt prædictis nominãtibus; tum quia omnia adminicula, ſi quę ſunt, fundantur

tur in eorum nominatione; tum quia prædicti aſſerti ſocij criminis patiuntur multos alios defectus; etenim quando ſocij criminis ſunt non ſolùm infames ob delictum confeſſum, ſed etiam patiuntur alios defectus, quia ſint etiam periuri, varij, & ex alia cauſa infames, vel criminoſi, vt ſunt prædicti, quorum aliqui etiam ſe oſtendunt inimici D. Zambini, tunc certè eorum 22 depoſitio nullam habet fidem, nec aliquod facit indicium ad torturã contra nominatum. Grammat. *d. conſ.* 35. *n.* 27. 28. Rol. *d. conſ.* 16. *n.* 21. 22. 23. & *conſ.* 73. *n.* 27. 28. 29. 38. *lib.* 1. idem Rol. pulchrè *conſ.* 57. *num.* 38. 39. 40. 41. *lib.* 4. vbi loquitur in caſu, quando ſocij criminis erant plures quàm duo, & eos excludit propter plures defectus, & pro defectu conſiderat, quod vnus illorũ erat luſor, & voluit in totum repelli, & multos allegat per- 23 bellè etiam Natt. *conſ.* 298. *n.* 6. & *n.* 10. *lib.* 2. qui pariter loquitur in caſibus exceptis. Simõ de Prẹt. *conſ.* 178. *n.* 26. vbi loquitur etiam in caſibus exceptis. Bertaz. *conſ.* 41. *n.* 32. *lib.* 1. Guazzin. *defenſ.* 32. *c.* 8. *n.* 4. *verſ. quæ contraria, & verſ. ac etiam magis.* Menoch. *de arb. iud. caſ.* 474. *n.* 54. pulchrè Maſcard. *d. concl.* 1318. *num.* 41. 42. vbi admittit, quòd ſi ſocius criminis ſit malæ conditionis, 24 & famæ, nullum faciat indicium contra nominatum; & idem probat ſi eſſet eius inimicus, latè Farin. *in prax.* *q.* 43. *num.* 166. & *n.* 178. vbi infinitos congerit, & *q.* 44. *n.* 25. vbi loquitur etiam in mandatario, & *conſ.* 10. *n.* 34. & *n.* 42. & *conſ.* 20. *n.* 1. & *conſ.* 79. *num.* 2. 3. & *conſ.* 99. *n.* 67. *lib.* 1. & *conſ.* 156. *n.* 7. *lib.* 2. & hoc idem pulchrè improbat Dian. *mor. p.* 4. *tract.* 6. *de tort. reſol.* 8. vbi docet ſocios criminis etiamſi patiantur duos tantùm defectus, nullum facere indicium etiam in delictis exceptis, nec ad torturam, nec ad inquiſitionem, etiamſi depoſuiſſent in tortura: concordat Ciarlinius *contr. forenſ. c.* 10. *n.* 120. quæ tanto veriora ſunt in caſu noſtro, vbi inculpatus eſt D. Zambinus perſona nobilis, quæ propter hoc tollit omnem ſuſpicionem turpis, & famoſi 25 criminis, vt conſiderat Farin. *d. conſ.* 99. *n.* 73. Ergo depoſitio dictorum ſociorum criminis non poteſt adminiculari. Ciarlin. *d. c.* 10. *n.* 129.

Nec obſtat, quod fortè prædicti ſocij criminis aſſerti contra D. Zambinum ſuſtinuerint eorum inculpationem, etiam in tortura, quaſi propter hoc videantur purgaſſe eorum infamiam, & periurium. Quia reſpondetur, id fortè procedere, ſi non eſſent periuri, & non paterentur plures defectus; ſecus eſt quando periuri ſunt, & patiuntur alios defectus, quoniam tortura non purgat periurium, nec plures inhabilitates, vt per Burſ. 26 *conſ.* 201. *num.* 67. *lib.* 2. & per Farin. *conſ.* 10. *num.* 12. & *conſ.* 99. *n.* 66. & *n.* 69. *lib.* 1. vbi reſpondet ad contraria: idem Farin. *conſ.* 156. *n.* 53. & *conſ.* 182. *n.* 8. *lib.* 2. Ciarlin. *contr. forenſ. c.* 10. *num.* 121. 122.

Sicut etiam non obſtant aſſerta adminicula, quia negamus ea extare, & quatenus extarent, in hoc caſu ni- 27 hil refragantur, quia adminicula, ſi per ſe non ſufficiunt, non poſſunt ſupplere pluralitatem defectuum teſtium, vel ſociorum criminis; hoc enim caſu adminicula non inueniunt quid adminiculentur, & propterea nominatio prædictorum ſociorum criminis non facit indicium contra nominatos, quia quod nullum eſt, adminiculari non poteſt, vt per textum *in l. ſi manente, ff. de precar.* 28 Gram. *deciſ.* 12. *n.* 2. probat in terminis Farin. *d. conſ.* 99. *num.* 62. 65. 73. vbi docet non obſtantibus adminiculis nominationem ſociorum, qui patiuntur plures defectus, nec in minimo nocere nominato: & idem Farin. *d. conſ.* 156. *num.* 7. 8. *lib.* 2. vbi dicit quod ſocij criminis patientes plures defectus nec minimum faciunt indicium. Ciarl. *d. c.* 10. *num.* 123. 124. Hic autem Barboni, & Tarquinius ſunt infames, periuri, varij, vacillantes, & aliàs criminoſi, provt ſupponitur in facto: ergo nullum faciunt indicium.

Quintò iam dictum eſt, & nunc repeto, quod ſtante bona fama D. Zambini, nominatio prædicta nihil ei nocet, quia quando ſocij criminis nominant alium in ſocium, Iudex debet inquirere, & ſe informare de conditione nominati; & ſi repererit ipſum eſſe bonæ famæ, talis nominatio nihil operabitur, etiamſi plures ſint ſocij nominantes, vt per Gram. *conſ.* 21. *num.* 8. & 29 *conſ.* 70. *n.* 7. Maſc. *d. concl.* 1318. *num.* 41. Farin. *d. q.* 43. *n.* 187. & *conſ.* 10. *n.* 11. & *conſ.* 20. *n.* 6. *lib.* 1. Et tantò minùs noceret depoſitio dictorum ſociorum criminis D. Zambino, ſi illi in carceribus ſimul ſtetiſſent, quia cenſendum eſt, quod ſimul ſe concertauerint; ad hoc enim vt afficiant nominatũm, oportet vt alter ſit ignarus de confeſſione alterius, nec aliquam notitiam illius habuerit, vt per Gram. *conſ.* 59. *n.* 4. *verſ. item, & ſecundò*; quod an hìc aptari poſſit, conſiderent qui proceſſum viderunt.

Sextò non eſt digna conſideratione prædicta inculpatio Barbonorum, & Tarquinij contra DD. Hieronymum, & Paulum Æmilium, quia etiamſi verſaremur in delictis exceptis, & difficilis probationis, adhuc nominatio ſociorum criminis non facit indicium ad torturam contra nominatum, niſi vltra alia requiſita talis nominatio ſit etiam veriſimilis, & adminiculata ex numero 30 teſtium, ex qualitate deponentium, & ex perſona eorum contra quos deponitur, & ex aliis circumſtantiis, vt Iudex certò credat nominantem non mentiri, alioquin nulla fides ei eſt adhibenda: ſic per textum *in l. ſicuti*, vbi Bald. *C. de qq.* & *in c. fidei fauorem, de hæretic. in* 6. Alex. *conſ.* 89. *n.* 9. *lib.* 3. Marſil. *conſ.* 24. *n.* 13. Rol. *conſ.* 73. *n.* 25. *lib.* 1. Menoch. *d. caſ.* 474. *n.* 58. Burſat. *conſ.* 201. *n.* 61. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 100. *n.* 17. Maſcard. pulchrè de probat. *concl.* 1318. *n.* 45. latè Farin. *de indic. & tort. d. q.* 43. *n.* 177. vbi plures alios allegat. Sed ſic eſt, quod prædicta ſociorum inculpatio eſt inueriſimilis, & talia continet, quæ potiùs apta ſunt ad diſponendum Iudicem ad fidem denegandam tali inculpationi, quàm ad ei credendum, provt examinando particularia facile erit videre: ergo dicta inculpatio nullum facit indicium.

Primò igitur ſatis apparet de inueriſimilitudine, & impoſſibilitate dictæ inculpationis, ſiquidem dicti Barboni, *fol.* 482. & *fol.* 487. inculpant D. Zambinum, & 31 Paulum Æmil. quòd interuenerint in ipſo homicidio operando, & tamen per quatuor conteſtes probatur D. Zamb. tempore delicti fuiſſe in ciuitate, & territorio Regij, & extra ſtatum Parmæ, vt in proceſſu: ergo impoſſibile eſt delicto interueniſſe. Iſta enim negatiua ſic coarctata, & probata ſatis oſtendit innocentiam D. Zambini, & conuincit Barbonos de mendacio. Hæc tanquam contradictoria ſimul vera eſſe non poſſunt, propter quod dictus D. Zambinus debet liberari, etiamſi contra eum extarent indicia: ſic docent DD. *in cap. cùm Eccleſia Sutrina*, vbi Rip. *n.* 88. *de cauſ. poſſ. & propr.* Iaſ. *conſ.* 153. *n.* 5. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 88. *n.* 24. *lib.* 3. Honded. *conſ.* 69. *n.* 34. *vol.* 4. Bertaz. *conſ.* 251. *n.* 44. & *n.* 99. *lib.* 2. Guazzin. *defenſ.* 28. *cap.* 1. *num.* 12. 13. 14. 15. vbi multos congerit, & dicit, quod hæc eſt plena probatio innocentiæ, & inquiſitus debet abſolui, etiamſi delictum 32 fuiſſet confeſſus; & propterea ſicut dicti aſſerti ſocij criminis in hoc falſum dixerunt contra dictum D. Zambinum; ſic etiam in aliis mentitos fuiſſe credendum eſt, etiam reſpectu D. Pauli Æmilij, vt per textum *in l.* 1. *§. fin. ff. de quæſt.* inquit Farinac. *d. conſ.* 19. *num.* 8. Rol. *conſ.* 73. *n.* 29. *in fin. lib.* 1.

Secundò. Eadem inculpatio non eſt veridica, & cenſetur inueriſimilis, quia Tarquinius confrontatus cum D. Paulo Æmilio ſtatim genibus flexis deprecatus eſt eum, vt illi parcat ſi eum inculpauit, quia id fecit vi, & metu tormentorum; & ſi iterum torqueatur, iterum inculpa- 33 bit, provt fecit, propter quod ſtante tali reuocatione, ac varietate inueriſimilis redditur talis inculpatio, per ea quæ tradit Rol. *conſ.* 73. *n.* 29. *lib.* 1. Farinac. *conſ.* 19. *lib.* 1. & inde cognoſcimus eum talia dixiſſe non pro veritate, 34 ſed vi tormentorum, ex his quæ refert Guazzin. *de-*

*fenſ.*



*fenſ.* 30. *cap.* 32. *num.* 4. quæ inueriſimilitudo iuuat etiam D. Zambinum, quia in vno falſus, cenſetur in omnibus 35 falſum dixiſſe, vt diximus ex Farinac. *d. conſil.* 19. *num.* 8. *lib.* 1.

Tertiò: Inueriſimilis cognoſcitur eſſe confeſſio dictorum Barbonorum, & Tarquinij, tam contra ſeipſos, quàm contra alios. Narrant enim factum nimis confuſe, & loquuntur intricatè; nam dum de armis deponunt, quibus Palmia fuit interfectus, dicunt fuiſſe occiſum cum enſibus, pugionibus, & coltellis; & quadam vice dicunt cum nouacula, adeò vt res ſit valde in in- 36 certo, & propterea veriſimilius eſt, quod ſic faſſi fuerint vi tormentorum, quia non eſt credibile eos ita potuiſſe circa arma variare, ſi vera eſſent per eos narrata: ita ſentire videtur Burſat. *d. conſ.* 201. *n.* 62. 63. *lib.* 2.

Quartò. Inueriſimilis eſt dictorum ſociorum confeſſio, etiam contra ſe ipſos, quia adhuc non conſtat de enſe, cingulo, & aliis arneſiis Palmiæ interfecti propriis, quæ ipſi dixerunt poſt homicidium humaſſe penes murum horti, & in puteum proieciſſe, quia facta diligenti inquiſitione per fiſcum excauando terram, & exſiccando puteum, nihil omnino inuentum eſt, propter quod talis confeſſio remanet deſtituta circunſtantiis, & red- 37 ditur inueriſimilis, ac improbabilis, nec afficit quemquam, quia non iuſtificantur eius qualitates. Socin. *in cap. qualiter, & quando, n.* 102. *de accuſat.* Marſil. *conſ.* 22. *n.* 9. Burſat. *d. conſ.* 201. *n.* 29. Bertaz. *conſ.* 29. *n.* 5. *lib.* 1. latè Farinac. *q.* 81. *num.* 30. vbi in puncto exclamat contra Officiales, qui non verificant tales qualitates confeſſionum, idémque dicit Ambroſ. *de proceſſ. inform. lib.* 4. *c.* 5. *num.* 9. latè Guazzin. *defenſ.* 32. *c.* 2. *num.* 3. vbi latè exami- 38 nat, & dicit neceſſe eſſe verificare circumſtantias prædictas, ſiue reus fuerit confeſſus ſpontè, ſiue per torturam, & quod quidam Commiſſarius in ſyndicatu fuit in magno periculo, quia aliter ſeruauerat; vnde ſequitur, quod dicta confeſſio ſit non ſolùm inueriſimilis, ſed etiam erronea, & falſa.

Quintò idem confirmari poteſt, quia dicti Paulus Æmilius, & Iacobus Antonius ſe dicunt inimicos, vt in eorum conſtitutis, *fol.* 310. & pariter Iacobus Antonius ſe oſtendit inimicum D. Zambini, vt apparet in proceſſu, dum affirmat non ſolùm de quadam lite, ſed etiam dicit: *che haurebbe voluto, che la robba del Signor Giacomo Palmia foſſe andata più toſto alla camera, che alli Zambini*: ex quibus colligitur malus eius animus, & voluntas; cùm nemo ſoleat præferre fiſcum conſanguineis, vel affinibus; & propterea eius inculpatio eſt inueriſimilis, & cenſetur proceſſiſſe ex odio, vnde nihil nocet nominatis, quia ſocius criminis, ſi eſt inimicus, 39 nihil probat contra nominatum, etiam in caſibus exceptis, & quando etiam veritas aliter haberi non poteſt: ſic pulchrè Maſcard. *de probat. d. concl.* 1318. *n.* 41. Farinac. *d. conſ.* 79. *n.* 6. *lib.* 1. adeò vt defectus inimicitiæ non expurgetur per torturam. Guazzin. *defenſ.* 19. *c.* 18. *num.* 8.

Sextò. Inueriſimilis eſt dictorum ſociorum inculpatio, quia Iacobus Antonius *fol.* 679. dicit nihil ſibi datum, vel donatum; & poſtea variando dicit D. Zambinum ſibi promiſiſſe multa, ac etiam ſibi tradidiſſe in via publica ſcuta 25. & deinde alia 25. Hæc enim nullo modo ſunt vera, neque veriſimilia; tum quia in hoc Iacobus Antonius eſt ſingularis, & ideò non facit indi- 40 cium, etiamſi eſſent plures. Farinac. *d. conſ.* 156. *num.* 12. *lib.* 2. tum quia non eſt credibile D. Zambinum filiumfamilias habuiſſe commoditatem tot pecuniarum: tum quia non eſt veriſimile, quod D. Zambinus adhibuerit tantam confidentiam, vt voluerit dare mandatum occidendi prædicto Iacobo Antonio eius inimico, vel 41 malè affecto, etiam pecunia mediante contra Palmiam virum potentem, vt inquit Giurb. *d. conſ.* 91. *num.* 52. & denique quia non eſt veriſimile, quod dictus D. Zambinus tradiderit pecunias Iacobo Antonio in via publica, cùm talia fieri ſoleant ſecretò, & cum magna cautela; & ideò locus ſic publicus eum reddit de falſo ſuſpe- 42 ctum, vt per Rimin. Iun. *conſ.* 723. *n.* 88. & Giurb. *d. conſ.* 91. *num.* 52. *in fin.* qua ratione eliduntur etiam tractatus, quos dicunt factos in publico, quia veriſimilitudo talia abhorret, & non admittit.

Nec obſtat prædictis, quod non verſemur in delicto enormi, & difficilis probationis, in quo licet iura tranſgredi. Nam primò reſpondeo id fortè procedere in puniendo, quando conſtat reum eſſe verè delinquentem, ſecus eſt in procedendo, quia ſeruari debent iura ſolita, donec verè ſciatur, an inquiſitus ſit verus delinquens; & ideò debent ſeruari ſolemnitates, 43 quæ in aliis criminibus ſeruantur, vt per Marſil. *in pract. crim. §. diligenter, num.* 75. Grammat. *vot.* 34. *num.* 23. 24. vbi loquitur in crimine læſæ Maieſtatis. Deinde reſpondeo quod reſpectu mandati aſſerti, ſeu tractatus, & dationis pecuniarum, quæ in via publica dicuntur traditæ, non poteſt dici nos verſari in his, quæ ſunt difficilis probationis, cùm oporteat ad hoc conſtituendum, vt non ſolùm nulli teſtes actu interuenerint, ſed etiam habitu interuenire non potuerint, vt benè per Rol. *conſ.* 73. *num.* 27. *lib.* 1. Natt. *conſil.* 298. *num.* 9. *lib.* 2. Bertaz. *conſil.* 41. *num.* 23. *lib.* 1. Farinac. *quæſt.* 43. *num.* 195. quod 44 verificari non poteſt in his, quæ fiunt in loco publico; licèt enim plures teſtes non interfuerint, intereſſe tamen potuerunt.

Septimò. Inueriſimilis redditur confeſſio dictorum ſociorum, quia vltra alias variationes, & mendacia diſcordant etiam circa locum, vbi expirauit Palmia, quia Iacobus Antonius dicit vna vice expiraſſe in Camera, & alia vice in Cantinazza; & pariter diſcordant etiam circa tegumentum cadaueris ipſius Palmiæ, quoniam vnus dicit paleâ fuiſſe coopertum, alius paleâ, & ſterquilinio, alius *con delle ſtore*: & ſimiliter diſcordant circa 45 modum exportationis cadaueris ad canale, quia alij dicunt ſuper baculis, alij in ſacculo, alij ſuper brachiis fuiſſe portatum, vt in proceſſu, quæ variationes, & contradictiones cauſant magnam inueriſimilitudinem dictæ confeſſionis, adeò vt ſociis non ſit fides præſtanda contra D. Zambinum, vt per Rol. *conſilio* 73. *numero* 28. *libro* 1. Burſat. *d. conſil.* 201. *num.* 62. *lib.* 2.

Octauò. Nimis inueriſimilis eſt inculpatio contra D. Zambinum, quod dederit aliquod mandatum ad committendum homicidium: tum quia Antonius Ma- 46 ria non erat maximâ amicitiâ coniunctus, vt requiritur. Burſat. *d. conſ.* 201. *num.* 62. Giurb. *d. conſ.* 91. *num.* 52. tum quia ipſe per ſe erat facturus, dum fatetur *fol.* 689. de eius propriis pecuniis dediſſe dicto Tarquinio eius nepoti ſcuta decem, & Tarquinius idem affirmat *fol.* 492. 47 Maſcard. *dict. concluſ.* 1014. *num.* 10. tum quia apparet de propria cauſa, ob quam id fecit, ſi tamen fecit, ſcilicet pro eius legato, vt *fol.* 382. adeò vt cenſeatur feciſſe 48 pro ſuo intereſſe. Giurb. *d. conſ.* 91. *num.* 41. tum quia dum inculpat de mandato D. Zambinum, eſt ſingularis, eſt etiam varius, dum dicit nihil habuiſſe, & poſtea habuiſſe, & eſt diffamatus de aliis delictis; & cum non appareat de aliqua cauſa propria D. Zambini, qua moueri potuerit, cùm debeat eſſe grauis, non eſt exiſtimandum, quod D. Zambinus voluerit deuenire ad huiuſ- 49 modi homicidium, vt benè conſiderat Giurb. *d. conſ.* 91. *num.* 39. Et propterea quot ſunt verba ſociorum, tot ſunt mendacia.

Nonò. Inueriſimilis eſt dicta inculpatio, quia Antonius Maria in delatione cadaueris ad canale dicit ſolùm interueniſſe ſeipſum, eius fratrem, & Tarquinium, *fol.* 382. & idem replicat *fol.* 498. ſed paulò poſt lachrimans dicit adfuiſſe etiam DD. Zambinum, & Paulum Æmilium: & ſimiliter Iacobus Antonius, *fol.* 403. excludit omnino D. Zambinum ab exportatione cadaueris, provt facit etiam Tarquinius, *fol.* 487. licèt includat D.

Paulum

Paulum Æmilium. Nec ſanè ſi conſideretur oculo pio,
provt decet Iudicem veritatis amicum, vtique neceſſe
50 erit exclamare hanc eſſe impoſturam, & continere
ſomnia, quia talia ſunt contradictoria, & non poſſunt
eſſe ſimul vera, vt conſiderat Burſat. d.conſ.201.num.62.
verſ. ſeptimo libro. Imò mihi ſupponitur, quod in illa
nocte exportationis, & hora à ſociis expreſſa ipſe D.
Zambinus fuerit, in Curia Principis aliis negotiis im-
plicitus: vnde credo eos vi tormentorum fuiſſe menti-
tos in ſeipſos, & alios.

Decimò. Poſſunt conſiderari multæ aliæ inueriſimi-
litudines; ſiquidem dicunt in exportatione cadaueris
adfuiſſe lumen, ſed Antonius Maria, fol.598. dicit ſe id
neſcire, & omnes dicunt ſe neſcire, à quo lumen porta-
retur, quæ non ſunt veriſimilia: & pariter Antonius
Maria deponit tractatum de interficiendo fuiſſe factum
in publica platea, & dicit ſe dediſſe Tarquinio pecunias
in via publica; & prima vice dicit fuiſſe ſcuta decem
integra, ſecunda verò vice dicit adfuiſſe vnum, aut
duos pataccones; ex quibus luce meridiana clariùs ap-
51 parere poteſt dictas confeſſiones, & inculpationes eſſe
inueriſimiles, & propterea non afficiunt D. Zambinum,
vt per Rol. d.conſ.73.n.37.38.lib.1. Maſcard. d.concl.1318.
num.45.46.

Neque in prædictis inueniuntur adminicula, quæ
vrgeant contra D. Zambinum; & vt id etiam plenè
cognoſcatur, animaduertendum eſt, quod licèt remit-
tatur arbitrio Iudicis, quænam debeant eſſe admini-
cula cum dicto ſocij criminis, tamen non debet Iudex
ea ex ſuo capite metiri, ſed oportet arbitrium regula-
re, vt leuia non ſufficiant, provt iuris eſt. Farinac.
52 d.quæſt.43.num.156. vſque ad num.177. & propterea ad-
minicula remota à delicto non ſufficiunt, quia debent
eſſe talia, vt aliquo modo tangant crimen, ſicut docuit
Natt. conſ.298.num.4.in fin. & ſeqq. Mantuan. conſil.218.
num.26.31. Menoch. d. caſ.474. num. 48. verſic. Illud
quoque, pulchrè Maſcard. d.concluſ.1318. num.53. verſ.
Nam ſi huiuſmodi. Et maximè quando ſocij criminis ſunt
varij, vel periuri, quia tunc requiruntur adminicula ma-
53 gis grauia, vt inquit Dian. moral.p.4.tract.6.de tort.reſ.8.
in fin.

Hîc autem non poteſt conſiderari aliquod admini-
culum contra D. Zambinum, niſi valdè leue, & alienum
delicto, provt eſt videre in ipſo reatu à Iudice prolato.
Nam primò Iudex conſtituit magnum fundamentum in
depoſitionibus Barbonorum, & Tarquinij confirma-
tis in faciem ipſius D. Zambini, & in veriſimilitudine
earum; ſed iam reſponſum eſt ſatis, & abundè eas eſſe
inueriſimiles, adeò vt nihil eis credendum ſit; ideò
non repeto.

Secundò. Non obſtat iudicium ſumptum ab inimi-
citia, & odio inter D. Zambinum, & occiſum taliter
qualiter probatis; vt dicitur, in reatu. Nam reſpon-
detur, inimicitiam non fuiſſe probatam, & tamen
erat legitimè probanda, vt per Farinac. quæſt.49. nu-
mero 126. & oportet inimicitiam eſſe grauem, capita-
54 lem, & adminiculatam, & talis, quod factæ iniuriæ
correſpondeat mandatum, alioquin non facit indicium.
Farinac. quæſt. 49. num.101. 102. & conſil.147. num.33.
lib.1. pulchrè Giurb. d. conſil.91. num.39. vbi vidi, &
maximè quando conſtat de interfectore. Farin. d.q.49.
num.119.

Sed hîc quænam inimicitia poteſt conſiderari? vti-
que dicitur Palmiam non libenter tradidiſſe nuptui
eius ſororem D. Zambino: ſed quatenus id verum ſit,
ceſſauit poſt matrimonium illa amaritudo, quia poſt
55 contractum matrimonium dictus Palmia tractauit ami-
cabiliter cum Zambinis, & ſæpè ad eos diuertebat ad
inuiſendam ſororem, & matrem: & eorum domi pran-
dium, & cœnam domeſticè ſumebat, & cum eis fami-
liariter conuerſabatur, provt deponunt teſtes fiſci,
fol.226.228. qui plenè probant contra Curiam. Farinac.
conſil.185.num.23. & conſ.139.num.10. lib.2. & hoc pro
notorio ſupponitur, de quo Iudex poteſt ſe informare 56
etiam in cubiculo. Rol. conſ.44.num.36.lib.1. Rim. Iun.
conſ.6.num.33. Menoch. conſ.230.n.41. & ideò quatenus
extitiſſet inimicitia, per huiuſmodi reconciliationem 57
tollitur omnis mala ſuſpicio. Farinac. d.quæſt.49. n.109.
Sed verè ſi talis cauſa eſſet vera, non eſſet conſidera-
bilis reſpectu D. Zambini, cùm peruenerit ad deſide-
ratam ſponſam: ſed ſi quid malè ſuſpicandum fuerat,
id habuiſſet aliquam probabilitatem in Palmia aduer-
sùs D. Zambinum; at verè nulla aderat inimicitia, nul-
lumque odium.

Tertiò conſideratur illa ſollicitudo, quam poſt in-
uentum cadauer Zambinus adhibuit in adipiſcenda
Palmiæ hæreditate, & mandatum factum Antonio
Mariæ ad accipiendam tenutam. Nam reſpondetur,
id non eſſe adminiculum criminis iam ab aliis perpe-
trati, quia D. Zambinus eſt filiusfamilias, & gere-
bat negotium vxoris, ad quam ſpectabat hæreditas,
& cui neceſſarium præſtitit conſenſum; & naturale
eſt, vt ſollicitè capiatur tenuta hæreditatum, ne hæ-
res præueniatur ab alio. Et propterea non video quo-
modo inde hauriatur mala ſuſpicio contra Dominum
Zambinum, cum pariter mandatum fuerit factum in
perſonam Antonij Mariæ, quia erat informatus de
bonis relictis in hæreditate, & cùm talia ſint dif-
ferentia, & poſſint trahi ad bonum, & malum, de- 58
bent potiùs interpretari in bonum, vt per Farin. q.85.
num.10.18.

Quartò. Conſideratur pro adminiculo mendacium
D. Zambini, dicentis ſe neſcire in cuius perſonam fuerit
factum mandatum. Nam reſpondeo id non poſſe dici
mendacium, ſed obliuio; & ſignum eſt quod ipſe non
vacabat huic negotio cum tanta diligentia, vt ex ad-
uerſo ſupponitur; nec poteſt dici id malitioſe dixiſſe,
quia ex inſtrumento poterat facilè probari, vnde illud
negare in nihilo poterat eſſe proficuum.

Quintò. Conſideratur, quod Palmia propalaſſet ſe
teſtamentum reuocaturum, in quo fortè hæredes inſti-
tuerat eius ſorores, & vxores reſpectiuè DD. Zambi-
ni, & Pauli Æmilij. Nam reſpondetur hoc non eſſe ad-
miniculum faciens ad rem, quia hæreditas prædicta non
ſpectabat ad ipſos, ſed ad ſorores defuncti, in qua tan-
quam extra dotem, maritus non habet vſumfructum, nec
proprietatem; & non erat ſuſpicandum de D. Zambi-
no, qui eſt diues ex patre diuite, cuius commoditates
ſunt tantæ, vt non admittant veriſimilitudinem deſide-
rij mortis eius cognati, & maximè cum facinore; &
tantò magis quia Palmia non dixerat ſe reuocaturum
inſtitutionem hæredum, aut aliis velle relinquere ſuam
hæreditatem, quam eius hæredes etiam ab inteſtato ha-
buiſſent; ſed fortè veriſimilius eſt Palmiam hoc dixiſſe
propter Antonium Mariam, cui fecerat legatum annuum
ſatis pingue, provt ipſe fatetur ſe interemiſſe Palmiam
propter dictum legatum, ne illud reuocaret; vnde cùm 59
teneamus auctorem maleficij, & cauſam eius propriam,
non eſt ſuſpicandum contra D. Zambinum non ha-
bentem cauſam motricem, & grauem ad perpetran-
dum tantum ſcelus, vt per Giurb. d. conſ.91. num. 39.
40.41.

Sextò. Non obſtat aliud adminiculum de ſocietate,
& commenſalitate ipſius Antonij Mariæ cum D.
Zambino, & acceſſu ad domum eius, quia ratione
familiaritatis, vel conuerſationis nemo præſumitur 60
criminis conſcius, vel culpabilis. Bald. in l. ad in-
uidiam, in fin. C. quod met. cauſ. Pacian. conſil. 119.
num.74. pulchrè Giurb. d.conſil.91.num.48. & ſanè cùm
Antonius Maria gereret negotia Palmiæ, & ei famula-
retur, non eſt mirandum, ſi accederet ad domum D.
Zambini, provt liberè faciebat Palmia eius Dominus,
& non decebat D. Zambino illum arcere, quia ſolent 61
famuli domeſticè conuerſari in illis domibus, in qui-
bus



bus domini habent familiaritatem, & propterea nul-
lum indicium poteſt reſultare contra D. Zambinum.
Farin. d. conſ.99. n.71. lib.1.

Septimò. Nullum eſt adminiculum ex tranſmiſſione
epiſtolæ per eundem Antonium Mariam D. Ferranti pa-
tri D. Zambini poſt delictum, vel ex affinitate Barbo-
norum cum ſocru D. Zambini: hæc enim nimis aliena
ſunt à delicto, cùm tunc ignoretur Antonium Mariam
fuiſſe homicidam; & quòd refert ad caſum, ſi D. Fer-
rantes recepit epiſtolam ab eo, vtique hoc nihil eſt, ſi-
cut nihil nocet affinitas cum ſocru D. Zambini, quia
non per hoc eſt affinis ipſius D. Zambini, & ſi eſſet,
quid inde? Vtique maior erat coniunctio cum D. Pal-
mia eius cognato, propter quod excluditur omnis ſi-
62 niſtra ſuſpicio, quia attendenda eſt potiùs præſumptio
delicti excluſiua. Farinac. q.85.n.19. & ideò hæc nimis
remota ſunt, & non faciunt indicium contra D. Zam-
binum. Maſcard. dict. concl.1318. n.53.

Octauò. Conſideratur, quod illa die, qua Curia
perquiſiuit in domo Antonij Mariæ, ipſe ſe receperit
ad domum D. Zambini. Nam quid inde contra D.
Zambinum, qui illum non recepit? imò exinde colli-
gitur eius ſinceritas, & innocentia, quia ſicut D. Zam-
binus noluit eum recipere, quando cœptum eſt contra
eum de delicto haberi ſuſpicio, ita priùs ab eo ſe abſti-
nuiſſet, ſi quid tale credidiſſet.

Nonò. Conſiderantur contra D. Zambinum alia
multùm leuia, & nimis remota, ſcilicet collocutio cum
D. Paulo Æmilio, quæ non eſt res mirabilis, cùm eſſet
eius cognatus: mora ipſius D. Zambini extra domum
in illa nocte delationis cadaueris ad canalem, quia non
inde probatur eum in illa interueniſſe, ſed mihi ſuppo-
nitur verè moram traxiſſe in Curia Sereniſſimi: ſcien-
tia, quam videtur habuiſſe de die commiſſi delicti,
quia ipſe id fortè collegit ex circumſtantiis ſubſequen-
tibus; & cùm fortè notum eſſet tempus, quo Palmia
ampliùs non comparuit, quilibet potuit arguere eo die
commiſſum fuiſſe delictum. Alia verò, quæ leuiſſima
ſunt, ſumuntur ex depoſitionibus ſociorum criminis,
quibus dixi nullam fidem eſſe præſtandam. Nec nocent
aſſerta mendacia, ſeu variationes, & perplexitates D.
Zambini in reſpondendo, quia non eſt mirum ſi multi-
tudo interrogationum, & iterata conſtituta in longum
protracta induxerint adoleſcentem in aliquas difficul-
tates, & variationes, quia etiam ſapientiſſimi in hoc
ſæpè errare ſolent; ſed cùm non verſemur circa ſub-
ſtantialia, nihil nocent D. Zambino ad faciendum in-
63 dicium. Bertaz. conſ.59. n.6. lib.1. & eius bona vita, &
fama excludit indicium mendacij, & variationis. Ber-
taz. d. conſ.59. n.8.

Decimò. Conſideratur pro adminiculo, quod teſtes
D. Zambini dicentes tempore delicti eum fuiſſe extra
territorium Parmæ, ſunt vltronei, varij, & contrarij,
vt in dicto reatu. Nam reſpondetur hoc non eſſe ad-
miniculum delicti, etiamſi vera eſſent prædicta. Sed
meliùs dicam non eſſe verum, quod dicti teſtes ſint vl-
tronei, cùm fuerint inducti, ſeu nominati à patre D.
Zambini; & ſatis eſt à Iudice fuiſſe examinatos ad
64 hoc, vt eis nihil poſſit propter illud opponi. Farinac.
d. conſ.193. num.77. lib.2. Nec inter eos adeſt variatio,
vel contradictio conſiderabilis; & fortè melius eſt non
ita penitus conuenire in accidentalibus, ne videantur
65 præmeditati; & propterea cùm ſint concordes in effe-
ctu, & non diſcordent in ſubſtantia, nihil eis dimi-
nuendum eſt de fide. Perſonal. tract. de tortura, n. 95.
Farinac. in tract. de teſtib. quæſt.66. n.24. & q.79.n.14. &
conſil.146. numer.10. lib.2. Guazzin. defenſ. 19. cap. 2.
num. 6.7.

His ſtantibus tranſeundum eſt ad alterum punctum,
& videndum, an confeſſio D. Zambini quidquam ei
poſſit nocere, & exiſtimo negatiuè eſſe reſpondendum,
quia ex prædictis ſatis conſtat, nulla extitiſſe indicia ad
torturam contra eum, vt ſatis probatum eſt; & ideò
cùm D. Zambinus fuerit non iure tortus, & ſine præce-
dentibus indiciis, propterea eius confeſſio cenſetur
emanata vi, & metu tormentorum, & æſtimanda eſt er-
ronea, adeò vt ei nihil præiudicet, etiamſi fuiſſet mil- 66
lies repetita, vel ratificata in criminibus etiam exce-
ptis, & hoc admittunt omnes pro indubitabili, vt in
l. 1. §. Diuus Seuerus, ff. de quæſt. Marſil. in l. penultima,
n.10. ff. eodem, vbi dicit, quod Bononia liberauit duos
à pœna mortis, & conſecutus eſt maximum commodum, 67
& honorem; & hoc idem probat Bertaz. conſ.39.n.7.8.
& ſeqq. & conſ.125.num.21.22.23. lib.1. Perſonal. de ind.
& tort. n.67. Burſat. conſ.201. n.41.42.53. lib.2. Farinac.
de ind. & tort. q.37.n.110. & q.43. n.19. & q.83.n.1.2.6.
& ſeqq. vbi infinitos congerit: idem Farinac. conſ. 99.
n.62. lib.1. latè Guazzin. defenſ.32.c.31.num.1.2.3.4. &
per totum, vbi vult id procedere etiam in Iudice, qui
haberet brachium Regium, vel Principis mandatum.
Borell. in ſum. deciſ. p.2. tit.3. num.22.23.24. vbi pluri-
mos adducit, & vult procedere etiam in delictis atro-
cioribus, & exceptis.

Quod licèt in ſe, & per ſe ſit veriſſimum, tamen
multò verius eſt, quando tortura fuit exceſſiua, vt hîc,
vbi fuit bis iterata per mediam horam qualibet vice, &
repetita tertia vice in vigilia quinque horarum, & quan-
do reus proteſtatus eſt ſe non poſſe tormenta ſufferre; 68
nam iſtis caſibus, ſi fateatur, cenſendum erit, fuiſſe
confeſſum contra veritatem, & habebitur pro non con-
fitente, & confeſſio ei nihil nocebit, vt per Fulgoſ. in
l. qui aliena, §. Celſus, num.8. & ſeqq. ff. de acquir. hæ-
red. Honded. conſ.108. n.42. lib.1. Guazzin. defenſ. 32.
c.31. num.2. Farinac. d. q.83. num.7.8. vbi probat quòd
talis confeſſio nihil nocet tam reo, quàm nominatis
ab eo.

Et tantò magis, quia repetitio torturæ fuit facta in-
debito modo, non ſeruato iuris, & temporis ordine;
etenim Iudex poſt illatam mediæ horæ ſecundo loco
torturam, ſtatim fecit D. Zambinum ſupponere tor-
mento vigiliæ, non obſtante, quod iam ſatis purgata
fuiſſent omnia indicia, ſi quæ ſint; & tamen non po-
terat ſic ſollicitè, & nullo intermedio tempore tranſire
à tortura ſatis graui, qualis eſt tortura mediæ horæ.
Farinac. q.38. num.47.48.83. (maximè præcedente tor- 69
tura alterius mediæ horæ) ad tormentum atrociſſimum
vigiliæ, quia repetitio huiuſmodi, ſi tertia vice fieri
potuiſſet, erat facienda interpolatis diebus, ſeu vicibus, 70
quando indicia ſunt plura, & vrgentia. Clar. in prax. §.
fin. q.64. n.33. verſ. Et ſi indicia. Farinac. d. q.38. ſub n.79.
ad fin. Ergo tranſitus iſte à tortura ad vigiliam fuit in-
debitus, & indiſcretus, & reddit confeſſionem nullam,
& inualidam per ſuperiùs dicta, & dicenda; quia vti-
que ſi Iudex diligenter omnia obſeruabit, provt decet,
pro certo compertum habebit immoderatam fuiſſe
torturam, neque extitiſſe contra D. Zambinum tot, vel
tanta indicia, vt potuerit deueniri ad illud crudele vi-
giliæ tormentum, poſt iteratam torturam mediæ horæ
pro qualibet vice.

Secundò. Accedat, quod hæc confeſſio poteſt dici
multò magis nulla, & inualida, quia dato etiam, quod
contra D. Zambinum extitiſſent aliqua indicia, nihil-
ominus ea abundantiſſimè fuerant expurgata per tor-
turam primâ, & ſecundâ vice ei illatam, in qua per-
ſtitit negatiuè. Giurb. conſ.43. num.9.39.31.32. & ma- 71
ximè quia talis tortura fuit diuiſa per mediam horam
qualibet vice, adeò vt in totum peruenerit ad horam
integram, & ſic fuit illius generis torturæ, quæ dicitur
quarti gradus, & ſupponit reum eſſe ſuſpectiſſimum,
& contra eum extare indicia grauia, & plenè probata, 72
etiam in atrocioribus, vt per Natt. conſ. 298. num. 13.
lib.2. Farin. de ind. & tort. q. 38. num.47.48. Guazzin.
defenſ.30. cap.22. numer. 6. Et ideò cùm D. Zambinus
ſuſtinuerit in dicta tortura ſic repetita, cenſetur pur-
gaſſe

gaſſe omnia indicia, ſi quæ, contra eum exiſtentia, vt
73 per Clar. *in prax.* §. *fin. q.*64. *n.*34. Farinac. *quæſt.*40.
*num.*2.6.8. *in fin.* Guazzin. *d. defenſ.*30. *c.*40. *n.*1. *& per*
*totum.* Adeò vt non potuerit poſteà ſupponi tormento
74 vigiliæ.

Et tantò magis cenſendum eſt, D. Zambinum omnia
expurgaſſe, quia contra ipſum non extabat aliquod in-
dicium certum, vel indubitatum, vt vidimus; imò ſi
quæ fortè erant, per contrarias præſumptiones, & pro-
bationes, de quibus ſatis dictum eſt, fuerant ſufficien-
75 ter eliſa. Bertaz. *conſil.*41. *n.*31. *in fin. lib.* 1. Guazzin.
*defenſ.*30. *cap.*4. *num.*23. propter quod poſt hanc itera-
tam torturam non licuit Iudici tertiò eam repetere ſine
nouis indiciis, quæ fuerint euidentiora, & fortiora
prioribus, vt latè probat Farinac. *de ind. & tort. q.*38.
*num.*72.73.75.76.77.*q.*1. Guazzin. *defenſ.*30. *c.*23. *n.*1.2.
4.5.6. vbi loquitur etiam in Iudice habente arbitrium;
hic autem nulla ſuperuenerant indicia; ergo non li-
cuit Iudici tertiò torquere D. Zambinum in vigilia, vel
76 alio modo. Burſat. *conſ.*201. *num.*138. *in fin. lib.*2. cùm
autem D. Zambinus poſt purgata indicia, & ſine no-
uis indiciis fuerit ſuppoſitus tormento vigiliæ poſt ite-
ratam torturam, & confeſſus fuerit circa quintam ho-
77 ram tormenti, confeſſio cenſetur emanata metu, & vi
tormentorum, nihil probat, nihil valet, nec confitenti
nocet, vt per Farinac. *d. q.*38. *n.*70. & *conſ.*19. *num.*12.
*in fin. lib.*1. Guazzin. *d. defenſ.*30. *c.*23. *num.*5. vbi cæteri
allegantur.

Hoc autem confirmari poteſt, quia licèt minor vi-
gintiquintque annis in criminibus exceptis poſſit
78 torqueri, adhuc tamen in tali caſu tortura debet eſſe
moderata, & ſine periculo, vt per Farinac. *q.*41. *n.*103.
& Guaz. *d. defenſ.*30. *c.*18. *n.*4. *ad fin.* & ideò D. Zam-
binus vti minor, etiamſi potuiſſet torqueri propter ali-
qua indicia, id moderatè erat faciendum, vnde tantò
magis dicendum eſt omnia indicia fuiſſe purgata per
torturam primâ, & ſecundâ vice illatam, & ſucceſſiuè
non licuiſſe Iudici deuenire ad tormentum vigiliæ, quod
eſt atrociſſimum, & crudele, quo rariſſimè vtendum
eſt in atrociſſimis tantùm, & vbi indicia ſunt vrgentiſ-
ſima, & reus eſt robuſtus, & paruipendet alia tormen-
ta, adeò vt ex centum hominibus qui ſubierunt hoc tor-
79 mentum, vix quinque ſuſtinuiſſe docet Farinac. *d. q.*38.
*num.*71. & ſentire videtur Guazzin. *d. defenſ.*30. *cap.*21.
*num.*13. Propterea non video quomodo Iudex poſſit di-
cere ſe moderatè feciſſe torquere D. Zambinum mino-
rem, nobilem, delicatum, & qui proteſtabatur ſe non
80 poſſe ſuſtinere tormentum, & in dubio Iudex debebat
abſtinere à repetitione tormenti, regulando ſuum ar-
bitrium à iure. Farinac. *d. q.* 38. *num.*82.88.89.

Nec prædictis obſtat illa clauſula, *Animo continuan-
di tormenta, & ſine præiudicio vlterioris repetitionis*; quaſi
tunc non videatur repeti, ſed continuari tormentum,
81 vt per Cartar. *de inter. reis lib.*4. *c.*1. *num.*117. quia iſta
clauſula ſolùm operatur, quando reus prima, vel ſe-
cunda vice non ſufficienter eſt tortus, & quando de iu-
82 re poteſt fieri repetitio, vt per Farinac. *d. q.*38. *n.*104.
Guazzin. *d. defenſ.*30. *c.*23. *num.*10. ſecus eſt, quando
iam per torturam priorem ſatis purgata erant omnia in-
dicia, & reus prima vice non fuerat leuiter tortus;
quia licèt arbitrarium eſſe dicatur tormenta repetere, ta-
men id debet à iure regulari, & niſi nouis ſuperuenien-
tibus indiciis, non licuit deuenire ad repetitionem,
83 Cartar. *d. c.*1. *num.*123. Clar. *d. q.*64. *n.*46. *verſ. ſi ve-
rò.* Menoch. *cap.*272. *num.*5.6. Farinac. *conſ.*19. *num.*12.
*lib.* 1. & *q.*38. *num.*79.83. vbi admittit repetitionem
quando reus ab initio fuerit leuiter tortus; putà per
84 vnum *Aue Maria*; & idem confirmat Guazzin. *d. de-
fenſ.*30. *c.*23. *num.*9. ſed ſic eſt, quod D. Zambinus fue-
rat bis acriter tortus per mediam horam, quæ dicitur
tortura quarti gradus. Farinac. *d. q.* 38. *n.* 74. ergo ne-
85 ceſſe eſt dicere, quod etiam fuerit ſufficienter tortus,
maximè ſtante iterata tortura, & leuitate indiciorum.
Farinac. *d. q.*38. *num.*88.89. & per conſequens confeſſio 86
emanata in vigilia, & tormento tertiò repetito eſt in-
ualida, & omnia inde ſecuta, & non nocet confitenti.
Farin. *d. q.*38. *n.*78. & *conſ.*19. *n.*17. *lib.* 1. Guazzin. *d.
defenſ.*30. *c.*23. *num.*5.

Tertiò. Inualida eſt confeſſio, quia licèt DD. videan-
tur remittere arbitrio Iudicis, vt reum vrgentiſſimis,
& indubitatis indiciis grauatum valeat tertia vice ſub-
iicere tormentis, vt per Farin. *d. q.*38. *n.*105. tamen id
omnes intelligunt illud procedere tantùm in reo, qui
varius eſt in ſuo dicto, quia modò negat, modò fate-
tur, & vnum dicit in tormentis, & illud negat ad ban-
cum iuris. Verùm quando reus primò, vel ſecundò tor- 87
tus ſemper conſtanter negauit delictum, etiamſi præ-
matur indiciis vehementibus, non licebit Iudici eum
tertia vice ſubiicere tormentis; quia iam purgata ſunt
omnia. Simanc. *de viol. relig. tit.*52. *num.*42. Rim. Iun.
*conſ.*395. *n.*41. *& ſeqq. lib.*4. Burſ. *d. conſ.*201. *num.*85. &
*n.*138. *lib.*2. & *conſ.*326. *n.*8. *lib.*3. Cartar. *d. libr.*4. *c.*1.
*n.*132. Farin. *d. q.*38. *num.*106. & ideò iſtum caſum non
poſſe euenire apud bonos Iudices, ſed tantùm in Iudi-
cibus carnificibus, in verbis dixit expreſsè Guazzin. 88
*d. defenſ.*30. *cap.*24. *num.*5. *verſ. Tamen apud bonos.* Quod
ſi verum eſt, ſequitur, quod nulla ſit dicta confeſſio.

Quartò. Hæc autem veriora ſunt in caſu noſtro, vbi
proceſſum eſt contra D. Zambinum ex proceſſu infor-
matiuo, & denegatis defenſionibus; qui modus pro-
cedendi licèt nitatur præeminentia tribunalis, vel fa-
cultate Principis; tamen non procedit niſi contra ri-
baldos, & famoſos delinquentes malæ vitæ, & famæ, 89
& tanquam odioſus eſt dimittendus ad primam vicem
torturæ, vel ad ſummum ad vnam tantùm repetitio-
nem, vt per Grammat. *vot.*3. *n.*41. & *conſ.*64. *n.* 9. 12.
Cartar. *lib.*4. *c.*1. *n.*200. *& ſeqq.* Burſat. *conſ.*201. *n.*138.
*lib.*2. Ambroſ. *de proceſ. infor. lib.*4. *c.*5. *n.* 18. *in addit.
in fin.* Scacc. *de iud. lib.*1. *c.*93. *n.*88. & *n.*90. *verſ. Ad-
uerte*, Baiard. *ad Clar.* §. *fin. q.*64. *n.* 143. Guazzin. *d.
defenſ.*30. *c.*28. *in fin. verſ. Sed ego puto.* Farin. *d. q.*39. *in
fin.* Nam denegatis defenſionibus, quæ debentur ſecun-
dum omnia iura etiam naturalia, Iudex non debet de
facili deuenire ad torturam. Ambr. *lib.*3. *c.*1. *num.*8.9. & 90
ſi Iudices dicerent Principibus, quantùm iura id abhor-
reant, vtique non extorquerent ab eis talia mandata,
vt inquit Farinac. *d. q.*39. *n.*22.

Quintò. Non nocet D. Zambino eius confeſſio, quia
non fuit ratificata; hoc enim admittunt omnes, quod
confeſſio facta in tormentis nihil nocet confitenti, aut
aliis, niſi extra tormenta, & per interuallum temporis
fuerit ratificata: ſic Cartar. *d. lib.*4. *c.*1. *n.*139. Ambroſ. 91
*d. lib.*4. *c.*5. *n.*1. Farin. *q.*84. *num.* 67.68.70. Guazzin. *d.
defenſ.*30. *c.*35. *n.*2. & *n.*7. *verſ. contrarium*, vbi vult id
procedere etiamſi talis confeſſio eſſet adminiculata: &
concordat Dian. *moral. p.*4. *tract.*6. *reſol.*22. vbi docet
etiam quod talis ratificatio debet fieri præſente curatore
ratificantis, ſi eſt minor, ſed D. Zambinus nihil rati-
ficauit: ergo confeſſio ei nihil nocet.

Et maximè quia interrogatus pro ratificatione extra
tormenta reuocauit confeſſionem, & erroneam decla-
rauit, & quamuis poſtea iterum quarta vice tortus non
potuerit ſuſtinere, & denuò in tormento confeſſus ſit,
tamen id fecit vi tormentorum, & talis ratificatio nihil
valet, quia ad hoc vt ratificatio noceat reo, debet fieri 92
extra tormenta, & extra locum tormentorum. Clar.
*d. q.*64. *n.*40. Farin. *d. q.*84. *num.*67.68.70. Perſonal. *de
tortura num.*84. Guazzin. *d. c.*35. *n.* 2. quod hîc nullo
modo eſt factum, & cum ſit, & fuerit quarta vice tor- 93
tus, non poteſt ampliùs torqueri. Ambroſ. *d. lib.*4. *c.*5.
*n.*16. *in fin.*

Sextò. Dicta D. Zambini confeſſio eſt nulla, & inuali-
da, nec ei quidquam nocet, etiamſi fuiſſet ratificata, quia
emanauit propter ſuggeſtiones ei factas, & interro-
gatoria



gatoria ſuggeſtiua, vt dicitur ex proceſſu apparere in
multis, & maximè circa pecunias, quas dicitur tradidiſſe
pro homicidio. Iudex enim debet reum generaliter in-
terrogare, nec ſpecialiter ſuggerere, alioquin proceſſus
94 eſt nullus, & confeſſio inualida, ad textum *in l.* 1. §.
*quæſtionem, ff. de quæſtion.* DD. *in l. iubemus, C. de teſtam.*
Grammat. *vot.* 34. *num.* 12. 13. Cartar. *in pract. interr.
reos, lib.* 4. *cap.*1. *num.*95. Scacc. *de indic. cap.*86. *num.* 7.
& *numero* 40. Farinac. *de reo confeſſ. & conuict. quæſt.* 83.
*num.*84.85. 94. Guazzin. *defenſ.* 20. *cap.* 13. *num.* 11. qui
dicunt id procedere ſiue reus interrogetur in tortura,
ſiue extra eam; ſed multò magis debet Iudex abſtine-
re à ſuggeſtionibus, quando reus torquetur. Hîc autem
ſatis conſtat de interrogationibus, & factis ſuggeſti-
uis, vt ex proceſſu; ergo nihili facienda eſt D. Zambini
confeſſio.

Septimò. Præterea eadem confeſſio nihil poteſt noce-
re D. Zambino, etiamſi eſſet ratificata, quia non eſt ve-
95 riſimilis, nec probabilis, aut poſſibilis, quo caſu ſiue
ſponte, ſiue per torturam fiat, nihil nocet. Bald. *conſ.*479.
*num.*2. *lib.*5. Bertaz. *conſ.*214. *numero* 16. *lib.* 1. Burſat. *d.
conſ.*201. *num.*37. *lib.*1. Maſcard. *concl.*384. *num.*4. Decian.
*tract. crim. lib.*7. *cap.* 45. *num.* 22. Farin. *de reo confeſſ. &
conuict. quæſt.*81. *num.*27. 29. Guazz. *dict. defenſ.*30. *c.*35.
96 *num.* 11. Sed ſic eſt, quod confeſſio D. Zambini non eſt
poſſibilis, quia tempore delicti erat in ciuitate, & di-
ſtrictu Regij, & ſic innocens. Guaz. *d. defenſ.* 28. *cap.*1.
97 *num.*12.13.14. 15. Non eſt veriſimilis, quia non aderat
cauſa in D. Zambino talia faciendi. Giurb. *d. conſ.* 91.
*n.*39. Non eſt probabilis, quia conſtat de interfectore ob
ſuum intereſſe interficiente Palmiam. Giurb. *d. conſ.*91.
*num.*41. & ex aliis rationibus ſuperiùs adductis, quibus
probatur dictas confeſſiones eſſe omninò inueriſimiles.
98 Ergo D. Zambinus non eſt moleſtandus propter confeſ-
ſionem inualidam: hæc enim ſuperiùs ſatis exarauimus,
ideò hîc non repeto.

Octauò. Poſſumus addere, quod etiamſi dicta confeſ-
ſio eſſet valida, cum tamen appareat erronea, poteſt à D.
Zambino reuocari; & cùm ſit minor, concedenda eſt
ei reſtitutio in integrum, etiam non docto de errore, aut
99 de læſione, quia de eis ſatis conſtat eo ipſo, quod con-
feſſus eſt: ita per textum *in l. certum*, vbi Bart. & DD.
*ff. de confeſſ. c. final.* vbi gloſ. *eod. titul. in* 6. Odd. *de reſtitut.
in integr. part.* 2. *quæſt.* 65. *artic.* 7. *numero* 15. *& ſeqq.*
Honded. *conſil.* 102. *numero* 50. latiſſimè Farinac. *dict.
quæſt.* 81. *numero* 374. 376. 377. Guazzin. *defenſ.* 32.
100 *cap.* 32. *numero* 6. *verſ. Et præcipuè*, & *verſ. imò.* Et
ſatis eſt confeſſionem eſſe in parte erroneam, quia in
totum præſumitur erronea. Farinac. *dict. quæſtione* 81.
*numero* 350. Verùm quia confeſſio eſt ipſo iure nulla,
vt vidimus, non eſt opus tractare de reſtitutione in inte-
grum.

Et de prædictis non eſt habenda admiratio, quia re-
medium torturæ eſt fallax, fragile, & periculoſum, cùm
101 aliqui impatientiâ doloris victi, potiùs eligant men-
tiri, quàm pati cruciari, ad textum *in l.*1. §. *quæſtionem,
ff. de quæſtion.* Clar. *dict. quæſt.* 64. *verſic. vltimò.* Cartar.
*d. cap.*1. *numero* 129. Bertaz. *d. conſil.* 19. *numer.* 4. Fari-
nac. *quæſt.* 84. *numero* 68. Guazzin. *defenſ.* 30. *cap.* 35.
*numero* 2. *verſ. Et fuit inductum.* Prout ſic euenit in
caſu noſtro, vbi dictus D. Zambinus, & dictus D.
Paulus Æmilius non potuerunt ſufferre vim tormen-
torum, & ſic confeſſi ſunt, quod nunquam fecerunt,
& propterea eorum confeſſio non eſt habenda in conſi-
deratione.

Concludendum eſt igitur, quod ſtantibus prædictis
dictus D. Zambinus ſit liberè dimittendus, nec mole-
ſtandus ſine nouis indiciis; cùm enim ſit confeſſus per
indebitam torturam, & ſine legitimis indiciis, non po-
102 teſt iterum vigore dictæ confeſſionis inualidè torqueri,
aut examinari. Boſſ. *in prax. tit. de confeſſ. numero* 22. Ber-
taz. *conſil.*39. *num.* 10. *lib.* 1. vbi dicit, quod non eſt am-
pliùs torquendus, nec debet damnum pati; idem Ber-
taz. *conſil.*125. *numero* 22.23. *lib.*1. Honded. *conſil.* 108.
*numero* 34. *lib.*1. Farinac. *d. reo confeſſ. & conuict. quæſt.*83.
*numero* 15. Guazzin. *defenſ.* 32. *cap.* 31. *numero* 2. *verſ.
Nec vigore.* Quod procedit etiamſi fiat mutatio Iudi-
cis, & alius ſubrogetur in locum illius, qui eum tor-
ſit indebitè; adhuc enim reus eſt abſoluendus, & am- 103
pliùs non eſt torquendus, quia ſemper dicitur durare
idem metus, donec in Iudice durat eadem facultas tor-
quendi, licèt Iudices ſint diuerſi; ita Guazzin. *defenſ.* 30.
*cap.* 39. *numero* 3. vbi inquit etiam, quod ipſe ita ob-
ſeruauit, & liberauit à triremibus quendam Aſcula-
num, qui faſſus fuerat delictum per torturam non præ-
cedentibus indiciis illatam. Ideò dictus D. Zambi-
nus in pace eſt dimittendus, prout ita iuris eſſe cenſeo.
Saluo, &c.



---

## CAPVT CLXXXII.

### Epitome.

An liceat vicino aperire feneſtram proſpicien-
tem in ædes vicini, vel ædificare in confini-
bus, & an Eccleſia poſſit compellere vicinum
ad ſibi vendendam ſeruitutem.

### SVMMARIVM.

1 *Ædes ſuas cuilibet licet eleuare vſque ad cælum.*
2 *Ædificare non licet in ſuo, ſi lege, vel pacto prohibeatur.*
3 *Feneſtram in ſuo muro aperire licet vicino.*
4 *Feneſtra fieri non poteſt, ſi competat ſeruitus eam non
faciendi.*
5 *Ædificans ad æmulationem non poteſt fabricare.*
6 *Libera res omnis præſumitur.*
7 *Seruitus limitata non extenditur.*
8 *Interpretatio fit contra eum, qui clariùs dicere potuit.*
9 *Viridarium licet iacere ſuper ædes, etiamſi noceat
vicino.*
10 *Feneſtra poteſt fieri, etiamſi prius non adfuiſſet.*
11 *Clauſula in fine poſita quomodo referatur ad præce-
dentia.*
12 *Seruitus non debetur, niſi expreſsè dicatur.*
13 *Lite pendente nihil eſt innouandum.*
14 *Poſſidens præſumitur dominus.*
15 *Seruitutis poſſeſſio ſufficit ad manutentionem.*
16 *Eccleſia poteſt compellere vicinum ad vendendam ſibi
ſeruitutem.*
17 *Eccleſia compellit vicinum ad vendendum ſolum pro fa-
brica neceſſarium.*
18 *Fabricans Eccleſia quid poſſit contra vicinum.*
19 *Eccleſiæ priuilegio gaudent loca religioſa publica.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

CONfraternitas S. Mariæ Miſericordiæ, ſub vocabulo
S. Ioannis Baptiſtæ in ciuitate Carpi poteſt in ſolo
ſuo ædificare, & fabricando quidquid vult facere, etiamſi
in aliquo officeret vicino, dummodò ad æmulationem
non faciat, quia in ſuo quilibet poteſt ad libitum fabri- 1
care, & ædes ſuas etiam vſque ad cælum eleuare, ad tex-
tum *in l. altiùs, C. de ſeru. & aqua, l. cum eo,* & *l. Imperato-
res, ff. de ſeru. vrb. præd. l. Proculus, de damn. infect.* Iaſ. *conſil.*
98. *n.*4. *lib.*1. Ceph. *conſ.*130. *num.*2. Rimin. Iun. *conſil.*443.
*n.*10. Surd. *conſil.*27. *n.*1. latè Cyriac. *controu.*28. *n.*3.4.5.6.
7.29. *lib.* 1. vbi id limitat, niſi aduerſarius doceat pacto,
ſtatuto, vel teſtamento habere ſeruitutem, ne vicinus 2
ædificet, vel ædificando aliquid faciat; quod hîc non
poteſt verificari.

Idque procedit etiam faciendo feneſtram in proprio
pariete, per quam ædificans inſpiciat in fundum vici-
ni; poteſt enim talem feneſtram aperire dominus, &
facere in muro ſuo, etiamſi in illo pariete nunquam an-
3 tea fuiſſet, dummodo non faciat ad æmulationem, pro-
vt ſic latè probat Cæpol. *de ſeru. vrb. præd. c.62. de fe-
neſtra, n.1. & n.4. ad fin.* vbi probat id licitum eſſe, niſi
aduerſarius probet ſeruitutem ſibi competere, ne in tali
4 muro feneſtra fieri poſſit. Bald. *in dict. l. altius*, Bero.
*conſ.*135. *n.*1.2.3. *lib.*3. vbi licèt in caſu ſuo poſtea con-
trarium defendat, hoc facit, quia ad æmulationem ædi-
ficans fabricabat vltra modum vſitatum, ſecus eſt in
caſu noſtro, vbi feneſtra fit ex neceſſitate, & commo-
5 ditate dictæ Confraternitatis, & ſine aliqua mala in-
tentione damnificandi vicinum: ſic etiam docet Tuſc.
*pract. concl. littera E, concluſ.*36. *num.* 8.

Neque in caſu noſtro dicatur obſtare dictæ Confra-
ternitati pactum initum ſub die prima Febr. 1623. ex
rogitu D. Annibalis Parmeſani, quando vicini aduerſa-
rij dederunt dictæ Confraternitati in ſolutum illud ſo-
lum, in quo nunc fabrica erigitur: ſiquidem pactum
6 fuit; *Che la detta Compagnia ſia obligata à mantenere vna
dozza, e muraglia ſtabilita con proſpetiua, come ſi ritro-
ua, & è ſempre ſtata*; quaſi per hæc verba iunducta ſit
ſeruitus, ne fiant feneſtræ in dicto pariete.

Nam reſpondetur quamlibet rem cenſeri liberam, niſi
ſpecialis oſtendatur ſeruitus, *d. l. altiùs*, Tuſch. *dict.
concluſ.*36. *numero quarto*, Cyriac. *d. controu.*28. *num.*4.
& ideò ponderanda ſunt verba dictæ conuentionis,
& videndum, an poſſint talem importare ſeruitutem;
& meo ſanè iudicio hoc pactum in ſe eſt clarum, &
ad duo tantùm videtur obligare ſocietatem, ſcilicet
ad manutentionem illius ſtillicidij, & parietis liniti
cum proſpectu: quod facere non renuit, & prompta
eſt adimplere; ſed hoc non eſt extendendum ad ſerui-
tutem non faciendi feneſtram, quia ſeruitus limitata
ad vnam rem non extenditur ad aliam, *l. non modus*,
7 *Cod. de ſeruit.* Cyriac. *controu.*330. *num.*150. *lib.* 2. vbi
benè loquitur: ſed ſic eſt, quod pactum huiuſmodi po-
teſt adimpleri manutenendo ſtillicidium, & proſpectum
in pariete linito, faciendo etiam feneſtras: ergo non
poteſt dici inducta per huiuſmodi pactum ſeruitus non
faciendi feneſtram in dicto pariete; & ſi contrahentes
de feneſtra etiam conuenire voluiſſent, optimè dicere
nouiſſent, & propterea facienda eſt interpretatio con-
8 tra eum, qui ſibi clariùs legem dicere potuit, *l. veteri-
bus, ff. de pact.*

Nec mirum, quia in dubio ſeruitus non præſumitur,
nec extenditur, & propterea ſi debeo alicui tranſitum
per meum curtile, non impedior in eo facere virida-
9 rium, vel teſtudinem, dummodo non impediam tran-
ſitum; vel ſi debeo ſeruitutem altiùs non tollendi, poſ-
ſum ſuper tectum facere viridaria, & plantationes,
etiamſi officiam luminibus vicini, vt latè per Alexand.
*conſ.*231. *num.*1.2.3.4. *lib.*6. quem ſequitur Tuſch. *litte-
ra S, concluſ.*229. *num.*1.2.3. Sic licebit dictæ Confra-
ternitati in dicto pariete facere feneſtras ad ſui vtilita-
tem, dummodò ſimul manuteneat dictum ſtillicidium,
& proſpectum in pariete linito, cùm hæc inter ſe ſint
compatibilia.

Neque dicatur in dicto pariete nunquam fuiſſe fe-
10 neſtras, quia iam id nihil refert. Tuſch. *d. con-
cluſ.* 36. *numero* 8. licèt in dicta conuentione dica-
tur, *come ſi ritroua, & è ſempre ſtata*; quia id re-
fertur ad præcedentia pacta in dicta conuentione ſti-
pulata, ſcilicet de manutenendo ſtillicidium, & proſ-
pectum; eſt enim ſermo demonſtratiuus, qualis fue-
rit ille paries, ſcilicet linitus, & cum proſpectu, clau-
ſula enim in fine poſita refertur ad præcedentia, eo tan-
11 tùm modo, quo ſunt promiſſa. Gratian. *diſc.*682. *n.*10.
*lib.* 4.

Sed quia de feneſtris nihil eſt dictum, id remanet in
diſpoſitione iuris communis, ne ſeruitus limitata ex-
tendatur, contra ea quæ diximus, quia hæc eſt materia
ſtricta, & exorbitans, & non probatur ſeruitus niſi per
pactum clarum, & expreſſum; & omiſſum habetur pro
omiſſo, & maximè in diſpoſitione inter viuos, vt hîc,
in qua minùs ſeruitus debetur, niſi expreſsè dicatur, 12
vt hæc benè probat Gratian. *diſcept.*572. *n.*57.58.59.60.
*lib.* 3.

Non obſtat controuerſia, an ritè dictum ſolum fue-
rit dictæ ſocietati in ſolutum datum, quia hîc non tra-
ctatur principaliter de validitate contractus, ſed inci-
denter; & propterea ſatis eſt dictæ ſocietati ſe eſſe in
pacifica poſſeſſione dicti ſoli cum titulo etiam vt debeat
manuteneri; quoniam etiam latro manutenendus eſt,
& pendente lite nihil eſt innouandum: latè Ludoui-
cus Poſth. *in tract. de manuten. obſeru.* 42. *numer.* 8. & 13
*n.*103. & 126. & apud eum Rota *deciſ.* 243. *numer.* 3.
& interim dum poſſidet, præſumitur dominus, *l. ſiue
poſſidetis, Cod. de probat. l. fin. C. de rei vindicat.* & pro-
ptereà ſi aduerſarij prætendunt vindicare bona vti malè 14
alienata in alio iudicio quàm manutentionis, id expe-
riri debent.

Accedat, quod ſi verum eſt aliàs dictam ſocietatem
obtinuiſſe, vt poſſit facere feneſtras in dicto muro, &
fecerit, provt dicunt factum fuiſſe tempore Illuſtriſ-
ſimi D. Gubernatoris Maximiliani Montecuculi, idem
facere poſſe nunc dicendum eſt, quia per illum actum
dicuntur confratres fuiſſe conſtituti in quaſi poſſeſ-
ſione huius ſeruitutis, ne impediantur facere fene-
ſtras in dicto muro; ſufficit enim ſola poſſeſſio abſ- 15
que titulo, & abſque eo, quod probetur ſeruitus,
ad manutentionem obtinendam: vt poſt multos, quos
allegat, probat Ludouicus Poſthius *d. tract. de ma-
nutent. obſeru.* 44. *numero* 60. vel ſaltem per actum
huiuſmodi ſocietas prædicta dicitur potius conſtituta
in ſtatu libertatis faciendi feneſtras in dicto muro, &
ſic debet manuteneri etiam ex ſola aſſiſtentia iuris. Lu-
douicus Poſthius *in d. tractat. de manutenend. obſer-
uat.*45. *num.*3.

Sed eſto, quod Confraternitas non poſſit facere fe-
neſtras in dicto pariete, quia aduerſarij habeant ſerui-
tutem eas non faciendi vigore dicti pacti, quod nun-
quam verum erit, adhuc reſpondeo, quod cùm Con- 16
fratres habeant magnum commodum ex dictis feneſtris,
& fortè etiam neceſſitatem, poſſunt compellere aduer-
ſarios ad vendendum ſibi dictam ſeruitutem, & permit-
tendum, vt faciant dictas feneſtras pro commoditate
eorum Eccleſiæ, fauore Religionis, vt benè probat tex-
tus *in l. ſi quis ſepulchrum, §. Præſes, ff. de relig. & ſumpt.
fun.* Ant. Padill. *in d. l. altiùs, verſ. neque rurſus, n.*19.
*C. de ſeru.* Franch. *deciſ.*223. *n.*4.5. Cyr. *contr.*232. *n.*4.
*lib.*2. Giurb. *deciſ.*86. *n.*7. *verſ. imò cogi.*

Imò tenentur aduerſarij vendere dictæ Confraterni-
tati non ſolùm dictam ſeruitutem, ſed etiam proprieta-
tem eorum ſoli, ſi Eccleſia prædicta eo indigeat ad fa- 17
bricandum pro non ſolùm neceſſitate, ſed etiam com-
moditate eorum Eccleſiæ, & Sacriſtiæ, & domus,
quia fauor Religionis præualet non ſolùm priuatæ, ſed
etiam publicæ vtilitati: ſic probat idem textus *in d. l. ſi
quis ſepulchrum*, vbi DD. *ff. de relig. & ſumpt. fun.* Padill.
*in d. l. altiùs, numero* 21. Roch. *tractat. de iurepatron.* §.
*contraxit, n.*19. latè Grammat. *deciſ.*75. Boer. *deciſ.*322.
*num.*2.7. *part.*2. Franch. *d. deciſ.*223. *num.*5. vbi loqui-
tur non ſolùm pro exſtruenda, ſed etiam pro amplian-
da domo Monaſterij; & hoc idem firmat Gaſp. Ant. 18
Theſ. *qq. forenſ. lib.*1. *quæſt.* 64. *num.*6.7.8.9. & *ſeqq.*
vbi docet, quod vicinus poteſt compelli ad vendendum
pro commoditate Monaſterij. Coſta *d. remed. ſubſid.*76.
*num.* 8. pulchrè & latè Mar. Antonin. *var. reſol. lib.* 1.
*c.*108. *caſ.*29. *per totum*, vbi vult id procedere etiam pro
ampliatione viridarij; & latiùs id firmat Giurb. *deciſ.*86.
*num.*3.4.5.6.15.16. vbi multa allegat; & idem benè





confirmat Cyriac. *contr.*231. *num.*1.2.3.4. & *per totam,
lib.* 2. vbi docet vicinum cogi Eccleſiæ vendere, non
ſolùm ſi adſit neceſſitas præciſa, ſed etiam ſi Eccleſia
non habeat ſitum condecentem, & competentem ar-
bitrio boni viri, quia iſta intelliguntur de neceſſitate
morali: ſed ſic eſt, quod aduerſarij nullum, vel modi-
cum recipiunt damnum ex apertione dictarum fene-
ſtrarum, cùm habeant domum habitationis ſatis diſtan-
tem à loco fabricæ prædictæ, & in faciendis feneſtris
poteſt adhiberi illa circumſpectio, vt prouideatur, ne
facile ſit in domo illorum introſpicere: ergo nullo mo-
do poteſt negari dictæ Confraternitati facultas fa-
ciendi dictas feneſtras, & ſatis eſt dictam Confraterni-
tatem eſſe locum religioſum, & publicum, per textum
*in d. l. ſi quis ſepulchrum*, & alia quæ tradit Cyriac. *dict.
controu.* 231. vbi refert loca, quæ gaudent huiuſmodi
priuilegio; adeò vt non videatur vllum extare dubium,
quin liceat dictæ Confraternitati prædictas feneſtras
facere, cùm habeat Eccleſiam, & Sacriſtiam, & alia
requiſita ad conſtituendam publicam Eccleſiam. Et
ita, &c. ſaluo, &c.

# CAPVT CLXXXIII.

## EPITOME.

Eccleſia debet reintegrari ad bona ſine ſolemnitatibus alienata, etiam vnà cum fructibus, nec valet alienatio vltra tempus permiſſum, neque quoad tempus licitum.

## SVMMARIVM.

1 *Eccleſia eſt reſtituenda ad bona malè alienata.*
2 *Reintegrandæ remedium quot requirat.*
3 *Agens remedio reintegrandæ habet ſe pro ſpoliato.*
4 *Remedium reintegrandæ non datur contra ſucceſſorem iuſto titulo & bona fide poſſidentem.*
5 *Reintegratio non datur ei, qui culpa ſua poſſeſſionē amiſit.*
6 *Poſſeſſio transfertur ex contractu nullo.*
7 *Alienantur bona Eccleſiæ ſine ſolemnitate ex cauſa neceſſitatis.*
8 *Solemnitates præſumuntur ex tempore arbitrio Iudicis.*
9 *Reintegrandæ remedium non competit poſt triginta annos.*
10 *Pluralitas titulorum præſumitur ad fauorem rei.*
11 *Conſtitutiones de alienationibus vetitis debent probari eſſe vſu receptæ.*
12 *Regulares poſſunt alienare ſine licentia Pontificis.*
13 *Alienatio bonorum Eccleſiæ ſuſtinetur quoad tempus permiſſum.*
14 *Acquirens primus non comprehenditur in ſtipulatione ad ſecundam generationem.*
15 *Fructus non reſtituuntur in remedio reintegrandæ.*
16 *Alienationem fuiſſe damnoſam probat Eccleſia.*
17 *Alienationis cauſa etiam notoria ſine ſolemnitate non ſufficit.*
18 *Alienatio omnis bonorum Eccleſiæ ſtabilium prohibetur ſine licentia Pontificis.*
19 *Alienatio bonorum Eccleſiæ ſine ſolemnitate eſt ipſo iure nulla.*
20 *Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem.*
21 *Eccleſia poteſt conuenire poſſeſſorem, vel emptorem bonorum malè alienatorum.*
22 *Poſſeſſio bonorum Eccleſiæ non poteſt interuerti ab eius Prælato.*
23 *Prælatus malè alienans bona Eccleſiæ poteſt ea repetere.*



24 *Interdictum*, Vti poſſidetis, *habet vim etiam recuperandæ.*
25 *Præſcriptio in remedio recuperandi bona Eccleſiæ non currit, niſi triginta annis.*
26 *Reintegratur Eccleſia conſtito de eius antiquiori poſſeſſione, & recentiori eius aduerſarij.*
27 *Eccleſiæ competit reſtitutio ad bona inualidè alienata.*
28 *Regulares tenentur recuperare bona malè alienata.*
29 *Nullitate contractus ſtante quomodo Iudex condemnare debeat.*
30 *Spolio quando locus ſit.*
31 *Coloni probant poſſeſſionem pro domino.*
32 *Poſſeſſio probatur ex ſolutione canonis.*
33 *Emphyteuſis probatur per ſolutionem Canonis annorum decem.*
34 *Actus etiam nullus declarat mentem.*
35 *Alienari bona Eccleſiæ ex quibus cauſis liceat.*
36 *Alienanti bona Eccleſiæ non creditur ſubeſſe cauſam.*
37 *Vtilitas manifeſta requiritur, vt poſſint alienari bona Eccleſiæ.*
38 *Solemnitas in alienandis bonis Eccleſiæ quando præſumatur.*
39 *Eccleſia quando reſtituatur in integrum.*
40 *Fructus ſoliti percipi cenſentur percepti.*
41 *Coniecturæ ſufficiunt in his, quæ ſunt difficilis probationis.*
42 *Neceſſitas Eccleſiæ in alienationibus qualis eſſe debeat.*
43 *Alienari quando liceat bona Eccleſiæ ſine licentia Pontificis.*
44 *Debita Eccleſiæ debent probari aliunde, quàm ex aſſertione alienantis.*
45 *Alienari res ſtabiles Eccleſiæ quando liceat.*
46 *Alienari poſſunt Eccleſiæ bona in executione decreti.*
47 *Alienare dicenti ex neceſſitate non creditur.*
48 *Eccleſia alienans debet probare non poſſe aliter ſibi ſubuenire.*
49 *Neceſſitas requirens celeritatem requiritur in alienationibus.*
50 *Neceſſitas extrema excuſat, ne requiratur conſenſus Pontificis.*
51 *Alienari priùs debent res Eccleſiæ minùs vtiles.*
52 *Alienandum eſt eatenus, quatenus vrget neceſſitas.*
53 *Alienari non debet res magna Eccleſiæ pro paruo debito.*
54 *Alienatio dicitur voluntaria, vbi non peruenit neceſſitas.*
55 *Alienatio ſine ſolemnitatibus propter neceſſitatem requirit poſteà ratificationem.*
56 *Emphyteuſis ſine aſſenſu Apoſtolico quando fieri poſſit.*
57 *Tractatus eſt neceſſarius in alienandis bonis Eccleſiæ.*
58 *Tractatus debet fieri inſtrumentum ſpeciale.*
59 *Ex diuerſis nihil infertur.*
60 *Poſſeſſio probatur in reo ex ſuſtentatione litis.*
61 *Spolij actio datur etiam ſine violentia.*
62 *Poſſeſſio bonorum Eccleſiæ eſt penès Eccleſiam, non Prælatum.*
63 *Poſſeſſio bonorum Eccleſiæ non amittitur ex contractu nullo.*
64 *Bona fides non poteſt eſſe in contractu nullo.*
65 *Titulus habetur pro non titulo, ſtante decreto irritanti.*
66 *Reintegrari quãdo poſſit cadens ex facto proprio à re ſua.*
67 *Prælatus malè alienans poteſt reuocare non obſtante iuramento.*
68 *Eccleſia non deſinit poſſidere ob contractum Prælati nullum.*
69 *Neceſſitas extrema quid operetur.*
70 *Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur lapſu triginta annorum.*
71 *Liuellarius tenetur oſtendere confines rei liuellatæ.*
52 *Titulus quando oſtendi debeat.*
73 *Poſſidere quis præſumitur ex titulo præambulo.*
74 *Lex præſumitur vſu recepta.*
75 *Acceptaſſe præſumitur ſciens in fauorabilibus.*
76 *Emphyteuſis vltra duas generationes quando non valeat.*

77 Actus, ſeu licentia cenſetur data ſecundùm naturam actus.
78 Licentiæ formâ non ſeruatâ totus actus corruit.
79 Locatio vltra tempus permiſſum an in totum annulletur.
80 Forma eſt indiuidua.
81 Emphyteuſis vltra tempus permiſſum quādo ſuſtineatur.
82 Epiſcopus concedens centū dies Indulgentiæ nihil facit.
83 Emphyteuſis,& locatio ad longum tempus non differunt.
84 Emphyteuſis in totum eſt nulla, ſi detur vltra tempus permiſſum.
85 Locatio longa eſt eadem cum emphyteuſi.
86 Locationis, & emphyteuſis eadem ratio.
87 Conceſſio vniformis in totum annullatur non ſeruata forma.
88 Emphyteuſis quando ſuſtineatur pro tempore permiſſo.
89 Pactum improbatum reiicitur firmo manente actu.
90 Conductio quando in totum annulletur.
91 Contracturi non aliter cenſentur quàm propter intereſſe.
92 Traditio pecuniæ quid efficiat.
93 Emphyteuſis contra legem in totum annullatur.
94 Generatio vnde incipiat in emphyteuſi.
95 Generare ſe ipſum nemo poteſt.
96 Generatio quando comprehendat acquirentem.
97 Emphyteuſis non valet vltra duas generationes ex Gregoriana.
98 Fructus rerum Eccleſiæ malè alienatarū debent reſtitui.
99 Bona fides datur etiam titulo exiſtente inualido.
100 Bona fides poteſt dari, etiamſi adſit error in iure.
101 Bona fides cauſatur etiam ex cauſa erronea.
102 Dolo carens dicitur eſſe in bona fide.
103 Regulæ inhærendum ſicut Carrocio.
104 Eccleſia non tenetur reſtituere pecunias habitas in contractu nullo.
105 Pecunias reſtituit Eccleſia in eius vtilitatem conuerſas.
106 Eccleſiæ bona non poſſunt ſpecialiter hypothecari ſine aſſenſu Apoſtolico.
107 Subhaſtari non poſſunt bona Eccleſiæ ſine licentia Pontificis.
108 Bona Eccleſiæ poſſunt generaliter hypothecari ſine beneplacito Apoſtolico.
109 Regulares poſſunt generaliter obligare bona ſine aſſenſu Apoſtolico.
110 Alienandi bona Eccleſiaſtica prohibitio non comprehendit hypothecam generalem.
111 Hypotheca generalis per ſeipsā nihil ſapit alienationis.
112 Hypothecam generalem non prohibet extrauagans Ambitioſæ, de rebus Eccl. non alien.
113 Actus non qualificatur ab his, quæ veniunt in conſequentiam.
114 Alienari non poſſunt bona Eccleſiæ pro ſoluendo ære alieno ſine aſſenſu Apoſtolico.
115 Alienari poſſunt bona Eccleſiæ iudicialiter pro ære alieno ſoluendo, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ.
116 Subhaſtari quando poſſint bona Eccleſiæ.
117 Creditores quando poſſint vendere bona Eccleſiæ ſine ſolemnitate.
118 Subhaſtari non poſſunt bona Eccleſiæ ſine ſolemnitate, etiamſi ſint generaliter obligata.
119 Eccleſiæ bona quomodo alienari poſſint.
120 Initium ſpectandum eſt ad actus validitatem.
121 Conceſſo vno omnia cenſentur conceſſa, ſine quibus illud commodè expediri non poteſt.
122 Paulina de non alienandis bonis Eccleſiæ fuit inuenta ad fraudes euitandas.
123 Bona Eccleſiæ poſſunt alienari in vndecim caſibus ſine aſſenſu Apoſtolico.
124 Eccleſiæ bona alienantur ſine ſolemnitate, vrgentibus creditoribus, & Iudice cogente.
125 Subhaſtationem bonorum Eccl. quid præcedere debeat.
126 Iudex cenſetur vir bonus.
127 Alienatio neceſſaria non præſumitur facta in fraudem.
128 Alienatio neceſſaria, & coacta non prohibetur in Paulina.
129 Alienatio neceſſaria, & coacta dicitur quæ fit iubente Iudice.
130 Subhaſtatio eſt inuenta ad tollendas fraudes.
131 Iudex poteſt vendere bona Eccleſiæ ſi præceſſit obligatio ſolemnis.
132 Iudex poteſt ſubhaſtare bona Eccleſiæ præcedente valida obligatione.
133 Subhaſtando iudex videtur vendere, non pars.
134 Bona Eccleſiæ, & minorum poſſunt ſubhaſtari à Iudice ſine ſolemnitate.
135 Eccleſiarum bona inſtantibus creditoribus quomodò poſſint ſubhaſtari.
136 Alienatio coacta, & neceſſaria quæ dicatur.
137 Alienatio coacta, & neceſſaria non cenſetur prohibita.
138 Fieri poteſt in conſequentiam, quod directè prohibetur.
139 Voluntarium, & neceſſarium dicitur ſecundùm obligationis originem.
140 Neceſſitatis nomine venit qualibet iuſta cauſa alienandi.
141 Debitum neceſſarium quomodo dicatur.
142 Alienatio quomodo dicatur neceſſaria ex ære alieno voluntariè contracto.
143 Alienatio mandante iudice dicitur neceſſaria.
144 Subhaſtatio non requiritur in vendendis bonis Eccleſiæ.
145 Subhaſtatio eſt vtilis, & tollit fraudes.

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IVdicaui aliàs in vna bonorum Monaſterij S. Auguſtini contra Paulum Æmilium Vianum, & rationes deciſionis adduxi *in mea controu. for.* 115. deinde commiſſa cauſa ab Eminentiſſimo Legato Bononiæ eius Auditori generali dicebam pro ſuſtentatione meæ ſententiæ Monaſterium prædictum fuiſſe reintegrandum ad poſſeſſionem prædij malè alienati, quia requiſita in actione ſpolij concurrunt, ſcilicet antiqua poſſeſſio Monaſterij, & poſterior Viani, quæ requiruntur in hoc *in dicto cap. ad Sedem, de reſtit. ſpoliat.* Dec. *in cap. bonæ, num.* 23. *in fin. de appellat.* Menoch. *in prælud. recuper. num.* 21. Afflict. *deciſ.* 327. *numero ſecundo*, Seraph. *deciſ.* 31. *in princ.* & *deciſ.* 1055. *numero ſecundo*, ideò confirmata fuit mea ſententia, ſed iterum in tertia inſtantia negotio propoſito coram Rota Romana fui requiſitus ad propalandum fuſiùs rationes, quibus motus fui ad ſic iudicandum; ſiquidem pro Monaſterio dicebatur, prædium, de quo erat controuerſia, fuiſſe malè alienatum inconſulta Sede Apoſtolica, dum fuit Vianis conceſſum in emphyteuſim non ſolùm contra formam
Paulinæ Conſtitutionis, ſed etiam contra Bullam Gre- 1
gor. XIII. incipit: *Ad vberes*, emanatam ad fauorem totius Religionis Fratrum Eremitarum ſub die 5. Decembris 1572. & propterea agentes pro Monaſterio petierunt reintegrari ad poſſeſſionem dicti prædij, implorando quodcumque remedium magis opportunum ad finem, vt ſibi reſtitueretur dictum prædium vnà cum fructibus perceptis, & percipiendis à die litis motæ, vel etiam contractus, qui ipſo iure nullus eſſe videbatur.

Contrà verò Actores Viani dicebant non eſſe locùm prædictis, quia Monaſterium non fuit violenter eiectum, ſed voluntariè cecidit à poſſeſſione facto ſuo propter contractum emphyteuſis Eccleſiaſticæ, quæ vti contractus legitimus dedit Vianis iuſtum titulum poſſidendi, & validè, quia dicti Eremitæ fecerunt alienationem de licentia, & conſenſu eorum Vicarij Generalis, data ſub die 17. Ianuarij 1593. & cōfirmata ab eius Vices gerente ſub die 7. Octobris eiuſdem anni, vt in inſtrumento, in quo regiſtratur, & vbi dictus Vicarius cōcedit dictis Fratribus facultatē liuellandi dictum prædium iuxta indultum



tum Apoſtolicum, in quo requiritur ſolùm conſenſus Generalis dictæ Religionis, & caſu, quo talis conceſſio in totum non valeret, ſaltem dicebant eſſe ſuſtinendam vſque ad ſecundam generationem, & maximè cùm dicti Fratres ex neceſſitate deuenerint ad talem contractum; aliaſque rationes pars Viana adducebat; vnde quæſitum fuit, quid iuris eſſet.

Diu autem cauſa ventilata vſque ad annum 1635. de menſe Maij, & pluries auditis partibus, viſiſque & conſideratis earum iuribus dubitaui contra dictos Fratres Eremitas pro validitate contractus, & etiam propter modum agendi ab eis intentatum; primò enim videbatur non eſſe locum remedio capituli *reintegranda* 3. *quæſt.* 1. ab illis propoſito, quia vt quis in eo obtineat, duo copulatiuè requiruntur, ſcilicet, quod agens
2 priùs poſſederit, & poſteà verè fuerit ſpoliatus à reo conuento, ad textum *in c. licet cauſam, de probat.* Abb. *in cap. cùm ad Sedem, numer.* 28. *de reſtitut. ſpoliatorum*, Menoch. *tract. de recup. poſſ. rem.* 15. *num.* 383. 384. 386. Seraph. *deciſ.* 1055. *num.* 2. Ludouiſ. *dec.* 423. *num.* 1.

Hic autem licèt probetur antiquior poſſeſſio Monaſterij ex dictis teſtium, & inſtrumento alienationis, non tamen probatur ſpolium quod violentiam quandam videtur ſupponere, quoniam Viani non occupauerunt
3 dictum prædium, ſed illis traditum fuit tum vigore conſtituti, tum propter pacificam apprehenſionem, vt per Seraph. *deciſ.* 464. *num.* 9. & tamen agens hoc remedio habet ſe pro ſpoliato. Coccin. *dec.* 366. *num.* 5. ergo, &c.

Secundò videbatur non eſſe locum dicto remedio reintegrandæ, quia non datur contra ſucceſſorem iuſto titulo, & bona fide poſſidentem, & cauſam à titulato auctore habentem. Socin. Iun. *conſilio* 47. *num.* 25. &
4 *conſilio* 48. *in fin. libro ſecundo*, Menoch. *dict. remed.* 15. *num.* 89. *verſ. contrariam*: ſed talis videtur eſſe reus conuentus: ergo.

Tertiò prædictum remedium reintegrandæ non habet locum ad beneficium illius, qui facto ſuo, vel proprio contractu, aut culpa poſſeſſionem amiſit, ad textum
5 *in cap. ſæpè*, vbi Rip. *n.* 27. *de reſtit. ſpol.* Menoch. *dict. remed.* 15. *n.* 95. Puteus *deciſ.* 277. *n.* 4. *lib.* 3. Seraphinus *deciſ.* 1200. *n.* 2. Coccin. *deciſ.* 436. *n.* 12. Ludouiſ. *deciſ.* 15. *num.* 2. Sed Monaſterium cecidit à poſſeſſione propter ſuum contractum: ergo.

Quartò videtur ceſſare dictum remedium, quia etiamſi dictus contractus ab initio fuiſſet nullus propter
6 omiſſam ſolemnitatem, adhuc ex eo transfertur poſſeſſio in acquirentem, adeò vt agenti non competat actio ſpolij, vt concludit Puteus *deciſ.* 277. *n.* 4. *lib.* 3. & Grat. *deciſ.* 211. *n.* 4. ergo.

Quintò contractus prædictus videtur fuiſſe validus, quia fuit factus ex cauſa neceſſitatis pro ære alieno ſoluendo, & pro alenda familia dictorum Fratrum, quo caſu abſque ſolemnitate poſſunt alienari bona Eccleſiæ,
7 etiam ſtabilia, teſte Redoan. *de reb. Eccl. non alien. q.* 51. *c.* 21. *n.* 23. & *c.* 22. *n.* 1. & 22. Quarant. *in verb alienatio, n.* 42. Bonac. *de contract. diſp.* 3. *q.* 8. *p.* 4. *n.* 5. *verſ. prima eſt.*

Sextò validus videtur contractus, licèt non appareat de ſolemnitatibus, quia ex longitudine temporis præ-
8 ſumuntur ad arbitrium iudicis. Surd. *deciſ.* 231. *num.* 31. Maſc. *de probat. concl.* 75. *n.* 14. *verſ. quod etiam*; & ideò ſi verum eſt Vianos poſſediſſe per triginta annos, omnia cenſentur ſolemniter facta, & ceſſat remedium reintegrandæ poſſeſſionis intentatum. Seraph. *deciſ.* 1360.
9 *n.* 7. Grat. *diſp.* 494. *n.* 15.

Septimò etiamſi inſtrumentum prædictæ alienationis videretur vitioſum defectu ſolemnitatis, nihil nocet, quia non producitur à reo conuento, ad cuius fauorem
10 pluralitas titulorum præſumitur. Coccin. *deciſ.* 317. *n.* 5. & poteſt dicere ſe alio titulo iuuari. Seraph. *deciſ.* 974. *n.* 4. Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.* 353. *num.* 19.



Octauò non poteſt dici alienationem prædictam fuiſſe inualidam, quia non conſtat Conſtitutiones prædictas Pauli II. & Gregor. XIII. vetantes bonorum Eccleſiæ alienationem fuiſſe vſu receptas, quod tamen
erat probandum. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 2. *n.* 2. & *ſeq.* 11
Tuſch. *litt. L, concluſ.* 257. *n.* 6. 8. 14. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 98. *n.* 2.

Nonò valida videtur dicta emphyteuſis conceſſio, quia facta fuit cum conſenſu Vicarij Generalis dictæ Religionis, quod ſufficit abſque licentia Pontificis.
Franc. *in c.* 1. *num.* 23. *de reb. Eccl. non alien. in* 6. Ro- 12
land. *conſ.* 15. *num.* 52. *lib.* 1. Barboſ. *de Epiſc. p.* 3. *alleg.* 95. *num.* 60.

Decimò, & dato etiam quod conſenſus Vicarij Generalis non iuuaret niſi quando emphyteuſis fit ad ſe-
cundam generationem, vt in dicta Bulla Gregoriana, 13
adhuc videtur dicendum, quod licèt hæc facta ſit in perpetuum, tamen ſuſtineatur, quoad tempus permiſſum ſecundæ generationis, ad textum *in §. quod autem, verſ. neque illud, in auth. de rebus Eccl. non alien.* Bald. *in auth. ſi quas ruinas, n.* 2. *C. de Sacroſanct. Eccl.* Clar. *in §. emphyteuſis, q.* 6. *n.* 2. Anch. Iun. *q.* 26. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 249. *n.* 10. & ſic adhuc durare videtur ſecunda generatio in pupillo Viano, quia non includitur primus acquirens.
Alex. *conſ.* 110. *n.* 7. *lib.* 3. Bero. *conſ.* 3. *n.* 26. *lib.* 2. Me- 14
noch. *conſil.* 1122. *num.* 10.

Vndecimò, & in omnem ſiniſtrum euentum, videtur quod Monaſterium prædictum non poſſit petere fructus
dicti prædij, quia non veniunt in remedio reintegran- 15
dæ, teſte Menoch. *d. remed.* 15. *num.* 11.

His tamen non obſtantibus iudicaui Monaſterium eſſe reintegrandum ad priſtinam poſſeſſionem prædij vnà cum fructibus perceptis, & percipiendis, quia conceſſio emphyteuſis fuit inualida reſiſtente ſibi Conſtitutione Paulina, & Gregoriana propter defectum non ſolùm beneplaciti Apoſtolici, ſed etiam iuſtæ cauſæ, in quo ſatis fundata eſt Monaſterij intentio, quia dicenti alienationem fuiſſe validam in præiudicium Eccleſiæ
incumbit onus probandi, vt poſt Bellam. *conſ.* 33. *col.* 13. 16
*in fin.* & Dec. *conſ.* 142. *n.* 4. inquit Maſcard. *de probat. concl.* 74. *num.* 2. 3. 4.

Verùm enim verò ſatis conſtat dictam conceſſionem emphyteuſis à Monaſterio factam eſſe inualidam etiam ex ſolo defectu beneplaciti Apoſtolici, quia bona Eccleſiæ non poſſunt alienari niſi copulatiuè concurrant iuſta cauſa, & debita ſolemnitas, adeò vt non ſuffi-
ciat adeſſe cauſam iuſtam, etiam notoriam, ſi ſolemni- 17
tas deficiat, vt probatur per textum *in d. extrauag. ambitioſè, de rebus Eccleſ. non alien. in cap. quæ in Eccleſiar.* vbi latè Bero. *num.* 29. 30. 31. 32. 33. 34. (vbi probat non ſufficere iuſtam cauſam notoriam ſine ſolemnitate) *de conſt.* Couar. *variar. reſolut. libro* 2. *cap.* 17. *num.* 2. Sarmient. *de redditibus Eccleſ. part.* 1. *cap.* 2. Redoan. *de rebus Eccleſ. non alien. quæſt.* 77. *n.* 4. 6. Magon. *deciſ.* 69. *n.* 4. Ferret. *conſil.* 248. *n.* 9. *libro* 2. latè Riminald. Iun. *conſil.* 233. *n.* 67. Quarant. *verb. alienatio, n.* 2. vbi multos allegat. Maſcard *de probat. concl.* 75. *n.* 6. 7. vbi teſtatur de magis communi. Seraph. *deciſ.* 508. *num.* 1. Ricc. *in prax. for. Eccl. de alien. rerum Eccleſ. in princ. n.* 1. & *reſol.* 7. *n.* 3. *p.* 1. vbi inquit ita ſæpiſſimè Rotam iudicaſſe. Coccin. *deciſ.* 374. *n.* 3. & *dec.* 391. *n.* 1. Mar. Ant. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 5. *n.* 6. vbi plures allegat. Bonac. *de contract. diſp.* 3. *q.* 8. *p.* 4. *n.* 4. Philiuc. *mor. qq. p.* 3. *tract.* 44. *c.* 1. *n.* 7. & *cap.* 5. *n.* 8. qui loquuntur etiam in foro conſcientiæ.

Præcipua autem ſolemnitas, quæ hodiè requiritur in alienandis bonis Eccleſiæ eſt beneplacitum Apoſtolicum; regulariter enim prohibetur nunc omnis modus
alienandi bona ſtabilia Eccleſiarum, etiam ex iuſta cau- 18
ſa, & ſeruatis aliàs ſeruandis, niſi fiat conſulto, & annuente Romano Pontifice, vt *in d. extrauaganti ambitioſè*, & inquit Quarant. *d. verb. alienat. num.* 4. *verſ.*

*Hodie*, Redoan. *d. tract. q.* 35. *n.*6. & *q.* 76. *n.*7.8.9.10. Leo *in theſaur. for. Eccl. p.*1. *c.*15. *n.*57.58.59. vbi dicit hoc procedere etiam in bonis Regularium. Prax. Archiep. Neap. *in magnis c.*73. *n.*2. Barboſ. *de off. Epiſc. p.*3. *alleg.*95. *n.*2. Bonac. *d. q.*8. *p.*4. *n.*7. *verſ. Dixi*, Philiuc. *d. c.* 5. *num.*8. qui alios allegat.

Ideoque alienatio aliter facta ſine debita ſolemnitate
19 eſt ipſo iure nulla, & irrita, ad textum *in c. ſi quis, de reb. Eccl. non alien.* vbi DD. & *in d. extrauag. Ambitioſè*, Redoan. *dict. tract. q.*77. *n.*9.10. & *ſeqq.* Philiuc. *d. tract.*44. *cap.*4. *n.*7. Laym. *mor. lib.*3. *tract.*4. *c.*10. *n.*4. *verſ. Quod ſi rei*, Mar. Ant. *d. reſ.*5. *n.*15. Bonac. *d. punct.* 4. *n.* 20. Anch. Iun. *q.*52. *n.*12. *p.*1. Altograd. *conſ.*26. *n.*31. *lib.*1.

Quod adeò verum eſt, vt propter decretum irritans poſitum in dicta Paulina impediatur in acquirente principium validæ acquiſitionis bonorum alienatorum
20 poſſeſſionis, quia illud decretum inficit titulum, & poſſeſſionem; *c. ſi eo tempore, de elect. in* 6. *c.* 2. *de præbend. eod. lib.*6. Mandoſ. *in reg.*1. *Cancell. q.*3. *n.*4. Rot. *diuerſ. deciſ.*510. *num.*5. *p.*3. & dixit Rota in vna Romana, ſeu Terracinæ affictus, 27. Ianuarij 1627. vt habetur poſt Lud. Poſth. *in tr. de manuten. dec.*305. *n.*5. & *n.*15.16.17. vbi etiam inquit, quod propterea talis poſſeſſor rei malè alienatæ non poteſt vti aliquo ex remediis poſſeſſoriis, nec etiam ſummariiſſimo manutentionis, licèt in eo non ſoleant admitti vllæ meritorum exceptiones, vnde liberum eſt Eccleſiæ conuenire vel
21 emptorem talium bonorum, vel poſſeſſorem. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. q.*76. *c.*2. *n.*37.

Nec de prædictis eſt mirandum, quia non obſtante alienatione inualida, adhuc Eccleſia dicitur poſſidere, eo quòd eius poſſeſſio non poteſt amitti, vel interuerti ab illius Prælato, vel Rectore. Bart. *in l.*1. §. *ſi vir vxori*, *n.*1.3. vbi Iaſon *n.* 28. Bologn. *n.* 64. *ff. de acquir.*
22 *poſſ.* Abbas *in cap. cùm ſuper, de cauſ. poſſ. & propriet.* pulchrè Verall. *deciſ.* 170. *n.*4.5. & *dec.*182. *n.*8.9. *p.* 3. Rota *diuerſ. deciſ.*881. *num.*3.4. *p.*4. Seraph. *deciſ.*1417. *n.*3. & poſt Lud. Poſth. Rota *dec.*327. *n.*3.

Vnde eſt, quod etiamſi dicti Fratres, ſeu quicunque Prælatus, vel Rector Eccleſiæ inualidè alienauerit eius bona, & habuerit ſe pro ſpoliato, tamen non ſolùm eius ſucceſſor, ſed etiam ipſemet alienans, non quidem nomine proprio, ſed nomine Eccleſiæ, quæ verè poſſidet, manutentionem petere poteſt, ad textum *in c.*
23 *litteræ, de dilat.* vbi Abb. *n.*3. *verſ. circa primum*, & *in c. olim.* 1. & 3. *de reſtit. ſpoliat.* Abb. *in c. cùm ſuper*, *n.*19.20.21. *de cauſa poſſeſſionis, & propriet.* Verall. *d. deciſ.* 182. *num.*2.6.7.8. ad rem Seraph. *deciſ.*2417. *n.*3. Rota *diuerſorum deciſ.*881. *n.*3.4. *p.*4. Beltramin. *ad Ludouiſ. deciſ.*116. *n.*5. & *deciſ.*246. *n.*2. Lud. Poſth. *de manut. obſeru.*57. *n.*102. & poſt eum Rota *deciſ.*327. *n.*2.15. 19. & *dec.*330. *n.*26. & *ſeqq.* & *num.*30. vbi inquit hoc eſſe mirabile, quod interdictum, *vti poſſidetis*, licèt ſit retinendæ poſſeſſionis, habeat tamen etiam vim recu-
24 perandæ reſpectu naturalis; & propterea ſi licebat dictis Fratribus vti tali remedio, multò magis licuit intentare remedium reintegrandæ.

Sed aptiſſimè dictum Monaſterium propoſuit remedium poſſeſſionis reſtitutorium, quod ei competit ex officio Iudicis, vel ex Canone *reintegrandæ*, 3. *q.*1. cuius vigore Eccleſia poteſt recuperare bona malè alienata, adeò vt in tali remedio non currat præſcriptio niſi triginta, vel quadraginta annorum. Menoch. *de recup.*
25 *poſſ. remed.*15. *n.*427. Guttier. *can. qq. lib.*1. *q.*34. *n.*71.73. vbi latè hoc examinat. Seraph. *deciſ.*1360. *n.*3. & *ſeqq.* latè Farin. *deciſ. nouiſſ.*762. *n.*3.4.5.6.7. Pulchrè Giouagn. *conſ.*3. *n.*1. & *ſeqq.* & *per totum*, *lib.* 1. vbi etiam ponit vnam Rotæ deciſionem, & poſt Lud. Poſt. Rota *deciſ.*330. *n.*8.9.

Et propterea conſtito, vt hîc, de poſſeſſione antiquiori Eccleſiæ, & recentiori ipſius aduerſarij, poteſt Eccleſia reintegrari ad bona priùs per eam poſſeſſa, non obſtante ei quidquam alienatione inualida, vt per DD. 26
*in d. c. cùm ad Sedem*, vbi Abb. *n.*17. *de reſt. ſpol.* Bald. *in l.*3. *n.*15. *ad fin. C. ſi à non competenti Iudice*, Iaſon. *in* §. *ſic itaque*, *n.*58. Inſt. *de actionibus*, Alex. *conſ.*6. *n.*5. *lib.*3. & *conſ.*10. *col. final. verſ. circa tertiam*, *lib.* 4. Verall. *d. deciſ.*182. *n.*1.2.6.7.8. *p.*3. Menoch. *d. remed.* 15. *n.*101. Grat. *diſcep.*318. *n.*42. *lib.*2. Farinac. *deciſ. poſth.*58. *n.*1. *p.*2. Ioan. Aloyſ. Ricc. *in prax. de alienat. rer. Eccl. reſol.*22. vbi probat competere Eccleſiæ remedium reſtitutorium ad poſſeſſionem rei alienatę ſine ſolemnitatibus, etiamſi ab eâ ceciderit facto proprio, & dicit 27
Rotam Romanam ita iudicaſſe; pulchrè etiam Giouagn. *d. conſ.*4. *n.*8.9. *lib.*1. dicit ſatis eſſe probare actorem, vel eius auctores ſemel poſſediſſe, & nunc reum poſſidere, & non attenditur, an iniuſta fuerit actoris poſſeſſio, nec an reus poſſideat eam titulo, vel bona fide: idem firmat Mareſcot. *var. reſol. lib.*2. *cap.*25. *n.*24. & Rota apud Marcheſan. *de commiſſ. p.*1. *c.*1. *deciſ.*8. *n.*1. *fol.*105. & concordat Bonac. *de contract. diſp.*3. *q.*8. *p.*4. *n.*12. vbi inquit cum re ipſa fructus quoque eſſe reſtituendos. Layman. *mor. lib.*3. *tract.*4. *c.*10. *n.*4. *verſ. quod ſi rei*, quæ adeò vera ſunt vt Ferrett. *conſ.*48. *n.*12. *lib.*1. dixerit quod Regulares te- 28
nentur recuperare bona ſic malè alienata non obſtante iuramento; non enim propter hoc Prælatus reuocans alienationem incurrit periurium. Rot. *diuerſ. dec.*26. *n.*2. *p.*2. Redoan. *d. tract. q.*77. *n.*10. Pereg. *conſ.*65. *n.*8. *verſ. & in terminis*, *lib.*6. latè Garz. *de benef. p.*2. *c.*1. *n.*86.87.88. Ricc. *in prax. reſol.*107. *n.*4.5. Vgol. *de off. Epiſc. c.*14. §. 5. *n.*2. *p.*1. Borell. *in ſumma dec. p.*1. *tit.*15. *n.*42.53.

Cùm igitur dicta emphyteuſis conceſſio ſit ipſo iure nulla, licuit Monaſterio intentare remedium canonis *reintegranda*, contra quod licèt reus excipiat actorem proprio facto poſſeſſionem amiſiſſe, tamen actor replicat nullitatem contractus, quâ cognitâ Iudex omiſſa nullitatis quæſtione condemnat reum ad rei reſtitutio- 29
nem: ſic doctè Natt. *conſ.*162. *n.*34. *verſ. circa modum*, *lib.*1. Alexand. *conſ.*92. *n.*8. *lib.*5. Roland. *conſ.*41. *num.*35. *lib.*3. pulchrè Menoch. *d. remed.*15. *n.*138. *verſ. hæc de primo*, & *n.*191.192. Hondedeus *conſ.* 25. *ſub n.*55. *lib.* 2. videndus Cyr. *contr.*332. *num.*3.4.5.6.7.8. *lib.*2. Verall. *dec.*172. *n.*7. *p.*3. Grat. *diſcep.*318. *n.*12. *lib.*2. Farin. *deciſ. poſth.*58. *n.*1. *p.*2. propter quod cùm iſta verificentur in caſu noſtro, ſatis de ſpolio dicitur conſtare, & locum eſſe dicto remedio. Farin. *deciſ.*189. *num.* 1. *p.* 2. Grat. 30
*d. diſcep.* 318. *n.*42. *lib.*2.

Poſſeſſio autem Monaſterij ſatis probatur à colonis partiariis, qui coluerunt dictum prædium pro Monaſterio, & illud recognouerunt; ſic enim probant poſſeſſionem. Salicet. *in l. liberi*, *n.*8. *C. de teſt.* Socin. *conſ.*228. 31
*n.*7. *verſ. nec obſtat*, *lib.*2. Curt. Iun. *conſ.*168. *n.*15. *verſ. non obſtat.* Maſc. *de probat. concl.*320. *n.*3.4.

Neque Viani poſſunt negare poſſeſſionem dicti Monaſterij, à quo ipſi cauſam habuerunt, accipiendo prædium in emphyteuſim à Monaſterio, & ſoluendo annuum canonem; ex hoc enim probatur poſſeſſio pro Monaſterio etiam in tertij præiudicium. Bart. *in l. qui vniuerſas*, §. *quod per colonum*, vbi Aret. teſtatur de com- 32
muni, & *in l. quamvis*, §. 1. *de acquir. poſſ.* Ang. *in l. quædam mulier, de rei vendic.* pulchrè Ruin. *conſ.*14. *n.*5. *lib.*4. Boer. *deciſ.*105. *n.*14. Natt. *conſ.*672. *n.*20. *lib.*4. Maſcard. *concl.* 1186. *n.*6. *lib.* 3. & ad rem videtur facere Verall. *deciſ.*166. *n.*2.3. *p.* 3. vbi quod quando agitur contra emphyteutam ſoluentem, ſufficit lapſus decem annorum ad probandam emphyteuſim; & ſi ita eſt, multò magis probatur poſſeſſio, vt hîc, vbi plerique teſtes deponunt prædium fuiſſe de iuribus Monaſterij, antequam ab eo 33
Viani illud acciperent in emphyteuſim, non tamen ad fauorem emphyteutæ ex lapſu decem annorum præſumitur emphyteuſis valida, quia requiritur ſpatium 40. annorum: latè Menoch. *præſ.*108. *n.*5. *lib.* 3. hîc autem ſatis eſt probare poſſeſſionem Monaſterij ex ſolutione Canonis, & affictus. Natt. *d. conſ.*672. *n.*20. *lib.*4.

Et



Et ideò Viani non negarunt ſe eſſe emphyteutas, imò ſub die 26. Nouembris 1629. depoſuerunt ſcutos centum pro liuello duorum annorum debito dictis Fratribus Sancti Auguſtini occaſione dicti prædij, inſtantes depoſitum illis intimari, eoſdemque interpellari ad illud ſuſcipiendum, & finem ſibi faciendum, vt in actis, & ſub die 24. Ianuarij eiuſdem anni, quaſi reconueniendo dictos Fratres S. Auguſtini dixerũt in prædio, de quo agitur, fuiſſe per DD. Vianos facta melioramenta notabilis valoris, & fuiſſe ſolutos in contractu ducatonos argenteos 600. vnde inſteterunt eos cogi ad reficiendum ſibi melioramenta, & expenſas, ac damna, & intereſſe, intentando quodcunque remedium magis opportunum, vt in actis: & cùm non appareat de alio titulo, dicti Viani cenſentur poſſidere ex titulo præcedenti emphyteuſis etiam inualido, & inutili, quia etiam actus nullus declarat mentem agentis, ex gloſſa *in leg.*
34 *quædam mulier*, *ff. de rei vindic. iunct. leg. fin. de rebus eorum*, ita Soc. *conſil.* 13. *num.* 18. *lib.* 4. Curt. Iun. *conſ.* 158. *n.* 33. 34. Ceph. *conſ.* 4. *num.* 39. *in fin. lib.* 1. & *conſ.* 152. *num.* 75. *lib.* 2. Natt. *conſ.* 502. *num.* 22. Alciat. *de præſ. reg.* 2. *præſ.* 23. *in fin.* qui dicunt cenſeri aliquem poſſidere ex titulo præcedenti, etiam inualido.

Iure ergo merito Monaſterium prætendit eſſe reintegrandum, quia dicta emphyteuſis conceſſio fuit inualida non ſolùm ex defectu ſolemnitatis, ſed etiam iuſtæ cauſæ; certum eſt enim quod tantùm ex quatuor cau-
35 ſis, ſcilicet neceſſitatis, vtilitatis, pietatis, & incommoditatis licet res Eccleſiaſticas alienare, gloſſa *in ſum.* 12. *q.* 2. Abb. *in c. nulli, de rebus Eccl. non alien.* Couar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 8. 9. Redoan. *eod. tract. q.* 19. *num.* 2. 3. Quarant. *verb. alienatio*, *num.* 3. Borell. *in ſum. deciſ. p.* 1. *tit.* 15. *num.* 2. Bonac. *in d. q.*8. *punct.* 4. *num.* 5. Homobon. *de exam. Eccl. p.* 2. *tract.*9. *q.*66. *cap.* 21. *verſ.* 2. *præſupponendum*, Layman. *mor. lib.*3. *tract.*4. *c.*10. *n.* 3. latè Monet. *de commut. vlt. vol. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 83. vbi plurimas allegat, quarum nulla hîc interceſſit; & qui dicit extitiſſe, probare debet; non enim creditur aſſertioni partium, vel Prælati alienantis,
36 ſi ex aliqua cauſa iuſta dicat ſe alienare, quia aliunde probari debet. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. q.* 23. *num.* 30. *vſque ad num.* 48. Maſc. *de probat. concl.* 75. *num.* 15. 16. 17. 18. Giouagn. *conſ.*27. *ſub num.* 20. *lib.*2.

Siquidem de vtilitate nihil apparet, imò euidenter conſtat dictam alienationem fuiſſe Monaſterio valdè damnoſam, quia probatur per teſtes prædium alienatum fuiſſe ſolitum reddere quotannis ſcuta ducenta, vel circiter; & tamen traditum fuit pro annuo canone ſcutorum 50. ergo noxia fuit Eccleſiæ dicta alienatio, & tamen vt valeat, neceſſe eſt adeſſe vtilitatem manifeſtam, & ita indubitatam, vt de ea non poſſit dubium exoriri,
37 poſt Corn. *conſ.* 243. *lib.* 2. & Rol. *conſ.* 15. *lib.* 1. Redoan. *d. tract. de reb. Eccleſ. non alien. q.* 20. *num.* 83. Giouagn. *concl.* 22. *num.* 14. *lib.* 2. Ricc. *d. tract. de alien. rerum Eccleſ. in princ. ſub rubr. cauſ. num.* 2. 3. 4. vbi etiam inquit ſic fuiſſe deciſum in vna Romana cenſus, 24. Maij 1591. coram Pamphilio, & dicit etiam, quod modica vtilitas pro nihilo reputatur, & pulchrè Philiuc. *mor. p.* 3. *tract.* 44. *c.* 5. *n.* 14.

Et quamuis vtilitas Eccleſiæ ſoleat præſumi, ſi interuenerit Breuis Apoſtolici ſolemnitas, & reliqua ſint rectè facta, tamen eo ceſſante non præſumitur, ſed probatione indiget, ad notata per Bald. *in l. quicunque, C.*
38 *de ſeruis fugit.* Redoan. *de reb. Eccl. non alien. q.*23. *n.*47. Auendañ. *de exeq. mand. p.* 1. *c.* 4. *num.* 31. Anch. Iun. *q.* 52. *n.*17. *p.* 1. Ricc. *d. loco, n.* 5. 6. vbi ait, quod ita Rota reſoluit in vna Auerſana finimenti, 7. Iunij 1591. coram Lancellotto. Philiuc. *d. cap.* 5. *num.* 15. vbi etiam
39 inquit, quod ſi conſtaret de Eccleſiæ læſione, ei daretur reſtitutio in integrum, non obſtante interpoſitione decreti; & aſſenſu Commiſſarij, quæ cùm hîc deficiant, multò faciliùs Eccleſia eſt reſtituenda.

Neque obſtat, quod teſtes non videantur percutere tempus contractus, quia verius eſt deponere, & concludere etiam de tempore alienationis, cùm ſint coloni, vbi laborauerunt in dicto prædio, quando poſſidebatur à dicto Monaſterio, & cùm non deponant ſuper vnitate temporis, ſed ſuper ſolito, ſatis eſt, vbi enim ver- 40
ſamur in re de ſui natura fructifera, ſufficit probatio à conſuetis, cùm illud præſumatur perceptum, quod percipi conſueuit, ad notata per Bald. *in conſ.* 323. *in fin. lib.* 2. & *in l.* 1. *num.*16. vbi Salicet. *in fin. C. de fruct. ac lit. expenſ.* Ang. *in l. ſi fundum, Cod. de rei vendic.* Natt. *conſ.* 536. *n.* 5. Surd. *conſ.* 293. *num.* 31. Achil. *deciſ.* 22. *de reſt. ſpol.* & ita reſoluit Rota in vna Peruſina liquidationis fructuum, 12. Ianuarij 1609. coram Coccino, & in vna Neapolitana 21. Iunij 1610. coram Lancellotto, vt pulchrè penes Marcheſan. *de commiſſ. p.*1. *c.* 2. *deciſ.* 8. *num.* 2. *fol.* 164.

Idque veriſimilius redditur, quia teſtes deponunt dictum prædium fuiſſe poſt contractum ſatis damnifica- 41
tum tempeſtate, & vi ventorum, quæ eradicauit plurimas arbores pretioſas, veluti nuces, & ceraſa, quæ reddebant magnum fructum, propter quod poteſt cenſeri dictum prædium tempore contractus fuiſſe maioris, vel ſimilis redditus, cuius non erat alio tempore; & cùm hæc materia ſit difficilis probationis, ſufficiunt coniecturæ, & multùm defertur conſcientiæ iudicantis. Bald. *in d. l.* 1. *n.* 16. *C. de fruct. & lit. expenſ.* & *d. conſ.* 3[illegible]2. *n.*4. Corn. 301. *in fin. lib.*3. Natt. *conſ.*510. *n.*7. *lib.* 3. Surd. *conſ.*293. *n.*31. Rot. *d. deciſ.*8. *n.*[illegible] penes Mar- 42
ſcheſan. *dict. loco, fol.* 104. Et propterea non vtilem, ſed damnoam dicere debemus alienationem.

Videndum eſt igitur, an ſaltem ex neceſſitate dictum Monaſterium fecerit contractum, quod probari videtur ex inſtrumento, in quo id aſſeritur, ſed hoc nihil facit, quia neceſſitas non ſufficit abſque ſolemnitate aſſenſus Apoſtolici, vt vidimus, & ad hoc vt ſufficiat, debet eſſe ita clara, vt omnibus manifeſta appareat, & nulla poſ- 43
ſit tergiuerſatione celari, vt poſt Rimin. Id. Iun. *conſ.*233. *num.* 39. 40. & *conſil.* 348. *num.* 40. 41. 42. Giouagn. *conſil.* 22. *numero* 14. *lib.* 2.

Et quando dicitur, in caſu neceſſitatis non requiri ſolemnitates in alienandis bonis Eccleſiæ, hoc eſt intelligendum de extrema neceſſitate, in qua nullo modo poſſit haberi recurſus ad Pontificem, & interim periculum ſit in mora. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. q.* 19. *n.* 58.60. & *q.* 51. *c.* 22. *n.* 20. & *n.* 32. *verſ. vbi dicit.* Vgolin. *de offic. Epiſc. c.*14. §. 7. *n.* 5. *verſ.*3. *p.* [illegible]. Quarant. *d. verbo alienatio*, *n.* 42. Bonac. *de contractibus diſp.* 3. *q.* 8. *p.*4. *n.* 5. *verſ. prima eſt*, Layman. *mor. d. c.*10. *n.*2.3. Giouagn. *conſ.*27. *n.* 19. *lib.* 2. Barboſ. *de off. Epiſc. p.* 3. *alleg.*95. *n.*58. pulchrè Philiuc. *mor. p.*3. *tract.*44. *c.*5. *n.*11.

Hîc autem non conſtat de huiuſmodi neceſſitate, quæ tamen erat plenè probanda. Rimin. Iun. *dict. conſil.*233. *n.*43. imò ex ipſo alienationis inſtrumento contrarium facilè deſumitur, ſiquidem in eo duplex cauſa allega- 44
tur, ſcilicet neceſſitas ſoluendi æris alieni, & indigentia victualium. Quoad primam non conſtat adfuiſſe aliquod debitum Monaſterij, de quo tamen apparere oportet aliunde, quàm ex alienantis aſſertione. Redoan. *d. tract. q.*20. *numero* 69. Borell. *in ſumm. deciſ. p.*1. *tit.* 15. *num.* 10.27. Homobon. *de examine Eccleſiaſtico. p.* 2. *tract.* 9. *q.*69. *c.*21. *verſ.* 2. *in fin.* & caſu quo adfuiſſet æs alienum, id non ſufficit ad oſtendendam tantam neceſſitatem, vt ſuperior conſuli non potuerit, nec Pontificis requiri conſenſus; & maximè quia pro ære alieno 45
ſoluendo non licet vendere res ſtabiles Eccleſiæ, niſi illud ſit clarum, & liquidum, & creditores vrgeant apud Iudicem, & provt in Authentica *hoc ius porrectum*, vbi DD. *C. de Sacroſanct. Eccl.* & *in l. peto*, §. *prædium, de leg.*2. *c. ſicut*, 12. *q.*1. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. q.*19. *n.*1. & *n.*91.92.93. 95. vbi dicit, quod non deuenitur ad alienationem bonorum Eccleſiæ, niſi vltimo loco, 46

Y 4 quan

quando fit executio ſententiæ per Iudicem; ſic etiam
docent Rimin. Iun. d. conſ. 233. n. 39. 40. 41. Gabriel
conſil. 118. n. 5. 8. lib. 1. Giouagn. conſ. 22. n. 5. 15. lib. 2.

Si verò inſpicimus neceſſitatem emendi cibaria ad
victum, ſimiliter de ea non conſtat; & tamen certum
eſt de cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ debere
conſtare aliter quàm per aſſertionem partium, vel Præ-
lati alienantis, vt dictum eſt, alioquin facilè aperiretur
47 via fraudibus, & propterea etiamſi in inſtrumento di-
catur, ex cauſa neceſſitatis fieri alienationem, eidem non
creditur, vt per Petr. de Peruſ. & Card. *in capit. quod
quibuſdam, de fideiuſſ.* Butr. *in cap. 1. de depoſ.* Anchar. *in
Clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien.* pulchrè Redoan. *de reb.
Eccl. non alien. q. 23. n. 38.* vbi teſtatur de communi, &
*n. 39. 40. 41. & ſeqq.* pulchrè Ferret. *conſ. 248. n. 10. 11.* &
*conſ. 294. n. 14. lib. 2.* Anch. Iun. *d. q. 52. n. 17. p. 1.* Borell.
*in ſum. deciſ. p. 1. tit. 15. num. 10.* Giouagn. *conſ. 27. ſub
n. 20. lib. 2.* Maſcard. *de probat. concl. 75. n. 46.* Homob.
*d. c. 21. verſ. 2. in fin.* & ſic probandum erat, quod Mo-
naſterium aliunde non poſſet ſuis neceſſitatibas ſubue-
48 nire, vt poſt Caſtrenſ. *conſ. 247. col. 5. in fin. verſ. Nam
ex inſtrumento, lib. 1.* Gratian. *diſcept. 570. num. 13.* quod
hîc factum non eſt, vt oportebat. Ferret. *d. conſ. 294.
num. 14. lib. 2.*

Sed conuincitur non extitiſſe hîc tantam neceſſita-
tem, vt non poſſet ad Pontificem recurri pro licentia
49 habenda, provt fieri debet ſi neceſſitas non exigat tan-
tam celeritatem. Redoan. *d. tract. q. 19. num. 34. 35. 58. 60.*
Nam dicti Fratres Eremitæ, attento tenore inſtrumenti
alienationis, erant in neceſſitate vſque in principio an-
ni 1593. quia obtinuerant licentiam alienandi à ſuo
Generali ſub die 12. Ianuarij eiuſdem anni, quæ poſteà
eodem anno fuit confirmata ab eius Vices gerente, ſub
die 7. Octobris; & tamen ipſi diſtulerunt alienare vſ-
que ad diem 4. Decembris 1593. & propterea cùm pro-
craſtinauerint ferè per annum, & petierint licentiam
Generalis tam anticipatè, liquidò conſtat eorum neceſ-
ſitatem non fuiſſe tantam, vt non poſſet conſuli, & adiri
Summus Pontifex, à quo ſolùm extrema neceſſitas ex-
cuſat. Redoan. *d. q. 19. n. 29. 30. 34.* & *q. 51. c. 22. n. 1. 2. 3. 4.*
50 & 18. Philiuc. *d. c. 5. n. 11.* Maſcard. *d. conſ. 75. n. 29.*

Et hoc manifeſtum redditur, quia Monaſterium non
indigebat niſi alimonia pro Fratribus, pro qua ſuble-
uanda erat neceſſarium priùs recurrere ad diſtractio-
nem rerum mobilium minùs pretioſarum, & poſteà
deueniendum erat ad magis pretioſas, & deinde ad res
ſtabiles minùs damnoſas, & denique ad alias; ſi enim
51 fieri poteſt, parua res debet priùs vendi, ſi ſufficit; ſic
probatur per textum *in d. Auth. Hoc ius porrectum*, vbi
DD. *C. de Sacroſ. Eccl.* & *in l. magis puto, ff. de rebus eo-
rum*, Ioan. de Turrecrem. *in ſum. 12. q. 2.* latè Redoan.
*de reb. Eccl. non alien. q. 19. num. 91. 92. 93.* Maſcard. *d.
concl. 75. n. 13.* Gabr. *conſ. 118. n. 15. lib. 1.* Gratian. *d.
diſcep. 570. n. 12.* Hîc autem iſte ordo nullo modo eſt
ſeruatus provt requirebatur ſtante defectu ſolemnitatis
beneplaciti Apoſtolici: ergo.

Verùm dato etiam, quod extiterit prædicta neceſſi-
tas, & propterea facta ſit alienatio, adhuc dicendum eſt
illam vitiari propter exceſſum, eo quòd ea, quæ pro-
pter neceſſitatem conceduntur, eatenus ſunt valida,
52 quatenus vrget neceſſitas, & non vltra, ad textum *in l.
cùm hi, §. in cauſa, ff. de tranſact. in d. Auth. hoc ius*, vbi
DD. *C. de Sacroſ. Eccl.* & *in l. vlt. ff. de exercit. act.* Bart.
*in l. 1. §. vlt. n. 1. ff. de ſer.* Dec. *in l. ſi donatione, num. 17.
C. de collat.* pulchrè Natt. *conſil. 162. num. 1. 2. 3. 5. 6. lib. 1.*
Gabriel. *d. conſ. 118. n. 5. verſic. 2. quia, libr. 1.* benè Me-
noch. *de arb. iud. caſ. 182. num. 32. 33. 34. 35.* vbi probat
tantùm eſſe alienandum, quantùm vrget neceſſitas. Re-
doan. *de reb. Eccl. non alien. q. 13. num. 14. 15.* vbi quod
53 non debet pro paruo debito res magna Eccleſiæ vendi,
quod etiam dixit Maſcard. *de probat. d. concl. 75. n. 13.
in fin.* Gratian. *d. diſcept. 570. num. 10. 11.* vbi etiam di-
cit allegantem alia bona non extitiſſe, teneri ad pro-
bandum: pulchrè etiam Giouagn. *conſ. 22. n. 6. & n. 16.
lib. 2.* vbi etiam inquit probandum eſſe quod tantùm
vrgeret neceſſitas, quantùm fuit alienatum. Sed hîc
ex ipſo inſtrumento deducitur Monaſterium habuiſſe
indigentiam ſolùm pro ſcutis 600. & tamen alienauit 54
prædium valoris ſcutorum 4000. & vltra: ergo aliena-
tio fuit voluntaria, & non ex neceſſitate, ſaltem tali,
vt omittendus eſſet aſſenſus Apoſtolicus. Rimin. Iun. *d.
conſ. 233. n. 41.* & ad rem Natt. *d. conſ. 162. num. 4. 5. 6. 7. 8.
libr. 1.* vbi vult, quod ideò contractus in totum corruat:
ſic etiam benè Giouag. *d. conſ. 22. n. 9. & n. 14. lib. 2.*

Denique eſtò quod hîc adfuerit etiam ſumma alie-
nandi neceſſitas, ita vt non potuerit conſuli Pontifex
pro obtinenda licentia, adhuc tamen dicta alienatio
eſt inualida, eo quod ſaltem poſt factum à Papa non fue-
rit comprobata; etenim in caſu alienationis factæ ſine
ſolemnitate ob vrgentem neceſſitatem, adhuc poſteà
requiritur neceſſariò ſolemnis ratificatio illius ſuperio-
ris, ad quem ſpectabat licentiam concedere, vt per 55
textum *in l. Pomponius, ff. de negotiis geſtis*, inquit Bald.
*in c. 1. n. 13. verſ. Ego puto*, vbi etiam Iaſon *n. 21. verſ.
Quod dictum, qui feud. dar. poſſ. in vſibus feudorum*, vi-
dendus Redoan. *de rebus. Eccleſ. non alien. quæſt. 19.
num. 228.* & *q. 51. c. 22. num. 19.* & idem cenſuit Vgolin.
*de off. Epiſc. c. 14. §. 17. num. 5. verſic. Tertiò, in fin.* quòd
ſane rationi congruit, vt Superior poſſit examinare an
vera fuerit neceſſitas, vel mentita, aut mendicata; &
vt tollantur fraudes, quia Prælatus eadem facilitate in-
ducitur ad fatendam neceſſitatem, qua mouetur ad
alienandum.

Nulla ergo, & inualida fuit dicta alienatio; nam ad
hoc vt emphyteuſis conceſſio valeat ſine beneplacito
Apoſtolico, tres requirit conditiones, ſcilicet vt verſe-
mur in caſibus à iure permiſſis, quod tractetur de bo-
nis ſolitis ab antiquo dari in emphyteuſim, & quod ap- 56
pareat de euidenti Eccleſiæ vtilitate, vt habetur *in d.
extrauaganti Ambitiosè*, & dicit Quarant. *dict. verb. alien.
n. 5. verſ. 2. & num. 39.* praxis Neap. *d. c. 75. num. 5. 6.* Bar-
boſ. *de off. Epiſc. alleg. 95. n. 22. p. 3.* Layman. *d. c. 10. n. 2.
verſic. Deinde.* Bonac. *d. q. 8. p. 4. num. 30.* & *in tract. de
cenſuris in particul. extra Bull.* Cœn. *diſp. 2. q. 5. p. 11. n. 2.
verſ. 2.* Hic autem nihil iſtorum verificatur: ergo præ-
dium prædictum fuit nulliter alienatum; ſiquidem em-
phyteuſis perpetua eſt alienatio. Ferret. *conſ. 248. num. 9.
lib. 2.*

Aliundè etiam conſtat de nullitate contractus, quia
in alienandis bonis Eccleſiæ neceſſarius eſt tractatus
Fratrum, vel aliorum de collegio alienantium, ad diſ- 57
cutiendum an expediat alienare, *cap. ſine exceptione 12.
q. 2. cap. tua & c. cùm Apoſtolica, de his quæ fiunt à Præ-
lat. ſine conſenſ. Cap. c. 1. eod. tit. in 6.* & tamen hîc non
apparet præmiſſum fuiſſe talem tractatum; licèt enim
in inſtrumento alienationis dicatur, *præmiſſis tractati-* 58
*bus*, hoc tamen non probat, quia non creditur tali in-
ſtrumento enunciatiuè loquenti, ſed de tractatu debet
conſtare per inſtrumentum ad hoc ſpecialiter tendens.
Alexand. *conſil. 17. colum. 2. lib. 4.* pulchrè Redoan. *de
reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 25. n. 30. 31. 32. 33. 34.* Ferret.
*conſil. 294. n. 10. lib. 2.* in terminis etiam Anch. Iun. *q. 52.
num. 8. 9. 10. libr. 1.* Soc. Iun. *in l. ex hac ſcriptura, n. 80.
ff. de donat.*

Cùm autem emphyteuſis prædicta fuerit ſtipulata in
perpetuũ, Vianos nihil iuuat Conſtitutio Gregorij XIII.
quæ permittit bona Fratrum Eremitarum dari in em-
phyteuſim vſque ad ſecundam generationem, quia no-
ſter non eſt caſus Bullæ, cùm hæc diuerſa ſint, & ex di- 59
uerſis nihil benè infertur, *leg. Papinianus, §. exuli, ff. de
minoribus, leg. final. ff. de ritu nuptiar.* Ludouic. Sacca *con-
ſil. ſexugeſimonono, n. 20. libro ſecundo*; & non ſeruata
forma legis, actus corruit iure vulgari, & maximè,
quia hîc iam defecit ſecunda generatio, vt videbi-
mus,



mus, & ideò contractus eſt in totum nullus.

Modò difficultas eſt in reſpondendo contrariis, quæ
pro Vianis adducta ſunt; ſed verè nihil obſtant, ſiqui-
dem quoad primum attinet, ſatis conſtat de duobus
extremis poſſeſſionis, cùm appareat de antiquiori Mo-
naſterij poſſeſſione, & de recentiori ipſius Viani; &
primam ſatis probant teſtes per actus poſſeſſorios à Mo-
naſterio factos, de quibus deponunt, vt per Rotam apud
Lud. Poſth. *deciſ. 214. n. 2.* neque pro parte Viani id ne-
gatur, cuius recentior poſſeſſio remanet iuſtificata ex
60 ſola ſuſtentatione litis, ſi alio modo non probaretur, vt
per Verall. *deciſ. 372. n. 2. p. 2.* Farinac. *deciſ. poſth. 58.
n. 5. p. 2.* Grat. *diſcept. 318. n. 42. lib. 2.*

Neque nocet, quod Viani non occupauerint violen-
ter dictum prædium, quia non ſemper ſpolium eſt vio-
lentum, & actio ſpolij datur etiam ceſſante violentia
61 contra eum, qui inſiſtit rei Eccleſiaſticæ malè alienatæ.
Veral. *d. deciſ. 170. n. 1.* & *deciſ. 181. num. 1. p. 3.* Rota *d.
deciſ. 6. num. 3. 4.* penes Marcheſan. *de commiſſ. p. 1. cap. 2.
fol. 103.* Et licèt etiam ex contractu nullo transferatur
poſſeſſio, hoc tamen procedit vbi quis nomine ſuo poſ-
ſidet; ſed quia poſſeſſio bonorum Eccleſiæ eſt penes Ec-
cleſiam, & Prælaturam, non ſimpliciter apud Præla-
62 tum, DD. *in leg. 1. in fin. ff. de acquir. poſſ.* de communi
Alex. *conſ. 81. num. 17. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 24. num. 5. lib. 1.*
Veral. *d. deciſ. 170. n. 4. p. 3.* Rota *d. deciſ. 327. num. 8.*
poſt Lud. Poſth. ideò ex contractu nullo Prælati poſ-
ſeſſio non transfertur, etiamſi ille ſe habuerit pro ſpo-
63 liato, ex Bart. *in l. 1. §. ſi vir vxori, n. 3.* vbi Iaſ. *num. 28.*
& Bologn. *n. 64. ff. de acquir. poſſ.* Verall. *d. deciſ. 170.
num. 4. 5. 6.* & *deciſ. 182. num. 9. part. 3.* Rota *d. deciſ. 327.
num. 3.*

Secundò non obſtat, non dari remedium reintegran-
dæ contra ſingularem ſucceſſorem iuſto titulo, & bona
fide poſſidentem; nam reſpondetur primò, quod ſecun-
dùm communem Canoniſtarum opinionem, quam de-
cet ſequi in foro Eccleſiæ, verius eſt dictum remedium
concedi etiam contra ſingularem ſucceſſorem, vt apud
Guttieri. *can. qq. lib. 1. c. 34. num. 95. verſ. quandoquidem.*
Secundò reſpondetur, quod ſtante nullitate contractus,
64 Viani non poſſunt dici in bona fide quoad dominium
acquirendum. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. q. 27. cap. 7.
num. 3.* & *capit. 9. num. 4.* Borell. *in Summ. deciſ. part. 1.
tit. 15. num. 45.* Marcheſan. *de commiſſ. p. 1. c. 2. deciſ. 7.
n. 1.* nec titulus poteſt dici iuſtus, imò habetur pro non
titulo, maximè ſtante decreto irritanti, de quo in Pau-
65 linà. Redoan. *d. tract. q. 76. cap. 2. n. 9.* & *q. 78. c. 8. n. 4.*
Mar. Ant. *libr. 1. reſol. 37. num. 10.* Lud. Poſth. *dict. tract.
de manuten. obſeruat. 46. n. 5.* & apud eum Rota *deciſ. 151.
num. 8.* Denique reſpondetur nos non verſari in termi-
nis ſingularis ſucceſſoris, tam reſpectu primi aquiren-
tis quàm dicti pupilli vniuerſalis ſui genitoris hæredis,
ad textum *in leg. hæreditas, de verb. ſignific.* ergo ceſſat
dubium.

Tertiò non obſtat, quod huiuſmodi remedium rein-
tegrandæ non competat ei, qui facto ſuo, vel culpa ce-
cidit à poſſeſſione, quia id procedit tantùm in rebus
66 profanis laicorum, & quando contractus non eſt ipſo
iure nullus: ſecus eſt quando agitur de bonis Eccleſiæ
per Prælatum malè alienatis; tunc enim conceditur ta-
le remedium, vt per Menoch. *d. remedio 15. num. 101.*
Verall. *dict. deciſ. 170. num. 4. 5. 6. p. 3.* Marcheſan. *d.
tract. p. 1. cap. 2. deciſ. 6. n. 3. fol. 103.* Farinac. *deciſ. 755.
num. 6. p. 2.* & apud eum Rota *deciſ. 11. num. 2.* Mar. Ant.
*lib. 1. reſol. 38. num. 18.* & ratio eſt, quia vbi quis cadit
67 à poſſeſſione ex contractu nullo, non dicitur cecidiſſe
ex facto ſuo, nec ex iuſta cauſa. Gratian. *diſcept. 318.
n. 12. lib. 2.* & ideò etiamſi Prælatus iurauerit non con-
trauenire, adhuc poteſt reuocare bona Eccleſiæ malè
alienata. Bero. *conſ. 92. num. 1. 2. 10. lib. 1.* Redoan. *dict.
tract. q. 77. n. 10.* Caldas *de iure emphyt. lib. 4. q. 19. n. 73.
verſ. Firmans, & num. 74. verſic. licèt*, Peregr. *conſ. 65.
numer. 3. verſ. & in terminis, lib. 6.* Rota *diuerſ. de-
ciſ. 26. n. 1. p. 2.* Garz. *de benef. p. 2. c. 1. n. 86.* Ricc. *in prax.
reſol. 107. n. 4. 5. part. 1.* Borell. *in ſumm. deciſ. p. 1. tit. 15.
num. 42. 53.*

Quartò non obſtat quod ex contractu etiam nullo
transferatur poſſeſſio, & non competat ſpolij actio, quia
iam reſponſum eſt id non procedere in rebus Eccleſiæ 68
malè alienatis, cùm Eccleſia non deſinat poſſidere ob
contractum ſui Prælati nullum. Redoan. *d. tract. q. 19.
num. 58. 59. 60. 62. 63.* Barboſ. *d. alleg. 95. num. 58.* pulchrè
Verall. *deciſ. 170. n. 4. 5. p. 3.* Seraph. *deciſ. 1417. num. 3.*
Rota apud Poſthium. *deciſ. 327. num. 3.*

Quintò non obſtat, quod præſens alienatio fuerit fa-
cta ex cauſa neceſſitatis, quia iam ex pluribus oſtenſum
eſt hîc non fuiſſe probatam neceſſitatem, & maximè ex-
tremam, quæ excuſet ne Summus Pontifex poſſit con-
ſuli, provt requiritur. Maſcard. *d. concl. 75. n. 29.* Redoan. 69
*dict. quæſt. 19. num. 29. 30. 34.* & *quæſt. 51. cap. 22. n. 3. 4. 18.*
Philiuc. *dict. cap. quinto, num. 11.* & tamen Viani debe-
bant probare huiuſmodi neceſſitatem. Riminald. Iun.
*dict. conſ. 233. num. 43.*

Sextò non obſtat, quod ex longitudine temporis præ-
ſumantur ſolemnitates, quia reſpondetur beneplacitum
Apoſtolicum non præſumi niſi lapſu triginta annorum,
cum obſeruantia contractus, vel alia coniectura, vt per
Ferret. *d. conſ. 248. num. 12. lib. 2.* Quarant. *verb. aliena-* 70
*tio, n. 46. verſ. vt huius.* Giouagn. *conſ. 27. num. 17. 41.
libr. 2.* Ludouiſ. *deciſ. 52. n. 2.* & *deciſ. 354. n. 18.* Farinac.
*deciſ. poſth. 270. num. 5. p. 2.* hic autem contractus fuit
celebratus de anno 1593. & lis fuit conteſtata de an-
no 1614. ergo non eſt lapſum tantum tempus, quod
poſſit præſumi licentia Apoſtolica.

Septimò non obſtat, quod Viani non produxerint
prædictum inſtrumentum emphyteuſis, & ideò plura-
litas titulorum præſumatur ad fauorem rei; nam primò
reſpondetur quod Viani emphyteutæ tenentur edere
domino titulum ſuæ poſſeſſionis, & oſtendere confines
rei liuellatæ, alioquin Iudex decernit emphyteuſim
eſſe finitam. Bald. *conſ. 225. num. 2. libr. 1.* Specul. *de* 71
*locato, §. nunc aliqua, quæſt. 141.* Valaſc. *de iur. em-
phyt. q. 8. num. 2. 3. 4.* Menoch. *conſ. 1125. num. 15.* vbi
pulchrè loquitur. Deinde meliùs reſpondetur talia for-
tè procedere in petitorio iudicio, vbi principaliter diſ-
cutitur validitas tituli; ſecus eſt in hoc iudicio recu-
perandæ poſſeſſionis, in quo agens non tenetur docere
dé ſuo titulo valido, vel de titulo aduerſarij inualido,
niſi reus illud exhibeat. Cyriac. *controu. 332. num. 7. 8.* 72
*lib. 2.* Sed ſatis eſt conſtare de poſſeſſione antiquiori
agentis, & recentiori rei conuenti abſque exhibitione
alicuius tituli, vt per DD. *in dict. cap. cùm ad Sedem*,
vbi Abb. *num. 17. de reſt. ſpol.* Alex. *conſ. 6. num. 5. lib. 3.*
Gratian. *diſcept. 318. num. 42. 43. libr. 2.* Verall. *deciſ. 115.
num. 2. p. 3.* Farinac. *d. deciſ. poſth. 58. numer. 1. & ſeqq.
p. 2.* tunc enim poſſeſſiò rei præſumitur clandeſtina.
Menoch. *d. rem. 15. n. 101.* Guttier. *can. qq. lib. 1. q. 34.
num. 52. 53.*

Verumtamen nullo modo videtur poſſe dubitari,
quin Viani ſolo inſtrumento liuelli in actis producto
fulciantur, cùm teſtes dicant eos poſſediſſe ex cauſa
dictæ emphyteuſis à dictis Fratribus Eremitis emana-
tæ, & pendente iudicio ſoluerint annuum canonem in
eadem quantitate expreſſa in dicto inſtrumento, &
propterea conuincuntur iura ſua non aliunde manaſſe,
cum quilibet præſumatur poſſidere ex titulo præambu-
lo, & cauſa præcedenti, ad textum *in l. 2.* vbi Cyn. *ff. de* 73
*acqu. poſſ. & in l. quædam, de rei vendic.* Natt. *conſil. 506.
num. 31.* & Crauet. *conſ. 226. n. 5.* Menoch. *præſumpt. 67.
num. 1. 2. 3. & ſeqq. lib. 6.* Ceph. *conſ. 152. num. 27. 75.*
Gabr. *conſ. 32. num. 2. lib. 1.* Surd. *conſ. 94. num. 34.* Cald.
*de renouat. emph. libr. 1. q. 15. num. 33.* Verall. *deciſ. 309.
num. 3. p. 3.*

Octauò non obſtat non ſatis conſtare, Conſtitutiones
Pauli

Pauli II. & Gregorij XIII. fuiſſe vſu receptas, quia reſ-
pondetur incumbere Vianis probare non vſum; nam ſi
de prima loquimur, notorium eſt eſſe in vſu in hac
74 Diœceſi, & lex præſumitur vſu recepta, quod maximè
dicendum eſt de dicta Paulina, quæ facit ius commune.
Bero. conſil.8.num.9.lib.3. Redoan.de reb.Eccl.non alien.
titulo de locatione,q.6.§.item ex præmiſſis,num.15. Rot.di-
uerſorum deciſ.301.n.2. p.2. latè Garzia de beneſ.p.2.c.1.
num.41.42. Farinac.deciſ.30.num.5.p. 1. vbi vide Ceual.
deciſ.43.n. 4.part. 1. Quarant.verbo Alienatio, num. 48.
verſic.igitur, Rota apud Marcheſan. de commiſſ.p. 1.§.2.
deciſ.13.num.3.fol.109. Barboſ. d.alleg.95. numero 48.49.
Philiuc.mor.p.3.tract.44.cap.1.num.8.

Et hoc idem multò magis dicendum eſt de conſtitu-
tione Gregorij XIII.emanata ad petitionem Religionis
Eremitarum; quæ cùm ſit inſerta in libro illius conſti-
75 tutionum, & ſit ei fauorabilis, præſumitur acceptata,
quia in fauorabilibus ſufficit ſcientia, vt quis dicatur
acceptaſſe. Iaſ. in l. quæ dot.num.7. verſ.ſecundus,ff.ſoluto
matrim. & de communi teſtatur Cagn. in l.ſemper qui,
ſub num.3.ff.de regulis iuris, Ceph. conſ. 33. num.19. Ro-
land.conſ.19.num. 36.libro 1. Burſat.conſ. 33.ſub num.4.
Menoch.conſ.389.numero 10. & conſ. 229. numero 76.&
præſumpt. 39.num.9.lib.2. Tuſch. litt. A, concl.70.num.4.
Surd. deciſ.106.num. 1.Rot. diuerſ.deciſ.663. numero 2.
part.1. Cyriac.contr.315.num.27.lib.2.

Nonò non obſtat validam fuiſſe dictam alienationem
76 cum ſolo conſenſu Vicarij Generalis, quia reſpondetur
vigore dictæ Bullæ Gregorianæ id procedere ſi emphy-
teuſis fuiſſet conceſſa ad duas generationes,vel nomina-
tiones tantùm, & ſi aliter fiat inconſulta Sede Apo-
ſtolica, totum irritum eſt, & inane, vt in dicta Bulla;
hìc autem conceſſio fuit facta in perpetuum: ergo totus
actus corruit non ſeruata forma Bullæ, vt per Natt.
conſ.162. numero 8.libro 1. & ex eius decreto irritanti
infecta remanſit poſſeſſio, & titulus Viani. Mar. Ant.
libro 1.reſol.13.num. 4. 5. Lud. Poſth.dict.tract.de manut.
obſer.46.num.5.& apud eum Rota deciſ. 151.num.8. vbi
cæteri allegantur.

Imò non poteſt dici adfuiſſe conſenſum Vicarij Ge-
neralis, quia non conceſſit fieri alienationem perpe-
tuam, ſed tantùm aſſenſit fieri liuellum; propterea
eius licentia erat intelligenda, vt fieret ſecundùm na-
turam actus ad duas generationes, cum ſuis ſolemnita-
77 tibus, ad textum in l. ſi ſtipulatus,ff. de vſuris, Anch.
conſ.74.num.2.verſ.& per conſequens, Alexand.conſil.106.
numero 3. lib. 4. Caſtrenſ. conſil. 179. numero 2. lib. 1.
Afflict. deciſ. 307.num. 21. Martha voto 232. numero 6.
vbi benè loquitur, Tuſch. litt.L,concl. 352.num. 1.vbi
in terminis ſic dicit, pulchrè etiam Franc. de Cald. de
iur.emph.lib.4.tit.7.n.23.

Decimò non obſtat,quod conceſſio dictæ emphyteuſis
debeat ſuſtineri ſaltem quoad tempus permiſſum,de quo
in dicta Bulla Gregoriana, ſcilicet vſque ad ſecundam
generationem, vt actus valeat omni meliori modo, ſe-
78 cundùm Baldi opinionem. Nam reſpondetur, quod ex
multis aliis cauſis iam vidimus dictam alienationem
fuiſſe in totum nullam; etenim cùm non ſit ſeruata for-
ma licentiæ,actus in totum corruit. Natt. conſ.162.n.8.
lib.1.quem ſequitur Oſaſch. deciſ.165.n.2.3.& deciſ.171.
num.12.in fin.pulchrè Tuſch. litt. L, concl.352.num.7. &
ſatis probatum eſt hìc adfuiſſe non ſolùm defectum ſo-
lemnitatis,ſed etiam cauſæ.

Nihilominus in puncto quæſtionis, an locatio, vel
emphyteuſis conceſſa vltra tempus permiſſum valeat
ſaltem reſpectu temporis permiſſi, licèt inter DD. adſit
maxima controuerſia, & hinc indè allegentur grauiſſi-
mi Auctores, & pro vtraque ſententia, tam affirmatiua,
79 quàm negatiua adſit communis DD. ſententia,vt vide-
re eſt apud Mantic.de tacitis, & ambig.conuent. lib. 5.vbi
etiam ponit rationes vtriuſque partis; tamen in praxi
præualet ſententia Bartoli magis communis, & à Rota
Canonizata, quod imò locatio, vel emphyteuſis facta
pro longiori tempore, vel pro pluribus generationibus
quàm ſit permiſſum, in totum corruat propter formam
ſeruandam in alienandis rebus Eccleſiæ,quoniam forma
eſt indiuidua,& eius defectus non ſinit actum pro parte 80
valere, & pro parte non; adeò vt nunc hæc ſententia
ſit communiſſima, & indubitata, pro qua in primis te-
nuit Bart. in Authent. qui rem, num.7.vbi Iaſ. num.21.C.
de Sacroſ. Eccleſ. idem Bart. conſil. 159. numero 8. lib.1.
Bald.in l. quæcumque, numero 2. C. de bon. quæ liber. Soc.
in l.1.§.ſed ſi mihi, ff. de verb.oblig. Iaſ. in l.1.§.ſi quis ita,
n.23.vbi Rip. numero 32.ff.de verb.oblig.Card.in Clem.1.
§. fin. in fin.de reb.Eccl. non alien. Lap.alleg. 80. num.2.
verſ. Reſpondeo, & num.4.verſ. pro parte, Prob. ad Ioan.
Monach. in cap. vlt.num.2.de pœn. & remiſſ. libro 6.Car-
roc. de locat. ſub tit. de vſur. quæſt.17.de locatione inutili,
num. 6. 7. vbi de communi, & magis communi. Ioan.
Gutt. in rep.l.nemo poteſt,num.53.de leg.1.veriorem dicit
Couar. var. reſol.lib.2.cap.16. num.5.verſ. tandem. Alex.
conſil. 17.numero 10.lib.4. & conſ.165.num. 2. verſic.Se-
cundò adducitur, lib.2. Purpur. conſ.340.num.7. Afflict.
deciſ.107.num.2. vbi quod Conſilium ita iudicauit. Ca-
ualcan. deciſ.43.num.6.part.1.& ſæpiſſimè ita tenuit Ro-
ta, vt videre eſt apud Garz. tract. de beneſ. part. 2. c. 1.
num.55.56.57.58. vbi etiam inquit quod hæc ſententia
poteſt dici iam magis communis,cùm Rota per ſe com-
munem faciat opinionem.Rol. conſ.84.num.29.lib.1.vbi
teſtatur de communi.Plot.conſil.19.num.62.63. Calcan.
conſ.125.num.23.Ioan.Neuiz.conſil.90.num.26.Mar.Ant.
conſ.99.num.6.Lofred. conſ.3.num. 35. ſic etiam habetur
apud Marcheſ. de commiſſ.p. 1. c. 2. num.63.64.fol.57.&
ibidem Rota deciſ.11.num.1.4.fol.106. & deciſ.12.n.1.2.
fol.107.& deciſ.13.num.1.2.fol.109.Ricc.in prax.de alien.
rerum Eccl. reſol. 102. num. 6. & reſol.104. in princ. &
reſol.106.n.3.verſic.ſecunda principalis, vbi inquit, quod
cùm Rota teneat iſtam ſententiam, poteſt dici magis
communis.Mantic. de tacit.& ambig.conuent.lib. 5. tit.4. 81
num.21.& num. 27. vbi hoc admittit, quando conceſſio
eſt vnica, & non diſtributiua, vt hìc, vbi eſt in perpe-
tuum: videndus ad rem Farinac.deciſ.20.num.3.part.1.&
deciſ.poſth.435.num.3.part.1.Prax.Archiep. Neap.cap.75.
numero 15. vbi inquit hoc in Rota Romana haberi pro
indubitato,pulchrè Natt.conſil.162. num. 8.lib.1. Franc.
Becc. conſil.92.num.21.22.Grat.diſcept.715.num.16.verſ.
Iſta eſt,lib.4. vbi teſtatur de communi, & veriſſima opi-
nione à Rota approbata; idem Gratian. diſcept. 905.
num.10.lib.5.Mar.Ant. lib.1.reſol.50. numero 46. latè ſic
etiam tenet Mareſcot. var.reſol.lib.2.cap.25.num. 8.9.10.
& ſeqq. vbi oſtendit quod ratione formæ actus eſt indi-
uiduus,& ideò vtile per inutile vitiatur; ſic etiam pul-
chrè tenet Philiuc.mor.part.3.tract.44.cap.2.num.11.vbi
ad rem quoque inquit quod ſi Epiſcopus, qui tantùm 82
poteſt concedere quadraginta dies Indulgentiæ, cen-
tum pronuntiet,nihil facit, vt etiam dixerat Natt. dict.
conſil.162.num.8.& Afflict.dict.deciſ.107.ſub.num.3.adeò
vt non ſit dubitandum, quin dicta conceſſio vltra tem- 83
pus permiſſum facta, in totum annulletur, vt per Fari-
nac. dict.deciſ.poſth.435.num.3.4.p.1.& ſic idem eſt cen-
ſendum de emphyteuſi, quod de locatione, maximè ad
longum tempus, inter quas nulla eſt differentia, vt per
Petram de fideicommiſ.quæſt.8.num. 86. vbi de communi
teſtatur.

Etenim hæc, quæ diximus, procedunt non ſolùm in
locatione, ſed etiam in emphyteuſi; imò adſunt iura a-
perta,quæ in totum annullant emphyteuſim Eccleſiaſti-
cam vltra tempus permiſſum ſtipulatam, vt habetur in 84
§.Emphyteuſim autem,num. 2. vbi Angelus in Auth. de
non alien.rebus Eccleſ. ibi: Neque quod ſit,habere aliquid
penitus roboris ſinimus: ad quem finem eum textum alle-
gat Rota apud Farinac.dict.deciſ.30. numero 3.part. pri-
ma, & apud Marcheſ. dict.deciſ.13.numero ſecundo,part.
1.fol.109.

Nec



Nec eſt verum, quod Bartol. in d. auth. qui rem,
n.7.8. C.de ſacroſ.Eccleſ. loquatur de locatione, quia
apertis verbis loquitur de emphyteuſi, & ita eum intel-
ligunt omnes, qui illum ſequuntur: & quamuis idem
Bart. in d. conſ.159. n.8. loquatur de locatione; tamen
85 ad firmandam ſuam ſententiam allegat tantùm leges,
quæ de emphyteuſi loquuntur, adeò vt appareat eum
nullam conſtituiſſe differentiam inter locationem, &
emphyteuſim; quoniam dictum Doctoris debet intelli-
gi iuxta iura ab eo allegata. Grat. diſcept.409. num. 28.
libr.4. & verè aliter dici non poteſt, quia in Paulina ita
prohibetur emphyteuſis, ſicut locatio vltra triennium
cum eodem decreto irritanti; & rationes, quæ addu-
cuntur pro hac ſententia, militant tam in locatione,
86 quàm in emphyteuſi, vt videre eſt apud Farinac. dict.de-
ciſ.30. n. 4. part.1. Cùm ergo opinio Bartoli ſit magis
cõmunis,& à Rota canonizata, ab ea non eſt recedendũ.

Verumtamen, ſi alicui placet ſaluare opinionem Bal-
di, neceſſe eſt vt dicat eam procedere quando plures
ſunt conceſſiones,& contrahentes diſtributiuè loquun-
tur, velut ſi locatio fiat per tres annos, & poſteà per
alios tres; & emphyteuſis concedatur in ſecundam, &
tertiam, vel vlteriorem generationem cum diſtributio-
ne caſuum; ſecus eſt ſi conceſſio ſit vniformis,& vnica
ſub vno pretio, quæ vnico contextu, & oratione con-
cludatur, vt hic emphyteuſis perpetua; tunc enim ne-
87 que pro tempore permiſſo ſuſtineri poteſt, ad textum
in dict. §. emphyteuſim, in fin. vbi Angelus in authent. de
non alien. rebus Eccl. ſic diſtinguit. Imol. in l. Quod di-
citur, in fin. verſic. Poſſes dicere, de verbor. oblig. quem
ſequitur Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit.5.
n.27.Tuſc.littera I, concl.406. Couar.var. reſolut.lib.2.
cap.16. n.5. verſ. Verùm, verſic. Tandem, & verſic. Ea-
dem ratione. Quarant. verb. alienatio, n.18. verſic. Hunc
articulum, in fin. Garz. de beneſ. p.2. c.1.n.61.63.65.66.
vbi etiam alios allegat, pulchrè etiam Franc. Becc.
88 conſil.92. num.22. Philiuc. dict. tract.44. cap.2. num.12.
vbi perbellè loquitur.

Nec prædictis obſtat textus in §. quod autem, verſic.
neque illud, in auth. de non alien. reb. Eccleſ. de quo ma-
gnum feſtum facit Bald. in d. Auth. ſi quas ruinas,n.3.C.
de ſacroſ.Eccleſ. ad probandum quod emphyteuſis ſuſti-
neatur pro tempore permiſſo, quia ille textus non ſa-
tis probat intentionem Baldi, eo quod illuc non ageba-
tur de emphyteuſi conceſſa vltra generationem permiſ-
89 ſam,ſed de pacto eam renouandi,finita prima generatio-
ne, quod differt à propoſita quæſtione, quia in ſpecie
remanet ipſa locatio, vel emphyteuſis valida, reiecto
pacto à iure probato,& in fraudem legis addito,ſic Bal-
dum declarat Aret. in l. quod dicitur, n.9. verſ. Et licèt,
de verb. oblig.Alexand.conſ.165.n.7. in fin. lib.2.pulchrè
Couar. dict. libr.2.cap.16. n.5. verſic.non obſtat,vbi con-
gruè reſpondet, & conſentit Mantic. de tac. & ambig.
conuent. lib.5. tit.5.n. 26. verſic. ſed aduertendum; pul-
chrè etiam Garz. dict. tract. de beneſ.p.2. cap.1. num.70.
Mareſc. var. reſol. lib.2. c.25. n.20. vbi benè loquitur.

Denique eſto etiam, quod vera ſit Baldi ſententia,ta-
men ea ſecundùm eius ſequaces intelligenda eſt, niſi ex
probabilibus coniecturis æſtimari poſſit, conductorem,
90 ſeu emphyteutam non fuiſſe conducturum rem pro mi-
nori tempore, quàm conuento; tunc enim locatio, vel
emphyteuſis facta vltra tempus conceſſum, neque ſuſti-
netur quoad tempus permiſſum, veluti ſi emphyteuta
dederit Eccleſiæ tempore contractus notabilem pecu-
niæ ſummam pro obtinenda emphyteuſi tam longa, vt
hìc in perpetuum, tunc enim in totum eſt nulla, & in-
fringitur etiam quoad tempus permiſſum: ſic probatur
per textum in l. Iulianus, §. ſi quis colludente, ff. de ædi-
lit. edict. & ſic diſtinguit Alex. in l.1. §. ſed ſi mihi, n.5.
verſic. Ego puto, vbi etiam Soc. & Alciat. de verb.oblig.
idem Alciat. conſ.17. n.11. lib.4. Carroc. de locat. ſub
tit. de vſur. q.17. de locat. inut. num.8. Redoan. d. q. 61.
num.8. verſ. diſtinguit, Couarr. d. cap. 16. n. 5. verſ. ſed
præmiſſa, Mant. d. tit.5. n.27. verſ. Alio modo, Lap. d.
alleg. 80. num.5. verſ. Nam conductor, Tiraq. de retract.
lignag. §. 23. gl.1. num. 12. 13. Quarant. verb. alienat.
n.18. verſic. Hunc articulum, in fin. Farinac. d. deciſ.30.
n.4. verſ. Cenſebatur, Mareſc. d. libr.2. cap.25.n.21. vbi
multos alios allegat: pulchrè Ioan. Guttier. can. qq.
lib.2. cap.13. n.11. vbi etiam inquit præſumendum eſſe
contrahentes non fuiſſe aliter contracturos, quando 91
alicuius eorum intereſt contractum pro omni tempore,
non pro minori durare, & quando intereſſe eſt conſide-
rabile, vt hìc, vbi valdè intereſt partis Vianæ, quod
emphyteuſis duret in perpetuum, non autem ad duas
generationes tantùm.

Et hoc veriſimilius redditur in caſu noſtro,vbi Viani
tradiderant Monaſterio tempore contractus ducato-
nos 600. exinde enim credibile eſt, eos non fuiſſe ſic
æquo animo contracturos,niſi emphyteuſis foret perpe- 92
tua, vt fuit conuentum; magnum eſt enim diſcrimen
inter hanc, & eam, quæ poteſt peruenire tantùm ad
ſecundam generationem, vt notorium eſt; & quod di-
cimus de Vianis, idem dici poteſt de Eccleſia. Tiraq. d.
tract. §. 23. gl.1. n.13. & Guttier.d.c.13.n.1. Cùm ergo 93
dicta emphyteuſis non poſſit in totum ſuſtineri, nec in
parte valebit, quia in factis contra legem, ſi non valet
quod ago vt ago, nec valet vt valere poteſt, vt inquit
ad rem Bald. in d. l. Quæcumque, n.2. C. de bon. quæ lib.

Et quamuis hæc ſufficiant,tamen ex abundanti adde-
re poſſumus, ſuperuacaneum eſſe de hoc diſputare, cùm
extincta ſit iam Vianorum ſecunda generatio, mortui 94
ſunt enim primi acquirentes, qui conſtituebant primam
generationem, necnon & filius ab eis deſcendens, pa-
ter D. Pauli Æmilij moderni, à quo incipit tertia gene-
ratio, & ſic verſamur iuxta caſum Bullæ Gregorianæ.

Et licèt in hoc variæ ſint DD. opiniones, cùm multi
ſint opinati ſtipitem primum, ſcilicet acquirentem,non
eſſe computandum inter has generationes, quia nemo 95
poteſt ſeipſum generare, vt per Alex. conſil.125. num.8.
vbi Addent. lib.5. Clar. in §.Emphyteuſis, quæſt.34. n.1.
verſ. Tamen hæc, vbi de magis communi; & ſic in caſu
noſtro videatur adhuc durare ſecunda generatio in per-
ſona D. Pauli Æmilij.

Verior tamen, & magis communiter recepta eſt illa
Bartoli diſtinctio, quod hæc opinio procedat quando
lex, vel inueſtitura loquitur diſtinguendo perſonam ac-
quirentis ab eius deſcendentibus, veluti ſi dictum fue- 96
rit, vſque ad ſecundam, vel tertiam ipſius generatio-
nem, vel cum ſimili dictione perſonaliſſima; tunc
enim primus acquirens non computatur: verùm ſi lex,
vel conceſſio loquatur ſimpliciter de generationibus,
velut ſi fiat ad ſecundam, aut tertiam generationem,
tunc primus inueſtitus includitur, & ipſe facit gene-
rationem primam, & iſte eſt caſus noſter, & ita Bart.
diſtinguentem refert, & ſequitur circumſcripta conſue-
tudine Bald. in Auth. ſi quas ruinas,num.4. vbi Caſtrenſ.
in fin. C. de ſacroſanct. Eccl.idem Bald. in l.2.num.8.10.
vbi Salic. col.2. & Iaſ. num.203. C. de iur. emphyteutico,
idem Bald. in l. defuncto, numer.1.2. Cod. ad Tertyllia-
num, vbi inquit hoc eſſe de natura emphyteuſis Eccle-
ſiaſticæ: idem Bald. in add. ad Specul. tit. de loc.§.nunc
aliqua, verſic. item in tertia. Aret. in §. adeò, numer. 3.
Inſtit. de locat. Imol. in l. quod dicitur, col. 9. verſic. ad-
uerte, vbi Alex. num.23. ff. de verb.oblig.Caſtr.conſ.338.
num.1. verſic. Sed in emphyteuſi Eccleſiaſtica, & num. 2.
p.2. Socin. conſ.25. num.6.7. lib.1. Corn. conſil. 133.n.4.
lib.4. Gozad. conſil.25. num.8.17. Ruin. conſ.101. n.23.
libr.2. Bellon. conſ. 80. num.6.7. vbi teſtatur de com-
muni, & indubitata opinione. Alex. conſ.110.num.18.
libr.3. Curt. in tract. de feud. part.3. num.51. verſ.Secun-
dò circa iſtam, Anton. Gabriel commun. concluſ. libr.3.
tit. de iur. emphyt. concl.4. num.1. in princ. & verſic. te-
nendo, vbi teſtatur de magis communi. Mantic. de tacit.
&

*& ambig. conuent. libr. 22. tit. 25. num. 2. 3. 4. & n. 20. in fin.*
vbi inquit quod diſtinctio Bartoli optimè congruit,
quando verbum generationis fuit pronunciatum, vt
hic: pulchrè Verall. *deciſ.* 18. *num.* 1. *p.* 2. Sic etiam di-
ſtinguit Ludouiſ. *deciſ.* 522. *num.* 1. 2. Farinac. *deciſ.* 305.
*n.* 1. *p.* 1. vbi de magis communi, idem Farinac. *deciſ.*
*poſth.* 282. *num.* 1. 2. 3. *p.* 2. vbi ſequitur doctrinam Baldi,
ad rem Mareſcot. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 53. *n.* 1. *&*
*ſeqq. & per totam*, vbi ait diſtinctionem Bartoli eſſe
communem; pulchrè etiam Menoch. *conſ.* 883. *num.* 3.
*libr.* 9. & *conſil.* 1066. *num.* 10. 11. *lib.* 11. *& quaſi per to-*
*tum*, vbi firmat Bartoli diſtinctionem, adeò vt non ſit
dubitandum, quin hæc ſit magis communis, & recepta
DD. ſententia, quæ in caſu noſtro benè congruit pro
97 dicto Monaſterio, cùm Bulla Gregoriana dicat: *Dum-*
*modo emphyteuſis non fiat vltra duas generationes, vel no-*
*minationes*, & ſic ſimpliciter loquitur: vnde cùm primi
acquirentes ſtipulati ſint pro ſe, & deſcendentibus in
perpetuum, ab ipſis debet incipere prima generatio,
ſecundùm prædicta, adeò vt in hoc parum deferendum
ſit Claro aliter ſentienti, vt inquit Menoch. *d. con-*
*ſil.* 1066. *num.* 6. *in fin.*

Vndecimò non obſtat, quod Vianus non teneatur
ſaltem ad reſtitutionem fructuum, quia reſpondetur,
quod ſtante nullitate contractus, tam ex defectu cauſæ,
98 quàm ſolemnitatis, vt vidimus, Monaſterium prædi-
ctum eſt reintegrandum non ſolùm ad prædium malè
alienatum, ſed etiam ad fructus à Vianis perceptos à
die alienationis prædictæ. Grammat. *deciſ.* 79. *num.* 8. *&*
*ſeqq.* Menoch. *de recup. poſſ. remed.* 15. *num.* 634. Redoan.
*de rebus. Eccl. non alien. q.* 76. *cap.* 23. *n.* 7. Borell. *d. tit.* 15.
*num.* 42. Ricc. *in prax. reſol.* 18. *n.* 1. *p.* 1. Guttier. *conſ.* 18.
*num.* 71. Rota apud Marcheſ. *de commiſſ. p.* 1. *cap.* 2. *de-*
*ciſ.* 7. *n.* 1. *fol.* 104. Grat. *diſcept.* 204. *num.* 15. Mar. Ant.
*reſ.* 7. *num.* 8. *lib.* 1.

In quo tamen ego mitiorem partem ſequutus ſum,
dum condemnaui Vianum ad reſtitutionem fructuum à
die litis conteſtatæ tantùm, à quo tempore non poteſt
negari eum fuiſſe in mala fide; & ideò teneri ad fru-
ctus reſtituendos, ad textum *in l. certum, C. de rei ven-*
*dic.* antea verò quoad fructus lucrandos putaui Vianos
poſſe dici in bona fide, quæ poteſt dari etiamſi titulus
99 ſit nullus ex defectu ſolemnitatis. Gratian. *diſceptat.* 931.
*n.* 2. *libr.* 5. etenim Viani credere potuerunt validum eſſe
contractum ſtante licentia Vicarij Generalis Religio-
nis, & auctoritate Vicarij Epiſcopalis; & ſi non in to-
tum, ſaltem durante ſecunda generatione, cùm habeant
in hoc DD. graues pro eis ſentientes; licèt enim id non
proſit quoad acquirendum dominium, tamen videtur,
quod eos excuſet à reſtitutione fructuum, cùm ſufficiat
qualiſqualis occaſio poſſidendi, etiamſi titulus ſit inua-
lidus, & contrahentes errauerint in iure: ſic pulchrè
100 cenſuit Rota apud Farinac. *deciſ.* 518. *n.* 7. *p.* 1. & *deciſ.* 320.
*num.* 1. 2. *& per totam*, *part.* 2. & Rota apud eundem Fa-
rinac. *deciſ.* 101. *poſthum. ſub n.* 1. *p.* 2. & ſtante conflictu
opinionum DD. inter ſe diſſidentium Viani habuerunt
iuſtam cauſam credendi validum fuiſſe contractum,
101 etiamſi erroneè id putauerint, per ea, quæ tradit Me-
noch. *de arbitr. iud. caſ.* 177. *n.* 6. & Sanchez *moral. lib.* 1.
*cap.* 10. *n.* 45. *verſic. At veriùs*, Diana *moral. part.* 2. *tract.*
*de opinione*, *reſol.* 3. & propterea eos cenſui condemnan-
dos ſecundùm epicheiam ad reſtitutionem fructuum à
die litis conteſtatæ tantùm, ad tradita per Bero. *in d. c.*
*ſi quis Preſbyterum*, *n.* 45. *de reb. Eccl. non alien.* Gratian.
*d. diſcep.* 204. *n.* 14. *libr.* 2. vbi allegat Rotæ deciſiones,
Ricc. *in praxi fori Eccl. de alien. rerum Eccl. reſol.* 18.
*n.* 2. *p.* 1. vbi propter bonam fidem inquit ſic fuiſſe reſo-
lutum in Rota in vna Olyſſipon. locationis, prima Iu-
lij 1596. coram Pamphilio; non enim dicitur eſſe in
102 mala fide qui dolo caret, etiamſi in iure errauerit, *leg.*
*ſed et ſi*, §. *ſcire*, vbi DD. *ff. de petitione hæreditatis*, *l. de*
*fructu*, *ff. de donationibus inter virum, & vxorem*. Verùm
quia alij aliter ſentiunt, & regulæ ſicut Carrocio in-
hærent, liberum ſit vnicuique ſentire provt vult, cùm 103
regulariter reſtituendi ſint fructus Eccleſiæ à die alie-
nationis rei malè alienatæ.

Dubium etiam erat an Monaſterium teneretur reſti-
tuere Vianis illos ducatonos 600. in ipſo contractus
initio ſolutos; & hoc quia ſtante nullitate contractus
Eccleſia non tenetur reſtituere pecunias inde habitas,
niſi probentur verſæ in eius vtilitatem. Alexand. *conſ.* 3. 104
*n.* 9. *verſic. circa tertium*, & *num.* 24. *lib.* 3. Rimin. Iun.
*conſ.* 5. *n.* 71. & *conſ.* 233. *n.* 44. Mar. Ant. *lib.* 1. *reſ.* 38.
*n.* 19. *verſ. fuit.* Borell. *in ſumm. deciſ. p.* 1. *tit.* 15. *num.* 70.
Marcheſan. *de commiſſ. in princ. p.* 1. *c.* 2. *num.* 44. *fol.* 55.
Verumtamen in hoc quoque ſequutus ſum mitiorem
ſententiam, & maximè quia agentes pro Monaſterio
agnoſcebant bonam fidem, nec recuſabant reſtitutio-
nem pecuniarum, credentes verſas fuiſſe in vtilitatem
Monaſterij, ideo cenſui illas eſſe reſtituendas, vel in 105
fructibus compenſandas, per ea quæ tradit Guttier.
*pract. qq. lib.* 3. *c.* 8. *num.* 9. *& num.* 23. 25. vbi vide, & ei
congruit quod latè docet Ricc. *in prax. fori Eccl. de alie-*
*nat. rerum Eccl. reſol.* 88. *p.* 1. Sic ergo iudicaui, & ita
iuſtitiæ conuenire cenſui, & pro veritate indaganda
non me ſubtraxi labori, vt meliùs cognoſcerem, quid
mihi agendum, vt vnicuique ius ſuum tribueretur. Et
ita, &c.

In ſecunda inſtantia fuit mea ſententia confirmata, &
Vianus condemnatus etiam ad fructus à die contractus;
ſed in tertia inſtantia coram Rota Romana idem fuit iu-
dicatum, non declarando tamen à quo tempore fructus
ſint reſtituendi, & executio fuit conſummata, ſed reſ-
pectu fructuum, & pecuniarum prædictarum, & alia-
rum prætenſionum res fuit accordio concordata, me in-
teruenientе, & tractante, & tranſactionis inſtrumentum
fuit ſtipulatum me præſente de anno 1639. de menſe
Martij; & quamuis idem negotium diſcuſſum fuerit in
mea controuerſia 105. tamen quia dum illa typis trade-
retur Venetiis, iterum contigit punctum examinare,
vt in Romana Curia rationes adductæ etiam viderentur,
euenit vt quidem quaſi ſub eadem forma Regij impri-
meretur, ſic Patribus Eremitis petentibus; & quia for-
tè materia fuit hac ſecunda vice meliùs digeſta, non
diſplicuit hoc loco repetere.

Poſt hæc ſcripta, fuit à me quæſitum, an vera ſit illa
concluſio à me incidenter tractata, vtrum poſſint vendi
ſub haſta bona Eccleſiæ, vel alicuius Monaſterij ob æs
alienum contractum ab adminiſtratoribus Eccleſiaſti-
cis, & verſum in vtilitatem Eccleſiæ, ſi Monaſterium,
vel Eccleſia non ſoluat ſuo tempore quod debet, vel ſi
à promiſſis, & pactis recedat, & Iudex aditus pro iuſti-
tia ſeruato iuris ordine deueniat ad ſententiam, & poſt
rem iudicatam mandet ſubhaſtari bona Eccleſiæ in ſa-
tisfactionem debiti ſine aſſenſu Apoſtolico, & licentia
Pontificia, ſtante obligatione generali bonorum, quam
fecit Monaſterium, dùm contraxit æs alienum, & pro
eius ſolutione obligauit omnia eius bona.

Pro cuius puncti ſolutione dixi certum eſſe, Prælatum
Eccleſiæ, vel Capitulum Cleri tam Regularis, quàm
Sæcularis non poſſe ſpeciali hypotheca obligare bona
ſtabilia, vel pretioſa pro quocumque contractu, ſiue 106
mutui, ſiue empti, vel alterius generis, ſine licentia
Pontificia, & iuris ſolemnitate; quia ſpecialis hypote-
ca eſt à iure prohibita, vt habetur *in c. Nulli*, vbi Bero.
*n.* 9. *de reb. Eccl. non alien.* & *in* §. *Nos igitur*, *in fin.* &
§. *Quia verò*, *in auth. de non alien. & permut. in extrau.*
*Ambitioſæ*, *eod.* Redoan. *de reb. Eccl. non alien. q.* 2. *c.* 6.
*num.* 11. *& ſeqq.* Bordon. *var. reſol. Regul. p.* 1. *reſol.* 27.
*n.* 4. 13. *&* 58. Et ideò ſi quærimus, an vigore dictæ 107
obligationis ſpecialis poſſit deueniri ad ſubhaſtationem
abſque ſolemnitate aſſenſus Apoſtolici, negatiuè reſ-
pondeo, quia vtrumque prohibitum eſt, ſtante initio in-
ualido, & reſiſtentia Iuris Canonici, & ac etiam Ciuilis.





Verùm ſi loquimur de contractu celebrato ab Eccle-
ſia, eiuſve Prælato ex aliqua iuſta cauſa, & non prohibi-
to per extrauagantem *Ambitioſæ*, neque per caput *Nulli*,
aut aliàs à iure, vt eſt emptio, venditio, locatio, mutuum,
commodatum, & ſimilia, quæ permittuntur etiam Præ-
latis Eccleſiaſticis ob ſocietatem humanam conſeruan-
dam; nimis enim incommodum eſſet Eccleſiarum Præ-
latis, & Eccleſiaſticis, ſi nullo modo contrahere poſſent;
tunc, ſi huiuſmodi contractui licito, & permiſſo per
ſe accedat hypotheca generalis omnium bonorum Ec-
cleſiæ, vel Monaſterij, vtique talis obligatio tenet ſine
alia ſolemnitate aſſenſus Apoſtolici; quia leges hypothe-
cam prohibentes loquuntur de hypotheca nullum ſup-
ponente contractum licitum ex parte hypothecantis;
non autem quando contrahens Eccleſiaſticus ſuo con-
tractui licito, & ex cauſa iuſta adiungit huiuſmodi hy-
pothecam, quia tunc illa ſequitur naturam contractus,
cui apponetur, ſicut acceſſorium ſuum principale; &
ideò ſicut permittitur ille contractus licitus emptionis,
vel mutui, aut ſimilium ſine beneplacito Apoſtolico, ita
generalis hypotheca ei acceſſoria; & ſic communiter
108 tradunt omnes, quod obligatio generalis bonorum Ec-
cleſiæ contracta occaſione emptionis, vel contractus
permiſſi, ſit valida abſque aſſenſu Apoſtolico, vt latè
probat Bero. *in d. cap. nulli*, *num.* 11. 12. 13. 14. 15. *de reb.*
*Eccleſ. non alien.* Couar. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 7.
Redoan. *d. tract. quæſt.* 11. *cap.* 6. *num.* 12. & *quæſt.* 51.
*cap.* 29. *num.* 12. vbi habetur, quod Prælatus contrahendo
poteſt generaliter pro obſeruantia contractus obligare
bona Eccleſiæ ſine licentia Epiſcopi, provt in praxi ſer-
uatur: ſic etiam tenet Molin. *de iuſt. & iure tract.* 2. *diſput.*
466. *in princ.* Bonac. *diſp.* 3. *de contractu feud. quæſt.* 8.
*part.* 4. *num.* 31. *in fin.* Ferd. à Caſtro Palao *moral. part.* 2.
*tract.* 12. *diſp. vnica*, *punct.* 15. §. 2. *num.* 2. plures refert
Barboſ. *in collect. ad d. cap. Nulli*, *num.* 5. *de rebus Eccl. non*
*alien.* latè etiam Bordon. *d. reſol.* 27. *num.* 4. 13. 58. vbi ra-
tiones adducit. Lezan. *in ſum. qq. regular. verbo Alienare*,
*num.* 5. *poſt medium*, *verſ. An autem poſſint*, *tom.* 3. vbi po-
nit rationes. Et ita cenſuit Rota in Amerina bonorum,
coram Em. Veroſpio, 19. Aprilis 1641. & coram Royas,
21. Februarij 1642. & 1. Iunij 1645. §. *Nam licet*, vbi po-
nit rationes. Et ita fuit deciſum per ſacrã Congreg. Card.
109 Concil. Trident. Interpretum, ſub die 14. Iulij 1638. vbi
cenſuit in prohibitione nuper edita de rebus Regularium
non alienandis non eſſe comprehenſam hypothecam ge-
neralem: & ratio eſt, quia cùm Eccleſia ex huiuſmodi
contractibus acquirat, & penes ſe recipiat pecunias, vel
110 bona ſecum contrahentis, poteſt ſub hypotheca generali
obligare ſua bona, quia talis obligatio generalis non eſt
comprehenſa ſub prohibitione alienandi bona Eccleſia-
ſtica, vt per DD. *in d. c. nulli*, vbi Bero. *num.* 12. 13. *&*
*ſeqq.* & Barboſ. *num.* 5. *de reb. Eccl. non alien.* Redoan.
*d. lib.* Nam hypotheca generalis per ſe ipſam nihil ſapit
111 alienationis, cùm per eam non transferatur ius in re, §.
*Item Seueriana*, *Inſt. de action. l. ſi rem*, §. *propriè*, *ff. de*
*pignorat. act.* Et ideò licèt in extrauaganti *Ambitioſæ*,
vbi interdicitur alienatio bonorum Eccleſiæ, prohibea-
tur etiam hypotheca ſimpliciter ſub forma generis; ta-
men cùm ſub ſe non contineat niſi ea, quæ ſunt eiuſdem
naturæ, ſecundùm Bald. *l.* 1. *num.* 4. *C. mandat.* ſequitur
112 quod non poſſit comprehendere hypothecam generalem
tanquam diuerſæ naturæ ab alienatione, ad quam hypo-
theca generalis non eſt directè & principaliter ordinata,
ſed vt magis creditori cautum ſit, adeò vt per eam non
113 poſſit ſequi alienatio niſi in conſequentiam, & ſecun-
dariò; & propterea cùm actus non ſoleat qualificari per
ea, quæ veniunt in conſequentiam, & ſecundariò, vt
*in l. ſi quis nec cauſam*, *ff. ſi cert. pet.* concludendum eſt,
generalem hypothecam non eſſe à iure prohibitam, vt
per Bordon. *dict. reſolut.* 27. *num.* 13. vbi docuit etiam
iura iam à me allegata procedere in caſu vbi hypotheca
fit ſine vllo contractu, quod vix dari poteſt. Et ideò ſic,
vt ſupra dictum eſt, benè, & meliùs fuit dictum in hac
parte per Rot. in dicta Amerina bonorum, 2. Iunij 1645.
§. *Nam licet Domini.*

In his ergo terminis quando Eccleſia fecit contractum
licitum ſine aſſenſu Apoſtolico, & pro eius obſeruatione
obligauit omnia bona ex iuſta aliqua cauſa, adeò vt pe-
cunia verſa ſit in eius vtilitatem, ſi deficiat in promiſſis,
cenſeo quod ſi Prælatus Eccleſiæ vellet ex ſe vendere
bona ſtabilia pro ſatisfaciendo creditoribus, quod non
poſſit id facere ſine aſſenſu Apoſtolico; quia tunc ven- 114
ditio potiùs eſt voluntaria, quàm neceſſaria, vt in puncto
dixit Quarant *in ſum. Bul. verb. alienatio*, *num.* 36. *in fine*,
vbi dixit quod vidit ita practicari. Verùm ſi creditores
vrgeant, & ex fructibus, vel ex bonis Eccleſiæ mobili-
bus non poſſit debitum exſolui, idque liqueat Iudici, &
vendatur res minùs damnoſa iuxta quantitatem debiti,
præcedente Iudicis Eccleſiaſtici condemnatione, & de-
creto, poteſt deueniri in executionem rei iudicatæ ad
ſubhaſtationem bonorum Eccleſiæ, mediante ſic Iudice 115
Eccleſiaſtico ad inſtantiam creditorum, propter vrgens
debitum legitimè contractum, & in Eccleſiæ vtilitatem
verſum; quia tunc alienatio cenſetur neceſſaria, & coa-
cta, & non cenſetur comprehenſa ſub prohibitione alie-
nationis, vt *ex l. alienationes*, *ff. famil. hercisc. l. peto*, §.
*prædium*, *ff. de legat.* 2. *l. pater filium*, *in princ.* vbi Bart.
*de legat.* 2. & *in cap.* 2. §. *hoc ius*, 10. *quæſt.* 2. & per tex-
tum *in l. ſi pupillorum*, §. *ſi pupillus*, vbi Din. Bartol.
Bald. *ff. de rebus eorum*, gloſſa *in ſum. in verb. nunc quæ-*
*ritur*, vbi etiam Turrecrem. 12. *quæſt.* 2. & Abb. *in cap.*
*ad noſtram*, *de reb. Eccl. non alien.* ſic pulchrè docet
Quarant. *in d. verb. Alienatio*, *num.* 36. vbi probat poſſe
deueniri ad ſubhaſtationem bonorum Eccleſiæ ad inſtan-
tiam creditorum, ſic Iudice Eccleſiaſtico mandante ſine
aſſenſu Apoſtolico, ſeruatis conditionibus ſubhaſtatio-
num, vt *in auth. hoc ius porrectum*, *C. de ſacroſ. Eccleſ.* &
*d. cap.* 2. 10. *quæſt.* 2. Et hoc idem probatur ex gloſſa *in*
*leg. A Diuo Pio*, §. *in venditione*, *in verb. iſto modo*, vbi
Bart. *de re iudic.* vbi docet, quod in ſubhaſtandis bonis
Eccleſiaſticis non ſeruatur Eccleſiæ aliquod priuilegium; 116
& meliùs idem probat Bart. *in d. auth. hoc ius porrectum*,
*num.* 21. *C. eod.* vbi docet quod ſi Eccleſia pignorauit
fundum eo caſu, quo ſibi licet, vnde creditor vult ven-
dere pignus, ille non tenetur ſeruare ſolemnitatem illius
legis, vel decretalium, ſed poteſt liberè vendere ſicut
rem minoris, vel alterius priuati; & idem ſentire videtur 117
Bald. *in d. l. ſi pupillorum*, §. *ſi pupillus*, vbi dicit quod ſi
Eccleſia obligauit eius bona creditori cum decreto Epi-
ſcopi, ille poteſt vendere, non ſeruata aliqua ſolemnita-
te, & valet venditio; & ſequitur Dec. *in conſ.* 558. *num.* 9.
dicens, quod ſi creditor Eccleſiæ vendat abſque alia
ſolemnitate, valet venditio: & idem tenet Nic. de Nap.
*in d. l. ſi pupillorum*, §. *ſi pupillus*, & cum prædictis con-
cordat Fabian. de Monte *in tract. de empt. quæſt.* 5. *prin-*
*cipal. num.* 117. *verſic. quintò in re*, *tom.* 6. *part.* 1. Ant. de
Nigris *in tract. de ſubhaſt. cap.* 4. §. 1. *num.* 2. & *num.* 10.
& §. 13. *num.* 35. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. quæſt.* 19.
*num.* 91. *& ſeqq.* Poſth. *de ſubhaſt. inſpect.* 2. *num.* 8. & cen-
ſuit Rot. *in d. Amerina bonorum*, *die* 21. *Febr.* 1642. *&*
18. *Maij* 1643. & 26. *Februarij* 1644. Et ego dixi *in contr.*
105. *n.* 58. *p.* 1. adeò vt hæc opinio ſit communis, & magis
communis.

Et quamvis Rota *in d. Amerina bonorum*, *ſub die* 2. *Iunij*
1645. *in* §. *Attamen, coram Royas*, receſſerit à deciſis per
doctrinam Beroi *in d. c. Nulli*, *n.* 15. *verſ. animaduertendum*,
*de reb. Eccl. non alien.* & Redoan. *eod. tract. q.* 2. *cap.* 6. *n.* 13.
*& n.* 16. *verſ. vbi etiam*, qui docent quod licèt valida ſit
hypotheca generalis abſque aſſenſu Sedis Apoſtolicæ
contracta, nihilominus nequeat ſine illo deueniri ad ſub-
haſtationem bonorum Eccleſiæ, cùm tunc deueniatur ad
caſum, à quo ſine beneplacito Apoſtolico non poteſt inci-
pi, & ceſſat ratio allegata, quod ſcilicet hypotheca ge-
neralis in ſua primæua origine nil ſapiat alienationis,

quia cùm producat in eſſe effectum prohibitum, debet & ipſa reputari prohibita tanquam cauſa efficiens dicti actus prohibiti, non autem ex ſui natura; nihil nobis officit.

Nam reſpondetur quod neque Bero. neque Redoan. probant aliquo iure hanc ſuam intentionem contra communem aliorum Doctorum ſententiam, nec aliquid allegant, propter quod recedendum videatur à prædicta communiſſima ſententia; ſiquidem Bero. *in d. c. nulli, n. 15. verſ. animaduertendum*, dicit hoc videri probari *in d. §. hoc ius porrectum*, 10. *q*. 2. & tamen in eo id non probatur, imò in eo ordinatur modus deueniendi ad ſubhaſtationem bonorum, nec alia ſolemnitas requiritur niſi ea, quæ ſolet adhiberi in ſubhaſtationibus, & vrgente creditore, ſi ex mobilibus non poſſit ſolui debitum, mandat rem Eccleſiæ publicè fieri venalem, vt plus offerenti detur pro debito ſoluendo: ex quibus comprehenditur non aliam requiri ſolemnitatem, niſi ea, quæ in ſubhaſtationibus eſt neceſſaria.

At Redoan. *in d. tract. q. 2. n. 16.* dicens quod licèt ſolemnitas, & cauſa in hypotheca generali non requiratur tempore, quo res obligata diſtrahitur, nihil aliud allegat, quàm auctoritatem dicti Auguſtini Beroi dicto loco; & ideò eadem eſt reſponſio, & cenſeo magis credendum eſſe Bartolo *in d. auth. hoc ius porrectum, num.* 21. *C. de Sacroſanct. Eccl.* docenti in diſtractione non requiri
120 talem ſolemnitatem, quem ſequitur caterua Doctorum, vt vidimus; initium enim ſpectandum eſt ad actus validitatem, quia cauſa incipiens eſt potentior perficiente, & omnis proceſſio fit à principiis, ſtante quod finis regulatur à ſuo principio, *l.* 3. §. *ſero, ff. de minor.* vbi Bald. & ſic etiam Ang. *in l. ſi poſſeſſor, §. redactæ, de petit. hæred.* & ex Ariſt. *lib.* 1. *de cœlo*, Angel. *conſ.* 110. *num.* 6. *poſt med.* pulchrè Crauet. *conſ.* 883. *num.* 13. Surd. *conſ.* 301. *num.* 36. Sperell. *deciſ.* 14. *num.* 9. & ideò cùm ab initio contractus fuerit validus, & hypotheca generalis valida ſine aſſenſu apoſtolico, ideò non attenditur, quid
121 poſteà eueniat, quia vno conceſſo omnia conceſſa intelliguntur, ſine quibus illud expleri non poteſt, *capit.* 5. *ad fin. de off. deleg.* licèt alias actus expediri poſſet, ſed non ita commodè, *leg. pen. ff. de vſufruct.* ſic Bordon. *d. reſol.* 27. *num.* 13. *verſu, Non quia.* Legiſlatores enim qui permiſerunt hypothecam generalem, & Sacra Card. Cong. de qua ſuprà, notum habuerant vigore dictæ hypothecæ generalis poſſe deueniri ad ſubhaſtationem ſecundùm ordinem dictæ legis *à Diuo Pio, §. in venditione*, vbi DD. *de re iudic.* Ideò non eſt mirandum de effectu prædicto, qui reſultat ad mentem legis.

Nec obſtat quod hac via daretur caſus alienationis bonorum Eccleſiæ abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, contra diſpoſitionem Paulinæ, & aperiretur via pluri-
122 bus fraudibus, ad quas euitandas illa fuit inuenta, vt per Rebuf. *conſil.* 109. *n.* 18. & *conſil.* 111. *num.* 1. 9. *& ſequent.* & Quarant. *dict. verbo Alienatio, num.* 34. *verſic. Ad cuius opinionis.*

Nam reſpondetur non eſſe abſurdum in iure dari aliquos caſus, in quibus licet deuenire ad alienationem bo-
123 norum Eccleſiæ inconſulto Romano Pontifice, prout vndecim caſus ponit Card. Alex. *in cap. ſine exceptione, col. penult. & vlt.* 12. *q.* 2. & eum ſequitur Capyc. *in deciſ.* 105. *num.* 2. & latiùs ſequitur Tambur. *de iur. Abb. p.* 3. *diſp.* 13. *quæſt.* 9. *per totam*, ſicut eſt caſus præſens ex cauſa neceſſitatis coactæ, quando coram Iudice vrget debitum ab ipſa Eccleſia contractum, vt *in dict. auth. Hoc ius porrectum, & auth. Sancimus, C. de Sacroſ. Eccl.* & *d. cap.* 2. §. *Hoc ius*, 10. *quæſt.* 1. Quarant. *d. verbo, Alienatio, n.* 36. Barboſ. *de off. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 95. *n.* 23. Siquidem in dicta
124 Extrauaganti *Ambitioſæ*, non prohibetur abſolutè alienatio bonorum Eccleſiæ, ſed excipiuntur caſus à iure permiſſi, inter quos hic enumeratur, vt per Barboſ. *d. alleg.* 95. *n.* 22. 23.

Nec de fraude dubitandum eſt, cùm res agatur coram Iudice Eccleſiaſtico, qui priùs debet examinare, an debitum Eccleſiæ ſit legitimè contractum, & verſum in vti- 125
litatem Eccleſiæ, vt *in d. cap.* 2. §. *hoc ius*, & antequam fiat ſubhaſtatio debet inquirere quid magis expediat alienare, & quod res offerenti plus detur, & alia, de quibus per Quarant. *d. verb. Alienatio, n.* 36. & per Redoan. *de rebus Eccl. non alien. quæſt.* 19. *num.* 91. 92. *& ſeq. n.* 126. quibus ſeruatis videtur impoſſibile, fraudem admitti poſſe, maximè coram Iudice, qui vir bonus eſſe præſumitur, & in 126
iudicando præſtare debet, quæ à viro bono præſtari conuenit, per *l. continuus, §. cùm ita, de verbor. obligat.* & *in l. cœteræ, §. primo, ff. famil. herciſc.* Alexand. *conſil.* 3. *n.* 8. *lib.* 1. Ruin. *conſil.* 63. *num.* 1. *lib.* 4. Pariſ. *conſil.* 168. *num.* 8. *lib.* 4. Socin. Iun. *conſil.* 121. *n.* 33. *lib.* 2. qui vno ore ſcripſerunt Iudicem bonum virum dici, & cenſeri, à quo propterеà fraudem abeſſe præſumendum eſt, quod adeò verum cenſetur, vt per auctoritatem Iudicis non requiratur alia 127
ſolemnitas in venditione pignoris, vt *in l.* 3. §. *pignor.* & §. *ſeq. ff. de rebus eorum*, & maximè vbi tractatur de alienatione ex cauſa neceſſaria, quæ in fraudem facta non præſumitur, per textum *in l. non ſolùm, §. primo, ff. de alien. iud. mutand. cauſ. facta*, Menoch. *de arbitr. iud. caſ.* 182. *n.* 28. & propterеà hic caſus non videtur comprehenſus in dicta Paulina, vbi alienatio fit Iudice compellente, iuxta 128
ordinem iudiciorum, vt per Quarant. *dict. verb. Alienatio, num.* 36. & ego dixi *dict. controuerſ.* 105. *num.* 58. *& ſuprà dictum eſt num.* 35. 46. Alienatio enim dicitur neceſſaria, & coacta, quæ fit iubente Iudice, & reo inuito, 129
vt probatur *in l. Peto, §. prædium, ff. de legat.* 2. Gabr. *conſ.* 118. *num.* 5. 8. *lib.* 1. Petra *de fideic. q.* 8. *num.* 31. Burſat. *conſ.* 44. *n.* 29. Riminald. Iun. *conſ.* 233. *num.* 39. Giouagn. *conſ.* 22. *n.* 15. *lib.* 2. & expedit fieri ſubhaſtationem, quia 130
hæc adinuenta eſt ad fraudes tollendas. Poſthius *de ſubhaſtat. inſpect.* 4. *n.* 55.

Nec obſtat quod hæc procedant quando Iudex venit ad alienationem vigore obligationis contractæ cum ſolemnitatibus, eo quod in tantùm Iudex valet deuenire ad alienationem, in quantùm ſolemnitas interuenit in 131
natiuitate obligationis, ex Bald. *in l. ſi pupillorum, §. ſi pupillus, ff. de rebus eorum*, & Molin. *de primog. Hiſpan. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 3. *verſ. nec obſtat*, Capyc. *deciſ.* 56. *num.* 5. 6.

Nam reſpondetur primò exinde non probari aſſumptum, quia Bald. *in d. l. ſi pupillorum, §. ſi pupillus*, loquitur in ſpeciali hypotheca, non in generali, & propterеà non eſt mirum ſi ab initio fuit neceſſarium decretum Epiſcopi dum Eccleſia obligauit prædium creditori, ex textu *in d. cap. Nulli, de rebus Eccl. non alien.* & propterеà hæc materia non eſt reſtringenda ad caſum prædictum, ſed generaliùs explicanda, quando Eccleſia ab initio contraxit validè: etiam ſine decreto, cùm tunc poſſit etiam generaliter obligare eius bona; quo caſu 132
data validitate contractus ab initio, non eſt poſteà neceſſe adhibere ſolemnitates in alienando iudicialiter ex iuſſu Iudicis, iuxta doctrinam Bartol. *in d. auth. hoc Ius porrectum, num.* 21. vbi ſolùm requirit, quod Eccleſia contraxerit eo modo, quo ſibi licuit, & cùm pateat poſſe Eccleſiam contrahere multis modis, & generaliter obligare eius bona ſine decreto Epiſcopi, ex Redoan. *de reb. Eccl. non alien. quæſt.* 51. *cap.* 29. *num.* 2. licebit etiam iudiciorum ordine ſeruato deuenire ad ſubhaſtationem, prout ſuperiùs viſum eſt abſque alia ſolemnitate decreti, quod ſicut non fuit neceſſarium in principio, ſic nec erit in fine.

Deinde reſpondetur ex prædictis non probari neceſſariã eſſe ſolemnitatem aſſenſus Apoſtolici, cùm hic caſus ſit de exceptis, qui non requirunt licentiam Sedis Apoſtolicæ: & ſolùm poteſt dubitari, an requiratur ſolemnitas ſolita adhiberi in venditione pignoris, & ſubhaſtatione, de qua *in d. auth. hoc ius porrectum.* De hac enim ſolummodò quærit Bald. *in d. l. ſi pupillorũ, §. ſi pupillus.* Et propterеà ſequitur, quod hypotheca generalis adiecta contractui Eccleſiæ permiſſo ſine aſſenſu Apoſtolico, ſuum debeat ſortiri effectum, vt bona hypothecata in caſu inobſeruantiæ, vel contrauentionis poſſint ſine aſſenſu Apoſtolico diſtrahi, ſeruatis tantùm ſolemnitatibus in ſimilibus diſtractionibus adhibendis, vigore dictæ hypothecæ generalis, de quibus in dicta *auth. hoc ius porrectum*, & *in cap.* 1. §. *hoc ius*, 10. *quæſt.* 2. & ideò ſufficiet ſola ſolemnitas haſtarum cum Iudicis Eccleſiaſtici auctoritate facta.



Nam quando iuſſu Iudicis Eccleſiaſtici vrgente ære alieno in vim rei iudicatæ contra Eccleſiam, vigore de-
133 biti præcedentis legitimè contracti fundus eſt pignori captus, ad finem ſatisfaciendi creditoribus, tunc non ipſi Eccleſiaſtici dicuntur alienare, ſed iudex ipſe, qui diſtractionem mandat, vt probat clarè textus *in l.* 3. §. *pignori, ff. de rebus eorum*, licèt partem repræſentet, *leg. ob cauſam, C. de euiction.* & propterеà in huiuſmodi diſtractione, & ſubhaſtatione non requiritur alia ſolemnitas, vel decretum, etiamſi res aliàs ſit prohibita alienari, vt ſunt bona
134 Eccleſiæ, & minorum; ſed proceditur ad executionem, & ſubhaſtationem, ſeruato ordine iudiciorum, & ſine alia ſolemnitate, & abſque alio decreto tenet alienatio, vt *in l.* 2. §. *pignori*, & §. *item quæri, eod. tit.* & *in l. à Diuo Pio, §. fin. in fin. ff. de re iudic.* & *leg. prima, C. de præd. minor.* & firmant Azor *in rubr. C. quand. decret. op. non eſt, num.* 3. Ioan. de Plat. *in l.* 2. *circa med. verſ. illa tamen, C. de præd. Curial. ſine decret. non alien. lib.* 10. Bartol. *in l. Papinianus, §. ſed nec impubes, n.* 3. *ff. de rebus eorum*, Guido Pap. *deciſ.* 31. *num.* 6. Rebuf. *tom.* 1. *Conſtit. tit. de lite obligat. art.* 3. *gl.* 2. *n.* 16. Menoch. *de arb. iudic. caſ.* 171. *num.* 71. 72. Simoncell. *de decret.* 3. *tit. inſpect.* 3. *num.* 27. *tit.* 2. *p.* 2. *fol.* 306. Taurin. *deciſ. recent.* 545. *num.* 8. *part.* 2. quæ iura procedunt etiam quando ad inſtantiam credi-
135 torum proceditur ad executionem, & ſubhaſtationem bonorum Eccleſiæ, vt per Ioan. *de Plat. in d. l.* 2. & Bart. *in d. auth. hoc ius porrectum, num.* 22. & *in l. creditores, num.* 7. *verſ. ad quod facit, C. de pignor.* Menoch. *de adipiſc. remed.* 5. *num.* 13. Bordon. *d. reſol.* 27. *n.* 63.

Nam hæc non eſt ſpontanea, ſed exacta, & neceſſaria alienatio Iudicis auctoritate facta, dum Iudice mandante
136 ſubhaſtantur bona, ex *leg. Peto, §. prædium, ff. de leg.* 2. Gemma *deciſ.* 178. *num.* 2. Burſat. *conſ.* 44. *num.* 29. 31. Menoch. *d. caſ.* 171. *num.* 72. Ideò propriè non venit ſub
137 nomine alienationis, & diſpoſitio quælibet loquens de alienatione non intelligitur de hac coacta, & neceſſaria, vt per Soc. Sen. *conſ.* 90. *col. vlt. lib.* 4. Curt. Sen. *conſ.* 27. *col.* 8. Pariſ. *conſ.* 98. *num.* 79. *lib.* 1. Roland. *conſ.* 21. *num.* 16. *lib.* 1. Menoch. *d. caſ.* 171. *num.* 72. Vnde eſt quod Paulina prohibens alienationem bonorum Eccleſiæ, non comprehendat hanc coactam, & neceſſariam ob Iudicis auctoritatem, & mandatum, & propterеà
138 in conſequentiam actus permiſſi, ſcilicet debiti legitimè contracti, fieri poteſt, quod directè, & principaliter fieri nequiret, vt plenè poſt Soc. *conſil.* 81. *num.* 9. *lib.* 3. probat Altograd. *in conſ.* 3. *num.* 22. 23. non enim voluntaria dici poteſt hæc alienatio, quia voluntas coacta non eſt voluntas, *leg. velle, de regul. iur. cap. veniens, de ſponſal.*

Nec obſtat nullo vnquam caſu poſſe deueniri ad diſtractionem iudicialem occaſione obligationis initæ abſq; aſſenſu Apoſtolico, niſi in caſu ſoluendi debita contracta ab aliquo Rectore Eccleſiæ, qui eidem reliquerat plura ſua bona, cùm eo caſu æs alienum fuerit ab initio ritè, & rectè contractum, ex quo auctor non tenebatur aliquas adhibere ſolemnitates: ex Bordon. *d. reſol.* 27. *n.* 63. Rot. *in Romana locorum Montium*, 18. *Maij, coram Meltro*, & *in d. Amer. bonorum*, 2. *Iunij* 1645. *coram Royas, in §. & quidem.* Nam id verum eſt in caſu prædicto, ſed retorquetur, quia ſi tunc licet deuenire ad alienationem ſine alia ſolemnitate, quia ab initio debitum fuit ritè, & rectè contractum ſine ſolemnitate, quare non licebit in caſu noſtro, vbi Eccleſia poteſt contrahere, & generaliter bona hypothecare ſine aſſenſu Apoſtolico? vtique non erit diſpar ratio ad probandum alienationem fuiſſe neceſſariam, quia nos loquimur in caſu, quando Eccleſia ab initio validè contraxit ſine aſſenſu Apoſtolico, contrahendo æs alienum in caſu permiſſo.

Nec obſtat quod aliquid dicitur voluntarium, vel neceſſarium ſecundùm obligationis originem, ſi proueniat ex facto hominis, vel legis, ex Tiraquell. *de retract. li-* 139
*gnag.* §. 1. *gl.* 14. *n.* 13. Menoch. *præſ.* 110. *lib.* 4. & alios ad rem congerit Ferdin. Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 3. *c.* 26. *num.* 45.

Nam reſpondetur, quod permiſſum eſt Eccleſiæ, ſeu eius Prælato contrahere æs alienum, & illud dicitur neceſſarium non ſolùm ſi adſit cauſa neceſſitatis, ſed etiam ſi adſit iuſta cauſa contrahendi, quia neceſſitatis nomine 140
intelligitur omnis iuſta cauſa, vt per Redoan. *d. tract. quæſt.* 19. *num.* 3. & propterеà etiamſi ab initio videatur Prælatum voluntariè debitum feciſſe, tamen ſi iuſta adfuerit cauſa, & totum verſum ſit in Eccleſiæ vtilitatem, debitum dicitur neceſſarium, & alienatio facta pro ſol- 141
uendo dicto ære alieno, ſi non poſſit de fructibus ſatisfieri, & vrgeant creditores, dicetur neceſſaria, & coacta, ad finem vt mandante Iudice poſſint bona ſubhaſtari ſine alio decreto, vel aſſenſu Apoſtolico; æs enim alienum vtile Eccleſiæ, vel pupillo facit hanc venditionem 142
neceſſariam, vt probatur *in d. l.* 3. §. *ſi pignori*, & §. *ſeq. ff. de rebus eorum, Auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Redoan. *d. q.* 19. *num.* 12. Tambur *de iur. Abb. p.* 3. *diſp.* 13. *q.* 4. *n.* 1. *verſ. prima cauſa eſt*, & quæ in contrarium adducuntur, procedunt ſi Prælatus alienaret ſponte, vt ſolueret æs alienum, non coactè per Iudicem. Quarant. *dict. verb. alienatio, n.* 36.

Et ſanè ex verbis ipſius extrauagantis *Ambitioſæ*, appertè colligitur Pontificem loqui, & legem dediſſe in venditionibus voluntariis factis ab adminiſtratoribus, & Curatis Eccleſiarum, cùm omnia verba eius ſint directa in illorum perſonas; ſecus quando non fit à prædictis, ſed à Iudice, inſtantibus creditoribus, quemadmodum in ſimili de ſolemnitate in venditione bonorum minorum adhibenda non requiritur, quando fit in iudicio inſtantibus creditoribus, vt *ex dict. leg.* 3. §. *pignori, ff. de rebus eorum*, per Bartol. *in d. l. Papinianus, §. ſed nec impubes, n.* 3. *verſ. probatur*, ad rem Quarant. *d. verb. alienatio, n.* 36. & ego dixi *d. contr.* 105. *num.* 58. Ex quibus concludendum mihi videtur, non requiri ſolemnitatem aſſenſus 143
Apoſtolici, niſi in alienatione voluntaria à miniſtris Eccleſiæ facienda, non autem quando alienatio, & ſubhaſtatio fit à creditoribus auctoritate Iudicis in vim dictæ hypothecæ generalis permiſſæ ſine ſolemnitate Apoſtolici beneplaciti, quia tunc ſufficit ſolemnitas dictæ authenticæ *hoc ius porrectum*, & *d. l. à diuo Pio, §. in venditione*, licèt enim hodie non requiratur ſubſtaſtatio in venditione bonorum Eccleſiæ, Gratian. *diſcept. forenſ.* 479. *num.* 14. tamen id procedit in actu extraiudiciali; 144
verùm ſi agatur de executione rei iudicatæ facienda à Iudice inuito reo, ea eſt neceſſaria, *per l. à diuo Pio, de re iudic.* & ſubhaſtatio ſemper eſt vtilis, & probat diligen- 145
tiam. Gratian. *diſcep. præd.* 479. *num.* 22. Poſth. *de ſubhaſt. inſp.* 4. *n.* 56. quibus adhibitis ceſſat omnis fraus, & dolus, & omne damnum, quod Eccleſiis euenire poſſet, ex quo interuenit Iudicis auctoritas, quæ omnem dolum, & fraudem ceſſare facit iuribus notis, & vulgaribus, alioquin difficile eſſet inuenire, qui vellet contrahere cum Eccleſia, dum hypotheca generalis non poſſet ſolitum effectum operari.

Et ita, &c.

# CAPVT CLXXXIV.

## Epitome.

An liceat donare, vel legare concubinæ, & cui debeat legatum applicari.

### SVMMARIVM.

1 Teſtator poteſt diſponere ad libitum de rebus ſuis.
2 Concubinæ ſuæ poteſt teſtator donare, vel legare.
3 Concubinæ illicitæ legatum ſolus fiſcus aufert.
4 Fiſci iura nemo allegare poteſt, niſi fiſco volente.
5 Manutentio datur hæredi ex ſolo ſtatuto de continuanda poſſeſſione.
6 Statutum de continuanda poſſeſſione facit hæredem præferri donatario.
7 Hæres habet titulum etiam in re alteri legata.
8 Manutentio non impeditur per iura turbida.
9 Vſufructuarius non poteſt frui, niſi data cautione.
10 Hæres poteſt retinere bona, donec vſufructuarius caueat.
11 Concubinæ continuanti non licet legare.
12 Concubina non emendata eſt incapax legati.
13 Concubinæ licitæ iure ciuili licet donare.
14 Concubinæ cuicumque iure canonico non licet donare.
15 Concubinæ illicitæ non poteſt teſtator legare, aut donare.
16 Fiſcus reuocat à concubinis legatum eis factum.
17 Concubinæ legatum factum non aufertur, niſi volente fiſco.
18 Hæres non poteſt denegare concubinæ præſtationem legati.
19 Indigno legatum ſolus fiſcus reuocat.
20 Indignus debet manuteneri in poſſeſſione donec à fiſco excludatur.
21 Concubina poteſt retinere donata, & legata.
22 Concubina illicita non habet actionem ad petendum legata, & donata.
23 Concubina turpis non poteſt petere.
24 Concubinæ donans non obligatur ad traditionem.
25 Mulier turpis non poteſt petere donata.
26 Datum ex turpi cauſa non poteſt retineri.
27 Legatum factum concubinæ illicitæ eſt ipſo iure nullum.
28 Exactio rei donatæ non datur concubinæ illicitæ.
29 Concubina licita de iure ciuili habet exceptionem, & actionem ad petendum.
30 Nati ex concubina illicita ſunt incapaces.
31 Vitium eſt grauius in cauſa, quàm in cauſato.
32 Concubinæ ſunt magis incapaces, quàm earum filij.
33 Spurij non habent actionem ad petendum legata.
34 Fiſcus ſolus adducit iura ſua.
35 Indignus quando repellendus à legato.
36 Actore non probante reus abſoluitur.
37 Tertij ius quando poßit allegari ab actore.
38 Ius fiſci quomodo poſſit allegari.
39 Concubina militis, vel Clerici non poteſt petere legata, vel donata.
40 Indignus, & incapax legati excluditur ab hærede.
41 Concubina illicita eſt indigna, & incapax.
42 Verbum, Non poteſt, inhabilitat perſonam.
43 Militis concubina eſt incapax.
44 Fœminæ turpes incapaces ſunt legatorum magis, quàm filij.
45 Mulieres turpes ex ſtupro, vel adulterio ſunt incapaces legati.
46 Concubinæ non prodeſt confeßio adulteri de recepto.
47 Retentio non conceditur concubinæ illicitæ.
48 Legatum factum concubinæ illicitæ eſt ipſo iure nullum.
49 Concubinæ, quæ non poteſt eſſe vxor, non valet factum legatum.
50 Concubinæ legatum an valeat ob benemerita.
51 Hæredes abſoluendi ſunt ab iniqua petitione legati facti concubinæ.
52 Concubinæ illicitæ donatio facta eſt irrita.
53 Repetitio datur pro donatis concubinæ.
54 Concubinæ donata an poſſint reuocari.
55 Donatio facta concubinæ non confirmatur iuramento.
56 Concubina an poßit habere ſalarium, vt pediſſequa.
57 Ius tertij quando poſſit allegari.
58 Retentio faciliùs datur, quàm actio.
59 Concubina non poſſidens excluditur à legato ab ipſo hærede.
60 Incapacitatem legatarij etiam hæres allegare poteſt.
61 Fiſcus ſolus poteſt ab indigno legatum auferre, & quando.
62 Concubinæ an excludantur à fiſco, vel ab hærede.
63 Legatum concubinæ factum remanet penes hæredes.
64 Retentio datur hæredi de re concubinæ legata.
65 Concubinæ legatum an hæres cogi poſſit ad ſoluendum.
66 Indignitatis exceptio à ſolo fiſco opponi poteſt.
67 Concubina poteſt petere legatum ſibi ab amaſio factum, & quando.
68 Meretrix an habeat actionem ad mercedem.
69 Coïtus punibilis efficit, vt concubina non poſſit petere donata.
70 Subſtitutus concubinæ excludit fiſcum.
71 Repetitio legati concubinæ præſtiti an detur hæredibus.

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Cremonenſi incapacitatis legati fui requiſitus,
an teſtator poſſit relinquere vſumfructum bonorum
ſuorum ſuæ concubinæ, quam habuerat in commercio,
dum ſimul vxori iunctus erat; & caſu quo petat legatum
vſusfructus, vel alterius ſpeciei, poſſint hæredes ei de-
negare præſtationem. Et ſanè prima facie videbatur reſ-
pondendum adimplendam eſſe teſtatoris voluntatem, 1
quia de rebus ſuis poteſt ad libitum diſponere, §. diſpo-
nat, in Auth. de nupt.
Deinde nullo iure videtur eſſe prohibitum teſtatori
ſuæ concubinæ donare, vel legare, ad textum in l. affe- 2
ctiones, & in l. donationes, ff. de donat. l. qui concubinam,
& leg. item legato, §. parui, ff. de leg. 3. & §. 1. in Au-
thent. quib. mod. nat. eff. legit. & quatenus ipſa eſſet in-
digna, videtur quod ſolus fiſcus ab ea auferre poſſit, 3
vt habetur in l. Claudius, & in l. mulierem, ff. de his qui-
bus vt indign. nemo enim poteſt iura fiſci adducere, & 4
allegare, niſi fiſco volente, leg. his conſequenter, §. fin.
vbi gloſſa, ff. fam. erciſc. l. ea ſola, ff. de reg. iur. vbi DD.
cum vulgaribus.
His tamen non obſtantibus cùm hæres ſit in poſſeſſio-
ne actuali omnium bonorum teſtatoris, dixi in ea manu-
tenendum eſſe, non obſtante petitione dictæ vſufructua-
riæ: tum quia non dedit cautionem de vtendo, & fruendo
arbitrio boni viri; tum quia eſt concubina adultera, & ſic
punibilis, & accuſabilis, propter quod cenſetur non ſo-
lùm indigna, & incapax legati, ſaltem quoad actionem;
cùm enim extet ſtatutum de continuanda poſſeſſione in
hæredem abſque alia apprehenſione, vtique etiam vigo- 5
re ſolius ſtatuti danda eſt manutentio in poſſeſſione hæ-
reditatis dicto hæredi. Menoch. de adipiſc. rem. 4. num.
366. & de retinend. rem. 3. num. 59. Honded. conſ. 18. n. 15.
21. lib. 2. Gratian. diſc. 113. num. 18. 19. & diſc. 732. per to-
tam, latè Poſthius tract. de manuten. obſ. 55. num. 54. 55. &
num. 62. vbi id ampliat procedere etiam in concurſu do-
natarij



natarij habentis à defuncto clauſulam conſtituti cum re-
6 ſeruatione vſusfructus ipſo viuente: & Rota apud eum
deciſ. 63. num. 4. Rot. diuerſ. deciſ. 159. n. 4. part. 4. Seraph.
deciſ. 1065. num. 1. & ego etiam dixi contr. 114. num. 2.
7 etenim hæres habet titulum etiam in re alteri legata, &
poteſt pro hærede ſe in ea gerere, ad textum in leg. ſi quis
ita, §. hæres, vbi Bald. in princ. & Angel. num. 3. ff. de
hæred. inſt. cum aliis, quæ ego adduxi contr. 1. num. 83. &
8 ideò cùm iura dictæ vſufructuariæ ſint turbida, & requi-
rant altiorem indaginem, non poſſunt impedire manu-
tentionem dicti hæredis, latè Ludou. Poſthius d. tract.
de manut. obſ. 42. num. 68. & obſ. 44. num. 4. & apud eum
Rot. deciſ. 105. n. 2. & deciſ. 117. n. 8.
Neque hæc videntur recipere difficultatem in caſu no-
ſtro; nam ſi primò loquimur de cautione, vtique certum
eſt, quod vſufructuarius non poteſt vti, & frui bonis
9 ſibi legatis ante præſtitam ſatiſdationem, vt notat gloſſa
in l. ſi homo, ff. de vſucap. & in l. ex diuerſo, in princ. de rei
vindic. & de communi teſtatur Soc. conſ. 131. ad fin. lib. 1.
Rol. conſil. 92. n. 13. 14. lib. 1. Borgn. de vſufr. num. 143. &
10 ideò hæres poteſt retinere bona hæreditaria, donec vſu-
fructuarius præſtet dictam cautionem, vt in terminis
dixit Ioan. Petr. Molign. in tract. de retent. quæſt. 92. per
totam.
Deinde etiamſi præſtaret dictam cautionem, non eſſet
admittenda ad dictum vſumfructum tanquam adultera,
ob conuerſationem cum viro vxorato, quam conſtat
11 continuaſſe ferè iuxta tempus legati, vt videtur neceſſa-
rium ad eam excludendam, ſecundùm Lancell. in tract.
de ſtatut. verb. Maritus, q. 3. num. 39. & num. 47. Surd.
conſ. 469. num. 23. 24. Theſaur. deciſ. 111. num. 7. Seraph.
deciſ. 46. n. 6. in fin. nec conſtat eam tempore legati ſe re-
12 cepiſſe ad bonam frugem, & peccatum dimiſiſſe, vt re-
quirebatur, ſi capax fieri volebat dicti legati, vt per Se-
raph. deciſ. 5. 4. num. 45. pulchrè Iacob. Cancer. var. reſol.
de donationibus, cap. 8. num. 174. part. 1. Gratian. diſcept. 31.
num. 31. 32. qui requirunt, quod publicè ſe retraxerit à
mala vita, ſi vult percipere legatum.
Nec obſtat lex affectionis, de don. per quam videtur per-
miſſum donare concubinis ſuis, quia illa lex procedit in
13 concubina licita ſecundùm ius ciuile, in qua non cadit
ſtuprum, vel adulterium, aut coïtus punibilis, vt tra-
dunt DD. in d. l. affectionis, & dixit Peregr. de iur. fiſc. lib. 2.
cap. 9. num. 1. verſ. Horum eſt ratio; imò quia iure Ponti-
14 ficio concubinatus eſt prohibitus, & quandoque etiam
per ſtatuta locorum, dicendum eſt eo iure inſpecto do-
nationem inter concubinarios non valere eam effectu,
ſed fiſcus non aufert, quia hoc non eſt in iure ſcriptum,
vt dixit Peregr. d. tit. 9. n. 2. verſ. qua ratione.
Secus eſt quando teſtator, vel donator legauit, vel do-
nauit fœminæ, cum qua commiſcendo commiſit aliquem
damnatum coïtum, vt ſtuprum, vel adulterium, & ſi-
milia; tunc enim quia turpitudo eſt hinc inde, & copula
eſt damnata, non valet legatum, neque donatio, ſed
debet remanere penes hæredem, quia quod nullum eſt,
nullum præſtat impedimentum, ad textum in l. miles ita,
15 §. mulier, ff. de milit. teſtam. & in l. 2. vbi gloſſa & DD.
C. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. §. ſed & ſi, & §. ſiue ita-
que, & §. quod ſi exiſtant, verſ. quidquid, vbi Azor num. 6.
Bald. num. 5. in fin. Salic. num. 2. verſ. nota, & verſ. item
dubitari, C. de natur. liber. l. matre, §. quidquid, Cod.
eod. l. ſi quis inceſti, §. ea ſanè, & Auth. inceſtus, vbi DD.
C. de inceſt. nupt. l. 1. §. omnium, C. eod. ſic in verbis Cu-
man. in d. l. affectionis, num. 2. ff. de donat. & in d. l. mi-
les ita, §. mulier, num. 2. verſ. in pagano, ff. de milit. teſt.
Iaſ. in l. miles, num. 18. ff. de re iudic. Bald. conſil. 267.
num. 2. lib. 2. Peregr. de iur. fiſc. d. tit. 9. n. 2. Farin. fragm.
part. 1. littera C, verb. concubinæ, num. 559. vbi plurimos
congerit, & pulchrè Rain. conſ. 109. num. 32. in fin. lib. 3.
vbi quod debet remanere penes hæredes. Gram. deciſ.
Luſitan. 58. num. 1. verſ. Ne tamen contrarium, Camill.
Borell. in ſum. deciſ. part. 1. tit. 10. num. 234. 235. vbi in-

quit huiuſmodi donationes poſſe reuocari, quia tales
concubinæ non ſunt illarum capaces, & ſi non reuocen- 16
tur, fiſcus ab illis reuocare poterit, & num. 237. idem
firmare videtur, adeò vt locus non aperiatur fiſco, niſi
negligentibus hæredibus, vel aliis, ad quos pertinet reuo-
care: & hoc etiam confirmat Crau. conſ. 368. num. 3. verſ.
Tertiò reſpondeo, vbi oſtendit leges in contrarium allega-
tas eſſe de iure Codicis abrogatas: & ego latè dixi contr.
for. 33. num. 112. & per totam, vbi videre poteris ma-
teriam ſatis digeſtam.
Nihilominus multi tenent contrarium, quod ſcilicet
legatum factum etiam concubinæ illicitæ valeat mero iu-
re, & ab ea non poſſit reuocari, niſi volente fiſco, ex tra- 17
ditis per Surd. conſ. 469. num. 31. 32. Mar. Anguiſol. conſ.
123. num. 13. & ſeqq. Gomez var. qq c. 5 n. 15. 16. Crauet.
conſ. 229. num. 12. in fin. verſic. Talis exceptio. Peregr. de
iur. fiſc. lib. 2. tit. 2. num. 6. & tit. 9. num. 3. in fin. Ruin.
conſ. 162. num. 6. ad fin. lib. 4. Farin. fragm. littera C, n. 564.
part. 1. Capr. conſ. 127. per totum, pulchrè Carol. Graſſ.
de eff. Cleric. eff. 19. num. 58. vbi quod hæres non poteſt
denegare præſtationem legati huiuſmodi concubinæ il- 18
lud petenti; & ratio eſt, quia indignus eſt capax, & ac-
quirit ſibi poſſeſſionem, & dominium rei, donec fiſcus
illud auferat, l. 1. vbi not. C. de indig. d. leg. his conſequen-
ter, §. 1. ff. famil. erciſc. & ideò tertius non poteſt excipere
de indignitate ad excludendum indignum à legato, ne
interim ſibi acquirat, quia ſoli fiſco competit actio, & 19
exceptio; pulchrè Peregr. de iur. fiſc. lib. 2. tit. 2. num. 8.
Graſſ. d. eff. 19. num. 58. 59. & ideò de anno 1637. in vna
de Corradis, Illuſtriſſimum Conſilium Iuſtitiæ Mutinæ
iudicauit hæredem non poſſe auocare à quadam muliere
adultera legatum vſusfructus ei factum ab Amaſio ſuo,
quia ad hoc non habebat actionem, & pertinebat ad
fiſcum.
Hæc ſanè puto eſſe vera in legatario, qui tantùm in-
dignus eſt; non autem incapax, & tolerabilia ſunt in
illo caſu, quando hæres vult auocare ab indigno lega-
tum, vel donationem ei factam, & effectum ſortitam; 20
quia ſanè tunc non videtur habere actionem ad retra-
hendum, & legatarius indignus poteſt manuteneri in
ſua poſſeſſione, donec à fiſco remoueatur, & dicere
hæredi, Quoad te liberas habeo ædes. Surd. d. conſil.
369. num. 16. vbi pulchrè loquitur in terminis, quando
hæredes volebant repetere legatum ab indigno, & di-
cit eos non habere actionem ad repetendum, vnde cùm 21
in ſimili caſu mulier ſe defendere poſſit ex non iure
ſolùm actoris, non eſt mirum, ſi repetitio legati dene-
getur.
Verùm quando hæres totum poſſideret, & concubina
illicita, & probroſa petit ab eo legatum, ſibi ab amatore
factum, rationabile mihi videtur, quod poſſit excipere
de eius indignitate, & incapacitate, adeò vt ei mulieri
adulteræ deneganda ſit actio, & legatum petere ne- 22
queat: ſic enim probare videtur textus in d. l. miles ita,
§. mulier, ff. de milit. teſt. vbi dicitur quod mulier, in
quam turpis ſuſpicio cadere poteſt, nec ex teſtamento
militis aliquid capere poteſt; nam ſi capere non poteſt,
ſequitur vt nec petere poſſit, & licèt ille textus videatur
loqui de concubina militis, tamen intelligitur de qua-
cumque illicita, vt explicat Iaſ. in d. l. miles, num. 18. de re
iud. & in terminis, quod concubina turpis non poſſit 23
petere, dixit gloſſa in d. l. Claudius, ff. de iis quibus vt in-
dign. ſic etiam Cyn. in l. 2. de cond ob turp. cauſ. & perbellè
Ioan. Caccialup. in rep. l. ſi qua illuſtris, num. 90. verſ. item
dicit quod quando, C. ad Orfician. vbi pulchrè diſtinguit,
dicens, quod quando relinquitur concubinæ illicitæ,
illa non poteſt petere, quia ex turpi cauſa cenſetur fa-
ctum; ſi verò ſit facta traditio, non poteſt repeti, ſed
tunc fiſcus aufert, ita etiam pulchrè Bermond Choueron.
in tract. de publicis concubin. in verbo contra prædictos,
num. 22. verſic. ex præmiſſis: ſic dicunt etiam Modern. Peruſ.
in l. hæreditas, de iis quibus vt indign. vbi quod ita fuit
iudicatum,

iudicatum, quaſi talis mulier ſit magis incapax, quàm
eius filij: pulchrè etiam conſentit Ioan. Lup. in repub.
rub. de donat. inter vir, & vxor. §.41. vbi dicit, quod ſi
fiat donatio ab amaſio tali mulieri turpi, & non ſit pro-
ceſſum ad traditionem rei donatæ, non obligatur donans
ad rem tradendam, nec poteſt compelli; ſi verò facta eſt
24 traditio, licèt donator non poſſit repetere; tamen fiſcus
poterit à muliere retrahere; & eum iiſdem verbis ſequi-
tur Lancell. in tract. de ſtatut. in verb. maritus, q.3. n.32
in fin. Ex quibus apparet hanc mulierem non habere
actionem ad petendum res donatas, vel legatas ob rei tur-
25 pitudinem: benè etiam Ruin. conſ.109. n.29. in fin. lib.3.
vbi dicit, quod tali mulieri non eſt acquiſitum vllum ius
agendi; & in effectu idem probat Crau. conſ. 229. n.3.
dum quidem dicit malè iudicaſſe cum iudice, qui con-
demnauerat reum ad tradendum res donatas concubinæ
illicitæ, & id probat multis argumentis: ſic etiam benè
probat gloſſa in leg. idem, §. ſed & quod meretrici, in verb.
ſed noua, verſic. ſed an poterit petere, ff. de cond. ob turp. cauſ.
26 vbi probat non poſſe hoc peti, quia ex turpi cauſa facta
eſt promiſſio, licèt poſſit retineri: latè Imol. in d. l. affe-
ctionis, col.1. & 2. de donat. vbi probat huic mulieri non
dari actionem ad petendum; & cum prædictis tenet Mar-
cabr. ab Anguill. conſ.1. num.54.55.56. vbi allegat Ruin.
27 & Caccialup. ſuperiùs adductos in dictis locis, & dicit
legatum illicitæ concubinæ factum eſſe ipſo iure nullum,
pulchrè & latè Rol. conſ.98. lib.1. vbi in fine concludit
hæredes donatoris eſſe abſoluendos ab iniqua petitione
concubinæ, & Franc. Connan. com. iur. ciu. lib.5. cap.11.
ſub n.2. vbi inquit donatum huiuſmodi concubinæ non
poſſe per illam exigi: idem ſentire videtur Borell. in
ſumm. deciſ. part.3. tit.10. num.235. & num.237. vbi pari-
28 ter dicit dictam concubinam non poſſe exigere rem ſibi
donatam, vel legatam ab amaſio: ergo certi eſſe debe-
mus, eam non habere actionem ad petendum, quidquid
dicant alij ex aduerſo allegati.

Nam ſi vero accedere deſideramus, quæ in contrarium
adducuntur, procedunt in legato, vel donatione facta
ſimplici concubinæ, cuius contubernium non ſit de iure
29 prohibitum, ſaltem de iure ciuili; hæc enim non ſolùm
poteſt ſe exceptione defendere, ſed etiam habet actio-
nem ad petendum, vt per Bart. in d. l. affectionis, vbi Ang.
in princ. & Cum. num.1. & n.4. de donat. idem Cuman. in
d. l. miles ita, §. mulier, n.3. ff. de milit. teſt. Couar. in cap.
peccatum, p.2. §.1. n.2. de reg. iur. in 6. Farin. frag. p.1. lit-
tera C, verb. concubinæ, n.553. alia ratio militat in con-
30 cubina illicita, & turpi, quæ eſt odioſa omnibus legi-
bus, adeò vt etiam liberi ex ea procreati ſint incapaces, &
non poſſint aliquid capere ex teſtamento patris, ſecun-
dùm ius ciuile, ad textum in l. 1. C. de natur. liber. ideò
31 multò magis erit incapax mater huiuſmodi filiorum, cùm
vitium ſit longè grauius in cauſa, quàm in cauſato, vt
ad rem tradit Crauet. conſ.386. num.3. & ante eum Bald.
in conſ.267. num.2. lib.1. vbi dixi tales mulieres eſſe magis
32 abominabiles, & incapaces, quàm ſint ſpurij earum filij;
& pulchrè etiam Decian. conſ.83. n.34.39. & ſeq. lib.5. &
ego latè dixi contr. for.33. num.57.58. ideò ſicut filij ſpurij
33 non habent actionem ad petendum ſibi legata à patre,
per textum in Auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt. &
ego dixi d. contr.33. n.59. & ſeqq. multò magis eorum ma-
ter erit incapax, & actione carebit.

Non obſtat lex his conſequenter, §. ſed an in familia, vbi
gloſſa, ff. fam. erciſc. vbi notant DD. indignum non re-
34 pelli ab hæreditate ab eo, qui dignus eſt, deducentes
exinde, quod nemo poſſit adducere iura fiſci, niſi ſolus
fiſcus. Nam reſpondetur Iuriſconſultum in ea lege loqui
de indigno poſſidente, quoniam duo erant hæredes qui
hæreditatem diuidere intendebant; ſed vnus prætendebat
alterum eſſe indignum, quia fortè interfecerat teſtato-
rem, vel eius vxorem, & ſic volebat impedire diuiſio-
35 nem; & reſpondet rectè Iureconſultus hæc non pertine-
re ad diuiſionem rerum hæreditariarum; ſub hoc enim
prætextu cohæres non eſt priuandus ſua poſſeſſione, quia
in alio iudicio de tali quæſtione erit diſceptandum, &
ſic indignus non agebat, cùm non poſſideret, nec con-
ſtat tunc temporis fuiſſe indignum: ſic Bald. & DD. in
d. leg. his conſequenter, ſentire videntur: hæc autem mu-
lier non eſt in poſſeſſione, ad quam adipiſcendam neceſſe
eſt, quod actionem pro legato promoueat, quam non
habet; & hæres ſe defendit ex eo ſolùm, quod mulier
non habet ius, neque actionem; ſiquidem reus non ha-
bet neceſſe pro ſua defenſione docere de iure ſuo, quia 36
actore non probante, reus abſoluitur, etiamſi ipſe nihil
præſtiterit, l. qui accuſare, vbi DD. C. de edend. cum vul-
garibus; & ad excludendum actorem poteſt allegare
etiam ius tertij quando ipſo iure eſt excluſiuum iuris
agentis. Bart. in l.2. verſ. quandoque, ff. de except. rei iud.
Surd. conſ.48. num.18. Burſat. conſ.37. n.17. verſ. cùm ita-
que, lib.1. Laderch. d. conſ.9. n.12. verſ.2. reſpondeo. Grat.
diſcept.715. num.25. & ego dixi contr.37. n.31. ſed ſic eſt,
quod ius fiſci eſt ipſo iure excluſiuum iuris dictæ concu-
binæ illicitæ: ergo poteſt per hæredem allegari ad eam 37
excludendam, dum non poſſidet, ſed actione experiri in-
tendit, quia in effectu hoc non eſt allegare ius fiſci, vel
tertij, ſed negare intentionem partis aduerſæ, vt pulchrè 38
dixit Rimin. Iun. conſ.363. num.343. & ego dixi contr.37.
num.84.

Et ſanè quando turpitudo verſatur ex vtraque parte,
tam donatoris, vel teſtatoris, quàm ipſius concubinæ,
quia prohibitum ſit commercium, tunc concubinæ de-
neganda eſt actio ad petendum ſic donata, vel legata, 39
ex textu in l.2. C. de donat. inter vir. & vxor. vbi ſi per-
mittitur militi repetere donata eius concubinæ, multò
magis ei conceditur denegare: quam legem gloſſa &
DD. trahunt etiam ad concubinam Clerici, vel alterius,
qui à iure prohibetur concubinam habere: tum ob do-
ctrinam Bald. in l.1. n.6. verſ. Exemplum, C. de condict.
ob turp. cauſ. quem communiter ſequuntur DD. in l. fin.
per illum textum, ff. de act. & oblig. & in terminis noſtris
Seraph. deciſ.46. n.34. Grat. d. diſc.31. num.17. ex quibus
probatur denegandam eſſe actionem concubinæ ad pe-
tendum donata, quando ex parte vtriuſque verſatur tur-
pitudo.

Et multò magis ceſſant, quæ de iuribus Fiſci ex aduer-
ſo adducuntur, quia fortè poſſunt procedere in eo, qui
tantùm indignus eſt, non autem in eo, qui etiam eſt in
capax; quia tunc hæres, vel alij vocati poſſunt de eius 40
incapacitate dicere, & eam, ac fiſcum excludere. Rim.
Iun. conſ.239. n.16. Menoch. conſ.511. n.18. verſ.2. Farin.
conſil.105. n.92. verſ. prout etiam, lib.2. & ego dixi d. contr.
37. n.83. Valaſc. conſult.15. in fin. verſ. ſecus ſi foret. Pe-
regr. de iur. fiſc. lib.2. tit.2. n.26. & lib.3. tit.1. n.2. Sanchez
mor. lib.2. c.14. n.32. verſ. Sed hæreditas: ſed hæc concubi-
na eſt non ſolùm indigna, ſed etiam incapax legati, quia
omnes DD. tradunt ei non poſſe legari, vel donari, & ſi 41
contrafiat, legatum eſſe nullum; ex hoc enim ſequitur
eſſe incapacem. Peregr. de iur. fiſc. lib.3. tit.1. n.9. & dum
dicitur, quod ei non poteſt relinqui, hoc perſonam eius 42
inhabilitat. Bald. in l. quod ait lex, n.1. verſ. ſecus, ff. de
diuort. Bonacoſ. in tract. equorum, q.20. Lancel. Gall. in
tract. de ſtatut. verb. Non poſſit, in princ. pulchrè Sanchez
mor. lib.2. c.14. n.32. verſ. vbi notanda, & de matr. p.1. lib.6.
diſp.38. ſub n.20. & propterea quæ dantur his concubi-
nis incapacibus, pro non ſcriptis habentur. Bald. in conſ.
336. circa princip. lib.3.

Et quamvis ex prædictis ſatis conſtet has illicitas con-
cubinas eſſe non ſolùm indignas, ſed etiam incapaces le-
gatorum, quæ ſibi fiunt à ſuis amaſiis, tamen id etiam la-
tiùs poteſt probari iuribus, rationibus, & auctoritatibus. 43
Nam in primis id verum eſſe conuincit textus in d. leg. mi-
les ita, § mulier, ff de milit. teſtam. dum ibi dicitur, quod mu-
lier, in quam turpis ſuſcipio cadere poteſt, nec ex teſtamen-
to militis aliquid capere poteſt: verbum enim, capere
non poteſt, incapacitatem eius denotat, vt probatum eſt:
ſic



ſic etiam probatur in l. fin. vbi DD. ff. de action. & oblig. &
in d. l.2. C. de donat. inter vir. & vxor. pulchrè etiam id pro-
bat Bald. in dict. conſ.267. num.2. lib.1. vbi dixit inter huiuſ-
44 modi perſonas turpiſſimas nullam cadere donationem,
& eſſe magis incapaces, quàm eorum filios, & hoc idem
dixit Iaſ. in l. miles, num.18. ff. de re indic. & in conſ.37. verſ.
quædam, lib.3. vbi docuit iſtas mulieres impudicas, cum
quibus committitur adulterium, vel ſtuprum, non poſſe
45 aliquid capere nec ex teſtamento militis, neque ex teſta-
mento pagani, & idem firmat Dec. conſ.132. num.1.2. &
46 per totum, vbi ſcripſit tali concubinæ non poſſe donari,
adeò vt nec valeat confeſſio facta de recepto, & conclu-
dit in fine, quod tenetur ad reſtitutionem: ad rem facit
Crauet. d. conſil.229. num.6. verſ. ſecunda ratio, ibi: Venien-
tium ab inteſtato, & num.2. verſ. quartò, vbi dicit, quod illis
nihil dari poteſt, & donatum ſpectat ad hæredes; idem
Crauet. conſil.368. num.8. ad fin. & num.10. verſ. conſequens,
vbi dicit, quod tali mulieri nihil omninò legari poteſt:
benè etiam Corn. in l. hæreditas, col.3. C. de his, quibus vt in-
dign. dicens tali concubinæ nil poſſe relinqui, adeò vt
nec ei liceat retinere, & illud remanere debet apud hære-
47 des, & cum eo conſentit pulchrè Ruin. d. conſil.109. nu-
mer.30. verſ. nec per fiſcum, & num.33. ad fin. verſ. eſt etiam,
lib.3. & Caccialup. in rep. d. l. ſi qua illuſtris, num.72. in princ.
ibi: ſit magis incapax, & ad fin. ibi: Non poſſit peti ab ea,
Cod. ad SC. Orfician. cum quo tranſit Boſſ. in prax. crimin.
tit. de his, quibus vt indign. il 2. num.8. & videndus ad
48 rem Marcabrun. conſil.1. num.54.55.56. vbi dicit, quod
tale legatum eſt ipſo iure nullum. Cephal. conſ.390. n.22.
verſ. verumtamen, ibi: aduenientes ab inteſtato, & num.74.
verſ. primo caſu incapax eſt, & ad fin. ibi: fuiſſe incapacem.
Tuſch. pract. concluſ. litter. C, concluſ.568. num.20. vbi dicit
49 non valere legatum factum concubinæ, quæ non poterat
eſſe vxor; & idem Tuſch. litter. D, concluſ.700. num.42.
dicens talem mulierem non poſſe aliquid capere ex do-
nato, legato, vel inſtitutione ab eo, qui ſic illicitè cogno-
uit eam. Anchar. Iun. quæſt.12. num.4. & num.14. lib.2. vbi
docet legari non poſſe tali concubinæ, & legatum non
valere, etiamſi fiat ob benemerita, niſi probetur ea lega-
to æquiualere; & concordat Rol. conſil.98. lib.1. per totum,
vbi probat, quod donatio facta huiuſmodi concubinæ eſt
inualida, nec firmatur iuramento, quia eſt contra bonos
50 mores, & concludit hæredes fore abſoluendos ab ini-
qua eius petitione: eum ſequitur latè Ioan. Gutierrez in
tract. de iuram. confirm. part.1. cap.6. num.13. vbi quod tale
51 iuramentum non eſt obligatorium; nec diſſentit ab eis
Grammat. deciſ. Luſitan.58. num.1. verſ. Me tamen, vbi vo-
luit, quod donatio facta tali concubinæ ſit irrita, & dona-
52 tum ſpectet ad hæredes donantis, & in fine dicit, quod
ſibi, & aliis doctis eius collegis nimis diſplicuit ſenten-
tia Præſidis aliter iudicantis: ſic etiam Lancell. Gal. d. tra-
ctat. de ſtatut. quæſt.3. num.32. in verb. Maritus, vbi dicit,
quod huiuſmodi mulieribus nihil conferri poteſt, Lup. in
tract. de illegitim. & natur. reſtit. com.2. §.2. num.30. vbi di-
cit, quod quando complexus eſt damnatus, talis mulier
eſt incapax, ſicut eius filius: & Franc. Connan. commun.
concluſ. iur. lib.5. cap.11. ſub num.2. vbi inquit donatum
huiuſmodi concubinæ non poſſe per eam exigi, ſed benè
53 reperi per illum, qui dederat: pulchrè Vrſill. ad Afflict. de-
ciſ.102. num.2. vbi tenet donatum huiuſmodi concubinæ
non applicari fiſco, ſed venientibus ab inteſtato. Camill.
Borell. in ſum. deciſ. part.3. tit.10. num.235. vbi docet, dona-
tum huiuſmodi concubinæ poſſe reuocari, quia eſt inca-
pax, & ſi non reuocetur, tunc fiſcum poſſe ab ea auferre:
54 ad rem quoque Megal. Squilacen. 1.2. lib.1. cap.8. quæſt.5.
num.20. ibi: omninò incapaces reddit, & num.22. verſ. ſed
quæris, vbi quod talia relicta ſpectant ad venientes ab
inteſtato: concordat Seraphin. deciſ.46. num.2. verſ. in con-
trarium, & num.6. vbi docet huiuſmodi donationes, & le-
gata non valere, & deciſ.54. num.1. vbi quod legatum non
ſuſtinetur: idem ſentit Giouagn. conſil.47. num.6. lib.1.
vbi dicit, quod nec legatum, nec donatio valet, & benè
etiam ad rem Burſat. conſil.205. num.20.21.22.23. lib.2.
vbi docet nihil donari poſſe huiuſmodi concubinis illi-
citis, & donationem non firmari iuramento, & in fine
concludit nullum ius competere dictæ concubinæ, ter-
raſque legatas ad hæredes ſpectare: idem firmat Gra-
tian. diſc.31. num.18.19.20.21. vbi probat huiuſmodi
donationes eſſe inualidas, nec iuramento firmari; & ſi-
militer videndus eſt Decian. conſil.83. num.38.39.40. 55
41.42. & ſeqq. lib.5. vbi docet legatum factum ſimili
concubinæ eſſe nullum, illamque adeò eſſe incapacem,
vt non validetur iuramento, nec confeſſione meritorum,
niſi aliter probetur, dicitque talem concubinam nihil
poſſe conſequi etiam ratione ſalarij, ſi non ſtetit tan-
quam pediſſequa, ſed tanquam concubina; & denique
hanc rem ſic explicat Melchior. Lotter. in tract. de re be- 56
neſic. lib.3. quæſt.33. num.129.130.131.133.134. vbi pro-
bat huiuſmodi mulieres minimè eſſe capaces alicuius do-
nationis, aut legati à concubinario profecti, quia ſunt
potiùs pellices, & focariæ, quàm concubinæ, reprobat-
que Tobiam Nonium aliter ſentientem: ex quibus ſa-
tis apparet communiſſimam eſſe DD. ſententiam, lega-
tum huiuſmodi eſſe ipſo iure nullum, haberique pro
non ſcripto; & ideò manutenendos eſſe dictos hæredes
in poſſeſſione dictæ hæreditatis, adeò vt poſſint exclu-
dere dictam concubinam à legato vſusfructus, allegan-
do etiam iura fiſci, ſtante quod ipſa non poſſidet, & ſu-
ſtinet vices actoris.

Non obſtat ideò, quod poſſit obiici de iure tertij tan-
tùm, quando excludit agentem ipſo iure, & cum effectu, 57
per textum in l. in teſtamento, C. ad l. Falcid. non autem quã-
do illud ius tertij etiam ipſo iure inducit priuationem,
ſed ſi aduerſarius voluerit; & ſic licèt excludat ipſo iure
agentem, non tamen cum effectu, niſi volente illo tertio,
vt hîc fiſcus, ex d. l. his conſequenter, §.1. ff. famil. erciſc. ſic
pulchrè Socin. Sen. conſ.78. num.4.5.6. lib.4. vbi multis ſi-
milibus exornat.

Nam reſponſum eſt, & replicatur hæc procedere quan-
do ille, qui ipſo iure priuatur, eſt in poſſeſſione rei, quia
faciliùs datur retentio, quàm actio, l. Si in area, in fin. & in 58
l. ex quibus, ff. de cond. indeb. l. Paulus, de except. dol. l. per
retentionem, C. de vſur. l.2. vbi Bald. & DD. C. de fideicom. &
in his terminis procedunt, & loquuntur omnia ſimilia à
Socino adducta; hîc autem dicta concubina non poſſi-
det, ſed agere intendit: ergo facilius eſt eam excludere, 59
quaſi hoc ſit potiùs eius intentionem negare, ſecundùm
Riminald. Iun. conſil.363. num.43. Verùm cùm dicta mulier
non ſolùm ſit indigna, ſed etiam incapax, vt viſum eſt,
licet hæredi eius incapacitatem allegare. Riminald. Iun. 60
d. conſil.363. num.342. Laderch. conſil.9. num.12. verſ. Tertiò
reſpondeo, Burſat. conſ.37. num.16. verſ. non obſtat, & cap.17.
Menoch. conſil.511. num.18. verſ. ſecundò, & ego dixi d. con-
trouerſ.37. num.84.

Non obſtat idcirco, quod ſolus fiſcus videatur poſſe 61
huiuſmodi legatum ab indigno auferre, per textum in d.
l. Claudius, & l. mulierem, ff. de his quibus vt indign. Peregr.
de iur. fiſc. d. tit.9. num.2. Farinac. fragm. part.1. littera C, nu-
mer.563. cum aliis ſuprà adductis. Nam iam penitus ſub-
lata ſunt, & dictæ leges procedunt, quando res legata re-
peritur penes talem mulierem; non enim ab ea aufertur,
quod illa non poſſidet, vt dixi controu.33. num.116. ſecus
eſt, ſi hæres poſſidet, & recuſat præſtare legatum, ad tex-
tum in d. l. miles ita, § mulier, de milit. teſtam. l.2. C. de donat.
inter vir. & vxor. l. qui contra, C. de inceſt. nup. l.1. C. de natur.
liber. & propterea priùs debent admitti hæredes, & alij de
iure ad ſucceſſionem vocati, quàm fiſcus: vnde cum tali 62
moderatione correctas fuiſſe dictas leges contrarias, te-
ſtis eſt locupletiſſimus Bart. in d. l. Claudius, num.1. verſ.
Item oppono, ff. de his, quibus vt indign. ſentit Bald. in d. con-
ſil.267. num.2. Ruin. d. conſil.109. num.30.31. lib.1. Crauet.
d. conſ.368. num.5.8. & ego dixi d. controu.33. num.118. Et
facit ad rem Borell. d. tit.10. num.235.237. vbi fiſcum non
admittit ad reuocandum donata huiuſmodi concubinæ,



niſi

nifi donatore nolente reuocare, ſed ſic eſt, quod in caſu
noſtro neque teſtator,neq; eius hæredes tradiderunt huic
mulieri fœtidæ legatũ,vſusfructus, quod de manu hære-
dis eſt capiendum: ergo ipſa non habet actionem ad illud
petendum, neque hæredes ad traditionem tenentur; ex
quo enim non ſolùm illa eſt indigna, propter adulterium
63 commiſſum cum teſtatore,& copulam illicitam,ſed etiam
incapax legati, quod propterea quod legatum eſt, apud
hæredes grauatos remanere debet,ad textum *in d.l.vnic.§.*
*in primo itaque,C.de caduc.toll.*& *in d.l.2. C.de donat. inter*
*vir.& vxor.*vbi DD.Peregr.*de iur.fiſc.lib.2.tit.2.n.26.* De-
cian.*d conſ.*83.*n.*38.*lib.*5. Gram. *d.deciſ.*58.*per totam, cum*
*aliis ſuprà adductis*,& ego dixi *d.controu.*33.*n.*45.46.47.

Non obſtat Surd.*d.conſ.*469.*n.*31.32. quia loquitur in
caſu,quando facta erat rei traditio ipſi concubinæ,& hæ-
redes volebant ab ea rem donatam repetere; tunc enim
faciliùs ei permittitur retinere; ſecus eſt quando concu-
bina illicita petit ab hæredibus præſtationem legati, quia
64 tunc hæres poteſt retinere, & illam excludere, ad textum
*in d.l.miles ita, §.mulier,ff.de militar. teſtam.* gloſſa *in d.l.*
*Claudius,*Caccialup.*in d.l.ſi qua illuſtris,num.*90.*verſ. item*
*dicit,*Lup.*in d.*§.41 *in princ.* Ruin. *d.conſ.*109. *num.* 29. *ad*
*fin.*pulchrè Bermond.Chouerон.*in tract.de publ.concubina-*
*riis,in verb.contra prædictos, num.*22. *verſ. ex præmiſſis*,vbi
vide: & ego dixi *controu.*33.*num.*116.

Non obſtat Ruin.*conſ.*162.*n.*6.*ad fin.lib.*4.dicens hære-
dem eſſe cogendum ſoluere indigno legatum ſaluis iuri-
bus fiſci; tum quia loquitur tantùm de indigno, nos au-
65 tem de concubina indigna,& incapace, quæ inter ſe dif-
ferunt,vt vidimus: tum quia aliter, & meliùs ſenſit idem
Ruin.*conſ.*109.*num.*29.30.*& ſeq.lib.*3. vbi docuit concu-
binam illicitam non ſolùm carere actione ad petendum
legatum,ſed neque retinere poſſe.

Non obſtat Crauet.*d.conſ.*229.*num.*12 *in fin.*Peregr. *de*
66 *iur.fiſc.lib.*2.*tit.*9.*num.*3.Farinac.*fragm.part.*1.*litt.C,n.*564.
& alij, qui dicunt hanc exceptionem indignitatis poſſe
opponi à ſolo fiſco, quia iam reſponſum eſt ſufficienter,
hæc procedere poſtquam res donata,vel legata fuit con-
cubinæ tradita, quia faciliùs ei datur retentio, non verò
antè traditionem,quia tunc magis negatur eius intentio,
quàm allegetur ius fiſci, & actio, vt ſuprà dictum eſt,
dum probauimus hanc concubinam carere actione ad
petendum: & ego dixi *d.controuerſ.*33.*num.*116.*& ſeq.*&
*controuerſ.*37.*num.*84.

Non obſtant Anguiſſ.*conſ.*123.*num.*13.*& ſeqq.* Gomez
*d.cap.*5.*num.*15.16.Graſſ *d.except.*19.*num.*58. & alij, qui
dicunt hanc illicitam concubinam poſſe petere legatum,
67 & rem ſibi donatam ab amaſio, neque hæredes poſſe re-
cuſare præſtationem, & ſolutionem legati ſub prætextu,
quod ad fiſcum pertineat. Nam huic motiuo plenè ſatis-
factum eſt,verius eſſe,& receptius, quod concubina pro-
broſa, & illicita, cuius coitus, & vſus eſt punibilis, vel
damnatus, non habeat actionem ad petendum, ſed ſolùm
fortè habet ius ad retinendum, vt in verbis dixit Ber-
mond.Chouerон. *in tract.de public. concub. in verb. contra*
*præd.num.*22.*verſ.ex præmiſſis*,& *num.*23. dicens donatio-
nem,vel legatum factum concubinæ per Clericum de iu-
re improbari;& ideò pro donatione facta concubinæ ipſa
non poterit habere actionem efficacem contra Preſbyte-
rum donantem,ſi res tradita non fuerit;quia pro his,quæ
ſunt turpiter promiſſa, non datur actio,ſed ſi res donatæ
fuiſſent concubinæ traditæ,non poſſet Clericus repetere;
non tamen erunt abſolutè ipſius focariæ,quia ab ea tan-
quam à perſona incapaci per fiſcum auferuntur: quod
adeò verum eſt, vt procedat etiam in fortioribus termi-
nis; nam licèt certum ſit,meretricem poſſe iuſtè recipere
mercedem pro copula, & vſu ſui corporis, adeò vt rem
68 habens cum ea cogi poſſit ad ſoluendam conuenientem
mercedem, vt per textum *in l.*4. §. *Sed quod meretrici, ff.*
*de cond. ob turp. cauſ.* probat plenè Couar. *in reg. pecca-*
*tum,part.*2.§.2.*num* 1 *verſ.verùm contraria ſententia,de reg.*
*iur. in* 6. tamen quando coitus fornicarius punibilis eſt
apud Iudicem exteriorem, tunc planè probatiſſimi iuris
eſt,non poſſe mercedem promiſſam nondum ſolutam pe-
ti,*ex l.mercalem,C.de cond.ob turp.cauſ.* ne petitor lucrum 69
conſequatur ex eo, vnde pœnam iure habere debet: ſic
in verbis dixit Couar.*d.*§.2.*num.*3.*verſ.quod ſi coitus.*Ergo
huic mulieri,cuius contubernium fuit illicitum, & puni-
bile,non datur actio ad petendum,vt probant omnes alij,
quos ſupra allegauimus *in verſ. Verùm quando.*

Accedat, tantò magis excludendam eſſe dictam con-
cubinam adulteram, & hæredem eſſe manutenendum in
hæreditate, fiſco penitus excluſo, quia idem hæres fuit
ſubſtitutus illi in dicto legato poſt eius mortem. Nam 70
certum eſt, quod ſubſtitutus tanquam magis dilectus
excludit fiſcum, ad textum *in l. vnic.§.in primo itaque,* &
§.*pro ſecundo,C.de caduc.toll.l.*1.§.*ſed ſi patronatus*,ibi: *pro*
*mortuo, ff. de coniung.cum emancip.liber.* Gabr.*conſ.*104.*nu-*
*mer.*5.*lib.*1.Menoch.*conſ.*101.*num.*33.Surd.*conſ.*93.*num.*5.
& *deciſ.*144. *num.*8. & de hoc latè dixi *d.controuerſ.*33.
*num.*119.*& ſeqq.* vbi videre poteris.

Ex quibus puto reſoluta remanere omnia, quæ ex ad-
uerſo opponuntur ad excluſionem dictæ concubinæ illi-
citæ, ad quam acceſſus ſit damnatus, vt agere non poſ-
ſit ad præſtationem legati ſibi facti à ſuo amaſio, vel
donationis; & in his terminis ſæpiùs obtinui per ſen-
tentias etiam conformes,ſed in terminis repetitionis poſt
rem traditam, vel adeptam poſſeſſionem à concubina,
non potui obtinere, vt hæredes haberent actionem ad
repetendum ab ea, quia Conſilium Iuſtitiæ Mutinæ in
dicta cauſa Corrada abſoluit concubinam ab obſeruatio-
ne iudicij; ſed verè exiſtimo etiam valde probabile,quod
hæredes prædicti poſſint etiam repetere ab ea ſibi dona-
ta, per legem 2. *C. de donat. inter vir. & vxor.* & alias 71
rationes ſuprà adductas, & auctoritates multorum DD.
qui hoc expreſsè docent.

## CAPVT CLXXXV.

### EPITOME.

Legatum factum concubinæ adulteræ an va-
leat, ſi tempore legati,& mortis teſta-
toris fuerit emendata.

### SVMMARIVM.

1 *Adultera dicitur etiam poſt mortem viri, & accuſari poteſt.*
2 *Adulterium irrogat infamiam.*
3 *Adulterium fatetur,quæ nubit mœcho.*
4 *Concubinam repellit à legato turpis ſuſpicio.*
5 *Adulter præſumitur motus blandiciis adulteræ ad ei legandum.*
6 *Legatum factum concubina valet, ſi cœpit eſſe bonæ opinionis.*
7 *Concubina debet eſſe emendata per triennium,vt ſit capax legati.*
8 *Concubina non dicitur emendata, quæ continuat ſecretò conuerſationem adulteri.*
9 *Suſpicio turpis ſufficit ad excludendam concubinam à legato.*
10 *Emendatio concubinæ qualis eſſe debeat, vt capiat legatum adulteri.*
11 *Concubinæ hodie non licèt legare, quia concubinatus eſt prohibitus.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN eadem cauſa audio motiuari, quod teſtator potuerit
Concubinæ legare vſumfructũ ſuorum bonorum, quia
licèt



licèt fuerit eius concubina adultera,tamen tempore lega-
ti facti, & mortis teſtatoris non potuit dici adultera,
quia per tres,vel quatuor dies antè defunctus fuerat ma-
ritus verus dictæ concubinæ, propter quod ampliùs non
poterat dici adultera, quoniam adulterium committitur
in nuptam.

Sed reſpondetur,huiuſmodi motiuum nihil nocere hæ-
redibus defuncti teſtatoris, quia cùm tunc temporis eo-
dem ferè tempore mortui ſint teſtator adulter, & mari-
tus adulteræ, durante conuerſatione eiuſdem mulieris
cum dicto teſtatore, à quo illa non receſſit vſque ad ex-
tremum vitæ ſpiritum, non poteſt dici quod vnquam de-
ſierit eſſe eius concubina adultera, quia concubinatus
huiuſmodi non durat ſolùm dum copula habetur,ſed do-
nec continuat affectus, & conuerſatio,& niſi etiam con-
ſtet de emendatione tempore mortis,& priùs: & quam-
vis per modicum tempus antè deceſſerit dictæ concubi-
næ maritus, non recedente ipſa à domo D. teſtatoris,
cum quo per longum tempus commercium adulterinum
habuerat,adhuc eius adultera dici poteſt, adeò vt etiam
poſt mortem mariti de adulterio potuerit accuſari, per
textum *in l.commiſſ.C.ad l.Iul.de adult.*& *in l.nuptam,*vbi
gloſſa,*ff.eod.*Ghirland.*de pœn.omniſar.coit.quæſt.*6. *num.*17.
1 19.Farinac. *de delict. carnis, quæſt.*141. *num.*54.55. Vitia
enim non tolluntur per mortem vnius coniugis,alioquin
infamia,quæ incurritur propter adulterium, vt per Fari-
nac.*de delict. carn. quæſt.*140. *num.*25. ceſſaret in adultera
defuncto eius viro, quod quàm ſit abſurdum, nemo eſt,
2 qui non videat,adeò vt dicta concubina etiam poſt mor-
tem eius viri potuerit dici adultera D. teſtatoris, quia li-
3 cèt præceſſerit copula, tamen remanſit delictum, vnde
Martialis dixit: *Quod nubis Proculina concubino, & mœ-*
*chum modò,nunc facis maritum, ne lex Iulia te notare poſſit,*
*non nubis Proculina,ſed mœcharis.*

Et ideò dum dicunt DD. valere legatum factum con-
cubinæ, ſeu adulteræ, quando tempore legati, & mortis
teſtatoris deſiit eſſe concubina, ſeu adultera, non intelli-
gunt, quod ceſſauerit eſſe adultera ob mortem viri, ſed
quia deſiit commercium carnale,& turpis ſuſpicio, quo-
niam ad eam repellendam non requiritur continua copu-
4 la, ſed ſufficit turpis ſuſpicio, vt inquit textus *in l. miles*
*ita, §.mulier,ff.de milit. teſtam.*ibi, *in quam turpis ſuſpicio*
*cadere poteſt*; vbi gloſſa explicat dicens, *quia eam cogno-*
*uit.* Propter quod gloſſa illa non conſiderat, quod de
præſenti eam mulierem cognoſcat, ſed ſufficit quod de
5 præterito cognouerit,quia continuando conuerſationem
teſtator præſumitur motus ad legandum eidem mulieri,
allectus illius blandiciis,ad textum *in §.1.in verbo, à cog-*
*nato,in Auth.quib.mod.natur.eff.legit.* Dec. *in l.1.num.*8. *in*
*fin.C.vnde vir,& vxor,*Natt. *conſ.*559.*n.*6. Surd. *conſ.*469.
*num.*23.Gratian.*diſc.*31.*num.*34.

Vnde ad hoc vt validum ſit legatum,requiritur, quod
talis mulier non ſolùm ceſſauerit à copula cum adultero
tempore mortis illius, ſed quod inceperit eſſe bonæ opi-
6 nionis,& abſque ſuſpicione mali, vt inquit gloſſa *in d. l.*
*miles ita,§. mulier,in verb.cadere poteſt,ff.de milit.teſtam.* &
ſic requirunt DD. quod talis mulier malos mores muta-
uerit, & ad meliorem frugem ſe reduxerit, & publicè ſe
7 emendatam docuerit,adeò vt multi requirant,vt per trien-
nium à conſuetudine, ſeu conuerſatione adulteri ſe rece-
perit,vt latè per Lancell.Gall.*in tract.de ſtat.in verbo, Ma-*
*ritus,quæſt.*3.*n.*39.40.41.42.43.44.45. vbi requirit quod
mulier, aut teſtator in totum reſipuerint, & ſecus eſſe,ſi
ſub eodem commercio viuerent, ſi non publicè, ſaltem
clam,atque ſecretè,adeò vt neceſſe ſit,quod à concubina-
tu receſſerint, quod feciſſe præſumerentur, ſi per trien-
nium ſe continuerint, & omni maculâ, & ſuſpicione ca-
8 reant: & idem ſentit Cephal. *in conſ.*523.*num.*129.130.
vbi loquitur de ea,quæ deſierat eſſe concubina per tres
annos; & concordat Giouagn. *in conſ.*47.*num.*23.24.25.
26.27.28.*lib.*1. vbi requirit emendationem mulieris, &
quod ceſſauerit conuerſatio cum adultero; & dicit,quod
ſola turpis ſuſpicio ſufficit ad impediendum, ne mulier
capiat legatum. Hoc idem docuit Gratian. *d. diſcept.*31. 9
*num.*20.30.31.32.vbi reſpondet huic motiuo,& dicit de-
bere conſtare de emendatione mulieris, & quod facta ſit
morum mutatio, adeò vt realiter, & cum effectu ſe re-
traxerit à contubernio; & aliud eſſe, ſi ſaltem ſecretò 10
conuerſatio duraret; & ideò ſi ſufficit ſecreta conuerſa-
tio ad excludendam mulierem à legato, quantò magis
excludenda eſt dicta concubina, quæ publicè conuerſa-
ta eſt cum teſtatore vſque ad eius mortem? Et hoc idem
firmat Farinac.*fragm. crimin. part.* 1. *littera C, verbo,*
*Concubina, num.*591. vbi docet requiri quod ceſſauerit
concubinatus per triennium verè; & ſecus eſſe, ſi ſub
eodem commercio viuerent, ſaltem occultè: & multos
allegat,& ego idem dixi in mea controuerſia 33.*num.*89.
90. 91. 92. vbi quod emendatio debet eſſe clara, & ma-
nifeſta, & *controuerſ.*109. *num.*59. Propter quod illa vi-
uente in eadem conuerſatione nimis abſurdum eſſet, ſi
efficeretur capax legati, eò quod per tres dies ante mor-
tem teſtatoris, vel circiter mortuus fuerit vir eius,quia,
vt dixi, adhuc viget eadem ratio, quod teſtator eius ille-
cebris, & blandiciis allectus ad legandum permotus fue-
rit,vt per Lancellot.Gall.*in d.tract.de ſtatut.verb.Maritus,*
*quæſt.*3.*num.*38.

Sed eſto, quod etiam dicta concubina ceſſaſſet eſſe
adultera per illud modicum tempus, non tamen ceſſauit
eſſe concubina manendo in eadem domo, & conuer-
ſatione teſtatoris; & ideò adhuc eſt incapax dicti le-
gati, quia hodie concubinatus eſt punibilis non ſolùm
iure Pontificio, ſed etiam decretis Pontificiis, vt poſt
Peregr. *de iur. fiſci lib.*2. *titul.*9. *numero ſecundo, in fin.*
inquit Gratian. *d. diſcept.*31. *num.*18. & ego dixi *dict.* 11
*controuerſ.*33. *numero* 71. 72. 73. vbi vide, quæ meo iu-
dicio ſufficiunt ad excludendum dictam adulteram, ſeu
concubinam à dicto legato. Et ita cenſeo, &c. ſal-
uo, &c.

## CAPVT CLXXXIV.

### EPITOME.

Coloni partiarij bonorum patrimonialium Epi-
ſcoporum, & Clericorum, an gaudeant pri-
uilegio fori Eccleſiaſtici, tam ciuiliter, quàm
criminaliter.

### SVMMARIVM.

1 *Familiares Epiſcopi gaudent priuilegio fori Eccleſiaſtici.*
2 *Coloni Epiſcoporum dicuntur familiares,& domeſtici.*
3 *Epiſcopus titularis retinet ordinem, & dignitatem.*
4 *Familiares Epiſcopi titularis gaudent priuilegio fori.*
5 *Exempta aliqua perſona,cenſetur exempta eius familia.*
6 *Clerici exempti ſunt à foro laicali vnà cum ſuis ſeruis,& ruſticis.*
7 *Coloni partiarij Menſæ Epiſcopalis ſunt de foro Eccleſiæ.*
8 *Exemptio Eccleſiaſticorum procedit etiam quoad patrimonialia.*
9 *Coloni Eccleſiæ,& Epiſcoporum ſubiiciuntur foro ſæculari quoad eorum perſonas.*
10 *Familiares Epiſcoporum ſunt de foro Eccleſiæ etiamſi delinquant extra officium ſuum.*
11 *Epiſcopis multa conceduntur,quæ cæteris denegantur.*
12 *Familiæ Epiſcopi nomine quinam contineantur.*
13 *Notarius Epiſcopi, & alij miniſtri ſunt de foro Eccleſiæ.*
14 *Coloni quomodo lucrentur fructus agrorum.*
15 *Coloni dicuntur ſocij,& conductores,non familiares.*

16 *Colonus*

16 *Colonus eſt impropriè ſocius.*
17 *Coloni tanquam domeſtici non poſſunt teſtificari pro domino.*
18 *Coloni quando dicantur domeſtici,& familiares.*
19 *Familiaris,& domeſticus dicitur,cui imperari poteſt.*
20 *Colonus partiarius non dicitur domeſticus, & quando.*
21 *Colonus partiarius non eſt familiaris, & poteſt teſtificari pro domino.*
22 *Coloni mercenarij dicuntur familiares domini.*
23 *Coloni non ſolent vocari familiares.*
24 *Familiaritas importat quandam ſubiectionem.*
25 *Coloni Epiſcoporum vbi ſunt conueniendi.*
26 *Exemptio à collectis non importat exemptionem à foro.*
27 *Serui perpetui Eccleſiæ ſunt de eius foro.*
28 *Serui mercenarij Eccleſiaſticorum an ſint de foro Eccleſiæ.*
29 *Coloni Eccleſiarum , & laicorum quoad eorum perſonas ſunt de foro laico.*
30 *Ruſtici Eccleſiarum coram quo iudice ſint conueniendi.*
31 *Coloni ex delicto,vel contractu conueniuntur coram iudice laico.*
32 *Coloni tenentur ſoluere decimas.*
33 *Declinatoria fori laici non datur colonis Eccleſiæ ex contractu,vel delicto.*
34 *Coloni partiarij quando poſſint dici familiares domini.*
35 *Coloni partiarij Epiſcoporum an ſint de foro Eccleſiæ.*
36 *Ruſtici Eccleſiæ quando poſſint conueniri coram iudice Eccleſiaſtico.*
37 *Colonus aſſimilatur conductori.*
38 *Socius in vna re an ſit domeſticus , & repellatur à teſtificando.*
39 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
40 *Coloni quomodo poſſint dici ſocij.*
41 *Ruſtici Clericorum ſunt de foro Eccleſiæ , niſi agatur de bonis Eccleſiaſticis.*
42 *Coloni fiſci debent conueniri ſolùm coram iudicibus fiſcalibus.*
43 *Eccleſia, & fiſcus à pari procedunt,& quando.*
44 *Conductores bonorum fiſcalium vbi ſunt conueniendi.*
45 *Colonus Eccleſiæ quando poſſit declinare forum ſæculare.*
46 *Coloni Eccleſiarum regulariter non gaudent priuilegio fori.*
47 *Inſtantia data corruit argumentum.*
48 *A fiſco ad Eccleſiam non valet argumentum ſi diuerſa ſit ratio.*
49 *Decreta S.Congregationis debent eſſe authentica , vt probent.*
50 *Declarationes Congr.Sacræ an ſemper obligent.*
51 *Coloni bonorum patrimonialium Epiſcopi an ſint de foro Eccleſiæ.*
52 *Extenſio quando non fiat.*
53 *Lex non ligat,niſi fuerit vſu recepta.*
54 *Lex poteſt acceptari in vna parte,& in alia non.*
55 *Concilium Tridentinum non obligat , vbi non eſt vſu receptum.*
56 *Nouellariæ coloni Epiſcoporum gaudent priuilegio fori Eccleſiaſtici.*
57 *Mutanda non ſunt , quæ ſemper certam habuerunt interpretationem.*
58 *Coloni viuentes expenſis Epiſcopi ſunt de foro Eccleſiæ.*
59 *Epiſcopi officiales ſunt de foro Eccleſiæ , etiamſi non viuant eius expenſis.*
60 *Notarius etiam Vicarij foranei eſt de foro Eccleſiæ.*
61 *Coloni Eccleſiæ conuenti ratione rerum Eccleſiæ ſunt de eius foro.*
62 *Coloni Epiſcopi, & Eccleſiæ ſunt de foro Eccleſiæ quando ea non poſſet commodè vti ſuo priuilegio.*
63 *Coloni , & laici adminiſtrantes bona Eccleſiæ ſunt de ius foro.*
64 *Coloni Epiſcopi,& Clericorum poſſunt eſſe de foro Eccleſiæ ex priuilegio, vel vſu.*
65 *Colonus eſt de foro Eccleſiæ , quando Eccleſia venit ad eius neceſſariam defenſionem.*
66 *Coloni adſcriptitij , & ſerui perpetui ſunt de foro Eccleſiæ.*
67 *Serui mercenarij Clericorum non ſunt de foro Eccleſiæ.*
68 *Coloni Eccleſiæ obligati in forma Cameræ Apoſtolicæ,ſunt de foro Eccleſiæ.*
69 *Cameræ Apoſtolicæ obligatio quid efficiat.*
70 *Coloni Eccleſiæ ſunt de eius foro, vbi habet iuriſdictionem temporalem.*
71 *Coloni Eccleſiæ, & eius liberti laici ſunt de foro Eccleſiæ.*
72 *Coloni ratione rei communis cum Eccleſia non ſunt de foro laico.*

Ne ſcribam vanum , duc pia Virgo manum.

IN vna iuriſdictionis,in qua quærebatur an coloni partiarij Epiſcopi titularis , laborantes , & colentes eius bona patrimonialia gaudeant priuilegio fori Eccleſiaſtici,adeò vt ſi conueniantur coram iudice laico, poſſint illius forum declinare , ego quoque requiſitus fui de mea ſententia , quia dubium videbatur arduum , habet enim ſuas difficultates , ideò examinare punctum non erit inutile,neque iniucundum.

Siquidem ſatis fundata videtur intentio Epiſcopi , ex
textu *in c.fin.* vbi gloſſa & DD. *de off. Archid.* & Abb. *in* 1
*cap.*2.vbi Felin.& alij DD. communiter,*de for. compet.* ex
quibus probatur familiares,& domeſticos Epiſcopi gaudere,& eſſe de foro Eccleſiæ, & cùm coloni dicantur familiares,& domeſtici ſui domini,vt probatur *in l. præſenti,§.ſanè,C.de his,qui ad Eccleſ.confug.*gloſſa *in c.in litteris,*
*de teſtib.*Alex.*conſ.*114.*num.*16.*lib.*4. Dec.*conſ.*100.*num.*8. 2
videtur certum eſſe , quod iſti coloni poſſint iudicium
laicale declinare.

Neque in hoc videtur conſtituenda differentia inter
Epiſcopum Diœceſanum,& Epiſcopum titularem,quia licèt hic careat populo,tamen retinet ordinem,& dignita-
tem Epiſcopalem,*c.legimus,verſ.vbicumq.*93.*diſt.*Menoch. 3
*de arb.ind.caſ.*68.*n.*5.Grat. *diſc.*291.*n.*51.63.73.*part.*2.&
ego dixi *contr.*20. *n.*17.& ideò etiam familiares Epiſcopi 4
titularis frui hoc beneficio fori declarauit S.Congr.ſuper
negotiis iuriſdictionis,ſub die 17.Ianu.1628.vt ego quoque dixi *d.controu.*20.*num.*19.pulchrè Dian.*moral.part.*5.
*in fin declarat.*1.& *in addit.num.*1.

Et iuremeritò , quia exempta perſona ab alicuius foro
videtur etiam exempta tota domus,& eius familia, *l.non* 5
*aliter,de iud.*& *leg.*1.*C.ſi qua præd.poteſt.*Innoc.*in cap. inſinuante,*vbi Dec.*de off. deleg.* & de hoc videtur expreſſum tam in iure ciuili, quàm canonico,vt *in l.*1.& *l.*2.ibi,*Verùm etiam hominibus eorundem,C.de Epiſc.& Cler.*& *in c. Eccl.ſeruos,*12.*quæſt.*2.& *in c.iudicatum,*89.*diſt.* in quibus locis non ſolùm Clerici , & Epiſcopi eximuntur à poteſtate laicorum,ſed etiam eorum ſerui,mancipia,& ruſtici.
Vnde pro exemptione colonorum allegabatur textus *in* 6
*d.c.fin.de off.Archid.* Abb. *in cap.*2. *num.*6. *de for. compet.* Clar.*in prax.§.fin.quæſt.*35.*verſ.excipiuntur,verſ.quæro nunquid,*Leo *in Theſ.for.Eccl.part.*1.*cap.*11.*de priu.cler.*Sbroz. *de off.Vic.lib.*2.*cap.*146.*num.*2.*circa med.*Gen. *in prax. Archiep.Neap.cap.*9.*circa fin.*Theſaur.*deciſ.*22.*num.* 2.6.Alex. *d.conſ.*114.*num.*16.*lib.*4.Dec.*d.conſ.*100.*num.*8.Burſat.*conſil.*25.*num.*2.13.Calcan.*conſ.*71.*num.*2. Tuſch.*pract. concl. lit.E,concluſ.*27.*num.*18.20.

Et quod magis vrget,dicebatur Sacram Congregationem ſæpiùs declaraſſe colonos partiarios Epiſcoporum
gaudere priuilegio fori Eccleſiaſtici , durante colonia
ſuper bonis Menſæ Epiſcopalis,vt pulchrè habetur apud 7.
doctiſſimum Sperell. *deciſion.*42.*num.*21. & Auguſt. Barboſ.*in Collectan.Bullar.verb.Coloni,in fin.* & *in Collectan. ad Concil.Trident. ſeſſ.*25. *cap.*20. *num.*11. *de reformat.* Tambur. *de iur. Abb. diſputat.*15. *quæſt.* 20. *numero quarto,* Dian. *moral. part. quinta , in fin. declarat. Sacræ Congreg. num.*17.



*num.*17.quo ſtante non videtur ambigendum,quin iſti coloni gaudere debeant beneficio fori, etiamſi colant bona patrimonialia Epiſcopi , quia Eccleſiaſtici ſunt immunes non ſolùm reſpectu bonorum Eccleſiæ , ſed etiam propriorum,*c.ſi Clericus laicum,de for.compet.*Carol.de Graſſ. *de eff.Cler.eff.*1.*num.*10.11.12.13.Bellet. *diſq. Cler.part.*1. *tit.de fauor.Cler.real.§.*5.*num.*6.7.& ego dixi *contr. for.*28. *num.*14.& *controuerſ.*103.*num.*7.

Veruntamen circumſcripta ſemper auctoritate Sacræ
Congregationis , cui me ſemper ſubmitto , cenſeo punctum eſſe de iure valdè diſputabilem,& fortè probabilius
eſſe colonos partiarios etiam Epiſcopormm ſubiectos eſſe quoad eorum perſonas foro ſæculari, ſiue conueniantur ex contractu , ſiue ex delicto ; non autem ſi agatur
9 contra eos occaſione rerum Eccleſiæ,namque quoad colonos partiarios non inuenio Epiſcopos fuiſſe in iure
magis priuilegiatos,quàm Eccleſias,& cæteros Clericos;
& ex aduerſo magnum committitur æquiuocum , quia
iura, & auctoritates ex aduerſo allegatæ pro foro Eccleſiæ,non loquuntur de colonis partiariis , & ruſticis Epiſcoporum,qui agros eorum colunt ſuis ſumptibus,& fructus rurales cum eis partiuntur in recompenſationem
ſuorum laborum ; ſed ſermo eſt de familiaribus,& domeſticis Epiſcoporum, quibus imperare poſſunt , & eorum
ſumptibus viuunt , vel eorum officio ſunt vtiles, vel neceſſarij, vt notarij , & executores , vel in domo ipſorum
famulantur,adeò vt adſit dens,& mens, in tantùm , quod
ſaltem requiratur tales fore deputatos pro Epiſcoporum
ſeruitio ; hos enim omnes admittunt gaudere priuilegio
fori Eccleſiaſtici, tam in ciuilibus,quàm in criminalibus,
etiamſi delinquant extra eorum officium , quia familiæ
10 Epiſcoporum hoc eſt ſpecialiter attributum , *d. c. fin. de*
*off. Archid.*ſic Abb.*in d.cap.*2.*num.*6. *verſ. in familia verò,*
vbi etiam Felin. *de foro competent.* Ioan.Ant.de Nigris *in extrauag. vnic. num.*89 *de vit.& honeſt.Cleric.* vbi teſtatur hoc eſſe ſpeciale familiæ Epiſcoporum : ſic etiam Ant. Capyc.*deciſ.*12.*num.*1.Natt.*conſil.*576. *num.*5. & Graſſ. *de effect.Cleric.eff.*1. *num.*128. Theſ. *d.deciſ.*22. *num.*6. & ſic omnes DD. hoc intelligunt *in c. cùm non ab homine , de indic.* Farinac. *in prax. quæſt.*8.*num.*46. vbi de communi, Maſcard. *de ſtatut.interpret.concluſ.*1.*num.*135.Gratian.*deciſ.*233. *num.*2.3.4. & *diſcept.*340. *num.*2. & *diſcept.*341. *num.*9. vbi dicit,quod id conceditur toti familiæ Epiſcopi ob ſpecialem eius fauorem. Duard. *in Bullam Cœn. Domini , lib.*2. *can.*15. *quæſt.*8. *concluſ.*1. *num.*2. Giurb. *conſil.*88. *num. primo , & ſeqq.* vbi congerit omnes , Bellet. *diſq. Cleric. part.*1. *titul. de fauor. Cleric. real.* §.1. *numer.*13. vbi teſtans de communi dicit , quod multa Epi-
11 ſcopis conceduntur , quæ aliis denegantur. Menoch. *de*
*arbitr. iudic. caſ.*562.*num.*13.Ricc. *in prax.for. Eccleſ. reſolut.*471. *num.*5. latè Dian. *moral. part.*1. *tract.*2. *de immunit. Eccleſ. reſolut.*97. & *part.*4. *tract.*1 *de immunit. reſolut.*30. vbi multos allegat, Barboſ. *de off. Epiſcopi, parte* 3. *allegat.*107. *num.*9. Bonacin. *de cenſur. in partic. diſput.*1. *quæſt.*16. *part.*3. *ſub num.*7. *fol.*102. Dian. *moral. part.*4. *de immunit. Eccleſ. reſolut.*30. vbi vide, & *part.*6. *tract.*2. *reſolut.*10. *verſ. ex quibus* , vbi probat familiares, & officiales laicos Epiſcoporum gaudere priuilegio fori Eccleſiaſtici. Marcel. Vulp. *in prax. for. Eccleſ. cap.*41. *num.*50.vbi dicit hoc procedere in familia Epiſcopi tantùm,non aliorum Clericorum. Paul. Squill. *de priuileg. Cleric. cap.*7. *num.*49. & ſic cenſuit Sacra Congregatio Epiſcoporum , & Regularium *in vna Regienſi* 14. *Febr.* 1581. *in Turritana,*18. *Maij* 1603. & propterea qui non eſt de familia Epiſcopi , & laicus eſt, non poteſt hoc beneficio ſeu priuilegio gaudere.

Quare neceſſe eſt intelligere, quinam dicantur eſſe de familia Epiſcopi,ſi intelligere volumus,an coloni hac appellatione comprehendantur ; ideò manifeſtum eſt,quod nomen familiæ hîc non accipitur pro domo , aut agnatione Epiſcopi,ſed pro illis perſonis, quæ illi inſeruiunt, vel ab eo ſunt deputatæ ad aliquod ſeruitium , aut officium, adeò vt familiæ Epiſcopi nomine omnes veniant,
qui in ſeruitio eius ſunt,non ſolùm ſerui, & qui in pote-
ſtate eius ſunt, ſed etiam liberi homines, qui ei ſeruiunt, 12
provt habemus textum meliorem de mundo *in l. Ædiles etiam, §. familiæ,ff. de ædilit. edict.* vbi Bart.& Bologn. ſic benè explicant,& *in l.*2.*§.familia,ff.de vi bon.rapt. l.*1. *§. familiæ,*vbi gloſſa *in verb.ſeruorum,ff. de vi,& vi arm.l. pronutiatio , §.ſeruientium ,* vbi Alciat.*de verb. ſign.*gloſſa *in cap.*1.3.*quæſt.*5.Card.*in Clement.*1. *in princ.in* 12.*not. de exceſſ.Prælat.* Addit. ad Panorm. *in d. c.fin. num.*5.*de offic. Archidiac.* Felin. *in c. in litteris , num.*1. *verſ. tertiò nota, de teſtib.* pulchrè Bellet. *diſq. Cleric. part.*1. *tit. de fauor. Cleric.real.*§.1. *num.*15.16.17.18. vbi idcircò probat omnes inſeruientes Epiſcopo, & etiam non habitantes cum
eo,Notarios etiam Curiæ Epiſcopalis, Fiſcalem,nuntios, 13
cuſtodes carcerum , & familiam armatam comprehendi ſub nomine familiarium Epiſcopi , quia ſunt deputati ad eius ſeruitium , & habent ſuum officium. Dian. *d. reſolut.*30. Graſſ. *d. eff.*1.*n.*128.129. vbi teſtatur de communi , ſi viuunt expenſis Epiſcopi , aut pro adminiſtratione ſuæ iuriſdictionis. Hanc etiam deputationem ad aliquod ſeruitium , vel officium requirunt poſt Farinac. *in prax. crimin. quæſt.*55. *num.*135. in terminis Barboſ. *de offic. Epiſc. d. alleg.*107. *num.*10. latiùs Giurb. *d. conſ.*88. *num.*3. vbi plurimos congerit. Farinac. *deciſ. crimin.*225. *num.*3.5.6. & Rot. *diuerſ. deciſ.*22. *num.*6. *part.*5. & hoc ſentit etiam Ricc. *in prax. for. Eccleſ. reſolut.*471. *num.*8. Gratian. *d. diſc.*340. *num.*17.19. vbi requirit ſeruitium, officium , vel famulatum in actu , vt familiares Epiſcopi gaudere poſſint beneficio fori Eccleſiaſtici ; quæ in colonis partiariis verificari nullo modo poſſe videntur ; & propterea videmus, quod hi,qui habent litteras familiaritatis , non gaudent priuilegiis familiarium , niſi exerceant officia , propter quæ dantur illis litteræ , vt inquit Ioan. Ant. de Nigr. *in rep.c. vnic.num.*96.*de vit.& honeſt. Cler. in extrauag.*

Nam coloni partiarij , qui culturæ agrorum operam
nauant, & ſuis expenſis prædia tollunt , ſuum negotium
gerere videntur , quia ſuo labore lucrantur dimidiam
fructuum ruralium , & alia medietas reſeruatur Domino
ratione ſui dominij ſine vlla impenſa , vt cenſuit Rota 14
apud Farinac. *deciſ.poſth.*103.*num.*3.*part.*2.& ideò potiùs
dicendi ſunt conductores prædiorum cum pacto quotæ, 15
& ſocij in negotio fructuum , quàm familiares , vt probatur per textum *in l. cum duobus , §. ſi in coeunda , ff. pro ſoc.l.ſi merces,§.vis maior,* vbi Bart. *num.*3. *de locat.*& poſt Bald. & Federic. dixit Tuſch. *pract. concluſ.littera C, concluſ.*464. *num.*1. & *littera S , concluſ.*287. *num.*40.Cabal. *reſolut. crimin.*216. *num.*9. Felix *in tract. de ſociet. cap.*27. *num.*43. Alex. Trombet. *eod. tract. cap.*2. *num.*16. latè Carroc. *de locat. & conduct. part.*4. *tit. de remiſſ. merced. quæſt.*4. *num.*4. vbi docet , quod colonus partiarius eſt loco ſocij,licèt impropriè, quia ſocietas eſt velata, & recta ſub pallio contractus locati , & conducti in illo tan-
tùm negotio fructuum recolligendorum : ſic etiam pul- 16
chrè improbat Rota apud Farinac. *deciſ. recent.*199. *numer.*14. *part.*1. vbi dicit colonum partiarium eſſe impropriè ſocium, & eius cum domino prædij contractum ſapere naturam locationis , & conductionis. Ergo ſequitur , quod non poſſint dici de familia Epiſcopi in qua nullum habent officium , vel ſeruitium : ad rem Tuſch. *littera F, concluſ.*72.*num.*25.27.

Non obſtant in contrarium adducta , & primò quod etiam coloni dicantur familiares , & domeſtici ſui domini , per *l. præſenti , §. ſanè, C. de his qui ad Eccleſ. confug.*Alex.*conſil.*114.*num.*16.*lib.*4.& aliis multis adductis,
qui idcircò concludunt non poſſe tanquam domeſtici 17
pro ſuo domino teſtificari , vt per Farinac. *de teſtib. quæſtion.*55. *num.*213.

Nam reſpondetur hæc poſſe verificari,& procedere in colono manente in domo Domini ſui,& adſcriptitio,& in quo Dominus habet ius , vel aliquam poteſtatem , adeò

vt

18 vt coloni ſint actu in ſeruitio Domini,& ſerui eius com-
menſales,ſicut per textum *in §.in teſtibus, in fin.* vbi pul-
chrè additio ad gloſſam *in verb.in re ea*,& ibi Ioan.Fab.&
Ang.ſic declarant,*Inſt.de teſtam.*idem Ioan. Faber *in dict.
leg. præſenti, C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* Addentes ad
Alex *dict.conſ.*114.*in verb.colonus*,gloſſa *in dict.cap.in litte-
ris*, vbi DD. *de teſtib.* vbi quod tales debent eſſe, quibus
imperari poſſit , vt domeſtici , & familiares dicantur , vt
19 eorum repellatur teſtimonium : pulchrè Socin. Iun. *con-
ſil.*135.*num.*6.7.*lib.*2. Maſcard.*de probat.lib.*1.*concl...num.*2.
Vbi benè declarat hæc procedere in colono adſcriptitio,
& mercenario,qui non poteſt, cùm ſibi libuerit, recede-
re,& cui imperari poteſt : ad rem vide Tuſch. *d. concl.*72.
*num.*29.

Secus eſt in colono partiario , qui propriè non poteſt
dici domeſticus, vel familiaris, ſed tantùm taliter, quali-
ter;ita tamen,quod ei non poteſt de iure imperari, vt in
20 verbis dixit Bald. *in conſ.*444. *num.*4. *verſic. Item colonus,
lib. primo* ; & ideò quia ceſſat in colono partiario dome-
ſticitas , & familiaritas,admittitur in teſtem pro domino
ſuo , & eſt teſtis idoneus , adeò vt non diminuatur ei de
fide,niſi quantum arbitrio iudicis, ratione affectionis vi-
debitur, quia verè non eſt familiaris : ſic docuit Salic. *in*
21 *l.quoniam liberi,num.*8.vbi etiam Ang.*C.de teſtib.* pulchrè
Iaſ.*in addit.ad Port.in §.Pater,in vlt. addit.Inſt.de teſtam.*
Aufrer.*in tract.de teſtib.num.*21.Abb.*in c. litt.num.*5. *verſ.
ſed quærit*, vbi DD. *de teſtib.* Fulgoſ. *conſ.*173. *In cauſa in-
quiſitionis* Alex.*conſil.*57.*num.*16.17.*lib.*7.Dec. *d.conſ.*100.
*num.*8. Socin.Sen. *conſil.*208. *num.*7.*lib.*2. Socin.Iun.*con-
ſil.*135.*num.*7.8.*lib.*2.Curt.Iun. *conſil.*168. *num.*15. *verſic.
Non obſtat.*Ruin.*conſil.*9.*in fin.lib.*3.Neuiz.*conſ.*80.*num.*17.
Pariſ.*conſil.*104.*num.*159. *lib.*1. Gabr. *de teſtib.concluſ.*10.
*num.*57.Menoch.*de arbitr.caſ.*474.*num.*6.Maſcard. *de pro-
bat.d.concluſ.*420.*num.* 3.de communi,& veriſſima opinio-
ne teſtatur Farinac. *de teſtib.quæſt.*55.*num.*219. 220. 221.
Tuſch.*d.concluſ.*72.*num.*27.

Hinc colligitur quantùm à vero errauerint Burſat.*con-
ſil.*25.*num.*2. & Gratian. *diſc.*340.*ſub num.*3. qui colonos
Epiſcopi inter familiares enumerant , quia ſaluari non
poſſunt,niſi dicamus eum loqui de colonis aſcriptitiis,&
mercenariis , de quibus ſuprà, qui colunt agros ſumpti-
22 bus Domini,nullam in fructibus partem habentes ; quos
admittimus familiæ appellatione contineri,quia verè fa-
muli dici poſſunt, vt in terminis dixit latè Surd. *deciſ.*55.
*per totam* , quem ſequitur Caball. *d. reſol.*290. *num.*19.
alioquin Burſatus,& Gratianus allucinantur, & auctori-
tates ab eis adductæ non probant eorum intentionem ; ſi-
quidem coloni partiarij non dicuntur familiares, nec iux-
ta vulgarem loquendi vſum tales vocantur , vt inquit in
23 verbis Bonacin. *in Bullam Cœn. Domini , diſp.*1. *quæſt.*14.
*part.*2. *num.*7. colonus enim non dicitur familiaris , niſi
cohabitet cum domino , vel viuat eius expenſis, vt poſt
Aret. *conſ.*13. *num.*14.15. *verſ. nunc venio* , docuit Card.
Tuſch. *littera F, concluſ.*72. *num.*27. nihil enim habent
commune coloni partiarij cum familia Epiſcopi,quæ vi-
uit ſub eius gubernio,& correctione,& eius expenſis, vel
ſaltem in officio deputato,& illi ſubdita eſt,quia familia-
ritas importat quandam ſubiectionem,*d.l.pronuntiatio*, §.
24 *familiæ,verſ.iure enim,de verb.ſignific.l.*1.*C.ſi Rector Prouinc.
l.vnic.C.ſi quacunque præd. poteſt* , in terminis dixit Mar.
Anton.*var.reſolut.lib.*1.*reſol.*75.*num.*3. Barboſ.*d.alleg.*107.
*num.*10.*in fin.*ad rem Giurb.*d.conſil.*88.*num.*3.*in fin.* Tuſc.
*d.concluſ.*72.*num.*29.

Et pro hoc facit etiam doctrina Bald.*in l.*1.*num.*2.*C.de
Epiſc.& Cler.*vbi vocat illam familiaritatem ſubiectiuam;
ſed coloni partiarij ſunt potiùs ſocij in negotio fru-
ctuum,& conductores, & de ſuo viuunt, ſeque ipſos re-
gunt , & ſolùm tenentur fructus prædiorum ducere ad
domum Domini : ergo Epiſcopi familiares dici non poſ-
ſunt , niſi eſſent eius commenſales , vt inquit Duard. *in
Bullam Cœn.Domini,can.*15.*quæſt.*8.*concl.*2.*num.*7. Tuſch.
*d. concluſ.*72. *num.*72. & propterea non poſſunt gaudere
priuilegio fori, vt eſt de mente eiuſdem Duard. *dict.quæ-
ſtion.*8. *concluſ.*1. *&* 2. vbi ponit hanc quæſtionem , &
poſteà ſolùm tribuit priuilegium fori ſeruis , & familia- 25
ribus Epiſcoporum , & *ſub num.*7. docet colonos Eccle-
ſiarum regulariter eſſe conueniendos coram ſæculari iu-
dice.

Minùs igitur obſtat lex 2.*C. de Epiſc.& Cler.*& *c. Ec-
cleſiarum ſeruos*,12.*quæſt.*2. & *c. Clericum*,11.*quæſt.*1. tum
quia potiùs loquuntur de exemptione à collectis , quàm 26
de priuilegio fori ; & non licet ab vno arguere ad alte-
rum,vt in terminis dixit Menoch. *de arbitr. iud. caſ.*551.
*num.*10. tum quia communiter interpretantur , vt lo-
quantur de mancipiis, iuxta legem primam, *Cod. de Epi-
ſcop. & Cleric.* & ſic de ſeruis perpetuis , qui ſunt in do-
minio Eccleſiæ , vel Clericorum, qui idcircò ſubiiciun-
tur foro Eccleſiaſtico , ſicut aliæ res Eccleſiæ, & in hoc
pariſicantur Eccleſia,Epiſcopi,& Clerici,vt *in dict. capit.* 27
*Eccleſiarum ſeruos* , quod ideò DD. intelligunt de ſeruis
perpetuis , & mancipiis, vt per Abb. *in dict. cap.ſecundo,
de for.competent.* Rip. *in tract. de peſt. tit.de præſeru.rem.§.
deuenio,num.*128.Grammatic.*conſil.*102. *num.*15.16. The-
ſaur. *dict. deciſ.*22. *num.*4. *verſic. quod tamen loquitur* , &
*num.*5. *verſic. fallit primò*,vbi docet ita intelligendos eſſe
omnes , qui pro contraria ſententia adducuntur : & ego
dixi *controuerſ. forenſ.*20. *num.*38. vbi alios allegaui, quæ 28
non procedũt in ſeruis mercede conductis laicis, qui non
gaudent priuilegio fori , excepta tamen familia Epiſco-
pi : ita Archidiac. *in cap.*2. 11. *quæſt.*1.Specul.*in titul. de
compet.iudic.adeund.*§.1.*verſic.*27.Natt.*conſilio* 576.*num.*3.
Decian. *tractat. criminal. libr.*4. *cap.*9. *numero* 57. Fari-
nac. *in prax. quæſt.*8.*ſub numero* 46. Menoch.*dict.caſ.*562.
*numero* 3. 20. Maſcard. *de ſtatut. interpretat. concluſ. pri-
ma , numero* 136. Bonacin. *in Bullam Cœn. Domini, diſ-
putat. prima , quæſtione* 16. *ſection. prima , parte tertia,
numero octauo* , vbi dixit vſu receptum eſſe , vt hi famu-
li tanquam laici iudicio laicorum ſubiiciantur , ſi non
ſunt de familia Epiſcopi , ſed ad colonos partia-
rios hæc non pertinent , qui etiamſi colunt prædia
Epiſcopi , nullam tamen contrahunt , familiarita-
tem , ſed ſocietatem fructuum , vel conductionem tan-
tùm.

Et ſanè ſi vis eſſet facienda *in dicto capitul. Eccleſiarum
ſeruos*,12. *quæſt.*2. & ſimilibus , cùm non minùs loquan-
tur de Clericorum , & Eccleſiarum ſeruis , quàm Epiſ-
coporum , dicendum eſſet , quod etiam familiares quo-
rumcumque Clericorum , & Eccleſiarum gauderent pri-
uilegio fori Eccleſiaſtici , & nihilominus cenſuerunt
communiter DD. quod coloni Eccleſiarum , & Clerico- 29
rum quoad eorum perſonas ſint de iuriſdictione iudi-
cis laici , & non gaudeant priuilegio fori Eccleſiaſtici,
vt probat gloſſa *in capit. iudicatum , in verb. inter eos ,
diſtinct.* 89. vbi dicit ruſticos Eccleſiæ eſſe de foro ſæ-
culari , & non poſſe conueniri coram Epiſcopo , niſi ra- 30
tione adminiſtrationis bonorum Eccleſiæ : ſic etiam
Specul. *libr. ſecundo , titul. de competent. iudic. adeund.* §.
*generaliter , caſ. vigeſimoſeptimo , numero* 27. *verſic. Idem
etiam eſt de colonis* , vbi dicit , quod ſi coloni conuenian-
tur ex delicto , vel contractu , debent conueniri coram 31
iudice ſæculari , quod etiam docet Gemin. *in capite* 1.
11. *quæſt. prima* , Præpoſ. *in capit. Eos , diſtinction.* 32.
Ioan. *in dict. capit. iudicatum* , vbi tenet generaliter,
quod coloni , & ruſtici huiuſmodi conueniuntur co-
ram ſæculari , vbi etiam Cardinal. de Turrecrem. con-
ſtituit eandem regulam , & loquitur etiam de colonis
Epiſcoporum , DD. *in capit. ſecundo* , vbi Butr. *numero
decimoquarto* , Abb. *numero quinto* , Aretin. *in ſecundo
not.*Felin.*numero ſecundo*,Barbat. *numero* 75. *verſicul. quid,
de ruſtic.de form.competent.*Ioan.Anton.de Nigr. *in extra-
uag.vnic.numero* 91.& *numero* 110.*de vit. & honeſtat. Cle-
ricor.* Socin. *in cap.ſi quis Clericus , numero* 8. *verſicul. ſed
tu aduerte , eodem titul.* Natt. *conſilio* 576. *numero* 3.6.7.
Capyc.*deciſ.duodecima,numero* 2.pulchrè Gabriel *conſ.*37.
*num.*4.



*num.*4. *lib.*2. vbi docet laicos colonos , vel conductores
rerum Eccleſiæ eſſe de iuriſdictione iudicis laici. Theſ.
*dict. deciſ. vigeſimaſecunda , numero* 5. vbi quod pluries
ita iudicauit Senatus : pulchrè Surd. *conſil.*301.*num.*69.
70.8[illegible] *verſ. nec quemquam.* Decian. *tractat. criminal.
lib.*4. *capitul. nono , numer.*58. Farinac. *in prax. criminal.
quæſt.octaua , numero quadrageſimoſexto , in fin.* Carol. de
Graſſ. *de effect. cleric. effect.*1. *numer.*209. *verſic. contra-
rium*, & *numer.*210. Megal. *conſil.*75. *num.*2. & *prima,
&* 2.*part. inſtitut. confeſſ. libr.*2. *cap.decimoſeptimo, quæſt.
ſexta, numer.*128. *verſic. ſecundum dictum.* Alderan. Maſ-
card. *de ſtatut. interpret. concluſ. prima, numer.*150. vbi
pulchrè loquitur , & alios allegat , & ego quoque dixi
*controu. forenſ.*20. *numero trigeſimoſexto* , & *controu.*52.
*numer. vigeſimoquarto* , & concordat Modern. Neapol.
*in tractat.de iuriſdict. part.*4. *caſ.*112. *numer.*1.2.3. vbi
etiam redduntur rationes : qui omnes admittunt , quod
vbi agitur de ſolis perſonis colonorum , & ruſticorum
Eccleſiæ prædictorum , ſi conueniantur ex delicto , vel
contractu perſonali , non habito reſpectu , vel relatio-
ne ab bona Eccleſiæ , & Clericorum , conueniendi ſunt
in foro ſæculari , velut in cauſa furti , vel damni dati
etiam cum beſtiis Eccleſiæ , vel alia ſimili actione per-
ſonali , & aliena à bonis Eccleſiæ , quia tunc libertas,
& immunitas Eccleſiæ nullo modo violatur ; ſeparata
enim eſt perſona coloni partiarij ab intereſſe Eccleſiæ,
adeò vt de ſua portione fructuum ſoluere debeat deci-
mas , licèt Eccleſia ſoluere non teneatur : vt per Bellet.
32 *diſquiſ. Cler. part.prima , de fauor. Clericor. real.* §. *ſepti-
mo , numero quinto.* Vbi multos alios allegat.Ergo ſequi-
tur , quod ſicut coloni Eccleſiæ non gaudent priuilegio
fori, ſic non debeant gaudere coloni Epiſcoporum, dum
ſpecialiter in hoc priuilegiati non reperiuntur, & firma
remanet regula , quod coloni Eccleſiarum laici non poſ-
ſunt declinare forum Iudicis ſæcularis , ſi ex delicto vel
contractu conueniantur , vt latè per Modern. Neapol.
33 *dict. tractat. de iuriſdict.part.ſecunda, capitul.*40. *numer.
trigeſimoquinto* , vbi multos allegat , & *part. quarta,dict.
caſ.*112. *numer.*1. Graſſ. *de effect. cleric. effect.ſecundo,
numer.*294. Non enim iure cautum eſt , quod coloni Ec-
cleſiarum gaudeant priuilegio fori , vt latè per Ioan. de
Fantin. *quæſt. prima , cap.in ſumma*, quem ſequitur Ioan.
Ant. de Nigr. *in extrauagant.vnic.num.*110. *de vit. & ho-
neſt.Cler.*

Neque dicatur, quod hæc fortè procedant in colo-
nis Clericorum , & Eccleſiarum inferiorum , non au-
tem Epiſcoporum , qui maiori prærogatiua digni ſunt,
cùm multa eis concedantur , quæ aliis denegantur. Nam
reſpondetur ſtandum eſſe regulæ , donec de limitatione
doceatur, & ideò cùm Epiſcopi fuerint priuilegiati quo-
ad fori beneficium in ſuis tantùm familiaribus etiam lai-
cis ſpecialiter , hoc non eſt trahendum ad colonos par-
tiarios , qui non ſunt familiares , niſi viuant Epiſco-
34 porum expenſis , vt per Tuſch. *dict. littera F , conclu-
ſione* 72.Surdus *dict.deciſ.* 35. *per totam* : imò in puncto
de colonis Epiſcoporum eſſe de foro ſeculari habemus
35 textum *in dicto capit. indicatum, diſtinct.*89. vbi gloſ. &
Cardinal. Turrecrem. & alij Doctores quæſtionis oc-
caſionem ſumunt à colonis Epiſcoporum , & in iiſdem
terminis locutus eſt Vulpel. *tractat. de immunit. part.*3.
*numer.vigeſimoquinto, in fin. verſic. Intelligo.* Vbi cenſuit
colonos Epiſcoporum partiarios non gaudere priuilegio
fori , & ego quoque dixi *dicta controuerſ.*20. *numer.*36.
& ad rem facit pulchrè Tuſch. *dict. concluſ.*72. *num.*27.
& idem ſentire videntur omnes , qui allegant *dict. ca-
put indicatum , diſtinct.*89. ad probandum colonos eſſe
de foro ſeculari quoad perſonales obligationes , vt per
Decian. *dict. libr.*4.*capit.*9. *numer.*58. Farin.*dict.quæſt.*8.
*num.*46. *verſ. Ruſtici autem* : adeò vt appareat DD. non
conſtituiſſe in hoc differentiam inter colonos Epiſcopo-
rum , & aliorum Eccleſiaſticorum quoad fori priuile-
gium.

Et quamvis textus *in d.cap.indicatum* , videatur habe-
re multiplices intellectus , & videatur poſſe etiam alle-
gari pro colonis Epiſcoporum , vt ſint de foro Eccleſiæ,
tamen ſi benè conſideretur , oppoſitum probat , vt ibi-
dem gloſſa & DD. & maximè Cardin. de Turrecrem.
Vbi optimè reſpondet, & regulam conſtituit , quod Ru-
ſtici Eccleſiæ , ſeu Epiſcoporum debeant conueniri ſub
iudice ſeculari , & ad illum textum quatuor modis reſ-
pondet ; & primò, quod illi ruſtici fuerunt conuenti co-
ram iudice Eccleſiaſtico rei Eccleſiæ. Secundò , quia ii- 36
dem ruſtici erant de patrimonio Eccleſiæ,quæ ſuper eos
habebat iuriſdictionem temporalem,& ſpiritualem ; ter-
tiò , quia laici erant adhuc in adminiſtratione bonorum
Eccleſiæ ; quartò , quia illud fuit factum de mandato,&
delegatione D.Papæ, qui ex plenaria ſua poteſtate ſolet
committere cauſas etiam inter laicos. Hæc vtique poſ-
ſunt deſeruire pro quatuor limitationibus, in quibus co-
loni Eccleſiæ , & Epiſcoporum poſſunt conueniri in fo-
ro Eccleſiæ , ſed firmum remanet pro regula , quod ſint
de foro ſeculari, quia non ſunt Epiſcopi familiares , ex
Surd. *d.deciſ.*35.*num.*13.*verſ.rurſus.*

Non obſtat , quod coloni dicantur ſocij , & ratione
ſocietatis cum Epiſcopo debeant gaudere eodem fori
priuilegio , ex Gratian. *conſilio* 130. *num.ſexto , & ſepti-
mo , libr.primo.* Quia primò reſpondetur eos non eſſe
propriè ſocios , quia potiùs aſſimilantur conductori,
Odd. *conſilio* 34. *numero decimoquarto* , & *numero deci-
ſexto.* Rota apud Farinac. *deciſ. recent.*199. *numero deci-* 37
*moquarto , parte prima.* Secundò reſpondetur hæc non
procedere in ſocio rei particularis , cuius priuilegia
non communicantur alteri, niſi ſit ſocius vniuerſalis , &
ideò ſocius vnius rei non dicitur familiaris , vel dome-
ſticus , & non repellitur à teſtificando pro ſocio , vt in- 38
quit Salicet. *in dict. leg. Quoniam liber , numer.*7. *C. de
teſtib.* & quatenus daretur talis communicatio , ea pro-
cederet ſolùm in eo , in quo ſunt ſocij , & non vltrà,
quia limitata cauſa limitatum producit effectum , ad
textum *in leg. in aquis , de aquir. rer. dom. leg. cancella-* 39
*uerat , de his , quæ in teſtam. delent.* ſed coloni partiarij
tantùm poſſunt dici ſocij eorum domini reſpectu fru-
ctuum agri , vt ex Carroc. *in tractat. de location. part.
quarta , ſub titul. de remiſſ. merced. quæſt.*4.*numero* 4.Odd.
*conſilio* 34. *numero decimonono.* Ergo illo tantùm reſpe-
ctu poſſunt gaudere priuilegio fori Domini , non etiam
ſi agatur ex delicto , vel contractu. Butr. *in dict. capit.*2.
*numer.*6. vbi Abb. *numer.*5. Felin. *numero ſecundo, de for.
competent.* Natt. *dict. conſilio* 576. *numer.*3. *verſic. ſecus
eſt* , cum aliis ſuprà adductis , ex quibus concludi po- 40
teſt , colonos partiarios , & ruſticos Eccleſiarum,
& Epiſcoporum qui non viuunt expenſis Epiſcopi,
ſi delinquant , & ſuis iudicibus laicis ſint inobedien-
tes , ab eis eſſe puniendos , & coram eis etiam ciui-
liter conueniendos , vbi non agitur de bonis , & fru- 41
ctibus Eccleſiæ , Gabriel. *dict. conſilio trigeſimoſeptimo,
numero quarto.* Surd. *dict. conſilio* 301. *numero* 67.70.87.
*verſic. Nec quemquam* , Niger. *in extrauag. vnic. nume-
ro* 110. *de vit. & honeſtat. cler.* Farinac. *in prax. quæſt.
octaua,numero* 46. *in fin.* ſocietas enim quæ cadit inter
dominum , & colonum , eſt tantùm reſpectu damni , &
lucri , non in cæteris , vt per Odd.*conſil.trigeſimoquarto,
num.*15.

Non obſtat prædictis quod coloni,& conductores bo-
norum fiſcalium gaudeant priuilegio fori , adeò vt tam
in cauſa ciuili , quàm criminali ſint liberi à iudicibus or-
dinariis, & debeant iudicari à Procuratore Principis , & 42
iudicibus fiſcalibus per textum *in leg.ſi quis, & in leg.hac
lege,C.vbi cauſ.fiſcal.* ideò idem dicendum eſt de colonis
Epiſcoporum,quia priuilegium fiſci competit etiam Ec-
cleſiæ,cum à pari procedant,*leg.final. C.de ſacroſanct. Ec-
cleſ.*& §.*ſimul,aliàs ſicut*, in *Authentic. de non alienand.* & 43
ita arguunt Sylua *conſilio nono, numero vndecimo* , Tuſch.
*littera E,concluſ. vigeſimaſeptim. numero decimoſeptimo , in*

*fin.* Nam primò reſpondetur, priuilegium fori, quo fiſ-
cales conductores potiuntur, vt in dictis iuribus, intel-
44 ligendum eſſe procedere in quæſtionibus prouenienti-
bus ex cauſa conductionis, aliàs ſecus, vt in verbis ſic
ea declarat Peregr. *de iur. fiſc. libr. ſexto, titul. quinto, nu-*
*mero decimoquinto, decimoſexto.* Vbi teſtatur ita ſeruari,
& reddit rationem huius reſtitutionis, quod poteſt con-
cedi etiam in colono Eccleſiæ, vt ſi conueniatur ratione
rei Eccleſiaſticæ, ſiue ſit Epiſcopi, ſiue alteriùs clerici,
45 poſſit declinare forum, ad tradita per Abb. & Felin. *in*
*dict. cap. 2. de for. competent.* Theſ. *dict. deciſ. vigeſimaſe-*
*cunda, ad fin.* gloſſa & Turrecrem. *in dict. cap. indicatum.*
Sed hoc conſtituit limitationem, non regulam facit, quod
colonus Epiſcopi fruatur foro Eccleſiæ. Secundò reſ-
pondetur ſi hoc verum eſſet, & teneret huiuſmodi con-
ſequentia, hoc fori priuilegium eſſe concedèndum non
ſolùm colonis Epiſcoporum, ſed etiam colonis Eccleſia-
rum, & Clericorum, ob æquiparationem fiſci, & Eccle-
ſiæ: ſed ſic eſt, quod communiter docent DD. colonos
Clericorum, & Eccleſiarum non gaudere fori Eccleſia-
ſtici priuilegio, vt per Ioan. Ant. de Nigr. *in d. extrauag.*
46 *vnic. num.* 91. & *num.* 110. *de vit. & honeſt. Cler.* qui alios
congerit. Farin. *d. quæſt.* 8. *num.* 46. cum aliis ſuprà addu-
ctis: ergo ſequitur fallax eſſe hoc fundamentum, quia
data inſtantia corruit argumentum, §. *pauonum, Inſt. de*
*rerum diuiſ.* gloſſa *in cap. ſicut vrgente,* 1. *quæſt.* 1. Menoch.
*conſil.* 52. *num.* 70. Ludouicus Scacc. *conſil.* 78. *numer.* 40.
47 *lib.* 1. nec mirum eſt, quia multa habet fiſcus, quæ non
habet Eccleſia, velut tacitam hypothecam. Alex. *in l. ſi*
*filio, §. ſi iure, de acquir. poſſ.* Tertiò reſpondetur diuerſam
eſſe rationem inter vnum, & alterum, & ideò ceſſare ar-
gumentum ductum à fiſco ad Eccleſiam, vt inquit Euer.
48 *loc. cit. cap.* 62. *num.* 18. diuerſitas autem eſt euidens, quia
dum Princeps vetat ſuos colonos conueniri, niſi coram
iudicibus fiſcalibus, nihil ſibi præiudicat in iuriſdictio-
ne, imò eam trahit ad ſe; verùm ſi vigore eiuſdem legis
Eccleſia cognoſceret etiam cauſas colonorum ex delicto,
vel contractu, Princeps remaneret abſque iuriſdictione
in perſona coloni, quod non eſt facilè credendum vo-
luiſſe facere, & concedere niſi in iure caueatur, provt
de ſeruis perpetuis, & aſcriptitiis fuit ſancitum *in d. l.* 2.
*C. de Epiſc. & cler.* & tradiderunt DD. *in d. cap. 2. de for.*
*compet.* vt dictum eſt: ſed prima reſponſio magis vrget,
quia priuilegium reſtringitur ad cauſam, ob quam con-
ceditur, vt per Peregr. *d. tit.* 5. *num.* 16. & ideò videmus
ex aliis cauſis etiam criminalibus colonos fiſci trahi co-
ram Ordinariis locorum, vbi ſunt bona, quæ ab eis ſol-
uuntur: ergo idem dicendum eſt de colonis Eccleſiæ, &
Epiſcoporum.

Modò videntur ſolùm obſtare decreta S.C. de quibus
Sperell. *d. deciſ.* 42. *num.* 21. & alij, de quibus ſuprà, vbi
declaratur colonos partiarios menſæ Epiſcopalis gaude-
re priuilegio fori Eccleſiaſtici durante colonia, nihilomi-
nus debita cum reuerentia poſſet dici non conſtare au-
thenticè de prædictis decretis, non enim vidi originale,
49 & tamen ſub die 2. Aug. 1631. eadem Congregatio Emi-
nentiſſimorum & Reuerendiſſimorum DD. Card. Concil.
Trid. Interpretum ex ſpeciali Sanctiſſimi D. N. Vrbani
VIII. iuſſu præcepit nullam adhibendam eſſe fidem hu-
iuſmodi declarationibus, ſiue impreſſis, ſiue manuſcri-
ptis, niſi in authentica forma munitæ fuerint ſolito ſi-
gillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfe-
cti, & Secretarij eiuſdem Congregationis pro tempore
exiſtentium, vt apud Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſiaſtico,*
*cap.* 4. *num.* 83. *verſ. verùm,* & Paſqualig. *deciſ.* 85. *num.* 7. &
*deciſ.* 86. *num.* 13. Ergo ſi non appareat de prædictis de-
cretis in hac forma, non erit credendum aliis, quæ cir-
cunferuntur.

Deinde quatenus extarent, me remitto eorum deci-
ſioni, ſed non cenſeo prohibitum eſſe recurſum ad eoſ-
dem Eminentiſſimos Patres, vt iterum velint, ſi placet,
cauſam proponere, & examinare punctum, & reſcri-
bere, an perſeuerandum ſit in tali decreto, ſtante quod
multi Theologi, & Canoniſtæ putauerunt declarationes
prædictas maximi quidem faciendas, non tamen obli- 50
gare in vtroque foro extra caſum, in quo proponuntur,
niſi duo copulatiuè concurrant, vt ſcilicet facta ſint
conſulto ſummo Pontifice, vt ſtatuit Sixtus V. in Bulla
6. edita anno 1588. quæ incipit, *In Menſa*; & quod
fuerint ſufficienter publicatæ, adeò vt authenticè de eis
conſtet, vt per Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 2. *num.* 10. *in*
*fin.* Corjolan. *de caſib. reſeru. part.* 1. *ſect.* 1. *art.* 21. *numer.* 5.
Bonacin. *de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 8. *num.* 4. *verſ. ego ve-*
*rò.* Baſil. Pontius *de matrim. lib.* 5. *cap.* 13. §. 2. *num.* 7. latè
etiam Dian. *mor. part.* 1. *de legib. tract.* 10. *reſolut.* 29. *At his*
*non obſtantibus:* vbi concludit his deficientibus non ha-
bere vim legis, ſed quia multi alij aliter ſentiunt, de qui-
bus Barboſ. *d. cap.* 4. *num.* 81. non audeo os ponere in cœ-
lum, & ſolùm exiſtimo bonum eſſe de nouo conſulere
eandem S.C. quia ad Principem nunquam denegatur re-
curſus, & illi Sapientiſſimi Patres decernent, quod ſibi
iuſtum viſum fuerit, & interim donec decernatur à S.C.
quid agendum ſit, obſeruanda erit ſupradicta declaratio,
ſi verè extat.

Tertiò igitur poteſt reſponderi prædictum decretum
Sacræ Congregationis loqui tantùm de colonis partia-
riis Menſæ Epiſcopalis, vt apud Sperell. *d. deciſ.* 42. *n.* 21.
ideò non eſſe extendendum ad colonos bonorum patri-
monialium ipſorum, quia licèt hæc bona ſint quoque
immunia ratione perſonæ Domini Eccleſiaſtici, nullo ta-
men canone illorum immunitas communicatur etiam
colonis bonorum patrimonialium, eo quod textum *in* 51
*d. cap. indicatum, diſt.* 89. à quo deſumitur fundamentum
pro colonis Epiſcoporum, loquitur tantùm de ruſticis
Eccleſiæ & Epiſcopi, dicens: *Inter eos, Eccleſiæque veſtræ*
*ruſticos cauſam examinari.* Et propterea non debet exten-
di ad colonos bonorum patrimonialium, tum quia in-
cluſio vnius eſt excluſio alterius, *l. cùm Prætor, in princ.*
*ff. de iudic.* tum quia illud eſt ſingulare, & ſpeciale,
quod non debet extendi in diminutionem iuriſdictio-
nis ſæcularis, vt in terminis dicere videtur Natt. *d. con-* 52
*ſil.* 576. *num.* 10. *in fin.* Modern. Neap. *dict. tract. de iuriſdi-*
*ctione, part.* 4. *caſ.* 111. *num.* 15. Nam etiamſi verſemur in
materia fauorabili pro Eccleſia, adhuc tamen videtur
non eſſe faciendam extenſionem de perſona coloni Men-
ſæ Epiſcopalis ad perſonam coloni bonorum patrimo-
nialium Epiſcopi, vt poſt Tiraq. *de reuoc. donat. in verb.*
*libertis, num.* 30. Ceph. *conſ.* 114. *n.* 7. docuit Farin. *in fragm.*
*part. prima, verb. extenſio, n.* 101.

Quartò reſpondetur dictum Decretum S. C. de co-
lonis Menſæ Epiſcopalis admiſſis ad fori priuilegium,
procedere, & locum habere vbi vſu receptum eſt, per
textum *in l. de quibus, ff. de legib.* non autem vbi nun-
quam fuit acceptatum, neque vſu receptum, ſiquidem
lex etiam canonica non ligat, vbi non eſt moribus vten-
tium approbata, quia habet in ſe tacitam conditionem,
dummodò vſu recepta fuerit; alioquin eâ non ligantur 53
eius tranſgreſſores, textus eſt *in cap. iſtis, §. leges, diſt.* 4.
vbi gloſ. notabilis, & Anch. *num.* 1. Bellamer. *in princ.*
Card. de Turrecrem. *numer.* 2. 3. vbi latè tractat, & con-
cludit leges firmitatem accipere ab vſu populi, gloſſa &
DD. omnes *in d. l. de quibus.* Alex. *conſil.* 132. *num.* 1. 4. *lib.* 1.
vbi teſtatur de magis communi. Ceph. *conſ.* 47. *num.* 26.
Ruin. *conſ.* 13. *num.* 27. 28. *lib.* 2. Rol. *conſ.* 99. *num.* 5. *lib.* 2.
latiſſimè Farin. *fragm. part.* 2. *in verb. lex, n.* 1. 2. *& ſeqq.* vbi
teſtatur de communi Legiſtarum, & Canoniſtarum. Na-
uar. *in Manual. cap.* 23. *n.* 41. Rodriq. *tom.* 1. *qq. reg. q.* 6. *art.*
11. vbi affirmat hoc intelligi de omni lege, etiamſi ſit de-
cretalis, vel extrauagans. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *c.* 4. *quæſt.* 1. Bo-
nacin. *de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *part.* 4. *n.* 27. *& ſeqq.* & *n.* 30.
vbi ampliat procedere, etiamſi lex fuiſſet acceptata
quoad vnam partem, quia non obligat quoad partem 54
non acceptatam, adeò vt neque Concilium Tridentinum
obliget, vbi non eſt vſu receptum. Bonacin. *de matr.* 55
*quæſt.* 2.



*quæſt.* 2. *part.* 7. *num.* 1. & *de legib. d. part.* 4. *num.* 36. Sanchez
*de matrim. lib.* 3. *diſp.* 18. *num.* 6. *verſ. ad confirmationem*; ſi
enim licet dicere de Bullis Apoſtolicis, & Concil. Trid.
non ligare vbi non ſunt vſu recepta, quantò magis di-
ci poterit de decretis S. C. ſed ſic eſt, quod in pleriſ-
que locis Lombardiæ hoc decretum non eſt vſu rece-
ptum, quia ab immemorabili coloni Epiſcoporum con-
56 ueniuntur in foro ſæculari, & ita ſeruatur in ſtatu Me-
diolani, & aliis circunuicinis, excepto territorio Nouel-
lariæ, vbi ſeruatur, quod coloni Epiſcoporum, etiam
quoad bona patrimonialia gaudeant fori Eccleſiaſtici
priuilegio, provt practicari vidi, licèt cum magno ſtre-
pitu, quoad bona temporalia, & patrimonialia, in aliis
verò locis vbi priuilegium non habetur, vidi practica-
ri in his partibus colonos prædictos trahi ad forum ſe-
culare, quando conueniuntur ex delicto, vel contra-
57 ctu, & propterea mutanda non videntur, quæ certam
ſemper habuerunt interpretationem, *l. maximè, ff. de*
*legib.* me tamen ſubmitto cenſuræ, & iudicio S.R.E. &
reſponſis, & decretis S.C. & Eminentiſſimorum Patrum
purpuratorum, quorum munus eſt iuxta eorum magnam
prudentiam, & ſapientiam obſcura interpretari, & iura
declarare, & interim obſeruandum erit prædictum de-
cretum, de quo Sperell. *dict. deciſ.* 42. *num.* 21. donec ha-
beatur plena reſolutio à prædicta S. C. cui me ſemper
ſubmitto.

Benè verum eſt, quod admiſſa fortè regula, quod co-
loni Eccleſiæ, Clericorum, & Epiſcoporum ſint conue-
niendi coram iudice laico, vt ſuprà, id tamen fallit mul-
tis modis, & primò ſi tales coloni viuerent expenſis
Epiſcopi, vt quidam famuli: tunc etiamſi non degerent
in domo ipſius Epiſcopi, tamen dicerentur de eius fami-
lia, & gauderent priuilegio fori, quia neceſſe eſt ad
hunc finem, vt familiares actu inſeruiant Epiſcopo, &
ab eo impenſam victus recipiant, ſiue in domo, ſiue ex-
tra, ſiue in cibariis, ſiue in pecunia, non intereſt, vt latè
58 probat Surd. *d. deciſ.* 35. *num.* 8. 12. 14. 15. 16. & latiſſimè
Caball. *d. caſ.* 290. *num.* 6. *vſque ad num.* 19. Ricc. *deciſ.* 31.
*part.* 1. Graſſ. *d. eff.* 1. *numer.* 129. Squillant. *de priuileg.*
*cler. cap.* 7. *num.* 50. Vulp. *d. cap.* 41. *num.* 50. *in fin.* Barboſ.
*in cap. ſicut nobis, num.* 2. 3. *de verb. ſignif.* & quamuis No-
tarij, & Cancellarij Fiſcales, & alij miniſtri Curiæ Epiſ-
59 copalis fruantur beneficio fori Eccleſiaſtici, etiamſi non
viuant expenſis Epiſcopi, id tamen procedit, tum quia
ſunt neceſſarij pro exercenda iuriſdictione; tum quia ſa-
tis dicuntur viuere expenſis Epiſcopi, dum potiuntur
lucris, & emolumentis Cancellariæ, & officij, vt reſol-
uit Mar. Antonin. *var. reſol.* 75. *num.* 1. *verſ. Cæterùm,* &
*num.* 4. 5. & conſentiunt Maceratenſ. *var. reſol. lib.* 1. *re-*
*ſol.* 75. Graſſ. *d. eff.* 1. *numer.* 129. latè Gratian. *deciſ.* 233.
*num.* 6. 7. & *diſc.* 340. *num.* 8. 9. 10. & *diſc.* 341. *num.* 3. 4. 5.
Giurb. *d. conſ.* 88. *num.* 4. 5. 6. 13. 14. Modern. Neap. *d. tract.*
*de iuriſd. part.* 4. *caſ.* 111. *num.* 3. Barboſ. *d. alleg.* 107. *num.* 1.
112. 113. Ricc. *d. reſol.* 471. *n.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. Guazzin. *de de-*
*fenſ. reorum, defenſ.* 20. *cap.* 9. *num.* 24. Bellet. *d.* §. 1. *num.* 16.
17. 22. Dian. *mor. part.* 4. *d. reſol.* 30. *de immun. Eccl.* qui
omnes probant miniſtros, & officiales Epiſcopo neceſ-
ſarij pro officio & iuriſdictione exercenda, etiamſi non
60 viuant expenſis Epiſcopi, gaudere priuilegio fori, etiam-
ſi delinquant extra eorum officium, adeò vt id procedat
etiam in Notario Vicarij foranei, vt per Giurb. *d. conſ.* 88.
*num.* 1. *in fin.* Guazzin. *d. cap.* 9. *n.* 24.

Secundò fallit, ſi coloni conueniantur ratione rei Ec-
cleſiæ, quam colunt, velut ſi fieret ſtatutum, ne quis
orizam ſeminaret, vel quid ſimile præciperetur, quod
61 ipſam concernat, tunc coloni Eccleſiæ, & Clericorum
ſunt exempti, ſicut eorum domini, nec conueniri poſ-
ſunt in foro ſæculari, ſi contraueniant. Eraſm. *de iuriſd.*
*ord. in exempt. part.* 4. *quæſt.* 38. *numer.* 12. latè Surd. *con-*
*ſil.* 301. *num.* 74. 75. & *conſ.* 304. *num.* 11. 12. Prax. Archiep.
*cap.* 75. *num.* 1. *verſ. his.* Modern. Neap. *d. tract. part.* 4. *caſ.* 13.
*num.* 22. & ego latè dixi *contr. for.* 63. *num.* 17. 18. vbi mul-

tos alios allegaui, adeò vt ſufficiat conueniri ratione rei
Eccleſiæ.

Tertiò fallit, quando exinde ſequeretur, quod Cleri-
ci, vel Epiſcopi non poſſent liberè ſuo vti priuilegio,
velut ſi famuli, & coloni Clericorum ita detinerentur im- 62
pediti à Domino temporali, vt non poſſent eorum do-
minis ſeruire, niſi cum graui eorum incommodo; tunc
enim fruerentur eodem priuilegio fori, & exemptionis,
provt Clerici, Felin. *in d. cap.* 2. *num.* 2. vbi DD. *de for. com-*
*pet.* Ioan. Ant. de Nigr. *in d. extrauag. vnic. num.* 94. *de vit.*
*& honeſt. cler.* Tuſch. *pract. concluſ. littera E, concluſ.* 27.
*num.* 32. Menoch. *caſ.* 562. *num.* 1. Maſch. *de ſtat. interpret.*
*concl.* 1. *num.* 136. *ad fin.* & ego dixi *contr. for.* 20. *numer.* 39.
vbi vide.

Quartò fallit, quando laici, vel coloni haberent admi-
niſtrationem bonorum Eccleſiæ, quia tunc ſunt conue-
niendi coram iudice Eccleſiaſtico pro reddenda ratione, 63
cum reliquorum præſtatione: ſic notatur *in d. cap. indica-*
*tum,* 89. *diſt.* & *in cap. ſi clericus laicum, de for. compet.* Abb.
*in d cap.* 2. *num.* 6. *verſ. fallit in duobus,* vbi Apoſtill. ad Fe-
lin. *de for. competent.* Theſ. *d. deciſ.* 22. *num.* 7. *verſ. fallit* 4.
Card. Turr. *in d. cap. indicatum,* vbi alij DD. quod eſt no-
tandum pro Maſſariis confraternitatum Sanctiſſimi Sa-
cramenti, & Roſarij, qui eorum bona adminiſtrant, quia
rationem reddere debent coram iudice Eccleſiaſtico, &
ab eo compellendi ſunt ad ſolutionem: ſic etiam tenent
Modern. Neap. *d. caſ.* 112. *n.* 11.

Quintò fallit, ſi Eccleſia, vel Epiſcopus haberent pri-
uilegium, vel conſuetudinem, vt eorum coloni, & ruſtici
conuenirentur coram iudice Eccleſiaſtico; hoc enim ſer-
uandum eſſet, quia Princeps ſæcularis poſſet ſic priuile-
giare Eccleſiam, vt per Abb. *in d. cap.* 2. *num.* 6. *verſ. fallit,*
& Apoſtill. ad Felin. *ibidem de for. competent.* Burſat. *d. con-*
*ſil.* 25. *n.* 9. *lib.* 1. Theſaur *d. deciſ.* 22. *num.* 7. Decian. *tract.*
*crim. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 58. vbi quod hoc eſt indubitatum; nam
& conſuetudo habet vim priuilegij, & facit licitum, quod 64
aliàs non erat licitum. Surd. *conſ.* 333. *n.* 6.

Sextò fallit, quando Clericus, vel Eccleſia venirent
ad neceſſariam defenſionem coloni, quia fortè ageretur
actione reali; tunc enim Dominus eſt conueniendus, & 65
colonus nominando dominum, declinare poſſet iudicium
ſeculare, & cauſa debet remitti ad iudicem Eccleſiaſti-
cum. Præpoſ. *in cap. Clericum, il* 2. 11 *q.* 1. Rip. *in c. decerni-*
*mus, n.* 2. & *n.* 4. *de iudic.* Theſ. *d. deciſ.* 22. *n.* 7. *verſ. fallit* 7.
Modern. Neap. *d. caſ.* 112. *n.* 10 Eraſm. *d. q.* 38. *n.* 8. *p.* 4.

Septimò fallit in colonis adſcriptitiis, & ſeruis per-
petuis, tam Epiſcoporum, quam Clericorum, & Eccle-
ſiarum quaruncumque, qui tanquam ſint in dominio
Eccleſiaſticorum, gaudent priuilegio fori Eccleſiaſtici
ſicut mancipia eorum, vt habetur *in d. l.* 1. *C. de Epiſc. &* 66
*Cler.* & *d. cap. Eccleſiarum ſeruos,* 12. *q.* 2. Ant. de Butr. *in d.*
*cap.* 2. *col.* 1. & ibi Abb. *num.* 6. & communiter DD. *de for.*
*competent.* Rip *in d. cap. decernimus, num.* 128. Grammatic.
*d. conſ.* 102. *n.* 15. 16. Theſ. *d deciſ.* 22. *n.* 5. *verſ. fallit primò.*
Capyc. *deciſ.* 12. *n.* 2. vbi teſtatur de magis communi. De-
cian. *d. cap.* 9. *n.* 57. Menoch. *d. caſ.* 562. *n.* 11. Farin. *d. q.* 8.
*num.* 46. *verſ. verùm proprij,* Maſcard. *de ſtatut. d. concl.* 1.
*n.* 136. Gratian. *d. deciſ.* 233 *n.* 5. Duard. *in Bullam Cœn. Do-*
*mini, d. can.* 15. *q.* 8. *concl.* 2. *n.* 4. & ego dixi *dicta contr.* 20.
*n.* 38. Bellet. *diſq. Cler. part.* 1. *tit. d. fauor. cler. real.* §. 1. *n.* 12.
Eraſm. *d. quæſt.* 38. *num.* 7.

Ex quibus apparet, non benè ſentire Imol. *in d. cap.* 2.
*col.* 2. *de for. competent.* dum fortè dixit etiam ſeruitores
temporales, & mercenarios Clericorum gaudere priui- 67
legio fori Eccleſiaſtici dum ſeruiunt; & cum eo tranſit
Capra *in d. c.* 2. *col.* 2. Bald. *in d. l.* 1. *C. de Epiſc. & Cler.* Soc.
*in c.* 1. *verſ.* 18. *declaratio, de for. compet.* quia hæc opinio eſt
erronea, & non ſeruatur in praxi, niſi quoad familiares
Epiſcoporum, in quibus eſt ſpeciale, vt vidimus, quia ve-
rior eſt opinio Abb. *in d. c.* 2. *n.* 6. quod hoc priuilegium
concedatur ſolùm familiæ Epiſcopi, & ſeruis perpetuis
Clericorum, non autem temporalibus, & mercenariis,

quia ſint perſonæ liberæ, & in eis diuerſa militat ratio,
quæ in perpetuis: & cum D.Abb. ſentiunt ibidem Butr.
68 & Felin. communiter, provt de magis communi teſta-
tur Capyc. *d. deciſ.*12. *num.*2. *verſ. Reſpondeo primò*: ſic
etiam Archid. *in d.cap.Clericum,*11.*quæſt.*1.Feder.de Sen.
*conſ.*111. Steph. Aufr. *tract. de poteſt.ſecul.in Eccl. reg.*2.
*num.*36. Octauian. Vulpel. *in tract.de libert. Eccl. part.*3.
*num.*24. Ioan. Ant. de Nig. *in rep. extr. vnic. num.*91. *de
vit. & honeſt.cler.* Clar. *in* §.*fin.quæſt.*35.*verſ.quartò nota.*
Theſ. *d.deciſ.* 22. *num.*5. *verſ.fallit primò.*Farin.*d.quæſt.*8.
*ſub num.*136.cum aliis ſuprà adductis.Vulp.*in d.prax.iud.
cap.*41.*num.*50.*verſ.non autem in Clericis,*& Bellet. *d.* §.1.
*num.*12.

Octauò fallit in colonis Eccleſiæ, & quorumcunque
Eccleſiaſticorum, & bonorum Eccleſiæ; & Clericorum
conductoribus, qui ſe obligauerunt in forma Came-
ræ Apoſtolicæ, atque ſic ſe ſubmiſerunt iuriſdictioni
Eccleſiaſticæ, quo caſu debent conueniri coram iudice
Eccleſiaſtico, vt dixit Couar. *pract.qq.cap.*35.*num.*2.*ver-
ſic.Quintò non video,* Modern. Neap. *d. tract. de iuriſdict.
part.*4. *caſ. num.*12.13. vbi reddit reddit rationem, quia
69 per hanc obligationem debitor principaliter obligat
animam, itavt poſſit excommunicari, vt curet ſatisfacere,
quod non poſſunt exequi Iudices laici, niſi ex ſpeciali
delegatione Papæ.

Nonò fallit, quando coloni, ſeu ruſtici eſſent in Ec-
cleſia illius loci, cuius iuriſdictio temporalis pertinet ad
70 Eccleſiam. Card. de Turrecrem. *in d. cap. indicatum,* 89.
*diſt.* Præpoſ. *in d.cap.*1. *col.pen.*11.*quæſt.*1. Theſaur.*d.de-
ciſ.*22.*num.*7.*verſ.ſextò fallit*: quod verum credo, ſi ea-
dem Eccleſia, quæ eſt domina colonorum, eſſet domina
iuriſdictionis temporalis: verùm ſi vna Eccleſia eſſet
domina agri, quem colunt eius coloni, & alia Eccleſia
eſſet domina iuriſdictionis temporalis, tunc iiſdem ratio-
nibus eſſet recurrendum ad Eccleſiam iuriſdictionem
habentem, niſi in caſibus exceptis, vt ſuprà ad rem
Eraſm. *de iuriſd. ord. in exempt. part.*4. *quæſt.*38. *nume-
ro* 10.

Decimò fallit in liberis Eccleſiæ, quia ratione iuriſ-
patronatus ipſa remanet Iudex, adeò vt forum Eccleſia-
71 ſticum ſortiantur, vt per gloſſam *in d.cap.indicatum,* vbi
DD. *in d.cap. Clericum,* Theſ.*d.deciſ.*22.*num.*7.*verſ.Limi-
tatur quintò,* Eraſm.*d.quæſt.*38.*num.*11. Hæc autem omnia
ſubiicio libenter dicto, & determinationi S.R.E. à cuius
ſenſu nunquam recedere propono, & tale propoſitum
ſemper habui, & Deo dante ſpero me habiturum vſque
ad mortem, &c. quibus adde.

Vndecimò fallit, ſi coloni conueniantur ratione rei
communis cum Clerico, quia tunc pariter ipſi ſunt im-
munes, ne indirectè grauentur Clerici; & ideò huiuſmo-
72 di coloni non poſſunt cogi ad ea facienda, pro quibus
eſt neceſſarius vſus animalium, quæ communiter cum
Eccleſia vel Eccleſiaſticis poſſident; quia illi indirectè
grauarentur quoad partem animalium, quæ illis contin-
git; illius enim domini ſunt in quacunque portione, li-
cèt communia ſint: ita per *l. pupillus*, §. *fin. de verb. ſi-
gnif.* & *l.illud, in fin. de rit. nupt.* dixit in verbis Megal.
1.& 2.*part.inſt. confeſſ. lib.*2. *cap.*17. *quæſt.*6. *n.*128. *verſ.
infertur ſecundò,* & *in conſ.*75. *num.*4. & ad rem facit Re-
buff.*de priuileg.ſchol.priuileg.*106.*numer.*3.4. Eraſm.*de iu-
riſd.Ord.in exempt.part.*1.*quæſt.*27.*num.*9.qui dicunt ter-
tium habentem communem actionem cum ſcholare, ra-
tione continentiæ debere agitare coram priuilegiato iu-
dice ſcholarium.

# CAPVT CLXXXVII.

## EPITOME.

Familiares Epiſcoporum gaudent non ſolùm priuilegio fori, ſed etiam exemptione à gabellis, & oneribus laicorum.

## SVMMARIVM.

1 *Familiares Epiſcopi, etiam laici, gaudent priuilegio fori.*
2 *Epiſcopi familiares laici ſunt de foro Eccleſiæ, etiamſi delinquant extra officium ſuum.*
3 *Familiaribus Epiſcoporum, an aliquis Canon immunitatem tribuat.*
4 *Fori priuilegium non poteſt trahi ad priuilegium immunitatis.*
5 *Specialia non ſunt multiplicanda.*
6 *Immunitatis priuilegium conceſſum domino, extenditur etiam ad eius familiam.*
7 *Familia gaudet priuilegio domini,* & n.18.
8 *Clericorum familia gaudet eadem immunitate, qua Clerici ab oneribus.*
9 *Familia Clerici ex iuſta cauſa abſentis eſt immunis, ſicut ſi Clericus adeſſet.*
10 *Epiſcopis multa conceduntur, quæ aliis denegantur.*
11 *Familiaris Epiſcopi quis dicatur, vt gaudeat priuilegio fori.*
12 *Familiaribus competit eadem gabellarum exemptio, quæ Domino.*
13 *Gabellarum ſtatutis non ligantur niſi ſubditi.*
14 *Statutis ligari, & forum ſortiri paria ſunt.*
15 *Scholares ſunt immunes, & multis priuilegiis fruuntur.*
16 *Scholarium priuilegium extenditur etiam ad eorum famulos.*
17 *Famulis ſcholarium quomodo competat priuilegium Dominorum.*
18 *Familiæ competit idem priuilegium, quod Domino conceſſum eſt.*
19 *Priuilegium conceſſum Hoſpitali competit etiam ei ſeruientibus.*
20 *Priuilegium conceſſum Epiſcopis competit etiam eius ſeruitoribus.*
21 *Familiares Epiſcopi, ſine quibus non poteſt commodè ſuum officium exercere, ſunt de foro Eccleſiæ.*
22 *Notarius Epiſcopi ex eius officio neceſſarius.*
23 *Familiares Epiſcoporum etiam laici ſunt immunes à gabellis.*
24 *Priuilegij extenſio à Domino ad eius familiam permittitur.*
25 *Gabellæ exemptio pro vſu ſuo, extenditur etiam pro vſu ſuæ familiæ.*
26 *Familiares Epiſcopi, qui non ſunt ei neceſſarij, non gaudent priuilegio.*
27 *Familiares Epiſcopi ei neceſſarij multi enumerantur.*
28 *Familiares Epiſcopi gaudent priuilegio, quandiu ſunt in eius ſeruitio.*
29 *Familiares familiarium Epiſcopi non gaudent priuilegio.*
30 *Socius Socij mei non eſt meus ſocius.*
31 *Vaſſallus vaſſalli mei non eſt meus vaſſallus.*

Ne



Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

1 TRadunt communiter DD. *in cap.fin.de off.Arch.* & *in
c.*2. *de for. compet.* familiares Epiſcopi etiam laicos
eſſe exemptos à iuriſdictione iudicis ſæcularis, & ſubeſſe
Epiſcopo, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, etiam-
2 ſi delinquant extra officium ſuum. Giurb. *conſ.*88.*num.*14.
ſed non tangunt DD. quæſtionem, an iidem familiares
ſint etiam exempti à gabellis, & oneribus laicorum, &
ſic an gaudeant etiam immunitate Eccleſiaſtica, provt fa-
ciunt Epiſcopi; ideò de hoc requiſitus dubitaui, an id
iure affirmari poſſet: & ratio dubitandi fuit, quia non
videtur adeſſe aliquis canon, aut conſtitutio, quæ illis
3 hoc tribuat; & licèt hi priuilegio fori perfruantur, tamen
hoc non debet extendi etiam ad priuilegium immunita-
tis, quia diuerſa ſunt, & ab vno ad aliud non valet argu-
mentum, vt inquit Menoch. *de arbitr.iudic.caſ.*562. *n.*10.
4 & ſpecialia non ſunt multiplicanda, ad textum *in l.*1.*C.de
dot.promiſſ.* ideò videtur dicendum, quod ſicut cæteri laici
5 tenentur ad ſolitas gabellas.

Verumtamen in contrarium videtur eſſe veritas, quia
6 priuilegium immunitatis conceſſum Domino, trahitur
etiam ad eius familiam, ad textum *in l.vniuerſi,C. de vecti-
gal.l.ſi quis pro vxor.ff.de donat.inter.vir.& vxor.l.Cenſoria,*
§.1.*de verb.ſign.Clem.præſenti,* vbi Card.*num.*8.*de cenſ.*Rol.
7 *conſ.*71.*num.*16.*in fin.*ibi, *vel familia,lib.*4.& ita tenere om-
nes nullo excepto dixit Sanchez *mor. lib.*2.*cap.*4.*dub.*44.
*num.*2. & ego dixi in hoc ſecundo libro controuerſia-
rum. Et ſanè ſi hoc intelligimus de familiaribus, qui ha-
8 bitant cum Epiſcopo, & eius expenſis viuunt, nullum
habet dubium, quia procedit hoc etiam in familia Cle-
ricorum, adeò vt vxor, filij, & famuli Clericorum ſint
immunes à gabellis, ſicut ipſi Clerici. Rol. *dict.conſ.*71.
9 *ſub num.*16. ex *cap.*1. *de immunit. Eccleſ.* Ioan. Aloyſ.
de Leon *in l. placet, num.*30. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Graſſ.
*de effect. Cler. eff.*3. *num.*122.123.124.133.134.137.138.
qui multos allegat: quod adeò verum eſt, vt ſi Clericus
aliqua iuſta de cauſa eſſet abſens, familia ipſius, quæ
eius expenſis alimentatur, & in eius domo commoratur,
velut eius mater, ſoror, vel ſerui pauperes Clerici, con-
ſequantur eandem immunitatem, ac ſi Clericus eſſet
præſens, vt latè defendit Viu. *deciſ.*88. *num.*5. quem
ſequitur Graſſ. *d. eff.*3. *num.*306. ergo idem, & multò
fortiùs eſt dicendum de famulis, & familiaribus Epiſco-
pi, qui maiori prærogatiuâ potitur, & multa ei conce-
10 duntur, quæ aliis denegantur, vt inquit Theſaur. *deciſ.*
122. *num.*6.

Difficultas conſiſtit in illis familiaribus Epiſcopi, qui
non ſunt commenſales eius, & ſeorſum degunt ab eo, vt
Notarij, Cancellarij, Fiſcalis, & ſimiles, qui ſunt ei neceſ-
ſarij pro exercenda eius iuriſdictione, cum enim non co-
habitent cum eo, videtur ceſſare ratio priuilegij, & com-
municationis exemptionis: ſed nihilominus dicendum
eſt, quod cùm iſti etiam ſeorſum viuentes ab Epiſcopo,
ſint nihilominus eorum familiares ratione officij, quo
11 funguntur, & pro victu eis dantur lucra ab officio pro-
uenientia, non enim neceſſaria eſt cohabitatio, ſed ſuf-
ficit deſtinatio ad aliquod officium neceſſarium, vt tan-
quam familiares gaudeant fori priuilegio. Bellet. *diſq.Cle-
ric. part.*1. *tit. de fauor. Cler. real.* §.1. *num.*15.16.17.18.
Graſſ. *de eff. Cler. eff.*1. *num.*128. Giurb. *d. conſil.*88. *nu-
mer.*4. 5. & ego latè dixi *in cap. præc. num.*12. 13. Dian.
*moral. part.*4. *de immunit. Eccleſ. tract.*1. *reſol.*30. & Sa-
cra Congr. Concil. *in vna Parmenſ. ſub die* 21. *Iuly* 1625.
12 ita tenuit; ſi ergo iſti Notarius Fiſcalis, & ſimiles ra-
tione familiaritatis gaudent priuilegio fori, ita debent
etiam frui beneficio immunitatis, quæ amplectitur
omnes familiares, & qui ſunt de familia, iuxta notata *in
d.l.vniuerſi,C.de vectigal.* Graſſ.*de eff.cler.n.*122.*& ſeqq.* &
*num.*306.& hoc ſatis videtur ſentire Dian.*part.*4.*tract.*1.

*de immunit. d. reſol.*30. *verſ. & ideò contrariam,* & *in fin.*
vbi tradit Paulum V. mandaſſe reuocari quandam clauſu-
lam cuiuſdam hortatoriæ, quæ aliter diſponebat: & in
fine dicit S. C. declaraſſe, quod Fiſcalis Epiſcopi non
tenetur ad perſonalia Ciuitatis munia: ergo libera eſt
exemptio.

Et poſt hæc ſcripta vidi P.Dian. *mor.part.*6. *tract.*1. *de
immun. Eccleſ.reſol.*34.*in fin.* vbi denuò refert declaratio-
nem S.C. ſub die 2. Martij 1611. reuocantis dictam hor-
tatoriam, quia inter cætera dicebat familiares Epiſcopi
non gaudere immunitate à gabellis, ideò non eſt eis de-
neganda talis exemptio.

Et hoc valdè rationabile eſt; nam ſi omnes ſupradicti
tanquam familiares gaudent priuilegio fori, ita etiam
admittendi ſunt ad immunitatem, non per extenſionem
priuilegij ad aliud priuilegium, ſed defectu poteſtatis in
eo, qui gabellam impoſuit, & ſtatuto ſuo, vel conſuetu-
dine onus aliquod introduxit; gabellæ enim omnes ſol-
uuntur vel ratione ſtatuti, vel conſuetudinis laicorum,
quibus nequeunt ligari niſi ſubditi, & qui ſunt de eo-
dem foro, vt per DD. *in l. omnes populi,ff. de iuſt.& iur.* 13
& *in cap.*1. *de conſtit.* ſed iſti non ſunt de foro ſæculari:
ergo neque ligantur ſtatutis gabellarum, quia paria ſunt
forum ſortiri, & ſtatutis ligari. Tuſch. *littera D, con-
cluſ.*591. *num.*13. Menoch. *conſil.*74. *num.*3. Seraphin. 14
*deciſ.*1018. *num.*6. & ego dixi *controuerſ.*84. *numero* 15.
16. Peregr. *conſil.*90. *numero* 8. *libr.*1. Vnde ſequitur ta-
les familiares eſſe exemptos à gabellis. Dian. *dict. re-
ſolut.*30.

Neque de hoc mirandum eſt, quia idem euenit in fa-
mulis ſcholarium, qui fruuntur priuilegio exemptionis
ſcholaribus conceſſæ, etiamſi de eis non fuerit facta
mentio: nam certum eſt in iure, ſcholaribus qui vacant
litterarum ſtudiis in Vniuerſitatibus, exemptionis priui- 15
legium fuiſſe conceſſum, vt legitur *in Auth.habita,*§.*Ve-
rumtamen,C.ne fil.pro patr.* & licèt non fiat mentio de fa-
mulis eorum, tamen quia hi ſunt neceſſarij ſcholaribus,
ad famulos etiam extenditur tale priuilegium, vt per Iac.
But.*in l.omnis,* vbi Bald.*num.*4.*verſ.ſecundò inducit,Cod. de
Epiſc. & Cler.* idem Bald. *in d. Auth. habita, num.*2. vbi 16
Salic. *num.*7. *C.ne fil.pro patr.* Rebuff.*in tract. de priuileg.
ſchol.priuileg.*166.Horat.Lut.*eod.tract.in fin.tit.de his, qui
gaud priuil.ſchol.num.*2.Menoch.*d.caſ.*562.*num.*6. *verſ. ſe-
cundò afferri.* Tuſch. *littera E, concluſ.*27. *num.*32. Ergo
non erit abſurdum, quod priuilegium immunitatis ab
oneribus, & gabellis conceſſum Epiſcopis, extendatur
etiam ad eorum familiares, & miniſtros, eorum officio,
& dignitati neceſſarios.

Nec obſtat reſponſio allegata à Menoch. *dict.caſ.*562.
*num.*9.*verſ.ſecundò,ad fin.* vbi dicit ſcholaſticis, & eorum
ſeruis fuiſſe expreſsè conceſſum hoc priuilegium, & pro-
pterea non poſſe extendi ad alios: nam replicatur Me-
nochium allucinari, quia priuilegium illud famulis ſcho- 17
larium impertitur, non quòd famuli eorum habeant ali-
quod priuilegium per ſe, ſed quia priuilegium ſchola-
rium ad eos extenditur: ſic in verbis poſt Iac. dixit pul-
chrè Bald. *in d.l.omnis,num.*4.*verſ.ſecundò,C. de Epiſc. &
Cler.* & ideò hoc non allegatur ad finem, vt priuilegium
ſcholarium, & eorum famulorum extendatur ad famulos,
& miniſtros Epiſcoporum; ſed vt doceatur in iure mani-
feſtum eſſe, quod familia gaudet priuilegio Domini, vt 18
probatur etiam *in cap. Magnæ,*§.*ſcis quia, verſ.tibi, de vot.*
& dixit And. Barb. ad Bald. *in d.l. omnis,littera C,* & poſt
Felin. *in cap.*2.*num.*2.*de for.competent.* Tuſch. *littera E, d.
concluſ.*27.*num.*32. vbi dat etiam exemplum de priuilegio
conceſſo Hoſpitali, vt includat etiam ſeruientes, ſine
quibus hoſpitari non poſſet: idem Tuſch. *dict. littera* 19
*E, concluſ.*299. *numero quarto*, vbi in terminis loqui-
tur, quod priuilegium conceſſum Epiſcopis competat 20
etiam eorum ſeruitoribus, quandiu ſunt in eorum ſer-
uitio.

Cùm ergo Notarij, Fiſcalis, ac alij miniſtri ſint Epi-

ſcopo neceſſarij pro exercenda ſua iuriſdictione, & fun-
gendo munere ſuo, omnes dicuntur de eius familia,
etiamſi ſecum non cohabitent; quia omnes dicuntur eius
familiares, ſiue ſint temporales, ſiue perpetui ſeruientes,
ſiue ſalariati, ſiue non, & qualitercunque ei inſeruiant,
21 dummodò ſine eis Epiſcopus non poſſit commodè offi-
cium ſuum exercere, vt dixerunt Abb. & Felin. & com-
muniter DD. *in d. cap. 2. de for. compet.* pulchrè Tuſch.
*d. littera E, concluſ. 27. num. 29.* & de Notario latè Giurb.
*d. conſil.* 88. *numer.* 4. 5. 6. vbi multos allegat, & probat,
22 quàm neceſſarius ſit Notarius Epiſcopo in munere ſuo
explendo: ergo etiam Notarius erit immunis à collc-
ctis, gabellis, & oneribus, quæ laicis imponuntur.

Et ſanè hoc verum exiſtimo eſſe in iure, & minus eſſe
hoc ei concedere, quàm à foro laico illum eximere, quia
per hoc tollitur laicis iuriſdictio ſuper perſonam Nota-
rij Epiſcopi, & aliorum eius familiarium; quod magni
momenti eſt apud Politicos; & ideò leuius eſt eum exi-
mere etiam à gabellis, imò hoc venit in quandam ne-
ceſſariam conſequentiam: & propterea rectè concludi
poſſe arbitror, quoſcunque familiares Epiſcopi non ſo-
lùm à foro laicorum eſſe exemptos, ſed etiam perfrui
immunitate à gabellis, & aliis oneribus, etiamſi ipſi
ſint laici: & ita in terminis ſenſiſſe videntur Burſat.
23 *conſil. 25. num. 13.* Menoch. *d. caſ. 562. num. 13.* Tuſch. *d.
littera E, concluſ. 299. numero quarto*, clarè Giurb. *dict.
conſil. 88. numero ſecundo*, vbi expreſsè dicit, quod ſer-
ui, & famuli Epiſcopi gaudent etiam onerum immu-
nitate.

Nec obſtant in contrarium adducta, & primò priui-
legium fori non eſſe extendendum ad priuilegium im-
munitatis, ex Menoch. *d. caſ. 562. num. 10.* quia reſpon-
detur, Menochium non ponderaſſe vim argumenti, quo-
niam non extendimus priuilegium fori, quod habent
Epiſcoporum familiares, ad priuilegium immunitatis
ab oneribus; ſed benè priuilegium exemptionis ab one-
ribus, quod habet Epiſcopus, extendimus ad eius fa-
24 miliam, & familiares; hoc enim permiſſum eſt, ſecun-
dùm Bald. *in d. l. omnis, ſub num. 4.* & *in d. Auth. habita*,
& Felin. *in d. cap. 2.* Tuſch. *d. concluſ. 27. num. 32.* & pro-
batur euidenter *in d. l. vniuerſi, C. de vectig.* & Sanch. *d.
dub. 44. num. 2.* vbi quod omnes tenent, exemptum à
25 gabellis pro vſu ſuo, etiam exemptum cenſeri pro vſu
familiæ ſuæ: ergo eadem exemptio, quæ conceditur
Epiſcopo quoad gabellas, erit etiam concedenda eius fa-
miliaribus; & propterea non multiplicantur ſpecialia,
ſed durat eadem ſpecialitas, quod familia gaudeat priui-
legio Domini.

Hæc tamen cautè intelligenda ſunt, non enim proce-
dunt in illis familiaribus, qui non ſunt deſtinati ad ali-
26 quod verum ſeruitium Epiſcopi, nec illi ſunt moraliter
neceſſarij, vt per Abb. & Felin. *in d. cap. 2.* vbi Apoſtil.
ad Abb. & Socin. *de for. compet.* Tuſch. *dict. concluſ. 27.
num. 27. 32.* ſed locum habent ſolùm in famulis Epiſco-
po aliquo modo neceſſariis, Giurb. *d. conſil. 88. num. 9.*
27 10. 11. vbi inter familiares neceſſarios enumerat non
ſolùm Notarios, & Cancellarios, ſed etiam Fiſcalem,
Nuncium, Cuſtodem carcerum, Lictores, imò etiam eo-
rum ſubſtitutos in officio, qui inſeruire dicuntur ipſi
Epiſcopo, qui ſine eis commodè ſuo priuilegio vti non
poſſet: ita S. Congr. Concil. in vna Parmenſ. ſub die
11. Iulij 1625. ſecus eſt quoad alios, qui nullo modo
ſunt neceſſarij.

Secundò hæc intelligenda ſunt durare, quanto tempo-
re illi famulantur Epiſcopo, quia quandiu ſunt in ſeruitio
Domini, lucis eius radiis illuſtrantur; cùm propter ſe
28 non habeant aliquod priuilegium, ſed fauorem Domini,
& ideò ceſſante cauſa fauoris, ceſſat eorum fauor, vt
in verbis dixit Bald. *in d. l. omnis, num. 5. C. de Epiſc. &
Cler.* Add. & Abb. *in c. fin. num. 5. de offic. Archid.* Zaba-
rell. *in Clem. 1. in 12. not. de exceſſ. Prælat.* Tuſch. *d.
concluſ. 27. num. 28.* vbi ideò dicit, quod mortuo Epiſco-
po ceſſat priuilegium eius familiarium. Graſſ. *de eff. Cler.
d. eff. 3. num. 153.* vbi alios allegat.

Denique hoc intelligi debet de perſona ipſius fami-
liaris, non etiam de eius familia, quia nimia eſſet exten- 29
ſio. Nam ſicut ſocius mei ſocij non eſt meus ſocius,
*l. qui admittitur, pro ſoc.* & colonus coloni mei, & vaſ- 30
ſallus vaſſalli mei non eſt meus colonus, aut vaſſallus,
Dec. & Cagn. *in l. conſilij, §. ſocij mei, de reg. iur.* ita 31
famulus famuli Epiſcopi non poteſt dici eiuſdem Epiſ-
copi famulus, vt ait Maſcard. *de probat. concluſ. 757.
num. 3.* ergo, &c.

---

# CAPVT CLXXXVIII.

## EPITOME.

Eccleſia ſi agat ad caducitatem contra laicum coram iudice laico, & obtineat etiam executionem ſententiæ fauorabilis, pendente termino ad appellandum, an poſſit Iudex appellationis laicus reuocare huiuſmodi attentata, vel remittendum ſit negotium ad forum Eccleſiæ.

## SVMMARIVM.

1 *Actor ſequitur forum rei.*
2 *Eccleſia habet fori electionem contra ſuum emphyteutam caducatum.*
3 *Emphyteuta Eccleſiæ poteſt conueniri coram iudice laico, vel Eccleſiaſtico pro caducitate.*
4 *Appellanti incumbit tranſportare acta.*
5 *Appellationis inſtantia eſt diuerſa à prima.*
6 *Executio dat finem iudiciis, & ab ea non appellatur.*
7 *Appellationis in cauſa ille eſt actor, qui fuit in prima inſtantia.*
8 *Præuentio iudicis efficit, vt eius iuriſdictio perpetuetur, & ſemper præferatur.*
9 *Præuentio vnius iudicis ligat manus alterius.*
10 *Iudex non eſt incompetens, qui fuit legitimus ab initio.*
11 *Appellatio debet fieri ad ſuperiorem iudicantis, qui habet gradum cum eo.*
12 *Iudex laicus ſi denegat iuſtitiam, quando poſſit recurri ad Epiſcopum.*
13 *Appellans debet adire ſuperiorem iudicantis.*
14 *Appellari non poteſt à Iudice ſæculari ad Eccleſiaſticum.*
15 *Appellare an poſſit ad Papam grauatus à iudice ſæculari.*
16 *Appellatio eſt interponenda ad eum, qui habet gradum cum iudice.*
17 *Appellationis medio non poteſt fieri tranſitus ad forum diuerſæ ſpeciei.*
18 *Appellatio quomodo, & ad quos deuoluat negotium.*
19 *Appellare quando liceat ab Epiſcopo ad iudicem ſæcularem.*
20 *Appellatur ab Epiſcopo ad Dominum feudi.*
21 *Inſtantia appellationis eſt eadem cum prima.*
22 *Inſtantia appellationis renaſcitur ſicut prima ſine vlla gratia.*
23 *Appellationis inſtantiæ multa conceduntur, quæ in prima denegantur.*
24 *Appellationis inſtantia non eſt eadem, nec penitùs diuerſa à prima.*
25 *Inſtantia appellationis ſequitur naturam cauſæ principalis.*
26 *Appellationis in inſtantia proceditur vt in prima.*





27 *Eccleſia, terminata per ſententiam cauſa ad ſuum fauorem an poſſit declinare forum.*
28 *Appellatio reducit omnia ad ſtatum, in quo erant tempore litis conteſtatæ.*
29 *Appellatio efficit, vt non videatur iudicatum.*
30 *Appellationis Iudex ſuccedit in locum Iudicis à quo.*
31 *Appellationis Iudex non poteſt cognoſcere, niſi de eo de quo cognouit primus Iudex.*
32 *Appellatio deuoluit tantùm articulum, qui pendebat coram iudice à quo.*
33 *Poſſeſſio capta pendente appellatione, vel termino ad appellandum, eſt attentata.*
34 *Executio ſententiæ fieri non poteſt, antequam tranſiuerit in rem iudicatam.*
35 *Executio facta appellatione pendente, vel termino ad appellandum, eſt reuocanda.*
36 *Attentans Iudex offendit ius, iudicem, & partem.*
37 *Eccleſia debet ſubire iudicium iudicis ad quem, ſicut iudicis à quo.*
38 *Eccleſia finito iudicio coram ſæculari, debet poſtea conueniri coram Eccleſiaſtico.*
39 *Inſtantiæ perempta Princeps poteſt inſufflare ſpiritum vitæ.*
40 *Inſtantia perempta laicus factus Clericus poteſt declinare forum laici.*

### Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

VAldè controuerſum eſt inter DD. ſi Clericus, vel Ec-
cleſia prætendant ſuum emphyteutam, aut colonum
eſſe caducatum à liuello, vel re conducta, ob canonis non
ſolutionem, vel aliam ob cauſam, an poſſit cauſam ca-
ducitatis proponere coram iudice Eccleſiaſtico, etiam
pro fructibus decurſis, vel debeat id agnóſci à iudice
1 ſæculari, ſi emphyteuta eſt laicus, eo quod actor ſequi
debet forum rei, *l. iuris ordinem, C. de iuriſd. omn. iudic.
cap. experientiæ*, & *c. Clericus, 11. quæſt. 1.* Et quamvis
multi multa dicant, tamen pro indubitato videtur rece-
2 ptum ab omnibus tam Iuriſtis, quàm Canoniſtis, Eccle-
ſiam, & Clericum habere electionem fori contra dictum
emphyteutam, vt poſſit illum conuenire pro re, & fru-
ctibus, tam coram iudice laico, quàm Eccleſiaſtico, quia
Eccleſia habet hoc priuilegium, vt cùm agitur de rebus
Eccleſiæ, ſiue Clerici, ſiue agatur actione reali, ſiue per-
3 ſonali, poſſit reum conuenire, ſiue coram Eccleſiaſtico,
ſiue coram ſæculari: ſic ſenſerunt Innoc. Abb. Zabarell.
Ioan. And. & Socin. *in cap. ſi Clericus laicum, de for.
competent.* Felin. *in cap. cauſam, numero decimoquinto, de
præſcript.* Marian. Socin. *in capit. cùm ſit generale, de for.
competent.* Borgn. Caualc. *deciſ. quadrageſimaquinta, nu-
mero ſexageſimonono, & ſeptuageſimo, parte prima*, &
de magis communi teſtatur Oſaſch. *deciſione trigeſimaſe-
cunda, numero 6.* & 7. latè Gaſp. Anton. Theſaur. *qq.
for. libro ſecundo, capite 15. numero vndecimo, & 19.*
vbi alios allegat: ad rem Sperell. *deciſion. 98. num. 2.* &
*num. 44.*

Hoc ſtante in vna Guardiſtalli fui requiſitus quid ſen-
tirem in caſu, quo Eccleſia elegit forum ſæculare, & co-
ram iudice laico obtinuit emphyteutam cecidiſſe à com-
modo liuelli, & teneri etiam ad fructus, adeò vt Iudex
immiſerit etiam Eccleſiam in poſſeſſionem bonorum li-
uelli, pendente etiam termino ad appellandum; & cùm
poſteà reus in termino congruo appellauerit ad ſuperio-
rem laicum iudicis, qui ſententiam tulit, Eccleſia præ-
tendebat, quod non teneretur reſpondere coram iudice
laico appellationis, & cauſam eſſe remittendam ad fo-
rum Eccleſiaſticum. Ratio illius fuit, quia appellans
videtur ſuſtinere partes actoris, quia ad eum ſpectat di-
cere de appellatione, & de petitione Apoſtolorum, &
ad eum ſpectat tranſportare omnia acta primæ inſtantiæ
ad iudicem ad quem, vt latè per Scacc. *de appellat. quæſt.
vigeſima, capite ſecundo, articulo primo, numero primo*, & 4
*numero octauo.* Ergo debet ſequi forum rei, *dict. cap. cùm
ſit generale, de for. compet.* & maximè quia inſtantia ap- 5
pellationis videtur eſſe diuerſa à prima, vt *ex leg. per
hanc, Cod. de tempor. app. capit. fraternitatis, de teſtib.*
Alexand. *conſil. 96. numero ſecundo, libro ſecundo*, tamen 6
quia per executionem finis imponitur iudiciis, adeò vt
ab executione non detur appellatio, *leg. ab executione,
Cod. quando appellat. non recip.* Ideò ſi finitum eſt iudi-
cium, vel alia cauſa noua eſt inchoanda, non eſt mi-
rum, ſi iſte reus appellans, vt bona liuellaria recupe-
ret, habet neceſſe confugere ad forum Eccleſiæ, quæ
ampliùs actrix non eſt, ſed partes rei ſuſtinere vi-
detur.

Nihilominus cenſui, & dixi cauſam eſſe terminandam
coram iudice laico appellationis: ex quo enim Eccleſia
ab initio elegit forum ſæculare, non debet dedignari il-
lud vſque ad vltimum cauſæ exitum; non enim ceſſat in
ſecunda inſtantia ſuſtinere partes actoris, quia in cauſa
appellationis illemet eſt actor, qui in prima inſtantia
ad iudicium prouocauit, vt poſt Cacheran. *conſilio quar-* 7
*to, numero ſexto*, dixit Ruginell. *in tractat. de appella-
tion. §. decimo, gloſſ. tertia, numero quinto.* Et cùm laicus
præuenerit in cauſa, illius præuentio operatur, vt iu-
riſdictio illius ſit perpetuata, & aliis ſemper præferatur, 8
ita vt cauſa ampliùs extrahi non poſſit ab illo Tribuna-
li præueniente, & trahi ad aliud. Federic. de Sen. *conſi-
lio 97. numero ſecundo, verſiculo venio.* Calder. *in conſilio
trigeſimo ſeptimo, in principio, allegat. decima quarta, de
reſcript.* & *conſilio 125. ad med. verſicul. quædam, allegat.
vndecima, de iudic.* de communi Rom. *conſilio 412. nu-
mero quarto.* Vbi quod ſolus, qui præuenit, habet iu-
riſdictionem. Tuſch. *littera P, concluſion. 646. numero
primo, ſecundo, & tertio.* Vbi loquitur etiam de contro-
uerſia inter iudicem laicum & Eccleſiaſticum in his, quæ
ſunt mixti fori, & ait quod præuentio vnius ligat 9
alium: ſic etiam docet Carleual. *de iudiciis diſputat. ſe-
cunda, quæſtion. ſeptima, ſection. tertia, ſub numero 907.* 10
*verſicul. ſecundò quoniam*, & *numero 906.* Et ideò non
poteſt dici Iudex incompetens in continuatione cauſæ,
qui fuit legitimus ab initio litis, Carleual. *dicta
ſection. tertia, numero 947. verſiculo præſertim quo-
niam.*

Et propterea cùm appellatur ab aliqua ſententia, ſi-
ue iudicis laici, ſiue Eccleſiaſtici, ſemper debet adiri
ſuperior iudicis, qui ſententiam tulit, adeò vt ſi fuerit
laicus, appelletur ad laicum; ſi Eccleſiaſticus, ad Ec-
cleſiaſticum, quia appellatio debet interponi ad ſupe-
riorem, qui habeat gradum cum eo, à quo appellamus, 11
aliàs appellatio vti ad incompetentem nihil valeret, vt
ex textu *in §. illud, in Authentic. de appellation. & intra,
quæ tempor.* & *in capit. Si duobus, §. vltim. de appella-
tion. capit. Romana, §. debet, eodem in ſexto, capit.
Anteriorum, 2. quæſtion. ſexta*, Aretin. *in leg. prima, §. ſi
quis, ſub numero ſeptimo, de appellation. & relat.* Ancha-
ran. *in dict. capitul. Romana, ſub numero ſexto.* Baldus
*in lege ſed & ſi per Prætorem, in addition. verſicul. in
gloſſ. prima, ff. ex quibus cauſ. maior.* Dicens, quod ſi 12
Iudex ſæcularis, qui denegat Iuſtitiam, habet ſuperio-
rem, ille ſuperior debet adiri per viam querelæ, & non
Epiſcopus, qui ſolùm poſſet adiri, quando non extaret
Iudex ſuperior ſæcularis: ſic meliùs etiam docet Fran-
chis *in rubric. de appellation. ſub numero quadrageſimo
quinto, verſicul. Ideò.* Vbi dicit, cùm appellatur, debet 13
adiri ſuperior iudicantis: pulchrè etiam Marcus *quæ-
ſtion. 365. & 366. parte ſecunda.* Vbi quod iuriſdictio
temporalis, & Eccleſiaſtica ſunt diſtinctæ, & non ap- 14
pellatur ab vna ad aliam, latè Abbas *quæſtion. ſexta, nu-
mero nono, verſiculo tertio*, & *numero decimo, verſiculo
In contrarium.* Bene etiam Tuſch. *littera A, concluſion.
352. numero 24.* & *numero vigeſimo ſeptimo.* Sic pluries
docuit Scacc. *in tractat. de appellationib. quæſt. ſeptima,*

*num.*44. & *num.*74. *in fin.* Vbi dicit quod grauatus à iu-
dice ſæculari non poteſt talem iniuſtitiam deducere ad
15 Papam, etiam per viam appellationis, quia à iudice lai-
co eſt gradatim appellandum ad eius ſuperiorem, &
*num.*113. idem repetit: & *numer.*137. idem Scacc. *dict.*
*tractat. quaſt. octaua, numero* 100. *verſicul. prima ratio*
*eſt*; quia appellatio debet interponi ad ſuperiorem, qui
16 habet gradum cum eo, à quo appellamus: ſic etiam
Nouarin. *de priuileg. miſerab. perſon. priuileg. ſexageſimo*
*primo, numero nono.* Vbi quod non fit tranſitus ab vno
foro ad alium forum diuerſæ ſpeciei, etiam per viam
17 appellationis. Carleual. *de iudic. dicta diſputation. ſecun-*
*da, quæſtion. ſeptima, ſection. tertia, ſub numero* 947.
*verſiculo, Ratio eſt*, & *verſiculo, Ac per conſequens*, vbi
quod appellationis remedium non deuoluit cauſam ex
vna iuriſdictione in aliam, ſed intra vnam & eandem
gradatim expeditur, adeò vt ſi prima ſententia lata eſt
in fauorem Clerici apud iudicem ſæcularem, gradatim
18 ibidem eſt confirmanda, aut retractanda remedio appel-
lationis: ergo in hoc caſu Eccleſia tenetur proſequi
iudicium coram iudice laico pro appellatione depu-
tato.

Et hæc adeò vera ſunt, vt etiamſi Clericus, vel Epiſ-
copus iudicaret in aliqua cauſa, non vt Clericus, ſed
vt laicus, tunc non eſſet appellandum ad iudicem Ec-
19 cleſiaſticum, ſed ſæcularem ſuperiorem in illa iuriſdi-
ctione, vt probatur *in dict. capitul. Romana, §. debet,*
*iunct. gloſſ. in verb. ſi alio, de appellation. in ſexto.* Vbi
putat, quod ſi Epiſcopus iudicat ratione feudi ſæcula-
20 ris, appellatur non ad Archiepiſcopum, ſed ad Domi-
num feudi, licèt ſæcularem: & idem tenet Innoc. &
communiter DD. *in capit. cæterùm, de iudic.* Bart. *in leg.*
*prima, ff. de appellation.* pulchrè Abbas *in dict. quæſtio-*
*ne ſexta, numero nono, verſicul. Quia talis.* Tuſch. *lit-*
*tera A, concluſione* 352. *numero vigeſimoſexto*, latè
Graſſ. *de effect. Clericat. eff. primo, numero* 509. 510.
511.

Vnde non obſtat, quod inſtantia appellationis ſit di-
uerſa à prima, quia imò poteſt ſuſtineri, quod cauſa ap-
pellationis ſit eadem cum cauſa principali; licèt enim
21 per appellationem cauſa conſtituatur in noua inſtan-
tia, hoc tamen fit ſine peremptione primæ, quæ ma-
gis transfunditur in ſecundam, quàm perimatur; quip-
pe cum ipſa iure ordinario, & ſine vlla gratia renaſci-
tur: & propptereà eadem cum principali dicitur, vt pro-
batur *ex leg. èos, Cod. de appellation. leg. Si ita demùm,*
*Cod. de procurat. capit. Romana, de teſtib. in ſexto, capit.*
*ab eo, decimaquinta diſtinct.* vbi gloſſa ſic docet, & alia
gloſſa *in capit. Si quis in quacumque, 2. quæſtione*
*ſexta.* Scacc. *dict. tractat. de appellation. quæſtione vndeci-*
*ma, numero decimoſeptimo*, & meliùs Ruginell. *eodem*
22 *tractat. §. decimo, gloſ. tertia, numero tertio*, Carleual.
*dict. ſection. tertia, numero* 948. Vbi quod cum appella-
tionis inſtantia renaſcitur prima, iure ordinario, & ſi-
ne vlla gratia. Surdus *deciſion.* 147. *numero tertio*, Graſſ.
*de eff. Clericat. eff. primo, numero* 1248. Borell. *in ſumm.*
*deciſion. parte ſecunda, titulo trigeſimo tertio, nume-*
*ro* 1355.

Verùm quia in ſecunda inſtantia multa permittun-
tur, quæ in prima denegantur, de quibus Ruginell.
*dict. gloſſ. tertia, numero decimo quarto, & multis ſequen-*
23 *tibus*, dicendum eſt, quod inſtantia appellationis non
eſt in omnibus eadem cum prima, nec eſt tamen abſolu-
tè diuerſa, adeò vt dicendum ſit in aliquibus eſſe ean-
24 dem, in aliis verò diuerſam, vt per Baldum *in leg. qui*
*proprio, §. idem quæritur, column. final. verſiculo vltim.*
gloſſa *ff. de procurat.* pulchrè Cyn. *in leg. inuitus, nu-*
*mero vigeſimoſecundo, quæſtione decimaquarta, Cod. eo-*
*dem*, Alexand. *conſilio nonageſimo ſexto, numero quinto,*
*verſiculo, quod autem, libro ſecundo.* Alciat. *in leg. ſecun-*
*da, in principio, numero vigeſimoſeptimo, ff. de verb. oblig.*
Surd. *dict. deciſione* 147. *numero* 34. Tuſch. *littera A,*
*concluſione* 395. *numero vigeſimoſeptimo.*

Sed dato etiam, quod cauſa appellationis non ſit ea-
dem penitus cum prima, tamen ſequitur naturam cauſæ
principalis, & eius qualitates, vt ſcribit Decian. *in ru-* 25
*bric. de appellat. numero* 23. *ad fin.* Scacc. *de appellat. quæ-*
*ſtione vndecima, numero decimoſeptimo, verſ. Confirma-*
*tur*, Graſſ. *d. effect.* 1. *numero* 1247. *& ſeqq.* Galup. *in*
*prax. parte tertia, capite quinto, numero* 54. *ſub tit. de re-*
*med. appellat.* Valenz. *conſil.* 194. *numero trigeſimoſecundo,*
*libro ſecundo.* Morot. *conſilio quadrageſimoſexto, numero* 26
*quarto*, & propptereà in hoc non differt à prima inſtan-
tia, quia proceditur in ea prout in prima. Tuſch. *dicta*
*littera A, concluſ.* 395. *numero primo.* Graſſ. *dict. effect.*
*primo, numero* 1247. vbi docet, quod terminata cauſa 27
per ſententiam, ſi oriatur alia controuerſia, recurren-
dum eſſet ad iudicem Eccleſiaſticum, niſi ab ipſa ſen-
tentia fuerit appellatum, quia tunc per appellationem
omnia reducuntur ad priſtinum ſtatum, & habentur, ac
ſi non fuiſſet ſententiatum, & tanquam ſi eſſemus in pri-
ma inſtantia.

Hinc eſt, quod appellatio extinguit iudicatum, & re- 28
uocat omnia ad terminos litis conteſtatæ, vt per textum
*in leg. prima, §. fin. ff. ad S. C. Turpil.* & *in leg. furti, §.*
*primo, ff. de his, qui not. infam. capit. venientes, de iu-*
*reiur. capit. primo, de re iudic.* Bald. *in leg. tale pactum, §.*
*qui prouocauit, ff. de pact.* Afflict. *deciſion.* 188. *numero*
*quinto*, Anton. Faber *in Codice Fabrian. libr. vndecimo,*
*tit. decimo, defin. nona, numero ſecundo*, & *defin.* 13. *nu-*
*mero tertio*, latè Borell. *in ſumm. deciſ. libro ſecundo, titul.*
*trigeſimo tertio, num.* 1286. 1287. *&* 2360. vbi hoc ex-
preſsè dicit, & Graſſ. *dict. effect. primo, numero* 1248.
vbi dicit, quod per appellationem fingitur non iudi-
catum, & omnia reducuntur ad priſtinum ſtatum, 29
in quo erant poſt litem conteſtatam; & ideò Iudex ap-
pellationis ſuccedit in locum iudicis à quo, quia in ap-
pellatione fit quædam ſubrogatio, ex Bald. *in leg. pe-*
*nult. numero ſexto, verſicul. Quæro, in fin. Cod. Quorum* 30
*appellation. non recip.* & Bellam. *deciſion. quadrageſima pri-*
*ma, in fin.* Puteus *deciſion.* 166. *numero ſecundo, libro ter-*
*tio*, latè Scacc. *de appellation. dict. quæſtion. vndecima, ar-*
*ticulo tertio, numero* 17. vbi etiam probat, quod ideò 31
non poteſt cognoſcere, niſi de eo, de quo cognouit Iu-
dex à quo, & propptereà ſi ſubrogatur in locum iudicis
primæ inſtantiæ, ſequitur, quod ſicut Iudex laicus fuit
competens in ea, ſic erit in cauſa appellationis, & è
contra; & ita in hoc puncto non poterit declinare à iu-
riſdictione iudicis appellationis, etiam laici, quia
appellatio deuoluit ad iudicem ad quem illum ar-
ticulum, qui vertebatur coram iudice à quo, ad 32
textum *in leg. ab executore*, ibi: *hoc ſolùm quæratur,*
*ff. de appellation.* Ruginell. *dicta gloſſa tertia, numero*
*ſexto.*

Neque obſtat poſſeſſio capta ab immiſſione iudi-
cis, qui decreuit ſuam ſententiam exequi, & bona de- 33
uoluta Eccleſiæ cum effectu applicare, quia cùm hoc
caſu permiſſa ſit appellatio, talis poſſeſſio dicitur at-
tentata abſque dubio, per textum *in capit. non ſolùm,*
*de appellation. in ſexto*, Lancellot. *de attentat. part. ſe-*
*cunda, capit. duodecimo, numero octuageſimotertio*, Du-
rand. *deciſione* 313. *numero primo, in fin. parte ſecunda.*
Non enim poteſt fieri executio, niſi poſtquam ſenten- 34
tia tranſiuit in rem iudicatam, *cap. quoad conculcatio-*
*nem, de ſentent. & re iudic. leg. cùm quædam puella, ff.*
*de iuriſdiction. omn. iudic.* & propptereà talis executio fa-
cta pendente appellatione, vel termino ad appellan-
dum, tanquam attentata eſt reuocanda, *ex capit. ex parte,* 35
*lib. ſecundo, de appellation.* Puteus *deciſione quinquageſima*
*prima, lib. tertio*, Veral. *deciſione quinquageſima ſexta, par-*
*te prima*, Rot. apud Farinac. *deciſion. recentior.* 602. *parte*
*prima*, Durand. *dict. deciſion.* 313. *numero ſecundo, par-*
*te ſecunda*, vbi pulchrè hoc docet, & latiùs id probat
Borell. *in ſumm. deciſion. parte ſecunda, titul. trigeſimo ſexto,*
*numero*



*num.* 3. 4. 5. *& ſeqq.* Vbi plurimos congerit, & probat,
36 quod Iudex ſic attentans, offendit ius, iudicem, & par-
tem: & ideò cùm ad iudicem ad quem ſpectet reuocatio
attentatorum, poterit etiam reformare, & reſtituere ap-
pellanti poſſeſſionem ſibi turbatam, vel ereptam, gloſſa
*in dict. capitul. Non ſolùm, in verb. quotquot.* Rot. *in anti-*
*quis, deciſione octuageſimaſexta*, & *in nouiſ. deciſion.* 344.
quam allegat, & ſequitur Borell. *in ſumm. deciſion. parte*
*ſecunda, titul. trigeſimo ſexto, num.* 119. 120. Ideò in hoc
caſu Eccleſia non dicitur poſſidere, ſed detinere, & vſur-
37 pare, & propterea non poteſt recuſare iudicis appellatio-
nis, licèt ſæcularis, iudicium, vt ſentire videtur Graſſ.
*dict. effect.* 1. *num.* 1247. Larrea *deciſion.* 6. *num.* 7. & *ſub*
*num.* 19. *in fin.* Vbi quod idcirco ſeculare iudicium effu-
gere non poteſt, quia etiamſi rem detineat, non tamen
deſinit ſuſtinere partes Actoris, ſicut ſuſtinebat in prima
inſtantia.

Benè verum eſt, quod ſi lis fuerit finita, vel per ſenten-
tiam, quæ fecerit iudicatum, vel quia perempta ſit inſtan-
tia, ſi poſtea oriatur controuerſia pendens ex eadem
38 cauſa, non poterit ampliùs Clericus, vel Eccleſia trahi
ad forum ſæculare, ſed conueniri debebit coram Iudice
Eccleſiaſtico, quia illa lis dicitur finita, vt latè probat
Graſſ. *dict. effect. primo, num.* 1246. vbi multos allegat:
& quamvis Princeps velit inſufflare ſpiritum vitæ ipſi in-
39 ſtantiæ peremptæ, vt poteſt facere, ſecundùm Rol. *con-*
*ſilio* 4. *lib.* 3. tamen ſi Clericus conuenitur propter hoc
de eadem re, debet remitti ad ſuum Iudicem Eccleſiaſti-
cum, quia inſtantiâ peremptâ, perit citatio, & litis con-
40 teſtatio; & quæ reuiuiſcit, eſt noua inſtantia, vt ſic in
terminis latè probat Graſſ. *dict. effect.* 1. *num.* 1241. vbi
alios allegat, & in his terminis poterit Eccleſia, vel Cle-
ricus declinare forum iudicis ſæcularis, quia executio
fuit conſummata, & lis finita, alioquin tenetur reſpon-
dere coram iudice appellationis, ſecus eſt, ſi lis non ſit
finita, & Clericus ſit immiſſus in poſſeſſionem vacantem
ſine præiudicio iurium cuiuſcumque, quia ſi compareat
legitimus contradictor, poterit cauſa iterum cognoſci à
Iudice laico, ad tradita per Peregr. *de fideicommiſſ. artic.*
48. *num.* 63. 64. 65. *& ſeqq.* cuius opinionem puto veram,
ſi in continenti compareat; nam ſi Clericus poſſideat per
annum, & diem, tunc efficitur verus poſſeſſor, & non
poteſt ampliùs expelli: Peregr. *dict. tract. art.* 47. *num.* 32.
& *articul.* 48. *n.* 37. ideò ad Eccleſiaſticum iudicem recur-
rendum eſt.

---

## CAPVT CLXXXIX.

### EPITOME.

Legatum factum creditori, non præſumitur ani-
mo compenſandi cum debito voluntario, &
quomodo id procedat.

### SVMMARIVM.

1 *Dotis debitum eſt neceſſarium.*
2 *Dotis debitum compenſatur in legato filiæ, vel vxori facto.*
3 *Pater tenetur filiis reſeruare dotem maternam.*
4 *Debitum omne poteſt dici neceſſarium.*
5 *Obligatio quid ſit.*
6 *Debitor dicitur, à quo inuito exigi poteſt.*
7 *Debitum neceſſarium quodnam dicatur.*
8 *Hæres dicitur voluntarius.*
9 *Dotis debitum dicitur voluntarium.*
10 *Dos non compenſatur cum legato, niſi expreſſè dicatur.*
11 *Legatum filiæ factum, compenſatur cum dote ei debita.*
12 *Compenſandi animus in legato creditori facto quando non præſumatur.*
13 *Frater eſt debitor neceſſarius dotis erga ſorores.*
14 *Pater eſt debitor neceſſarius pro dote materna.*
15 *Debitum neceſſarium in teſtatore, eſt etiam neceſſarium in hærede.*
16 *Debitum neceſſarium dicitur à cauſa originali.*
17 *Euentus poſterior firmatur à primordio tituli.*
18 *Debitum non dicitur neceſſarium, quod habet originem à matrimonio.*
19 *Debitum voluntarium etiam dicitur, quod partim à lege, partim à contractu prouenit.*
20 *Legatum factum ab vxore marito, computatur ei in lucrum dotale.*
21 *Dos eſt debitum legale, & neceſſarium erga filias.*
22 *Dos reſpectu viri, & vxoris dicitur debitum voluntarium.*
23 *Voluntarium, vel neceſſarium dicitur in hærede, ſicut erat in defuncto.*
24 *Legatum factum creditori ex cauſa voluntaria, non admittit compenſationem.*
25 *Dos materna debet à patre reſeruari filiis.*
26 *Debitum legale dicitur, quod à lege introducitur ſine facto hominis.*
27 *Pater tenetur reſeruare filiis proprietatem bonorum maternorum.*
28 *Maritus de iure communi mortua vxore non lucratur dotem.*
29 *Dos mulieris tranſmittitur ad hæredes.*
30 *Filij ſunt matris hæredes etiam in dote.*
31 *Filiafamilias poteſt habere hæredem in dote.*
32 *Dos, & bona materna ſpectant ad filios hæredes.*
33 *Bonorum maternorum ſucceſſio quomodo referatur.*
34 *Vxori pauperi debetur quarta in bonis mariti diuitis.*
35 *Contractus ab initio ſunt voluntatis, & poſt factum neceſſitatis.*
36 *Pater quodnam ius habeat in bonis maternis.*
37 *Obligationis conditio ex perſona hæredis non immutatur.*
38 *Debitum neceſſarium non compenſatur cum legato in diem, & non puro.*
39 *Compenſatio non fit, niſi de credito hinc inde pari.*
40 *Compenſatio pecuniæ cum ſpecie legata non fit.*
41 *Legatum ſpeciei non computatur cum credito pecuniæ.*
42 *Legatum vnius monetæ non compenſatur cum credito alterius monetæ.*
43 *Scuta aurea quomodo recipiant functionem.*
44 *Legatum dotis in pecunia non compenſatur cum legato ſpeciei.*
45 *Legatum factum de bonis teſtatoris non compenſatur cum credito legatarij.*
46 *Legatum non compenſatur cum debito perſonæ coniunctæ.*
47 *Legatum pinguius compenſatur cum debito etiam voluntario, & quando.*
48 *Compenſandi animus an præſumatur, ſi legatum ſit maius debito.*
49 *Legatum æquale debito voluntario, compenſatur in eo.*
50 *Compenſatio an fiat in legato, quando hæres, & legatarius ſunt dilecti à teſtatore.*
51 *Legatum an compenſetur in legato, quando neceſſe eſt alienare ſtabilia.*
52 *Legatum non compenſatur cum debito plurium, quando in vno teſtator mandauit compenſari.*
53 *Maſculi qualitas quando repetita non cenſeatur.*
54 *Compenſatio non fit in dubio legati cum debito.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

DEceſſit R.D. Peregrinus Guidellius relicto hærede
R.D. Ioanne Baptiſta Guidellio, & facto certo le-
gato eius ſororibus, quæ vltra legatum petierunt etiam
ratam ſuam dotis maternæ, quam pater communis acce-
perat, & ex inſtrumento promiſerat reſtituere dictæ vxori
ſuæ, vel ſuis hæredibus, vt eſt de iure: ſed ſtante quod
dictus R. D. Peregrinus fuit hæres ſui patris, videbatur
1 dicendum, quod dictæ vxores non poſſent conſequi, niſi
legatum, quia dotis debitum eſt neceſſarium, & propte-
rea legatum eis factum cenſetur animo compenſandi, vt
2 habetur *in leg. ſi cùm dotem, § ſi pater*, vbi Bart. Alexand.
& DD. communiter, *ff. ſol. matrim.* & *in Auth. prætereà,
C. vnde vir, & vxor.*

Non enim videtur dubitandum, quin hoc ſit debitum
neceſſarium, quia pater obligatur à iure filiis reſeruare
dotem maternam abſque facto, & voluntate eius, ſecuta
3 vxoris morte, vt *in Auth. vxore mortua*, vbi Salic. Ang.
& DD. *C. de ſecund. nupt.* & clariùs in Statuto Scand.
*libr. ſecundo, titul. trigeſimoquarto*, & ſic dicitur debi-
4 tum neceſſarium, quia obligatio eſt iuris vinculum, quo
5 neceſſitate aſtringitur, §. 1. *Inſt. de obligat.* & debitor,
6 dicitur à quo inuito exigi poteſt, *leg. debitor, ff. de verb.
ſignific.* tamen in propoſito debitum dicitur neceſſarium,
quod habet initium, & cauſam neceſſariam, velut cùm
quis ſine facto ſuo à lege obligatur, vt ad dotandum fi-
7 lias, & ad dandum legitimam filiis, & ad ſimilia, quæ
à lege proueniunt, *lege obligamur*, §. *lege, ff. de act. &
obligat. leg. qui liberos, ff. de rit. nupt. leg. vltim. C. de dot.
promiſſ.* & *dict. leg. ſi cùm dotem*, §. *ſi pater*, vbi DD.
communiter, *ſolut. matrim.* Ergo in præſenti caſu dotis
debitum eſt neceſſarium, quia pater à lege obligatur
filiis reſeruare dotem, & ſic facienda eſt recompenſa-
tio.

Nihilominùs his non obſtantibus cenſui in hoc caſu
dictas ſorores poſſe conſequi vtrumque, ſcilicet legatum
factum à fratre abſolutè, & liberè, & portionem dotis
maternæ, quia non apparet, quod teſtator habuerit hanc
intentionem compenſandi dotem in legato, neque hoc
expreſſit, neque coniecturis demonſtrauit; nam cùm
frater non ſit obligatus dotare ſororem ſicut pater filiam,
niſi in ſubſidium, & per conſequens ad eum non ſpecta-
ret ex officio à lege ſibi demandato cuſtodire dotem pro
ſororibus, & nepotibus; ſequitur, quod ſit, & fuerit
debitor voluntarius; tum quia voluntariè adiuit hære-
8 ditatem paternam, & idcircò oneribus hæreditariis ſe
implicauit, vt *in leg. gerit*, & *in leg. pro hærede, de acquir.
hær. leg. ſi quis omiſſa, ff. ſi quis omiſſ. leg. in quantitate,
in fin. princ. ad leg. Falcid. leg. quia poterat, ad Trebel.* ita
Corn. *conſ.292. num. quinto, lib. primo.* Caſtr. *conſil. tri-
geſimo quinto, columnn. ſecunda, verſicul. Quinta, libr. ſe-
cundo.* Mantic. *de coniect. vlt. volum. lib. decimo, titul. ſe-
cundo, numero decimoquinto, verſicul. Neque enim.* Tum
9 quia debitum dotis reſpectu mariti, & eius hæredum
dicitur voluntarium, cùm potuerit abſtinere à nuptiis,
& non ſe obligare ab initio, & propreteà legatum non
10 intelligitur animo compenſandi factum cum dote, niſi
ſpecialiter fuerit expreſſum, ad textum *in leg. vnic. §. pri-
mum itaque, verſicul. ſciendum, C. de rei vxor. act.* gloſſa
*in dict. leg. ſi cùm dotem, §. ſi pater, in verb. tantùm acce-
perit*, vbi Bart. & DD. & *in leg. qui dotem, ff. ſolut. matr.*
Bart. *in leg. 3. num. 4. de dot. prœleg.* Cuman. *conſ. 22. n. 1.
verſ. ſed his non obſtantibus*, Signorol. *conſ. 176. num. 5.*
Oſaſch. *deciſ. 168. ſub num. 20.* latè, & de communi Pariſ.
*conſ. 95. num. 37. lib. 2.* & *conſ. 69. num. 26. eod.* Surd. *conſ.*
112. *num. 41. 42.* & *num. 64.* Mantic. *de coniectur. vlt. vol.
libr. 10. tit. 2. num. 12.* Ceph. *conſ. 254. num. 11. 12.* Gabr.
*conſ. 106. num. 9. libr. primo*, Menoch. *libr. quarto, præſ.
109. num. 3.* latè Cyriac. *contron. 262. num. 39. libr. 1.* &
*contru. 261. numer. 38. libr. ſecundo.*

Neque obſtat textus *in d. leg. ſi cùm dotem, §. ſi pater,
ſolut. matrim.* quia procedit in caſu, quando pater exegit
dotem pro filia, quam tenetur dotare, & obligatur à
iure pro ea dotem cuſtodire, & ideò ſi pater legat filiæ,
intelligitur legaſſe animo compenſandi cum dote, quia 11
hoc eſt debitum neceſſarium à lege ipſa inductum, vt *in
dict. leg. ſi cùm dotem, §. ſi pater*, vbi Bart. Alex. Imol.
& communiter DD. notant, & *in leg. huiuſmodi, §. cùm
pater, de legat. 1. leg. Titia cum teſtamento, §. qui in vita,
leg. 2. iunct. leg. vlt. de dot. promiſſ. leg. qui liberos, de ritu
nupt. leg. obligamur, §. lege, de act. & obligat. leg. ſi ſocius,
ff. pro ſoc.* & *Auth. ſed quavis, C. de rei vxor. act.* latè
Hier. Gabr. *conſil. 59. lib. 2.* Mantic. *de coniect. vlt. vol.
lib. 19. titul. 2. num. 5.* Pariſ. *conſ. 98. num. 5. lib. 2.* Alban.
*conſil. 6. num. 4. 5. 6.* Menoch. *dict. præſ. 109. num. 16.*
Nam hoc verum eſt, ſed non eſt conueniens in caſu
noſtro, vbi non tractatur de legato facto à patre filia-
bus, ſed à fratre ſororibus, nepotibus, & neptibus;
iſte enim teſtator non eſt ille, qui ſe obligauit ad dotem,
ſed tenetur ex diſpoſitione alterius; ideò ceſſat præſum- 12
ptio, quod legauerit animo compenſandi, vt poſt Cu-
man. *in conſilio 133. columnn. final. verſicul. nec obſtat*, dixit
Tuſch. *practic. concluſ. littera L, concluſion. 141. num. 70.*
& *num. 78.*

Verumtamen in contrarium multa adducebantur non
leuis conſiderationis, quia imò videtur, quod non ſo-
lùm pater erga filias, ſed etiam frater erga ſorores ſit
debitor neceſſarius dotis, quam pater tenebatur vi legis 13
reſtituere, vel dare, vt in terminis videtur ſenſiſſe Fulgoſ.
*conſ. 80.* incipit: *Teſtator in teſtamento, per totum.* Tuſch.
*dict. concluſ. 141. num. 72.* ſicut enim Pater erga filias erat
debitor neceſſarius pro dote materna, *l. 1. C. de bon. quæ
liber.* & *tot. tit.* ita etiam neceſſarius erat debitor dictus 14
R.D. Peregrinus eius hæres, quia in cognoſcendo, an
hæres ſit debitor voluntarius, vel neceſſarius, inſpicien-
dum eſt, qualis fuerit defunctus, cuius eſt hæres; nam
ſi ille fuit neceſſarius, talis erit etiam eius hæres, non
attento, quod voluntariè adiuerit, quia ex aditione hæ-
redis non mutatur qualitas obligationis defuncti, quæ
tranſit in hæredem cum ſua qualitate: ſic arg. *l. huiuſmo- 15
di, §. ſi Sempronius, de leg. 1.* Caſtr. *conſ. 35. col. 2. verſ.
ſed ad hoc lib. 2.* pulchrè in terminis Anch. *conſ. 26. num. 4.
& ſeqq.* Crauet. *conſ. 131. num. 14.* & *in conſ. pro genero,
n. 386.* Soc. Iun. *conſ. 130. ad fin. vol. 2.* latiſſimè Surd. *conſ.*
112. *num. 65. 66. 67. & ſeqq.* vbi multos allegat, & ratio-
nibus comprobat. Gabriel. *conſ. 107. num. 8. 9. lib. 1.* Me-
noch. *d. præſ. 109. num. 26.* Tuſch. *d. concl. 141. num. 12.*
pulchrè Gratian. *diſc. for. 198. num. 11. 12. 13. 14.* vbi be-
nè probat debitum dici neceſſarium, vel voluntarium in
hærede, provt erat in defuncto, cuius eſt hæreditas, 16
quia prima, & originalis cauſa eſt attendenda, *l. tutor
datus*, vbi gloſſa *in verb. Et non titulus, cum gl. ſeq. ff. de
fideiuſ. l. qui id quod, in princ. ff. de donation.* cùm à primor-
dio tituli poſterior formetur euentus, *leg. 1. ad fin. C. de* 17
*impon. lucr. deſcript. lib. 10.*

Sed reſpondebatur hoc debitum nullo modo poſſe di-
ci neceſſarium, quia non deſcendit immediatè ex diſpo-
ſitione legis, ſed originaliter occaſione contractus ma- 18
trimonij, vt inquit Cyriac. *d. contr. for. 261. num. 38.*
& quamvis concurrat etiam obligatio legis, qua
maritus tenetur conſeruare filiis dotem maternam,
hoc tamen non ſufficit ad conſtituendum debitum ne-
ceſſarium, quia etiamſi debitum proueniat partim à 19
lege, partim à contractu, adhuc dicitur volunta-
rium, eo quod attendatur cauſa primordialis, ex
Bald. *in leg. ſi vxor, verſ. quæro quid, C. de bon. auth.
iud. poſſid.* Bouius *de Statut. præſcript. gl. 21. num. 46.*
pulchrè Surd. *d. conſ. 112. num. 43.* Cyriac. *d. contr. 261.
num. 40.*

Verùm hæc reſponſio non caret difficultate, quia lu-
crum dotis, quod vigore ſtatuti mortua vxore applica-
tur



tur marito, partim dicitur debitum legale, quia naſcitur
ex diſpoſitione ſtatuti, partim oritur ex contractu dotis,
qui fuit voluntarius; tamen legatum factum ab vxore
20 marito computatur ei in portionem, quam debet lucra-
ri ex forma ſtatuti de dote, vt per Bart. *in d. l. ſi cùm do-
tem, §. ſi pater, num. 4.* vbi Alex. *num. 6.* de communi
teſtatur, *ff. ſol. matrim.* Bald. *in Auth. prætereà*, vbi DD.
omnes, *C. vnde vir & vxor.* & *conſ. 65. ad fin. lib. 3.* latè
Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 2. num. 7. verſ. quartò.*
Ergo adhuc verſamur in eadem dubietate, quia huiuſ-
modi qualitas cauſæ voluntariæ, vel neceſſariæ non de-
bet ſumi ita à remotis, vt inquit Alex. *in d. §. pater, n. 6.
in fin.* alioquin etiam dos, quam pater tenetur præſtare
21 filiæ, eſſet debitum voluntarium, cùm originem habeat
à matrimonio, quod eſt voluntarium, & tamen omnes
DD. dicunt eſſe debitum legale, & neceſſarium, vt ibi-
dem tradunt Bart. & Alex. ac communiter DD. Rol. *de
dot. quæſt. 90. numero duodecimo*, Phanuc. *de lucr. dot.
gloſ. 8. n. 44. 45.*

Nihilominus adhuc cenſui in hoc caſu debitum dici
voluntarium, & non neceſſarium, quia hîc non tractatur
de illa dote, quam pater obligatur à iure tradere filiabus
causâ nubendi; hanc enim certum eſt eſſe debitum lega-
le, & neceſſarium, quoniam hoc caſu pater hic dotauit
filias, & honorificè in matrimonium collocauit, & ſic
ſatisfecit debito legali: verùm quia illæ adhuc ab hærede
patris prætendunt portionem ſuam dotis maternæ, non
ſatis vſquam probatur, quod hoc etiam ſit debitum le-
gale, vel neceſſarium, imò probatur eſſe voluntarium;
nam ſicut quando maritus legat aliquid vxori, non cen-
ſetur voluiſſe id compenſari in dote, quia dos dicitur
22 reſpectu vxoris, & viri debitum voluntarium, vt pro-
batur *in d. l. vnic. §. ſi pater, verſ. ſciendum, C. de rei vxor.
act.* cum multis ſuprà adductis, ita etiam reſpectu hære-
dum, & filiorum mariti, & vxoris dicendum erit eſſe
debitum voluntarium, ex quo vidimus hanc qualitatem
23 neceſſarij, & voluntarij non immutari in perſona hære-
dis, ſed remanere eiuſdem naturæ, vt per Surd. *d. con-
ſil. 112. num. 65. 66. 67.* Gratian. *d. diſcept. 198. num. 10.
11. 12.* quo caſu certum eſt legatum factum creditori ex
24 cauſa voluntaria non cenſeri factum animo compenſan-
di, vt *ex l. vnic. §. primùm itaque, verſic. ſciendum, C. de
rei vxor. act. l. creditorem, de legat. 2. l. ſi creditor, C. de le-
gib. l. ſi compenſandi, C. de hær. inſtit.* Oldr. *conſil. 297.
num. 1.* Bart. Alex. & communiter DD. *in d. §. ſi pater,*
& *in d. Auth. præterea*, Alex. *conſil. 7. num. 16. lib. 6.* Corn.
*conſ. 257. num. 20. in fin. lib. 2.* Mantic. *de coniect. vlt. vol.
lib. 10. tit. 2. num. 1. 2. & ſeqq.* latè Surd. *d. conſ. 112. n. 42.*
vbi plurimos congerit. Menoch. *lib. 4. præſ. 110. num. 7.*
Cyriac. *d. contr. 261. num. 39.* vbi alios allegat. Maſcard.
*concl. 333. num. 2.*

25 Sed dicebatur ex aduerſo, quod lex obligat patrem ad
conſeruandum dotem filiis poſt mortem matris, vt *in
Auth. vxore mortua, C. vnde vir & vxor, ſtat. Scand. lib. 2.
tit. 34.* & ideò cùm hæc obligatio introducatur à lege ſine
facto hominis, negari non poteſt, quin debitum ſit le-
26 gale, & neceſſarium, & ſic compenſandum cum legato.
DD. *in dict. §. ſi pater*, & *in dict. Auth. prætereà*, Couar.
*in cap. officij, num. 2. de teſtam.* Craſſ. *in §. legatum, q. 16.
num. 7.* Honded. *conſil. 50. n. 19. lib. 2.* latè Cyriac. *d. contr.
261. n. 35. 36.*

Verùm exiſtimo verè reſponderi, quod in hac con-
trouerſia non benè applicatur quæſtio de debito neceſſa-
rio, vel voluntario, quia non ſolùm dos materna, ſed
etiam cætera eius bona pertinent ad filios, ſi deceſſerit
inteſtata; non quia hoc ſit debitum neceſſarium; vel
27 voluntarium patris, ſed quia ipſi ſunt hæredes, & ſuc-
ceſſores matris, non autem pater, qui ſolum vſumfru-
ctum habet, & proprietatem filiis reſeruare tenetur, vt
28 *in leg...* vbi Salic. & DD. *C. de bon. matern.* & *l. 4. C. de
bon. quæ liber.* etenim de iure communi maritus mortua
29 vxore non lucratur aliquam partem dotis, niſi hoc pa-
ctum ſit inter eos, ſed ad mulieris hæredes ius dotis
tranſmittitur, vt habetur *in d. l. vnic. §. illud procul du-
bio*, vbi Salic. *C. de rei vxor. act.* & quamvis pater te-
neatur filiis reſeruare dotem maternam, hoc non proue-
nit, quia hæc facta ſit debitum legale, & neceſſarium, 30
ſed quia illi ſunt matris hæredes, vt per Bart. *in d. l. ſi
cùm dotem, num. 9. ff. ſolut. matr.* vbi probat mortua
vxore dotem remanere apud maritum tanquam pro filiis
hæredibus mulieris, & eum ſequitur Imol. & DD. ſe-
quendo opinionem Iac. de Bel. *in d. l. ſi cùm dotem*, Ioan.
Campeg. *in tract. de dot. part. 3. quæſt. 128. num. 1. & 2.* 31
qui loquuntur in fortioribus terminis de muliere filia-
familias, quæ licèt non poſſit teſtari, & habere hære-
dem, tamen fallit in dote, vt probatur *in l. auus, ff. de
iur. dot.* vnde in caſu noſtro nullum erit dubium, cùm
mulier, de qua diſputatur, non eſſet in poteſtate patris 32
prædefuncti, quando illa mortua eſt; & ſic dos perue-
nit ad eius filios ex ſucceſſione matris, ſicut cætera
eius bona, per textum *in l. 1.* ibi: *ex matris ſucceſſione,
ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato. Cod. de bon. matern.*
& *in l. cùm oportet, C. de bon. quæ liber.* & *in d. l. vnic. §.
illud, C. de rei vxor. act.* ex quibus iuribus comprehendi-
tur mulierem poſſe teſtari ſecundùm ius commune de do-
te, & bonis ſuis, & ſatis erit, ſi filiis relinquat legiti-
mam, adeò vt filij non ſuccedant in dote, & bonis ma-
ternis, dempta legitima, niſi ſint eius hæredes, ceſſante
pacto, vel ſtatuto aliter diſponente: ergo non poteſt di-
ci, quod hoc ſit debitum legale, & neceſſarium patris
erga filios.

Et quamvis iura prædicta obligent patrem ad conſer-
uandum pro filiis dotem, & bona materna, hoc non eſt
inducere aliquod debitum legale, ſed præſcribunt for- 33
mam ſucceſſionis, dum ſtatuunt, quod in bonis, quæ
proueniunt à matre, pater habeat tantùm ius vtendi,
fruendi, & adminiſtrandi, dominio eorum ad liberos
pertinente, vt legitur *in d. l. res quæ, C. de bon. matern.* vnde
hæc obligatio conſeruandi dotem, & bona materna pro
filiis, nunquam in iure dicitur eſſe debitum legale, &
neceſſarium, quale requiritur ad inducendam compenſa-
tionem in legatis: nec mirum, quia huiuſmodi debi-
tum legale conſtituitur ex propria ſubſtantia debitoris,
velut legitima, quæ eſt quota bonorum patris, & quar- 34
ta, quæ debetur vxori pauperi ex bonis viri diuitis præ-
defuncti, iuxta terminos *Auth. Prætereà, C. vnd. vir, &
vxor:* hic autem obligatio reſeruandi bona materna, &
dotem pro filiis non tendit ad diminutionem patrimo-
nij mariti, nec ſumitur ex eius ſubſtantia, ſed ver-
ſatur circa ſubſtantiam matris, & ſucceſſiuè filiorum
eius hæredum, qui idcirco rem ſuam à patre vindica-
re videntur, vt habetur *in d. l. res quæ, in fin. C. de bon.
matern.*

Vnde ſuperfluum fuerat in iure hoc genus debiti le-
galis inducere, cùm pro recuperatione dotis mater-
næ ſufficiat filiis obligatio, & debitum voluntarium
patris quando ſe obligauit ad dotis reſtitutionem
pro vxore ſua, & eius hæredibus, quia licèt hoc di-
catur debitum voluntarium ratione principij, & cauſæ,
tamen inducit iuris vinculum, & neceſſitatem reſti- 35
tuendi, quia contractus ab initio ſunt voluntatis, ſed
poſt factum neceſſitatis, *leg. ſicut, C. de act. & obl.
leg. in commodato, §. ſicut, ff. commod.* Corn. *conſil.
292. numer. 5. libr. primo*, Alex. *conſil. 7. numer.
16. lib. 6.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 2.
num. 4.* Gratian. *diſc. 198. num. 13.* Menoch. *d. præſ. 109.
num. 3.*

Neque in hoc plus diſponit ſtatutum Scand. *lib. 2.
titulo 34.* quàm faciat ius commune, ſiquidem dicit,
*Si verò vxor prædeceſſerit relictis poſt ſe marito, & libe-* 36
*ris, tunc maritus toto tempore vitæ ſuæ ſibi lucretur vſum-
fructum dotis, & donationis propter nuptias, filiis verò
tam fœminis, quàm maſculis proprietatem æqualiter:*
hoc enim idem ſtatuitur *in l. generaliter*, & *Auth.*
vxore

*vxore mortua*, *C. de ſecund. nupt.* vbi ſtatuitur patrem
in huiuſmodi bonis habere tantùm vſumfructum, filiis
verò teneri proprietatem reſeruare, & ſic traditur modus
ſuccedendi, non autem inducitur aliquod debitum legale
diuerſum à primo quod habebat maritus reſtituendi do-
tem vxori, quod ſicut erat voluntarium in perſona ma-
riti erga vxorem, & non erat aptum ad inducendum ani-
mum compenſandi in legato vxori facto, *d. l. vnic. verſ.
ſciendum*, *C. de rei vxor. act.* ita erit reſpectu filiorum,
& hæredum matris, & hæredum ipſius mariti, quia ea-
dem qualitas debiti voluntarij non mutatur in hærede,
cùm obligationis conditio ex perſona hæredis immutari
37 non debeat, *ex l. 2. §. ex his*, vbi gloſſa, *C. de verb. obli-
gat. l. in executione, §. pro parte*, vbi Caſtr. *eod. l. 2. in fin.
C. de fruct. & lit. expenſ. l. 1. C. de impon. lucr. deſcript.
lib.* 10. Anchar. *d. conſ. 26. numero quarto*, pulchrè in ter-
minis dotis Surd. *dict. conſil. 112. numer. 64. verſ. & non
obſtat*, & *num. 65. 66. 67.* Gratian. *dict. diſcept. 198. num.*
13. 14. & ideò cenſui non eſſe locum compenſationi,
ſed vtrumque deberi, non obſtante quod maritus quo-
dammodò dicatur dominis dotis, *l. doce ancillam*, *C. de
rei vind.* quia hoc impropriè, cùm mulier ipſa naturali-
ter dicatur domina dotis *in l. rebus*, *C. de iur. dot.* quo-
niam iuris dominium eſt imperfectum, & mortua vxore
ſtatim extinguitur. Angel. *de legitim. contrad. c. 13. art. 9.
num.* 102.

Et maximè quia dato etiam quod debitum prædictum
fuiſſet legale, & neceſſarium, tamen non ſemper ſequi-
tur eſſe in legato compenſandum, quia coniecturis, &
præſumptionibus ſæpè efficitur, vt in eo etiam ceſſet
animus, & præſumptio compenſandi, quoniam hæc
materia pendet à coniecturis. Menoch. *dict. præſ.* 109.
*num. 25. ad fin.* Hîc autem adeſt non leuis coniectura,
quod dictus D. Peregrinus fecerit legatum ſororibus
cum animo compenſandi, quia dotis debitum reſpectu
illius, & ſuorum hæredum erat purum, & maturum,
cum deberetur à die mortis patris, & matris; legata
autem facta dictis ſororibus ſunt ad diem, & cum
qualitate temporis; & tamen vt locus eſſet compenſa-
tioni, neceſſe erat, quod debitum & legatum eſſent eiuſ-
38 dem qualitatis; nam materia illa, quod legatum videtur
factum animo compenſandi, procedit in legato, quod
eſt exigendum eo tempore, quo etiam debitum neceſſa-
rium eſt exigibile, vt inquit in verbis Soc. *conſ. 93. num.*
23. *verſ. Præterea*, *lib.* 1. quem ſequitur Mantic. *de con-
iect. vlt. vol. lib. 10. tit. 2. num. 9.* & Tuſch. *pract. concl.
littera L*, *concluſ. 141. numer.* 41. Maſcard. *de probat.
concluſ. 333. numer.* 10. non poteſt enim fieri compen-
ſatio debiti in diem cum debito puro, & ſimplici, ac
liquido, quia ad hoc vt fiat compenſatio, creditum
debet eſſe hinc inde purum, *l. ſi conſtat*, & *l. fin. C. de
39 compenſ.* Bart. *in l. ampliùs non peti*, *ff. rem rat. haber.*
Soc. *d. conſilio 93. numer. 22. verſ. Præterea*, Tuſch. *d.
concluſ. 141. numer. 41.* Maſcard. *de prob. concluſ. 333.
num. 10. 11.*

Secunda coniectura eſt, quia reſpectu Luciæ eius ſo-
roris teſtator mandauit imputari in eius legato quidquid
percipietur ex fornace calcis, & ſic legatum pendet ab
40 euentu, & à valore dictæ calcis, quæ in legato ineſſe
videtur, & propterea legatum eſt diuerſum à credito
pecuniario, vnde non poteſt cenſeri factum animo com-
penſandi, ad textum *in l. ſi conuenerit*, *ff. de pignor. act.*
plenè gloſſa *in l. fin. C. de compenſat.* Seraph. *deciſ.* 1212.
*num.* 1. & ideò ſecundùm communem ſententiam in le-
gatis nunquam inducitur præſumpta compenſatio cum
41 credito, niſi quando hinc inde eſt quantitas, & dicunt
ita de neceſſitate intelligendum eſſe textum *in l. ſi pater
pro filia*, *Cod. de collat. dot.* Bart. Bald. & Caſtr. *in l. hu-
iuſmodi*, *§. cùm pater*, *de leg.* 1. Bald. *in l. filia legato-
rum*, *C. de leg.* Bald. & Salic. *in l. quoniam in prioribus*,
*C. de inoff. teſtam.* & *in leg. ſi vxor*, *Cod. de bon. auth.
iud. poſſid.* & *in l. Neſennius*, *de neg. geſt.* Alex. *conſ.* 7.
*num. 17. lib. 6.* Surd. *d. conſ. 112. num.* 61. 62. Soc. Iun.
*conſ. 79. num. 112. lib. 3.* Menoch. *conſ. 56. num. 12.* &
*numer. 51. lib. 1.* & *conſ. 151. numer. 24.* & *conſil. 162. nu-
mer. 24. lib. 1.* & *præſ. 110. numer. 9. lib. 4.* Tuſch. *d.
concl. 141. numer. 23.* & quamvis adſint nonnulli, qui
aliter ſentiunt per Alex. *in d. l. ſi cùm dotem*, *§. ſi pa-
ter*, *numer. 7. verſ. & licèt magna*, *ff. ſol. matr.* tamen
hæc eſt vera, & magis communis DD. ſententia, vt
per Surd. *d. conſil. 112. num. 61. 62.* Seraph. *deciſ.* 1455.
*num.* 5.

Tertia coniectura deſumitur ex varietate monetæ, ſi-
quidem dos prædicta fuit conſtituta in ſcutis aureis, &
taliter promiſſum fuit reſtitui, vt in inſtrumento dotali;
legatum autem factum dictis ſororibus conſiſtit in du-
catonis ac libris ſeptem, & ſolidis quindecim, & pro-
pterea quando legatum eſt ſoluendum in alia ſpecie mo- 42
netæ diuerſa ab ea, quæ continetur in debito etiam
neceſſario, tunc oritur coniectura, quod teſtator non
habuerit animum compenſandi legatum cum debito,
vt per Corn. *conſil.* 288. *num. 4. verſ. Item ſunt*, *libr.
primo*, & *conſil. 230. numero ſecundo*, *libro quarto*, pul-
chrè Soc. Iun. *conſ. 79. numer.* 85. 86. *lib.* 3. Phanuc. *in
tract. de dot. gloſ.* 8. *num.* 94. Surd. *d. conſ. 112. numer.* 63.
& quamvis hanc eſſe leuem coniecturam, quæ poteſt
facilè per aliam coniecturam elidi, dixerit Phanuc.
*d. gl. 8. numer.* 86. tamen non poteſt dici tam leuis, quin
ſufficiat ad præſumendum non eſſe locum compenſatio-
ni, niſi aliud magis vrgeat in contrarium, quod ſatis
eſſet etiam ad tollendum alias coniecturas; nam hæc con-
iectura eſt ſimilis præcedenti, & eiuſdem virtutis, quia
promiſſio dotis in diuerſa moneta videtur virtualiter
facta de diuerſa ſpecie, quia ſcuta aurea per ſe non re-
cipiunt functionem, niſi per quandam æſtimationem 43
vna ſumma reducatur ad valorem alterius, quod etiam
in ſpeciebus cadere poteſt, iuxta *l. propemodum*, *ff.
de verb. ſign. l. 2. ad fin. de conſtit. pecun.* Soc. *d. conſ.* 79.
*ſub num.* 85. propter quod faciliùs dicendum eſt vnam
cum alia non compenſari, ſicut legatum dotis in certa
ſumma non compenſatur cum debito ſpeciei, vt per DD. 44
*in d. l. filia legatorum*, & *in d. l. huiuſmodi*, *§. pater*, *de
leg.* 1. Soc. *d. conſ. 79. num.* 86. pulchrè Corn. *conſ.* 292.
*num. 2. verſ. tamen, lib.* 1.

Quarta coniectura eſt, quando teſtator in legato dixit
ſe legare de bonis ſuis, quia tunc omninò certum eſt no-
luiſſe legare animo compenſandi cum debito etiam ne- 45
ceſſario, quia bona intelliguntur ære alieno deducto, ſic
*ex l. ſubſignatum*, *§. 1. de verb. ſignif.* dixit Bald. *in d. l. ſi
cùm dotem*, *§. ſi pater*, vbi Alex. *num. 7. verſ. prædictis adde*,
*ff. ſol. matr.* Bart. *in l. vt iuſiurandi*, *§. ſi liberi*, *in fin. de
oper. libert.* Bald. *conſ. 84. lib.* 2. latè Menoch. *d. præſ.* 109.
*n. 6. 7. 8. lib.* 4.

Quinta coniectura, ne fiat compenſatio legati cum
debito neceſſario, oritur ex ſanguinis coniunctione,
quia teſtator facit huiuſmodi legata ſororibus, ideò 46
præſumendum eſt legaſſe amoris causâ, & vt liberalem
ſe exhiberet perſonis tam arctè ſibi coniunctis, non vt
fieret compenſatio, vt *ex l. fin. C. de dot. promiſſ.* & *l.
cùm alienam*, *C. de legat.* dixit Corn. *conſ. 292. col. 3.
verſ. iuuantur etiam*, *lib.* 1. pulchrè Surd. *d. conſ.* 112.
*num.* 47. 48. 49. *& ſeqq.* vbi adducit rationes, & multa
ſimilia.

Non obſtant coniecturæ in contrarium allatæ, vt
etiamſi verſaremur in debito voluntario, adhuc compen-
ſandum eſſet cum legato; & primò quia legatum eſt
pinguius, quam eſſet debitum, ex Honded. *conſil.* 50. 47
*num. 23. lib.* 2. Menoch. *dict. præſ. 110. numer. 32. lib.* 4.
Nam hoc procedit in debito neceſſario, non autem in
voluntario, quod non compenſatur cum legato etiam
maioris quantitatis, per dictam legem vnicam, *§. primum*,
*verſic. ſciendum*, *Cod. de rei vxor. act. l. creditorem*, *de leg.* 1.
*l. creditor*, *Cod. de leg.* ſic tenet Alciat. *conſ. 498. num. 5.
verſ. maximè*, pulchrè Corn. *d. conſ. 292. num. 2. 3. lib.* 1.

vbi



vbi dicit ex ſententia omnium hanc eſſe differentiam in-
ter debitum neceſſarium, & voluntarium, & ita aper-
tè, & clarè dixit Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 2.
numero primo*, vbi docuit, quod etiamſi teſtator relin-
quat creditori pluſquam ſit creditum, non præſumitur
48 animus compenſandi, niſi aliter fuerit ſpecialiter expreſ-
ſum: & contraria procedunt, vel quando eadem cauſa
exprimitur in legato, quæ ineſt in debito, per ea, quæ
tradit Crauet. *conſilio 686. numero* 3. 4. vel quando pe-
nitus eadem ſumma, vel ſpecies legatur, quæ eſt debi-
ta; tunc enim ex tali aptitudine, & conuenientia appa-
49 ret, quod teſtator habuit pro eodem ſummas debi-
tas, & legatas: ſic Corn. *conſilio 230. numero quinto*,
*libro quarto*, pulchrè Crauet. *conſilio 149. numero
quinto*, Menoch. *d. præſumpt.* 110. *numer.* 26. Honded.
*dict. conſ. 50. numer.* 23. non ſic eſt, quando ſumma, vel
ſpecies legata eſt maior, vel minor debito; tunc enim
non concurrit talis veriſimilitudo, quod voluerit cum de-
bito voluntario compenſari legatum. Mantic. *dict. tit. 2.
num.* 1.

Non obſtat alia coniectura, quod teſtator præſumi-
tur grauare hæredem minùs quam fieri poſſit, *l. ſi ſer-
uos*, *§. qui margaritam*, *de leg.* 1. & *l. vnum ex familia*,
*§. ſi rem*, *de leg.* 2. & maximè quando hæres eſt æquè,
50 vel magis dilectus teſtatori, quàm legatarius, vt hic,
vbi Sanctiſſima Trinitas, & B. Virgo eſt hæres inſtitu-
ta, ideò præſumendum eſt teſtatorem voluiſſe legatum
compenſari in debito. Ceph. *conſil. 14. numero 21. verſic.
tertiò dictus.* Nam dici poteſt id non tranſire ſine diffi-
cultate, vt per Dec. *conſilio 349. numer.* 8. Corn. *conſi-
lio 143. col. 2. in fin. lib.* 3. Ruin. *conſilio 212. numer.* 14.
*lib.* 1. ſed reſpondetur cautius tunc cenſeri teſtatorem
voluiſſe grauare hæredem minùs, quam fieri poſſit,
quando agitur de redimendo res alienas, quas legauit;
ſecus eſt, quando diſpoſuit de propriis bonis, vel hære-
dis, quia in hoc faciliùs teſtatores inclinant, vt diſtin-
guit textus *in dict. leg. vnum ex familia*, *§. ſi rem*, & ita
declarat Natt. *conſilio 110. num.* 8. & Surd. *dict. conſ.* 112.
*num.* 80.

Non obſtat alia coniectura, quod niſi fiat compenſa-
tio, neceſſe ſit deuenire ad alienationem ſtabilium. Af-
flict. *deciſ. 43. numero* 28. Menoch. *d. præſ.* 110. *num.* 46.
47. Nam reſpondetur primò, legata fuiſſe facta cum
moderatione temporis, vt ſoluantur in termino trium,
vel quatuor annorum, & ſic ex redditibus poteſt ſatis-
fieri legatis, & debito. Deinde ceſſaret hoc inconue-
niens, quia ſi præſenti pecuniâ eſſet ſatisfaciendum,
oporteret deuenire ad alienationem ſtabilium, etiamſi
ſolum legatum ſolueretur, quia in hæreditate non
extiterunt pecuniæ numeratæ; & cùm ſoluto legato,
& debito adhuc hæreditas remanet lucroſa, non eſt
præſumenda compenſatio, ex his, quæ tradit Menoch.
*d. præſ. 110. num.* 43. Rota apud Rub. *deciſ. 311. numer. 7.
part.* 2.

Concludendum eſt igitur noluiſſe teſtatorem fieri
compenſationem legati prædicti cum debito voluntario,
vel neceſſario, quia ſi voluiſſet, bene ſciebat id expri-
mere, ſicut expreſſit in legato facto Camillæ vni ex eius
ſororibus prædictis, cui præcepit in ſuo legato com-
51 penſare creditum ducatorum 69. quos ipſe teſtator ſoluit
52 pro Dominico eius filio: vnde ſi voluiſſet etiam com-
penſari dotem maternam, id expreſsè dixiſſet, vt argu-
mento *leg. vnic. §. ſin autem ad deficientis*, *Cod. de caduc.
toll.* ad rem dixit Surd. *conſil. 120. numero 25. verſ. quini-
mò*, ad rem Rot. apud Rub. *deciſ. 311. numero 10. part.* 3.
hoc enim argumentum eſt validum in iure, & eo ſæpè
DD. vtuntur, & præcipuè dum dicunt, quod licèt te-
53 ſtator in vna ſubſtitutione mentionem fecerit de maſcu-
lis, non tamen ſenſerit de maſculis in alia, in qua ſim-
pliciter locutus eſt de filiis. Anch. *conſilio 120. numer.* 8.
Alex. *conſil. 38. numero ſexto*, *libro ſexto*, Corn. *conſil.* 230.
*numero ſexto*, *lib. tertio*, Curt. Sen. *conſil. 63. numer.* 15.
Iaſ. *conſil. 142. col. 5. verſ. quinto*, *libro* 2. Soc. *conſ.* 227.
*in fin. libro ſecundo.* Surd. *dict. conſil. 120. numero* 26. Et
quamvis eſſemus in dubio, adhuc ceſſat præſumptio 54
compenſationis legati cum debito voluntario, *d. l. cre-
ditorem. de leg. 2. d. l. vnic. verſic. ſciendum*, *C. de rei vxor.
act.* Oldrad. *conſ. 297. num.* 1. Alex. *d. conſ. 7. num.* 16.
*lib.* 6. Iaſ. *conſil. 123. numero vndecimo*, *lib. quarto*, Man-
tic. *d. titulo 2. numero primo*, Maſcard. *d. concluſion.* 333.
*num.* 1. 2.

# CAPVT CXC.

## EPITOME.

Poſſeſſor Capellæ Eccleſiæ eſt manutenendus, & Curatus etiam Regularis ſubiicitur Epiſcopo in concernentibus curam animarum, & dependentibus ab ea.

## SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur in poſſeſſorio ſummariiſſimo etiam deuolutiuè de iure ciuili.*
2 *Poſſeſſorium ſummariiſſimum de iure canonico an admittat appellationem, controuertitur.*
3 *Appellationem non dari in poſſeſſorio ſummariiſſimo ſuſpenſiuè certum eſt.*
4 *Poſſeſſorij decretum trahit ſecum executionem.*
5 *Poſſeſſorij ſummariiſſimi decretum poteſt reuocari, & non dat damnum irreparabile.*
6 *Articuli petitorium concernentes non admittuntur in poſſeſſorio.*
7 *Appellare licet, ſi iudex in poſſeſſorio admittat articulos ſuper petitorio.*
8 *Manutentionis effectus quomodo impediatur.*
9 *Prorogat iuriſdictionem iudicis, qui illius examini ſe ſubmittit.*
10 *Cauſæ omnes in prima inſtantia ſunt cognoſcendæ coram Ordinario loci.*
11 *Parochorum cauſæ tractandæ coram Ordinario.*
12 *Tertius petens admitti ad cauſam facit acta ſua, & iudicem competentem declarat.*
13 *Curatus regularis ſubiicitur Epiſcopo, & quomodo.*
14 *Regularis extra curam animarum eſt puniendus à ſuperioribus.*
15 *Parochus Eccleſiæ Regularis in concernentibus curam animarum ſubditus eſt Epiſcopi.*
16 *Parochus Regularis in dependentibus etiam à cura animarum ab Epiſcopo puniri poteſt.*
17 *Parochus monachus eſt de foro Epiſcopi in his, quæ veniunt in conſequentiam Curæ animarum.*
18 *Epiſcopus manutenendus eſt in poſſeſſione iuriſdictionis ex ſola iuris aſſiſtentia.*
19 *Actor ſequitur forum rei.*
20 *Reus eſt in poſſeſſorio, qui poſſidet rem controuerſam.*
21 *Poſſeſſorio in iudicio iudicem adiens, non perdit poſſeſſionem & vrbanius agit.*
22 *Manuteneri petens eſt reus, ſi obtineat.*
23 *Monachi quomodo ſint exempti ab Ordinario.*
24 *Clericus turbatus, vel ſpoliatus trahit laicum ad forum Eccleſiæ.*
25 *Poſſeſſorij ſummariiſſimi decretum an ſit nullum, examinatis teſtibus ſine citatione partis.*
26 *Teſtes habere pro ritè, & rectè examinatis, ſaluat ab effectu citationis.*

27 *Reus declarans teſtes habere pro rectè examinatis, quid efficiat.*
28 *Iudex poſſeſſorij eſt etiam Iudex petitorij.*

### Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

SVper regimine, & adminiſtratione cuiuſdam Capel-
læ S. Mariæ Virginis in territorio Regij, vulgò nun-
cupatæ, *la Maeſtà picciola di ſeſſo*, orta eſt controuer-
ſia inter M.R.D. Priorem S. Mariæ de Sexio, ex vna, &
R. D. Michaëlem Arcangelum Moltium Caſſinienſ. vti
Curatum Eccleſiæ S. Proſperi de Strinatis, parte ex alte-
ra, eò quod vnuſquiſque eorum prætendat dictam Ca-
pellam eſſe intra fines ſuæ Parochiæ, & vterque eorum
conatus eſt colligere eleemoſynas, & oblationes ei factas,
& faciendas, ſtante quod à nonnullis annis citrà vndi-
que cœperunt homines ad eam concurrere deuotionis,
& voti causâ: verùm fabricato proceſſu, & re diligenter
examinata, cùm ex depoſitione nouem teſtium verbis
clariſſimis appareret dictam Capellam fuiſſe ſemper re-
ctam, & adminiſtratam à dicto D. Priore Sexij, ſub die
xv. Iunij 1640. ego pronuntiaui per decretum dictum
D. Priorem fore, & eſſe manutenendum in poſſeſſione
eiuſdem Capellæ, & in iure eam regendi, & admini-
ſtrandi, ſaluis iuribus partium in poſſeſſorio ordinario,
& petitorio.

Verùm quia dictus Curatus appellauit à dicto decre-
to, & appellationem proſecutus eſt in Curia Romana,
imò monachi S. Benedicti ſub die 23. Auguſti, ſub præ-
textu, quod dicta Eccleſia S. Proſperi ſit membrum Mo-
naſterij, petierunt ſe admitti ad cauſam, & ſic prælium
ſatis fuit ingrauatum intendente vtraque parte ſe ha-
bere meliora iura, vnde pro defenſione Decreti mei ego
dicebam non eſſe admittendam dictam appellationem,
ſaltem quoad effectum ſuſpenſiuum; nam licèt ſecun-
dùm ius ciuile certum ſit in hoc poſſeſſorio ſummariiſſi-
1 mo non dari appellationem, neque ſuſpenſiuè, neque
deuolutiuè, *ex l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuer. appell. cap. fin. §. de poſſeſſ. 2. quæſt. 6.* tamen quia de iure Ca-
2 nonico hoc eſt controuerſum ſecundùm aliquos reſpe-
ctu effectus deuolutiui, vt per Scacc. *de appell. cap. 2. quæſt. 17. lim. 6. membr. 2. num. 40.* omiſſis diſputationi-
bus hoc pro indubitatio apud omnes recipitur, quod
tam de iure Canonico, quàm ciuili in hoc ſummariiſſi-
3 mo iudicio appellatio etiam de facto interpoſita non
ſuſpendit mandatum de manutenendo conceſſum, quia
non admittitur appellatio ſaltem quoad effectum ſuſpen-
ſiuum, per textum *in d. cap. fin. §. de poſſeſſione, 2. quæſt. 6.* Benintend. *deciſ. 79. numer. 6. 7.* Ioſeph Ludoui-
ſius *deciſ. Peruſ. 20. numer. 11. 12.* vbi reddit rationes.
Benè Gratian. *diſc. for. 74. num. 16. 17. 18. & diſcept. 310. num. 64.* vbi de communi, & obſeruata ſententia, Se-
raph. *deciſ. 1071. num. 5. & deciſ. 1295. num. 1. & ſeqq.*
Farin. *deciſ. recent. 297. num. 2. part. 2.* Caualer. *deciſ. 88. numer...* Poſth. *in tract. de manuten. obſer. 106. numer. 9.*
10. & ratio eſt, tum quia hoc decretum trahit ſecum
4 executionem, & iuris executio non continet iniuriam,
*ex l. iniuriarum, ff. de iniur.* Natt. *conſil. 81. num. 4.* Gra-
5 tian. *d. diſc. 74. num. 18.* tum quia non infert præiudi-
cium irreparabile, & ſemper poteſt reuocari, quia ho-
die poteſt dari mihi, cras tibi. Scacc. *de appel. d. lim. 6. memb. 2. num. 2.* Rot. *diuerſ. deciſ. 641. num. 8. verſ. Neque obſtat, & num. 9. part. 1.* Farin. *deciſ. recent. 183. num. 3. verſ. ſecus verò, part. 2.* Seraph. *deciſ. 1295. n. 1. 2.* Poſth.
*d. obſer. 106. num. 66.* & ideò cauſa debet committi non
retardata executione.

Vnde cùm non eſſet locus appellationi, non poterat
D. Cabalettus admittere articulos dicti Curati volentis
probare, quod hæc Capella eſt ſita in pertinentiis Paro-
chiæ S. Proſperi. Secundò quòd fuit reſtaurata ab Abbate
S. Petri Congregationis S. Iuſtinæ de Padua. Tertiò
dictus Curatus adminiſtrauit Sacramenta infirmis com-
morantibus in loco *delle due Torri*, versùs Eccleſiam 6
Sexij, quia tanquam petitorium concernentes non ſunt
admittendi, vt per Rotam *in Pampilonenſi tributi della garda, x1. Decembris 1591. coram Peña*: Couar. *var. reſol. cap. 14. num. 44. verſ. Super iſto, libro primo.* Poſth.
*tract. de manuten. obſeru. 7. numer. quinto*, vbi dicitur,
quod ſi vna pars offert articulos ſuper meritis cauſæ
principalis, & inſtet deſuper examinari teſtes, altera
pars poteſt petere, vt priùs prouideatur ſuper manu-
tentione, adeò vt idcirco liceat dicto D. Priori à tali
admiſſione appellare, vt per Bart. *in l. 2. n. 21. verſ. tertiò* 7
*quæro, ff. de appellat. rec.* Veſtr. *in prax. lib. 5. cap. 15. num. 3. 4.* Scacc. *de appellat. quæſt. 17. lim. 47. membr. 1. numer. 137.* Marcheſ. *de commiſſ. part. 1. cap. 8. num. 80. verſ. appellationem*, Natt. *conſil. 121. num. 4.* Contard. *de momentan. poſſ. limit. 18. per tot.* Ruginell. *de appellat. §. 2. cap. 3. in verſ. Subuerſio, numer. 895.* Giouagn. *conſ. 8. num. 93. lib. 1.* Poſth. *d. obſ. 7. numer. 23. 24.* vbi
pulchrè docet hoc modo peruerti ordinem poſſeſſorij
ſummariiſſimi, dum fit tranſitus ad merita cauſæ ſuper
petitorio, non terminato poſſeſſorio, & ideò licitum
eſſe appellare; & maximè quia per admiſſionem dicto-
rum articulorum cum ſuperſeſſoria tacitè, & per indi- 8
rectum impeditur effectus manutentionis dicto Priori
conceſſæ, Galganet. *ſuper ſtatut. Vrb. cap. 166. num. 50. fol. 359.*

Neque vllo modo obſtare poteſt, quod dictum man-
datum de manutenendo à dicto Vicario Regij conceſſum
ſit nullum ex defectu iuriſdictionis, cùm Monachi Caſ-
ſinenſes ſint exempti ab Ordinariis, ex Bulla Eugenij
IV. quæ eſt nona in Bullario: nam primò reſpondetur,
quod dictus Curatus videtur prorogaſſe iuriſdictionem 9
dicti Vicarij, & in eum conſenſiſſe, dum nunquam de-
clinauit eius forum, & eius examini ſe ſubmiſit, ad tex-
tum *in l. 1. ff. de iudic. l. 1. C. de iuriſd. omn. iud.* Afflict.
*deciſ. 27. n. 2. verſic. in contrarium.*

Deinde reſpondetur, quod hodie in beneficialibus,
& rebus Eccleſiaſticis inter Eccleſiaſticos, & etiam in-
ter alios cauſæ omnes in prima inſtantia ſunt cognoſ-
cendæ, & terminandæ coram Epiſcopis, & locorum 10
Ordinariis, ex Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 20. de Reform.*
vbi Barboſ. latè omnes adducit, & in noſtris terminis
Boccat. *de interdict. vti poſſid. cap. 20. numero tertio, & quarto.* Poſth. *d. tract. obſeruat. 6. numero 23.* &
ideò iſta cauſa non poterat cognoſci niſi coram Or- 11
dinario, cùm tractaretur de iuribus beneficij vtriuſ-
que Parochi. Rota apud Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 9. in princ. de cauſ. poſſ. & propriet. & in Peruſina nullitatis contractus, 12. Ianu. 1618. coram Remboldo.*

Tertiò Monaſterium prædictum non interfuit vnquam
in hoc iudicio, & tantùm poſt appellationem petierunt
admitti ad hanc cauſam pro eorum iure, & intereſſe ad
defenſionem Curati S. Proſperi, ideò ſunt admittendi
in terminis, in quibus cauſa reperitur adeò acta, vt
ſententiæ eos afficiant, ac ſi eis citatis emanaſſent; ſic 12
enim tertius admittitur, & facit acta ſua, & tacitè iudi-
cem declarat competentem. Innoc. *in cap. cùm ſuper, num. 6.* vbi Butr. *num. 18.* Felin. *num. 17. de re iud.* Put.
*deciſ. 71. lib. 3.* Honded. *conſil. 25. num. 22. 23. lib. 2.* Fari-
nac. *deciſ. 431. num. 5. part. 1.* Ludouiſ. *deciſ. 259. num. 1. verſ. quia veniendo*, vbi Beltram. *num. 4. & deciſ. 303. num. 1. & 3.*

Quartò reſpondetur dictum Curatum, licèt Regula-
rem, eſſe ſubiectum Epiſcopo, non obſtante quacum-
que exemptione in iis, quæ concernunt curam anima-
rum, adeò vt omnimodæ iuriſdictioni, viſitationi, & 13
correctioni Diocœſani Epiſcopi tanquam Sedis Apoſto-
licæ delegati ſubſint omnes Regulares curam animarum
exercentes, vt habetur *in capit. primo, § fin. de priuileg. in 6.* & Concilium Trid. *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 11.* &





clariùs per Gregor. XV. in ſua conſtitutione de exem-
ptione, quæ incipit: *Inſcrutabili*, ſub dat. Nonis Febr.
1622. Barboſ. *de off. Epiſc. alleg. 74. num. 18. 19. 20. part. 3.*
Mar. Ant. *reſolut. 112. caſ. 150. ad fin.* Vgol. *de off. & poteſt. Epiſc. cap. 20. §. 4. & cap. 21. §. 5.* Ricc. *in prax. for. Eccl. reſol. 176.*

Nec obſtat, quod præſens negotium videatur eſſe ex-
tra curam animarum, & adminiſtrationem Sacramento-
14 rum; ideò Parochus Regularis non ſubiicitur Ordina-
rio, ſed à ſuis ſuperioribus, ſi delinquat, eſt puniendus,
vt deciſum referunt Galet. *in margarit. caſ. conſc. verb. Parochus, 3.* Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccl. reſolut. 513. n. 2. & reſol. 532.* Barboſ. *de off. Epiſc. de alleg. 74. num. 21. & ad Concil. Trid. d. c. 11. n. 10.*

Nam reſpondetur iſtud negotium non poſſe dici ex-
tra curam animarum, cùm tractetur de confinibus Paro-
chiæ, & an in loco Capellæ pertineat ad Priorem Sexij,
vel ad Curatum S. Proſperi adminiſtrare Sacramenta, &
turbationes, quas fecit dictus Monachus, eas fecit tan-
quam Curatus dicti loci, dum auſus eſt turbare dictum
Priorem in poſſeſſione dictæ Capellæ, frangendo ſeras,
& oblationes ad ſuum modum diſponere conando, li-
cèt Prior non permiſerit ſe ſpoliari, ſed perſeuraue-
rit in poſſeſſione, in qua ſemper fuit; & propterea
dictus Curatus in hoc etiam negotio ſubiicitur ditioni
Epiſcopi; non enim eſt neceſſe, quod immediatè ver-
ſetur circa adminiſtrationem Sacramentorum ad hoc,
vt Epiſcopus eum valeat coërcere, & corrigere; ſed
15 ſufficit, quod aliquo modo concernat curam anima-
rum, vt verbis claris expreſſit dictus Gregorius XV.
in dicta ſua conſtitutione, vt apud Barboſ. *dict. capit. vndecimo, numero quinto*, & Marc. Ant. *dict. caſ. 50. verſic. non fuit*: ideò ſufficit, quòd illud negotium, de
quo tractatur, ſit annexum, vel dependeat à cura ani-
marum ad hoc, vt Curatus Regularis ſubſit Epiſco-
16 po, & loci Ordinario, quia idem eſt iudicium de de-
pendentibus, quod de principali, per *leg. quominus, ff. de flumin.* Contard. *in l. prima, limit. 1. numer. 25. Cod. ſi de mom. poſſeſſ.* Amat. *deciſ. March. 80. numero quinto*, & dixit in terminis Marius Antonin. *variar. reſolut. libro primo, reſolut. 112. caſ. 50. in fin.* quem ſequi-
tur Campan. *in diuerſ. iur. can. rub. 12. capit. 13. numero 51.* Barboſ. *d. alleg. 74. numero decimo, & ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Regul. capitulo vndecimo, numero ſecundo*;
hîc autem negotium iſtud omninò dependet à cura ani-
17 marum, quia tractatur, cui liceat in loco Cappellæ ad-
miniſtrare Sacramenta, celebrare Miſſas populo, & ſe-
pelire mortuos, & alia facere, quæ veniunt in conſe-
quentiam curæ animarum, vt apud Seraph. *deciſ. 1067. numero quarto*, Campan. *d. cap. decimotertio, numero quadrageſimonono*, Barboſ. *d. alleg. 74. numero vigeſimo, & dict. cap. vndecimo, numero ſecundo.* Marc. Anto-
nin. *dict. caſ. 50. verſ. & ſupradictum.* Ergo erat in cauſa
dictus Curatus, vt poſſet puniri, & corrigi ab Epiſco-
po, dum inuaſit alienam Parochiam, & turbauit di-
ctum Priorem pacificum poſſeſſorem dictæ Capellæ,
quam ex proceſſu conſtat fuiſſe antiquitus fabricatam
ab hominibus Sexij, & rectam ſemper à dicto Priore:
dictus autem Curatus cœpit tantùm contradicere,
quando deuotio aucta eſt, & oblationes cœperunt mul-
tiplicari; ideò non ſolùm Rector Eccleſiæ Sexij eſt ma-
nutenendus in poſſeſſione regiminis dictæ Capel-
18 læ, ſed etiam Epiſcopus in exercitio ſuæ iuriſdictio-
nis, etiam ex ſola iuris aſſiſtentia. Seraph. *d. deciſ. 1067. num. 2.*

Quintò reſpondetur dicto Curato, neque Monaſterio
hoc caſu prodeſſe ſuam exemptionem, quin hæc cauſa
potuerit cognoſci coram Ordinario Eccleſiaſtico, quia
dictus Curatus fungitur vice actoris; & ideò ſequi de-
19 bet forum rei, *cap. ſi Clericus, & cap. ſi diligenti, de for. compet. l. fin. Cod. vbi in rem act.* ſiquidem dictus Prior
20 Sexij dicitur reus, & exequitur partes rei, quia poſſi-
det rem controuerſam, *§. retinendæ, Inſtitut. de interdict.*
& quamvis priùs adierit iudicem conquerendo ſe in poſ-
ſeſſione turbari per dictum Curatum, non perdit ſuam
poſſeſſionem, & dicitur vrbaniùs agere. Rot. *diuerſ. deciſ.* 21
81. *numer. 1. & deciſ. 785. num. 3. part. 1.* Poſth. *d. tract. de manuten. obſ. 5. numero octauo, nono, & decimo*: & licèt
tuendo ſuam poſſeſſionem inſtet ſe manuteneri, & ob-
tineat poſtea manutentionem, adhuc tamen dicitur
reus; ille enim quem iudex manuteneri mandat, di- 22
citur eſſe reus, vt Rot. *in vna Bononienſ. Portionis, 29. Febr. 1608. coram Marquemontio*, apud Marcheſ. *de commiſſ. in Saluian. part. 1. §. 1. numero tertio, verſ. deinde, fol. 979.* Pal. *de tenut. cap. 24. numero primo, quarto, quinto*,
Cancer. *var. reſol. part. 3. cap. 1. ſub numero 53. & ſeqq.*
Poſth. *d. tract. obſeruat. 5. num. decimotertio*, ideò ſicut
dictus Prior non poterat conueniri à dicto Curato, vel
Monaſterio, niſi coram ſuo Ordinario Eccleſiaſtico ſu-
per prætenſione dictæ Capellæ, ita hæc cauſa manu-
tentionis coram eodem cognoſcenda erat, quia exem-
ptio Monachis conceſſa, illis prodeſt tantùm ſi conue-
niantur, non ſi alios conueniant, vt declarauit Grego- 23
rius XV. in dicta ſua Conſtitutione de exemptis. Et
ſanè etiam perſona exempta à foro Eccleſiæ, vt laicus,
poteſt nihilominus trahi ad forum Eccleſiaſticum, ſi
turbet Clericum in ſua poſſeſſione, quia tunc Clericus
reus eſſe videtur, & turbans, vel ſpolians actor, vt 24
per Abb. *in capit. cùm ſit generale, numero ſeptimo, & numero decimo*, vbi Felin. *colum. 2.* Soc. *ſub numero decimo octauo*, & DD. communiter, *de for. compet.* Lap. *alleg. 65. numero tertio, & quarto.* Menoch. *de retin. rem. tertio, & numer. 361. & ſeqq.* Borgn. *deciſ. 44. numer. 107. part. 1.* Graſſ. *de eff. Cler. eff. 1. numer. 533.*
& ego dixi *contr. 28. num. decimotertio, & contr. 105. numer. 84.* ideò ſic etiam dictus Curatus quamvis Mo-
nachus potuit trahi ad forum Ordinarij Eccleſiaſtici,
quia turbando alterum Parochum actor eſſe videtur, non
reus.

Neque etiam obſtat, quod decretum manutentionis
factum à Vicario Regij ſit nullum, ex quo teſtes fue-
runt examinati per viam informationum, parte non
citata: tum quia in hoc iudicio ſummariiſſimo non po-
teſt dari de nullitate, etiam quod teſtes fuerint exami-
nati parte non citata, maximè ſi nihil aliud in contra-
rium eſt probatum, quia in hoc iudicio leuiores proba- 25
tiones ſufficiunt: ex Alex. *conſilio 147. in princ. libro ſexto*, Dec. *conſilio 559. numero octauo.* Neuizan. *conſilio octuageſimo, numero ſeptimo.* Ceph. *conſilio decimonono, numero primo, in fin.* Rol. *conſilio octauo, numero trigeſimo, libro quarto*: ſic pulchrè Farinac. *de teſtib. quæſt. 72. numero 72.* Couar. *variar. reſolut. libro tertio, capit. decimoquarto, numero ſecundo, & tertio*, & in puncto
Maſcard. *de probat. concl. 1637. n. 9.* Rota apud Poſthium
*in tractat. de manutent. deciſ. 269. num. 3.* & ipſe Poſth.
*dict. tractat. obſeru. trigeſima octaua, numero quadrageſimo nono*: tum quia proceſſum fuit vt in cauſa criminali ob
turbationes violentas, quas fecit dictus Curatus S. Pro-
ſperi, qui fuit examinatus, & multa confeſſus eſt, & in
termino defenſionum declarauit ſe velle habere teſtes 26
pro ritè, & rectè examinatis, & ideò etiamſi fuiſſent
nulliter examinati parte non citata, adhuc ſtante dicta
declaratione plenè probant, niſi in repetitione aliud di-
cant. Octauian. Vulp. *conſilio crim. 29. numero primo.*
Hier. Gabriel *conſilio 178. numero decimonono, libro primo*,
Farinac. *de teſtib. quæſt. ſeptuageſimaſecunda, numero 149.*
Ambroſ. *de proceſſ. inform. libro tertio, cap. primo, numero trigeſimo, & ſeqq.* Poſth. *dict. tractat. de manut. obſ. trigeſimaoctaua, numero quadrageſimoſexto.* Honded. *conſil. 107. numero tertio*: imò cùm reus poſt dictam declara-
tionem nec in termino defenſionum, neque extra, vſus 27
fuerit beneficio repetitionis teſtium, tacitè illi renun-
tiaſſe videtur, & examen teſtium remanet approbatum,
vt per Poſthium *dict. obſeruat. trigeſimaoctaua, numero*

*quadrageſimo octauo*, ad rem Honded. *d. conſ.*101.*num.*3.
cùm enim potuerit teſtes repeti facere, & eos interroga-
re, dum id non fecit ante ſententiam, fauori ſuo renun-
tiaſſe videtur. Farin. *d. quæſt. ſeptuageſimaſecunda, n.*151.
Poſth. *d. n.*48.

Hinc cognoſcitur rectè fuiſſe iudicatum per dictum
Vicarium, & cauſam eſſe committendam non retardata
executione; imò verè ſecundùm ius Ciuile, & Canoni-
cum cauſa eſſet remittenda ad eundem Ordinarium quo-
28 ad plenarium poſſeſſorium, vel petitorium, tanquam in
prima inſtantia, quia decretum manutentionis eſt merè
interlocutorium, & iudex poſſeſſorij eſt etiam iudex pe-
titorij, *l. Ordinarij, Cod. de rei vind. l. incerti iuris, Cod.
de interd.* gloſſa *in l. nulli,* & ibi Bart. *in fin.* Alex. *numer.
decimotertio,* Iaſ. *numero decimoſecundo, Cod. de iudic.* Soc.
Sen. *conſil. trigeſimo octauo, numero decimo ſecundo, &
ſeqq. lib.*1. Poſth. *tract. de manuten. obſeruat.*7. *num.*1.2.
3. & ſic hæc cauſa tanquam in prima inſtantia reſpectu
petitorij, vel poſſeſſorij plenarij cognoſci debet in parti-
bus, iuxta Concil. Trid. *in d. cap. cauſæ omnes, ſeſſ.*24.
*cap* 20 *de reform.*

Ideò Curatus, & Monaſterium omiſſo poſſeſſorio reli-
querunt Priorem Sexij continuare ſuam poſſeſſionem pa-
cificè, vt priùs; & obtinuerunt committi cauſam in pe-
titorio, & poſſeſſorio plenario; & datis hinc inde articu-
lis, fuerunt examinati multi teſtes, & probatum, quod
dicta Cappella ſit de pertinentiis Parochiæ Sexij, cùm
fuerit conſtructa ab hominibus dictæ villæ, & ab eis, &
eorum Rectore pluries reſtaurata, & ſemper recta, & gu-
bernata, propter quod Monachi fortè videntes non ha-
bere iura conuenientia, cauſam ſilere potiùs elegerunt,
& ſilentio inuoluerunt.

---

# CAPVT CLXCI.

## EPITOME.

Confugientes ad Eccleſiam ſi ſint irreuerentes erga eam, vel moleſti Eccleſiaſticis, vel immodeſti erga eos, qui degunt in locis Eccleſiæ, an poſſint expelli.

## SVMMARIVM.

1 *Confugientes ad Eccleſiam an poſſint eiici, ſi ſint irreuerentes, vel immodeſti.*
2 *Eccleſiaſtici poſſunt expellere irreuerentes Eccleſiæ, vel eos turbantes.*
3 *Confugientes ad Eccleſiam non debent eiici, ſed defendi.*
4 *Eccleſiaſtici poſſunt reſiſtere laicis volentibus extrahere reos ab Eccleſia.*
5 *Confugientem ad Eccleſiam ſi quis eiiciat, facit contra iuſtitiam.*
6 *Confugiens ad Eccleſiam poteſt eiici, ſi abutatur immunitate.*
7 *Delinquens in Eccleſia non gaudet eius immunitate, & quando verum ſit.*
8 *Confugiens ad Eccleſiam poteſt puniri ab Epiſcopo, ſi in ea delinquat.*
9 *Delinquens leuiter ab Eccleſia non priuatur ea, nec punitur.*
10 *Confugiens ad Eccleſiam quando poſſit ab ea expelli à Clericis.*
11 *Indignus eſt commoditatibus Eccleſiæ qui Eccleſiam malè tractat.*
12 *Prohibita fiunt licita in caſu neceſſitatis.*
13 *Eccleſia quænam vetet fieri in ea.*
14 *Confugiens ad Eccleſiam, ſi malè tractet habitatores Eccleſiæ, poteſt eiici.*
15 *Immunitatis priuilegium non debet eſſe cum damno Eccleſiaſticorum.*
16 *Priuilegio abutens illud perdit.*
17 *Confugiens ad Eccleſiam cum armis an poſſit eiici, vel ſpoliari eis.*
18 *Iudex laicus non poteſt extrahere ab Eccleſia armatum, nec armis ſpoliare.*
19 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt ſpoliare armis confugientes ad Eccleſiam.*
20 *Armis ſpoliare ſtantes in Eccleſia eſt negotium prudenter agendum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

MAxima quidem eſt immunitas, quæ Eccleſiis con-
ceſſa eſt non ſolùm iure diuino, ſed etiam humano,
adeò vt etiam Reges Gentilium magno in honore ha-
buerint templa Deorum. Verùm quia ſæpè inſolentes
homines ad Eccleſiam confugiunt, cuius miniſtris gra-
tias agere deberent pro patrocinio ſuſcepto, & tutela
præſtita, & nihilominus ingratiſſimi & peruerſi ſunt
irreuerentes erga Eccleſiam, & immodeſtè ſe in ea ge-
runt, Miniſtroſque Eccleſiaſticos contemnunt, nec eru- 1
beſcunt in ipſa Eccleſia vel Sacrario ventrem onerare,
& exonerare, cibum ſumere, ludere, & quietem Re-
ligioſorum, & Eccleſiaſticorum turbare, & diſciplinæ
regulari, vel Eccleſiaſticæ damnum inferre, quæ licèt
non videantur eſſe grauia delicta in foro contentioſo,
tamen ſcandaloſa ſæpè euadunt, & Religioni nociua:
vnde ſæpè conſultum fuit ab Eccleſiæ Rectoribus,
an liceat ſaltem poſt correctionem fraternam infructuo-
sè factam tales ab Eccleſia expellere, vel eos armis ſpo-
liare.

Et ſanè quoad primam partem, an liceat Clericis eiice-
re tales inſolentes, & erga Eccleſiam, & Religioſos ir-
reuerentes, non vidi apud aliquos tractatum niſi nouiſſi- 2
mè à Zacchar. Paſqualig. *deciſ. mor.*470. qui tenet affir-
matiuè, & multas adducit rationes, verùm quia pro tuen-
da ſua ſententia allegat Nauar. & Farin. qui in meo libro
hoc non dicunt, putaui non eſſe inane ſcrutari de veri-
tate huius concluſionis.

Namque in contrarium vrget regula iuris, qua habe-
mus, confugientes ad Eccleſias, & loca immunia non
eſſe expellendos à Clericis, ſed eorum ſuſcipiendam eſſe 3
defenſionem, *cap. reum definiuit*, 17. *quæſt. quarta,
cap. de raptoribus*, 36. *quæſt. prima*, & *cap. inter alia, de
immunit. Eccleſ.* ac *l. præſenti, Cod. de his, qui ad Eccleſ.
confug.* adeò vt Clerici poſſint etiam reſiſtere miniſtris
ſæcularibus reum ab Eccleſia extrahere conantibus, & 4
eis liceat claudere fores Eccleſiæ, vt benè declarat Fa-
rinac. *de immun. Eccleſ. cap.*2. *numer.*46. 47. Vnde
cùm Eccleſiis data ſit immunitas, ſequitur, quod etiam
omnibus datum ſit ius ad eam confugiendi; & ideò
qui expellit confugientem, priuat eum iure ſuo, & ſic 5
facit contra iuſtitiam, vt inquit Paſqualig. *dec. mor.*469.
*num.*2.

Hæc ſanè vera ſunt, ſed intelligenda videntur de
iis, qui immunitate non abutuntur, nec reddunt ſe
indignos eius beneficio, ad textum *in l. præſenti*, & 6
*in cap. fin. de immunit. Eccleſ.* quod ſanè difficultatem
non habet ſi intelligimus de eo, qui aliquem in Eccle- 7
ſia interficit, vel membrum mutilat; quia is non gau-
det immunitate Eccleſiaſtica, & tradendus eſt curiæ
ſæculari, *dict. capit. fin.* vbi Abb. & DD. & in
Bulla Gregor. XIV. hoc expreſsè cauetur. Ambro-
ſin. *de immunit. Eccleſ. capit. quinto, numero primo*, &
ego dixi *contr.* 15. *numero primo, & ſecundo*, & ſimiliter
hoc



hoc caret dubio de eo, qui alia grauia delicta committit
in Eccleſia, vel cæmeterio; is enim quamuis non ſit tra-
dendus curiæ ſæculari, tamen poteſt ab Epiſcopo carce-
8 rari, & puniri. Farinac. *de immunit. Eccleſ. capit.*16. *nu-
mero* 209. Peregr. *eod. tract. capit. ſexto, numero* 28. Bo-
nacin. *eod. tract. diſput. tertia, quæſt. ſeptima*, §. *quarto,
numero octauo, verſ. concedo.* Dian. *moral. part.*1. *de im-
munit. Eccleſ. reſolut.*2. *verſ. licèt tales.* Verùm difficultas
conſiſtit in hoc, an id poſſit dici de eo, qui leuiter offen-
dit Eccleſiam, provt euenit in eo, qui verbis iniurioſis
proſequitur miniſtros Eccleſiæ, vel irreuerenter ſe gerit
in Eccleſia; nam tradunt DD. quod delicta leuia commiſ-
ſa in Eccleſia non tollunt immunitatem, adeò vt ſic de-
9 linquens nec poſſit ab Epiſcopo puniri, ex Abb. Hoſt. &
aliis *in d. cap. fin de immunit. Eccleſ.* Caſtr. *conſilio* 459. *col.
prima, lib.*2. Couar. *var. reſolut. lib.*2. *capit. vigeſimo, nu-
mero decimoquinto, verſicul.*25. Decian. *tract. crimin. li-
bro ſexto, capit.*28. *num.*9. Farinac. *in prax. crimin. quæſt.*
27. *num.*63. & *in tractat. de immunit. cap.*16. *numer.*250.
Ambroſ. *eod. tract. cap.*5. *num.*5. *verſ. nec conſiderata*, Pe-
regr. *eod. tract. cap.*6. *num.*29.

Hoc vtique verum eſt, ſi tractetur de priuando reo
10 beneficio immunitatis, vel eo mulctando; verùm ſi con-
fugiens ad Eccleſiam non ſeruet ei debitam reuerentiam,
quia in illa dormiat, cibum ſumat, neceſſaria naturæ fa-
ciat, vel quid ſimile gerat, vel iniurius ſit habitantibus
in loco immuni, & immodeſtè ſe habeat & turbet quie-
tem Eccleſiaſticorum, tunc iuſtè poterit expelli ab Ec-
cleſia, non vt priuetur immunitate Eccleſiæ, ſed maneat
in illo ſpatio 30. vel 40. paſſuum circum circa Eccleſias
conceſſo, etiamſi illud ſibi ſit incommodum, & ſi nolit
obedire, cogi poterit, quia tale ſpatium ad hunc finem
conceſſum eſt, & ſic videtur probari per textum *in d. c.
definiuit*, 17. *quæſt.*4. & *in l. pateant*, §. *proinde*, & *in d. l.
præſenti, C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* & ſic docet Paſ-
qualig. *dict. deciſ. moral.*470. *num* 1.2. vbi docet, quod ſi-
cut ad Clericos ſpectat cura Eccleſiarum, ita pertinet &
etiam ad ipſos impedire, ne Eccleſiæ irreuerenter ha-
beantur; etenim iſte videtur indignus frui commoditati-
11 bus Eccleſiæ, qui Eccleſiam malè tradendo offendit.
Ambroſin. *d. cap.*5. *num.*2.

Hæc tamen vera eſſe credo cum aliquo temperamen-
to, & æſtimo procedere in illa irreuerentia, quæ eſt vo-
luntaria, vel procedit à malis moribus ipſius confugæ, vt
in ludis, locis immodeſtis, blaſphemiis, iniuriis, & ſimili-
bus, & quando poteſt extra Eccleſiam onus ventris de-
ponere, & tamen id vult potiùs facere in Eccleſia; ſecus
ſi ductus quadam neceſſitate aliqua faciat, velut ſi Ec-
cleſia non habeat domum Canonicalem, vel aliquam
habitationem in loco immuni; tunc ſi reus dormiat, vel
cibum ſumat in Eccleſia, vel Sacrario, videtur neceſſi-
tate compulſus, & ideò excuſandus, quia prohibita effi-
12 ciuntur licita in caſu neceſſitatis. Felin. *in cap. querelam,
ſub numero* 11. *de iureiur.* Marſil. *in l.*1. §. *præterea, nume-
ro* 87. *& ſeqq. de quæſtion.* Tuſch. *littera N, concluſ.*19.
*num.*11. & in omni caſu prudentia eſt neceſſaria in cog-
noſcendo, an verè reus ſit indignus, qui colligatur ſub
13 hoſpitio Eccleſiæ, quia nimis inſolens ſit, vel irreue-
rens, nec ſpes ſit emendationis; tunc enim certè expelli
poterit abſque peccato, quia facit contra *cap.*2. *de im-
munit. Eccleſ. in* 6.

Idem eſt, ſi confugiens ad Eccleſiam, & degens in
domo Canonicali, vel clauſtris Regularium, ſit immo-
deſtus, vel iniurius, aut moleſtus erga Rectores, vel
Religioſos, quia pariter poterit expelli abſque aliqua
14 Pœna tribus rationibus, quas adducit Paſqualig. *d. deciſ.
moral.* 470. *numero* 3. 4. 5. 6. quas optimas cenſeo, &
prima eſt, quia immunitas eſt priuilegium loci, & pro-
inde non debet eſſe cum damno ipſius, & eorum ad
15 quos locus pertinet. Secunda quia ius conſeruandi ſibi
propriam habitationem abſque turbatione, eſt ius natu-
rale, vnde debet ipſi cedere ius, quod habent confugæ
ad illa loca. Tertia, quia confugiens ad Eccleſiam de-
bet ſe gerere tanquam ſupplex, & implorans protectio-
nem, & ſi aliter ſe gerat, non eſt dignus protectione,
& poteſt eiici, ne immunitas, quæ ad bonum finem
fuit introducta ob reuerentiam Eccleſiarum, tribuat
malum delinquendi incentiuum, contra *cap. eſt iniuſta,*
24. *quæſtione quarta.* Et ſanè cùm iſte confugiens abuta-
tur priuilegio immunitatis, meritò perdit illud, ſaltem
reſpectu habitationis commodæ, *leg. Iudæos, Cod. de 16
Iudæis*, & poſt hæc ſcripta vidi Fr. Franciſcum Bordo-
num *var. reſolut. lib.*1. *cap.*1. *numero* 22. vbi hanc ſenten-
tiam tenet, & defendit, probans, quod Regulares, qui
eiiciunt facinoroſos, inquietos, iniurios, vel tædioſos
Religioſis, non incurrunt pœnas Bullæ, quia iure ſuo
vtuntur.

Circa delationem armorum vtique confugiens ad Ec-
cleſiam armatus ante Bullam Gregor. XIV. videbatur
poſſe ſuſtineri, quod eſſet ab ea extrahendus, ita ta-
men quod priùs à Clericis admoneretur, vt potiùs Re-
ligionis nomine, quàm armorum præſidio ſe muniret, vt 17
*in d. l. pateant, verſ. hos verò*, & *l. ſi ſeruus, Cod. de his,
qui ad Eccleſ. confug.* ſed poſt Bullam prædictam, quæ
tantùm excipit homicidia, & mutilationes membrorum
in Eccleſia committentes, non licet iudici laico huiuſ-
modi reum ab Eccleſia extrahere, vel armis eum ſpolia- 18
re, cùm ei non ſit permiſſum in Eccleſiis, vel Cæmete-
riis aliquam iuriſdictionem exercere, *ex dict. cap.*2. *de
immunit. Eccleſ. in* 6. Decian. *tract. crimin. lib.*6. *cap.*28.
*ſub numero quinto.* Farinac. *de carcer. & carcerat. quæſt.*
28. *numero* 66. *ad fin.* & *de immunit. Eccleſ. cap.*16. *nu-
mero* 248. *in fin.* Ambroſin. *eod. tractat. cap.*5. *numero* 5.
*verſiculo, Nihilominus.* Peregrin. *eod. tractat. capit.*13. *nu-
mero quinto*, Dian. *moral. part.*1. *de immunit. Eccleſ. tra-
ctat.*1. *reſolut. octaua*, Guazin. *defenſ. prima, capit.*38. *nu-
mero* 26. & ego latè dixi *in controuerſ. forenſ.*15. *numero*
74. *& multis ſeqq.* Bordon. *var. reſolut. libro primo, cap.
primo, numero decimonono*, ſed ad frænandam inſolentiam 19
confugientium, ſi recuſent deponere arma, cogendi ſunt
ab Epiſcopo, & eius Officiali ad ea deponenda, ſi ita
expedire videbitur, inuocato etiam bracchio ſæculari
pro auxilio iuriſdictionis Eccleſiaſticæ; non autem po-
terit iudex laicus à ſe ipſo id facere: & in his terminis
poteſt obſeruari *d. l. pateant, verſ. hos verò*: & ſic in ter-
minis docet Peregr. *dict. cap.*13. *numero quinto.* Barboſ.
*de Epiſc. part.*2. *in compend. numero* 46. Dian. *d. reſolut.*
8. *verſ. ſed negatiuam*, & ego dixi *d. controuerſ.*15. *nume-
ro* 81. Poteſt autem dari caſus, in quo non expediat
reum confugam armis ſpoliare, velut ſi eis quietè vta-
tur ad ſuam defenſionem tantùm, ne occidatur ab inimi-
cis, qui ei inſidiantur, provt euenit in quadam Eccleſia
Regienſis diœceſis, vbi reo armis ablatis fuit poſteà ab 20
eius inimicis interfectus in medio Eccleſiæ, quod fortè
non eueniſſet, ſi armis non fuiſſet ſpoliatus, & propte-
reà prudenter agendum eſt, nec credendum omni ſpiri-
tui: non tamen vnquam licet iudici ſæculari proprio
marte ſine licentia iudicis Eccleſiaſtici ſpoliare armis
reum ad Eccleſiam confugientem, ex Fr. Franciſco
Bordon. *var. reſolut. lib.*1. *cap.*1. *numero* 19. vbi vide ra-
tiones.

---

# CAPVT CXCII.

## EPITOME.

Pactum in ſeruitio Eccleſiæ quomodo poſſit eſſe licitum, & quando Magiſter, vel Theologus lucretur diſtributiones, vel poſſit ſeruire per ſubſtitutum.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum inter Canonicos, vt commutentur eorum inuicem munia, an valeat.*
2 *Pactum pro lege ſeruari debet.*
3 *Pactum iure ciuili non producit actionem, ſi ſit nudum.*
4 *Pactum nudum de iure Canonico producit exceptionem, & actionem.*
5 *Deus etiam ex propria promiſſione obligatur.*
6 *Pactum Dei obſeruatur à Deo.*
7 *Pacta ſeruare nihil magis congruit humanæ fidei, & æquitati.*
8 *Pactum ſtipulatum parit actionem.*
9 *Clauſula*, volentes pro iurato, *habet omnes vires iuramenti.*
10 *Pactum iuratum facit valere, quod erat inualidum.*
11 *Conuentio diu obſeruata, multò magis debet obſeruari.*
12 *Promittens debet ſeruare verbum oris ſui.*
13 *Pactum de re ſpirituali cum ſpirituali valet.*
14 *Commutationes in rebus ſpiritualibus quotidie fiunt.*
15 *Beneficia ſunt liberè conferenda.*
16 *Canonicatu vacante poteſt ei onus iniungi, & ita conferri.*
17 *Magiſter ſcholæ non poteſt lucrari diſtributiones, dum ſcholæ incumbit.*
18 *Ordinarius non poteſt concedere diſtributiones abſenti.*
19 *Magiſter abſens quando priuetur diſtributionibus.*
20 *Prabenda Canonicatuum Carpenſium eſt duorum ducatorum.*
21 *Canonicatuum Carpenſium fructus conſiſtunt in diſtributionibus.*
22 *Canonicus Magiſtralis quando lucretur diſtributiones, & quando non.*
23 *Os non eſt alligandum boui trituranti.*
24 *Lector Sacræ Scripturæ, vel magiſter Grammatices debet eſſe in Eccleſiis.*
25 *Theologo, vel magiſtro debet aſſignari præbenda, etiamſi tota conſiſtat in diſtributionibus.*
26 *Canonicus magiſtralis lucratur diſtributiones, etiamſi non interſit diuinis, & quando.*
27 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
28 *Priuilegium non debet eſſe inutile.*
29 *Theologus dum legit, lucratur fructus præbendæ.*
30 *Theologus Canonicus legens, lucratur etiam diſtributiones, licèt non interſit diuinis.*
31 *Theologus non lucratur diſtributiones illius diei, quo legit, quoad horas, in quibus non legit.*
32 *Canonicus Theologus, & Magiſter in Eccleſiis æquiparantur.*
33 *Canonicus Theologus abſens à choro quando lucretur diſtributiones.*
34 *Parum, & nihil pro eodem reputantur.*
35 *Canonici non poſſunt concedere abſenti diſtributiones.*
36 *Diſtributiones poſſunt concedi à Capitulo abſenti ex iuſta cauſa.*
37 *Abſens pro vtilitate Eccleſiæ ſuæ poteſt percipere diſtributiones.*
38 *Diſtributiones dandæ ſunt abſenti pro vtilitate Eccleſiæ, ſtante conſuetudine.*
39 *Magiſter ſcholæ in abſentia poteſt percipere diſtributiones.*
40 *Conſuetudo non valet, quod dentur diſtributiones abſentibus.*
41 *Diſtributiones poſſunt dari abſentibus ex rationabili cauſa, & conſuetudine.*
42 *Conſuetudo contra ius canonicum præſcribitur ſpatio* 40. *annorum.*
43 *Canonici non poſſunt ſubire munia ſua per ſubſtitutum.*
44 *Canonici quæ munera poſſint per alium ſubire.*
45 *Canonici an teneantur canere perſonaliter in choro.*
46 *Canonici poſſunt ſe inuicem ſubſtituere in functionibus Eccleſiaſticis.*
47 *Diſtributiones debentur ſeruienti per alium, ſtante conſuetudine.*
48 *Magiſter Canonicus quomodo per alium docere poſſit.*
49 *Ordinarius cenſetur informatus de qualitate beneficiorum.*
50 *Diſtributiones admittunt iuſtum pactum cum Capituli conſenſu, & Ordinarij auctoritate.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1637. ſub die 19. Octobris, ex rogitu D.
Alfonſi Leonij Illuſtr. & M. R. D. Alexander. Ber-
teſius Canonicus Magiſtralis inſignis Collegiatæ San-
ctæ Mariæ de Carpo, cum Capituli conſenſu, & Ordi-
narij auctoritate ceſſit, & renuntiauit Illuſtr. & M. R.
D. Auguſtino Agazzano Canonico eiuſdem Eccleſiæ
ſcholam, & onus docendi Clericos ad vitam vtriuſque,
& donec alter eorum è viuis migrauerit, cum omnibus
oneribus, & honoribus, vt in inſtrumento ſolemniter
ſtipulato, & in Partito Capituli, in quo obtentum
fuit, quod interim dictus Dominus Berteſius Choro 1
deſeruiat, & punctetur ad lucrandum diſtributiones,
ſicut alij Canonici; dictus verò Agazzanus, dum ſcho-
læ incumbit, habeat immunitatem à Choro, ſicut aliis
Magiſtris conceſſum eſt: & conuentionis ratio mutua
fuit, quia dictus Agazzanus ob pectoris debilitatem in
canendo eſt minùs aptus Choro, & fortè magis idoneus
Scholæ: Berteſius verò eſt valdè vtilis dicto Choro ob
cantum, Scholæ verò non poteſt diligenter incumbere
ob malam valetudinem, quæ ex tali occupatione ei pro-
uenit.

Poſtquam verò dictus D. Agazzanus per annos quin-
que & vltra pacificè obſeruauit dictam Conuentionem,
& functus eſt officio Canonici Magiſtralis, nunc con-
ſcientiæ ſtimulis agitatus, ne tale pactum pugnet cum
diſpoſitione Sacrorum Canonum, & Conciliorum, co-
natus eſt euertere hanc Concordiam, intendens retro-
cedere ab onere docendi, & regredi ad munus ſui Cano-
nicatus ſimplicis.

Vnde ego requiſitus de mea ſententia, re diligenter
conſiderata pro meo iudicio cenſeo validum fuiſſe pa-
ctum huiuſmodi, nec ſapere aliquam ſimoniæ, vel illi-
citæ pactionis labem; imò eſſe honeſtum, & congruum,
nec Eccleſiæ in aliqua parte damnoſum, ſed vtile, cùm
tali pacto vberiùs, commodiùs impleantur partes
vtriuſque Canonici, & ſtante quod dictus Dominus
Berteſius eſt magis vtilis Choro pro cantu, & Agaz-
zanus Scholæ pro docendis Clericis, propter eius bo-
nam valetudinem, & propterea pactum huiuſmodi eſſe
obſeruandum omninò exiſtimo, quia omnia iura cla-
mant contra eum, qui pacta ſeruare recuſat, ex quo pa-
ctum vim legis obtinet, & pro lege ſeruari debet, ad
textum *in l. 1. & l. iuris gentium*, §. *ait Prætor*, vbi DD. 2
*ff. de pact. l. legem, Cod. eod. cap.* 1. vbi DD. *extr. eodem.*
Pariſ. *de reſignat. benefic. libro tertio, quæſt.* 18. *nume-
ro* 91. Grilinz. *conſilio* 96. *numero* 34. 35. Rot. *diuerſ. de-
ciſ.* 772. *numero primo, parte quarta*, & *deciſion.* 98. *nu-
mero ſecundo, part.* 5. Farinac. *deciſ. recent.* 253. *numero
primo, parte prima*, & *deciſ. poſth.* 259. *numero primo, in
fin. parte ſecunda.* Caualer. *deciſ.* 549. *numero primo*, cum
vulgaribus.

Et multò magis id procedit de iure Canonico in fo-
ro Eccleſiaſtico omninò obſeruando, quod fundatur
maximè in æquitate; nam licèt iure ciuili pactum nu-
dum



3 dum non producat actionem, *d. l. iuris gentium*, §. *ſed
cùm nulla, ff. de pact.* tamen de iure Canonico parit non
ſolùm exceptionem, ſed actionem, *cap. quamquam, de*
4 *vſur. in* 6. DD. *in d. cap.* 1. *de pact.* Couar. *in c. quamvis,
part.* 2. §. 4. *num.* 13. *verſ. decimò, eod.* Tuſch. *littera P,
concluſ. decimaoctaua, numero decimoquinto*, vbi de com-
muni teſtatur. Rot. *diuerſ. deciſion.* 393. *numero primo,
part.* 5.

Quæ adeò vera ſunt, vt Deum quoque ex propria
promiſſione obligari, ſi hoc dicere fas eſt, ſcriptum re-
5 liquerint Bald. *in l.* 1. *in princ. ff. de pact.* vbi refert Ma-
giſtrum Sententiarum ita dicentem, ac Ariſtotelem id
dicere ſolitum fuiſſe Alexandro Magno. Pariſ. *dict. quæ-
ſtion.* 18. *num.* 89. 90. & probatur ex textu Geneſis *cap.* 9.
6 in illis verbis: *Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum,
& cum ſemine veſtro, neque erit deinceps diluuium diſſi-
pans terram.* Et *cap.* 22. in illis verbis: *Per memetipſum
iuraui, multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli.* Sic
Ferret. *in d. cap. primo, num.* 5. vbi Dec. *col. prima, de
probat.* Tuſch. *dict. littera P, concluſ. tertia, numero ſe-
cundo.* Pariſ. *dict. quæſt.* 18. *num.* 89. nihil enim magis
æquitati congruit, & humanæ fidei, quàm pactis inhæ-
7 rere, & ad vnguem obſeruare, *iuxta l.* 1. *ff. de ædilit. edict.
l.* 1. *de conſtitut. pecun.* Surd. *conſilio* 183. *numero vndecimo.*
Tuſch. *dict. littera P, concluſ. tertia, numero ſecundo*, &
*concluſ.* 4. *num.* 6. Farinac. *deciſ. recent.* 692. *numero nono,
in fin. part.* 1. Rot. *diuerſ. deciſ.* 172. *num.* 75. & *deciſ.* 240.
*num.* 22. & *deciſ.* 410. *numer. primo, part.* 5. etenim non
implere promiſſa eſt contra ius naturale, & ideò ſemper
eſt peccatum, vt dixit Paſqualig. *deciſ. mor.* 458. *numero
ſecundo.*

Vnde hæc multò magis procedunt in pacto vallato
8 ſtipulatione, vt hîc, quæ ex ſui natura parit obligatio-
nem, & actionem, *l.* 1. §. *verbis autem, de act. & oblig.*
& maximè quia partes voluerunt pactum haberi pro iu-
9 rato, ſtante clauſula: *Volentes pro iurato haberi*; quæ ha-
bet omnes vires iuramenti, excepto foro, & periurio: ex
Natt. *conſil.* 579. *num.* 12. Rol. *conſil.* 69. *num.* 35. *libr.* 4.
10 Surd. *deciſ.* 154. *num.* 2. & propterea virtute iuramenti
pactum, quod aliàs non valeret, efficitur validum, *c.* 2.
& *c. quamvis, de pact. in* 6. Imò fortior redditur dicti
11 pacti obligatio, quia conuentio prædicta fuit obſeruata
per multos annos; & ideò multò magis debet obſeruari,
ad textum *in l. contingit, ff. de tranſact.* Grilinz. *conſ.* 56.
*num.* 13. adeò, vt dici poſſit hæc verba proceſſiſſe de ore
12 Dei circa pacta obſeruanda, vt poſt Bald. inquit Tuſch.
*d. littera P, concluſ.* 3. *num.* 2. *ex libro Prouerb. cap.* 5. in
illis verbis: *Fili ſi ſpopondiſti, illaqueatus es verbo oris
tui.*

Cùm igitur prædicti Canonici fecerint pactum hinc
inde ſtipulatum circa functiones ſibi incumbentes ratio-
ne ſuorum Canonicatuum, & ſic circa res ſpirituales,
ſcientia enim & officium docendi inter ſpiritualia nume-
rantur, licita fuit huiuſmodi pactio, & onerum permu-
tatio de ſpirituali ad ſpirituale, vt perbellè ad rem no-
13 ſtram ex *cap. ad quæſtiones, de rerum permut.* & *capit. ex
inſinuatione, de Simon.* poſt Hoſt. dixit pulchrè Ioan. And.
*in d. c. quia nonnullis, numero decimotertio*, vbi Abb. *num.
quarto, in fin. de Magiſtr.* Monet. *de diſtrib. part.* 3. *quæſt.
quinta, numero* 17. & idem de communi teſtatur Bona-
cin. *in tract. de ſimon. in princ. propoſ.* 2. *numero ſexto*, &
*quæſt. quarta*, §. 12. *numero primo, verſ. ſecunda ſenten-
tia*, & *numero ſecundo*, qui multos allegat, & teſtatur
quotidiana experientia huiuſmodi commutationes fieri
14 in functionibus ſpiritualibus: & idem ſentit Barboſ. *de
vniuerſ. iur. Eccleſ. libro tertio, capite decimo octauo, ſub
numero* 97. ſic enim agendo nulla iniuria fit rei ſpi-
rituali, quia gratia datur pro gratia, & me-
liùs vnuſquiſque eorum perficit negotium Eccle-
ſiæ.

His præmiſſis videndum ſupereſt, quomodo dictus
D. Agazzanus impugnare proponat dictum pactum,
& conuentionem; ſiquidem vel prætendit defectum
ex parte dicti D. Berteſij ratione [illegible] Canonicatus, vel
ex parte ſua, ſeu neutro modo poteſt venire: ergo,
&c.

Id autem ſatis euidenter; nam ſi dictus D. Agazzanus
velit dicere Canonicatum Magiſtralem non fuiſſe ab ini-
tio talem, & ideò non potuiſſe Ordinarium ei iniungere
hanc conditionem docendi Clericos, quia beneficia ſunt
liberè, & ſine pactione conferenda, *cap. fin. de pact. cap. ſig-* 15
*nificaſti, de elect.*

Reſpondetur id iam ſatis fuiſſe expeditum in caſu no-
ſtro, quia vacante Canonicatu potuit ab Ordinario cum
patroni conſenſu ei imponi onus legendi, vel docendi
Clericos, & tunc prouiſus poteſt Canonicatum, vel præ-
bendam ſic affectam acceptare ſine labe ſimoniæ, vt hîc
factum eſt, ex textu *in cap. ſignificatum, de præbend.* &
docuit in terminis gloſſa penultima *in d. cap. penult. in
fin.* vbi DD. *de Magiſtr.* Nauar. *in Manual. cap.* 25. *nu-
mero* 58. Verall. *deciſ.* 277. *parte ſecunda*, latè in puncto
Grilinz. *conſil. nono, numero* 3. 4. 5. 6. & *conſil.* 51. *num.
ſexto, ſeptimo, & ſeqq.* vbi hoc latè probat, & ego quo-
que dixi *contr. for.* 66. *num.* 1. 2. 4. 5. vbi etiam alios alle-
gaui.

Sin velit opponere, quod dictus Canonicus Magi-
ſtralis non potuit lucrari diſtributiones quotidianas,
dum incumbit ſcholæ tempore diuinorum officiorum,
ex gloſſa finali *in dict. cap. pen. de magiſtr.* latè Grilinz. *d.
conſilio nono, numero ſeptimo*, vbi probat, quod neque
Ordinarius poteſt in hoc diſpenſare, & *dicto conſi-* 16
*lio* 51. *numero* 26. vbi docet Magiſtrum Canoni-
cum teneri intereſſe diuinis, quia poteſt doce-
rem Clericos, & etiam horis Canonicis interue-
nire.

Reſpondetur hanc interpretationem eſſe nimis rigo-
roſam, & prædictum D. Grilinzonum conciuem meum,
virumque doctiſſimum in hoc meo ſanè iudicio alluci-
natum fuiſſe à dicta gloſſa *in dict. capit. penult.* quæ lo-
quitur in caſu præbendati, qui debet eſſe contentus 17
fructibus præbendæ, & abſtinere à diſtributionibus
pro illis horis, in quibus vacat ſcholæ, & non intereſt
diuinis; & putauit idem eſſe in hoc noſtro Canonica-
tu, qui non habet niſi diſtributiones quotidianas,
quibus ſi Magiſter priuaretur, remaneret ſine præmio
cum ſola mercede duorum ducatorum auri, qui loco
præbendæ dari ſolent; quod mihi æquum, & iuſtum 18
non poteſt videri, & ex diuerſis non fit bona illatio, nec
eſt poſſibile, quod iſte Canonicus magiſtralis benè ad-
impleat vtrumque officium docendi pueros, & inter-
eſſendi diuinis ſimul; maximè tempore hiemali, vbi
dies ſunt ita breues, vt nequeat magiſter vllo modo
vtrumque adimplere, & quia defectus vnius Canonici
in Choro nihil præiudicat cultui diuino, & ſeruitio Ec-
cleſiæ, cùm tredecim Canonici, & tres dignitates, præ-
ſidente etiam Prælato abundè incumbant huic muneri,
vtilius eſt Eccleſiæ, vt Canonicus Magiſtralis accuratè,
& non per ſaltum, & feſtinanter doceat Clericos ſcho-
læ, quæ eſt ſeminarium miniſtrorum Eccleſiæ idoneo-
rum; & cùm fructus Canonicatus omnes conſiſtant in
diſtributionibus, vt fatetur ipſemet Grilinz *d. conſil.* 51. 19
*numero* 21. Magiſter non debet priuari illis, ne fatiga-
tus tota die remaneat ſine præmio, quidquid dicat dicta
gloſſa *in dict. cap. pen. de magiſtr. in fin.* quia illa non ha-
betur in antiquioribus codicibus, vt ibidem notat alia
gloſſa marginalis, & ex Archidiac. & Abb. ibidem com-
prehenditur, qui omnes gloſſas illius capituli inter-
pretantur, & de hac mentionem non faciunt; imò
Archidiac. aliam gloſſam vltimam appellat, quæ non
eſt iſta.

Sed verè etiam reſpondetur, prout dictum eſt, dictam
gloſſam *fin. in d. c. pen. de magiſtr.* loqui de Canonicatu Ma- 20
giſtrali, qui habet præbendam diſtinctam à diſtributio-
nibus, vt ex textu ipſo colligitur, qui de præbenda loqui-


tur,

tur, & ita etiam ſentire videtur Grilinz. *dict. conſil. quinquageſimoprimo, numero vigeſimoſecundo*, & pariter videtur eſſe de mente Concilij Trident. *dict. ſeſſ.5. cap.1. verſ. idcoque*, vbi mandat tali magiſtro aſſignari fructus alicuius beneficij ſimplicis, quale eſt etiam Canonicatus; tunc enim cùm talis Magiſter, vel Lector habeat fructus præbendæ, vel beneficij, tolerabile eſſet, ſi priuaretur diſtributionibus, quotieſcumque perſonaliter non intereſſet diuinis, ſecus quando totum conſiſtit in diſtribu-
tionibus; tunc enim debito fraudaretur præmio, & do-
21 centi Clericos denegaretur alimonia, & tamen os non
eſt alligandum boui trituranti, vt legitur *Deuteronom. cap. vigeſimoquinto*, & apud D. Paul. *ad Corint.1.cap.9.*

Nam Concilium Trident. *dict. ſeſſ.5. cap.1. de reform.* multùm vrget, vt in Eccleſiis Cathedralibus, & aliis ad-
22 ſit Lector ſacræ ſcripturæ, vel ſaltem Magiſter Gram-
matices, qui doceat pauperes Clericos, & alios, & concedit Ordinariis, vt ad hoc poſſint applicare fructus alicuius beneficij. Vnde cùm loco talis beneficij declaratum ſit à S. C. poſſe etiam aſſignari præbendam, cuius fructus conſiſtant ſolùm in diſtributionibus quotidianis, & vbi nullæ ſunt præbendæ, eo quod Canonicatus habeant tantùm diſtributiones, idem ſtatuendum ſit, quia præ-
23 bendæ loco ſuccedunt diſtributiones, vt ex Nicol. Garz.
*de benef. part.5. cap. quarto, numero 128. verſ. Tertiò intelligitur*, & Aldan. *in compend. can. reſol. lib.1. tit.3. numero ſeptimo*, teſtatur Aug. Barboſ. *in tract. de Canonic. cap.27. numer.7.* & *ad Concil. Trident. dict. ſeſſ.5. capit.1.*
24 *num.10.* ſequitur, quod Canonicus magiſtralis poſſit hoc
caſu lucrari diſtributiones, licèt non interſit horis Canonicis, quando inſeruit ſcholæ, ſicut lucraretur fru-
25 ctus præbendæ, cuius loco ſubrogantur diſtributiones,
quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, §. *fuerat, Inſtit. de action. l. filiæ ſuæ, §. Titia, de cond. & demonſtr. l. ſi eum, §. iniuriarum, ſi quis caut. l. res*
26 *in dotem, de iur. dot.* & tradunt ad rem DD. *in c. licèt,*
*de præbend.* alioquin inutile eſſet priuilegium à Sacro Concilio Trident. conceſſum, quod non eſt dicendum, per textum *in cap. ſi Papa, de priuileg. in 6.* & Monet. *de diſtrib. parte ſecunda, quæſtione duodecima, numero quadrageſimoſecundo*, vbi quod priuilegiatus ex aliqua iuſta cauſa abſens poteſt lucrari diſtributiones quotidianas.

Et hoc euidenter probatur procedere ſaltem ex æquitate, & gratia Principis Eccleſiaſtici, licèt fortè de rigore iuris aliquibus poſſit videri aliter ſentiendum; ſiquidem Canonicus Theologus qui habet onus legendi ſacram
27 Scripturam, iiſdem regulis regitur; nam licèt fortè non
lucretur niſi fructus præbendæ, dum legit, ad formam Concilij Trident. *dict. cap.1. ſeſſ.5. de reform.* tamen de mandato Sanctiſſimi Gregor. XIII. Sacra Congregatio Concilij *in Fauent.3. Auguſt.1624.* declarauit talem Canonicum ex gratia, diebus quibus legit ſacram Scripturam, vel Canones, habendum eſſe pro præſente in Cho-
ro, & lucrari diſtributiones non modò pro illis horis,
28 vt ſi manè legat, pro horis matutinis, & Miſſa ſolemni;
ſed etiam pro tota die, licèt Choro non interfuerit; imò cùm poſteà in cauſa Orlienſi, duodecima Auguſt.1628. fuerit dubitatum, an obtinens Theologalem impeditus ſtudio, & lectione ad huiuſmodi præbendam ſpectante, lucrari poſſit diſtributiones, & emolumenta quæcumque perſonaliter intereſſentibus dari ſolita, etiamſi choro non inſeruiant, cenſuit lucrari diſtributiones, & quoad alia conſulendum eſſe Sanctiſſimum: & viſum fuit illa etiam deberi ex identitate rationis, & ſic Canonicus Theologus eo die, quo legit, lucratur etiam diſtributiones, licèt non interſit horis Canonicis in choro, ex ſententia dictæ S. C. teſte Gonzal. *ad reg.8. §.7. in proœm. num.180.* Monet. *de diſtrib. part.2. quæſt.10. numero vigeſimoſeptimo, verſic. quid autem*, & *quæſt.11. num.75.* Garz. *de benef. part.3. cap.2. num. 118. 119.* Ricc. *in prax. for. Eccleſ. reſolut.386. numer. 6.* & *reſolut.389. num.6.* Nald. *verb. diſtributiones, num.9.* Piaſec. *in prax. Epiſc. part.2. cap.3. numer.9. verſic. ſimiliter.* Bonacin. *de hor. canonic. quæſt.5. part.3. §.6. numero ſecundo.* Sanctarell. *var. reſol. quæſt. vndecima, numero decimoquinto*, Barboſ. *de offic. Epiſc. part.3. alleg.56. num.8.* & ad Concil. Trident. *ſeſſ.24. cap.12. num.97. de reform.* & *in ſumm. Bullar. verb. Canonicus Theologus, verſic. Canonico Theologo*, & *in tract. de Canonic. capit. vigeſimoſeptimo, num.33.34.35.* & *de vniuerſ. iur. Eccleſ. lib.3. cap.18. num.43.*

Et quamvis Monet. dicto loco putet hunc non eſſe Canonem, ſed quod ita fieri poſſit, & æquum ſit, & ita declaraſſe Pontificem, quod ſatis eſſet, maximè interueniente conſenſu Capituli, vt hîc, tamen quatenùs id eſſet verum, procederet quoad illas horas illius diei, in quibus
non legit; nam ſi vult etiam pro illis horis frui diſtribu- 29
tionibus, debet petere gratiam à S. C. & ab ea impetrare, vt dixit Garz. *d. cap.2. num.120.* vnde pro illis bonis, in quibus lectioni incumbit, nulla eſt difficultas, quin lucretur diſtributiones.

Ergo idem dicendum eſt de Canonico Magiſtrali pro illis bonis, quibus ſcholæ incumbit docendo Clericos, vt habeatur pro præſente ad lucrandum diſtributiones, quia in hac materia à pari procedunt Canonicus Theo-
logus, & Magiſter; & vtriuſque eſt eadem cauſa origi- 30
nis, vt notatur *in d. cap. pen. de Magiſtr.* & *in d. Concil. Trident. ſeſſ.5. cap.1. de reform.* & apud Lotter. *de re benef. lib.2. quæſt.21. num.127.* & dixit expreſsè Grilinz. *d. conſil.15. num.27.* vbi probat, quod in vtroque eſt idem onus, & per conſequens idem ius: ergo eodem modo vterque debet lucrari diſtributiones, quia etiam parificantur à Garz. *d. cap.2. num.118.*

Hoc autem fortiùs dicendum eſt, quando fructus Canonicatus conſiſtunt ſolùm in diſtributionibus, quia ſicut tunc Theologus Canonicus, dum abeſt à choro adimplendi ſui muneris gratiâ, de iure lucratur diſtributio-
nes, vt videtur eſſe de mente Garz. *de benef. part.3. cap.2.* 31
*num.118. verſ. ſecunda*, ibi: *Præſumptio*; inducendo eum à contrario conſenſu, & ſic apertè de communi DD. ſententia teſtatur Bonacin. *de hor. can. diſp.2. quæſt.5. part.3. §.6. num.4.* Ergo idem dicendum eſt in Magiſtro rationibus antedictis, vt de iure lucretur diſtributiones, dum ſcholæ incumbit abſque dubio, vbi non habet præbendam diſtinctam, vt in caſu noſtro, & propterea hinc conſpicitur non benè applicaſſe caſum dictæ gloſſæ ad caſum noſtrum vbi non eſt præbenda, vel ita tenuis, vt non habeatur in conſideratione, quia parum, aut nihil pro eodem repu-
tantur, §.1. *Inſtit. ad l. Falcid. l. illud, §. minus, de tri-* 32
*but. l. menſis, de verb. ſign. capit. licèt cauſam, §. quamquam, de probat.* Marſil. *ſing. 276.* Iaſ. *in l. ſi quis ante, numero 20. de acquirend. poſſeſſ.* Menoch. *conſilio 184. num.3.*

Nec obſtat, quod Canonici non poſſint concedere abſenti, & non intereſſenti diuinis quotidianas diſtributiones, quauis colluſione, aut remiſſione excluſa,
ex textu *in dict. capit. 1. de Cleric. non reſident. in 6.* 33
vbi DD. communiter, & Concilium Trident. *d. ſeſſ.24. cap.12. de reform.* vbi Barboſ. *num.125.* allegat multos DD. Coccin. *deciſ.108. num.4.* Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.154. num.6.* qui docent non poſſe Epiſcopum, vel Capitulum remittere, aut donare amiſſas diſtributiones ob non reſidentiam.

Nam id procedit, ſi ille Canonicus non habeat iuſtam cauſam non intereſſendi diuinis, & Capitulum velit illi
remittere diſtributiones ſine rationabili occaſione. Ve- 34
rùm ſi concurrat cauſa rationabilis, velut vtilitas, vel neceſſitas Eccleſiæ, tunc Ordinarius cum Capituli conſenſu poteſt concedere Canonico diuinis non intereſſenti, vt lucretur diſtributiones quotidianas, *ex d. c. vnic. de cler. non reſid. in 6.* gloſſa *in c. relatum, in verb. Prælatorum*, vbi Abb. *in 4. not. eod.* Seraph. *deciſ.1131. num.2. in fin.* & *num.6.* Farin. *deciſ. poſth.147. num.2. part.1.* & *deciſ. poſth.354. num.15. part.2.* Ludouiſ. *deciſ.154. num.2. in fin.* vbi pulchrè Beltram.



tram. *num.8.* Barboſ. *de vniu. iur. Eccleſ. lib.3. cap.18. num.97.*

Nam certiſſimum eſt, quod Clericus Eccleſiæ Collegiatæ percipere debet diſtributiones quotidianas, dum
35 abeſt propter Eccleſiæ ſuæ vtilitatem, vel neceſſitatem,
ſi ea Eccleſia in ſpecie ſit, de cuius diſtributionibus agitur, vt notat Ioan. And. *in d. cap. vnic. num.3. verſ. Item intelligendum*, vbi Philip. Prob. *num.29.* Anch. *num.4. in princ.* Gemin. *ibidem, §. qui verò, num.8. de cler. non reſid. in 6.* latè Monet. *de diſtribut. part.2. quæſt.11. num.25.26. 27.* Ludouiſ. *d. deciſ.154. n.2. in fin.* Barboſ. *de off. Epiſc. part.3. alleg.53. num.171.172.* quod de iure procedit, etiam ſine conſuetudine, ex textu expreſſo *in d. cap. vnic. de cler. non reſid. in 6.* & tradit Garz. *de benef. part.3. c.2. num.359.* vbi alios allegat. Verùm ſi concurrat conſuetudo, vt abſenti pro ſeruitio, & vtilitate Eccleſiæ dentur etiam diſtributiones ſolis intereſſentibus dari ſolitæ, vtique hoc caret omni dubitatione, quia tunc tutò
36 abſens pro vtilitate, vel neceſſitate Eccleſiæ ſuæ lucra-
bitur diſtributiones, vt per Nauar. *conſ.10. numer.4. de cler. non reſid.* Seraph. *deciſ.1131. num.2.* & *num.6.* & *deciſ.1239. num.5.* Garz. *de benef. part.3. cap.2. num.361. verſ. ſtante*, Barboſ. *in ſum Bull. verb. diſtributiones, fol.288.* & *de off. Epiſc. part.3. alleg.53. num.171.* & *ad Conc. Trid. ſeſſ.24. d. cap.12. num.103.* & *de vniuerſ. iur. Eccleſ. lib.3. cap.18. num.52.* Sed ſic eſt, quod in Eccleſia Carpenſi, tam ratione Statuti, quàm conſuetudinis diſtributiones dantur abſentibus pro vtilitate, vel neceſſitate eiuſdem Eccleſiæ, & etiam pro ſeruitio patroni. Ergo etiam huic Canonico Magiſtrali omnino concedendæ ſunt, dum incumbit ſcholæ, & docet Clericos, quia hoc eſt magnum Eccleſiæ commodum, & maxima vtilitas, imò neceſſitas, tum in communi, vt pauperes Clerici addiſcant litteras, & bonos mores ad finem, vt in viros valeant euadere virtuoſos, & eiuſdem Eccleſiæ gubernacula tenere; tum in partilari, quia onus tenendi Magiſtrum, & ſalariandi, erat penes Capitulum ex ſtatuto Eccleſiæ prædictæ, vt penes Grilinz. *d. conſ.51.* à quo Canonici ſubleuantur, dum Canonicus Magiſtralis hoc munere fungitur, cuius vtilitas, & neceſſitas in Eccleſia quanta ſit, colligitur etiam *ex d. cap. pen. de magiſtr.* & *d. Conc. Trid. ſeſſ.5. cap.1. de reform.* & propterea hæc eſt cenſenda legitima cauſa non intereſſendi Choro, & pſallendi diebus feriatis, quando ludo literatio operam nauare oportet; nam diebus feſtiuis, & quando vacatur à ſtudiis, diuinis omninò intereſſe debet: ideò cùm ab initio interuenerit auctoritas Ordinarij, & conſenſus Capitu-
37 li, ad quem ſpectabat onus prouidendi de Magiſtro, li-
citè iſte Canonicus in abſentia ex cauſa Scholæ poteſt percipere diſtributiones. Beltram. *ad Ludouiſ. d. deciſ.154. n.8.* Barboſ. *d. cap.18. n.97.*

Non obſtat, quod non valeat conſuetudo, qua intro-
38 ducitur, vt diſtributiones dentur abſentibus, ex dicto
Concilio Trid. *ſeſſ.24. cap.12. de reform.* & *d. cap. vnic.* Nam illud intelligendum eſt de conſuetudine irrationabili, & quando ſine iuſta cauſa id fieret, ſecus quando quis eſt abſens ex iuſta cauſa, & conſuetudo eſt ratio-
39 nabilis, quia tunc illa valet, vt pulchrè, & latè docet
Monet. *de diſtribut. part.2. cap.12. n.42.* & *n.56. verſ. Nam*: vbi ſic diſtinguit, & concordat: latè etiam Bonac. *de hor. canon. q.5. p.6. n.4.* vbi plurimos congerit.

Hic autem adeſt iuſta, & rationabilis cauſa, vt prouideatur Magiſtro de competenti mercede, dum ludo literario incumbit, ſalarium enim quod præſtabatur à Capitulo vni Magiſtro, antequam onus iſtud annecteretur Canonicatui, erat nimis tenue librarum 60. vt per Grilinz. *d. conſ.51.* & ſic non poterat conduci Magiſter qualificatus, qui haberet conuenientem aptitudinem ad docendum, ideò ſtante quod fructus Canonicatus in ſolis diſtributionibus conſiſtunt, ex ſupradictis, non eſt dubitandum, quin dicto Magiſtro licèt abſenti dandæ ſint diſtributiones.

Accedat, quod Canonicus Magiſtralis eſt in quaſi poſſeſſione per annos 40. & vltra, percipiendi diſtributiones prædictas dum Scholæ incumbit, ideò in ea manutenendus eſt, quia dato etiam, quod talis conſuetudo eſſet contra ius canonicum, adhuc legitimè præſcribitur ſpatio 40. annorum, ex textu *in cap. fin.* vbi DD. *de*
*conſuetud.* pulchrè Monet. *de diſtribut. part.2. quæſt.3. n.47.* 40
& *cap.12. num.2.* & *num.44.* latè Bonacin. *de hor. canon. diſp.2. quæſt.4. part.5. ſub num.5. ad fin.* Caualer. *deciſ.649. num.4.* & Sperel. *deciſ.89. num.22.* latè Dian. *mor. part.6. tract.5. de conſuetud. reſol.2. verſ. Sed quidquid*, vbi infinitos congeſſit, & materiam doctiſſimè tractat: quod tamen magis procedit vbi conſuetudo eſt introducta ex iuſta, & rationabili cauſa: Monet. *d. quæſt.14. num.42.* nam conſuetudini multum tribuendum eſt in materia participationis diſtributionum. Farin. *deciſ. poſth.720. n.4. verſ. quod etiam, part.1.* vbi alios allegat. Tutus ergo eſt in conſcientia iſte Magiſter Scholæ, ſi percipit diſtributiones quotidianas pro illis diebus, quibus operam ſuam præſtat in docendo Clericos, etiamſi diuinis non interſit, & ſcrupulos dimittere poteſt, dummodo inſeruiat aliis diebus.

Nec pro parte dicti Agazzani poteſt allegari impedimentum, quin adimplere debeat per eum promiſſa, & ſeruet fidem datam, niſi fortè velit dicere, non valere conuentionem, quod dictus D. Canonicus Berterius pro eo inſeruiat Choro, & horis Canonicis, & Agazzanus incumbat Scholæ pro illo, quia vnuſquiſque debet munia ſua obire per ſe ipſum, non per ſubſtitutum,
vt *in Concil. Trident. ſeſſ.23. cap.18. verſ. deinde*, & *ſeſſ.24.* 41
*cap.12. de reform.* latè tradit Garz. *de benef. part.3. cap.2. num.405.* Rot. *diuerſ. deciſ.659. num.3. part.4.* Monet. *de diſtribut. part.2. cap.12. num.47.* Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccl. reſol.385. num.7.* Barboſ. *tract. de Canonic. cap.31. n.3.* & *ad Concil. Trid. d. cap.12. num.128.* Bonac. *de hor. can. diſp.2. quæſt.1. part.5. n.3.*

Nam poſſet reſponderi, hoc non eſſe deſeruire per ſubſtitutum, ſed eſſe quandam tranſlationem onerum, & commutationem, quæ fieri poſſe videtur abſque præiudicio ſeruitij Eccleſiæ, & quæ ex aduerſo dicitur intelligi poſſe de propriis vniuſcuiuſque beneficiati oneribus, vt de munere dicendi Miſſam, canendi Euangelium, vel Epiſtolam, non verò de officio canendi perſonaliter in
choro, vt poſt Suarez dixit expreſsè Bonacin. *de hor. can.* 42
*diſp.2. quæſt.4. part.5. numer.4. verſ. Nam illa intelligi poſſunt*: quod hic maximè videtur admittendum ſtante conſenſu Capituli, & auctoritate Ordinarij, & vtilitate Eccleſiæ.

Secundò poſſet reſponderi Concilium Trid. quoad hanc partem canendi in Choro per ſe ipſos non eſſe re-
ceptum vbique, ſed eandem conſuetudinem durare poſt 43
Concilium, eo quod Epiſcopi non curauerint Tridentinum decretum in hac parte executioni demandari, & conſequenter non obligare, ex Garz. *de benef. part.11. cap.5. num.150.* Bonacin. *de hor. can. d. diſp.2. quæſt.4. part.5. n.4. verſ. vel dic*: ſed verè hoc non audeo affirmare de Eccleſia Carpenſi.

Tertiò igitur reſpondetur conſuetudinem, & ius inſeruiendi Eccleſiæ per alios eiuſdē Eccleſiæ miniſtros eiuſdem Ordinis, & dignitatis, validam eſſe cùm ob id Eccleſia damnum non patiatur, nec vlla perturbatio in Eccleſia ſequatur, adeò vt Dignitates per alias Dignitates, Canonici per alios Canonicos, & portionarij reſpectiuè per alios portionarios deſeruire poſſe dicendum ſit, iuſta maximè de cauſa præexiſtente, dummodo non ſubſtituantur illi qui obſtricti ſunt eodem tempore in præſtatione eiuſdem ſeruitij; hoc enim non videtur contradicere Concilio, & perſæpè practicatur, vt in functionibus Eccleſia-
ſticis vnus ſeruiat pro altero eiuſdem ordinis: ſic dixit 44
Bonacin. *de hor. can. diſp.2 quæſt.1. part.5. n.3. verſ. reſpondetur 1.* & *verſ. reſpondetur 2.* ibi: *Addo conſilium.* Grat. *in addit. ad deciſ.157. num.9.15.* & *diſc.800. num.5.6.7.* vbi multa

multa allegat. Garz. *de benef.part.3.cap.2.num.496. verſ. quod ſi aliquando,* Barboſ.*ad Concil.Trid.d.c.22.num.129. verſ.quod ſi* , & *tract.de Canonic.cap.31. num.6. verſ. quod ſi* , & *num.7. verſ.porrò*, & quamvis id paſſim,& ordinariè, ac ſine cauſa admitti non debeat, Garz.*d.c.2. n.504.* tamen durante eadem cauſa , & ceſſante fraude , & calumnia non negat id fieri poſſe , & accedente conſenſu Capituli , & auctoritate Ordinarij , ceſſat omnis ambiguitas.

Verùm cùm in Eccleſia Carpenſi adſit conſuetudo,vt Canonici ſe inuicem ſubſtituant in functionibus Eccleſiaſticis, quando ſimul, & eodem tempore non ſunt obſtricti,velut in cantando Miſſas ſolemnes,vnus enim pro altero admittitur ad eas canendum , ceſſante fraude , & calumnia , non eſt denegandum ſeruitium per ſubſtitutum eiuſdem ordinis,dum non infertur Eccleſiæ aliquod
45 dammum ; valida eſt enim talis conſuetudo, maximè immemorabilis ad finem lucrandi diſtributiones , vt poſt Bero.*quæſt.114.per totam*,dixit Monet.*de diſtribut.part.2. quæſt.12.num.48.* Gratian. *d.diſc.800. num.2.3.4. & ſeqq.* Bonacin.latè *de hor. can. diſp.2. quæſt.1. part.5. num.1. & ſeqq.* vbi reſpondet ad contraria , & *quæſt.4.part.5.n.5.*

Et quamvis in Eccleſia Carpenſi , aut alia non poſſit Canonicus ſubſtituere alium Canonicum, qui pro eo interſit horis Canonicis, id prouenit ex eo , quia vterque eſt eodem tempore obſtrictus ad eis intereſſendum , ſi vult lucrari diſtributiones;non ſic eſt in Magiſtro Scho-
46 læ , qui cùm ſit immunis à Choro diebus ſcholæ dedicatis , poterit alium Canonicum huic muneri ſubſtituere, & ipſe pro eo horis Canonicis interuenire ; tum ex traditis per Bonacin.*d.diſp.2.quæſt.4.part.5. verſ.ad ſecundum, circa fin.* tum quia nullum damnum infertur ſeruitio Eccleſiæ, imò vtile eſt , vt D.Berterius cantui magis aptus Choro aſſiſtat,& D.Agazzonus aptior Scholæ , ei incumbat.

Ex quibus concludi poteſt validam , & honeſtam fuiſſe illam pactionem ad vitam dictorum Canonicorum, vt vnus inſeruiat Scholæ , & alter choro , accedente conſenſu Capituli,& auctoritate Ordinarij , qui præſumitur informatus de qualitate,& ſtatu beneficij ſuæ Diœceſis.
47 Rot. *diuerſ.deciſ.13.num.14.part.6.*Rub.*deciſ.147.num.7. part.3.*& ideò non eſt veriſimile , quod ſuum præſtaſſet conſenſum, niſi cognouiſſet bonum eſſe, & expedire ; & propterea ſtante auctoritate Ordinarij omnino videtur dicendum, pactum , & conuentionem prædictam fuiſſe
48 validam, ad textum *in cap.præterea, il primo*, & *cap.ſuper eo*,& *c.ſtatuimus,de tranſact.* Monet.*de diſtrib. part.3. q.5. num.14.*Barboſ.*de vniuerſ.iur.Eccl.lib.3.c.18.n.97.* Ludouiſ.*d.deciſ.154.n.2.in fin.*vbi Beltram.*n.*8.Farin.*deciſ.poſth. 147.n.2.p.1.*& *deciſ.poſt.354.num.15.p.2.* & ita iuris eſſe cenſeo,ſaluo,&c.

Partes ſe concordauerunt in obſeruatione dicti pacti, & benè fecerunt , quia non video, quomodo poſſit dici de inualiditate dicti pacti , ſtante quod ambo ſunt habiles ad munus ſcholæ exercendum , ſed alter eſt magis altero aptus ad canendum in choro , & quamvis Concilium Trid.*d.ſeſſ.23.c.18.§.deinde, verſ.de cætero*, præcipiat huiuſmodi officia, & dignitates, quæ ſcholaſticæ dicuntur, non conferri, niſi perſonis idoneis, quæ per ſe ipſas id munus explere poſſint , id nihil nocet, quia iſte Canonicatus magiſtralis fuit collatus dicto D.Berteſio idoneo , & ſufficienti,virtutibus, & litterarum peritia ornato, qui poterat per ſe ipſum munus obire ; ſed non tollitur, quin ex iuſta cauſa nequeat alium Canonicum eiuſdem ordinis æquè idoneum in eo munere ſubrogare , & eius vices ſupplere in Choro,Capitulo & Ordinario annuente,& iuſta cauſa præexiſtente,ſecundùm ea, quæ ſuperiùs exarauimus.

# CAPVT CXCIII.

## EPITOME.

Nouitius ſi profiteatur in articulo mortis , etiam intra annum probationis , an eleemoſyna dotalis danda ſit Monaſterio , vel hæredibus, & ad quem pertineat ſucceſſio in eius bonis.

## SVMMARIVM.

1 *Nouitia ordinis mendicantium infirma poteſt profiteri ad lucrandas Indulgentias.*
2 *Morbo laborans , vel ſenex eſt inhabilis ad Religionem.*
3 *Matrimonium carnale factum in articulo mortis non valet.*
4 *Actus factus in articulo mortis cenſetur fraudulentus.*
5 *Nouitia non poteſt profiteri, niſi poſt annum probationis, & anno 16.*
6 *Profeſſio emiſſa in infirmitate,valida eſt.*
7 *Profeſſio requirit ſanitatem mentis.*
8 *Nouitius toto anno probationis infirmus poteſt profiteri.*
9 *Profeſſio emiſſa à ſtatim morituro valida eſt.*
10 *Profeſſo in articulo mortis moriente , eius bona ſpectant ad Monaſterium.*
11 *Profeſſionem morboſi admittens peccat.*
12 *Actus incipere non poteſt,vbi finiri debet.*
13 *Matrimonium tam carnale , quàm ſpirituale in articulo mortis factum validum eſt.*
14 *Profeſſio in articulo mortis quando non valeat.*
15 *Attenditur quod principaliter agitur.*
16 *Dolus, & fraus non præſumitur.*
17 *Matrimonium in articulo mortis factum an excludat ſubſtitutum.*
18 *Profeſſi bona , dolo inducti ad Religionem,ad quem ſpectent.*
19 *Fruſtra precibus impetratur , quod iure communi conceditur.*
20 *Dotem tenetur pater dare filiæ nubenti,vel Religionem ingredienti.*
21 *Dos ſpiritualis,& matrimonium carnale æquiparantur.*
22 *Profeſſio nouitiæ infirmæ intra annum probationis quid operetur.*
23 *Dos, & bona nouitiæ infirmæ profeſſæ intra annum probationis ſpectant ad Monaſterium.*
24 *Priuilegium profitendi in infirmitate an ſit reuocatum.*
25 *Priuilegia Ordinis S.Dominici competunt omnibus mendicantibus.*
26 *Bulla Pij V.de profeſſionibus in infirmitate quomodo intelligenda.*
27 *Profeſſis etiam in infirmitate ſuccedit Monaſterium.*
28 *Qui vult antecedens,vult etiam omne conſequens.*
29 *Priuilegium fauorabile latè extendendum.*
30 *Princeps non præſumitur velle derogare iuri quæſito.*
31 *Monaſterium quomodo ſuccedat profeſſo in infirmitate.*
32 *Nouitij profeſſi ſucceſſio ſpectat ad Monaſterium.*
33 *Monaſterium non poteſt aliquid recipere à profitentibus.*
34 *Mors omnia ſoluit.*
35 *Monaſterium quando priuetur ſucceſſione Monachi.*
36 *Dolus debet conſtare , vt Monaſterium priuetur ſucceſſione nouitij.*
37 *Profeſſio in articulo mortis ad quid ſuffragetur.*
38 *Dos eſt ſoluenda à patre filiæ profitenti in Religione.*
39 *Nouitiæ ſuccedunt parentibus , non profeſſæ.*

40 *Matrimo*



40 *Matrimonium facit conſenſus , non copula.*
41 *Legitimatio filiorum,an fiat in matrimonio contracto in articulo mortis.*
42 *Matrimonium in articulo mortis legitimat filios in conſequentiam neceſſariam.*
43 *Sponſa oſculata lucratur dimidium antefati , & quando.*
44 *Profeſſionis in infirmitate,quis ſit finis.*
45 *Succeſſio Monialis profeſſæ in infirmitate datur Monaſterio.*
46 *Regulæ ſtandum eſt, donec de exceptione doceatur.*
47 *Excipiens contra regulam debet probare.*
48 *Profeſſio in articulo mortis facta parit omnes effectus veræ profeſſionis.*
49 *Opinio fauorabilis Eccleſiæ in dubio tenenda eſt.*

Ne ſcribam vanum , duc pia Virgo manum.

DE anno 1641. in conuentu S.Hilarij Regij quædam Monialis expleto probationis anno in ætate legitima infirmata eſt grauiter ita , vt medici de vita ipſius dubitare cœperint ; quare vt profeſſionis meritum haberet , petiit admitti ad profeſſionem , Monialibus ſuum conſenſum præſtantibus ; quod factum eſt in lecto in forma competenti , & poſt nonnullos dies in pace quieuit : & quia dos fuerat depoſitata , ſyndicus Monialium voluit exigere illam , ſed pater defunctæ ſe oppoſuit dicens inualidã fuiſſe profeſſionem ſic in infirmitate emiſſam, adeò vt non valeat , niſi quoad conſequendas Indulgentias,iuxta priuilegium Pij V.quod incipit : *Summi*
1 *Sacerdotij*, dat.23. Aug.1570. de quo per extenſum Tambur. *de iur. Monial.diſp.4. quæſt.6.* quatenus non fuerit reuocatum.

Et ſanè prima fronte videbatur dicendum , non eſſe validam dictam profeſſionem factam in tam graui infirmitate , vbi erat maximum vitæ periculum , quia iam erat inhabilis ad ſeruanda Religionis eſſentialia, & præcepta regulæ ; ideò non poterat ſe obligare ad ea per profeſſionem ; ſiquidem ſicut ſenectute , ita alio morbo
2 laborans eſt inhabilis ad Religionis ingreſſum , & profeſſionem,ex Rodriq.*tom.3.qq.Regul.quæſt.12. art.3.*Suarez *tom.3.de Religion.lib.5.cap.4.num.19.*Ledeſma *de Stat. Religion.in com.cap.6.concl.1.*Miranda *in Manual. Prælat. quæſt.9.art.2.* Barthol. de Vech. *in prax. Nouit. diſp.12. dub.9.num.2.* Tambur. *de iur.Abbat part.3.diſp.6.quæſt.3. num.24.*actus enim incipere non debet, vbi finiri opor-
3 ter,*l.Titio cum morietur , ff. de vſufr.* Sanchez *de matrim. lib.6. diſp.105.num.2.* vbi quod idem momentum non poteſt eſſe cauſa libertatis , & obligationis : & ideò ſicut non valet matrimonium carnale contractum in articulo mortis, ex Bald. *in l.ſed eſt quæſitum,in fin.de liber.& poſth.* ita nec ſpirituale.

Et maximè quia profeſſio huiuſmodi videtur fraudulenta ad excludendum patrem à dote , quæ ei reſtituenda erat , profeſſione non emiſſa , quoniam vbicumque actus per quem alius excluditur, in mortis articulo celebratur, præſumitur in eius fraudem geſtus, ad textum *in*
4 *l.filiæ meæ,ff.ſolut.matr.*Ang.*in l.nuper,num.3.C.d.natur.liber.*Bero.*in cap.in præſentia,num.206.verſ.ſimiliter,de probat.*Curt.Iun.*conſ.26. num.9.* Ruin. *conſ.46. num.8. lib.2.* Ceph.*conſil.276.num.30.*Menoch.*conſ.226. num.87.* vbi de magis communi, & *de præſ.lib.6.præſumpt.8.num.3.*vnde cùm fraus propria nemini patrocinari debeat, videtur quod profeſſio prædicta nihil proſit Monaſterio , quoad dotem lucrandam.Homobon.*mor.part.3. tract.14. cap.2. quæſt.14.reſol.3.in fin.*

Nihilominus veritas eſt in contrarium , quia puella prædicta ingreſſa eſt Monaſterium in ſanitate, & perfecit annum nouitiatus abundè , nec ſterit per eam quin profiteretur,ſed per patrem , qui non habebat dotem in promptu,& depoſitum fuerat fictitium, imò circumſcri-
ptis omnibus aliis , ſatis eſt ad validè profitendum quod 5
nouitia excedat annum *16.* & per annum integrum ſteterit in probatione , aliter vno deficiente corruit pro-
feſſio ,ex Concilio Trid. *ſeſſ.25. cap.15. de regular.* vbi 6
Bellarm.& Barb. Verùm ſi poſt ſuſceptum habitum ſteterit in probatione per annum, & expletus ſit annus 16. non prohibetur nouitius , vel nouitia emittere profeſſionem in infirmitate , & valida eſt profeſſio , etiamſi mors ſequatur, dummodo ſit ſanæ mentis , quando profitetur, vt dixit perbellè gloſſa per illum textum *in cap. ſicut tenor , in verb. extra mentem* , vbi DD. *de Regular.* Sanchez *de matrim. lib.7. diſp.105. num.3. verſ. tandem*, pulchrè ad rem Ioan. Bapt. Ferret. *in rep. cap. in præſen-*
*tia, num.97. ad fin. verſ. limito tamen , de probat.* vbi do- 7
cet excludi ſubſtitutum per profeſſionem factam in articulo mortis in fine anni ingreſſus ſui , quia tunc non in fraudem , ſed veraciter & zelo Religionis videtur facta , quia non ſanitas corporis , ſed mentis requiritur in profitendo. Rot. *diuerſ.deciſ.129. & per totam , lib.4.* adeò vt qui toto ſui Nouitiatus anno fuit infirmus,poſ-
ſit ad profeſſionem recipi , quia annum probationis le- 8
gitimè expleuit. Sanchez *in Decal. lib.5. cap.4. num.52.* Tambur. *de iur. Abbatum part.3. diſput.6. quæſt.3. n.25.* vbi alios allegat , & in terminis etiam hoc apertè docuit Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſ.lib.1. cap.42. num.170.* dicens validè Nouitium profiteri , etiamſi ſit iam moriturus , & quod S. Congregatio Concil. ſub die *26.* Iu-
nij 1621. ita declarauit, dum cenſuit profeſſionem emiſ- 9
ſam inſtante Abbatiſſa à puella,quæ iam compleuerat annum Nouitiatus , & in morbum inciderat , & à medicis fuerat dictum morituram , eſſe validam , etiamſi poſtea fuerit verè mors ſequuta : ſic etiam docuit Ioan.Baptiſt. Confect.*in ſummar.priuileg.Mendicant.tit.23.cap.13.* vbi docet ita validam eſſe profeſſionem in articulo mortis emiſſam,vt ſi ſic profeſſa moriatur , poſſit Monaſterium habere eleemoſynam dari ſolitam , & alia bona ad eam
ſpectantia ; quem ſequitur Tambur.*de iur. Monial.& Ab-* 10
*batiſſ.diſp.4.quæſt.6.num.12.*& ſentit Sanchez *d.lib.7.diſp.105.num.3.verſ.tandem* : & ita in fortioribus terminis ſenſit Dian.*mor.part.3.tract.de dub.regul.reſol.17. verſ. vt eo ipſo*,& quæ in contrarium allegantur,procedunt,quando adeſt præſumptio fraudis , & profeſſio emanauit ante expletum probationis annum. Ferret.*in d.cap. in præſentia,num.97.in fin.*

Nec obſtant in contrarium adducta , & primò , morbo laborantem non eſſe recipiendum ad habitum , neque admittendum ad profeſſionem : tum quia hic non eſt caſus noſter , cùm puella ſemper fuerit bonæ valetudinis , & eſſet apta ad ſeruanda Religionis eſſentialia, quando recepit habitum , & poſtea donec poſt annum probationis naturali infirmitate oppreſſa eſt ; quod omnibus accidere poteſt , & ita ex aduerſo ponderatur inhabilitas tempore receptionis , ex Tambur. *de iur. Abb. part.3. diſp.6. quæſt.3. num.24.* tum quia etiamſi à principio Nouitius fuiſſet morboſus , tamen profeſſio emiſſa per eum eſſet valida , quamvis peccaret admittens,
& admiſſus , vt per Sanchez *de matrim. lib.7. diſput.37.* 11
*num.53.* & meliùs *in Decalog. lib.5. cap.4. num.52.* ex Manuel. *in ſum. tom.2. cap.6. numer.13.* & aliis Lezan. *in ſumm.qq.reg. cap.2. numer.22 23.* Tambur. *d. quæſt.3. num.25.*

Nec obſtat , quod actus incipere non poſſit, vbi finiri debet,ex *l.Titio,de vſufr.*nam reſpondetur aliud eſſe conferre matrimonium ſpirituale, vel carnale in tempus mortis, adeò vt à tempore mortis valere incipiat , aliud id inire mortis tempore , vt hîc , quod nullo iure prohibetur,prius autem fieri nequit,quia eſt contra naturam ſimilis matrimonij, & in his terminis loquitur *d.l.Titio*, vt omnes exponunt,& tradit Sanch. *de matrim.libr.7.diſput.105.num.3.verſ.nec obſtant* : vbi probat latè validum
eſſe matrimonium carnale,& ſpirituale in mortis articu- 12
lo contractum.

Non

Non obſtat, quod profeſſio videatur fraudulenta ad
excludendum patrem à dote, quia facta ſit in articulo
mortis, ex *l. filia meæ, ff. ſol. matrim.* nam id procedit
14 quando actus non eſſet morienti vtilis, & alteri noxius;
ſecus eſt quando ille actus eſt vtilis agenti, & Monaſte-
rio, vt hìc, vbi profeſſio affert multa commoda profi-
tenti, dum efficitur profeſſa, & lucratur commoda ſpi-
ritualia, & in conſequentiam prodeſt etiam Monaſterio
quoad temporalia, ideò fraus, neque dolus præſumi-
tur, quamvis ex conſequenti ſubſtitutus, aut venientes
ab inteſtato defraudentur, quia attenditur, quod prin-
15 cipaliter agitur, *l. 1. de auth. tut. l. ſi quis nec cauſam, ſi
cert. pet.* imò in mortis articulo minor fraudis ſuſpicio
adeſſe debet, cùm agatur de ſalute æterna, cuius imme-
mor non præſumitur morti proximus, *l. vlt. C. ad l. Iul.
repet.* & in dubio nec dolus, nec fraus præſumitur, *l. do-
16 lum, C. de dol.* Ideò communiſſima eſt DD. ſententia,
quod actus huiuſmodi, & matrimonium in articulo
mortis celebratum ſit validum ad excluſionem etiam
ſubſtituti, aut venientium ad ſucceſſionem, vt per Cyn.
Bald. Ang. & alios *in l. nuper, C. de natural. liber.* Ioan.
17 And. & Butr. *in cap. tanta, qui fil. ſint legitimi*, pulchrè
Bald. *conſ. 319. num. 1. lib. 4.* Bero. *in cap. in pœnitentia,
num. 204. de probat.* Couar. *in epitom. de ſponſal. part. 2.
cap. 8. §. 2. num. 2.* Soc. *in l. ſed eſt quæſitum, num. 2.* vbi
Ang. *num. 2.* Iaſ. *num. 11. ff. de liber. & poſth.* Ruin. *conſ. 78.
num. 7. 8. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 13. num. 68* & *conſ. 14. num. 35.
lib. 1.* qui teſtantur de communi, Gabriel *conſ. 24. num. 3.
lib. 1.* Burſat. *conſ. 40. numer. 70. lib. 1.* latè Menoch. *de præſ.
lib. 4. præſ. 81. num. 28. verſ. cæterùm*, & *num. 29.* vbi alios
allegat: latiùs Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 11. titul. 13.
num. 2. verſ. ſed tamen*, & *num. 3. 4. 5.* vbi adducit multas
rationes, & auctoritates, & de communi teſtatur latè
etiam Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 105. num. 8.* vbi alios
etiam allegat.

Vnde non obſtat textus *in cap. fin. 20. quæſt. 3.* & *cap.
pen. 16. quæſt. 7.* vbi diſponitur, quod bona Religioſi,
qui fuit inductus à Prælato, & Monachis ad habitum,
vel profeſſionem per fraudem, & dolum, non in fructum
animarum, ſed in auaritiam, & turpe lucrum, non per-
tineant ad Religionem, ſed ad hæredes ipſius. Nam ad
hoc, vt locus ſit dictæ diſpoſitioni, oportet, quod do-
lus dederit cauſam ingreſſui, vel profeſſioni, & debet
conſtare de dolo, & fraude dicti Prælati, adeò vt ductus
fuerit cupiditate obtinendi bona profeſſi, vt docent Ar-
18 chidiac. *in d. c. fin. num. 1.* vbi Bellam. *in princ.* Bero. *in d.
cap. in præſentia, num. 103.* vbi etiam Aret. *num. 13.* Iaſ.
*in Auth. ingreſſi, numer. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Nauar.
*comm. 2. num. 31. de regul.* Azor. *part. 1. mor. lib. 12. cap. 20.
quæſt. 1. in fin.* pulchrè Sanchez *in Decalog. lib. 7. cap. 34.
num. 3. 4. 5.* vbi ponit conditiones neceſſarias, vt ſic pri-
uetur Monaſterium ſucceſſione profeſſi: ita etiam pul-
chrè docet Lezan. *in ſumm. qq. regular. cap. 2. num. 19.* vbi
vide, quæ hìc deficiunt, vbi non conſtat de dolo aliquo,
vel fraude Monialium, ſed quod potiùs ex deuotione
dicta nouitia petierit ſe admitti ad profeſſionem: ergo
neceſſe eſt, quod de dolo non cogitemus, & quod ſucceſ-
ſio omnino debeatur Monaſterio, cùm non appareat de
aliqua fraude.

Non obſtat priuilegium Pij V. tribuens facultatem
Nouitiis Ordinis S. Dominici emittendi profeſſionem
intra annum probationis, adueniente infirmitate ad
conſolationem illorum, & ad lucrandas indulgentias,
quia Monaſterium hìc non innititur dicto priuilegio,
quia non indiget illo, cùm hæc Nouitia emiſerit pro-
feſſionem completo iam probationis anno, poſt quem
liberum eſt profeſſionem emittere, ex dicto Concil.
Trid. *ſeſſ. 25. cap. 15. de regul.* ideò fruſtra precibus, ſeu
priuilegio Principis impetratur, quod iure communi
conceditur: ad textum *in l. 1. §. reſcripto, vt leg. nom.
19 cau. l. 1. in fin. ad municip. l. vnic. C. de theſaur. lib. 10.
cap. Abbate, §. contra, de verb. ſign.* cum vulgaribus.

Ideò concludi poteſt dictam Nouitiam fuiſſe effectam
verè profeſſam, & ſucceſſiuè Monaſterium ei ſuccedere
in dote, & aliis bonis, ſi quæ habet, nec poſſe patrem
puellæ recalcitrare, quia tenetur dare dotem non ſolum
filiæ nubenti in ſæculo, ſed etiam ingredienti Religio-
nem; cùm fauorabilior ſit ingreſſus Monaſterij matri- 20
monio carnali. Bald. *in Auth. niſi rogati, in princ. C. ad
Trebell.* & *in l. fin. C. de dot. promiſſ.* Felin. *in cap. Eccle-
ſia, num. 79. verſ. cæterùm, de conſtit.* Anch. *conſ. 108.
num. 4.* Euer. *loco à matrimonio carn. ad ſpirit. num. 4.* Me-
noch. *lib. 4. præſ. 189. num. 91.* pulchrè Sanchez *de ma-
trimon. lib. 4. diſput. 26. numer. 7.* vbi benè arguit à dote
matrimonij carnalis, ad dotem matrimonij ſpiritualis.
Molfeſ. *tom. 1. ad conſuet. Neap. part. 4. quæſt. 16. num. 11.
& ſeqq.*

Benè verum eſt, quod ſi verſaremur in terminis dicti
priuilegij Pij V. cuius Bullam ad verbum per exten-
ſum referunt Rodriq. *tom. 3. qq. Regular. quæſt. 15. art. 6.*
Lud. Mirand *part. 1. Manual. Prælat. quæſt. 22. art. 10.*
Tambur. *de iur. Abbatiſ. & Monial. diſput. 4. quæſt. 6.* 21
*num. 1.* vtique tunc maior eſſet difficultas contra Mona-
ſterium; nam quando Nouitij vtriuſque ſexus ordinis
S. Dominici excedentes annum 16. infirmantur, & in
mortis etiam articulo conſtituuntur, non completo
etiam probationis anno poſſunt emittere profeſſionem
ex dicto priuilegio Pij V. ſed hoc eis conceſſum eſt ad
conſolationem ſpiritualem in foro tantum interiori pro
conſequenda Indulgentia plenaria, & ideo ſi moriatur,
non poteſt Monaſterium petere hæreditatem talis Noui-
tij ſic profitentis, quia ad ſuos hæredes ab inteſtato per-
tinet; ſin conualeſcat, tenetur continuare reſiduum in-
tegri anni probationis, & eo completo iterum profite-
ri: ſic docent Henriq. *lib. 13. de excommunic. cap. 40.* 22
*num. 2. in comm. littera R.* Peregr. *in compend. priuileg.
cler. reg. tit. Nouitius, §. 2. in ſcholio.* Ioan. de la Cruz *de
ſtat. relig. lib. 1. cap. 8. dub. 4.* & *lib. 2. cap. 3. concluſ. 3.*
Emanuel Sà *verb... num. 56.* meliùs, & clariùs Hier. Ro-
driquez *in compend. qq. regul. reſol. 101. num. 40.* Homo-
bon. *de exam. Eccleſ. part. 3. tract. 14. cap. 2. quæſt. 14. re-
ſol. 3.* pleniſſimè, & pulchrè Molfeſ. *in ſumm. tract. 9. de
legib. cap. 12. à num 58. vſque ad num. 70.* vbi plures ra-
tiones adducit, & reſpondet ad argumenta contraria, &
ſequitur Sperell. *deciſ. for. Eccleſ. 16. num. 24.* Barboſ. *in
cap. ad Apoſtolicam, num. 4. in fin. de Regular.*

Sed nihilominus etiam in via dicti priuilegij ſentio
cum eruditiſſimo Diana Nouitiam ſic profitentem eſſe
verè profeſſam, quia etſi finis Bullæ prædictæ ſit con-
ſolatio Nouitiæ, vel Nouitij, & ſpiritualis ipſius fru-
ctus, & in Bulla non fiat mentio de ſucceſſione Mona-
ſterij in bona ipſius ſic profitentis, non expleto proba-
tionis anno, tamen cùm ſemel Nouitia virtute priuile-
gij fuerit profeſſa, ſequitur, quod in poſterum inter
verè profeſſas numeranda ſit, & dato etiam, quod re-
conualeſceret, non indiget noua profeſſione; & ſi mo-
riatur, debetur Monaſterio eleemoſyna dotalis dari ſo-
lita, & in bonis ſucceſſio, ſicut ſuccedit aliis profeſſis;
non enim Pontifex iuribus cuiuſquam derogat, ſed con-
ſeruat; nam hæredes ſuccedunt Nouitio, Monaſterium
verò profeſſo: ſed iſta puella eſt profeſſa: ergo dos il-
lius, & ſucceſſio ad Monaſterium ſpectat in neceſſariam
conſequentiam: ſic expreſsè docet Ioan. Baptiſta Con- 23
fect. *in ſumm. priuileg. mendicant. tit. 23. cap. 13. verſ. ex
quibus infertur*, pulchrè Sanchez *in Decalog. lib. 5. cap. 4.
numer. 16. verſ. At exiſtimo.* Megal. *in ſumm. part. 2. lib. 2.
capit. 27. numer. 50.* Zanard. *in direct. Theolog. parte ſe-
cunda, cap. 17. ad fin.* Peyrinus *in priuil. Minim. tom. conſt.
Pij V. §. 2. numer. 1.* Ioan. Suarez *in Enchirid. caſ. conſc.
lib. 3. verſ. de profeſſ. §. Monialis Nouitia.* Fauſt. *in Theſ.
Religion. lib. 5. quæſt. 167. numero 4.* Lezan. *in ſumm. qq.
regular. capit. 25. numer. 39.* latiſſimè Pater Dian. *mor.
part. 3. tract. 2. de dub. reg. reſol. 17.* vbi more ſuo doctiſſi-
mè reſoluit omnia, & *p. 5. tract. 3. de caſ. occur. temp. mort.
reſol.*



*reſ. 139. verſ. ſed ego*, vbi recidit in eandem ſententiam, &
ſic etiam docet Pater Pellizar. *in ſuo tract. de profeſſ. cap. 2.
quæſt. 3.* & *in tract. de Monial. cap. 9. num. 18.* vbi pul-
chrè, & nouiſſimè aliis confutatis ſic docet Tambur. *de
iur. Abbatiſſ. & Monial. diſp. 4. quæſt. 6. num. 10. 11. 12. 13.*
vbi adducit multas rationes, ex quibus apparet hanc
eſſe non ſolùm probabilem, ſed etiam communiſſimam
DD. ſententiam, vt ſic profeſſus in infirmitate non ex-
pleto probationis anno ſit verè profeſſus, nec indigeat
alia profeſſione, & Monaſterium in eius bonis ſucce-
dat excluſo ſubſtituto, aut venientibus ab inteſtato.
Nam emiſſa profeſſione Nouitius deſinit eſſe dominus,
& omnia eius iura tranſeunt in Monaſterium, vt per
Rot. *diuerſ. deciſ. 267. num. 13.* & *deciſ. 336. num. 10.
part. 5.*

Non obſtat dictum priuilegium fuiſſe reuocatum à
24 Gregorio XIII. in ſua conſtitutione, quæ incipit: *In tan-
ta negotiorum mole*; qua reuocauit omnia conceſſa à
Pio V. ſuper ſtatu, & regimine Monachorum, & Mo-
nialium contra decreta Sacri Concilij Trident. quia non
per hoc cenſetur reuocaſſe dictum priuilegium, quia
Gregorius non loquitur de iis gratiis, & indulgentiis,
& maximè conceſſis in mortis articulo Monachis, &
Monialibus, ſed tantùm de aliis gratiis, & priuilegiis
ſpectantibus ad ſtatutum, & regimen eorum. Mirand.
*d. quæſt. 22. art. 10.* & Henriq. *in ſumm. lib. 13. c. 40. §. 2.*
Emanuel *qq. reg. tom. 3. quæſt. 15. art. 3.* Barboſ. *in d. cap. ad
Apoſtolicam, num. 4. de Regular.* Sanchez *d. c. 4. num. 16.*
Dian. *d. reſol. 17.* pulchrè Tambur. *d. quæſt. 6. n. 3. 4. 5.* vbi
reddit rationes. Lezan. *d. c. 25. n. 39.* Pellizar. *d. tract. de Mo-
nial. c. 9. n. 18.* vbi teſtatur dictam conceſſionem non fuiſ-
ſe reuocatam, & validam eſſe profeſſionem quoad omnes
effectus.

Non obſtat, quod illud priuilegium fuerit conceſſum
25 Ordini S. Dominici, hæ autem Moniales viuant ſub re-
gula S. Auguſtini, quia gaudent eodem priuilegio pro-
pter communicationem Mendicantibus inuicem conceſ-
ſam. Rodriq. *in compend. qq. reg. reſol. 101. num. 40.* Mi-
rand. *d. loco.* Pellizzar. *de Monial. cap. 9. num. 18.* Tam-
bur. *d. quæſt. 6. num. 14.* vbi alios allegat. Dian. *part. 5.
dict. reſol. 139.* quæ ſatis, & abundè ſufficere debent ad
firmandam hanc ſententiam, quæ non ſolùm vera, ſed
etiam communis eſt: & careret omni dubio, ſi pro-
baretur, vt hìc, quod ante infirmitatem Nouitia deſti-
nauerat profiteri, quia tunc excluditur etiam ſubſtitutus,
vt pulchrè inquit Ferret. *in d. cap. in præſentia, num. 98. de
probat.*

Verùm quia Molfeſ. *in ſumm. tract. 9. de legib. cap. 12.
num. 60. & ſeqq.* contrariam ſententiam latè tuetur mul-
tis fundamentis, & argumentis, non erit inutile ei reſ-
pondere, poſtquam hoc omiſſum eſt à P. Diana, quia fortè
illum non vidit, dum nec allegauit, licèt ſit diligentiſ-
ſimus Auctorum inueſtigator. Primo igitur loco Molfe-
26 ſius ponderat verba Bullæ Pij V. & conſiderat eam ema-
naſſe propter conſolationem ſpiritualem Monialum ad
finem ſolùm lucrandi ingulgentias; & propterea tenet
eam eſſe reſtringendam ad forum conſcientiæ. Sed huic
motiuo iam ſatisfactum eſt, dum fuit oſtenſum ſatis eſſe,
quod hoc caſu puella ſit verè profeſſa, & quod Ponti-
fex non reſtringat effectus profeſſionis, quia inde poſtea
27 naturâ ſuâ ſequuntur, & producuntur effectus profeſſio-
nis, qui ſunt, vt profeſſis ſuccedat Monaſterium, vt inquit
Dian. *d. reſ. 17.* Confect. *d. cap. 13.* Laur. de Peyrin. *d. conſt. 8.*
& Tambur. *d. quæſt. 6. num. 12.* quia qui vult conſequens,
vult etiam omne neceſſarium antecedens, & è contra, vo-
lenti antecedens neceſſe eſt, vt velit etiam omne neceſ-
28 ſarium conſequens, *l. 2.* vbi gl & DD. *ff. de iuriſd. omn. iud.
§. fin. in fin. Inſt. ex quibus cauſ. maior.* Lud. Sacc. *conſ. 145.
n. 16. lib. 2.*

Secundò conſiderat Molfeſius priuilegium contra ius
commune, aut in damnum tertij eſſe reſtringendum, &
29 ſtrictè interpretandum. Nam reſpondetur hæc procede-



re in priuilegio odioſo, non autem fauorabili, prout eſt
iſtud, quod eſt latè explicandum, quantum recta ratio
pati poteſt, *cap. olim, de verb. ſign. c. odia, de reg. iur. in 6.* Azor
*p. 1. mor. lib. 5. cap. 23. quæſt. 2.* Bonacin. *de legib. diſp. 1. q. 3.
p. 7. §. 1. num. 4.* Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 1. n. 4.* Molfeſ. *d.
c. 12. num. 32. in fin.*

Tertiò animaduertit Molfeſius Principem per eius
priuilegium non intelligi velle præiudicare iuri aliis
quæſito, niſi expreſsè hoc dicat, *l. ſi quis à Principe, ff. ne* 30
*quid in loc. publ.* & *d. cap. olim.* Sed verè reſpondetur Pon-
tificem hìc nulli iuri alterius derogare; ius enim venien-
tium ab inteſtato eſt, vt ea Moniali decedente nouitia,
& inteſtata, ipſi ſuccedant; ſed quando virtute priui-
legij profitetur, non decedit nouitia, ſed profeſſa: ergo
ſuccedit Monaſterium ſine derogatione iuris alterius: 31
ſic pulchrè Sanchez *in Decalog. lib. 5. cap. 4. num. 16. in
fin.* & Dian. *d. reſol. 17. verſ. ratio eſt*, perbellè etiam Tam-
bur. *d. quæſt. 6. n. 13.* vbi benè ſic reſoluit.

Quartò conſiderat Molfeſ. *d. cap. 12. num. 63.* volun-
tatem ſummi Pontificis potiùs præſumi excludendi Mo-
naſterium à ſucceſſione, quàm ad illam vocare. Nam
reſpondetur id fuiſſe præclarè probandum; non enim
video, vnde ipſe id colligat, cùm omnes DD. tradant
defuncto nouitio profeſſo ſuccedere in eius bonis Mo-
naſterium, *Auth. ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccl.* Sanchez *d.* 32
*num. 16.* Dian. *d. reſol. 17.* Tambur. *d. quæſt. 6. num. 10. 11.*
nec enim ratio, quam allegat Molfeſius, probat eius
intentionem, dum dicit non poſſe aliquid accipi a pro- 33
fitentibus etiam ſub prætextu conſuetudinis, *cap. non ſa-
tis, de ſimon.* nam non facit ad rem, quia hìc non datur
quidquam ratione profeſſionis, ſed Monaſterium vtitur
iure ſuo, quo ſibi permiſſum eſt ſuccedere in bonis pro-
feſſi, & ſimiliter aliena eſt alia ratio, quod maritus non
ſuſtinens onera matrimonij, non lucretur fructus dotis,
ad textum *in l. pater, ff. de dol. except.* quia id procedit
quando ſtat per eum, & eſt in culpa, ſecus ſi paratus
ſit; & propterea moriente vxore lucrum dotis ei non
denegatur iuxta locorum ſtatuta, vel partium conuen-
tiones: ita hìc Monaſterium mortua nouitia poſt profeſ-
ſionem lucratur dotem, quia non eſt in culpa, & eſt pa-
ratum ſuſtinere onera, à quibus non ſe eximit malitio-
ſè, ſed liberatur propter mortem, quæ omnia ſoluit 34
*§. deinceps, in Auth. de nupt.* gloſſa *in §. vnic. verſ. morien-
tibus, l. ſit. de l. Fuſ. Can. toll.* & *§. ſimili, quibus mod. tut. l. in
ſumma, ff. de re iud. l. Neratius, de reg. iur.* & in conſe-
tiam Monaſterium ſuccedit, Sanchez *d. cap. 4. num. 16.* &
Molfeſ. *d. cap. 12. num. 64.* facit dilemma dicens: Aut
Moniales habuerunt conuentionem cum illa Nouitia da-
re profeſſionem illi in articulo mortis, vt lucrarentur
dotem; & eſt ſimonia expreſſa, *c. non ſatis, de ſimon.* aut
interuenit earum ſola voluntas dotem lucrandi, ob quam 35
dederunt eidem profeſſionem, & in pœnam doli, & frau-
dis debent priuari illius bonorum ſucceſſione, vt *in cap.
conſtituit, 16. quæſt. 7.* & *cap. fin. 20. quæſt. 3.* Verumtamen
argumentum non concludit, quia pactum de dote lu-
cranda non interfuit, neque dolus, aut fraus aliqua, quia
ex mera deuotione deuentum eſt principaliter ad
hanc actionem precibus dictæ Monialis, quæ enixè hoc
petebat ſine aliqua conuentione; & adductis in contra-
rium non poteſt eſſe locus, niſi conſtet de conuentione,
aut dolo, & fraude, ex Sanchez *mor. lib. 7. cap. 34. n. 3. 4. 5.* 36
Lezan. *d. cap. 2. num. 19.* & aliis ſuprà adductis, & non eſt
veriſimile Religioſas, & Deum timentes voluiſſe deci-
pere quemquam, & attendi debet quod principaliter
agitur. Sanchez *de matrim. d. diſp. 105. num. 8.* & conſti-
tutus in periculo mortis, veriſimiliter non videtur co-
gitare de fraude, ſed de ſalute animæ, vt in terminis dixit
Ferret. *in d. cap. in præſentia, num. 97. verſ. quia ſola, de pro-
bat.*

Quintò idem Molfeſ. *d. c. 12. n. 65.* prætendit reſoluere
contraria, dicens, quod licet in infirmitate poſſit emitti
profeſſio, id tamē procedit in infirmo, qui viuere poteſt,

& ſuſtinere onera Religionis ; non autem in eo, qui agit animam, & dicitur potiùs agonizans, ſeu proximus morti, cui ſolùm datur profeſſio ad effectum lucrandi Indulgentias, ex Rodriq. & Mirand. dictis locis. Nam reſpondetur id eſſe ſupponere quæſtionem, de qua quærimus, an ſcilicet in articulo mortis facta profeſſio ſuffragetur Monaſterio ad dotem lucrandam, & ſucceſſionem
37 adipiſcendam ; licèt enim multi id negent, plurimi tamen in id conſentiunt, & optimas rationes adducunt, vt per Sanch. *d. cap. 4. num. 16. ad fin.* Confect. *d. cap. 13.* Dian. *d. cap. 17.* Tambur. *d. quæſt. 6. n. 10. & ſeqq.* & aliis ſupradictis, quibus libentiùs conſentio, quia meliores rationes adducunt.

Sextò dictus Molfeſ. *dict. cap. 12. num. 65.* dicit, quod
38 licèt pater teneatur ſoluere dotem filiæ emittenti profeſſionem, tamen hoc verum eſt in profeſſione, quæ fit in ſanitate, ſeruatâ formâ Concilij Trident. non in profeſſione emiſſa in articulo mortis ex cauſa deuotionis, cùm dos non debeatur viro non ſuſtinenti onera matrimonij; & ſicut infirma non eſt apta ad matrimonium carnale, ita non eſt apta ad ſpirituale. Nam reſpondetur hanc diſtinctionem deſtrui eodem modo, quo ſuprà, quia ſupponit pro deciſo, quod controuertitur, & nos defendimus ſoluendam eſſe Monaſterio dotem, etiam emiſſa profeſſione in articulo mortis, ex Sanchez *dict. cap. 4. num. 16.* Dian. *d. reſol. 17.* Tambur. *d. quæſt. 6. num. 10.* & aliis ; neque rationes adductæ offendunt, quia dos quidem non debetur viro recuſanti ſubire onera matrimonij, quod tamen non procedit, ſi ipſe ſit paratus, & per eum non ſtet : ſed hæc procedunt etiam viuente vxore, ſed ea mortua ampliùs non quæritur, quis debeat lucrari fructus dotis, iuxta terminos *l. pro oneribus, C. de iur. dot.* ſed quis ſuccedat in ea ; nos autem iuremeritò defendimus Monaſterium ſuccedere, quia profeſſa eſt puella, & pater, vel alij hæredes ſuccedunt tantummodò, ſi moriatur Nouitia, ex Sanchez *d. cap. 4. num. 16.* Tambur.
39 *d. quæſt. 6. num. 10.* nec valet argumentum, quod ſicut non eſt apta ad matrimonium carnale, ita non ſit apta ad ſpirituale ; tum quia aſſumptum eſt falſum, ſtante quod validum eſt matrimonium contractum etiam in articulo
40 mortis, quia ad eius validitatem non requiritur copula, ſed ſufficit conſenſus, *l. nuptias*, vbi Dec. & Cagn. *de reg. iur. cap. tanta*, vbi DD. *qui fil. ſint legit.* latè Sanchez *dict. diſp. 105.* vbi reſpondet ad omnia : tum quia etiamſi in matrimonio carnali deſideratur copula, hæc tamen non conſideratur in matrimonio ſpirituali, cui non conuenit, & in quo ſufficit actus voluntatis, & amor in Deum.

Septimò Molfeſ. *d. cap. 12. num. 67.* pro ſuſtinenda ſua ſententia conatur omninò euertere contraria, & dicit non obſtare, quod per matrimonium in articulo mortis contractum, legitimentur filij, *dict. cap. tanta, qui fil. ſint*
41 *leg.* & reſpondet dupliciter ; & primò id procedere, quia ius canonicum id expreſsè ſtatuit ad retrahendum concubinarios à peccato vt hîc expreſſa voluntas Pontificis eſt concedere licentiam profitendi ad lucrandum indulgentias : & ſic limitata cauſa limitatum producit effectum, *l. in agris, de acquir. rerum dom.* Secundò reſpondet id euenire in beneficium filiorum, qui non fuerunt participes criminis parentum, at in hac profeſſione habilitatio ad lucrandum indulgentias nullam habet connexionem cum ſucceſſione bonorum, & ideò ex diuerſis nihil infertur, *l. Papinianus, ff. de minor.*

Namque hæ reſponſiones ſunt leues, ſiquidem data validitate matrimonij, & habilitate in filiis, conſequutiuè legitimantur nati ex concubinatu ; quia non poteſt
42 ſtare, quod matrimonium non valeat, & filij ex ſoluto, & ſoluta nati non legitimentur, vt inquit Bald. *in l. nuper, in princ.* vbi DD. *C. de natur. liber.* & *in cap. innotuit, num. 11. de elect.* & *in 4. decret. part. 2. cap. 8. n. 10.* Ioan. And. *in d. cap. tanta, num. 2.* vbi Butr. *num. 14.* Anch. *n. 4. not. 2.* Card. *num. 6.* Præpoſ. *num. 8.* Alex. de Næu. *num. 24.* Henric. *num. 5.* & communiter DD. *qui fil. ſint leg.* latiſſimè Sanchez *d. diſp. 105. num. 5. lib. 7. de matr.* hîc non poteſt de per ſe ſtare, quod puella iſta ſit profeſſa, & Monaſterium non ſuccedat, quia effectus debet manare à ſua cauſa, & vnum venit in conſequentiam alterius. Sanchez *d. cap. 4. num. 16.* Dian. *d. reſol. 17.* Tambur. *d. quæſt. 6. num. 10.* non enim verum eſt, quod Pontifex Pius V. limitatiuè loquatur, quia nulla dictio taxatiua legitur in dicta bulla, & propterea quod omiſſum eſt, remanet in diſpoſitione iuris communis, ideò apparet non eſſe verum, quod ſucceſſio bonorum non habeat connexionem cum iſta profeſſione, ſtante quod vnum venit in conſequentiam alterius.

Octauò addit Molfeſ. *d. cap. 12. n. 68.* quod ſicut ſponſa, quæ recepit oſculum in ſanitate, lucratur medietatem anteſati, nihil verò lucratur, ſi à ſponſo oſculetur in infirmi- 43
tate, quia tunc oſculum non fuit præparatorium ad futurum matrimonium, nec gratiâ viri datum fuit, ſed gratiâ ſponſæ, vt propter gaudium eius infirmitas alleuiaretur, ſic in caſu noſtro non datur profeſſio hic ſolita ad ſuſtinenda onera, ſed ſolùm gratiâ profitentis pro ſua conſolatione ad remiſſionem peccatorum, & indulgentiam conſequendam ; ideò pater, vel conſanguinei puellæ non tenentur ad ſoluendam dotem.

Nam reſpondetur hoc argumentum ductum à conſuetudine Neap. non benè aptari ad caſum noſtrum, vbi ſecundùm ius commune reſpondetur, adeſſe diuerſitatem rationis, quia in ſponſa carnali oſculum in ſanitate habere poteſt relationem ad copulam, non in infirmitate ; 44
in matrimonio autem ſpirituali idem finis eſt profeſſionis in ſanitate, quæ in infirmitate, & ſemper fit gratiâ ſponſę, non ſponſi, qui noſtris non indiget bonis, & ſemper ſponſa prætendit gratiam Dei, & remiſſionem peccatorum : quæ autem de dote diſponuntur, non fiunt in gratiam ſponſi, aut ſponſæ, ſed vt dictum eſt, in neceſſariam conſequentiam profeſſionis, cuius virtute ſuccedit Monaſterium in bonis profeſſæ. Sanchez *d. cap. 4. num. 16.* 45
*ad fin.* Dian. *d. reſolut. 17.* & *reſol. 139.* Lezan. *d. cap. 25. num. 39.* Tambur. *d. part. 6. num. 10.* habemus enim regulam, quod Monaſterium ſuccedit in bonis defuncti Monachi, vel Monialis profeſſæ, neque id vllo iure limitatur in profeſſione emanata in infirmitate, & intra annum probationis : ergo ſtandum eſt regulæ, donec de exceptione doceatur, vt per Felin. *in cap. quoniam frequenter, in* 46
*3. col. vt lit. non conteſt.* pulchrè Iaſ. *in l. cætera, in 3. not. de leg. 1.* Dec. *conſ. 103. col. 2.* & *in l. 1.* vbi Cagn. *num. 21. de reg. iur.* vbi dicunt etiam, quod excipiens contra regulam, debet probare, quod hîc non eſt factum, quia Bulla Pij V. nihil derogat prædictæ regulæ, vt per Sanchez *d.* 47
*cap. 4. num. 16. in fin.* cum aliis ſupradictis : ergo concludendum eſt, Monaſterio dotem eſſe tradendam in vtroque caſu, nec quemquam habere iuſtam dolendi cauſam: & ſanè omnia ferè Molfeſij argumenta poterant vnica reſponſione tolli, ſed vt res magis eluceſcat, ſingula percurrere volui.

Denique Molfeſ. *d. cap. 12. n. 69.* inquit non eſſe curandum de Confect. *d. c. 13.* quia ſicut gratis ſic dixit, ita gratis negatur, quia ſcribenti tantùm creditur, quantùm lege, vel ratione munitur. Sed reſpondetur illum non habuiſſe neceſſe aliquid allegare, cùm haberet fundatam intentionem ſuper regula, quod in bonis profeſſi ſuccedit Monaſterium, ex Cagn. *d. l. 1. n. 21.* non tamen loquitur ſine ratione, arguens à ſimili, quod ſicut matrimonium in mortis articulo contractum eſt validum, & per illud legitimantur filij, vt latè per Sanch. *d. diſp. 105. n. 5.* 48
ita pariter profeſſio Nouitiæ in articulo mortis emiſſa, qua matrimonium ſpirituale cum Chriſto ſponſo contractum dicitur virtute priuilegij, omnes parit effectus, quos produxiſſet, ſi expleto anno probationis emiſſa fuiſſet ; vnde vt Monaſterium ſuæ profeſſæ ſuccedat, eleemoſyna non ſoluta ei debetur, & tanquam de iure debita, peti, & exigi poſſe videtur : & cum eo concordât Sanchez





chez. *d. cap. 4. num. 16.* Dian. *d. reſol. 17.* & *reſol. 139.* Tambur. *d. quæſt. 6. num. 10.* & alij multi viri doctiſſimi, adeò vt non contemnenda videatur Confectij ſententia, quæ cùm ſit fauorabilis Eccleſiæ, in dubio etiam ſequenda eſt, *l. ſunt perſonæ, ff. de Relig. & ſumpt. fun. cap. fin. de re iud.* gloſſa *in cap. ſciant, in verb. alios, de elect. in 6.* Abb. *in cap. bonæ, il 2. num. 28. verſ. hoc dictum, de poſtul. Præl.* Iaſ. *in l. filiusfam. §. Diui, num. 82. de leg. 1.* Ruin. *conſ. 152. num. 3. lib. 1.* Pacian. *conſ. 7. num. 123.* Gratian. *diſc. 88. num. 6. 7.* & *diſc. 131. num. 2.* Sperell. *deciſ. 81. num. 9.* & ita etiam docet Dian. *mor. part. 6. tract. 1. de immun. Eccleſ. reſol. 35. verſ. ſed ne aliquis* ; ſiquidem verè profeſſio emiſſa à puella nouitia infirma, etiam ante annum probationis expletum, dummodò expleuerit annum XVI. adeò eſt valida, vt non ſit opus vt puella ſic profitens, ſi conualeſcat, iterum profiteatur ; quod eſt admittendum tam in foro interno, quàm externo quoad omnes effectus etiam ſucceſſionis bonorum ad fauorem Monaſterij : vltra prædictos pulchrè docet eruditus Pater Franciſcus Pellizzar. *in tract. de Monialibus, cap. 9. n. 18.* vbi etiam refert dictum priuilegium Pij V. & tradit eſſe communicatum etiam aliis Ordinibus Religioſorum, nec fuiſſe reuocatum à Gregorio XIII. & ita ſentio, & iudicaui, & ſententia mea habuit effectum.

---

## CAPVT CXCIV.

### EPITOME.

### Profeſſio Nouitiæ facta ſine præuio examine Ordinarij, an ſit valida, & quos effectus operetur.

### SVMMARIVM.

1 *Nouitia Monialis debet bis examinari ab Ordinario, antequam profiteatur.*
2 *Epiſcopus debet examinare Moniales etiam exemptas antequam profiteantur.*
3 *Profeſſio Monialis non poteſt fieri antequam examinetur ab Epiſcopo.*
4 *Nouitia non poteſt examinari à Vicario, niſi Epiſcopo impedito.*
5 *Vicarius Epiſcopi quando poſſit examinare Nouitias, vel non.*
6 *Nouitia antequam profiteatur debet acceptari per vota ſecreta, & ſumi informatio de eius vita.*
7 *Nouitia debet admitti à maiori parte Monialium.*
8 *Profeſſio Monialis non poteſt fieri in manibus Abbatiſſæ.*
9 *Nouitia infirma poſt annum probationis validè profitetur.*
10 *Profeſſio Nouitiæ an proſit ſolùm quoad indulgentias.*
11 *Nouitia quoties examinanda ſit, antequam profiteatur.*
12 *Puella ante duodecimum annum non poteſt admitti ad habitum regularem.*
13 *Habitus regularis non poteſt concedi puellæ minori duodecim annis.*
14 *Nouitia non poteſt diſpenſari ad habitum ante duodecimum annum.*
15 *Nouitia poteſt examinari non ſolùm ab Ordinario, ſed etiam ab eius deputato.*
16 *Qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur.*
17 *Officiali creditur ſoli in pertinentibus ad eius Officium.*
18 *Pluralitas reſoluitur in ſingularitates.*
19 *Vicarius an poſſit examinare Nouitias, Epiſcopo etiam non impedito.*
20 *Nouitiæ voluntas quomodo exploranda.*



21 *Examen pro concurſu, & Monialis poteſt per Vicarium fieri, Epiſcopo etiam non impedito.*
22 *Puellæ voluntas an poſſit à Vicario explorari ante profeſſionem.*
23 *Profeſſio Nouitiæ eſt valida etiam ſine præuio examine Epiſcopi.*
24 *Nouitiam admitti ad profeſſionem à Monialibus viua voce ſufficit.*
25 *Nouitia debet admitti à maiori parte Monialium, & Abbatiſſa.*
26 *Moniales non comprehenduntur decreto Siti V. de ſumendis informationibus.*
27 *Fœminæ in materia odioſa non comprehenduntur in electionibus.*
28 *Profeſſio Nouitij ſine informationibus non eſt inualida.*
29 *Profeſſio an poſſit fieri in manibus Abbatiſſæ.*
30 *Abbatiſſa non poteſt dare velum profeſſionis.*
31 *Profeſſio non poteſt fieri in manu mulieris.*
32 *Profeſſio poteſt fieri in manibus ſimplicis Sacerdotis de commiſſione Superioris.*
33 *Profeſſionem poteſt laicus acceptare ex commiſſione Superioris.*
34 *Abbatiſſa poteſt acceptare profeſſionem nouitiæ, cui non datur velum nigrum.*
35 *Monachorum bona ſpectant ad monaſterium.*
36 *Conuerſi, & Conuerſæ gaudent priuilegiis perſonarum Eccleſiaſticarum.*
37 *Conuerſæ ſunt propriè Religioſæ, ſi velint emittere profeſſionem.*
38 *Moniales ſuccedunt in bonis Monialium profeſſarum.*
39 *Monaſterium ſuccedit in hæreditate Monachi.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NOn ſatis fuit præcedentes ſuperare difficultates pro ſuſtinenda profeſſione Nouitiæ facta in infirmitate poſt annum probationis, non ſolùm ad lucrandum indulgentias, ſed etiam dotem ipſam, quia de nouo alia fuerunt propoſita dubia ad annullandum dictam profeſſionem ; ſiquidem in primis opponebat pater puellæ defunctæ, quod ante dictam profeſſionem non fuit ab Epiſcopo, vel eius Vicario examinata, an coacta, vel ſeducta fuerit, & an ſponte profiteri velit ; etenim duplex examen requiritur, quia neceſſe eſt explorare voluntatem puellæ non ſolùm ante habitus religioſi ſuſceptio- 1
nem, ſed iterum etiam ante profeſſionem, ad formam Concilij Trid. *ſeſſ. 25. c. 17. de regular.* & habetur *in Prax. Epiſc. verb. Monialis*, Barboſ. *de off. Epiſc. alleg. 100. n. 4.* & *de vniuerſ. iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 44. num. 9.* & *num. 15.* & ad Concilium Trident. *d. c. 17. num. 4.* vbi etiam pulchrè Bellarm. *in verb. cum ſuſcipiat*, Tambur. *de iur. Abbatiſſ. & Monial. diſp. 4. quæſt. 2. num. 4. verſ. Barboſa* : qui 2
dicunt id procedere tam in Monialibus Epiſcopo ſubiectis, quàm exemptis ; quod verum eſt, Sanch. *mor. lib. 5. c. 4. num. 84.*

Et quatenus magis placeat opinio eorum qui dicunt ſufficere vnum examen, id debet fieri ante profeſſionem. Mirand. *in tract. de Sacr. Monial. q. 8. art. 4.* Dian. *tractat. 2.* 3
*dub. regul. reſol. 47.* Lezana *qq. regul. c. 25. n. 12. verſ. conſuetudinem*, vbi dicit ita conſuetudine eſſe receptum : ſic etiam Manuel *qq. reg. tom. 3. q. 12. art. 2.* Sanchez *in Decalog. lib. 5. cap. 4. n. 84. in fin.* Sed in caſu noſtro nec Epiſcopus, neque eius Vicarius examinauit dictam Nouitiam : ergo profeſſio non eſt legitima.

Nec valet dicere, quod Confeſſarius acceptauerit profeſſionem dictæ puellæ, quia id pertinet ad Superiorem ; & ſicut non poteſt Vicarius examinare dictam puellam niſi Epiſcopo impedito, vt ex Concilio Trid. *d. c. 17.* dixe- 4
runt Sbrozz. *de off. Vic. lib. 2. q. 208.* Narbon. *de appell. à Vic. ad Epiſc. p. 1. n. 237.* Barboſ. *de off. Epiſc. alleg. 100. n. 8.* & *d. c. 17. n. 6.* & *d. c. 24. n. 12.* Tambur. *d. diſp. 4. q. 2. n. 7.* vbi alios allegat Pellizzar. *de Monialibus c. 3. n. 2. in fin.* ita cùm non

conſtet de impedimento Epiſcopi, non potuit Vicarius
5 committere hoc examen confeſſario, quia qui non po-
teſt per ſe aliquid facere, nec poterit per alium: ita
etiam docuit Gauant. *in prax. Epiſc.verb.Monialium pro-
feſſio, num.*12.

Deinde nulla videtur dicta profeſſio, quia inter Mo-
niales non fuit votis ſecretis puella admiſſa, & accepta-
ta ad profeſſionem, nec ſumptæ informationes de vita,
6 & moribus eius, iuxta decretum Sixti V. & Clem. VIII.
de quibus ego dixi *contr. for.*108. *num.*7.8. & neceſſe
eſt, quod Nouitia, antequam profiteatur, à maiori
parte Monialium, & ab Abbatiſſa admittatur, vt per
7 Tambur. *de iur. monial. diſp.6. quæſt.5. num.1.2. & ſeqq.*
& prohibitum eſt emittere profeſſionem in manibus
8 Abbatiſſæ, quæ velum dare nullo modo poteſt, ex *cap.
ſtatuimus* 20. *quæſt.*2. ex quibus dicendum videtur nul-
lam, & inualidam fuiſſe dictam profeſſionem, & ideò do-
tem puellæ ad patrem eius, non ad Monaſterium perti-
nere.

Verùm his non obſtantibus cenſui validam fuiſſe pro-
feſſionem, nec vllum in ea fuiſſe admiſſum errorem, cùm
ſatis oſtenſum fuerit, Nouitiam poſt annum probationis
poſſe licitè, & validè etiam in infirmitate ad omnes ef-
fectus profeſſionem emittere, ſi excedat annum 16. vt
9 per textum *in cap.ſicut tenor,* vbi gloſſa *in verb. extra me-
tum, de Regul.* Sanchez *de matr. lib.7. diſp.*105. *num.*3.
*verſ. tandem,* pulchrè Ferret. *in cap. in præſentia, num.*97.
*verſ. Limito tamen, de probat.* Tambur. *de iur. Abbatum.
part.3.diſp.6. quæſt.3 .n.*25. Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſ.
lib.1.cap.42.n.*170. Confect. *in ſummar.priu. Mendicant.
tit.23.cap.*13. Tambur. *de iur. Monial.diſp.4.quæſt.6.n.*12.
Dian. *mor.part.3.de dub.Regul.reſol.17.verſ.verum ego, ad
fin.* ibi, *at eo ipſo*; qui id procedere docent non ſolùm
quoad Indulgentias lucrandas pro conſolatione puellæ,
10 ſed etiam ad acquirendam ſucceſſionem in bonis illius
defunctæ.

Nec obſtant in contrarium adducta: & primò de exa-
mine faciendo ante profeſſionem, quia admitto neceſ-
11 ſarium illud eſſe tam ante habitus ſuſceptionem, quàm
ante profeſſionem, ex mente dicti Concilij Trident. *dict.
cap.*17. vbi Bellarminus teſtatur ita reſcripſiſſe Sacram
Congregationem: & quando puella maior duodecim
annis ſuſcipit habitum, id diſponi à Sacro Concilio
Trid. non negat Sanchez *mor. lib.5. cap.4. num.*84. *in
princ.* & *verſ.quamvis*: & licèt concludat vſu receptum
eſſe, vt vnicum puellæ quacunque ætate ingredientis
præmittatur examen, quando profeſſura eſt, tamen
ſcio Concilium Trid. habere decretum irritans, quo
tolluntur contrariæ conſuetudines; & ſcio illud etiam
obſeruari in noſtris partibus Italiæ; & ego ſemper ob-
ſeruaui, & ab aliis Vicariis obſeruari vidi, vt duplex
examen fiat.

Nec pro vero admitto, quod puella minor duodecim
annis poſſit admitti ad habitum regularem, vt ſentit
12 Sanchez *mor.lib.4. cap.18.num.*34.& Dian. *mor. part.3. de
dub.reg.tit.2.reſ.47.verſ.verùm*: nam ſentio cum aliis mul-
tis, & cum practica communi, vt ex mente Concilij
nequeat puella minor duodecim annis admitti ad habi-
tum regularem, vt docent Azor. *mor. part.1. lib.12. c.*18.
13 *ver.*55.56. Rodriq. *qq.reg.tom.3. quæſt.12. art.*2. Nald. *in
ſumm.verb.Habitus, n.1.& verb.Monialis, n.*5. Vgolin. *de
off. Epiſc.cap.21.§.1.num.*1. Vecch. *in prax. ſeru.in admit.
ad Relig.ſtat.Nouit.diſp.2.dub.6.num.*16. Armendar. *in ad-
dit.ad recop.leg. Nauar.lib.2. tit.18. l.7. de Relig. num.*43.
quos refert, & ſequitur Barboſ. *de vniuerſ.iur. Eccl. lib.1.
cap 44.ſub num.*7. vbi etiam docet non eſſe diſpenſan-
dum, vt puella, quæ duodecimum annum non comple-
uerit, poſſit habitum in Monaſterio ſuſcipere: idem Bar-
14 boſ. *ad Concil.Trid d.cap.17.num.*2. vbi quod omnes Pa-
tres, qui ad Concilium Prouinciale Toletanum conue-
nerunt, ita ſenſerunt: Bellarm ibidem teſtatur ita ſenſiſ-
ſe S.Congr. Concilij; ſic etiam Gauant. *in prax. Epiſc.
verb. Monialium receptio, num.*20. pulchrè Tambur.
*de iur.Monial.diſp.4.q.2.n.*2 & ita ſeruatur in practica.

Sed id non poteſt dici fuiſſe omiſſum in caſu noſtro,
quia de primo examine ſatis conſtat fuiſſe factum à Vi-
cario generali ante habitus ſuſceptionem ex actis; de ſe-
cundo verò tempore profeſſionis apparet etiam fuiſſe
factum à Confeſſario Monialium, vti ad hoc deputato
ab eodem Vicario, ſtante quod eo tempore Epiſcopus,
& Vicarius erant impediti in ordinationibus generali-
bus; & clara ſunt verba Concilij Trid. *d. cap.*17. conce-
dentis fieri dictum examen ab Epiſcopo, vel eius Vi-
cario, vel deputato ab eis, in illis verbis: *Aut aliquis* 15
*eorum ſumptibus ab eis deputatus*, vt dixit etiam Pelizzar.
*tract.de monial.cap.3 num.2. in fin.* nec mirum, quia qui
per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, *l. non ideò
minùs, Cod.de accuſat.l.1. in fin.ſi menſ.falſ.mod. dix. §.non
ſolùm, Inſt.de iniur.§.1.Inſt quibus mod.toll.obl. c.per alium,* 16
*de reg.iur.in* 6. Soc.Iun *conſ.135.n.11. vol.*2. & cùm fides
appareat in actis de tali commiſſione, nihil vlteriùs eſt
quærendum, quia creditur Officiali in his, quæ ſpectant
ad eius officium, & maximè ſi deponat de facto proprio,
vt hîc, de commiſſione, ſic Ioſeph Ludouic. *deciſ.*70. 17
*verſ.quæ opin.* Menoch. *de arb.iud.lib.2.caſ.99. n.*2.3. Maſ-
card. *de probat.lib.1.præfat.quæſt.11.n.*15. Gabriel *de teſtib.
concl.1.n.*18. Farin. *eod.tract.de teſtib. quæſt.63. n.*227. pul-
chrè Rota apud Poſth. *de manuten.deciſ.217.n.11.12. &
ſeqq.* vbi docet, quod plenè creditur Vicario atteſtanti de
his, quæ pertinent ad eius officium, & ab eo, vel coram
eo facta ſunt.

Vnde ſatis eſt, quod examen fiat à deputato, ſiue ab
Epiſcopo, ſiue ab eius Vicario, quia Concilium loqui-
tur de deputato ab eis; non enim eſt neceſſe, quod ab
vtroque deputetur, quia vtriuſque eadem eſt poteſtas, &
idem Tribunal, ideò numerus pluralis reſoluitur in ſin-
gularitates, ad textum *in l.falſa demonſtratio, §.ſi quis ita,* 18
vbi gloſſa, Soc & DD. *ff.de cond.& demonſtr. l.ſi plures, de
condit.inſert.* cum vulgaribus; vnde perinde eſt, ac ſi di-
ctum fuiſſet, quod tam Epiſcopus, quàm Vicarius poſſunt
deputare alium ad faciendum dictum examen.

Neque obſtat, quod Vicarius non poſſit examinare
puellas pro habitu Religionis ſuſcipiendo, vel pro emit-
tenda profeſſione, niſi Epiſcopo impedito, aut abſente, vt
in dicto Concilio Trid. *d.cap.*17. Namque animaduer-
tendum eſt, Concilium non loqui per verba præceptina
reſpectu Epiſcopi, vel Vicarij, ſed tantùm reſpectu puel- 19
læ, vt non ſuſcipiat habitum, vel profeſſionem emittat,
antequam *Epiſcopus, vel eo abſente, vel impedito, eius Vica-
rius, aut aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus virginis
voluntatem explorauerit, an coacta, vel ſeducta ſit, & an
ſciat, quod agat.* Et proptereà non eſt anxiè quæren-
dum, an Epiſcopus ſit, vel fuerit impeditus antequam 20
Vicarius virginem poſſit examinare; eo enim ipſo, quod
Vicarius examinat, præſumitur Epiſcopus impeditus,
quia creditur eum occupari circa maiora; & hoc non
eſt de præcepto, vt niſi Epiſcopo impedito examen fie-
ri nequeat à Vicario; etenim etiam Epiſcopo non impe-
dito poteſt fieri examen à Vicario, quia hæc verba im-
portant tantùm quandam conuenientiam, ſicut eodem
modo interpretantur verba eiuſdem Concilij *ſeſſ.24.c.*18. 21
*de reform.* loquentis de concurſu Parochialium, & exa-
mine faciendo coram Epiſcopo, vel eo impedito coram
Vicario, quia nihilominus examen fieri poteſt coram
Vicario, etiam Epiſcopo non impedito; ea enim verba
ſunt poſita ad denotandum ſic conuenire, & causâ ad-
monitionis, non neceſſitatis, vt pulchrè ſic declarat Garz.
*de benef. part.9. c.2. num.*119. Maſſobr. *in prax. habend.
concurſ.ad Parochial.requiſ.3. dub.*3. Barboſ. *de off. Epiſc.
part.3.alleg.60.num.*41.& *ad Concil. Trid. d.cap.17. n.*83.
pulchrè Caſtr. Pallau. *mor.part.2. tract.13. diſp.3. part.2.
n.1.verſ. Dixi.*

Non obſtant allegata in contrariũ, & maximè Sbrozz.
*de off.Vic.lib.2.quæſt.*207. quia ipſe recenſet ſolùm verba
Concilij



Concilij dicentis, quod voluntas puellæ debet explorari
22 ab Epiſcopo, vel eo impedito, ab eius Vicario, vel ab eis
deputato, & non diſputat, quid ſentiendum, ſi Epiſcopus
non ſit impeditus, vel non conſtet de impedimento; ideò
magis ſtandum eſt prædictis DD. qui verba Concilij ſic
rationabiliter intelligunt, & ita ſeruatur in praxi; hæc
enim ſolent per Vicarios exequi, & adimpleri, quod erit
indubitabile etiamſi Vicarius vigore ſuæ commiſſionis,
& facultatis habeat in mandatis, ſi poſſit etiam ea, quæ
requirunt ſpeciale mandatum; poteſt enim Epiſcopus
non ſolùm per Vicarium, ſed etiam per quemlibet alium
idoneum perficere hoc examen. Mirand. *in Manual.quæſt.
8.de monial.num.*4. Pellizzar. *tract.de monial.cap.3.num.2.
in fin.*

Sed dato etiam, quod in hoc adfuiſſet aliquis defectus,
imò conceſſo etiam, quod examen prædictum, tam pro
habitu ſuſcipiendo, quàm pro amittenda poſſeſſione
fuiſſet totaliter omiſſum, non tamen per hoc Nouitiæ
profeſſio redditur inualida, & licèt ipſa peccet, & Abba-
tiſſa, ac Prælatus eam admittentes ſine præuio examine
grauiter delinquant, tamen profeſſio eſt valida, nec am-
pliùs puella eſt examinanda, aut moleſtanda, quia multa
23 facta tenent, quæ ſi facienda eſſent, non permitterentur,
& cùm Concilium non irritet profeſſiones emiſſas ſine
dicto examine, dicendum eſt eſſe validas: ſic ex Nauar.
*in Manual.* & Manuel. *in ſumm. cap.8. num.3. concluſ.2.
col.*2.& Menoch. *conſil.396. num.vlt.lib.*4. latè, & pulchrè
docet Sanchez *moral.lib.5.cap.4.num.*84. vbi vide Barboſ.
*de off. Epiſc.part.3.allegat.100.n.*9. Lezan. *qq.reg.lib.1.cap.
25. num.12. verſ.quidquid,* Bellarm. *ad Concil.Trid.ſeſſ.25.
de regul. cap.17. decl. vlt.* vbi dicit, quod Virgines, quæ
non modò habitum ſuſceperunt, ſed profeſſionem fece-
runt ſine examine, non ſunt moleſtandæ, ſed per Supe-
riores puniendæ: ergo non poteſt dubitari de validitate
profeſſionis, ſed neque de examine, quia ipſe deputatus
fidem facit ſe diligenter puellam interrogaſſe, imò ab ea
fuiſſe enixè rogatum, vt ad profeſſionem admitteretur,
quæ valida etiam iudicatur, ſi fiat ſine præuio examine,
vt tenet etiam Tambur. *de iur.Abbatiſſ.& Monial.diſp.4.
quæſt.2.num.*11. Pellizar. *in tract. de monial. cap.3.num.*3.
imò hoc caſu cenſendum eſt, validam fuiſſe profeſſionem
in articulo mortis factam inſtante etiam ſola Abbatiſ-
ſa, vt per Barboſ. *de vniu. iur. Eccleſ. lib.1. cap.42.
num.*170.

Nec obſtat, quod dicta puella ante profeſſionem non
fuerit admiſſa, & acceptata à Monialibus per vota ſecre-
ta, quia nullo iure id iubetur, nec in dicto Monaſterio in
24 vſu habetur, vt tempore profeſſionis id fiat per vota ſe-
creta, cùm illud factum fuerit tempore ſuſceptionis ha-
bitus; ideò cùm non habeamus conſtitutionem id iuben-
tem, ſatis erit, quòd fuerit viua voce ab omnibus accep-
tata, & ad profeſſionem admiſſa à maiori parte earum
cum Abbatiſſæ conſenſu, vt probatur *ex c. conſuluit,* vbi
Hoſt. *num.1.qui Cler.vel vouent* Archid. *in c.conſtit. num.*1.
*verbo emiſſa,* vbi Franch. *num.*7.& Dominicus *in §.in aliis,
num.6.de regul.in* 6. Azor. *lib.12.moral.cap.5.quæſt.*6. Roſel-
la *verb. Nouitius, num.*6. Henriq. *in c.porrectum, num.4.de
regul.* latè Bonacin. *tract. de clauſur. quæſt.2. part.10. §.6.
num.*4.5.6. vbi tradit latè Nouitiam eſſe admittendam à
Prælato Conuentus cum aſſenſu Monialium pro maiori
25 parte, & nunquam requirit vota ſecreta: latè etiam Tam-
bur. *de iur.monial. diſp.6.quæſt.5.num.*1.2.3.4. vbi probat,
quod Nouitia non poteſt admitti ad profeſſionem, niſi
conſentiente præfecta Conuentus, & maiori parte Mo-
nialium, nec requirit vota ſecreta, licèt bonum eſſet per
ea tranſire, provt docuit poſt hæc ſcripta viſus Pellizar.
*in tract.de monial.cap.2.num.*3. vbi tradit de iure communi
non eſſe neceſſarium vt id fiat per vota ſecreta, expedire
tamen vt liberior ſit conſenſus Monialium, & vtique ex-
tra caſum improuiſum, & neceſſitatis ſolet fieri accepta-
tio talis per ſuffragia ſecreta.

Non obſtat decretum Sixti V. *de recept. & profeſſ. no-
uit.* vt neceſſe ſit ſumere priùs informationes de vita, &
moribus eorum, quia habet locum ſolùm in Religioſis
maſculini ſexus, & non extenditur ad Moniales; ita enim 6
declarauit ipſemet Sixtus V. *in 2. conſtit. Ad Romanum
ſpectat*: & idem eſt dicendum de decretis Clem. VIII. &
Vrbani VIII. circa receptionem, & inſtitutionem Noui-
tiorum; nullum enim verbum in eis reperitur, per quod
inſinuetur ad Moniales extendenda, nec de hoc aliquid
in iure eſt determinatum, ideò nihil innouandum, quia in
*cap.gener, de elect. in* 6. in materia odioſa fœminæ non
comprehenduntur, vnde ſtandum eſt peculiaribus ſta- 27
tutis, & conſuetudinibus Religionis, vt in puncto dixit
pulchrè Lezan. *qq. reg. cap.25. num.*52. imò addi poteſt,
quod neque quoad Regulares maſculos poteſt Religio-
ſus contra profeſſionem emiſſam abſque dicta informa-
tione reclamare, quia irrita non eſt, quia Clemens VIII. 28
præfatas Sixti V.& Pij V. conſtitutiones reuocauit quoad
irritationem profeſſionis, relictis in ſuo robore pœnis
contra ſuperiores admittentes aliquem ad profeſſionem
non ſeruata forma Sixti V. de informatione præmitten-
da: ſic Bonacin. *de clauſura, quæſt.2.part.10.§.6.num.*11.
*verſ. Reſpondeo.*

Non obſtat, quod profeſſio non poſſit emitti in ma-
nibus Abbatiſſæ, quia hoc non eſt ſic expeditum, aliud 29
enim ſentire videtur textus *in d.c.conſuluit, qui Cleric. vel
vouent.* & Bonacin. *d. §.6. num.*3. tamen quia Abbatiſſa
non poteſt alicui imponere velum profeſſionis, plerique 30
ſentiunt, quod in manibus eius non poſſit Nouitia emit-
tere profeſſionem, per textum *in c. ſtatuimus,* 20. *quæſt.*2.
& gloſſa *in c.vidua, in verb.vel miniſtro,* 20. *quæſt.*1. ita Bar-
boſ. *de vniuerſ.iur.Eccleſ.lib.1.cap.44.num.16. verſ.non au-
tem,* Tambur. *de iur. Abbatiſſ. & monial.diſp.27. quæſt.2.
verſ.ſed aduertendum,* ibi: *Non autem in manu,* vbi docet,
quod profeſſio non poteſt fieri in manu mulieris, quam-
vis ſit Abbatiſſa, quia illa non poteſt imponere velum,
adeò vt puella velum profeſſionis ſuſceptura illud valeat 31
potiùs ſibi de altari ſumere, quàm à fœmina recipere, iux-
ta *d.c.vidua,* & *d.c.conſuluit*; ideò dico, quod in caſu noſtro
hæc puella profeſſionẽ fecit in manibus Sacerdotis, ſim- 32
plicis quidem, ſed licitè id facientis ex commiſſione Su-
perioris, *ex c.fin.20.q.*1. Barboſ. *d.c.44.ſub n.*16. Tambur.
*d.quæſt.2.ſub d.verſ.ſed aduertendum,* latè Dian. *mor.part.3.
de dub.regul.tract.2. reſolut.*70. vbi quod procedit tam in
foro poli, quàm in foro fori. Vnde non eſt dubitandum,
quin dicta puella potuerit emittere profeſſionem in ma-
nibus Confeſſarij ad id à Vicario deputati, quia etiam 33
laicus ex commiſſione Superioris poteſt profeſſionem
acceptare, & admittere, vt per Sanchez *mor.lib.5.c.4.n.*77.
vbi alios allegat., imò in caſu noſtro, quia hæc puella
erat de numero Conuerſarum, quibus non datur velum 34
nigrum profeſſionis, credo quod ſola Abbatiſſa po-
tuiſſet eius profeſſionem acceptare, licèt non velum
dare, iuxta *d. c. conſuluit,* vbi Hoſt. *num.1. qui Cleric.
vel vouent.* Archid. *in cap. conſtitutionem, num.1. verb.
emiſſa,* vbi Franc. *num.7. de regular.* Azor. *moral. lib.12.
cap.5. quæſt.*6. pulchrè Sanchez *moral.lib.5.cap.4.num.*76.
Bonacin. *d.§.6.num.*3. ad rem Barboſ. *de vniuerſ.iur. Ec-
cleſ. lib.1. cap.32. num.*170. Pellizar. *d. cap.3. num.*7. vbi
enim non datur velum, ceſſant rationes in contrarium
adductæ, ne Abbatiſſa poſſit profeſſionem acceptare:
valida ergo fuit profeſſio, & legitima, & iure meritò
Monaſterium lucratum fuit dotem ipſius puellæ, provt
iuri conuenit, iuxta textum *in Auth. ingreſſi,* vbi DD. *de* 35
*ſacroſ.Eccleſ.c.cùm ad Monaſterium, de ſtat. Monach.* quod
procedit etiam in Monialibus Conuerſis, quia ex quo
aſſumpſerunt vitam, & habitum Regularem, gaudent pri-
uilegiis Eccleſiaſticis, ſicut omnes Conuerſi, & oblati,
qui ſi viuant vt Regulares, & maneant in ſeruitio Eccle-
ſiæ, fruuntur priuilegio fori, Canonis, & immunitatis, ſi-
cut perſonæ Eccleſiaſticæ, *ex c.indita,* 11. *quæſt.1.cap. Pa-* 36
*rochianos,* vbi DD. *de ſententia excommunicat.cap. ex teno-
re, c. non dubium, c. de Monialib.eod.c.Religioſa, de ſenten-*
tia

tia excommunic.in 6.Eugen.conſil.26.num.10.Decian.tract.
crimin.part.1.lib.4.cap.9.num.28. latè Carol.de Graſſ. de
eff.Cleric. eff.1. num.96.& eff.9.num.70.71.Nauar.in Ma-
nual.cap.28.num.79.Bonacin.de cenſur.diſp.2.quæſt.4.part.
37 1. num.6. Conuerſæ enim volentes ſuo tempore emittere
profeſſionem, ſunt verè, & propriè religioſæ,iuxta con-
ſtitutionem Gregorij XIII.de qua Tambur.de iure Abba-
tiſſ.& Monial.diſp.7.quæſt.2. num.8. ideò Moniales capa-
38 ces in communi bonorum , ſuccedunt abſque dubio in
bonis Monialium profeſſarum,vt benè docent Hier. Ro-
driq. in compend. qq.regul.reſol.72.num.19.Tambur.de iur.
Abb.par.3.diſp.11.quæſt.4.num.56. ſiquidem Monaſterium
poteſt hæreditatem adire mortuo Monacho , propter
quem Monaſterium ſucceſſit in talem hæreditatem , &
excluduntur ſubſtituti, & omnes alij hæredes, qui nullo
39 modo præferendi ſunt Monaſterio.Ioan.Andr.in c.in præ-
ſentia,num.23.vbi Abb. num.77.Anch. num.18.de probat.
Alex.in l.1.num.26.in fin. vbi Alciat.num.95.Imol. num.6.
de vulg. latè Tambur. de iure Abb. d.quæſt.4. num.62. vbi
alios allegat; & ideò ſic iudicatum fuit dotem prædictam
dictæ Conuerſæ ſpectare ad Monaſterium, excluſis con-
ſanguineis ; ſiquidem dos data Monaſterio pro Moniali,
eâ defunctâ perpetuò remanet penes Monaſterium ex
conſuetudine legitimè introducta , quæ habet vim legis,
vt poſt Sanchez dict.cap.9. num.23. dixit pulchrè doctiſ-
ſimus Pater Franciſcus Pellizar. in dict. tractat. de Mo-
nialibus , capite tertio , ſect. 2. numero 71. vbi tamen di-
cit , nullam aliam poſſe aſſignari rationem , quàm con-
ſuetudinis ; ſed hoc dico rationem optimam adeſſe, quia
apud omnes DD. receptum eſt Monaſterium eſſe loco
filij , & propterea ſicut filius eſt hæres matris , & ei
ſuccedit in dote , ſic Monaſterium in dote Monialis
defunctæ.

## CAPVT CXCIV.

### Epitome.

Depoſitarius an gaudeat priuilegio fori, & an exemptus poſſit conſtringi à iudice coram quo ſe obligauit.

### Svmmarivm.

1 *Actor ſequitur forum rei.*
2 *Depoſitarius cogendus eſt à ſuo iudice ad reſtituendum depoſitum.*
3 *Depoſitarius iudicialis non gaudet priuilegio fori, & à iudice depoſiti.*
4 *Clericus depoſitarius in foro ſæculari debet ſtare illius declarationi.*
5 *Clericus non poteſt prorogare iuriſdictionem iudicis laici.*
6 *Iudex Eccleſiaſticus debet cogere Clericum ad reddendum depoſitum.*
7 *Laicus poteſt ſe ſubmittere iuriſdictioni iudicis Eccleſiaſtici.*
8 *Laicus poteſt cogi à iudice Eccleſiaſtico ad reddendum depoſitum.*
9 *Depoſitarius ſine figura iudicij cogitur ad reſtituendum depoſitum.*
10 *Depoſitarius executiuè, & in conſequentiam conſtringitur.*
11 *Iudex efficitur ratione dependentiæ, & connexitatis, qui non erat.*
12 *Depoſitarius quomodo compellatur reſtituere.*
13 *Iudicio quaſi contrahitur.*
14 *Subditus efficitur in iudicio qui non erat,ratione comparitionis,& contractus.*
15 *Clericus quando teneatur ſeruare ſtatuta laicorum.*
16 *Depoſitum eſt valdè priuilegiatum.*
17 *Depoſitum confeſſionatum an gaudeat priuilegiis veri depoſiti.*
18 *Depoſitarius non poteſt appellare.*
19 *Defenſor tenetur defendere reum in eodem foro,& iiſdem terminis.*
20 *Actor aliquando non ſequitur forum rei.*
21 *Depoſitarius quando à ſuo iudice ſit cogendus ad reddendum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN eadem cauſa Monialium S.Hilarij depoſitarius, qui
penes ſe vocauit depoſitum à patre puellæ factum , &
promiſit Syndico Monaſterij illud reſtituere , & tradere
facta profeſſione , recuſabat reſpondere coram iudice
Eccleſiaſtico, & ei obedire, declinans eius forum, & pe-
tens ſe remitti ad ſuum iudicem laicum: vnde de hoc di-
ſputatum fuit,& prima facie videbatur dicendum eum iu-
ſta petere , quia cùm depoſitarius ſit laicus , congruum 1
eſt,vt actor ſequatur forum rei,c.cùm ſit generale,vbi DD.
de for.compet.l.actor,C.vbi in rem act. & depoſitarius non
poteſt cogi ad depoſitum reſtituendum , niſi à ſuo iudice 2
competenti,vt latè per Marth.de iuriſdict.part.4.caſ.104.
num.2.3.4. & ſeqq.
Sed his non obſtantibus cenſui dictum depoſitarium
teneri ſtare iuri in foro Eccleſiaſtico , & obedire iudici,
nec poſſe declinare forum Eccleſiæ , in quo ſe obligauit
ad pecuniæ depoſitatæ traditionem erga dictum Mona-
ſterium ; quia verè non competit depoſitario iudiciali
priuilegium eius fori,nec illud valet allegare:ita ex textu
in l.fin.§.pen.C.de bon.auth.indic.poſſ.& ex l.acceptam, Cod. 3
de vſur.Bald. in l.ſi fideiuſſor,§.fin. in 1. lect. vbi etiam Iaſ.
col.1.ff qui ſatiſd.cog. & in l.acceptam,num.6. Cod. de vſur.
vbi etiam Salic.col.1.Iaſ.in l.1.in fin. num.7. ff.de off. eius,
Aufrer.in Clement.1.de off.ord.& in tract.de poteſt.iudic.ſæ-
cul.reg.2. fall.14.num.14.Afflict.deciſ.24.n.3.Tiraquell.de
retract.conuent.§.4. gloſſ.7. numer.9. Marant. de ord. indic.
part.4.diſtinct.11.numer.37.Carroc.in tract.de depoſit. par-
te 1. titul. de caſu , num.40. vbi alios allegat. Marth.
de iuriſdiction. part.4. caſ.104. num.8. qui ideò etiam do-
cent, quod ſi Iudex laicus elegit Clericum depoſitarium
laicorum , tunc idem Iudex laicus decernere debet de-
poſitum eſſe reſtituendum , adeò vt Clericus non poſ- 4
ſit declinare illius iudicium reſpectu cognitionis.
Benè verum eſt , quod hæc opinio reſpectu Clerici
non poteſt procedere per modum coactionis , quia tunc
Iudex laicus non habet in eum vim coactiuam , & iuriſ-
dictionem in cogendo , quia Clericus non poteſt eius 5
iudicium acceptare , & prorogare, nec expreſsè , nec ta-
citè , neque etiam indirectè , vt ex textu in c. ſi diligenti,
de for. compet. dixerunt Innoc. Hoſt. Butr. Abb. & Fe-
lin. in c. verùm , eod. & in terminis Tiraquell. d. gloſſ. 7.
num.10. pulchrè Marth. d. cap.104. num.9. Tuſch.littera
I, concluſ.451. num.29. Graſſ. de eff. Cler. eff.1. num.855.
in fin. Dian. moral. parte prima, tract.2. reſolut.21. & ego
dixi controuerſ. forenſ.44. numero 49. qui docent ideò
adeundum eſſe iudicem Eccleſiaſticum , qui cognita
cauſa cogat Clericum ad depoſitum reſtituendum : 6
pulchrè Gratian. diſcept. 8. numero 29. 30. 31. qui in
Clerico limitat illam propoſitionem , quia ille etiam
ratione depoſiti debet conueniri in foro Eccleſiæ.
Non ſic eſt , quando laicus ſe obligauit in foro Ec-
cleſiæ ad depoſitum reſtituendum , quia ipſe poteſt iu-
dicis Eccleſiaſtici iuriſdictionem prorogare , & illi ſe
ſubmittere. Alexand. in l.1. §. & poſt operis , num.15. de 7
nou. oper. nunt. Marth. dict. part.4. caſ.175. numero tertio,
Giurb. conſil.59. ſub num.91. & ego dixi dict. controuerſ.
44. num. 21. vbi alios allegaui, & propterea licèt ſit lai-
cus , poteſt tamen conſtringi ad depoſitum reddendum
per iudicem Eccleſiaſticum , in cuius foro ſe obligauit, 8
vnde



vnde hoc officium habet à iudice,& ſic ſine libello,& fi-
gura iudicij poteſt cogi,vt ſoluat depoſitum creditori,ex
9 l. eum pro quo,ff.de in ius voc. Bald. in l. acceptam,num.5.6.
C.de vſur.pulchrè Surd. conſil.280. num.11. in fin. & ego
dixi d. cap.44. num.51. contra enim depoſitarium huiuſ-
modi non proceditur per modum iudicij , ſed executiuè,
& ex conſequentia officij ſuſcepti,& ſic ille eſt Iudex, in
10 cuius actis factum eſt depoſitum, licèt aliàs eſſet incom-
petens, ex d.l.acceptam, vbi Bald. num.6. Carroc. d.tit.de
caſu , num.41. Surd. d. conſil.180. num.10. in fin. Farinac.
in prax. quæſt.8. num.123. & ego dixi d.cap.44. num.51.
& per totum.
Nam ratione dependentiæ , & connexitatis quis effi-
citur iudex cauſæ , qui aliàs de ea non potuiſſet cognoſ-
11 cere,ex Innoc.in c.cùm M.Ferrarienſ.in fin.de conſtit.Felin.
in c.ſuper litteris,de reſcript.DD. in l.quoties, vbi Iaſ.C. de
iudic.Surd.conſil.280.num.12.& Giurb.conſ.80.num.28. &
ego dixi d. cap.44. num.39. ita ratione connexitatis ne-
gotij Iudex Eccleſiaſticus erit competens contra laicum
depoſitarium, etenim qui deponit, conſentit vt creditor
repetat depoſitum ; & ideò tanquam ex pacto eius taci-
12 to,cui conſentit depoſitarius ſe obligando ad depoſiti re-
ſtitutionem,creditor agere cenſetur,ex l.Publia, in princ.
ff.depoſit.Bald.in d.l.acceptam,num.5.C. de vſur.
Et ſanè dictus depoſitarius etiamſi eſſet exemptus à
iuriſdictione iudicis Eccleſiaſtici , tamen dum coram eo
comparuit , & ei ſe obligauit pro reſtitutione depoſiti,
13 amiſit priuilegium exemptionis ; ſiquidem in iudiciis
quaſi contrahitur,l.3.§.ſcribit,ff. de pecul. ideò ratione ta-
14 lis contractus ille efficitur iudicis ſubditus,qui aliàs non
erat,l. hæres abſens,§. proinde,ff.de iudic. Auth. qua in Pro-
uincia,vbi DD.C.vbi de crim.agi oport.Iaſ.in l.fin.ſub n.62.
ff.de conſtit.Princ.Caccialup.in l.cunctos populos,num.107.
C.de Sum.Trin.Alexand.conſ.164.num.3.lib.6.Rol.conſ.48.
num.19.20.lib.3. vbi probat , quod etiam Clericus , qui
non eſt ſubiectus ſtatutis laicorum , tamen ſi agit coram
indice ſæculari, debebit ſeruare illa quoad ordinem pro-
15 cedendi:ergo etiamſi laicus non ſubſit iuriſdictioni iudi-
cis Eccleſiaſtici, tamen ratione contractus iudicialis effi-
citur ei ſubditus,& tenetur ei obedire.
Vnde cùm depoſitum ſit valde priuilegiatum, adeò vt
ſummariè in eo procedatur , l. fin. C. depoſit. quia ſecun-
16 dùm omnes paratam habet executionem, ex Gratian. diſ-
cept.174.num.2. quod procedit etiam in depoſito irregu-
17 lari,& confeſſionato,quia iiſdem gaudet priuilegiis ſecun-
dum veram,& communẽ opinionem,ex Curt.Iun.l.2.col.6.
ff.ſi cert.pet.& in l.bona fides,col.pen.ff.depoſit.Rol. conſ.17.
num.18. lib.1. Surd. conſil.246. num.9. Mantic. de tac. &
amb. conuent. lib.10. titul.10. numero 12.& ſeqq. Gratian.
diſcept.728. numero 27. 28. latè Carroc. de depoſit. parte
prima , quæſt. ſecunda , numero 10. 11. & ſequent. vbi te-
ſtatur de communi,& recepta opinione, & propterea de-
poſitarius executiuè cogitur depoſitum reſtituere , adeò
vt nequeat appellare,l.pen.vbi Bartol.Bald.& Caſtr.C.de-
poſit. Boer. deciſ.295. num.7. Gratian. diſcept. forenſ.665.
num.21. libr.4. vbi vide , quia pulchrè loquitur : latè
18 Carroc. de depoſit. part.1. tit. de caſu, num.65. vbi multos
allegat.
Vnde ſi pater puellæ prætendat non teneri ad relaxa-
tionem depoſiti,quia profeſſio fuerit facta in infirmitate,
& velit defendere depoſitarium , tenetur coram eodem
19 iudice cauſam defendere in terminis , in quibus reperi-
tur, l.venditor ab emptore,vbi gl.& DD.ff. de iudic.Capyc.
deciſ.197.num.2. Gram. deciſ.21. num.2. Honded. conſ.25.
num.14.15.17.lib.1.& ego dixi controu.for.cap.17.num.33.
vbi alios allegaui. Ergo nullo modo licet forum Eccleſiæ
declinare , ſiue ex parte depoſitarij , ſiue ex parte partis
puellæ.
Non obſtat,quod actor debeat ſequi forum rei , quia
id motiuum iam ſublatum eſt , ex quo non procedit in
eo , qui conſenſit in iudicem , & ei ſe ſubiecit ſe obli-
20 gando coram eo, vt in depoſitario, ex d.l. fin.§.pen. C. de
bon. auth. iudic.poſſ.Bald. in d.l.acceptam,num.7. C.de vſur.
Non obſtat , quod depoſitarius ſit conueniendus co-
ram ſuo iudice , quia id procedit in depoſito extraiudi-
ciali ; tunc enim depoſitarius non conſenſit in iudicem: 21
ſic Marth. dict. caſ. 104. numero 3. 4. 5. vbi latè adducit
rationes.

## CAPVT CXCV.

### Epitome.

Cenſus annuus an poſſit præſcribi, & an comprehendatur ſtatuto vetante dari audientiam creditoribus poſt lapſum certi temporis.

### Svmmarivm.

1 *Inſtrumentum publicum probat, & facit rem manifeſtam.*
2 *Pacta ſunt ſeruanda.*
3 *Minoris bona non poſſunt alienari, niſi ære alieno vrgente.*
4 *Forma non ſeruata actus eſt nullus.*
5 *Minor non poteſt ſuper bonis ſuis conſtituere cenſum.*
6 *Præſcriptio ſtatutaria tollit ius creditoris.*
7 *Minor ſolemniter contrahens obligatur.*
8 *Minor non poteſt alienare niſi ex neceſſitate, vel vtilitate.*
9 *Minor cum ſolemnitate alienat validè cenſum,& creat.*
10 *Decretum iudicis in contractu minoris habet præſumptionem pro ſe.*
11 *Minor cum ſolemnitate fideiubens obligatur.*
12 *Decretum iudicis efficit, vt omnia præſumantur ritè facta.*
13 *Minoris bona poſſunt alienari ob æs alienum, vel ſimilem cauſam.*
14 *Minor poteſt alienare pro domo reparanda, & redimenda.*
15 *Minor non debet locupletari cum aliena iactura.*
16 *Minoris in vtilitatem verſum eſſe pretium quis probare debeat.*
17 *Minor ſolemniter vendens tenetur probare pretium non fuiſſe verſum in eius commodum.*
18 *Cenſus emptor poteſt ſoluere pretium minori.*
19 *Identitas pecuniæ ſolutæ quomodo probetur.*
20 *Prædium cenſetur emptum ex pecunia ſtatim habita.*
21 *Solutio de eadem pecunia quando præſumatur facta.*
22 *Quæ incontinenti ſiunt, ineſſe videntur.*
23 *Identitas pecuniæ præſumitur in inſtrumentis eodem die, & iiſdem teſtibus factis.*
24 *Incontinenti quid factum eſſe dicatur.*
25 *Inſtrumenta incontinenti facta, vnicum factum eſſe videntur.*
26 *Contractus duo poſt breue tempus facti præſumuntur correſpectiui.*
27 *Contractus plures inter eoſdem eodem die facti, cenſentur facti vnus gratiâ alterius.*
28 *Minor factus maior lapſo quinquennio,cenſetur ratificaſſe contractum nullum.*
29 *Ratificatio lapſo quinquennio, præſumitur in minore facto maiore.*
30 *Minori poſt vigeſimumquintum annum lapſo quadriennio non datur reſtitutio.*
31 *Carpi ſtatutum declaratur.*
32 *Ex diuerſis non fit illatio.*
33 *Statuta ſunt ſtrictè intelligenda.*
34 *Inſtrumentum habet pro ſe præſumptionem validitatis.*

*35 Minor quando teneatur probare nullitatem contractus, & inſtrumenti.*
*36 Cenſus quando poſſit conſtitui, & vendi à minore.*
*37 Præſcriptio eſt impiiſſimum remedium.*
*38 Præſcriptio omnis requirit bonam fidem formalem, & poſitiuam.*
*39 Poſſeſſor malæ fidei nunquam præſcribit.*
*40 Cenſus non præſcribitur cum mala fide.*
*41 Mala fides impedit præſcriptionem, etiam immemorabilem.*
*42 Ignorantia probabilis non cadit in foro proprio.*
*43 Præſcriptio ſtatutaria non procedit cum ſcientia rei alienæ.*
*44 Scire, vel ſcire debere paria ſunt ad præſcriptionem impediendam.*
*45 Ignorantia ſupina non admittitur.*
*46 Præſcriptio ſtatuti non datur in eo, qui primò confeſſus eſt cenſum.*
*47 Bona fides non præſumitur, vbi præponderat præſumptio ſcientiæ debiti.*
*48 Præſcriptio ſtatutaria non procedit contra eum, qui iuſtè ignorauit creditum.*
*49 Negligentia præſupponit ſcientiam, & faciendi potentiam.*
*50 Statutum contra creditorem negligentem non comprehendit ignorantem.*
*51 Ignorantia probabilis excuſat creditorem à præſcriptione.*
*52 Hæres habet iuſtam ignorantiæ cauſam facti defuncti.*
*53 Probabilis ignorantiæ exemplum.*
*54 Creditor non eſt propriè, qui rem ſuam petit.*
*55 Præſcriptio ſtatuti contra creditores non afficit actionem realem, vel in rem ſcriptam.*
*56 Cenſus quid ſit, & pro eo datur actio realis.*
*57 Cenſus producit etiam actionem perſonalem, & quando.*
*58 Præſcriptio ſtatutaria non comprehendit cenſum, & quare.*
*59 Cenſus, & præſtationes annuæ non præſcribuntur, & quare, & quomodo.*
*60 Statutum odioſum non extenditur, & prout ſonat, intelligitur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

CONdemnandus eſt D. Antonius Guriſius ad ſoluendum annuos cenſus librarum 200. decurſos, & decurrendos ad fauorem D. Anton. Lælij iuxta formam inſtrumenti facti ſub die 2. Maij 1614. de quo in actis, quod cùm ſit probatio probata, & euidens, & contineat omnes
1 ſolemnitates conſenſus attinentium, & decreti iudicis, non eſt dubitandum, quin plenam faciat fidem, cùm ſit in forma probanti. Bald. *in l. intereſt, num. 2. C. de ſolution.* Tiraq. *de retract. lign. §. 3. gloſſ. 1. num. 20.* Menoch. *libr. 3. quæſt. 65. num. 8. de præſ.* Seraphin. *deciſ. 1134. num. 2.* & *deciſ. 1406. num. 1.* Rot apud Rubeum *deciſ. diuerſ 327. nu-*
2 *mer. 1. p. 6.* & propterea dicto D. Giuriſio dici poteſt: Solue, quia ita conueniſti mecum, vel cum meo anteceſſore; ideò pacta debes ſeruare, *leg. 1.* vbi DD. *ff. de pact. cap. 1. qualiter, eod.* Abb. *in cap. per tuas, num. 5. in fin.* & *num. 13. de arbitr.* Rot. apud Rubeum *deciſ. 58. num. 5.* vbi alios allegat, & *deciſ. 172. num. 5.* vbi dicit nihil eſſe tam naturale, & æquum, quàm vt pacta ſeruentur. Caualer. *deciſ. 549. numer. 1. 3.* ideò committenda eſt executio dicti inſtrumenti ad formam Statuti Carp. *lib. 2. rubr. 17.* quod tanquam ius commune ſeruandum eſt, *l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.*

Non obſtant in contrarium adducta, & primò, quod res minoris non poſſint alienari, nullo ære alieno vrgen-
3 te, *l. ob æs alienum, C. de præd. min.* Maſtrill. *deciſ. 13. num. 8.* Deinde quia non fuit ſeruata forma Statuti Carp. *lib. 2. rubr. 41.* vbi præcipitur, ne bona pupillorum vendantur ſine proclamationibus, & aliis, de quibus in eo. Tertiò quia D. Camillus Coruus, vnus ex attinentibus inſtrumento adhibitis, non fuerit talis; & ideò non ſeruata forma Statuti, actus corruit, *l. non dubium, C. de legib. l. Iulianus, §. ſed ſi quis, ff. ad exhibend. l. græcè, §. illud, de fideiuſ.*
Quartò quia minor non poteſt ſuper bonis ſuis conſti- 4
tuere, & vendere annuos cenſus, vt per Cenc. *de cenſ. par. 1. cap. 2. quæſt. 1. art. 2. num. 23.* Cyriac. *controu. 74. num. 25.* &
*controuerſ. 219. num. 3.* & denique quia præſcriptione ſta- 5
tutaria, quia per lapſum duodecim annorum creditorum iura tolluntur, ſublatum ius dicti D. Lælij videtur, ex Statuto Carp. *lib. 2. rubr. 28.* de cuius validitate non eſt dubitandum, ex Giurb. *conſil. 8. num. 3. 4. lib. 2.* & ego dixi *controuerſ. 32.* per totam.

Nam reſpondetur omninò ceſſare in caſu noſtro, vbi minor vigintitres annos, qualis eſt dictus Guriſius, natus annos 23, adhibitis ſolemnitatibus à ſtatuto requiſitis in
contractibus minorum, de quibus in ſtatuto Carpi *libr. 2.* 6
*rubr. 42. verſ Volentes,* & in ſtatuto Ferrar. *lib. 2. rubr. 91.* contraxit, quia accedente auctoritate curatoris, conſenſu
attinentium, & decreto iudicis contractus minoris eſt in- 7
frangibilis, vt dicitur in dicto ſtatuto Ferrariæ; & propterea quæ in contrarium allegantur, procedunt, ſi alienatio fiat à minore ſine ſolemnitatibus; tunc enim vt valeat, requiritur euidens vtilitas, vel neceſſitas ipſius, vt per Ma-
ſtrill. *d. deciſ. 13. num. 8.* Cenc *d. art. 2. num. 3.* Surd. *deciſ. 115.* 8
*num. 15.* Cyriac. *d. controuerſ. 219. num. 3. 4.* & ideò ſi fiat impoſitio cenſus à minore cum ſolemnitatibus ſtatutariis, & iuris, valida erit alienatio, vt ex Bald. *in l. iubemus,*
*§. nulli, C. de Sacroſ. Eccl.* Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gloſ. 6. ſub* 9
*num. 6.* dixit Redoan. *de rebus Eccleſ. non alien. quæſt. 18. numer 31.* Foller. *in pract. cenſ. verb. huiuſmodi, num. 38.* & poſt Rot. apud Cenc. *de cenſ. deciſ. 1 num. 11.* docuit idem Cen. *d. art. 2. num. 17. 18. 19. 20.* vbi voluit etiam ſufficere ſolum decretum iudicis, à quo validatur talis cenſus impoſitio, & venditio à minore facta, quia pro decreto præſumitur nedum quoad ſolemnitatem requiſitam pro iuſtitia contractus, ſed etiam quoad ſolemnitatem requiſitam pro validitate decreti: & idem cum Cenc. ſentit Cyriac. *dict. controuerſ 219. num. 4.* vbi alios allegat, qui non negant minorem poſſe annuos cenſus vendere, niſi ſpreta ſtatuti
ſolemnitate, quam conſtat hìc ad vnguem fuiſſe ſeruatam; 10
nam licèt minor neque poſſit pro alio fideiubere, tamen ſi fideiuſſor exiſtat cum ſolemnitatibus Statuti, tenetur promiſſionem adimplere: Rot. apud Farinac. *deciſ. recent. 245. num. 1. 2. part. 2.* Cyriac. *controuerſ. 216. num. 8. part. 2.* ita, & multò magis tenebitur ſoluere cenſum per eum
venditum; cùm pretium receperit pro ſuis indigentiis, 11
meliùs eſt enim alienare cenſus, quàm bona ſtabilia, quia ſemper licitum eſt eos redimere; quod non admittitur in alienatione ſtabilium.

Et ſanè dictus Guriſius non poteſt dictum contractum impugnare, quia in eo obſeruatæ ſunt omnes ſtatuti ſolemnitates, & quia præcipuè interceſſit decretum iudicis, qui ſe informauit, & cauſæ cognitionem adhibuit, ſtante quod in iudicis decreto præſumitur adfuiſſe iuſtam, & veram cauſam, & omnes ſolemnitates interueniſſe, ac ritè, & rectè contractum fuiſſe celebratum, vt per
Alexand. *conſil. 80. num. 4. 5. 10. 11. lib. 5.* & *conſil. 125. nu-* 12
*mer. 5. lib. 1.* Surd. *deciſ. 106. numer. 9.* Puteus *deciſ. 205. numer. 2. lib. 3.* Cyriac. *controuerſ. for. 308. num. 2. 3.* Pic. *ad Stat. Vrb. gl. 21. num. 21. vſque ad num. 31.* Fenzon. *ad Stat. Vrb. cap. 123. num. 23.* adeò vt decretum impugnans debeat eius nullitatem probare. Rota apud Pic. *d. loco, deciſ. 61. num. 2.*

Non obſtant in contrarium adducta, & primò quod bona minoris non poſſint alienari, niſi vrgeat æs alienum,
quia reſpondetur, quod non ſolùm ob æs alienum, ſed 13
etiam ob aliam ſimilem cauſam poteſt fieri talis alienatio, vt per gloſſã *in d. l. ob æs alienum,* vbi Salic. & communiter DD. *C. de præd. minor.* Tuſch. *littera M, concl. 251. n. 4.* prout hìc conſtat, dictum Guriſium habuiſſe neceſſitatem redimendi quandam domum venditam ab eius fratre



tre (cuius ipſe fuerat hæres) cum pacto retrouendendi, & tempus fortè ratihabitionis inſtabat, alioquin lapſo tempore domus cecidiſſet in commiſſum, & ſic non erat opus alia creditoris vrgentia, quia ille in ſolo temporis lapſu ſe fundaſſet, & ſatis vrgere videbatur, dum tempus tranſibat, & domus non reluebatur, & propterea
14 ſicut minori licet alienare bona etiam ſtabilia pro domo reparanda, quia dicitur eſſe caſus neceſſitatis, vt per Bald. *in l. non ſolùm, num. 1. ff. de petit. hær.* dixit Tuſch. *d. littera M, concluſ. 251. num. 12.* quantò magis hoc licebit pro domo redimenda, ne cadat in commiſſum. *Authent. multò magis,* vbi DD. *de Sacroſ. Eccleſ.* Vnde dictus minor dicitur factus locupletior, dum ex venditione cenſus hauſit pecunias pro domo liberanda, quo
15 caſu omnes admittunt eum teneri obſeruare contractum, etiam nullum, cùm nemo debeat locupletari cum aliena iactura, *l. fin. C. de vſucap. pro empt.* gloſſa Bart. Bal. Ang. & communiter DD. *in l. ſi prædium, C. de præd. minor.* Maſtrill. *d. deciſ. 13. n. 2. 3.* Cancer. *var. reſ. lib. 2. c. 1. num. 161.*

Neque dictus D. Lælius tenetur probare dictum Guriſium vendidiſſe ob hanc cauſam, & in eam fuiſſe impenſam pecuniam; cùm ſatis ſit, verè dictam cauſam extitiſſe; nam licèt verum ſit, quando contractus mino-
61 ris eſt nullus, tunc teneri emptorem docere pretium rei venditæ fuiſſe verſum in vtilitatem minoris ad hoc, vt minor obligetur, *l. prædiorum,* & *l. ſi prædium,* vbi DD. *C. de præd. min.* Menoch. *lib. 3. præſ. 84. num. 4.* Cyriac. *d. contr. 219. num. 39.* tamen quando contractus minoris eſt validus, quia obſeruatæ ſunt ſolemnitates debitæ,
17 tunc ſi ille impugnet eum, vel reſcindi petat, debet ipſe probare pretium à ſe fuiſſe deperditum, & malè conſumptum, prout ſic docet, & diſtinguit gloſſa *in dict. l. prædiorum, in verb. conſtiterit,* vbi multa iura allegat, & ibidem Bart. Bald. Salyc. & latè Alb. & *in d. l. ſi prædium, C. de præd. min.* Luc. de Peña *in l. 3. præſ. 178. C. de apoch. publ. lib. 10.* Corn. *conſ. 71. num. 6.* & *conſil. 72. num. 9. lib. 3.* Soc. *conſ. 15. num. 22. lib. 1.* Natt. *conſil. 631. num. 5. lib. 3.* Rim. Iun. *conſ. 5. num. 76.* pulchrè, & latè Menoch. *d. præſ. 84 num. 3. 4. 5. 6.* vbi alios allegat, & de communi teſtatur: perbellè etiam ſic diſtinguit, & docet Cancer. *var. reſol. lib. 2. cap. 1. num. 270.* de communi teſtans, & in terminis venditionis cenſus ita tenet Cenc. *de cenſibus, part. 1. cap 2. quæſt. 1. art. 2. num 38. 39.* vbi
18 dicit, quod emptor cenſus non tenetur eſſe ſollicitus, vt pecuniæ conuertantur in vtilitatem minoris, quia ſoluendo liberatur, nec tenetur probare verſionem in eius vtilitatem; & maximè ſi ex circunſtantiis, vt hic, poſſit probari pecuniam fuiſſe verſam in commodum minoris.

Nam in caſu noſtro, licèt probatio non ſit neceſſaria, tamen eſt euidens; ſiquidem conſtat dictum Guriſium eodem die, in eodem loco, teſtibus iiſdem, & eodem Notario rogato ſoluiſſe D. Gabrino pro reluenda dicta domo eandem pecuniæ ſummam, ſcilicet libras 200. prout totidem receperat ex venditione cenſus; & ideò ſtantibus his circumſtantiis, præſumitur eum ſoluiſſe
19 eandemmet pecuniam dicto Gabrino, quam eodem die receperat à D. Lælio ex cenſus alienatione: *ſic ex leg. ſi ventis, §. fin. de priuileg. cred.* & *l. fin. C. de pignor.* Bart. *in l. Ariſto, num. 5. ff. quæ res pign. oblig. poſſ.* Bald. *conſ. 493. num. 4. lib. 4.* pulchrè Tiraq. *de retract. lign. § 32.*
20 *gl. vnic. num. 24.* vbi docet vendentem ſi confeſtim venditione facta pecuniam in emptionem prædiorum conuerterit, præſumi vendidiſſe, vt emeret, & ſubſtituéret rem emptam loco rei venditæ. Capyc. *deciſ. 194. num. 15.* pulchrè Franch. *deciſ. 97. num. 4. 5.* Borgn. *deciſ. 15. num 5. part. 4.* Surd. *deciſ. 55. num. 8. 9. 10.* & *deciſ. 105. num. 8.* pulchrè Menoch. *de arb. iud. caſ. 432. num. 38. 39.* & *lib. 3. præſ. 55. num. 8.* meliùs, & in terminis cenſus Cyriac.
21 *d. contron. 219. num. 65.* vbi ex eo, quod eodem loco, & tempore, & coram iiſdem teſtibus, & Notario quis fecit inſtrumentum cenſus, propter modicum temporis
interuallum præſumitur ſolutio de eadem pecunia facta: 22
& ſanè quæ in continenti fiunt, ineſſe videntur, *l. lecta, §. dicebam, ff. ſi cert. pet.* & in terminis de duobus in-
ſtrumentis ſic factis coram iiſdem teſtibus, & Notario, 23
& eodem tempore, Tuſch. *littera I, concl. 81. num. 9.* vbi
alios allegat; in quo aduertendum eſt in continenti dici 24
factum, quod eodem die factum eſt, vt poſt Bald. *in conſ. 34. num. 10. lib. 5.* dixit Tuſch. *d. littera I, concl. 80.*
*num. 5.* & propterea hæc duo inſtrumenta venditionis 25
cenſus, & redemptionis domus vnicum factum eſſe videntur, & ſimul facta dici poſſunt, ex Bart. *in l. in operis, ff. locat.* Tuſch. *d. concluſ. 80. num. 4.* Nam ſecundus actus videtur eſſe continuatiuus ad primum, *l. continuus, de verbor. oblig.* & ideò duo contractus in continenti, vel
poſt breue tempus facti coram iiſdem Notario, & teſti- 26
bus præſumuntur correſpectiui, & vnus factus contemplatione alterius. Alex. *conſil. 90. col. fin. verſ. nec habent, lib. 3.* Corn. *conſ. 117. num. 14. lib. 2.* Crau. *conſ. 153. n. 8.* Tuſch. *littera C, concl. 1043. num. 1.* & *1044. num. 1.* & *littera I, concl. 81. num. 5.* & pulchrè in terminis Menoch.
*lib. 6. præſ. 12. num. 5.* vbi dicit, quod ſi quis celebrauit 27
plures contractus eodem die, & loco, & coram iiſdem teſtibus, vnus præſumitur factus gratiâ alterius: ſic etiam Cyriac. *d. contr. 219. n. 66.* ideò nullum remanet dubium, quin præſumatur dictus Guriſius cenſum prædictum creaſſe, & vendidiſſe gratiâ redimendi dictam domum; & ſic pretium illius fuiſſe in eius vtilitatem conuerſum; vnde ſi ſoluit fructus cenſus, lucratur etiam fructus domus.

Verùm dato etiam, quod alienatio dicti cenſus fuiſſet in aliquo defectuoſa, tamen quia Guriſius factus maior 25. annis per quin quennium tacuit, nec inſtrumentum impugnauit, cenſetur illud ratificaſſe, etiamſi nullum eſſet, nec poteſt infringere dictam alienationem, etiamſi debitis careret ſolemnitatibus, cùm ſit ex cauſa oneroſa ex empto, & vendito, licèt in cauſis lucratiuis requiratur
decennium, & ſic per lapſum quinquennij non poteſt 28
ampliùs contradicere dicto contractui, quem ratificaſſe præſumitur, ex textu *in l. fin. Cod. ſi maior. fact. alien. rat. hab.* Pariſ. *conſ. 16. num. 95. lib. 2.* Cacher. *deciſ. 58. num. 12.* Simoncell. *de decretis lib. 3. tit. 9. num. 85.* Surd. *conſ. 576. num. 19.* Cyriac. *contr. 181. num. 72. 73.* & *contr. 308. num. 41. 56.* pulchrè Mantic. *de tac. & amb. conu. lib. 4. tit. 6. num. 64. 65.* vbi docet ita per lapſum quinquennij ratam cenſeri venditionem à Minore factam
ſine ſolemnitatibus, vt id trahatur retro ad tempus con- 29
tractus perinde ac ſi ab initio legitimè fuiſſet factus: latè etiam hoc tradit Cancer. *var. reſol. lib. 2. cap. 1. num. 34. 35.* vbi multos allegat, & in terminis cenſus idem docuit Cenc. *de cenſ. part. 1. cap. 2. quæſt. 1. art... num. 23.* vbi etiam de communi teſtatur, & *num. 31.* ad rem Gratian. *diſcept. 879. num. 17.*

Ideò multò minùs dictus contractus poteſt reſcindi per reſtitutionem in integrum, quatenus dictus minor poſſet
dici læſus ab eo, vel alia ratione vellet dictum contra- 30
ctum reſcindere; quia ob lapſum quadriennij poſt legitimam ætatem ceſſat beneficium reſtitutionis in integrum, *ex l. fin.* vbi DD. *C. de temp. in integr. reſt.* Odd. *de reſtit. in integr. quæſt. 19. art. 1. n. 4.* Rot. apud Pic. *ad Stat. Vrb. deciſ. 63. n. 22.* latè Cancer. *variar. reſolut. lib. 2. c. 1. n. 233.* Vnde apertè cognoſcitur dictum Guriſium teneri ſeruare dictum contractum, quia ceſſat beneficium nullitatis, & reſtitutionis.

Secundò non obſtat Statutum Carp. *lib. 2. rubr. 41.* quia loquitur de contractibus pupilli, ſeu eius bonorum alienatione, non autem de maiore 14. annis, licèt minore 25.
prout tam in rubro, quàm in nigro legitur: nos autem 31
verſamur in minore 25. annis, ideo recurrendum eſt ad aliud Statutum Carp. *lib. 2. rubr. 42.* vbi traditur forma in
contractibus minorum ſeruanda. Vnde cùm hæc diuerſa 32
ſint, & ſpecialem habeant prouiſionem, non eſt arguen-

dum

dum ab vno ab alterum, *l. Papinian.* §. *exuli, ff. de minor.*
*l. inter ſtipulantem,* §. *ſacram, de ſtipul. l. fin. de rit. nupt.*
33 & maximè in Statutis, quæ ſtrictè ſunt intelligenda, &
non poſſunt extendi, niſi ad ſpecificata, vt ego dixi *contr.*
*for.* 86. *n.* 8. 9. 10. & quatenus contractus fuiſſet nullus,
per lapſum quinquennij poſt minorem ætatem fuit con-
ualidatus. Cyriac. *contr.* 308. *n* 41.

Tertiò non obſtat, quod D. Camillus Corrus non eſſet
conſanguineus dicti minoris, ideò non potuerit dicto
iuſtrumento conſentire. Nam reſpondetur id non fuiſſe
34 probatum pro parte dicti Guriſij minoris, cui id onus
incumbit; ſiquidem ſe fundans in nullitate inſtrumenti,
debet eam probare, quia præſumptio ſtat pro inſtrumen-
to: ſic *ex l. generaliter,* §. *ſi petitum, in fin. de fideicom.*
*libert.* gloſſa *in l.* 1. *C. de fid. inſtr.* & poſt Maſc. Menoch.
& alios inquir Cyriac. *d. controu.* 308. *n.* 5. 6. 7. & magis
in terminis de contractibus minorum Ludouiſ. *deciſ.* 459.
35 *num.* 10. vbi Beltram. *num.* 12. Coccin. *deciſ.* 403. *num.* 4.
*verſ.* Neque releuat, Farin. *deciſ. poſth.* 469. *num.* 1. *& ſeqq.*
*part.* 1. vbi in ſpecie de hoc defectu: imò cùm attinen-
tes, qui dicto inſtrumento interuenerunt, iurauerint ſe
eſſe tales, non poteſt dictus minor contrarium probare,
nec directè, nec indirectè; ſed contractus eſt irreuocabilis
& infrangibilis, vt dicit, & decernit Statutum Ferr. *lib.* 2.
*rubr.* 91. *verſ. quo caſu*: quod Carpi ſeruatur in defectum
Carpenſium ſtatutorum, vt dixi *contr.* 37. *num.* 2. 3.

Quartò non obſtat, quod minor non poſſit vendere
cenſus, quia iam reſponſum eſt id procedere, ſi venditio
fiat ſine ſolemnitatibus, non autem ſi ſeruentur ſolemni-
36 tates Statuti, ex Cenc. *de cenſ. dict. art.* 2. *num.* 17. 18. 19.
Cyriac. *d. contr.* 219. *num.* 4. hìc autem ſeruatæ ſunt ſo-
lemnitates. Ergo, &c.

Quintò non obſtat ſtatutaria, præſcriptio ob lapſum
duodecim annorum. Nam primò reſpondetur, hoc eſſe
refugium miſerorum, & remedium periculoſum, & odio-
ſum, & præſidium impiiſſimum, vt per Carpan. *ad ſtat.*
37 *Med. part.* 1. *cap.* 113. *n.* 2. 3. ideò ceſſare, quotieſcunque
debitor eſt in mala fide, quia omnis præſcriptio in ſui
initio requirit bonam fidem formalem, & poſitiuam, vt
docet Probus *ad Monac. in cap.* 2. *num.* 22. *de præſcript.*
*in* 6. Alex. *conſ.* 228. *n.* 6. *lib.* 6. puchrè Auguſtin. Barboſ.
38 *in rub. C. de præſcript.* 30. *vel.* 40. *annor. num.* 280. poſſeſſor
enim malæ fidei nunquam præſcribere poteſt, ad textum
39 *in cap. fin.* vbi gl. & DD. *de præſcript.* Salic. *in l. ſicut,*
*num.* 3. *C. eod.* Balb. *de præſcr.* 4. *part.* 4. *princ. quæſt.* 3. *n.* 2.
Couar. *var. reſ. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 5. Grilinz. *conſil.* 102.
*num.* 4. 5. Menoch. *de arb. iud. caſ.* 225. *num.* 1. Carpan. *ad*
*ſtat. Mediol. cap.* 113. *num.* 47. 48. 49. Aug. Barboſ. *in l.*
*cùm notiſſimi, num.* 16. *C. de præſcript.* & ego dixi *contr.* 32.
*num.* 22. latè Bonacin. *de contract. diſp.* 1. *q. vlt. p.* 2. §. 2.
*num.* 14. vbi de communi, & in puncto materiæ cenſus
latè Cenc. *de cenſ. p.* 3. *c.* 1. *q.* 8. *art.* 1. *num.* 11. 12. 13. vbi
40 multos allegat, & docet, quod mala fides impedit præ-
ſcriptionem etiam immemorabilem: ad rem Gratian.
41 *diſc.* 995. *n.* 5. 6.

Et propterea iſte Guriſius non poteſt dicere ſe eſſe,
vel fuiſſe in bona fide, cùm ipſe creauerit cenſum, & il-
lum vendiderit D. Lælio, & ſic verſemur in facto eius
proprio, & notabili, ſtante celebratione inſtrumenti ſo-
lemniter facti cum iudicis decreto, & conſenſu attinen-
tium, & curatoris; & propterea cùm in facto proprio
42 non cadat ignorantia probabilis, *leg. cùm putarem,* & *l.*
*poſt diuiſionem, C. famil. erciſc. l. item quæ,* §. *ſi fullo, ff. locat.*
gloſſa *in l. plurimùm, verſ. in meo, ff. de iur. & fact. ignor.*
Seraph. *deciſ.* 553. *n.* 4. non poteſt eſſe in bona fide, ſciens ſe
eſſe debitorem cenſus; & propterea non potuit vnquam
præſcribere, ſiquidem ſcientia debiti, & rei alienæ non
admittit hanc ſtatuti præſcriptionem ob peccatum reſul-
43 tans ex ea, vt per Bald. *in l. neque creditores, num.* 2. *C.*
*de pign. act.* Balb. *de præſcript.* 3. *part.* 6. *princ. quæſt.* 2. *n.* 8.
Couar. *in cap. poſſeſſor,* 2. *part.* §. 11. *num.* 3. *ad fin. de reg.*
*iur. in* 6. Menoch. *d. caſ.* 225. *num.* 15. vbi dicit ſatis eſſe,
quod ſciat rem eſſe alienam, vel ſcire debeat. Maſcard.
*de probat. concluſ.* 1051. *num.* 36. 37. vbi multos allegat, &
probat paria in hoc eſſe ſcire, vel ſcire poſſe, aut debe- 44
re. Grilinz. *d. conſ.* 102. *num.* 7. 8. 13. 14. Aug. Barboſ. *ad*
*l.* 3. *num.* 62. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* Magon. *deciſ.*
*Lucenſ.* 60. *num.* 14. Cancer. *var. reſ. libr.* 1. *cap.* 15. *num.* 24.
*verſ. verùm,* & *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 113. qui alios allegat, &
& ego dixi *d. controu. for.* 32. *numer.* 28. 42. non enim igno-
rantia ſupina admittenda eſt, *leg. nec ſupina, ff. de iur. &*
*fact. ignor.* ideò hanc ſtatutariam præſcriptionem non
procedere in eo, qui primò confeſſus eſt cenſum, dixit
Bouius *de Stat. præſcr. vrb. gl.* 19. *num.* 221. *verſ. & qua-* 45
*tenus*, non alia, credo, ratione, niſi quia hic ſemper eſt
in mala fide ex ſcientia debiti, & rei alienæ; licèt enim
præſumatur bona fides, tamen id procedit in ignoran- 46
te, non autem quando præponderat coniectura, & præ-
ſumptio ſcientiæ debiti; tunc enim ceſſat ſolutionis præ-
ſumptio. Gabriel *dict. conſ.* 148. *num.* 12. 13. *lib.* 2. & Fen-
zon. *in annot. ad Stat. Vrb. cap.* 158. *num.* 35. 36. 37. vbi
pulchrè loquitur, & reddit rationes, dicens, etiam in 47
dubio fauendum eſſe in hac materia creditori, qui tra-
ctat de damno vitando, & reſtringendam eſſe diſpoſitio-
nem dicti Statuti odioſi, quantum fieri poteſt: & hoc
ſolùm ſufficere poſſet ad condemnandum dictum Guri-
ſium.

Secundò reſpondetur, dictum Statutum de præſcri-
ptione duodecim annorum non procedere contra credi-
torem, qui habuit iuſtam cauſam ignorantiæ debiti, ſeu
crediti; & ideò non cadit à iure ſuo, ſi intra tempus
prædictum non petiit debitum, & ei ſuccurritur, ſaltem
per reſtitutionem in integrum, ex clauſula generali; *ſi* 48
*qua mihi iuſta cauſa*: negligens enim in exigendo dici
non poteſt, cùm ignoranti culpa non poſſit imputari,
neque vlla negligentia, ad textum *in l. argentum, ff. commod.*
*cap.* 2. & *c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præbend.* quia ne-
gligentia præſupponit ſcientiam, & faciendi potentiam,
*l.* 1. *in fin. C. de ann. except. l. genero, ff. de his, quæ not.* 49
*infam.* Rim. *conſ.* 528. *num.* 21. ideò certum eſt ſtatutum
prædictum pœnam creditori negligenti imponens non
comprehendere creditorem ſibi debitum iuſtè ignorantē, 50
gloſſa *in c. quàm ſit,* §. *electus,* vbi Ioan. Andr. Gem. Archid.
& Franch. *de elect. in* 6. Compoſtell. *in c. cùm te, de re-*
*ſcript.* in terminis notat Ang. Butr. *conſ.* 45. *n.* 4. videndus
Dec. *conſ.* 38. *num.* 7. *verſ. & dato.* Ioan. de Monte Sperell.
*in d. l. genero,* Rebuff. *in tract. de famul. ſalar. gl.* 10. *num.* 2.
Menchac. *c. lib.* 2 *contr. illuſtr. c.* 76. *in fin.* Mareſc. *var. reſ.*
*lib* 2. *c.* 67. *num.* 37. *verſ.* 5. & *num.* 40. perbellè Cancer. *var.*
*reſol. lib.* 1. *c.* 15. *num.* 26. vbi in terminis ſic declarat: pul-
chrè etiam Fenz. *ad Stat. Vrb. d. c.* 158. *num.* 68. 69. 70. vbi
requirit ignorantiam probabilem in creditore debitum
non petente, & ita limitat ſimile Statutum Romæ. Sed 51
ſic eſt, quod iſte D. Antonius Lælius habuit iuſtam cau-
ſam ignorandi hunc cenſum, quia ipſe illum non emit,
ſed fuit acquiſitus ab eius fratre, cuius hæres fuit; etenim
qui ſuccedit in locum alterius, habet iuſtam ignoran-
tiæ cauſam, & hæres probabiliter ignorare cenſetur fa- 52
ctum defuncti, ad textum *in l. qui in alterius*, vbi Dec. &
Cagn. *de reg. iur.* Oldr. *conſ.* 270. *num.* 4. Abb. *conſ.* 3. *num.* 5.
*verſ. & cùm alteri, libr.* 2. Alex. *conſ.* 71. *n.* 5. *libr.* 1. Tuſch. *lit-*
*tera I, concl.* 18. *n.* 1. Ludouiſ. *deciſ.* 511. *num.* 28. & in termi-
huius Statuti poſt Rot. coram Orano *in Romana reddi-*
*tionis rationis,* 15. *Martij* 1559. dixit Fenzon. *ad Stat. Vrb.*
*d. c.* 158. *n.* 71. vbi in propoſito docuit probabilem eſſe 53
ignorantiam, quæ in hærede conſideratur: ergo ceſſat
omnis difficultas.

Tertiò denique reſpondetur, hoc Statutum de præſcri-
ptione 12. annorum habere locum ſolùm in actionibus
perſonalibus, & illis tamen hypothecariis, quæ perſonali-
bus adhærent; cùm enim ſit odioſum, & iuris communis 54
correctorium, non poteſt extendi ad actiones reales, vel
in rem ſcriptas, quibus cēſus petitur, quoniam is, qui rem
ſuam petit, non eſt propriè creditor, ſecundùm gloſſam *in*
§. 1.



§ 1. vbi Bald. *num.* 30. Iaſ. *num.* 90. & Aret. ac alij DD. com-
muniter, *Inſt. de action.* Fenzon. *d. c.* 158. *num.* 19. 20. & pro-
pterea cùm hoc ſtatutum loquatur de creditoribus, non
comprehendit eum, qui habet actionem realem, vel in
55 rem ſcriptam, ex Felin. *in c. fin. de præſcript.* vbi DD. com-
muniter, Bald. *conſ.* 485. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 46. *col.* 2. *lib.* 1. & in
terminis cenſus Gabriel *conſ.* 148. *n.* 6. 7. *lib.* 2. & de com-
muni, ac magis communi in actione reali teſtatus eſt Bo-
uius *de ſtatut. præſcript. Vrb. gl.* 23. *n.* 8. 9. 10. vbi etiam plu-
rimos pro hac parte allegat: & de communi etiam Grat.
*conſ.* 41. *n.* 7. Rim. Iun. *conſ.* 37. *n.* 67. Couar. *var. reſol. libr.* 2.
*c.* 14. *n.* 1. Gabr. *de præſcr. concluſ.* 4. *n.* 7. latè Mareſc. *d. lib.* 2.
*c.* 67. *n.* 27. 28. 29. vbi ſæpiùs à Rot. Romana ſic teſtatur
56 eſſe iudicatum: pulchrè etiam Fenzon. *in annot. ad Statut.*
*Vrb. c.* 158. *n.* 19. 20. vbi allegat multas Rotæ deciſiones,
& *n.* 51. 52. 53. vbi in puncto de cenſu loquitur.

Sed ſic eſt, quod pro cenſu datur actio realis, quia eſt
ius rei cohærens percipiendi certam quantitatem ex re,
cui inhæret, & quaſi ſeruitus quædam, & pars rei, vt per
Couar. *var. reſol. lib.* 3. *c.* 7. *col.* 3. & 8. Gabriel *d. conſ.* 148. *n.* 1.
2. 3. 4. 5. vbi reddit rationes, Crauet *conſ.* 117. *n.* 4. Tiraq. *de*
*retract. lign.* §. 1. *gl.* 6. *n.* 4. Rot. apud Cenc. *de cenſ. deciſ.* 230.
57 *n.* 7. pulchrè Mareſc. *d. c.* 67. *n.* 8. Fenzon. *d. c.* 158. *n.* 51. 52.
53. & licèt quando annuus cenſus, & annua præſtatio tā-
quam res ſibi debita à creditore in iudicio petitur, per-
ſonalis etiam actio competat, non propterea excluditur,
quin etiam principaliter realis actio conueniat ad dicti
ſtatuti excluſionem, vt inquit Mareſc. *d. c.* 67. *n.* 28. *verſ. &*
*licet,* ac Rot. apud Cenc. *de cenſ. deciſ.* 230. *n.* 8. Ergo ſequi-
58 tur cenſum, vel cenſus actionem non eſſe comprehenſam
in hac ſtatutaria præſcriptione, vt docuit Gabr. *d. conſ.* 148.
*n.* 2. 3. 4. Rot. apud Cenc. *d. deciſ.* 230. *n.* 7. 8. *& ſeq.* vbi quod
Rota ita ſæpius iudicauit, Mareſc. *d. c.* 67. *n.* 27. 28. vbi idē
confirmat. Fenzon. *d. c.* 158. *n.* 53. 54. vbi hoc idem teſtatur.

Hæc vera ſunt non ſolùm quoad cēſum, ſed etiam quo-
ad fructus: verùm quia aliqui dubitant circa fructus de-
curſos, tamen nulla eſt dubitatio quoad decurrendos ab
annis duodecim citra vſque ad diem litis; cùm enim de-
bitor non poſſit cogi ad ſoluendum, niſi de anno in an-
num, vel de ſemeſtre in ſemeſtrem, non valenti agere non
currit præſcriptio, & non poteſt ſtatutum operari quoad
fructus decurrendos, quorum dies nondum venit, quia
59 tot ſunt præſcriptiones, quot ſunt anni. Ang. *in l. ſi Sti-*
*chum,* §. *ſtipulata, de verb. oblig.* Bart. & Bald. *in d. l. cùm no-*
*tiſſimi,* vbi Salic. *C. de præſcr.* Bald. *conſ.* 316. *num.* 4. *lib.* 2. So-
cin. Iun. *conſ.* 80. *n.* 24. *lib.* 3. Rota apud Cancer. *deciſ.* 230.
*num.* 11. 12. 13. & *deciſ.* 302. *num.* 1. & *deciſ.* 304. *num.* 2. Can-
cer. *d. tract. par.* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 2. *num.* 17. 18. 19. 21. 22.
Fenzon. *d. cap.* 15. *num.* 54. hoc enim ſtatutum eſt odioſum,
60 ideò non extenditur, & provt ſonat, intelligitur, & non
aliter, etiam ex identitate rationis. Bou. *de ſtat. præſcr. vrb.*
*gl.* 19. *num.* 303. Gabr. *d. conſ.* 148. *num.* 8. 9. Fenzon. *d. c.* 158.
*num.* 19. 53. Verùm in caſu noſtro ceſſat penitus hoc ſta-
tutum, etiam quoad fructus decurſos ex cauſis præceden-
tibus, quæ totaliter defendunt dictum D. Lælium à præ-
dicta ſtatutaria præſcriptione. Et ita, &c. ſaluo, &c.

---

## CAPVT CXCVII.

### EPITOME.

Reus ſe eximens à manibus ſatellitum, & con-
fugiens ad Eccleſiam, etiam cum vinculis, an
gaudeat immunitate.

### SVMMARIVM.

1 *Fera fugiens à manibus venatoris quando cenſeatur in libertatem.*

2 *Delinquens inſecutus ab executoribus fugiens ad Eccleſiam non eſt immunis.*

3 *Adulteram filiam occiſo adultero, an poſſit pater perſequi.*

4 *Animalia inuenta in fundo ſi licet occidere, an liceat perſequi ea extra illum.*

5 *Eccleſiæ appellatione non veniunt muri exteriores.*

6 *Oratorium non dat immunitatem confugientibus ad illud.*

7 *Immunitas conceditur tantùm Eccleſiis, vbi aſſeruatur Sanctiſſima Euchariſtia.*

8 *Fera, quæ incidit in laqueum, an fiat domini illius laquei.*

9 *Fera vulnerata an efficiatur vulnerantis.*

10 *Immunitas conceditur reo inſecuto à Miniſtris iuſtitiæ fugienti ad Eccleſiam.*

11 *Reus an fugiens è manibus executorum, & confugiens ad Eccleſiam, tutus eſt.*

12 *Reus trahens ſecum executores in Eccleſiam gaudet immunitate.*

13 *Damnatus ad triremes fugiens ad Eccleſiam, tutus eſt.*

14 *Reus etiam ligatus catenis fugiens ad Eccleſiam immunis eſt.*

15 *Eccleſia dans immunitatem confugienti quid conſideret.*

16 *Immunitas eſt danda reo confugienti ad Eccleſiam, & ſecum trahenti executores.*

17 *Reus antequam carceretur non eſt plenè ſub poteſtate Curiæ.*

18 *Immunitas datur confugienti ad Eccleſiam fractis carceribus.*

19 *Immunitas non datur reo delicti excepti, quia fractis carceribus fugit ad Eccleſiam.*

20 *Venator quando efficiatur dominus feræ vulneratæ.*

21 *Religioſis quæ adhærent, religioſa ſunt.*

22 *Eccleſiæ parietes exteriores gaudent immunitate.*

23 *Eccleſiæ tectum gaudet eius immunitate.*

24 *Eccleſiæ atrium gaudet eius immunitate.*

25 *Eccleſiæ porta gaudet eius immunitate, & oſtium ipſum etiam clauſum.*

26 *Oratoria priuata non gaudent immunitate.*

27 *Oratorium publicum gaudet immunitate Eccleſiaſtica.*

28 *Finis attenditur in delictis in fauorem rei, non principium.*

30 *Confugiens ad ſtatuas Principis fuit immunis, ſecundùm Ethnicos.*

31 *Immunitas datur damnato ad mortem, ſi confugiat ad Eccleſiam.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1643. de menſe Aprilis fuerunt arreſtati à Curia ſæculari Franciſcus Zepellus, & Alfonſus Bellochius à Cupriaco ob delicta ſæcularia, & dum à lictoribus ducebantur ad carceres, in via exemerunt ſe è manibus eorum, & vnà cum catenis aufugerunt ad Oratorium Ronzinæ; & quia clauſum erat, hæſerunt parieti, & oſtio illius, inuocantes auxilium Eccleſiæ, ſed per vim fuerunt educti à ſatellitibus, & carceribus ſæcularibus mancipati. Vnde Curia Eccleſiaſtica cœpit eos vindicare, & coram Vicario Epiſcopali Regij inſtare pro ſpolij purgatione, & Eccleſiæ reintegratione: quæſitum fuit, quid iuris.

Et ſanè prima facie ex multis videbatur dicendū dictos
reos non gaudere beneficio Eccleſiæ, nec ei fore reſti-
tuendos, quia ad eam liberi non confugerunt, cùm eſſent
ſub poteſtate, & dominio Curiæ ſæcularis; non enim vi-
dentur recepiſſe naturalem libertatem, niſi poſtquam vel
oculos lictorum effugerunt, vel ita à conſpectu eorum 1
receſſerunt, vt difficilis fuerit eorum perſecutio, ex textu
*in* §. *cùm verò tuam, Inſt. de rerum diuiſ. leg. naturalem,* & *l.*
*Pomponius, ff. de acquir. rer. dom.* quod hìc non eſt factum,
quia

quia vix è manibus executorum ſe exemerunt, & proptereà ſatis eſſe videtur, ſi delinquens videatur captus à familia Magiſtratus, quæ eum inſequitur, etiamſi illum
2 non arreſtauerit, quia ſi ad Eccleſiam confugiat, non debet illius immunitate gaudere, quia initium debet inſpici, vt per Cyn. *in Auth. ſi quis ei, C. de adulter.* Alex. *conſil.24. num.26. lib.2.* Marſil. *in l. vnic. num.110. verſ. aut talis, C. de rapt. virg.* & *in pract. crim. §. vlteriùs, num.5.*

Id autem multis etiam rationibus comprobari poteſt, & maximè ex *l. quod ait lex, §. vlt. ff. de adult.* loquente de patre perſequente filiam adultero occiſo: quam Bald. *in c. ſi Iudex, de pace tenend.* exponens probat licere do-
3 mino malefactorem in fragranti crimine repertum, quocunque iuerit, perſequi, & concordat Salic. *in l. Gracchus, C. de adulter.* dicens ſtante Statuto, quod quilibet poſſit
4 occidere animalia reperta in fundo ſuo, licere domino ea perſequi, dum aufugiunt extra fundum, & extra illum occidere, quia initium actus eſt attendendum.

Deinde videtur quod dicti rei non ſint ab Eccleſia tuendi, quia intra eam non fuerunt ingreſſi, ex quo ap-
5 pellatione Eccleſiæ non venit pars exterior muri eius, quæ viam publicam reſpicit: ſic docet Archid. *in cap. vnic. de reliq. & vener. SS. in ſexto.*

Denique videtur concludendum denegandam eſſe dictis reis immunitatem, quia illud Oratorium, etiamſi in eo celebretur aliquando Miſſa, non venit Eccleſiæ ap-
6 pellatione; & ideò non tribuit confugientibus ad ſe immunitatis priuilegium, quia altare non facit locum Religioſum: ſic tenet Abb. *in cap. fin. num.4. verſ. ſed qualiter, de cenſib.* & *in cap. petentibus, de priuileg. cap. inter dilectos, & cap. officij, de teſtam.* Feder. *conſ.130.* Calder. *conſil.4. de Relig. dom.* latè Dec. *conſ.148.* Clar. *in pract. crim. § fin. quæſt.30. verſ. ſed quid dicendum.* Farin. *in prax. quæſt.28. num.71.* & voluit perperam damnatus Sarpas *tract. de iur. aſyl. cap 4. fol.39.* adeò vt aliqui putauerint immunitatem eſſe concedendam tantùm illis lo-
7 cis, & Eccleſiis, vbi aſſeruatur Sanctiſſima Eucharistia: vt per Couar. *var. reſol. lib.2. cap.20. ſub num.4. verſ. qua ratione.*

Nihilominùs verius eſt, & receptius, legibuſque, & ſacris Canonibus conformius, quod iſti rei gaudere debeant immunitate Eccleſiæ, & ei ſint reſtituendi, quia non ſatis eſt Curiæ ſæculari reum videre, aut vidiſſe, vel cepiſſe, vt ſuus eſſe dicatur, niſi illum retineat, ſi-
8 cuti fera, quæ incidit in laqueum tuum, non erit tua, ſi aufugiat, & niſi eam apprehendas, *d. l. naturalem, §. illud, & leg. in laqueum, ff. de acquir. rer. dom.* & ſimili-
9 ter ſi perſequaris feram, & vulneraueris, tamen tua non erit, niſi illam actu ceperis, & retineas, *§. illud quæſitum, Inſt. de rerum diuiſ.* ideò verior eſt opinio, & magis communis illorum DD. qui benè cenſuerunt huiuſmodi
10 reos eſſe tutos in Eccleſia, & tuendos ab ea, etiamſi inſecuti fuiſſent extra illam ab executoribus, & miniſtris Iuſtitiæ ſæcularis, vel ab eis aufugerint, ſic Igneus *in l.1. in princ.* & *num.4.5.6. ff. ad Syllan.* Rom. Alex. & Iaſ. *in l. plerique, n.12. & ſeqq. ff. de in ius voc.* Ioan. de Viſch. *in rep. cap. diffiniuit, col.19. verſ. quod ſi aliquis 17. quæſt.4.* & *in cap. fin. verſ. quod ſi aliquis, de immun. Eccleſ.* de communi, & practicata opinione teſtatur Remig. *de imm. Eccleſ. fallent.31. in fin.* Couar. *d. cap.20. num. 12.* vbi dicit ſe non videre rationem, qua prior ſententia Cyn. defendi poſſit. Boſſ. *in prax. crim. tit. de captur. n.22.* Clar. *§. fin. q.30. col.7. verſ. pone familia*, vbi dicit, quod ita vidit obſeruari in Senatu Mediolani: ſic etiam tenet Boër. *deciſ.110. n.8 verſ. in contrarium*: pulchrè Decian. *tract. crim. lib.6. c.27. n.31. verſ. Attamen*, vbi teſtatur de veriori opinione, quæ ſatis probatur *ex c. ſi quis contumax, & d. c. diffiniuit, 17. q.4.* ſic etiam latè docet Farin. *tract. de immun. Eccleſ. c.15. n.194.* vbi alios allegat. Guazzin. *defenſ.1. cap.28. num.42.* latè Trullench. *mor. p. 1. lib.1. cap.11. dub.1. n.11.*

Vnde idem concludendum eſt in caſu noſtro, quando reus nondum fuit ad carceres ductus, ſed eſt in manibus miniſtrorum Iuſtitiæ: ſi enim ſic captus ſe exemerit ab eis, & ad Eccleſiam confugerit etiam cum vinculis, & 11
catenis, tutus eſt, & gaudet Eccleſiaſtica immunitate: ſic docet Igneus *in d. l.1. num.4. ad fin. ff. ad Syllan.* Boër. *d. deciſ.110. num.8. verſ. in contrarium*, Couar. *var. reſol. lib.2. cap.20. num.12. verſ.17.* Boſſ. *in d. tit. de captura, num.23.* pulchrè Decian. *tract. crim. lib.6. cap.27. num.32.* Farin. *in prax. quæſt.28. n.44. in tract. de imm. Eccleſ. c.15. num.196.* vbi multos allegat, & docet idem eſſe, ſi reus non poſſit omninò ſe liberare ab executoribus, ſed illos 12
trahat ſecum intus Eccleſiam, quia iſte adhuc ex Mar. Italia gaudet Eccleſiæ immunitate: ſic etiam docet Ambroſin. *tract. de immunit. Eccl. cap.10. num. 13.* Peregr. *eod. tract. cap.5. n.8. verſ. ſi verò*, pulchrè Peguer. *deciſ. crim.61. num.4. verſ. & quod capti*, vbi tradit de duobus reis, qui ducebantur ad triremes per regios Officiales, & è manibus eorum ſe eximentes, confugerunt ad Eccleſiam, à qua licèt fuerint extracti, tamen fuit declara- 13
tum eos gaudere immunitate Eccleſiæ ad eorum fauorem eadem die: ita etiam Tuſch. *tom.3. concl.10. num.21. 30.* pulchrè Guazzin. *defenſ.1. cap.37. num.39.* vbi vide: latè etiam Giurb. *conſil.30. num.12.* & *num.17.* vbi multos allegat, & docet, quod etiamſi reus ligatus ſit, & euaſerit è manibus familiæ, & liber in Eccleſia fuerit, licèt catenis adhuc vinctus, tamen gaudebit Eccleſiæ immu- 14
nitate: & in fortioribus terminis ſic docet Pater Dian. *mor. part.1. tract.1. de immun. Eccl. reſol.13.* & *part. 3. tract.1. de immun. Eccleſ. reſol.36.* vbi vide, & latiùs *part.6. tract.8. reſol.5. verſ. nec valet*: vbi reſoluit ferè omnia, & docet, quod Eccleſia pro ſuo priuilegio largiendo reſpicit tantum ad ius, quod habet reus ad ipſam pro ſua tuitione confugiendi, neque tenetur reſpicere, ſi 15
reus ſit ſub domino Eccleſiæ, necne, ſed ſi ad illam confugerit, ſtatim eſt protegendus, quia canones hanc immunitatem concedentes non ita diſtinguunt, & ideò ſi quis confugeret ad Eccleſiam, & ſecum ferret violenter ſatellites in illam, gauderet vtique eius immunitate. Mar. 16
Ital. *tract. de immun. Eccl. lib.1. cap.6. §. 2. num. 70.* Farin. *eod. tract. cap.15. num.196. ad fin.* & poſt Ægid. Trullench. *in Decalog. tom.1. lib.1. cap.11. dub.1. num 11.* Pater Dian. *mor. part.6. tract.8. reſol.5. verſic. nec valet, ad med.* vbi probat etiam reum antequam ducatur ad carce- 17
res, non intelligi ita perfectè captum, vt ſit in tuto ſub dominio, & poteſtate Iuſtitiæ: ad rem Trullench, *d. dub.1. num.11.*

Verùm ſi ſecundùm veram, & communem DD. ſententiam frangentes carceres, vel alio modo ab eis ſe liberantes, & ad Eccleſiam confugientes, gaudent illius immunitate, quia habent fundatã intentionem in lege, & canone immunitatem omnibus confugientibus ad Eccleſiam concedente, cùm in hoc caſu nihil in ſpecie aliter 18
deciſum appareat, & ita ſeruatum, & iudicatum à Senatu Burdegalenſi teſtatur Boër. *d. deciſ.110. num. 9.* & *deciſ.215. num.18.* & *deciſ.349. num.8.* Couar. *d. c. 20. n.18. verſ.18.* Clar. *d. quæſt.30. verſ. pone familia*, Tuſch. *littera E, concl.10. n.30.* Decian. *d. c.27. n.28. lib.6.* Farinac. *d. quæſt.28. num.42.* & *d. tract. de immun. Eccl. cap.15. num.193.* Ambroſ. *d. cap.10. num.11.* Peregr. *d. c.5. n.9.* Guazzin. *d. defenſ.1. c.37. num. 37.* pulchrè Peguer. *d. deciſ.61. num.1. verſ. attamen*, vbi teſtatur ita fuiſſe determinatum in Regio Concilio: Nouar. *in ſumm. Bullar. tit. de immunit. cap.10. num.11.* Dian. *mor. part.3. tract.1. de immun. Eccl. reſol.37.* & *part.6. tract. 1. reſol.26. quæſt.5.* vbi etiam in fortioribus terminis idem tenet, & docet: & ego dixi *controu. for.14. num.10.* multò magis dicendum eſt eum eſſe tutum, & gaudere Eccleſiæ immunitate, qui nondum carceratus aufugit e manibus executorum, & ſe recepit ad Eccleſiam. *Auth. multò magis, Cod. de Sacroſ. Eccl.* Caſtr. Pallau. *mor. part.2. tract.11. diſp. vnic. p.7. ſub n.10.*





Benè verum eſt, quod ſi iſte reus commiſiſſet delictum in Bulla Gregoriana exceptum, vtique non gauderet immunitate Eccleſiæ, & eſſet iudicandus à foro
19 Eccleſiaſtico, an verè reus eſſet delicti excepti, quia tunc tradendus eſſet Curiæ ſæculari, ne aliis ſit melioris conditionis. Ignat. *in d. l.1. num.54. verſ. ſed reuertamur, ff. ad Syllan.* Farin. *d. q. 28. n.46.* & *in d. tract. de immun. c. 15. num. 204.* Pereg. *d. c. 5. num. 10. verſ. eſt tamen*, Giurb. *d. conſ.30. num.3.* Guazzin. *d. defenſ.1. c.37. num.43.* Peguer. *d. deciſ. 61. num.4.* & ego dixi *d. contr. 14. num.9.*

Hinc cognoſcimus, hos reos, de quibus in præſenti caſu, eſſe Eccleſiæ reſtituendos, non obſtantibus in contrarium adductis: & primò nihil nocet exemplum de fera, cuius dominium non amittitur, niſi euadat oculos noſtros, quia oſtenſum eſt imò non conſiderari, à quo fuerit inuenta fera, aut vulnerata, niſi actu fuerit capta, & retenta, vt *ex dict. §. illud quæſitum, Inſt. de rer. diuiſ.* declarat Decian. *d. cap. 27. num. 31.* Am-
20 broſin. *d. c. 10. num.30. verſ. nec non*: & exempla in contrarium adducta non feriunt caſum noſtrum, & in eis militat diuerſa ratio; hic enim reus ſtatim ac Eccleſiam ingreditur, incipit eſſe priuilegiatus, & Iudex laicus ceſſat habere iuriſdictionem; ideò non poteſt ampliùs reum perſequi, vel arreſtare. Decian. *d. loco.* Peguer. *d. deciſ.61. n.1. ad fin.* cum aliis ſuprà adductis. Pallau. *d. p.7. n. 10. 11.*

Secundò non obſtat, quod iſti non fuerint ingreſſi Eccleſiam, & ideò non debeant gaudere eius immunitate, quia muri illius non veniunt appellatione Eccleſiæ, ex Archid. *in capit. vnic. de reliqu. & vener. Sanct. in Sexto.* Nam reſpondetur hanc doctrinam non eſſe veram, quia nomine Eccleſiæ venit non ſolùm pars interior, verùm etiam exterior, & tota fabrica, velut tectum, Campanile, Sacriſtia, & partes parietum exte-
21 riores, & cætera Eccleſiæ coniuncta, quia quæ Religioſis adhærent, Religioſa cenſentur, maximè in materia fauorabili, vt *ex leg. quæ Religioſis, ff. de rei vindic.* & *c. id conſtituimus, 17. q. 4.* dixit in terminis Bonacin. *de legib. diſp. 3. q.7. §. 2. num. 5.* vbi in terminis
22 loquitur vltra prædicta etiam de parietibus Eccleſiæ exterioribus, & Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccl. tom.3. reſol.560. num.8.* pulchrè, & doctè Pater Dian. *mor. p.3. tract.1. de immun. Eccl. reſol. 73.* vbi reddit etiam multis rationes, & docet, quod ſicut acceſſorium ſequitur
23 naturam principalis, ita paries, qui eſt annexus, & incorporatus Eccleſiæ, gaudebit illius immunitate, quod etiam de tecto illius dicendum eſſe probat, & in verbis etiam ſic docet Caſtr. Pallau. *mor. p.2. tract.11. diſp. vnic. p.6. num.8.* vbi vide latè Bordon. *var. reſol. lib. 1. c. 1. n.2.3.4.* vbi declarat, quænam loca gaudeant immunitate: latiùs Trullench. *d. dub. 1. num. 4. 5.*

Et ſanè ſi atrium Eccleſiæ tanquam de illius perti-
24 nentiis ſacrum eſt, & gaudet immunitate Eccleſiaſtica, per textum *in c. ſi quis in atrio, 17. q. 4.* Decian. *tract. crim. lib. 6. c.25. num.31.* Bonacin. *d. §. 2. num. 5. verſ. tum quia*, Farin. *d. q.28. n.14.* & *de immun. Eccleſ. c.17. n.268.* vbi latè id confirmat, Leo *in Theſaur. for. Eccl. c.13. n.3.* Ambroſ. *d. c.10. n.6.* Peregr. *d. tract. c.4. n.21.* Guazzin. *d. defenſ.1. c.37. n. 17.* multò magis immunitas erit tribuenda accedenti ad parietes, & portas Eccleſiæ. Pallau. *d. p.6. num.8.* Bordon. *d. c.1. num.3.4.*

Verùm in terminis de porta Eccleſiæ hoc docent omnes DD. qui volunt, quod ſi reus perueniat ad oſtium
25 Eccleſiæ, & tangat portam, etiamſi non valeat intrare, quia ſit clauſa, adhuc gaudet immunitate Eccleſiaſtica adeò, vt ab ea non poſſit extrahi, vel capi, quia porta eſt priuilegiata, ſicut Eccleſia ipſa, *ex l. præſenti, §. ſanè, & l. pateant*, vbi Bart. *C. de iis qui ad Eccl. confug.* Ang. *de malefic. in verb. 6. quod fama, q.4.* & *in verb. ſcalis S. Petronij, col.4.* Couar. *d. c.20. n.13.* Decian. *d. capit.25. num.17. lib.6.* Farinac. *dict. quæſt.28. numero 14.* vbi plurimos congerit. Peregr. *d. c. 4. num.18.* Ergo nullum remanet dubium, quin iſti rei, qui ad portam Eccleſiæ peruenerunt, non ſint ei reſtituendi. Bordon. *d. loco*, Trullench. *d. dub.1. num.5. verſic.5. à fortiori.*



Non obſtat tandem, Oratoria non gaudere Eccleſiæ immunitate, quia id procedit in Oratoriis priuatis, quæ ſemper poſſunt conuerti ad prophanos vſus: Farinac. *d.* 26
*quæſt.28. num.71.* Peregr. *de immun. Eccleſ. cap.4. n.64.* vbi alios allegat; ſecus eſt in Oratorio publico auctoritate Epiſcopi, vel ſui Vicarij fundato, quod habet caput ad viam publicam, & lapideum Altare immobile conſecratum, in quo Miſſa celebratur, & ad eam audiendam omnes fideles concurrere poſſunt, vt hîc; tunc 27
enim certum eſt, huiuſmodi Oratoria gaudere Eccleſiæ immunitate, ex veriori, & communi DD. ſententia, vt probatur *ex c. certum eſt, de conſecr. diſt.1.* Abb. *in d. cap. fin. ſub. n.4. de cenſ.* Rom. *conſ.477. n.13.* Felin. *in cap. de quarta, col. 4. verſ. tertia declaratio, de præſcript.* pulchrè Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap.25. n. 19.* vbi alios allegat, & tradit coniecturas ad probandum Oratorium eſſe publicum. Mar. Ital. *tract. de immun. Eccl. lib.1. cap.4. §. 4. num.2.* latè Farin. *d. quæſt.28. numer.71. in fin.* & latiùs *de immun. Eccl. c.17. num.267.* Peregr. *d. c.4. num.62.* Guazzin. *d. c.37. n.29.* Bonacin. *de legib. diſp.3. q.7. §. 2. num.9.* latè, & pulchrè Pater Diana *mor. p. 6. tract. 1. reſol.1. verſ. ſed non eſt verum*, vbi damnat Sarpum aliter ſentientem, & reſpondet rationibus in contrarium adductis: latè Caſtr. Pallau. *mor. part. 2. tract.11. diſp. vnic. p.6. n.19.* vbi vide Bordon. *dict. c. 1. n.2.3.5.6.* vbi habes omnia, ad quæ pertinet immunitas, & ponit Oratoria publica, & Hoſpitalia; ſic etiam pulchrè Trullench. *d. dub. 1. num. 9.* vbi ſic diſtinguit de Oratorio publico, & priuato.

Hinc patet concludendum eſſe iſtos reos, qui è manibus executorum ſe exemerunt etiam cum catenis, & ad Eccleſiam confugerunt, non eſſe priuandos immu- 28
nitate Eccleſiæ, quia non attenditur principium, pro vt in fera, quoniam in delictis magis debet attendi finis, ſi ita reo magis prodeſſe poteſt, vt poſt Bartol. *in l. quod ait lex, §. quod ait, ff. de adulter.* Boſſ. *in prax. tit. de captura, num. 22.* Farinac. *d. q. 28. numer. 42. verſ. vbi dicit*: latè Caſtr. Pallau. *mor. p. 2. tract. 11. diſp. vnic. num. 11.*

Nec de prædictis eſt mirandum, quia etiam Ethnici, & infideles, qui falſos Deos venerabantur, hanc venerationem Templis ſuis, & ſtatuis Principum tribue- 29
runt, vt Rei etiam grauiſſimæ culpæ aufugientes è manibus ſatellitum, & confugientes ad Templa, vel ſtatuas, aſyli iure fruerentur, prout legimus de Decio quodam Magno Campano, qui miſſus Carthaginem ob ſeditionem, dum nauis, qua vehebatur, vi ventorum Cyrenas delata fuiſſet, iſque ad ſtatuam Ptolomei con- 30
fugiſſet, tutus euaſit, vt refert Liu. *lib. 3. decad. 3.* & Decian. *tract. crim. lib.6. cap.27. n.32.* & ideò Cynum aliter ſentire miratur Couarr. *var. reſol. lib. 2. cap. 20. num.13.* quem ſequitur Decian. *d. cap.27. num.31.32.*

Et proptereà iure meritò tenent DD. quod reus damnatus ad pœnam capitis, vel ad triremes, ſi dum ducitur ad ſupplicium, fugiens à Birroariis confugiat in 31
Eccleſiam, erit tutus, & gaudebit immunitate Eccleſiæ, niſi pro delicto excepto carceretur, vt de communi teſtatur Remig. *de immun. Eccleſ. fall.30.* Clar. *in prax. §. fin. q. 30. verſ. ſcias autem*, vbi quod vidit ita iudicari, & Decian. *dict. cap.27. num.29.* vbi quod ita conſuluit. Nauarr. *in Manual. cap.25. num.19. verſ. etiamſi*, Ioan. Guttier. *pract. qq. lib.3. q.4. num.10.* latè Farinac. *de immun. Eccleſ. cap. 15. num. 197.* vbi alios allegat. Guazzin. *dict. defenſ.1. cap.37. n.40.* Boer. *dict. deciſ.110. num.9.* Peguer. *dict. deciſ.61. poſt num. quartum*, Peregr. *de immun. Eccleſ. capit.10. num.13. verſ. adeò hoc verum eſt*: ideò ſic cenſui, & iudicaui ſecundùm opinionem, quam tenuit etiam doctiſſimus Caſtr. Pallau. *mor.*

*part. 2. tract.11.diſp.vnic.p.7.num.12.* vbi alios allegat.
Et ideò iudicaui dictum Zepellum fore, & eſſe Eccle-
ſiæ reſtituendum vnà cum ſocio, provt factum fuit, &
ſententia habuit effectum; & iuremeritò, quia ſic iuri
conuenit, vt in verbis dixit Trullench. *mor. part. 1.
lib. 1. cap. 11. dub. 1. n. 12.* docens non poſſe capi reum,
qui clauſas Eccleſiæ ianuas, vel ſeram, vel quidquid
ſimile apprehendit, vel intra confinia Eccleſiæ, vbi
receptus eſt intra 30. vel 40. paſſus, qui pro Cæmete-
rio dantur.

---

# CAPVT CXCVIII.

## EPITOME.

Palatium Epiſcopi titularis an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica ad fauorem confugientium ad illud.

## SVMMARIVM.

1 *Palatium Epiſcopi gaudet immunitate.*
2 *Epiſcopi Titularis Palatium non gaudet immunitate.*
3 *Dianæ opinio de Palatio Epiſcopi titularis refellitur.*
4 *Palatium Epiſcopi ſub nomine Dignitatis, gaudet immunitate.*
5 *Cui non conueniunt verba legis, nec conuenit legis diſpoſitio.*
6 *Epiſcopus non poteſt teſtari de bonis Eccleſiæ.*
7 *Domus Epiſcopi qualis eſſe debeat, vt gaudeat immunitate.*
8 *Epiſcopi Palatium extra ſuam Dioceſim non gaudet immunitate.*
9 *Immunitatis priuilegium eſt reale, vel mixtum.*
10 *Epiſcopi Palatium gaudet immunitate, etiamſi Epiſcopus ſit abſens, vel mortuus.*
11 *Domus Epiſcopi quare gaudeat immunitate.*
12 *Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
13 *Legem non comprehendere aliquem caſum, ſufficit ad eam euitandam.*
14 *Verba legis debent intelligi ſimpliciter, non ſecundùm quid.*
15 *Diſtinguere quando liceat, vbi lex non diſtinguit.*
16 *Bona Epiſcopi patrimonialia, & Eccleſiaſtica in quo differant.*
17 *Priuilegium immunitatis Eccleſiæ eſt mixtum.*
18 *Immunitatis priuilegium eſt fauorabile, & an ſit extendendum.*
19 *Extenſio quomodo fiat in fauorabilibus.*
20 *Extenſio fit, vbi eſt eadem ratio, non verò ſi ſit diuerſa.*
21 *Palatium Epiſcopi titularis, quare gaudeat immunitate.*
22 *Confugiens ad S. Euchariſtiam vbique eſt ſaluus.*
23 *Immunitate non gaudet qualibet domus Epiſcopi.*
24 *Palatium Epiſcopi vltra 40. paſſus ab Eccleſia gaudet immunitate propter Capellam.*
25 *Epiſcopi domus ſine Capella vltra quadraginta paſſus an gaudeat immunitate.*
26 *Capella tribuit immunitatem Palatio Epiſcopi, vel Canonici.*
27 *Capella qualis eſſe debeat, vt det immunitatem Epiſcopi Palatio.*
28 *Oratoria priuata non gaudent immunitate, ſed publica.*
29 *Epiſcopi familia, & Palatium quare ſint priuilegiata.*
30 *Ex diuerſis non fit bona illatio.*
31 *Arguere non licet à priuilegio fori ad immunitatem.*
32 *Immunitas palatij Epiſcopi eſt reſtricta ad Palatium.*
33 *Arguere non licet à verbis Doctorum, ſed legis.*
34 *Qui declarat, nihil addit.*
35 *Epiſcopus gaudet immunitate quoad vnicam domum, non plures.*
36 *Cardinalium domus gaudent immunitate vbique, excepta Roma.*
37 *Arguere à maiori ad minus quomodo liceat.*
38 *Cardinales ſunt maiores Epiſcopis, Dignitate, non Ordine.*
39 *Palatia Cardinalium, quomodo immunitate perfruantur.*
40 *Palatium Cardinalis ſine titulo, an gaudeat immunitate.*
41 *Palatia Prælatorum habentium iura Epiſcopalia an gaudeant immunitate.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

CErtum eſt in iure, tam Cæſaris, quàm Pontificis,
non licere miniſtris curiæ ſæcularis extrahere reos
non ſolùm ab Eccleſia, ſed neque à domo Epiſcopi, vt
deciſum habemus *in d. c. id conſtituimus, 17. quæſt. 4.*
Verùm an id etiam de domo Epiſcopi titularis, & qui
loco, non dignitati renuntiauit, debeat intelligi, fuit 1
dubitatum, & ego *lib. 1. contr. 10. num. 10.* cenſui Pa-
latium Epiſcopi titularis non gaudere immunitate, niſi
ſit poſitum in loco exempto; quia tale priuilegium con-
ceditur Palatio Epiſcopi habita relatione ad Eccleſiam 2
eius ſponſam, ne domus ſponſi ſit minùs priuilegiata,
quàm domus ſponſæ; & propterea ſi Epiſcopus extra
ſuam Eccleſiam habeat palatium, vbi non poteſt ponti-
ficalia exercere, quoad illud non gaudebit Eccleſiaſtica
immunitate.

Verùm contra me inſurgit doctiſſimus Pater Dian.
*mor. p.6. tract.1. reſol.5.* adducens multa argumenta pro
affirmatiua ſententia ad refellendam meam opinionem,
quæ modeſtiſſimè voluit dicta fuiſſe diſputationis cau- 3
ſâ: quibus conſideratis admiratus ſum viri ingenium, &
eruditionem, & non potui non laudare eius ſubtiles, &
doctas conſiderationes; non tamen valui penitus ei ac-
quieſcere, cùm habeam adhuc multa argumenta ad
meam tuendam ſententiam.

Nam in primis conſidero, quod textus *in dicto cap. id
conſtituimus*, dat priuilegium immunitatis domui, ſeu
Palatio Epiſcopi ſub nomine Dignitatis; ſed Palatium 4
Epiſcopi titularis non eſt Palatium Epiſcopi ſimplici-
ter, ſed illius viri nobilis, qui eſt Epiſcopus ſine Ec-
cleſia, & inter bona patrimonialia ipſius numeratur,
niſi ſit conductum, quo caſu multò minùs Palatium
Epiſcopi dici poſſet: ergo non comprenditur ſub diſ- 5
poſitione *d. c. id conſtituimus*, quod loquitur de domo
Epiſcopi; quia cui non conueniunt verba legis, nec
etiam conuenit iuris diſpoſitio, *l. quod conſtitutum*,
vbi Bart. *de teſtam. mil.* DD. *in l. omnes populi, de inſt.
& iur.*

Et ſanè ſub vocabulo bonorum, vel domus Epiſco-
pi, non debet comprehendi palatium eius proprium,
ad Eccleſiam nihil pertinens, tanquam diuerſæ natu-
ræ à bonis Eccleſiaſticis; ſiquidem Palatium Epiſcopi 6
non poteſt alienari Sede Apoſtolica inconſulta, nec
poteſt Epiſcopus de eo teſtari, vt *in extr. Ambitioſæ,
de bon. Eccleſ. non alien.* & *in c. 1. de teſtam.* vbi ta-
men non vetatur Epiſcopo teſtari de ſuis bonis patri-
monialibus: ergo textus *in dict. c. id conſtituimus*, intel-
ligitur de domo Epiſcopi ad Eccleſiam ſuam pertinen-
te, non patrimoniali, & in qua Eccleſia nullum ius
haberet.

Deinde ſi attentè cõſideretur textus *in d. c. id conſtitui-
mus*, ſatis conſtabit, iuxta mentem omnium illius inter-
pretum, loqui, & intelligendum eſſe de Epiſcopo illius
Eccleſiæ, cuius eſt Palatium, quia vtrumque connectit, 7
dicens, ab Eccleſiæ atriis, vel domo Epiſcopi reos non
eſſe



eſſe extrahendos, & propterea DD. hoc intelligunt de
illa domo, quæ quoad poſſeſſionem eſt Epiſcopi, ſed
quoad vſum eſt aliorum, vt per Mar. Ital. *in tract. de im-
munit. Eccleſ. lib. 2. cap. 4. §. 9. num.* 8. 9. 10. Peregr. *eod.
tract. cap. 4. num. 72. in fin.* quæ non poſſunt verificari,
niſi in domo Epiſcopi Diœceſani, cuius Palatium Ec-
cleſiaſticum deſeruit vſui publico pro omnibus, qui
eum adire volunt pro negotiis curialibus; nam domus
Epiſcopi titularis tanquam propria nemini deſeruit, &
Epiſcopus poteſt tenere eam clauſam diu, noctuque.

Præterea ſi domus, ſeu Palatium Epiſcopi, quod
8 eſt extra ſuam Diœceſim, vbi Pontificalia exercere non
poteſt, non gaudet hac immunitate Eccleſiaſtica, quia
ibi nullam habet auctoritatem, vt per Ant. de Marin.
*quotid. reſolu. cap.* 180. *num.* 12. Mar. Ital. *d. cap. 4. §. 9.
num. 19. 20.* Peregr. *d. c. 4. num. 73.* & ego dixi *d. contr. 10.
ſub n. 10.* multò minùs debet hoc priuilegio potiri Epiſ-
copus titularis, qui ſemper dicitur eſſe extra Diœceſim,
& nullibi exercet iuriſdictionem in actu, niſi volente
Diœceſano, & materiam miniſtrante.

Denique ſatis conſtat priuilegium immunitatis Ec-
cleſiaſticæ eſſe reale, vel ſaltem mixtum, conceſſum
rebus, & perſonis, vt latè per Giurb. *conſil. 10. numer.
9 primo*, vbi multos allegat, & id etiam verificatur in
Palatio Epiſcopi, quod eadem gaudet immunitate,
etiamſi ille ſit abſens, vel mortuus, vt per Mar. Ital.
10 *dict. cap. 4. §. 9. numero quarto*, Peregr. *dict. cap. 4.
numer. 70. 71.* Dian. *mor. part. 6. tract. 1. reſolut. 4. verſ.
Tertiò*, Caſtr. Pallau. *mor. part. 2. tractat. 11. diſput.
vnic. part. 6. num. 20. verſ. quod verum*: ergo hoc pri-
uilegium non poteſt competere Palatio Epiſcopi titu-
laris proprio, vel conducto, quia ratione rei nullam
habet immunitatem; & dicere, quod etiam poſt eius
mortem eodem perfruatur priuilegio, nimis abſurdum
eſſet.

Hinc exiſtimo verius eſſe Palatium Epiſcopi titularis
proprium, ſiue conductum non gaudere hoc beneficio,
11 quia non habet ſponſam, ſcilicet Eccleſiam, cuius reſpe-
ctu id illi conceſſum eſt; nam Palatium Epiſcopi ideò
gaudet immunitate, quia eâdem potitur Eccleſia eius
ſponſa, vt dicit Pater Dian. *mor. p. 1. tract. 1. de immun.
Eccl. reſol. 27. verſ. itaque.*

Nec videntur obſtare ex aduerſo adducta, & primò
dictum *caput id conſtituimus*, eſſe indiſtinctè intelligen-
12 dum, quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtin-
guere debemus, *l. de pretio, ff. de public. in rem act.* Nam
primò reſpondetur non eſſe opus diſtinctione, quia
Palatium Epiſcopi titularis non dicitur propriè, aut
verè domus Epiſcopi, ſed Nobiliſi Ilius viri, tanquam
bonum patrimoniale; & ideò cùm non comprehenda-
13 tur ſub verbis legis, non eſt recurrendum ad aliquam
diſtinctionem, ſed ſatis eſt dicere, legem non compre-
hendere hunc caſum, vel hanc perſonam: *l. cùm Præ-
tor, ff. de iudic. c. ſanè, de priuileg. cap. tua, de præbend.
in 6.* illa enim domus non dicitur ſimpliciter domus
14 Epiſcopi, ſed ſecundùm quid, quatenus ille nobilis ha-
bet etiam dignitatem Epiſcopalem; ſed verba legis de-
bent intelligi ſimpliciter, & non ſecundùm quid, vt
per Rol. *conſ. 62. n. 20. & ſeqq. libr. 3.* Tuſch. *littera D.
concl. 508. num. 9.* ergo caſus iſte non comprehenditur
ſub illius canonis diſpoſitione.

Deinde reſpondetur id procedere vbi eſt eadem ra-
tio, verùm ſi adſit rationis diuerſitas, tunc licet diſtin-
15 guere, quamuis lex non diſtinguat, vt per Bart. *in l. ſi
pluribus, de leg. 2.* & DD. *in cap. quia circa, de elect. lib. 6.*
Craſſ. *conſil. 3. num. 26.* Bertaz. *conſil. 147. num. 15.* ſed
diuerſa vtique eſt ratio in Palatio Epiſcopi titularis eius
proprio, quod computatur inter eius patrimonialia,
quæ poſſunt alienari, & ſecundùm ius commune præ-
ſcribi, non cadunt ſub ſpolio, licet de eis teſtari, &
nihil pertinent ad Eccleſiam; quæ non verificantur in
16 Palatio Epiſcopi Diœceſani, ad textum *in capit. primo,*



*& capit. quia nos, de teſtament.* Redoan. *de ſpoliat. Ec-
cleſ. quæſtion. tertia, numero nono, verſicul. ſed inquit.*
Nauarr. *eod. tract. §. primo, numero quarto*, ad rem Co-
uar. *in capit. tertio, numero tertio, variar. reſolut. libro
primo*, & *in capit. poſſeſſor, ſecunda part. §. ſecundo, in
fin. de regul. iur. in 6.* Bellet. *diſqu. cleric. de exempt. cle-
ric. §. quinto, numero, ſeptimo, & octauo*: & cùm Palatium
Epiſcopi titularis non habeat quidquam ſpiritualitatis,
cum nihil attineat ad Eccleſiam, non poteſt frui hoc
priuilegio, quod reale eſt, vel ſaltem mixtum: Ricc. 17
*deciſ. 174. numero ſecundo*, Bobadill. *libr. primo polit.
cap. decimoquarto, numero* 8. Giurb. *dict. conſil. 10. nu-
mero ſecundo*: vnde non eſt mirum, ſi cum ratione ad-
mittatur aliqua diſtinctio in materia domus Epiſcopi,
& *dict. cap. id conſtituimus*, provt ad rem tradit etiam
Bonacin. *de legib. diſput. 3. quæſt. 7. §. ſecundo, numer. 8.
verſ. reſpondeo.*

Secundò non obſtat priuilegium immunitatis eſſe
fauorabile, & ideò non eſſe reſtringendum, ſed potiùs
extendendum. Nam primò reſpondeo id procedere, 18
quando ex vi verborum id rationabiliter deduci poteſt,
per textum *in dict. leg. quod conſtitutum, ff. de teſtament.* 19
*milit.* quod hîc verificari non poteſt, vbi ſub nomine
Palatij Epiſcopi non comprehenditur Palatium patri-
moniale ipſius, vt vidimus. Deinde reſpondeo id pro-
cedere vbicumque eadem militat ratio, ad textum *in l.
non poſſunt*, & *l. ſeq. l. iura non in ſingulas*, vbi gl. & 20
DD. *ff. de legib. c. tranſlato, de conſt.* & *cap. 2. de tranſl.
Prælat.* ſed ſatis oſtenſum eſt, diuerſam eſſe rationem
in Palatio Epiſcopi patrimoniali, quàm ſit in domo eius
ad Eccleſiam pertinente: ergo ceſſat omninò hæc con-
ſideratio.

Tertiò non obſtat priuilegium immunitatis Eccleſiæ
eſſe conceſſum Palatio Epiſcopi ratione perſonæ in re-
uerentiam, & decorem dignitatis Epiſcopalis, quæ pa- 21
riter conſiderari debet in Epiſcopis titularibus; & ideò
eorum palatiis debetur eadem immunitas, vt per Dian.
*dict. lib. 6. tract. primo, reſol. 5. verſ. Secundò.* Nam reſ-
pondetur non ob hanc ſolam rationem concedi immu-
nitatem, quæ potiùs realis cenſenda eſt quàm perſona-
lis, vel ſaltem mixta cenſenda eſt, vt vidimus; ideò
coniunctim requiritur, quod ſit Epiſcopus, & Pala-
tium ſit Epiſcopi, alioquin ſi ratione ſolius perſonæ de-
beretur immunitas, vbicumque eſſet Epiſcopus etiam
in hoſpitio, vel in platea, confugiens ad ipſum, vel ad
domum vbi ipſe moram traheret, ſaluus eſſet, ſicut con-
fugiens ad Euchariſtiam, vbicumque portatur, gaudet 22
immunitate, quia tanto Sacramento per ſe, & ſimpli-
citer debetur immunitas ad fauorem illius, qui ad eum
confugit, vt per Farinac. *de carcer. quæſt. 28. numero vn-
decimo*, & *in tract. de immunit. cap. 17. num. 275.* Tuſch.
*littera E, concl. 10. numer. 33.* Bonac. *dict. diſput. 3. §. 2.
numero vndecimo*, Caſtr. Pallau. *mor. part. 2. de reuerent.
deb. loc. Sacr. diſput. vnic. punct. 6. numer. vigeſimo quarto*:
hoc autem de Epiſcopo dici non poteſt, quia nullo iu-
re cauetur, vt ſola reuerentia eius perſonæ tribuat im-
munitatem confugientibus ad eum; ſed hoc priuile-
gium conceſſum eſt eius Palatio, mixtimque Epiſcopali 23
dignitati, adeò vt non quælibet domus eius hoc per-
fruatur beneficio, velut ſi per accidens in aliqua domo
moraretur Epiſcopus ex cauſa recreationis, vel viſita-
tionis; ſed oportet quod ſit domus Epiſcopi propriè,
vbi ordinariè commoratur, vt tradit Peregr. *de immunit.
Eccleſ. capit. quarto, numer. 74.* Ergo ſola ratio perſonæ
Epiſcopi, & dignitatis Epiſcopalis non ſufficit, & con-
ſequenter Epiſcopus titularis, qui caret Eccleſia, & Pa-
latio Eccleſiaſtico, non gaudet immunitate in ſuo Pa-
latio Epiſcopali.

Neque obſtat, quod Epiſcopi titulares, vtplurimùm
habeãt Capellas in ſuis Palatiis, & ideò ratione Capellę
debeant hoc priuilegio potiri; quia admittunt omnes, 24
quod Palatium Epiſcopi, etiam diſtans à ſua Eccleſia

vltra quadraginta paſſus, ſi habeat Capellam, tribuat
beneficium immunitatis.Decian.*tract.crim.lib.6.cap.25.*
*num.* 14. Farinac.*d.quæſt.* 28. *num.*38.Ambroſ.*de immun.*
*Eccleſ.cap.*10.*num.*7. *in fin.* Bonacin. *de legib.diſp.* 3.*q.*7.
§. 2.*num.* 9. Dian. *d.lib.*6. *tract.* 1.*reſol.* 5.*verſ.ſecundò.*
Vulp. *in prax.for.Eccleſ.c.* 3.*num.*20. Guazzin.*de defenſ.*
*reor. defenſ.* 1. *cap.*37.*num.*23. Nam reſpondetur verius
25 eſſe, quod etiamſi Palatium Epiſcopi non habeat Ca-
pellam, vel Oratorium, licèt diſtet ab Eccleſia vltra
quadraginta paſſus, adhuc habeat priuilegium immu-
nitatis, vt per Archid. *in dict. cap. id conſtituimus, ſub*
*num.*2.17.*qu.*4.Tuſch.*littera E,concl.* 10.*num.*8.Peregr.*de*
*immun.Eccl.c.*4. *numer.* 69. latè Caſtr. Pallau. *mor.p.*2.
*tract.*11.*diſp.vnic.p.*6.*num.*21. vbi reſpondet ad omnia:
Pater Dian.*mor.p.* 1. *tract.* 1. *reſolut.*27.& *p.*4.*tract.*1.*de*
*immun.Eccleſ.reſolut.*40.& *reſol.*96.& *p.*6.*tract.*1.*reſol.*4.
& *reſol.* 5. *verſic. ſecundò*, latè etiam Giurb. *conſ.*10.
*num.* 13.& ego dixi *contr.*10. *num.* 14.& propterea non
ratione Capellæ,ſed quia eſt Palatium Epiſcopi,gaudet
immunitate: ita ad rem Trullench.*mor.p.*1.*lib.* 1.*c.* 11.
*dub.*1.*n.* 8.*verſ. At veriùs,* quem poſt hæc ſcripta vidi.
Benè verum eſt,quod ſi haberet Capellam, ſeu Ora-
torium, tunc alio reſpectu poſſet diſquiri, an dicto Pa-
latio deberetur immunitas, quia non ſolùm domus
26 Epiſcopi, ſed etiam Canonici gauderet immunitate, ſi
haberet Capellam, vt per Archid. *in cap. id conſtitui-*
*mus, ſub num.* 2. ſed animaduertendum eſt, quod non
quælibet Capella eſſet ſufficiens ab obtinendam immu-
nitatem, oportet enim eſſe publicam, & habere requi-
ſita publici Oratorij,quia ob Capellam,aut Oratorium
priuatum, quale communiter Epiſcopi habent,non de-
betur Palatio Epiſcopi, immunitas, ſicut neque
27 ipſi priuato Oratorio, vt in verbis dixit Caſtr. Pallau.
*moral. part.* 2.*de reuer. deb.loc.ſacr. diſp.vnic. tract.* 11.
*punct.* 6.*num.*22.*verſ. Denique*: certum eſt enim & cla-
rum in iure,quod Oratoria priuata non gaudent immu-
nitate Eccleſiæ ad ſaluandos reos ad ea confugientes,
ſed tantùm publica auctoritate Epiſcopi erecta: benè
Henric.Boich.*in cap. Eccleſiæ,in princ.de immun. Eccleſ.*
28 vbi quod Oratoria priuata non tribuunt immunitatem,
etiamſi in eis diuina celebrentur. Tuſch. *litera E,*
*concl.*9.*num.* 15.Pergr.*tract.de immun. Eccl. cap.* 4.*nu-*
*mer.*62.63.Bonacin. *de legib diſp.*3.*qu.*7.§.2.*num.*9.Dian.
*mor.p.*6.*tract.*1.*reſolut.*1.*verſ.ſed non eſt.*Caſtr. Pallau.*d.*
*tract.*11.*diſp.vnic.p.* 6.*num.* 19. & *ſub d. num.* 22. Giurb.
*conſil.*10.*n.* 15. Guazzin. *de defenſ. reorum, defenſ.* 1.
*cap.*37.*num.*29. 30. Trullench.*mor.part.* 1.*lib.*1. *cap.*11.
*dub.* 1.*num.*9.ideo ceſſat argumentum deductum à Ca-
pella, quam habent Epiſcopi in ſuo Palatio patrimo-
niali extra ſuam Diœceſim, vt habent titulares, quia ſi
illa eſt publica, hoc non eſt priuilegium Epiſcopi, ſed
debetur immunitas ratione Capellæ; ſi verò eſt priua-
ta, nulſum producit immunitatis effectum. Caſtr.Paul-
lau. *d.p.* 6. *ſub num.* 22.
Quartò non obſtat argumentum deductum ex eo,
quod familia Epiſcopi titularis gaudet priuilegio fori,
ideo etiam eius Palatium debet gaudere immunitate,
29 quia hæc duo priuilegia ex eodem motiuo proficiſcun-
tur, ex Gambacurt. *de immun.Eccl.lib.*4.*c.*3.*num.* 7.
Nam reſpondetur, hæc inter ſe nimis eſſe diuerſa,&
30 valde differre, & propterea ex diuerſis nulla fit bona il-
latio,*l. Papinianus, §.exuli, de minor. l.inter ſtipulantem,*
*§.ſacram,de ſtipulat.leg. fin. de ritu nupt.* & in terminis,
31 quod non liceat argumentari ab vno priuilegio fori ad
aliud immunitatis, ne fiat ſpecialium multiplicatio,
*ex l.*1.*Cod.de dot.promiſſ.*dixit Menoch. *de arbit. iudic.*
*libr.* 6.*caſ.*562. *num.* 10.
Neque nocet,quod vtrumque priuilegium proueniat
ex eodem motiuo, & ratione, ob reuerentiam ſcilicet
Epiſcopo debitam. Nam ſatis viſum eſt, non ob hanc
ſolam rationem deberi immunitatem Palatio Epiſcopi,
alioquin etiam extra Palatiũ danda eſſet ei immunitas,ſi
quis ad illum confugeret, ſicut Sanctiſſimo Euchari-
ſtiæ Sacramento conceditur; ſed hoc immunitatis pri- 32
uilegium eſt reſtrictum ad Palatium, quod ſignum
eſt eſſe reale,vel ſaltem mixtum,ex Giurb.*dict.conſil.*10.
*ſub num.*1.2. vbi alios allegat, & propterea non valet
argumentum à ratione partiali, & ſic ceſſat motiuum
deductum ex Gambacurta, & maximè quia arguendum
eſt à verbis legis,& Canonis, non ex verbis Doctorum,
vt tradunt DD.*in cap.*2.*de reſcript.cap.primò,de conſtit.* 33
Alexand. *in l.* 1. *num.*28.*de off.eius,*Bero.*conſ.*63.*num.*5.
*lib.*1.Surd. *conſil.* 400.*num.* 21. 22. Oſaſch. *deciſ.* 58.
*num.* 30. Gratian. *diſcep.* 689.*num.*42.*lib.*4.
Hinc patet, non ita perperam me intellexiſſe dictum
caput,*Id conſtituimus*,vt cenſuit Pater Diana, qui putat
illud non eſſe limitandum, ſed diſtinctè eſſe intelli-
gendum de Palatio Epiſcopi; nam ſatis vidimus Pala-
tium titularis non dici domum Epiſcopi, quia eſt de
bonis eius patrimonialibus, inter quæ, & bona Epiſ-
pi magna eſt differentia, vt tradunt Doctores *in dict.*
*cap. primo, de teſtament.* & alibi; & ideò hæc non eſt 34
limitatio ad dictum textum, ſed declaratio, quæ licita
eſt,quia qui declarat,nihil addit, vt dixi *controuerſ.* 75.
*numero duodecimo*, & hanc opinionem eſſe veram de-
clarat praxis Romanæ Curiæ; neque in Vrbe, neque
in ſtatu Eccleſiaſtico datur hæc immunitas Palatiis
Epiſcoporum titularium, ſed Diœceſanis in ſua Diœ-
ceſi; vnde cùm Roma ſit omnium magiſtra, vide-
tur exinde validum deduci argumentum contra titu-
lares.
Non obſtat reponſio P.Dianæ, dicentis ſibi non
placere opinionem,quod Palatium Epiſcopi extra Diœ-
ceſim non gaudet immunitate; quia textus *in d.c.id*
*conſtituimus,* loquitur indiſtinctè: nam replicatur,quod
ſi talis opinio ei placere non poteſt, placuit tamen
Mar. Ital. Peregr. Marin.& mihi, vt vidimus; & licet
magna ſit Dianæ auctoritatis, ſolus tamen eſt: ſin ad
rationes confugimus, opinio noſtra non videtur ab-
ſurda; nam ſi domus Epiſcopi extra eius Diœceſim eſt
eius patrimonialis, vtique non poteſt dici domus Epiſ-
copi, nec comprehenditur ſub dicto capite *id conſtitui-*
*mus*, & de eo poſſunt dici omnia, quæ diximus de
Epiſcopo titulari, à quo Diœceſanus extra Diœceſim
nihil differre videtur. Si verò hæc domus Epiſcopi
extra Diœceſim adhuc pertinet quoad dominum ad eius
Eccleſiam, adhuc idem dicendum videtur, quia dictum
caput, *Id conſtituimus*, loquitur de domo Epiſcopi
in numero ſingulari, adeo vt Epiſcopus quoad vnicam
tantùm domum, non quoad duas, vel plures gaudeat
immunitate, vt inquit Peregr. *dict. tract. de immun.* 35
*c.* 4.*numer.* 74. *verſ.Prætérea*, & *verſ. contrà,in fin.* vbi
quod Epiſcopus non debet habere duas domos priuile-
giatas. Cùm ergo Epiſcopus habeat in Diœceſi ſuum
Palatium, quod non perdit priuilegium etiam ob eius
abſentiam, vel mortem, vt vidimus, non debet perfrui
eodem priuilegio quoad aliam domum, & maximè
extra Diœceſim, vbi ei non debetur tanta reuerentia,
quanta in Dioceſi, vbi habet ſubditos, exercet iuriſ-
dictionem & Pontificalia, dat benedictionem, vtitur
Mozzetta,& aliis gaudet priuilegiis, quæ eum faciunt
magis conſpicuum; quæ cùm ceſſent extra Diœceſim,
non eſt mirum,ſi eius Palatio non detur immunitas,non
obſtante quod dictum caput,*Id conſtituimus*, loquatur
indiſtinctè; nam non abhorret rationabilem diſtin-
ctionem, alioquin etiam domus Epiſcopi ruri exiſten-
tes pro hoſpitio colonorum, vel in ciuitate inquilinis
locatæ gauderent immunitate, quia ſunt Epiſcopi; &
tamen contrarium apud omnes pro indubitato habe-
tur, cum neceſſe ſit in ea domo Epiſcopum ordinariè
habitare, vt probat Peregr.*dict. capit. quarto, n.* 74. &
ita videmus ſeruari Romæ, & alibi, quod domus Epiſ-
copi Diœceſani non gaudet immunitate extra Diœ-
ceſim.

Non



Non obſtat, quod licèt Palatia Cardinalium non
36 fruantur immunitate in Vrbe, ſtante reuocatione pri-
uilegiorum; tamen extra illam per totum orbem illa
gaudent, quia id procedit de conſuetudine. Tuſch. *li-*
*tera E,concluſ.* 9.*num.*12. Mar.Ital. *de immun.Eccl.lib.*1.
*c.* 4. §.9.*n.* 22.23. Farin. *eod. tract. n.* 274.Peregr.*d.c.*4.
37 *num.*75.Guazzin. *d.defenſ.*1.*c.*37.*num.* 26. Caſtr. Pallau.
*mor. p.*2. *tract.*11. *diſp.vnic.p.* 6. *num.* 23. hæc conſue-
tudo non eſt trahenda ad alias perſonas, quia eſt ſtri-
cti iuris,& dici ſolet eatenus præſcriptum quatenus poſ-
ſeſſum: vltra quod non licet arguere à maiori ad mi-
nus affirmatiuè, ſed negatiuè tantùm,*cap.licet vniuerſis,*
vbi gloſ.& DD.*de teſtib.leg. nec vera,C.de acquir. poſſeſſ.*
Sed ita arguere eſſet ſumere argumentum à maiori ad
38 minus affirmatiuè, quia Cardinales licèt ordine ſint
Epiſcopis inferiores,tamen adminiſtratione,& honoris
dignitate ſunt ſuperiores,quia conficiunt vnum corpus
cum Papa,& habent regimen vniuerſalis Eccleſiæ: ſic
latiſſimè probat P.Diana *mor.p.*5.*tract.*2.*reſolut.*1.*verſic.*
*his non obſtantibus,* Barboſ.*de vniuerſ.iur. Eccleſ. libr.*1.
*c.* 4.*num.*25.26.& propterea dici quidem poteſt, quod
ſi immunitas debetur palatio Epiſcopi, multò magis
debetur palatio Cardinalis, qui vltra iura Epiſcopalia
habet etiam dignitatem Cardinalitiam, vt inquit Pe-
39 regr. *d.c.*4. *numer.*75.*verſ. Cardinales*; ſed non ſequitur,
quod ſi conſuetudine, vel alio iure aliquid pluris tri-
buatur Cardinalibus,id etiam Epiſcopis concedendum
ſit, prout hîc, vbi Cardinales potiùs ex conſuetudi-
ne (hoc enim expreſſum non vidi in aliquo cano-
ne) fruuntur immunitate quoad eorum palatium extra
Vrbem,& Statum Eccleſiaſticum, vt per Peregr.*d.c.* 4.
*nu.* 75.*verſ.& licèt,*Caſtr.Pallau.*d.tract.*11.*diſp.vnic.p.*6.
*num.*23.vbi tradit, quod hoc priuilegium Cardinalium
non eſt in iure fundatum, ſed debet ex priuilegio, vel
conſuetudine ſuſtineri, quæ conſuetudo potuit intro-
duci ob ſimilitudinem, quam habent cum Epiſcopali-
bus domibus; ſed ſi fuit ampliata etiam quoad loca
extra ſtatum Eccleſiaſticum, id graue non debet vi-
deri Epiſcopis, ſicut eis non nocet,quod fuerit in Vrbe
abrogata, vt teſtatur Caſtr.Pallau.*d.p.*6.*num.*23.*in fin.*&
Guazzin.*d.c.*37. *num.* 26.quem non puto benè allegari
per P.Dianam ad finem concludendi ſuam intentionem,
quia non in iure, ſed in conſuetudine Palaus ſe fundat,
quæ non debet extendi ad aliud genus perſonarum.
Non obſtat ſimilitudo deducta à priuilegio fori con-
ceſſo familiaribus Epiſcoporum extra Diœceſin, quia
iam ſatis oſtenſum eſt hoc argumentum non concludere
à priuilegio fori ad priuilegium immunitatis,quia ſunt
res nimis diuerſæ,& diuerſa eſt ratio,quia illud eſt me-
rè perſonale; hoc autem reale, vel ſaltem mixtum.
Non obſtat quarta reſponſio P.Dianæ, quod etiamſi
Epiſcopus moretur extra Diœceſin culpâ ſuâ,non ta-
men perdit dignitatem Epiſcopalem,propter quam eius
Palatio conceditur immunitas; nam ſimiliter hoc
ſublatum eſt, dum oſtendimus non ob ſolam reueren-
tiam Epiſcopo debitam concedi hanc immunitatem,
imò maiorem reuerentiam deberi Epiſcopo in ſua
Diœceſi commoranti, quàm extra eam habitanti,vt de
ſe patet, quia ſubditi magis venerantur ſuum Epiſco-
pum, quàm alienum.
Non obſtat altera reſponſio,quod Cardinales fruun-
tur priuilegio immunitatis prædicto, vbicunque exi-
ſtant, licèt non poſſint exercere iuriſdictionem extra
ſuas Eccleſias titulares. Nam hoc pariter ſublatum eſt,
quia pendet à conſuetudine,quæ non debet extendi ad
Epiſcopos,& non habet fundamentum in iure, vt per
Palaum *d. part.*6.*n.*26. Verùm animaduertendum, quod
hoc eis non conceditur ratione ſuæ Eccleſiæ titularis,
ſed ratione Cardinalitiæ poteſtatis,quoniam id Cardi-
40 nalibus datur etiam antequam obtineant Eccleſiam
ſuam titularem; ſæpè enim moriuntur Cardinales ſine
titulo, vt euenit Eminentiſſimo Cardinali de Richelio;
& tamen Cardinalium priuilegiis huiuſmodi fruebatur;
& quamuis Cardinales non poſſint extra ſuas Eccleſias
iuriſdictionem exercere, id procedit quoad iuriſdi-
ctionem ordinariam, quæ illis competit ratione Eccle-
ſiæ, non autem reſpectu iuriſdictionis, quæ illis com-
petit ratione Cardinalitiæ dignitatis,quia hoc reſpectu
vbique habent iuriſdictionem; & propterea videmus,
quod gerunt Mozzettam vbique, adeò vt eis præſenti-
bus Epiſcopi Diœceſani eam deponant; vnde non eſt
mirum ſi Cardinalibus vbique concedatur priuilegium
immunitatis quoad eorum Palatia, Epiſcopis verò tan-
tùm in eorum Diœceſi.
Hæc dixi ad defenſionem meæ ſententiæ,quam exi-
ſtimo veram,& iuri conformem, non vt impugnem ali-
quo modo opinionem Patris Dianæ, cuius auctorita-
tem, & ſcientiam ſcio eſſe magnam, & tanquam virum
inſignem in morali Theologia colo, & admiror, &
credo eius ſententiam eſſe probabilem; & hæc omnia
diſputationis cauſà dicta eſſe volo, & illa Sacræ Con-
gregationis Oraculo humiliter maturanda, & deci-
denda relinquo, me ſemper ſubiiciens iudicio, & de-
terminationi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.
Hæc autem quæ de Palatiis Epiſcoporum diximus,vt
gaudeant immunitate, iuxta terminos dicti capitis, *Id*
*conſtituimus*, cenſeo habere locum etiam in Palatiis in-
quiſitorum, & Prælatorum, qui habent iura Epiſco- 41
palia, & territorium diſtinctum, velut eſt Abbas Gua-
ſtallæ, & Archipresbyter Carpi, quoniam æquiparan-
tur Epiſcopis in omnibus, quæ non ſunt Ordinis, & ab
illis ſola conſecratione differunt, vt probat Sanchez
*de matrimonio libro* 8. *diſp.* 2. *num.* 12. *in fin.* & ego dixi
*controuerſ. for.* 20. *num.* 29. & propterea confugientes
ad eorum domum, vbi habitent, licèt diſtet ab Eccle-
ſia per quadraginta paſſus, dummodò ſit intra eorum
Diœceſin, gaudebunt Eccleſiæ immunitate, ſi illa
domus ſit Eccleſiæ, vel deſeruiat loco domus Eccle-
ſiaſticæ.

---

## CAPVT CXCIX.

### EPITOME.

Pueri Hebræorum baptizati in ætate infantili, ſi moriantur ante vſum rationis, an ſint ſepeliendi in loco ſacro, dato quod inuitis parentibus fuerint baptizati.

### SVMMARIVM.

1 *Puer Hebræus inuito parente baptizatus, & mortuus,an ſit exhumandus.*
2 *Hebræorum pueri an ſint baptizandi, inuitis parentibus.*
3 *Iudæorum infantes inuitis parentibus baptizati, ſunt eis reſtituendi.*
4 *Sepulturæ poteſt pater tradere filios, vbi voluerit.*
*Sepulturæ Eccleſiaſticæ ius habent omnes Chriſtiani.*
6 *Cadauera fidelium non ſunt contemnenda.*
7 *Sepeliendus eſt in loco ſacro baptizatus baptiſmo dubio.*
8 *Baptiſmus dubius tradit ius Eccleſiaſticæ ſepulturæ.*
9 *Mors omnia ſoluit.*
10 *Moriturus cenſetur extra patriam poteſtatem in ſui fauorem.*
11 *Patria poteſtas non attenditur in ſpiritualibus,& circa ſepulturam.*
12 *Iudæorum infantes baptizati ſunt ab eis ſeparandi.*

*13 Iudæorum filij poſſunt baptizari inuitis parentibus in articulo mortis.*
*14 Baptiſmi miniſter poteſt eſſe mulier, & quilibet homo in caſu neceſſitatis.*
*15 Teſtis vnicus fidem non facit, & quando.*
*16 Mulieris teſtimonium debile.*
*17 Baptiſmus probatur per vnum teſtem.*
*18 Teſtis vnicus de facto proprio deponens plenè probat.*
*19 Mulier in cauſa ciuili, & matrimoniali eſt intergræ fidei.*
*20 Baptiſmus probatur etiam per teſtem infidelem, & eius petitio.*
*21 Catechumenus an debeat ſepeliri in loco ſacro, remiſſiuè.*
*22 Sepeliri debet filius etiam Hebræi expenſis patris.*
*23 Hebræorum pueri vſum rationis habentes, poſſunt baptizari inuitis parentibus, ſi id petant.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN terra Scandiani de anno 1643. in menſe Septembris venit caſus nouus, & curioſus; nam cùm quidam puer infantulus anniculus filius Natanaël Sinigaliæ Hebræi infirmaretur, & quædam mulier Hebræorum vicina, ſed Chriſtiana, vt ſubito periculo pueri aliquo remedio occurreret, cum alias illum viſitaſſet in eadem infirmitate, quæ vt vidit infantem, agnouit non longè à morte abeſſe, & cogitans animã eius ſaluare, poſt applicatum rutæ remedium, perijt repente aquam frigidam ſibi afferri, quâ allatâ, ſubmiſſa voce infantem baptiſauit adhibita debita forma, ſed verba protulit ſubmiſſa voce, vt Hæbreos latêret; nihilominus aliquid ſuſpicati ex modo ablutionis, dimiſerunt eam, & paulò poſt infantulus fuit extinctus, mulier tamen diſtulit rem referre ad Parochum, donec ritu Hebraïco cadauer pueri traditum fuit ſepulturæ; vnde poſtea cognito, quod factum fuerat, Archipresbyter curam animarum gerens rem mihi detulit dicens ſe credere puerum eſſe exhumandum, & ſepulturæ Eccleſiæ tradendum. Reſponſum dedi, vt diligenter mulierem examinaret, & cognito, quod materiæ neceſſariæ ſimul 1 formam debitam ad baptizandum adhibuiſſet, puerum exhumatum in Cæmeterio Eccleſiæ ſepeliret; vnde re benè cognita totum adimplere conatus eſt, ſed pater pueri, & tota Hebræorum ſynagoga exclamando petierunt recurſum ad Epiſcopum, & Vicarium generalem: & ideò ne puer exhumaretur, multa allegabant, quæ aliquibus videbantur non ſpernenda: ſiquidem primò dicebatur, filios Hebræorum, vſum rationis non 2 habentes, inuitis parentibus non eſſe baptizandos, ex D. Thom. 2.2.q.10.art.12.*in corpore articuli*, & 3.part.q. 68. art. 10.*in corpore*, vbi Caiet. & eſt communis DD. ſententia, vt latè per Sperell. deciſ.1. nu. 25. & ſeqq. & ego dixi contr. 42.num.3. & propterea ſi ante duodecimum annum puer Hebræus baptizetur, eis eſt reſti- 3 tuendus, vt per Natt. conſ. 434.n.15. lib.2. ideò ſi viuus puer parentibus eſſet reſtituendus, quantò minus eis mortuus eſt auferendus. *Auth. multò magis*, vbi DD. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* & maximè quia pater poteſt tradere filios 4 ſuos impuberes ſepulturæ, vbi voluerit, *in c. de vxore*, §. *virum*, *de ſepultur.* vbi DD.

His non obſtantibus cenſui prædictum puerum fore exhumandum, & ſepulturæ Eccleſiaſticæ tradendum, quia ex quo Chriſtianus dici poteſt, cùm lotus fuerit 5 aqua baptiſmali cum debita forma, habet vt ſepeliatur in loco ſacro, corpora enim fidelium ſunt ſepelienda in Eccleſia, vel cæmeteriis, vt probat textus *in c. nullus*, vbi gloſſa expreſsè dicit, & *c. qui diuina, in fin.* 13.q.2. pulchrè ſic Layman. mor. libr.3.tract.5.c.12.n.10. quia ca- 6 dauera fidelium non ſunt contemnenda, *cap. animæ*, 13. q.2. ideò iſte puer baptizatus non debet priuari Eccleſiaſtica ſepultura, ſicut non priuaretur infans natus ex Chriſtianis parentibus, ſi poſt baptiſmum moreretur.

Imò dato etiam, quod certum non eſſet, an dictus puer fuiſſet benè, vel ritè baptizatus, adhuc debet ſepeliri in loco ſacro, quia baptizatus baptiſmo dubio, ita vt ſi 7 ſuperuixiſſet, fuiſſet repabtizandus cum conditione, adhuc in loco Eccleſiaſtico debet ſepeliri, vt inquit Poſſeuin. *de off. Paroch. c.14. num.4. verſ. baptiſatus*, & *verſ. ſi verò*, & ita etiam docet poſt Iacob. Marchant. *in Candelabr. Sacr. de reſolut. qq. paſtoralium, tract. 2. de Baptiſmo, capi .1. qu.1. caſ.1.* doctiſſimus Pater Dian. *mor. part.5. tract.3. reſol.15.* quia ſaltem apparens aliquod ius puero poteſt adſcribi ratione talis baptiſmi diſputabilis, vt 8 ibidem dicitur: ergo multò magis in caſu noſtro iſte infans tradendus erit Eccleſiaſticæ ſepulturæ, quia certò conſtat à dicta muliere fuiſſe baptizatum.

Nec curandum eſt hîc de patria poteſtate, quæ per mortem filij ceſſauit; mors enim omnia ſoluit, *l. 1. in ſumma, ff. de re iud. leg. Neratius, de regul. iur. §. Deinceps, in Auth. de nupt.* imò quando fuit in articulo mortis, cen- 9 ſetur extra parentum poteſtatem, quia quod parum diſtat, 10 nihil diſtare videtur, vt per Dian. *mor. part. quinta, tract.3. reſol.10.* & maximè id reſpuendum eſt, quia in ſpiritualibus non attenditur patria poteſtas. Sperell. 11 *deciſ.* 1. *numer.* 40. & ego dixi *contr.* 42. *nu.* 16. ad rem Paſqualig. *deciſ. moral.* 389. *num.* 5.

Non obſtat, quod filij Infidelium non ſint baptizandi inuitis parentibus; nam reſpondetur, quod ſi fiat, imprimit characterem, & eos à parentibus Hebræis ſeparandos, vt in fide noſtra educentur, docet latè Sperell. *d. deciſ.1. num.* 36. 42. & ego dixi *d. contr.* 42. 12 *numer.* 36. 37. ſic etiam tradit pulchrè Caren. *de S. Off. p. 2. tit.* 14. §. 20. *nu.* 45. Ergo ſi tales pueri ſunt ſeparandi à patre infideli, quatenus poſt baptiſmum ſuperuiuant, multò magis mortui non ſunt ſepeliendi more Hebræorum, neque in eorum cæmeterio, ſed in loco ſacro.

Deinde reſpondetur, id non procedere quando pueri Hebræorum ſunt in periculo mortis; nam tunc 13 ipſorum, & aliorum infidelium liberi poſſunt baptizari inſciis, & inuitis eorum parentibus. Poſſeuin. *de off. Curat. c.6. n.* 14. *verſ. ſecundun*, D. Antonin. *in 2. part. ſumm. tit.* 12. *c.2.* §. 4. *pueri Iudæorum*, & *in 4. ſent. tom. 1. diſt. 5. q. 15. art. 10. in fin. §. ſeptimum autem*, Azor. *mor. p.1. lib.8. c.* 25. *q.10.* pulchrè Sperell. *d. deciſ.* 1. *numer.* 41. vbi alios etiam allegat, & poſt multos Iacob. Granad. *de Sacram. in 3. part. contr. 4. tract. 4. diſp. 5. ſect.4. num.* 19. Hurtad. *de Sacram. baptiſ. diſp. 3. diffic.* 3. quos, & alios refert, & ſequitur Pater Dian. *mor. part. 5. tract.3. d. reſolut.* 10. vbi dicit audacter in tali caſu periculi vitæ filios infidelium inuitis parentibus eſſe baptizandos, quod credo eſſe veriſſimum, ne in tanto periculo amiſſionis vitæ æternæ pueri careant miſerationis auxilio. Ergo benè fecit dicta mulier dictum puerum ſic baptizando, & meliùs feciſſet, ſi rem manifeſtaſſet, antequam puer ab Hebræis ſepulturæ traderetur. Cùm ergo puer iſte eſſet moribundus, rectè fuit baptizatus; etenim etiam mulier in caſu neceſſitatis poteſt eſſe miniſtra baptiſmi, quia hoc miniſterium conceditur cuicumque homini ratione prædito, *c. firmiter, de ſumm. Trinit. c. ad limina,* 30. *qu.1. c. in neceſſitate,* 14 *c. Romanus, diſt.4. de conſecr.* Layman. *mor. lib.5. tract.* 2. *c.7. num.* 1.

Nec obſtat clamor Hebræorum, qui dicunt non ſatis conſtare de dicto Baptiſmo; quia non probatur niſi per dictam mulierem; etenim certum eſt, quod teſtis vni- 15 cus fidem non facit, *c. vniuerſis*, & *c. veniens, de iureiur.* & maximè ſi ſit mulier, cuius fides eſt modica, *c. mulie-* 16 *rem* 33. *q.* 5. cum vulgaribus.

Sed hoc nihil nocet, quia caſus baptiſmi eſt de illis, qui poſſunt probari per vnum teſtem, ſicut Eccleſiæ conſecratio, vel peccatorum abſolutio; materia eſt enim fauorabilis, & nihil nocet; & propterea ſi dubitatur, an 17 quis ſit baptizatus, probatur baptiſmus per vnum teſtem, vt



vt *ex c. paruulos*, & *c. cùm itaque, de conſecrat. diſt.4.* in terminis Spec. *p.* 1. *lib.1. rub. de teſte*, §. *demùm*, 3. *num.* 8. *verſ. Nonò ad rem*, Ioan. Sancius *in ſelect. diſput.* 44. *num.* 39. P. Dian. *mor. p.5. tract.3. reſol.21.* vbi alios etiam caſus recenſet, in quibus vnicus teſtis probat, quod maxime locum habere debet in caſu noſtro, vbi mulier teſtificatur de facto proprio, dicens ſe puerum baptizaſſe; ſiquidem in his, quæ ſunt parui, vel nullius præiudicij, vnus teſtis de facto proprio deponens 18 plenè probat, vt per Caſtr. *conſ.* 338. *num.* 3. *in fin.* Marſil. *conſil.* 101. *num.* 40. Dec. *conſ.* 650. *num.* 19. Ceph. *conſ.* 438. *num.* 50. Decian. *conſ.* 92. *num.* 58. Farin. *de teſtib. q.63. num.225.* pulchrè Caren. *de S. Off. part.3. de teſtib. tit.5. §. 13. ſub n.84. ad fin.* vbi hoc admittit etiam ad fauorem rei contra fiſcum, dummodò teſtis cum iuramento deponat.

Nec obſtat quod ſit mulier, quia in cauſa ciuili etiamſi ſit matrimonialis, fæminæ poſſunt teſtificari, & 19 ſunt integræ fidei, ad textum *in l. ex eo, ff. de teſtib. l. qui teſtamento, §. mulier, de teſtam. c. ex eo, 15. q.3. c. ſuper eo, il 2.* vbi Hoſt. *in verb. teſtimonium*, & Abb. *in 3. not. de teſtib.* Farin. *q.* 59. *n.* 32. 33. ideò multò magis faciet fidem in materia Baptiſmi, vbi admitteretur etiam infidelis, & ei ſoli crederetur, ſi diceret quemquam 20 poſtulaſſe Baptiſmum, vt poſt Sanchez *d. diſp.* 44. *n.*39. dixit Dian. *mor. p. 5. d. tract. 3. reſol.* 21. propter quod cenſui dictum puerum fore exhumandum, & tradendum ſepulturæ Eccleſiæ, & hac occaſione quæſitum fuit etiam, an catechumenus debeat ſepeliri in loco ſacro, ſi moriatur abſque Baptiſmo fluminis; ſed de hoc vide 21 Layman. *mor. lib. 3. tract. 5. c. 12. n.* 11. & Rodriq. *in ſumm. p.1. cap. 154. num.6. concluſ.5.* qui duplicem ponit ſententiam: & mihi magis placet, vt in Cæmeterio Eccleſiæ ſepeliatur, ſed me remitto ad Ioan. Sanchez *mor. diſp.* 44. *num.* 48.

Quæſitum etiam fuit, an impenſa funeris huius pueri debeat à patre Hebræo fieri? Et dixi vtique ad eum ſpe- 22 ctare, *per l. in patrem, ff. de religioſ. & ſumpt. fun.* qui enim tenetur alere, tenetur etiam ſepelire. Cauendum tamen eſt ab immoderata impenſa, quia fugienda eſt omnis auaritiæ ſuſpicio, & facultatum patris habenda eſt ratio, vt in dicta lege notatur; & ita factum eſt.

Sed poſtquam de pueris Hebræorum baptizandis ſermo eſt, non diſplicet hîc narrare alium caſum, qui ſucceſſit de anno 1644. ad finem; cùm enim Hiſtriones ha- 23 berent publica ſpectacula in platea Regij, concurrente populo ad ludos, acceſſit etiam puer Hebræus nomine Ligia, ſeu Elias filius Simonis Ottolenghi, qui ſuperueniente nocte amiſit rectam viam eundi domum, & inuentus ab Antonio Salſa, blandè tractatus fuit perductus ad domum cuiuſdam nobilis mulieris, vbi ſe declarauit eſſe Chriſtianum, & poſt multas inuentiones Hebræorum pro recuperando puero, ille fuit perductus ad me Vicarium; & cùm in examine dixiſſet fieri velle Chriſtianum, mandaui eum perduci ad domum Catechumenorum, vbi ſemper perſeuerauit in ſancto propoſito; & fabricato proceſſu, in quo periti homines deponebant dictum puerum habere vſum rationis, & puer dicebat ſe habere ſemper annos completos, vt audiuit à patre, & à magiſtro, Hebræi clamabant puerum vi fuiſſe ereptum, non eſſe ætatis prædictæ, non eſſe in libertate, non poſſe baptizari inuitis parentibus, & nolebant me eſſe iudicem, ſic ſuadente Aduocato, propterea totum proceſſum, & actus tranſmiſi ad S. C. Sancti Officij Romanæ Curiæ, vbi ventilato negotio fuit mihi remiſſum baptiſma dicti pueri, propter quod in die Conuerſionis S. Pauli, quæ fuit dies 25. Ianu. 1645. puer ille fuit baptizatus, & vocatus Petrus Maria Ancaranus, vt conſtat ex rogitu D. Philippi Condulmerij; ex quibus apparet pueros Hebræorum poſſe baptizari inuitis parentibus ſi id petunt, & habeant vſum rationis, alioquin S. C. non remiſiſſet id meo arbitrio, quia conſtabat de contraria voluntate parentum; id autem habetur ex literis eiuſdem S. C. tenoris ſequentis.

*Molto R. Signore. Nella ſacra Congregatione è ſtato riferito il ſommario del proceſſo fabricato da V. S. nella cauſa di Ligia Hebreo, e queſti miei Eminentiſſimi hanno riſoluto di rimettere all'arbitrio di lei medeſima il Batteſimo del medeſimo Ligia, credendo, che ad eſſo ella non ſia per procedere, ſe prima non ſarà ben eſſaminato il fanciullo, e trattenuto per tempo conueniente nella caſa de Catechumeni, & il Signor la feliciti. Roma, x. Decemb. 1644. Al piacere di V. S.* Il Cardinale Barberino.

Verùm, quia Hebræi quærebant omnia ſubterfugia, ne puer maneret in domo Catechumenorum, & iactabant ſe velle probare violentiam puero adhibitam, & non eſſe legitimæ ætatis, & me ſuſpectum allegauerunt, & recurſum habuerunt ad Eminentiſſimum Legatum Bononiæ, à quo etiam obtinuerunt inhibitionem, ideò S. C. quæ in his cauſis fidei procedit cum ſumma ſinceritate, & omiſſis cauillationibus, ſciens nullam in me adfuiſſe iuſtam ſuſpicionis cauſam reſcripſit hoc modo.

*Molto R. Signore. Eſſendoſi riposto da queſti miei Eminentiſſimi nell'arbitrio di V. S. il procedere auanti nel Batteſimo di Ligia Hebreo, dourà ella parimente gouernarſi nella medeſima cauſa ſopra le pretenſioni degli Hebrei conforme al dettame della propria prudenza, e le auguro da Dio veri contenti. Roma, 17. Decembre 1644. Al piacere di V. S.* Il Cardinale Barberino.

Et iterum: *Molto R. Signore. Hauendo queſta S. Congregatione poſto mano nella cauſa d'Elia Hebræo, non deue V. S. attendere gli ordini di Monſignor Vicelegato di Bologna, ma procedere in eſſa conforme à lei parer à di giuſtitia, che tale è il ſenſo di queſti miei Eminentiſſimi, & il Signor la conſerui. Roma, 7. Genaro 1645. Al piacere di V. S.* Il Cardinale Barberino. Extra verò, ſicut in aliis litteris: *Al Molto Reuerendo Signore, il Signor Vicario Generale di Reggio: Reggio in Lombardia.*

Verùm quia Hebræi neque rationibus, neque probationibus iura ſua adiuuabant, ſcientes nullam violentiam probare poſſe; & dato etiam, quod puer eſſet minor ſeptennio, quod non eſt credendum, ſtante rationabili depoſitione illius; tamen cùm ſatis conſtaret habere vſum rationis, & id ſatis eſſe, vt poſſit baptizari inuitis parentibus, quærebant litem protrahere, ſperantes fortè ex beneficio temporis meliorem facere ſuam conditionem ex accidentibus, quæ accidere poſſent; & maximè quia non parcebant expenſis, & omnem lapidem mouebant, petierunt de nouo recurſum ad Sanctiſſimum, & S. C. Verùm quia nihil deducebant rationabile, quod poſſet mouere animos iudicantium, & non procedebant per legitimos tramites, eadem S. C. iterum reſcripſit hoc modo.

*Molto R. Signore. Queſta Sacra Congregatione riposſe già nell'arbitrio di V. S. il dare il Batteſimo ad Elia fanciullo Hebreo, perche ella, che ſtà ſu'l fatto, è conoſce l'età di lui, la ſua inclinatione, e la ſua coſtanza di venire alla fede, può meglio di queſti miei Eminentiſſimi riſoluere quelche conuenga di fare: le ſerua dunque per guida di coteſto affare la ſua prudenza, & il Signore la contenti. Roma, 14. di Genaro 1645. Al piacere di Voſtra Signoria.* Il Cardinale Barberino. Extra: *Al molto R. Signore il Signor Vicario Generale di Reggio in Lombardia.*

His litteris perpenſis, & conſideratis habui in iure pro certo, puerum poſſe baptizari inuitis parentibus, ſi id petat, & S.C. ſpecialiter ſolum conſiderauit ætatem pueri, & ſuam inclinationem, & conſtantiam. Cùm ergo pluries dictus puer fuiſſet examinatus, & ſemper conſtans permanſiſſet in petendo Baptiſmo, & ſatis eſſet inſtructus in fide, & iudicio Medicorum, & Iuriſconſultorum æſtimaretur capax vſus rationis, & Hebræi

nihil deducerent quod releuaret, arbitratus ſum Baptiſmum non fore amplius differendum, cùm puer ſtetiſſet in Catechiſmo vltra 60. dies; nolui enim nimis ſollicitus eſſe, ideò, ſicut dixi, puer fuit baptizatus ſub die 25. Ianu. 1645. in Eccleſia S. Raphaelis à M. R.D.Franciſco Ganaceſco; & Patrini fuerunt M.Excel. D. Thomas de Minghellis, & D. Lucretia de Ancaranis, & vocatus Petrus Maria de Ancharanis, ad laudem Dei, & D. N. I. C.

---

## CAPVT CC.

### Epitome.

Penſionarius an teneatur concurrere cum titulari pro rata ad ſoluendum contributiones, ſeu collectas impoſitas beneficiis Eccleſiaſticis auctoritate laicali, vel Eccleſiaſtica.

### SVMMARIVM.

1 *Plebs Bibiani Regij nobilis, & opulenta.*
2 *Penſionis cauſa an ſit Eccleſiaſtica.*
3 *Penſio eſt quid prophanum, & ſeparatum à beneficio.*
4 *Iudex ſecularis poteſt cognoſcere de penſione temporali.*
5 *Actor ſequitur forum rei.*
6 *Iudex ſecularis in cauſa depoſiti habet poteſtatem etiam in Clericos.*
7 *Penſionarius tenetur concurrere ad onus fructibus beneficij impoſitum.*
8 *Penſionarius debet ſoluere collectam de facto à ſecularibus impoſitam.*
9 *Penſio etiam exempta tenetur concurrere ad onera inſolita.*
10 *Penſionis cauſa ſemper tractanda coram Iudice Eccleſiaſtico, excluſo laico.*
11 *Penſionem ſoluere quomodo cogatur titularis.*
12 *Clericus foro ſuo renuntiare non poteſt.*
13 *Penſio temporalis, & prophana quæ dicatur.*
14 *Penſio Eccleſiaſtica quæ ſit, & dicatur annexa rei ſpirituali.*
15 *Penſio ſpiritualitati eſt annexa, & reſeruatur ſolùm Clericis.*
16 *Penſio prophana iudicatur à Iudice Eccleſiaſtico.*
17 *Beneficij priuatio eſt cauſa prophana.*
18 *Beneficij priuationis cauſa à ſolo Iudice Eccleſiaſtico cognoſcenda.*
19 *Depoſitum debet fieri coram Iudice deponentis debitoris, non creditoris.*
20 *Iudex laicus non poteſt cogere Clericum depoſitarium, vel ſequeſtrarium.*
21 *Debitor deponens non deſinit eſſe reus.*
22 *Depoſitum non integrum nihil releuat.*
23 *Penſionario an competat exemptio ab oneribus, pertinet cognitio ad Eccleſiaſticum.*
24 *Penſionarius tenetur ad ratam pro oneribus beneficio impoſitis.*
25 *Penſione libera exiſtente Rector debet ſoluere omnia onera.*
26 *Penſio exempta ab ordinariis oneribus non eximitur ab inſolitis, & extraordinariis.*
27 *Penſio an ſit exempta ab oneribus, à laicis de facto impoſitis.*
28 *Caſus inſolitus non venit ſub clauſula*, gratiâ caſuum fortuitorum.
29 *Onera à laicis impoſita beneficiis, de facto dicuntur extraordinaria.*
30 *Penſio exempta ab ordinariis, & extraordinariis quid comprehendat.*
31 *Conductor ſuſcipiens in ſe omne periculum, ſibi imputare debet.*
32 *Bellum inſolitum nunquam venit in conuentione, niſi ſpecificè dicatur.*
33 *Penſionarius etiam latè exemptus tenetur concurrere ad onera valdè inſolita.*
34 *Bellum non eſt caſus inſolitus.*
35 *Italia nunquam erit in pace.*
36 *Caſus valdè inſolitus, & inexcogitatus qui dicatur.*
37 *Bellum quando dicatur caſus inſolitus.*
38 *Factum Principis dicitur caſus fortuitus, & inſolitus.*
39 *Onera Eccleſiaſticis impoſita ſunt extraordinaria.*
40 *Penſionarius tenetur remiſſionem facere, ſi Titulari contingat caſus inſolitus, & damnum intolerabile.*
41 *Remiſſio ſemper eſt facienda, ſi damnum contingat in ſubſtantia.*
42 *Penſionarius eſt ad inſtar vſufructuarij.*
43 *Penſionarius poteſt teſtari de penſione non exacta, ſed maturata.*
44 *Beneficiatus comparatur in vita vſufructuario, in morte vſuario.*
45 *Beneficiati non ſunt domini, ſed adminiſtratores.*
46 *Vſusfructus quid ſit.*
47 *Remiſſio non fit conductori tractanti de lucro captando.*
48 *Penſionario, an Rectori dandi ſint fructus beneficij, qui pro vno non ſufficiunt.*
49 *Penſionario debet præferri Titularis, & quando.*
50 *Dictio*, Dummodo, *quid importet.*
51 *Penſio ſapit naturam alimentorum.*
52 *Penſionarij ad fauorem agendum eſt executiuè.*
53 *Alimenta debentur, etiamſi nihil ex fundo percipiatur.*
54 *Penſionarij dicere ſolent: Solue, & repete.*
55 *Penſionario quid proſit obligatio perſonalis Titularis.*
56 *Obligatio perſonalis fundum non ſequitur.*
57 *Penſionarius valdè exemptus non tenetur ſoluere aliquam contributionem.*
58 *Penſionarius tenetur concurrere ad onera, quando Pontifex derogauit exemptioni.*
59 *Exemptioni Penſionarij quomodo derogatum cenſeatur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1623. 4. Idus Ianu. vacante nobili, & 1
opulenta Eccleſia Archipresbyterali S.M.V. plebis Bibiani diœceſis Regienſis per liberam reſignationem M.R. Aloyſij Pratiſolij, cum reſeruatione annuæ penſionis pro ſe, & etiam pro perilluſt. D. Equite Ioan. Pratiſolio eius ex fratre nepote, fuit collata dicta Eccleſia perilluſt. & M.R. D. Iulio Cæſari Bertolotto, qui conſenſit reſeruationi prædictæ. Penſio autem dicti D.Equitis Ioan. aſcendebat ad ſummam ducatorum centum, & quindecim auri de Camera, quoad vixerit, & Pontifex reſeruauit eidem dictam penſionem annuam liberam, immunem, & exemptam ab omni, & quocunque onere ordinario, & extraordinario, & priuilegiato, necnon à ſummario, vt in literis Apoſtolicis; & cùm iam diu dictus Archipresbyter ſoluiſſet dictam penſionem redactam ex conuentione ad ſummam ducatorum ducentum annuos à libris octo, factum eſt, vt de anno 1643. occaſione belli confœderationis aliquorum Principum, & Pontificis, pro hoſpitandis militibus, & ad defenſionem ſtatus fuerit impoſita quædam collecta generalis ad rationem ſolidorum imperialium ſex pro qualibet bubulca, auctoritate laica, & de facto etiam ab Eccleſiaſticis exacta, eò quod dicebatur, quod tractabatur de communi vtilitate, vel neceſſitate Clericorum, & Laicorum: vnde dictus Archipresbyter compulſus ſoluere volebat ſibi retinere ratam à dicto D. Equite penſionario, dicens commune
eſſe



eſſe periculum, quia penſio ſuper fructibus erat impoſita; & ideò penſionarium teneri, & obligatum eſſe pro ſua portione contribuere: ipſe verò ſe liberum, & immunem prætendebat, quocirca Archipresbyter rata ſibi retenta, reſiduum depoſuit penes Curiam ſæcularem interpellando Pratiſolium ad illud recipiendum, & quietandum; ſed ille declinauit forum ſæculare, & conuenit titularem coram iudice Eccleſiaſtico ad conſequendam integram penſionem in tot ducatis, vel eorum valore, recuſans aliquid ſentire de dicta collecta; & negotium diſputabatur in vtroque foro: vnde quæſitum fuit, quid eſſet iudicandum.

Et ſanè primo aſpectu videbatur ſentiendum, cauſam
2 fore tractandam in foro ſæculari, quia penſio ſuper beneficiis Eccleſiaſticis reſeruata, eſt quid temporale, &
prophanum, nihil habens ſpiritualitatis, & formaliter
3 ſeparatum ab ipſo beneficio, vt per Achil. *deciſ. 6. de lit.* incipit: *Lite pendente*. Rot. *diuerſ. deciſ.* 425. *n.* 2. *p.* 1. Gigas *de penſ. q.* 13. *n.* 2. *in fin.* Grilinz. *conſ.* 3. *n.* 2. & *conſ.* 42. *n.* 29. & *conſil.* 72. *num.* 2. latiſſimè Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſ. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 7. 8. vbi infinitos congerit; ideò laicis etiam poteſt aſſignari, vt per Bald. *in c. ad audientiam, el* 2. *de reſcript.* Gigas *d. tract. q.* 13. *n.* 3. & *q.* 21. *n.* 2. Rot. *diuerſ. deciſ.* 50. *n.* 22. *p.* 5. Vnde
4 nihil obſtare videtur, quin cauſa à Iudice ſæculari cognoſci poſſit, ſtante temporalitate penſionis, vt per Garciam *de benef. p.* 1. *c.* 5. *num.* 50. Farin. *deciſ. poſth.* 12. *num.* 1. *in fin. p.* 2.

Et maximè quia forum laicale præueniſſe videtur in cognitione, ſtante depoſito per Archipresbyterum facto; vnde ipſe videtur prouocaſſe dictum D. Equitem laicum, & propterea debet ſequi forum rei, *l. fin. C. de in*
5 *rem act. l. iuris ordinem, C. de iuriſd. omn. iud. c. ſi Clericus laicum, c. ſanè*, & *c. ſi diligenti, de for. competent.* Et ma-
6 ximè in materia depoſiti, in qua Iudex ſæcularis videtur habere poteſtatem non ſolùm in laicos, ſed etiam in Clericos, per doctrinam Bald. *in l. acceptam, n.* 6. vbi etiam Salic. *C. de vſur.* Afflict. *deciſ.* 24. *n.* 3.

Sin de onere collectarum quæramus, nimis iuſtum eſſe videtur, vt etiam penſionarius contribuere debeat,
7 quia hoc eſt onus fructuum, ſuper quibus fundatur penſio: ita Bellencin. *de charit. ſubſ. q.* 37. Gig. *de penſ. q.* 28. *n.* 2. Gratian. *deciſ.* 20. *num.* 11. 12. & in terminis Mohed. *deciſ.* 4. *aliàs* 234. & *deciſ.* 5. *aliàs* 236. *de locat. & conduct.* vbi probatur penſionarium teneri concurrere, & contribuere ad collectam impræſtiti, ſeu gabellæ
8 impoſitam de facto per Rempublicam Venetam ob vrgentes neceſſitates, & pro ſalario Arcis Brixiæ, & aliis
9 oneribus: & Puteus *deciſ.* 386. *lib.* 2. vbi hoc idem probatur; certum eſt enim quod penſio etiam exempta tenetur concurrere ad onera inſolita, & incogitata, vt per Gigas *de penſ. quæſt.* 66. *num.* 6.

Nihilominùs in contrarium multa facere videntur magis probabiliter; nam ſi de primo loquimur, vbi de fori competentia tractatur, hoc certum eſſe cenſetur, quod hæc cauſa tractanda ſit in foro Eccleſiaſtico, quia negotium penſionis eſt merè Eccleſiaſticum, cùm ea impoſita ſit ſuper beneficio Eccleſiaſtico ad fauorem Clerici, & auctoritate Apoſtolica, & tractetur de interpretatione literarum Apoſtolicarum, an exemptio conceſſa penſionario comprehendat hunc caſum collectæ laicalis, ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ; hoc enim nihil refert, quoad præſentem inſpectionem, quia ſemper cauſa penſionis Eccleſiaſticæ coram ſolo iudice Eccleſiaſtico proponenda eſt, & tractanda, excluſo iudice
10 laico, ſicut per notata *in c. decernimus, de iudic.* dixit Gigas *de penſ. q.* 99. *n.* 3. & *num.* 13. & *conſ.* 14. *numer.* 6. ad rem Gerard. Maynard. *in deciſ. Tholoſ.* 43. *lib.* 1. & Borell. *in ſumm. deciſ. p.* 1. *ti.* 30. *num.* 42. & ego dixi *contr. for.* 115. *num.* 30. & nunc addo Marcheſ. *de commiſſ. appell. p.* 1. *de cauſ. penſ.* §. 1. *n.* 10. *fol.* 488. vbi in terminis docet cauſas penſionum ſolùm coram Iudicibus Eccleſiaſticis fore tractandas, laicis excluſis vrgente ratione, quia ex Papæ auctoritate conſtituuntur, & literæ ſub plumbo per Cancellariam expediuntur, in quarum executione contra non ſoluentem cenſuræ fulminantur, vel ad regreſſum, priuationem, ſeu ad interdicta aliquando contra eum agitur, & laicus Iudex talis iuriſdictionis eſt incapax, cuius munus non eſt os
in Apoſtolicam auctoritatem concernentibus ponere, 11
vel literas Apoſtolicas interpretari, & multò minùs ſi agatur de cogendo Clericum ad ſoluendam penſionem, qui ſolùm coram Iudice Eccleſiaſtico conueniri poteſt,
adeò vt nec ſuo foro renuntiare poſſit, *cap. ſi diligenti,* 12
vbi DD. communiter, *de for. compet.*

Nec obſtat, quod penſio ſit quid prophanum, & temporale, quia id verum eſt ſolùm quoad penſionem
laico dari ſolitam pro ſeruitio temporali, velut ad pul- 13
ſandum campanas. Caccialup. *in tract. de penſ. q.* 12. & Gig. *d. tract. q.* 21. *n.* 2. 3. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 3. 8. 9. 134. & ego dixi *contr.* 115. *n.* 18. Caſtr. Pallau. *mor. p.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 1. *p.* 11. §. 1. *n.* 2. 3. vbi pulchrè diſtinguit Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſ. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 16. Penſio autem, de qua hîc tractamus, non eſt ob ſeruitium temporale, & reſeruata eſt Clerico auctoritate
Apoſtolica; ideò dicitur Eccleſiaſtica, & rei ſpirituali 14
annexa, & non eſt ius temporarium, ſed ſpirituale, non antecedenter vt ius patronatus, ſed dependenter, aut conſequenter ad inſtar beneficij, ad tradita per DD. *in c. quamuis, de præbend. in* 6. Gig. *d. q.* 21. *n.* 3. *in fin.* & *q.* 28. *n.* 20. *ad fin.* pulchrè Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 167. 168. 170. & ego dixi *d. contr.* 115. *n.* 19. 20. Marcheſ. *de commiſſ. appell. d.* §. 1. *n.* 8. *fol.* 487. & Rota Romana apud eundem Marcheſ. *p.* 1. *de Signatura gratiæ, c.* 2. *deciſ.* 31. *n.* 4. *fol.* 127. & *de cauſ. penſ.* §. 2. *deciſ.* 25.
*n.* 4. *fol.* 622. vbi docet penſionem eſſe quid ſpiritualitati 15
annexum, & non reſeruari, niſi perſonis Eccleſiaſticis, & in ea cadere ſimoniam: Farin. *deciſ. poſth.* 583. *n.* 3. *p.* 2. Grat. *diſc.* 158. *n.* 8. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 39. *n.* 119. Barboſ. *de vniu. iur. Eccl. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 16. *verſ. vel ſecundò*, Corrad, *de diſpenſ. Apoſtol. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 20. latè Iulius Chartar. *deciſ. crim.* 16. *n.* 15. 16. 17. 25. 26. 62. 65. vbi plenè docet hanc opinionem à Rota fuiſſe canonizatam.

Et quatenus etiam penſio ſit res prophana cùm ra-
dicetur in beneficio Eccleſiaſtico, adhuc eius cauſa 16
decidenda eſt à Iudice Eccleſiaſtico; nam etiam cauſa priuationis beneficij ob non ſolutionem penſionis,
eſt profana, & non beneficialis, vt notatur *in clem. diſ-* 17
*pendioſam, de Iud.* & tamen à Iudice Eccleſiaſtico ſo-
lùm eſt cognoſcenda, & terminanda. Gig. *de penſ.* 18
*quæſt.* 99. *n.* 13. 14. pulchrè Marcheſan. *de comm. appell. in cauſ. penſ. part.* 1. §. 1. *num.* 11. *fol.* 488. Ergo non eſt dubitandum, quin ad Eccleſiaſticum Iudicem hæc cauſa pertineat, vt ego dixi *d. quæſt. for.* 115. *num.* 30.

Non obſtat depoſitum factum penes officium ſæculare, quia communiter DD. ſentiunt debitorem, ſi velit deponere pecuniam, quam debet, fortè ad euitandam moram, vel pœnam, aut ad alium finem, debere pe-
cuniam deponere penes ſuum Iudicem, non creditoris, 19
ad textum *in l. in contractibus, C. de non num. pec. c. dilecti filij, de for. comp.* cum notatis *in c. Romana, §. contrahentes, eod. tit. lib.* 6. Bald. *in d. l. acceptam, q.* 12. *de vſur.* Boer. *deciſ.* 114. *n.* 9. Contard. *in l. diffamari, q.* 1. *num.* 4. *C. de ingen. & manumiſſ.* & ego dixi *contr.* 34. *n.* 12. ideò malè fecit dictus Archipresbyter deponendo pecuniam penes forum laicale; debebat enim ſuum Iudicem Eccleſiaſticum adire, & quatenus etiam ipſe fuiſſet ſequeſtrarius, vel depoſitarius, non poteſt cogi ad reſtituendum
per Iudicem laicum, vt per Gratian. *diſc. for.* 8. *n.* 29. 20
30. 31. Marth. *de iuriſd. p.* 4. *caſ.* 104. *num.* 9. Craſſ. *de eff. Cler. eff.* 1. *n.* 855. *in fin.* Dian. *mor. p.* 1. *tract.* 2. *de immun. reſolut.* 21. & ego dixi *contr.* 44. *n.* 4. ideò D. Eques
Pra

Pratiſolius dictum D. Archipresbyterum conuenit iu-
remeritò coram Iudice Eccleſiaſtico, & literarum Apo-
ſtolicarum executore, quia cùm per tale depoſitum non
21 deſierit eſſe debitor, & reus, vt ego dixi d. contr. 34.
num. 12. coram ſuo Iudice conueniendus erat, & maxi-
22 mè quia depoſitum non erat integrum, vnde non rele-
uabat, l. item liberatur, §. qui paratus, vbi Bart. quib.
mod. pign. ſolu. ſtante quod deponens ſibi retinuerat ra-
tam contributionis, quam dicebat ſoluendam eſſe à
penſionario; hoc enim erat de quo inter eos controuer-
tebatur, & quod Iudiciò Eccleſiaſtici remittendum
23 erat, ad quem ſpectat interpretari Bullas Pontificias, &
videre, an exemptio conceſſa dicto Pratiſolio liberet
eum ab hoc onere, necne, provt examinatum fuit à Iu-
dice Eccleſiaſtico in caſu Mohed. d. deciſ. 4. & 5. de lo-
cat. & conduct. & Put. d. deciſ. 386. lib. 2.

Nec etiam obſtare videtur, quod penſionarius te-
neatur contribuere ad ratam pro collectis, & oneribus
impoſitis ſuper fructibus beneficij, ſiue de iure, ſiue de
facto, quia verè pro regula conſtituendum eſt, quod
penſionarius ad ratam penſionis teneatur ſubire talia
24 onera, & contribuere ad ſubſidium, & expenſas, ad
decimam Papalem, ad collectionem pro Seminario, &
reparationem Eccleſiæ. Paul. Rom. tract. de penſion. c.
vlt. n. 2. Gig. eod. tr. q. 38. n. 1. 2. & q. 58. n. 2. & q. 90. n. 1. 2.
Garz. de beneſ. p. 1. c. 5. n. 171. Axor. mor. p. 2. lib. 8. c. 9.
q. 2. Gambar. de off. legat. lib. 6. q. 5. n. 207. Barboſ. de off.
Epiſc. part. 3. alleg. 64. n. 18. & alleg. 77. n. 14. Gratian. d.
deciſ. 20. n. 10. 11. Monet. de decim. c. 9. q. 3. n. 87. Caſtr.
Pallau. mor. p. 2. tract. 13. diſp. 1. p. 11. §. 2. num. 2.

Verumtamen hæc non procedunt in penſione libera,
& exempta ab omni, & quocunque onere, ſic enim
ſolet Pontifex concedere, qua conceſſione ſtante tene-
25 tur Rector beneficij ea onera ſubire, nihil deducendo
pro penſione, per textum in c. cum inſtantia, de cenſib.
Bellenz. d. tr. q. 58. n. 3. Gig. d. q. 59. n. 6. Garz. d. c. 5.
n. 172. Gambar. d. q. 5. n. 216. Lotter. de re beneſ. lib. 1.
q. 38. n. 23. Caſtr. Pallau. d. §. 8. n. 2. verſ. ab hac regula,
Barboſ. de penſ. q. 7. n. 31.

Sed id etiam ſublimitatur, & declaratur, vt proce-
dat, quando exemptio fuit conceſſa latè ab ordinariis,
& extraordinariis; non tamen ſi penſio ſit exempta tan-
tùm ab ordinariis, quia tunc non extenditur ad inſo-
26 lita, & extraordinaria. Gig. de penſ. q. 66. n. 2. & conſ. 47.
n. 2. Pat. d. deciſ. 376. lib. 2. Mohed. d. deciſ. 4. pulchrè
Lotter. d. q. 38. n. 37. 38. 39. vbi quod Papa non intelli-
git eximere ab extraordinariis, & aliis contra iuris pro-
hibitionem.

27 Verùm quia in caſu noſtro fuit conceſſa exemptio
non ſolùm ab oneribus ordinariis, ſed etiam extraor-
dinariis, intrat quæſtio, an talis penſio ſit exempta
non ſolùm ab oneribus Eccleſiaſticis auctoritate Ec-
cleſiæ impoſitis, ſed etiam reſpectu onerum, quæ de
facto imponuntur per quoſdam Principes laicos ſuper
bonis Eccleſiaſticis: & ſanè videtur dicendum penſio-
narium teneri concurrere pro ſua rata, quia ſub gene-
rali clauſula caſuum fortuitorum non venit caſus for-
28 tuitus inſolitus, per textum in l. ſiſtulas, §. frumenta, ff.
de contrah. empt. Bart. in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, ff.
ſi quis caut. Bald. in l. 1. C. depoſ. Bald. & Salic. in l.
licèt, C. locat. Alex. conſ. 28. col. pen. verſ. ſed his non
obſtantibus, libro 1. Mohed. d. deciſ. 5. n. 1. 2. de locat. &
conduct.

Nihilominus quia hæc onera per Dominos tempora-
29 les impoſita ſuper bonis Eccleſiaſticis dicuntur extra-
ordinaria, vt apud Mohed. d. deciſ. 4. n. 5. verſ. & licèt,
de locat. & conduct. & Gig. conſ. 47. num. 2. dicendum vi-
30 detur, quod ab eis ſit exemptus penſionarius, qui habet
exemptionem ab omnibus ordinariis, & extraordinariis,
vt probat Mohed. d. deciſ. 4. ſub. num. 5. à contrario ſen-
ſu, dum vult penſionarium in illo caſu teneri contribue-
re, quia erat exemptus ſolùm ab ordinariis, & talia
onera erant extraordinaria: ergo ſi fuiſſet exemptus
etiam ab extraordinariis, non fuiſſet obligatus contri-
buere, & eodem modo poteſt intelligi Gig. conſ. 47. n. 2.
ſed hoc expreſsè docet, & tenet Lotter. de re beneſ. lib. 1.
q. 38. n. 34. 35. vbi reddit rationem, quia hoc caſu nemo
dixerit penſionarium ad huiuſmodi onera teneri contri-
buere, cùm titularis iam ex proprio conſenſu nullam
poſſit prætendere remiſſionem, vt dicitur de conducto-
re, qui omne periculum in ſe ſuſcipit, cui ideò impu- 31
tandum eſt, quod nimis effuſo ſermone in paratum in-
ciderit periculum, l. vlt. ad fin. C. de dot. promiſſ. Neuiz.
conſil. 66. n. 59. Menoch. conſil. 27. num. 10.

Veruntamen adhuc videbatur dicendum, penſiona-
rium teneri hoc caſu contribuere, quia caſus eſt valdè
inſolitus, & inexcogitatus, belli ſcilicet cum Pontifi-
ce; bellum enim inſolitum nunquam venit, niſi ſpeci-
ficè dicatur, Bart. in d. l. 2. §. quæſitum, in fin. ff. ſi quis
caut. ideò etiamſi penſio fuiſſet exempta ab omnibus 32
oneribus ordinariis, & extraordinariis, iuſtis, vel in-
iuſtis, adhuc tamen penſionarius tenebitur facere pro
caſu valdè inſolito, & inexcogitato remiſſionem, ſi
damnum ſit intolerabile, vel ſi nulli fructus ſunt recol-
lecti, per d. l. ſiſtulas, §. frumenta, de contrah. empt. 33
Neuiz. d. conſ. 91. num. 5. plenè Menoch. d. conſ. 27.
n. 18. 19. & ſeqq. & in terminis penſionis Mohed. d. de-
ciſ. 5. aliàs 236. de locat. & conduct. latè Maſtr. p. 3.
deciſ. 299. n. 51. 52. & per totam, & videndus Lotter. de re
beneſ. lib. 1. d. q. 38. n. 36. vbi vide. Natt. conſ. 86. num. 2.
Surd. de aliment. tit. 7. q. 33. num. 23. Gig. de penſio. q. 66.
per totam.

Sed pondus negotij conſiſtit in hoc, an hîc verſemur
in his terminis caſus valdè inſoliti, & damni intolera-
bilis; ſiquidem ſi loquimur de bello, is non videtur val- 34
dè inſolitus in gradu ſuperlatiuo, quia continuò vide-
mus bella modò in hac parte, modò in alia; & dici ſo-
let, quod erunt bella, donec homines; & ita ſentire vi-
detur Calcan. conſil. 24. n. 9. Neuiz. conſil. 66. numer. 43.
& conſilio 91. num. 23. cui congruit elegans dictum illud
B. Bedæ dicentis; Beda, Beda tace, quia Italia nunquam 35
erit in pace. Caſus autem valdè inſolitus, & incogitatus
eſt, qui in mille, vel centum annis ſaltem non euenit 36
niſi ſemel, vt per Gig. conſ. 47. n. 4. & per Iaſ. conſ. 107.
col. 3. verſ. prætereà, lib. 1. Gozad. conſil. 27. num. 9. verſ.
prætereà, & n. 24. Rubeus conſ. 53. num. 2. Alba conſil. 1.
num. 8. & poſt multos Rip. in tract. de peſte, tit. de priui-
leg. contract. num. 101. 102. inter ſe enim differunt, quòd
caſus ſit inſolitus, vt poteſt generaliter dici bellum, & 37
quod ſit valdè inſolitus in gradu ſuperlatiuo; ſolùm
enim poteſt dici inſolitum in hoc gradu, quando pro-
uenit ex violata pace, vel non ſeruatis indiciis, quia vix
cogitari poteſt, quod Principes fidem publicam non ob-
ſeruent, vt in his terminis loquitur Menoch. d. conſ. 27.
num. 26. Surd. deciſ. 326. n. 54. & per totum, & ſic etiam
Maſtr. d. deciſ. 299. num. 27. 28. 29. 30. & ſeq. vbi loqui-
tur de caſu inſolitò in gradu ſuperlatiuo, quale non eſt
bellum ſine illis qualitatibus, & maximè in caſu noſtro,
vbi effectus belli belligerati non peruenit ad Eccleſiam
prædictam Bibiani, cuius Archipresbyter pacificè om-
nes eius fructus percepit.

Sed dicet ipſe: Contributio impoſita per Principem
ſecularem eſt valdè inſolita, cùm factum Principis di- 38
catur caſus fortuitus, & valdè inſolitus, ſecundùm
ſubiectam materiam, & tertio præiudicare non debet,
vt per Crau. conſ. 95. n. 8. Maſtrill. d. deciſ. 299. num. 86.
Nam poteſt ſuſtineri, hæc onera non poſſe dici valdè
inſolita reſpectu etiam bonorum Eccleſiaſticorum, ſed 39
benè extraordinaria, vt per Gigant. d. conſ. 47. num. 2.
& per Mohed. d. deciſ. 4. de locat. & conduct. Put. d.
deciſ. 386. lib. 2. Lotter. d. q. 38. num. 35. 37. in quibus
locis hæc onera dicuntur extraordinaria, & ab eis non
redditur immunis penſionarius, niſi quando eius pen-
ſio eſt exempta etiam ab oneribus extraordinariis, &
pri



priuilegiatis, vt hic: ergo penſionarius noſter non te-
netur ad quidquam.

Verùm dato etiam, quod hæc contributio eſſet inſo-
lita in gradu ſuperlatiuo, hoc tamen non ſufficit ad
obtinendam remiſſionem, & faciendum, quod penſio-
narius contribuere teneatur, niſi afferat damnum titu-
40 lari intolerabile, & læſionem exceſſiuam, ita vt nulli,
aut perpauciſſimi fructus remaneant titulari; hæc
enim coniuncta eſſe debent, caſus ſcilicet inſolitus, &
damnum intolerabile circa ablationem fructuum, ad
textum in l. ex conducto, §. ſi vis tempeſtatis, & l. ſi mer-
ces, §. vis maior, ff. locat. & Gigas de penſ. q. 62. n. 17. in
fin. provt hæc coniunctim conſiderat Rota penes Mo-
hedan. d. deciſ. 5. de locat. & conduct. Neuiz. conſ. 91. n. 5.
& Lotter. d. q. 38. n. 36. & concordant Menoch. d. conſ.
27. n. 18. 27. 35. Surd. conſ. 34. n. 32. 33. 34. & ſeqq. &
deciſ. 326. n. 14. alioquin ſi ob quodlibet damnum pen-
ſionarius concurrere teneretur, parum, aut nihil ei pro-
deſſet immunitas ab oneribus ordinariis, & extraordi-
nariis: ſed ſic eſt, quod dictus D. Archipresbyter non
fuit, nec eſt ita læſus ex hac impoſitione, quin perce-
perit liberos illos centum ducatos, quos Pontifex ei re-
ſeruat in collatione beneficij. Ergo.

Benè verum eſt, quod ſi damnum contigiſſet circa
ſubſtantiam bonorum, velut ſi vſus rei fuiſſet impedi-
41 tus, tunc facienda eſſet remiſſio mercedis, etiamſi dam-
num non eſſet intolerabile, vt per Maſtrill. d. deciſ. 299.
n. 112. 113. & ſeqq. Sed id non poteſt caſui noſtro ap-
plicari: tum quia hîc damnum non verſatur circa ſub-
ſtantiam rei: tum quia dictus Maſtrill. loquitur in con-
ductore, qui ſemper tractat de damno vitando, & fa-
ciliùs debet ei fieri remiſſio; penſionarius autem non
aſſimilatur conductori, vel locatori, ſed benè vſufru-
ctuario; dicunt enim omnes eum eſſe ad inſtar vſufru-
42 ctuarij, & penſionarium, ac vſufructuarium æquipa-
rari, vt per DD. in Clem. 1. §. eadem, de ſupplend. negl.
Prælat. Dec. conſ. 156. lib. 1. Gigas de penſ. q. 38. n. 2. 3.
& q. 89. n. 3. 4. & conſ. 5. num. 1. Gratian. deciſ. 20. n. 11.
latè Mareſcot. var. reſol. lib. 2. c. 2. n. 7. vbi probat pen-
43 ſionarium tam in vita, quàm in morte æquiparari vſu-
fructuario, adeò vt poſſit teſtari de penſione maturata,
licèt nondum exacta: latè Lotter. de re beneſ. lib. 1. q. 42.
num. 20. 21. ideò penſiones non exactæ tranſeunt ad hæ-
redes. Gigas conſ. 36. n. 7. Mareſcot. d. c. 2.

Et ſimiliter beneficiatus, licèt in morte vſuario ſimi-
lis eſſe dicatur, tamen in vita vſufructuario compara-
44 tur. Couar. in c. cum in officij, in princ. de teſt. & de com-
muni teſtatur Seraph. deciſ. 594. n. 7. 19. ex gloſſa in c.
præſenti, de off. ord. in 6. latiſſimè doctiſſimus Sperell.
deciſ. 82. n. 9. vbi teſtatur de recepta Rotæ ſententia, &
quod omnes ita conſentiunt, beneficiati enim non ſunt
45 domini bonorum Eccleſiæ, ſed habentur loco admi-
niſtratorum, & procuratorum, vt per Grat. diſc. for. 238.
num. 5.

Vnde ſequitur, quod hæc controuerſia verſetur inter
duos vſufructuarios, qui omnes tractant de lucro ca-
46 ptando, quia fruuntur bonis alienis; ſiquidem vſusfru-
ctus eſt ius vtendi, & fruendi re aliena, ſalua rerum
ſubſtantia, §. 1. Inſt. de vſufr. ſed vbi quis tractat de
47 lucro captando, non fit ei remiſſio penſionis, vt per Surd.
d. conſ. 34. n. 46. ergo titularis non poteſt prætendere,
quod ſibi fiat remiſſio ob onera prædicta.

Benè verum eſt, quod ſi tantum eſſet damnum, vt
Rectori non remaneret congrua, ſcilicet ducati centum
liberi, tunc credo eum eſſe præferendum penſionario,
quia ſuſtinet pondus diei, & æſtus, & fructus huiuſmodi
videntur ei concedi pro ſeruitio, quod præſtat Eccleſiæ,
48 & ideò ſi fructus vix ſufficiunt pro vno, debent dari
Rectori, qui habet titulum perpetuum, non penſiona-
rio, qui habet titulum temporalem, vt inquit ad rem
Paul. Rom. in tract. de penſ. c. vlt. num. 6. etenim Pon-
tifex in illa congrua videtur prætuliſſe titularem pen-
ſionario, dum ſub conditione ei reſeruauit penſionem,
dummodo centum ducati remaneant Rectori; hæc 49
enim dictio reſtringit, & modificat præcedentem pen-
ſionis reſeruationem, ad textum in l. Lucius, §. quæ ha- 50
bebat, & l. ita tamen, ff. ad Trebell. Rebuff. in prax. titul.
de diſpenſ. rat. ætat. in verb. prouiſio, in princ. Barboſ. de
diction. verb. Dummodò, dict. 95. numero 9. vbi etiam,
quod facit contradictionem ad præcedentia: ergo ſi
Rectori remanent centum liberi, non eſt de quo con-
queri poſſit, quia in reliquo tractat merè de lucro ca-
ptando, & deducta congrua duc. centum, in reliquo
abſque dubio dictus penſionarius habet meliora, & po-
tiora iura, maximè ſtante exemptione ab omnibus one- 51
ribus ordinariis, & extraordinariis. Lotter. dict. q. 38.
numero 35. & cùm penſio accedat ad naturam alimen-
torum, vt per Gratian. diſc. 94. num. 52. vſque ad n. 56.
& diſc. 548. numero 8. 23. Farin. deciſ. poſth. 407. numero
primo, p. 1. Barboſ. de penſ. quæſt. 2. num. 12. Marcheſ. de
commiſſ. part. 1. de cauſ. penſ. §. 1. deciſ. 29. num. 2. fol. 536.
vbi ideò etiam docet pro penſionario executiuè agen- 52
dum eſſe, & in commiſſione ponendam eſſe clauſulam,
ſine retardatione ſolutionis, ſequitur vt etiam ei debea-
tur fauor, qui alimentis concedi ſolet. Tuſch. littera
P, concl. 273. numero ſecundo, qui eſt, quod alimenta
debentur, etiamſi ſint relicta præſtari ex fundo certo,
ex quo tantùm quantùm ſufficit ad ſolutionem alimen- 53
torum non fuerit perceptum, vt per Bart. in l. Lucius,
verſ. quæro pone, ff. de alim. & cibar. leg. Gigas de penſ.
quæſt. 62. numero 10. & 11. vbi ſic etiam arguit ab ali-
mentis ad penſionem, & teſtatur Rotam ita iudicaſſe
in quadam cauſa Hiſpaniæ, & tradit prouerbium Curia- 54
lium, qui dicere ſolent, Solue, & repete: quod proce-
dit, quando non ſolùm fructus beneficij, ſed perſona 55
Rectoris eſt principaliter obligata pro penſione ſoluen-
da, vt Gigas d. quæſt. 62. num. 19. & hoc vigore obli-
gationis perſonalis, quæ fundum non ſequitur, per tex- 56
tum in l. fin. ff. de contrah. empt. Cùm ergo hîc rema-
neant centum ducati liberi ipſi Rectori, danda eſt etiam
penſionario ſua penſio integra, & ſine diminutione,
quia fortiùs currit argumentum.

In omnibus autem caſibus quando titularis tenetur
ſoluere penſionem ita exemptam, vt ſe obligauerit ad
ſoluendum de ſuo, quidquid vnquam teneretur ſoluere
penſionarius abſque ſpe repetendi, vel defalcandi, quia
ex nunc illi donat omnia, vtique certum eſt, quod
penſionarius eſt immunis etiam ab hac contributione, 57
nec tenetur releuare titularem pro eo ſoluentem, vt
apud Seraph. deciſ. 1348. n. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 23. n. 6.
& deciſ. 205. num. 8. part. 5. Farin. deciſ. recent. 702. n. 3.
part. 2. Barboſ. de penſ. quæſt. 7. num. 33. in fin. qualis eſt
penſio Illuſtriſſimi D. Com. Nicolai Zoboli reſeruata
ſuper fructibus Eccleſiæ S. Nicolai Regij; & ideò D.
Præpoſitus illius Eccleſiæ fuit compulſus ad integram
penſionem ei ſoluendam, non obſtante contributione
prædicta, quia verbis prægnantibus nimis ſe obligaue-
rat, vt eſt caſus de quo Barboſ. de penſ. quæſt. 7. ſub.
numero 33. verſ. quæ reſolutio.

Benè verum eſt, quod ſi contributio etiam laicalis
fuiſſet impoſita auctoritate Pontificis, qui expreſsè de-
rogaſſet exemptioni cum clauſula, Quorum tenores, 58
quia tunc penſionarius ſoluere, vel releuare teneretur,
quia poſteriora derogant prioribus, vt per Bald. in
capit. dilecta, de præſcript. & Rot. deciſ. 161. num. 3.
inquit Monet. de decim. cap. 9. quæſt. 3. num. 90. 91. pul-
chrè Lotter. de re beneſ. lib. 1. q. 38. n. 27. 28. 29. 30. &
ſeqq. Garz. de beneſ. p. 1. c. 5. num. 173. 174. 175. Barboſ.
de penſ. quæſt. 7. num. 31. in quo tamen animaduerten-
dum eſt, ne derogatio fiat ſolùm reſpectu Cameræ
Apoſtolicæ, vel illius Principis, cui fit conceſſio, vt
facilior ſit exactio, non autem reſpectu titularis, & ita
ſine præiudicio conuentionum inter titularios, & penſio-
narios, vt ſæpè euenit, quia tunc nihilominus titularis 59
tene

tenetur ſoluere,nec eſt releuandus à penſionario,per ea, quæ ego latè dixi *in controu.for.* 24. per totam; hic autem nulla adeſt exemptionis derogatio, & conuentiones ſtant pro penſionario, qui exemptus eſt ab omnibus ordinariis, & extraordinariis, & priulegiatis oneribus: ergo non tenetur releuare titularem, & ipſi debetur integra penſio: & ita cenſui.

---

# CAPVT CCI.

## Epitome.

Penſio Eccleſiaſtica an ſit minuenda ad ratam pro tempore, quo Eccleſiaſtici collectantur à Dominis temporalibus pro neceſſitatibus publicis.

## SVMMARIVM.

2 *Penſionarius de natura penſionis debet concurrere ad onera.*
2 *Impræſtiti impoſitio an pertineat ad penſionarium.*
3 *Penſionarius an teneatur concurrere ad onera à laicis impoſita.*
4 *Exemptio ab oneribus non comprehendit caſus valdè inſolitos.*
5 *Caſus fortuitos in ſe ſuſcipiens non tenetur de inſolitis in gradu ſuperlatiuo.*
6 *Fortuitorum caſum vt quis euitare poſſit quot requirantur.*
7 *Penſionarius non poteſt exigere penſionem, ſi omnes fructus beneficij amiſſi fuerint.*
8 *Conductori fit remiſſio mercedis ob caſum valdè inſolitum, & quando.*
9 *Penſionis impoſitæ tempus eſt attendendum.*
10 *Eccleſiæ res an ſit ſterilis, attẽditur tempus alienationis.*
11 *Collectam exigi de facto ſufficit, vt concurrant penſionarij, vel alij.*
12 *Penſio Eccleſiaſtica non ſubiacet fortunæ, neque caſui fortuito.*
13 *Alimenta qui præſtare tenetur, etiam tenetur ad onera alimentorum.*
14 *Maritus tenetur ad onera rei dotalis.*
15 *Maritus tenetur alere vxorem, & filios.*
16 *Titularis tenetur ad collectas, & onera, non penſionarius.*
17 *Penſio pro alimentis eſt fauorabilis.*
18 *Penſioni obligatur perſona, ſed non beneficium.*
19 *Penſio quando ſolui debeat nullis etiam fructibus perceptis.*
20 *Penſionem obligatus ſoluere ex fundo, non liberatur etiam fundo alienato.*
21 *Penſionarius habet actionem perſonalem contra Titularem, qui conſenſit penſioni.*
22 *Penſionario datur actio realis, & perſonalis contra Titularem.*
23 *Penſiones æquiparantur contractibus.*
24 *Penſio vt quis commodiùs ſuſtentari valeat, cenſetur pro alimentis reſeruata.*
25 *Penſionarius ex vi alimentorum an teneatur ad onera.*
26 *Fortuiti caſus inſoliti dicuntur, qui ex facto Principis procedunt.*
27 *Fortuiti caſus inſoliti ſimpliciter, & in gradu ſuperlatiuo diffinitiuà an detur.*
28 *Fortuiti caſus appellatione venit etiam inſolitus.*
29 *Fortuiti caſus ſuſceptio non liberat à caſu valdè inſolito, & quando.*
30 *Priuilegium perditur ob detrimentum enorme ſuperueniens.*
31 *Caſus inſolitus valdè, & damnum irreparabile, & intolerabile requiritur, vt penſio remittatur.*
32 *Conductori non fit remiſſio, niſi ex caſu inſolito, & damno intolerabili.*
33 *Penſio non diminuitur, niſi conductor, & penſionem ſoluens ſit læſus vltra dimidiam.*
34 *Penſio quando remittatur ad ratam.*
35 *Locator non tenetur remittere penſionem, niſi propter damnum intolerabile.*
36 *Damnum intolerabile quid efficiat, & quando adeſſe dicatur.*
37 *Penſionis remiſſo pro rata non fit, niſi damnum ſit intolerabile.*
38 *Conductori quando fiat remiſſio ob quodcumque damnum etiam leue.*
39 *Damnum enorme eſt, quod tranſcendit dimidiam.*
40 *Onus extraordinarium quodnam dicatur.*
41 *Collecta eſt ſoluenda ab vſufructuario.*
42 *Penſio exempta non eſt exempta ab onere inſolito.*
43 *Penſio exempta ab omni onere ordinario, & extraordinario quid comprehendat.*
44 *Conductor modicum damnum æquo animo ferre debet.*
45 *Penſionarius non tenetur ad onera impoſita à Domino temporali, & quando.*
46 *Penſionarius non tenetur ad onera ſolita.*
47 *Penſionarius non tenetur ad onera inſolita, niſi fructus immodicè ſint diminuti.*
48 *Penſionarius quando ad onera concurrere debeat.*
49 *Penſionarius agens contra eum, qui conſenſit penſioni, non tenetur iuſtificare gratiam.*
50 *Penſionarius ſtante clauſula*, Dummodo, *tenetur iuſtificare eius Bullas.*
51 *Penſionarius exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi in poſſeſſorio, non tenetur iuſtificare eius gratiam.*
52 *Titularis percipit fructus titulo oneroſo, penſionarius non.*
53 *Penſio an ſit remittenda attenditur tempus damni illati.*
54 *Conductori an fiat remiſſio, attenditur tempus collectionis fructuum.*
55 *Penſio an ſit remittenda, fit compenſatio anni ſterilis cum fertili.*
56 *Conductori quomodo fiat remiſſio, ſi damnificetur ex caſu inſolito.*
57 *Vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
58 *Penſionarius, & locator æquiparantur.*
59 *Penſionario non minuitur penſio, ſi congrua remanet Rectori.*
60 *Clauſula,* rebus ſic ſtantibus, *ſemper ſuperintelligitur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

ITerum fuit neceſſe ventilare, an penſionarius teneatur contribuere ad ratam pro collecta impoſita à Principe ſæculari etiam ſuper bonis Eccleſiaſticis gratiâ defendendi ſuum ſtatum, vel alio reſpectu; nam cùm partes in me compromiſerint articulum decidendum de iure, & de facto, multa hinc inde allegata ſunt, quæ rem dubioſam reddere videbantur.

Siquidem titularis dicebat facilè ſibi eſſe ſubue-
niendum, quia de natura penſionis eſt, vt penſiona- 1
rius pro rata concurrat ad ſolutionem onerum. Caccialup. *de penſ. q.* 17. Gigas *eod. tract. q.* 60. *num.* 2. & *q.* 90. *num.* 1. Rot. *diuerſ. deciſ.* 161. *n.* 3. & *n.* 13. *p.*2. & latè in terminis noſtris de onere impræſtiti im-
poſito à Republica Veneta ſuper fructibus beneficiorum
teſtatur, & probat Ferret. *conſ.* 322. *n.* 3. *in fin. & per* 2
*totum* dicens, quod onus impoſitum per dominium Venetum ſuper fructibus beneficiorum intelligitur de parte fructuum, qui remanent apud ipſos Rectores, & ſic detracto onere penſionis, pro qua penſionarius tenebitur ad onus impoſitum; & licèt illud non fuerit impoſitum à legitimo ſuperiore, tamen ſatis eſt, quod re ipſa, & de facto impoſitio huiuſmodi obſeruetur, vt ibidem probat per multas rationes.



Neque prædictis obſtare videtur exemptio penſionarij ab omnibus oneribus ordinariis, & extraordinariis, & priuilegiatis, quia ea non habuit locum, neque extenditur ad caſus valdè inſolitos, maximè in ſuperlatiuo gra-
4 du, & non cogitatos, quibus euenientibus ſicut fit re-
miſſio mercedis locatori, ſic debet remitti penſio titulari in beneficio: ſic per textum *in l. fiſtulas*, §. *frumenta, ff. de contrahend. empt.* & *in l. ſi merces*, §. *vis maior, ff. locat.* Bart. *in l. ſed & ſi quis*, §. *quæſitum, ad fin. ff. ſi quis caut.* latè Gigas *de penſ. q.*66. *n.*3. *& per totam*, pulchrè Corn. *in conſ.*23. *ſub num.*12. *ad fin. lib.*2. vbi loquitur de bello Florentino cum Pontifice, eo quod ſine cauſæ etiam co-
5 gnitione ſuſpenderint Archiepiſcopum Piſanum; & di-
cit, quod quamvis conductor ſuſcipiat in ſe caſus fortuitos, & inſolitos, non tamen tenetur de inſolitis in gradu ſuperlatiuo: ſic Alex. *conſil.*28. *num.*9.10. *lib.*1. Abb. *conſ.*1. *num.*5. Rol. *conſ.*45. *num.*15.16. *lib.* 3. Menoch. *conſ.*27. *num.*18.19. pulchrè Crauet. *conſ.*718. *num.*13.14. Natt. *conſ.*21. *num.*12. latiſſimè Surd. *deciſ.*326. *n.*12. vbi multos allegat. Ant. Gamb. *deciſ.*349. *n.*1. Maſtril. *deciſ.* 299. *n.*21. *& ſeqq.* videndus Celſ. Hug. *conſ.*18. *n.*4.5. vbi pulchrè hoc docet Peregr. *conſ.*54. *num.*7. *in fin. lib.*6. Giouagn. *conſ.*95. *n.*7. *lib.*1.

Nec obſtat ad finem, vt prædicta locum habeant, duo copulatiuè requiri, vt ſcilicet caſus ſit valde inſolitus, &
6 damnum tale, vt ſuſtulerit omnes fructus, vt per Mohed.
*d. deciſ.*5. *de locat.* & Lotter. *de re benef. quæſt.*38. *num.*34. *lib.*1. namque non eſt verum, requiri tantum damnum, vt omnes fructus ſublati ſint, ſed ſatis eſt caſum eſſe for-
7 tuitum, & in gradu ſuperlatiuo inſolitum, vt concurrat
amiſſio partis fructuum, quæ ſufficiat pro obtinenda remiſſione mercedis, vt per textum *in d. l. fiſtulas*, §. *frumenta*, vbi Bart. Bald. Ang. Imol. & Alex. qui omnes concludunt ſufficere caſum eſſe inſolitum: pulchrè Celſ. Vgo *conſ.*18. *n.*5. *verſ. & genus armorum:* vbi docet facien-
8 dam eſſe remiſſionem mercedis conductori ob caſum val-
dè inſolitum, etiamſi pars tantùm fructuum ſublata ſit, alioquin ſi neceſſe eſſet penitùs omnes fructus eſſe ſublatos, ferè nunquam veniret caſus remiſſionis, vt inquit Alex. de Næuo *in conſ.*67. *n.*6. *in fin.*

Neque nocet, quod adhuc ſolutis collectis, & penſionibus remaneant centum ducati pro Rectore, ſtante quod vacauerunt penſiones aliæ magni momenti, quæ fuerant ab initio impoſitæ ſuper fructibus dictæ Eccleſiæ,
9 quia reſpondetur attendendum eſſe tempus impoſitionis
penſionis, quo erat valde grauata, ſicut in ſimili, vt res
10 Eccleſiæ dicatur ſterilis, ſeu infructuoſa, attenditur tem-
pus, quo fit alienatio, nulla habita ratione, quod poſteà fiat pretioſior. Soc. *conſ.*488. *n.*3. *lib.*4. Corn. *conſ.*15. *num.*9. *lib.*4. Crau. *conſ.*188. *n.*4. Seraph. *deciſ.*366. *num.*1. Gratian *diſc.*720. *n.*32. *lib.*4.

His tamen non obſtantibus adhuc cenſui prædictum penſionarium non teneri concurrere ad hanc collectam, ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam; hoc enim inquirere non eſt
11 præſentis inſpectionis, cùm ſatis ſit exigi de facto, vt per
Ferret. *d. conſ.*322. *n.*4.5.6. quia penſio prædicta eſt libera à quocunque onere ordinario, & extraordinario, etiam priuilegiato, & debetur pro alimentis penſionarij; ideò non tenetur concurrere ad aliqua onera, quia penſio
12 Eccleſiaſtica non ſubiacet fortunæ, nec caſui fortuito.
Alex. de Næu. *d. conſ.*67. *n.*9. Gig. *de penſ. quæſt.*62. Ioan. Baptiſta Coſta *de ration. rat. quæſt.*10. *n.*6. Lotter. *d. q.*38. *num.*34.35.

Quod multò magis procedit in penſione, quæ pro alimentis debetur; tunc enim penſionarius non tenetur ad contribuendum, ſed titularis debet facere expenſas, & ſoluere collectas, quia ille qui tenetur alicui alimenta præſtare, tenetur etiam ad onera alimentorum, ipſis ali-
13 mentis computatis cum aliis fructibus vſufructuarij, vt
probat textus *in extr. Bonif. VIII. in tit. de decim. col.*2.
*verſ. Prælati*; ſicut etiam maritus, qui tenetur ſoluere 14
onera rei dotalis, ex qua colligit fructus (onera enim fructuum ſunt) vt dicit textus *in l. neque ſtipendium, ff. de impenſ. in rebus dotal. fact.* vbi Bart. ad hoc notat illum textum. Ecce quod licèt maritus teneatur alimentare
vxorem, & filios, *cap. per noſtras, de donat. inter vir. &* 15
*vxor.* tamen tenetur etiam ad onera pro ipſis bonis dotalibus, *d. l. neque ſtipendium*; hac ratione, quia dominus eſt, & poſſeſſor fructuum: ita dicamus de titulari, qui æquiparatur vſufructuario vniuerſali, vt licèt teneatur
ad penſionem pro alimentis penſionarij, tamen debeat 16
etiam ſoluere tales impoſitiones ex cauſa dictorum fructuum, vt in terminis probat Ferret. *in conſ.* 199. *n.* 3.4.
*lib.*1. fauorabilis enim eſt illa penſio, quæ reſeruatur pro 17
alimentis, & ſuſtentatione. Borell. *in ſum. deciſ. p.*1. *tit.*30. *num.*10.

Et tantò minùs in caſu noſtro debet concurrere penſionarius, etiamſi nulli fructus percepti eſſent, quia titularis modernus eſt ille, qui conſenſit penſioni, & eius re-
ſeruationi, & propterea perſona eius obligatur, & non 18
beneficium, *cap. niſi eſſent, de præbend.* & ideò dato etiam, quod Papa reſeruauerit penſionem ſuper fructibus, tamen perſona ipſius eſt principaliter obligata, & ipſi fructus ſunt obligati pro ipſa penſione ſoluenda, non autem ſolutio fructuum eſt poſita causâ taxationis, ſed causâ
demonſtrationis; & ideò etiamſi nulli fructus percepti 19
eſſent, deberet ſolui integra penſio, *l. Lucius, ff. de alim. & cib. legat.* nam obligatio imperſonalis non ſequitur fundum, *l. fin.* §. *fin. ff. de contrahend. empt.* vbi patet, quod ſi aliquis promittit ſoluere decem annua de
fundo ſuo, ſi alienat fundum, adhuc remanet obligatus: 20
& propterea contra titularem etiam fructus non percipientem, ſi conſenſit reſeruationi penſionis cum ſolitis
obligationibus, datur actio perſonalis, vt in terminis 21
docuit Alex. de Næu. *d. conſ.*67. *ſub num.*9. *verſ. & ideò, verſ. & in hoc*, vbi de communi teſtatur, & eum ſequitur Gig. *d. quæſt.*62. ſic etiam Caccial. *tract. de penſ. quæſt.*9. *num.* 3.8. Rom. *conſ.*388. *num.*3.8. etenim in exigendis penſionibus non ſolùm datur actio realis contra perci-
pientem fructus beneficij, ſed etiam perſonalis contra 22
eum, qui penſionis reſeruationi conſentit, vt per Gonzal. *ad reg* 8. *Cancell. gl.*5. §.5. *num.* 46.52. Farin. *deciſ. poſth.*407. *num.*3 *part.*1. penſiones enim ob conſenſum
à titulari in eo præſtitum æquiparantur contractibus, 23
Gig. *de penſ. quæſt.*99. *num.*10. Achil. *deciſ.*13. *num.*8. *de penſ.* Barboſ. *in prax. de penſ. quæſt.* 99. *num.* 10. Achil. *deciſ.*13. *num.*8. *de penſ.* Barboſ. *in prax. de penſ. exig. q.*1. *num.*30.31. & *q.*3. *n.*8. & ideò ſicut in contractibus promittens aliquid ſoluere ex fundo, obligatur actione perſonali ad ſoluendum, etiamſi fundum non poſſideat, *d. l. fin.* §. *fin. de contrahend. empt.* ita etiam in penſionibus dicendum eſt.

Idque fortiùs dicendum eſt in penſione, quæ pro alimentis reſeruatur, quæ dicitur fauorabilis, vt viſum eſt,
quia ſtante clauſula, vt penſionarius valeat commodiùs 24
ſuſtentari, etiamſi de alimentis non ſit facta mentio, cenſetur pro alimentis reſeruata. Hyppol. Rim. *conſ.*298. *num.*11.13. pulchrè Lotter. *de re benef. lib.*1. *quæſt.*35. *n.*50. 51. & *quæſt.*39. *num.* 79. Gratian. *diſc.* 94. *num.* 55. & *diſc.*548. *num.*24. Durant. *deciſ.*448. *num.*23. & ego dixi *contr.*36. *n.*24.

Non obſtant in contrarium adducta, & primò de natura penſionis teneri penſionarium pro rata concurrere cum titulari ad onera, ex Ferret. *d. conſ.*322. *n.*3. *in fin.*
& aliis. Quia reſpondetur hæc non procedere in penſio- 25
ne reſeruata pro alimentis, ex Ferret. *d. conſ.*199. *n.*3.4. neque locum habere in penſione libera, & exempta ab omnibus ordinariis, & extraordinariis. Lotter. *d. q.*38. *num.*34.35.

Secundò non obſtat exemptionẽ ab oneribus conceſſam trahi non poſſe ad caſus valdè inſolitos in gradu ſuperlatiuo,

26 tiuo, ex Corn. d.conſ.23. ſub n.12.lib.2. & talia eſſe, quæ
eueniunt ex facto Principis, cui reſiſti non poteſt, vt per
Rol. conſil.45.num.15.lib.3.Menoch. d.conſ.27.num.30.31.
Mangil. de euict. q.17.n.13.

Nam primò reſpondetur, quod illa diſtinctio Corn.
d. conſ.23. inter caſus non præuiſos in ſuperlatiuo gradu,
aut in aliis gradibus inferioribus, videtur ſolitaria, deſcen-
27 dens à capite ſuo, & contra dictum Angel. *in l. qui iure
militari, ff. de teſt. milit.* vbi quando dicitur in quieta-
tione, quod trahatur etiam ad non cogitata, ſit debitor
ſecurus perpetuò: ſequitur Alex.conſ.42.col.4.in fin.lib.1.
nec diſtinguunt DD. prout Corneus facit, imò volunt,
28 quod vbi fit mentio de caſibus fortuitis, veniunt etiam
inſoliti: ſic docet pulchrè Crauet.conſ.294. ſub num. 8.
*verſ. Octauò dico.*

Sed eſto, quod diſtinctio Cornei ſit communis, prout
videtur eſſe, vt exemptio etiam à caſibus fortuitis non
liberet à caſibus valde inſolitis in gradu ſuperlatiuo,
29 ex Menoch. d. conſ. 26. numer. 19. Peregr. d. conſ. 14.
n.7. in fin. Giouag. d. conſ.95.n.7. Surd. d.deciſ.326.n.12.
cum aliis ſuprà adductis; tamen reſpondetur id non pro-
cedere, neque locum habere, niſi duo ſimul copulatiuè
concurrant, ſcilicet caſus valdè inſolitus, & damnum in-
tolerabile vltra dimidiam eius, quod percipi ſolet; tunc
30 enim propter detrimentum enorme ſuperueniens priuile-
gium perditur, vt *in cap. ſuggeſtum, de decim.* Crau. d.
conſ.294. ſub n.8. *verſ. non obſtat vltimum.*

Et quod hoc verum ſit, & quod diſtinctio Cornei ita
ſit intelligenda, vt hæc duo copulatiuè requirantur, ca-
ſus ſcilicet valdè inſolitus, & damnum irreparabile, &
intolerabile, probant iura à Corneo, & aliis DD. alle-
31 gata; etenim in primis *l. fiſtulas, §. frumenta, ff. de contr.
empt.* id euidenter oſtendit, dum requirit, quod immo-
deratæ fuerint niues, & contra conſuetudinem, & ibi-
dem tradunt communiter DD. qui eam legem ſic intelli-
gunt, vt concurrat damnum intolerabile, & caſus valdè
inſolitus.

Verùm meliùs id etiam probat textus *in d. l. ſi merces,
§. vis maior, de locat. & conduct.* dum dicit, *Vis maior,
quam Græci iram diuinam appellant, non debet conductori
damno eſſe, ſi pluſquam tolerabile eſt, læſi fuerint fructus;
32 alioquin modicum damnum æquo animo ferre debet colonus.*
Ecce ergo quomodo non fit remiſſio mercedis conducto-
ri, niſi concurrat vis maior, quæ eſt caſus inſolitus,
& damnum intolerabile. Et idem probatur *in leg. ex con-
ducto, §. ſi vis tempeſtatis, ff. eod.* ita etiam ad hoc, vt
penſionarius concurrere debeat, oportet quod titularis
ex caſu inſolito ſentiat damnum intolerabile vltra dimi-
diam, alioquin non poteſt diminui penſio, ſi titularis
non eſt læſus in fructibus vltra dimidiam, ex textu *in l.
33 diuortio, §.fin. ff. ſolut. matrim.* Imol. *in cap. propter ſte-
rilitatem, de locat.* & ita in terminis docuit Alex. de Næuo,
d. conſil.67.num.6.7.8. vbi teſtatur de communi, & vera
opinione, quem ſequitur Gigas de penſ. quæſt.62.n.16.17.
18. ſic etiam latè, & pulchrè Coſta *in pract. de ration.
ratæ,* quæſt.10.n.5.6.7. vbi requirit damnum intolerabile
34 vltra dimidiam, & teſtatur de communi opinione, mul-
toſque alios allegat. Caccialup. q.16. in princ. de penſion.
Rota apud Card. Creſcent. deciſ.4. aliàs 16.n.10. de locat.
& conduct.

Imò omnes DD. qui pro conductore ſcripſerunt, di-
centes, etiamſi in ſe ſuſceperit caſus fortuitos, & inſo-
litos, non tamen teneri ad ſolutionem penſionis, ſi eue-
niat caſus valdè inſolitus in gradu ſuperlatiuo, ſuppo-
nunt adeſſe damnum intolerabile circa fructus, & reddi-
35 tus, adeò vt ſit læſus vltra dimidiam, alioquin damnum
æquo animo ipſe ſentire deberet, ex d. l. ſi merces, §. vis
maior, ff. locat. cap. propter ſterilitatem, vbi DD. omnes,
extr. eod. DD. in l. licèt, C. eod. Bart. in l. cotem ferro, §.
qui maximos, vbi DD. de publican. Barbat. conſ.21. col.5.
lib.2. Menoch. d. conſ.27. n.27. vbi maximum damnum
requirit: ſic pulchrè etiam Surd. conſ.34.n.31. verſ. qui-
bus tamen, vbi requirit damnum intolerabile, & conſ.400.
num.26. & deciſ.326. n.14. vbi etiam docet neceſſe eſſe, 36
vt conductori inferatur damnum intolerabile, & multos
alios allegat: ſic etiam Burſat. conſ.81. num. 13. & conſ.
309. n.2. Maſtrill. d. deciſ.299. num.4. & num.20. ad fin.
ibi: *intolerabile damnum,* & num.69. ibi: *non comprehendit
caſum, qui continet enormiſſimam læſionem.* Coſta de ration.
rat. dict. q.10.n.6.7. Corrat. de locat. & conduct. tit. de
remiſſ. merced. q.7.n.12. vbi requirit, quod damnum ſit
intolerabile, vel res in totum perierit. Mangil. de euiction.
q.17. n.13. vbi requirit, quod iſte caſus inſolitus afferat
magnum damnum, quod omnes interpretantur de dam-
no vltra dimidiam, vt per Alex. de Næuo d.conſ.67.n.7.8.
latè Carroc. de loc. & conduct. tit. de remiſſ. merced. q.1.n.4.
& num.19. in fin. vbi teſtatur de receptiſſima DD. ſen-
tentia.

Et quamvis Carroc. d. q.7. n.12. in fin. dicat, quod ſi
damnum excedit dimidiam, fit remiſſio in totum; ſi verò
non excedit, tunc pro rata, quia in hoc allucinatur, &
loquitur expreſsè contra textum *in d. l. ſi merces, §. vis
maior, de locat.* & contra communem, de qua Alex. d.
conſ.67.n.6.7.8. & Surd. d.conſ.34.n.31. verſ. quibus tamen,
& Coſtam d. q.10. n.5. vbi tradit, quod non fit remiſſio
penſionis pro rata, niſi damnum ſit intolerabile vltra 37
dimidiam, ideò cùm Carroc. nihil alleget, de eo non eſt
curandum.

Si quæ ſunt in contrarium, procedunt vel quando
damnum prouenit à facto; vel culpa locatoris, vel ver-
ſatur circa rei ſubſtantiam, quia fortè res periit in to-
tum, vel in parte, vel non præſtatur patientia conducto-
ri, vt re locata vti poſſit; tunc enim qualecunque ſit 38
damnum, imputatur locatori, & fit remiſſio mercedis ad
ratam: ſic Corn. d. conſ.23. & Menoch. d. conſ.27. n. 31.
verſ. tertiò, & num.32. 33. & num.53.54. pulchrè Surd.
conſ.400. num.27. & deciſ. 326.n.34.35.55.56. Maſtrill.
d. deciſ.299.n.17.18.112.113.114. & ſeqq. Sed hìc bona
Eccleſiæ non ſunt deteriorata in ſubſtantia, neque titu-
laris fuit impeditus, ne fructus perciperet; ſolùm eſt
aſtrictus ad ſoluendam collectam prædictam vnius caba-
lotti pro bubulca ſingulis menſibus, quæ eſt leuis impo-
ſitio reſpectu quantitatis fructuum, quos ipſe percipit ab
Eccleſia, cùm non abſorbeat octauam illius redditus par-
tem, & proptereà verſamur extra caſum, quod ſentiat
damnum intolerabile; licèt enim in ſe graue ſit, reſpectu
tamen totius non poteſt dici immodicum, & enorme, 39
quia non tranſcendit dimidiam fructuum, vt requiritur
ſecundùm Alex. de Næu. d.conſil.67.n.6.7.8. & cùm pen-
ſio ſit exempta ab omni onere ordinario, & extraordi-
nario, ac etiam priuilegiato, poteſt dici, quod immunis
etiam ſit à præſenti collecta, quæ venit ſub nomine one-
ris extraordinarij; ſiquidem onus extraordinarium dici-
tur, quod non imponitur à iure, ſed indicitur ob ſuperue-
nientiam alicuius caſus nouiter, & per accidens, vel 40
etiam repentinè emergentis, propter neceſſitatem immi-
nentem Reipublicæ, ex Gemin. conſ.116. num. 5. Calder.
conſ.444.num.2.verſ. quædam aliàs 2. de cenſ. Card. Tuſch.
littera O, concl.123.num.12. Grilinz. conſ.53. n.39. ergo,
&c.

Etenim verè dicto titulari ſoluta penſione, & dicta
collecta, & oneribus Eccleſiæ, adhuc remanent ei centum
ducati liberi, & multò plus, quo ſuſtentat ſe, & ſuam fa-
miliam: ergo non ſumus in caſu, vt penſionarius concur-
rere debeat ad ſolutionem dicti grauaminis, & collectæ,
hæc enim ſoluenda eſt à titulari tanquam vſufructuario 41
vniuerſali, ad textum *in l. hactenus, l. arbores, in fin.* iuncta
gloſſa *in verb. cæſæ arundinis, l. ſi pendentes, § ſi quid, verſ. &
ſolent, de vſufr.* & *in l. quæro,* vbi Bart. not. de vſufr. leg. & in
l.1. C. de annon. & trib. lib.10. Bart. in l. his verbis, § idem teſta-
tor, de leg.3. & quamvis Gigas de penſ. q.66.n.6. concludat
penſionē exemptam ab omni onere non cenſeri immunem
ab onere inſolito, & inexcogitato, tamen ipſe non loqui- 42
tur de penſione exempta etiam ab oneribus extraordina-
riis



riis & priuilegiatis, quia tunc erit immunis etiam ab in-
43 ſolitis, & à collecta per Principem ſæcularem impoſita, vt
per Lotter. de re benef. lib.1. quæſt.38. num.34.35. & eſt de
mente Rotæ apud Mohed. d.deciſ.4. de locat. & conduct.

Et ſanè ſtante quod fructus dictæ plebis Bibiani ſunt
magni valoris, & collecta eorum reſpectu eſt parua, ita vt
ex remanentibus fructibus penſio prædicta facilè ſolui
poſſit, & alij plures fructus remanent pro ſoluente, in
tantùm, quod habeat vltra omnes expenſas ducatos cen-
tum liberos, & multò plus, non poteſt excuſari à ſolutio-
44 ne integra dictæ penſionis, non obſtante collecta prædi-
cta, cuius damnum ipſe debet æquo animo ferre, iuxta
textum *in d.l. ſi merces, §. vis maior, de locat. & conduct.* & ita
45 in terminis, quod penſionarius non teneatur pro portio-
ne penſionis ad collectas, ſeu impræſtita, quæ Domini
Veneti de facto in dominio eorum extingunt etiam ab
Eccleſiaſticis, cenſuit Rota Rom. apud Card. Creſcent.
deciſ.4. aliàs 16.num.6.7.8.9.10. lib.2. de locat. & conduct.
non obſtantibus multis rationibus in contrarium addu-
ctis; & ſic iudicauit in hæc verba.

Tamen Domini in vna Vicentina penſionis coram
D. Aragonia, quia fructus erant magni valoris, & impræ-
ſtita parua, ita vt ex remanentibus fructibus penſio faci-
lè ſolui poterat, & alij plures fructus pro ſoluente rema-
nebant, ad notata per Abb. *in c. conquerente, de Cleric. non
reſid.* & per Caccialup. de penſ. quæſt.7. fuerunt in ſenten-
tia, quod penſionarius ad ea non teneretur. Aut ex eo
quia ſemper, & continuò ſimilia fiunt, & dicitur ordina-
rium, ideſt ita, vt de eo Papa notitiam, & conſideratio-
nem habere videatur; & ſic cùm ſit onus ſolitum, penſio-
46 narius non teneatur, ad dicta per Caccialup. de penſ. quæ-
ſtion.17. & Caſtr. conſ.339. *Quia exceptiones,* & conſ.405.
*Nouiſſimè,* lib.1. Aut quòd ſit inconſiderabile, & extra-
ordinarium, & tunc ſit quoddam furtum, ſiue latroci-
nium, vel hoſtile damnum, ad *l. ſi merces, §. vis maior, ff.
47 locat.* cum ſimilibus: & ſi tali caſu fortuito fructus non
ſunt in magna quantitate diminuti, tunc quia ſoluta pen
ſione reliqui fructus ſufficiunt ad onera Eccleſiæ ſup-
portanda, ad tradita per Caccialup. dict. tract. quæſt.7.
non debent diminuere penſionem, per d. §. vis maior.
& Caccialup. vbi ſuprà, quæſt.16. in princ. ſequitur Bo-
rell. d. tit.30. num.95.

Vnde apertè deciditur caſus noſter, in quo abundè
reſtant titulari fructus pro ſua ſuſtentatione, & penſio-
ne ſoluenda; & hinc cognoſcimus, quod ſi collecta ali-
cui titulari eſſet oneroſa, vt ſibi non remanerent cen-
tum, & commoditas ſatisfaciendi oneribus Eccleſiæ,
tunc penſionarius teneretur concurrere, quia eo caſu
verificaretur caſus inſolitus, & damnum intolerabile,
48 iuxta *d. l. fiſtulas, §. frumenta, de contrah. empt.* ſicut
etiam edocemur non eſſe neceſſe, quod ſimul cum in-
ſolito caſu perierint omnes fructus, vt ſentire videtur
Lotter. de re benef. lib.1. quæſt.38. num.35. quia ſufficit
damnum adeſſe intolerabile excedens dimidiam, ad tex-
tum *in d. l. vis maior.* Alex. de Næuo, d. conſil.67.num.6.
7. 8. Benè verum eſt, quod ſi omnes fructus periiſſent,
tunc pro indubitato eſſet, quod penſionarius ad dam-
num concurrere deberet. Mohed. dict. deciſ.5. de locat.
& cond.

Non obſtat, attendendum eſſe tempus impoſitionis
penſionis, ad cognoſcendum, an Eccleſia ſit opulenta,
& damnum ſit intolerabile. Nam reſpondetur, quod eo
tempore prædicta Eccleſia erat opulenta eodem modo
reſpectu ſui, quo nunc eſt; erat tamen grauata magnis
penſionibus, quæ omnes nunc ſunt extinctæ, excepta
hac D. Equitis Pratiſolij, & ideò Eccleſia eſt ſatis libe-
ra, & opulenta. Verùm etiam tempore impoſitionis di-
ctæ impoſitionis remanebant centum ducati liberi, pro-
vt conſtat ex confeſſione ipſius titularis, quod ſufficit
ad probandum centum remanere pro Rectore, quando
49 agitur contra eum, qui penſioni conſenſit; tunc enim
nulla alia requiritur Bullarum iuſtificatio, ad textum in
l. cùm precum, C. de liber. cauſ. Coccin. deciſ.299. num.2.
Burſat. deciſ.300.num.7. & deciſ.708.num.5. Barboſ. de
penſ. quæſt.2. num.17.

Benè verum eſt, quod hoc limitatur non procedere,
quando in Bullis Apoſtolicis alicui reſeruatur penſio
cum clauſula, *Dummodo remaneāt centum pro Rectore,* quia
tūc gratia dicitur conditionalis, & debet verificari etiam-
ſi agatur contra eum, qui conſenſit penſioni. Caualer. 50
deciſ.148. num.4. deciſ.183.num.1.2. & deciſ.383. num.1.
latè Marcheſ. de commiſſ. appellat. in cauſ. penſ. part.1. §.1.
num.94. fol.497. Sed id quoque declaratur duplici mo-
do, & primò vt non procedat, quando dicta clauſula,
*Dummodo,* apponitur, vt hìc, poſt reſeruationem penſio-
nis. Caualer. d.deciſ.148. ſub num.4. deinde non habet lo-
cum quando penſionarius eſt in quaſi poſſeſſione exi-
gendi penſionem, vt hic; tunc enim non tenetur iuſtifi-
care gratiam, per notata à gloſſa in l. ſicut, §. ſed ſi quæra- 51
tur, vbi Caſtr. num.3.4. ff. ſi ſeru. vendic. Abb. in c. querelam,
num.12 de elect. Ruin conſil.154.num.4.lib.4. Caſſador. de-
ciſ.10. de reſcript. & pluries id Rota cenſuit, vt apud Mar-
cheſan. d.§.1. num.92. par.1. fol.496. Durant. deciſ.324. num.
25. Poſthius in tract. de manuten. obſer.18.num.41. Farinac.
deciſ. poſth.429.num.4.part.1.

Ideò non debet dictus Rector conqueri, quia ſemper
habuit ſuam congruam, cùm iugiter ei remanſerint
centum, quos fateor habere titulo oneroſo ob onus re-
ſidentiæ, & labores, quos Parochi ſuſtinent in cura 52
animarum, & manutenenda Eccleſia, & ſic portat pon-
dus diei, & æſtus, penſionarius verò manducat, & non
laborat, vt apud Marcheſan. d. §.1. num.95. part. 1. fol.
497. ſed perceptis dictis centum libris titularis incipit
ipſe quoque fructus habere titulo lucratiuo, & ei præ-
fertur penſionarius in penſione maximè exempta, quia
Pontifex voluit eum habere penſionem, dummodò cen-
tum remaneant Rectori: ergo ſi centum remanent, pen-
ſionarius præualet, & non tenetur concurrere ad ali-
quam contributionem. Card. Creſcent. dict. deciſ.4.num.6.
7. & ſeqq. de locat. & conduct.

Verùm hic videtur nimis alienum quærere ſtatum
Eccleſiæ prædictæ ab initio, quando penſio fuit impòſi-
ta, quia in remiſſione mercedis facienda attenditur tem-
pus damni illati, & conſideratur ſolùm, an percepti ſint 53
tot fructus, quod ex eis poſſit eo anno ſolui penſio, vt
probatur *ex l. conducto, §. ſi vis, l. ſi vno,* & *l. ſi mer-
ces, §. vis maior, ff. de locat. & conduct. l. licet,* vbi Sa-
lic. & DD. Cod. eod. Alex. de Næu. d. conſil.67. num.11.
verſ. vnde in hoc: & ita probat Bart. in d. l. licet, Cod. de
locat. Imol. in d. c. ſi propter ſterilitatem, col.3. ad fin.
Fulgoſ. in d. l. ſi merces, §. vis maior, Boſſ. in prax. tit.
de remiſſ. merced. conduct. num.9. verſ. ſed illa opinio, qui
teſtantur non eſſe inſpiciendum tempus locatio- 54
nis, & contractus, ſed tempus collectionis fru-
ctuum.

Imò aduertendum eſt, quod etiamſi titularis vno an-
no eſſet valde damnificatus, non ſtatim ſecutus eſt, quod
etiam penſionarius debeat damnum ſentire, quia debet
attendi abundātia annorum præcedentiū, & ſequentium,
quia ſit compenſatio anni vberioris cum ſterili, quan- 55
do ſolutiones faciendæ ſunt ſingulis annis; nam ſi fru-
ctus vnius anni non ſufficiunt, debet ſuppleri ſolutio
de fructibus annorum præcedentium, vel ſequentium,
ad textum *in d. l. ſi vno, ff. locat. & conduct.* & *l. licèt,* vbi
DD. C. eod. l. ex co, ff. de vin. tritic. & oleo leg. l. legatum, § vini
Falerni, vbi eſt bona gloſſa, ff. de ann. leg. Bart. in l. inter
ſtipulantem, § ſacram, de verb. oblig. Bald. in cap.1. in princ.
de not. feud. & in terminis de penſione Alex. de Næuo
d.conſil.67. num.11. Gigas de penſ. quæſt.62. num.7. Boſſ.
in prax. titul. de remiſſ. merced. conduct. num.32. & ſeqq.
Carroc. de locat. & conduct. tit. de remiſſ. merced. quæſt.8.
num.46. verſ. regula, & ſeqq. Surd. conſil.400. num.1.2. &
num.29. verſ. accedat.

Et quamvis Carroc. d.q.8.n.50. id limitauerit non pro- 56

cedere,quando ſterilitas fructuum prouenit ex caſu inſo-
lito, quia tunc non fit compenſatio, ſed fit remiſſio mer-
cedis,ex Boſſ.*d.tit.num.*8. Nam in hoc etiam allucinatur
Carrocius,quia ſiue ſterilitas proueniat ex caſu inſolito,
ſiue ſolito , ſemper debet fieri compenſatio anni ſterilis
cum fertili , & DD. non diſtinguunt inter hunc , vel
alium caſum , nec maior eſt ratio in vno, quàm in alio,
& Boſſ. *d. loco* ab eo allegatus nihil de hoc dicit, ideò de
Carroc. nihil eſt curandum , ſed potiùs dicendum, quod
ſicut lex *ſi vno,ff.locat.*in hac materia non diſtinguit, nec
nos diſtinguere debemus, *l.3.de off. Præſid.l.pretio,de pu-
blic.l.1.§. generaliter, de legat. præſt. l.proſpexit,ff.qui & à
quibus*, cum vulgaribus : imò totum dubium erat de caſu
inſolito,quia ſi de ſolito loquamur,videbatur nullam eſſe
faciendam remiſſionem,ad textum *in d.l.conducto,§.ſi vis,
verſ.ſed & ſi credo , ff. locat. & conduct.*ergo falſa eſt Car-
rocij aſſertio.

Neque eſt mirandum, quod in hac materia penſionis
adducantur iura loquentia de locato, & conducto , quia
Doctores æquiparant, vtplurimùm titularem , & condu-
ctorem,& pariter penſionarium, & locatorem,& ab vno
58 arguunt ad alterum , vt videre eſt apud Gigas *de penſ.
q.*62.*n.*7.8.Alex.de Næuo *d.conſ.*67.*n.*7.8.11. Lotter.*d.q.*
38.*num.*34.35.36.*& ſeqq.*Card.Creſc.*d.deciſ.4. de locat.&
conduct.*ideò licitum fuit allegare iura, & auctoritates de
locato,& conducto loquentes ad oſtendendum,quod pē-
ſionarius non tenetur remittere penſionem , vel ratam
aliquam eius pro hac contributione ; imò iura prædicta
fortiùs probant contra titularem,quàm contra conducto-
rem ; ſiquidem conductor ſemper habet rem titulo one-
roſo,& tractat de damno vitando,vbi tantùm non perci-
pit de fructibus rei conductæ , quantùm ſufficit ad ſol-
uendam mercedem conuentam ; titularis verò, dempta
congrua , quam dici poteſt habere titulo oneroſo in eo,
quod ſupereſt,tractat de lucro captando ; ideò ſi non re-
mittitur penſio conductori , quando percipit dimidiam
fructuum,qui conſueuerunt percipi, multò minùs eſt di-
minuenda penſio in caſu noſtro ſoluenda penſionario,vt
inquit Gigas *de penſ. quæſt.*62.*num.*18. Alex. de Næu. *d.
59 conſ.*67. *num.*6.

Denique non obſtat,quod reſeruatio penſionis intelli-
gatur facta à Pontifice , rebus ſic ſtantibus , quia hæc
clauſula ſolet ſubaudiri in qualibet diſpoſitione : ad rem
Anchar.*conſ.*402.*in fin.verſ.non obſtat*,Gozad.*conſ.*27.*num.*
60 19. Alciat. *conſ.*57.*num.*3. Abb.*conſ.*1.*n.*6.Crauet.*conſ.*95.
*num.*4.Menoch.*d.conſ.*27.*num.*48. ideò cùm ſuperuenerit
indictum,& collecta prædicta,videtur quod penſio etiam
mutari debeat,& de damno participare.

Nam reſpondetur id eſſe admittendum , ſed negatur
mutationem aliquam fuiſſe factam in ſubſtantialibus,
quæ Pontifex præcipuè habuit præ oculis in concedenda
penſione ; ſiquidem voluit eam reſeruare cum hac ſola
conditione , ſcilicet dummodo remaneant centum pro
Rectore,in quo non eſt facta aliqua mutatio;adhuc enim
remanent , ſoluta etiam collecta prædicta & penſione ;
nam in aliquo ſi nunc de nouo ſuperuenit dicta impoſi-
tio,& extinctæ ſunt magnæ penſiones,adeò vt verſemur
in caſu, vt ſoluta collecta, & penſione, & aliis oneribus
Eccleſiæ adhuc plures fructus remaneant titulari, is ideò
non debet diminuere penſionem,vt per Card. Creſcent.
*d.deciſ.4.de locat.& conduct.* Vnde cum eo concludo titu-
larem prædictum teneri ad ſoluendam integram penſio-
nem,& penſionarium non eſſe obligatum ad concurren-
dum ad onus dictæ collectæ.

# CAPVT CCII.

## EPITOME.

Penſio loco alimentorum reſeruata , & vt quis
commodiùs ſuſtentari valeat , an poſſit
extingui , vel minui ſine benepla-
cito Apoſtolico.

## SVMMARIVM.

1 *In claris diſpoſitionis verbis nihil vlteriùs eſt quærendum.*
2 *Penſio eſt ſoluenda in ea ſpecie monetæ , in qua eſt reſeruata.*
3 *Solutio penſionis quando poſſit fieri in alia moneta , quàm ſpecificata.*
4 *Tranſactio ſuper penſione non valet ſine conſenſu Papæ.*
5 *Penſio non poteſt reduci ad minorem ſummam ſine conſenſu Papæ.*
6 *Penſio eſt ſoluenda non obſtante pendentia litis.*
7 *Penſio pro alimentis non admittit tranſactionem ſine decreto iudicis,ſicut alimenta.*
8 *Tranſactio damnoſa penſionario , vel alimentario non valet.*
9 *Tranſactio ſuper penſione valet , quandiu placet penſionario.*
10 *Tranſactio ſuper alimentis nec validatur iuramento.*
11 *Penſio nudo conſenſu penſionarij poteſt reduci, & remitti in totum,vel in patre.*
12 *Penſio poteſt reduci, & extingui gratis etiam per ſchedulam penſionarij.*
13 *Penſio poteſt remitti , & reduci ad tempus, vel in perpetuum ſine authoritate ſuperioris.*
14 *Penſio poteſt caſſari liberè ſine aſſenſu Sedis Apoſtolicæ.*
15 *Penſione remiſſa an ſit locus pœnitentiæ.*
16 *Penſio eſt odioſa.*
17 *Penſio eſt onus,& ſeruitus beneficij.*
18 *Penſionis renunciatio facilè admittenda.*
19 *Deſtructio facilior eſt,quàm conſtructio.*
20 *Res facilè reuertitur ad naturam ſuam.*
21 *Penſionis extinctio eſt fauorabilis.*
22 *Penſio mediante pecunia an poſſit priuata auctoritate tolli.*
23 *Penſio non poteſt extingui pecunia,vel anticipatis ſolutionibus ſine conſenſu Papæ.*
24 *Simonia eſt extinguere penſionem ſine Papa mediante pecunia.*
25 *Pacta ſunt ſeruanda.*
26 *Penſio poteſt caſſari , & etiam in quantitate minui ſine conſenſu Papæ.*
27 *Alimenta,& penſio non admittunt tranſactionem ſine decreto iudicis.*
28 *Penſionis,& alimentorum remiſſio,& tranſactio valet cum iuramento ſine decreto iudicis.*
29 *Alimenta iure naturali filiis debita , non poſſunt renuntiari.*
30 *Compromiſſum quomodo valeat in cauſa alimentorum.*
31 *Clauſula,*Pro iurato,*habet omnes vires iuramenti.*
32 *Penſio aſſignata loco alimentorum poteſt cedi , & ceſſari, etiam ſine decreto iudicis.*
33 *Penſio pro alimentis eſt fauorabilis.*
34 *Penſionis extinctio eſt fauorabilis magis , quàm reſeruatio.*
35 *Alimentorum cauſa non poteſt tranſigi ſolùm quando debentur ex vltima voluntate.*





36 *Alimenta ex pacto,vel conuentione inter viuos admittunt tranſactionem ſine iudicis decreto.*
37 *Penſionis reſeruatio an comparetur contractibus,vel vltimis voluntatibus.*
38 *Penſio reſeruata motu proprio Papæ ſimilis eſt vltimis voluntatibus.*
39 *Proteſtatio poſt factum non releuat.*
40 *Proteſtatio,cui contradicitur,non prodeſt.*
41 *Interpretatio ſit contra eum,qui clariùs paciſci potuit.*
42 *Caducitas non incurritur , niſi expreſſè dicatur.*
43 *Priuationis pœna non habet locum,niſi exprimatur.*
44 *Cauſa quælibet etiam beſtialis excuſat à pœna , & à caducitate.*

Ne ſcribam vanum , duc pia Virgo
manum.

HInc in eadem cauſa penſionis reſoluto primo pun-
cto compromiſſi, an penſionarius teneatur concur-
rere ad contributionem pro hoſpitandis militibus im-
poſitam etiam Eccleſiaſticis,tranſeundum eſt ad alterum,
in qua moneta,& quomodo titularis debeat ſoluere pen-
ſionem?Et ſanè prima facie videbatur res clara ad fauo-
rem D. Equitis Pratiſolij, ſtante quod in Bullis Apoſto-
licis clarè legitur ad eius fauorem reſeruatam fuiſſe an-
nuam penſionem ducatorum centum quindecim auri
de Camera ſuper fructibus dictæ Eccleſiæ Bibiani ; cùm
enim in verbis non eſt ambiguitas , nihil vlteriùs quæ-
1 rendum videtur , *l. continuans, §. cùm ita, de verb. oblig. l.
ille,aut ille,§.cùm in verbis,de leg.3.l.tres partes,ad l.Falcid.*
Certum eſt enim quod penſio debet ſolui in ea pecunia
in qua fuit reſeruata, ſi reperitur , vel eius iuſto valore,
quia vbicumque deducta eſt qualitas in ſtipulatione , ea
2 eſt præſtanda, nec poteſt fieri ſolutio in diuerſa , ad tex-
tum *in l.cùm quid,ſi cert.pet.* Bald.*in l.2. § mutui datio, nu-
mer.3.eod.*Cuiac.*in l. Paulus,verſ. at ſi damni*, vbi DD. *de
ſolut.* latè Lotter. *de re benef. lib.1.quæſt.39. num.*172.173.
*& ſeqq.* vbi docet , non eſſe recedendum ab hac regula,
niſi duobus concurrentibus , ſcilicet quod adſit penuria
monetæ in ſpecie promiſſa , & quod penſionarius con-
ſeruetur indemnis : ad rem Rot. *diuerſ. deciſ.*683. *num.*2.
3 *part.*4.

Nec videtur habenda conſideratio ſuper quadam con-
uentione partium ad fauorem titularis , in qua declara-
uerunt, & taxarunt dictam penſionem ad rationem ſcu-
torum ducentum annuatim à libris octo pro quolibet,
pér quam tranſactionem multùm minuitur penſio , quia
nunc dicti duc.115. efficiunt ducatonos de partibus no-
ſtris 250. circiter , & hoc fecerunt dicentes ita ab initio
conueniſſe, quo tempore duc.115. auri , & ducatoni du-
centum de noſtris erant eiuſdem valoris,quia poſt expe-
ditionem Bullarum non valet compoſitio , & tranſactio
4 ſuper penſione ſine conſenſu Papæ. Paul. Rom. *tract. de
penſ.cap.6.num.*3.Nauar.*in Manual. cap.*23.*num.*111. &
*conſ.2.num.2.de pact.*Flamin.Pariſ. *de reſignat. benef. lib.6.
quæſt.2.num.*128.*& ſeq.*vbi ſubdit,quod penſio nec poteſt
reduci ad minorem ſummam, Papâ inconſulto. Chartar.
5 *deciſ. crim.*16. *num.*1. *& ſeqq.*

Ideò videtur dicendum , quod ſoluenda ſit penſio in
6 tot ducatis , non obſtante pendentia litis ſuper dicta
conuentione , vt per Gigant. *conſil.6. num.*4. & maximè
quia dicta penſio fuit reſeruata dicto D. Pratiſolito pro
alimentis , vt commodiùs ſuſtentari valeat , quo caſu
non valet ſuper ea tranſactio vel compoſitio ſine aucto-
7 ritate ſuperioris , iuxta naturam alimentorum , vt per
*l. cùm hi, §. totam , ff. de tranſact.* Bart. *in l. Mella, in fin.
de aliment. & cibar. leg.* Gig. *de penſ. quæſt.*45. *num.*9.&
*quæſt.*51.*num.*25.26.27. Surd. *de aliment. tit.*8. *priuil.*56.
8 *num.*9. Gratian. *deciſ.March.*158. *in addit. ad num.*14. *ſub
num.*1. & maximè id dicendum eſt,quando tranſactio eſt
damnoſa penſionario , vel alimentario,vt hic,ex Surd. *de
alim. tit.*8.*priuil.*56.*num.*70.71.72.76. vbi quod requiri-
tur eius euidens vtilitas,& propterea talis tranſactio non
tenet, neque durat, niſi quandiu penſionarius vult ei ac-
quieſcere,ad textum *in l. Iulianus, §. ſi à pupillo, ff. de act.* 9
*empt.*Surd.*d.priuileg.*56.*num.*80. Cùm ergo D.Pratiſolius
nolit ampliùs ſtare dicto accordio, non eſt cogendus de-
ficiente iuris ſolemnitate,& Superioris authoritate;quod
adeò verum eſt, vt tranſactio ſuper alimentis nec valide- 10
tur iuramento. Bart.*in d.l.cùm hi,§.ſolent in fin.de tranſact.*
cùm aliis multis adductis per Surd. *d. priuil.* 56. *num.*54.
55.56.57.58.

Nihilominus omnibus diligenter conſideratis cenſui
dictam conuentionem eſſe validam , & à partibus obſer-
uandam, etiamſi careat ſolemnitate conſenſus Apoſtoli-
ci,vel alterius Superioris ; tum quia eſt conformis prædi-
ctæ conuentioni reſeruationi penſionis ; tum quia eſt
vtilis Eccleſiæ, & titulari,& ſine pretio, & pecunia gra-
tis ſtipulata eſt ; quilibet enim poteſt fauori ſuo renun-
tiare ; cùm enim penſio ſit vti debitum pecuniarium,po-
teſt remitti in totum, vel ad tempus, etiam ſine auctori-
tate alicuius Superioris,& ſufficit quod remiſſio proba-
ri poſſit ; & ideò ſatis erit,ſi fiat coram teſtibus, & nota-
rio, etiam ſine decreto alicuius iudicis,quia penſio nudo
conſenſu penſionarij poteſt reduci,vel remitti : ſic tenuit
Præpoſ. *in c. Agatho ſa, num.4. diſtinct.*63. vbi etiam alij 11
DD.Gomez *in comm.reg.Canc.de infirm.reſignant.quæſt.*16.
& *in compend.vtriuſq. ſignat.num.*87.*fol.*87. Paul.de Rom.
*tract.de penſ.quæſt.*8. latiùs Gigas *eod. tract. quæſt.*45. *nu-
mer.5. verſ. Iſtis tamen,vſque ad num.*9. & *quæſt.*99. *num.*8.
& *conſil.*3. *num.*7. & *conſil.*16. *num.*6. & *conſil.*36.*num.*6.
Pariſ.*de reſignat.beneſic.lib.6.quæſt.2.num.*123.Rot. *diuerſ.
deciſ.*471.*num.*10.*part.*1. latiùs Garz.*de benef. part.1. c.5.
num.*38.vbi multos allegat,& docet,quod etiam ex ſche-
dula priuata poteſt penſio extingui , & reduci, dummo-
dò appareat de conſenſu penſionarij : ſic etiam Grilinz. 12
conciuis meus *conſ.36.num.*23. Caccialup. *de penſ. in fin.
n.pen.*Redoan.*de ſimon.part.2.cap.13.num.*15.latè Gratian.
*deciſ. March.*158.*num.*11.12. vbi alios allegat, & probat,
quod penſio gratis poteſt remitti ſola voluntate pen-
ſionarij, ſiue ad tempus,ſiue in perpetuum, ſiue auctori- 13
tate alicuius Superioris : pulchrè etiam Lotter.*de re benef.
lib 1.quæſt.42.num.*7.8. & latiſſimè Iul. Chartar.*deciſ. cri-
min.16. num.*33. & *num.*65. vbi probat, quod penſio po-
teſt caſſari citra vitium ſimoniæ ſola voluntate penſio-
narij,abſque aſſenſu Sedis Apoſtolicæ, dummodo id fiat 14
ſine pecunia , & ſine anticipata ſolutione,adeò vt ceſſa-
tio ſit libera à pretio : ſic etiam Borell. *in ſumm. deciſion.
part.1.tit.30.num.*80.81. vbi ſic rem declarat,& Bonacin.
*de ſimon. quæſt.4. §.13. num.*12. & latè docuit Barboſ. *de
vniuerſ.iur.Eccleſ.lib.3.cap* 11.*num.*22.23.vbi alios videre
licet ; & ideò ſi gratis facta caſſatio,vel reductio,aut mo-
deratio,& ex abundanti habitus ſit recurſus ad Papam,&
ſupplicatio fuerit ab eo ſignata,non erit neceſſe expedire 15
litteras , nec tamen erit locus pœnitentiæ ; quod non
procederet , ſi renuntiatio libera non eſſet : ſic Lotter.
*d.quæſt.*42. *num.*10.11.

Et ſanè cùm penſio ſit odioſa , vt per Gigas *conſil.*12. 16
*num.*2. Garz. *de benef. part.1. cap.5. num.*43. & ſit onus, 17
ac ſeruitus beneficij. Gig. *de penſ. quæſt.*45. *num.*7. 8. &
*conſ.1.num.*12.& *conſil.5.num.*2. Grilinz. *conſ.*89.*num.*13.
Borell.*in ſumm.deciſ.part.1.tit.30.num.*9. Chartar. *d.deciſ.*
16. *num.*37. 53. ſequitur quod facilè admittenda ſit eius
caſſatio, & renuntiatio, vt Eccleſia remaneat libera, vel
minùs onerata , adeò vt licèt in reſeruatione requiratur 18
aſſenſus Apoſtolicus , non ſit tamen neceſſarius, dum ea
tollitur , vel minuitur, quia facilior eſt deſtructio,quàm
conſtructio , & res facilè reuertitur ad naturam ſuam,vt 19
per textum *in l. ſi vnus, §. quod in ſpecie,ff.de pact.*& *l.non* 20
*ſtatim,ff.de pecul.* dixit Gig. *de penſ.d.quæſt.*45. *numero* 7.
Rot. *diuerſ. deciſ.*454.*num.*7.*part.*1. Burat. *deciſ.*469. *nu-
mero* 18. *lib.*2. Chartar. *dict. deciſ.*16. *numero* 37. 38. Bo-
rell. *in ſumm. deciſ. parte prima , tit.* 30. *numero* 39. vbi
quod extinctio penſionis eſt fauorabilis , quia reſtituit

beneficium ad priſtinam libertatem:ergo valida fuit con-
21 uentio inter dictum penſionarium, & titularem, per
quam valor ducati fuit taxatus, & per talem taxationem
penſio fuit reducta ad minorem ſummam in fauorem Ti-
tularis; quod facilè admittendum, ex Garz. *de benef. p.1.
cap.5. num.43.*

Ideò non obſtant in contrarium adducta, quæ requi-
runt in tali extinctione, vel diminutione beneplacitum
22 Apoſtolicum; nam ardua eſt multùm quæſtio, an etiam
mediante pecunia poſſit priuata auctoritate penſio tol-
li, vel minui; multi enim Theologi,& Canoniſtæ ſcripſe-
runt id fieri poſſe, vt videre eſt latè apud Cartar. *d. deciſ.
16. num.32. & multis ſeqq.* tamen vera, & communis
omnium ferè DD. eſt, vt beneplacitum non ſit neceſſa-
rium, quando gratis fit remiſſio; illud autem omninò
requiratur, quando mediante pecunia, ſeu anticipatis
ſolutionibus fit remiſſio, ceſſio, caſſatio, vel diminutio,
quia hodie negari non poteſt, quin penſio ſit ſpirituali-
tati annexa non ſolùm conſequenter, & dependenter,
quia prærequirit ordinem Clericalem, vel primam Ton-
ſuram, ſed etiam concomitanter, quia penſionarius obli-
gatus eſt ad dicendum officium paruum B. M. V. ex de-
creto Pij V. 12. Kal. Octobris 1571. quo fit,vt ſi quis pe-
cuniam receperit pro extinctione penſionis ſine benepla-
23 cito Apoſtolico, ſimoniæ labe inficiatur. Nauar. *in c. fin.
de ſimon.* vbi teſtatur quæſtionem hanc fuiſſe diſputatam
coram Cardinali Alciato,& ita fuiſſe deciſum, idem Na-
uar. *conſil.52.ſub.n.2.verſ.pro parte,*& *n.3.de præbend.* Maior
*in 4.diſtinct.25.quæſt.5.* Petr.de Aragon. *in comm.ad 2.2. D.
Thom. de iuſt. & iur.quæſt.*100.*de ſim.art.4.verſ.3.concluſio.*
Gambar. *de off.& auth.legat.de later.lib.6.tit.de penſ.n.624.
& ſeqq.* Ioan. Azor. *mor.par.2.lib.8.cap.10.verſ.Hac ſenten-
tia,* Fr.Lud. Beia *in reſp. caſ.conſc. caſ.37. verſ.quæ rationes,*
Pariſ. *de reſign.benef.lib.6.quæſt.2.num.128.& ſeqq.* Gig. *de
penſ.quæſt.99. num.14.* Sayr. *de cenſ. lib.2. cap.5. num.15.*
Fuſch. *de viſitat. lib.2. cap.26. num.40.* latiſſimè Garz. *de
benef. part.1. cap.5. num.20.& multis ſeqq.* vbi alios alle-
gat, & probat ſimoniam eſſe extinguere penſionem me-
24 diante pecunia ſine aſſenſu Apoſtolico,quia licèt ſit prin-
cipaliter ius temporale, eſt tamen ſpirituali annexa; ſic
etiam latè Borell. *in ſumm. deciſ.part.1.tit.30.num.80.81.*
Lotter. *d.quæſt.42.num.8.9.* Gratian. *d.deciſ.158.numer.12.*
latiſſimè Chartar. *d. deciſ.16. num.2. 3. 4. & ſeqq.* vbi id
comprobat per octo rationes, & *num.62.63.64.65.* vbi
hanc ſententiam defendit à contrariis, & eueniente caſu
dicit omninò eſſe amplectendam in iudicando:latè etiam
Barboſ. *de vniuerſ.iur. Eccleſ.lib.3. cap.11.num.22.23.* vbi
alios allegatos videre licet. Bonac. *de ſimon.quæſt.4.§.13.
num.4.5.7.* Caſtr.Pallau. *moral.part.2.tract.13.diſp.1.part.
11. num.12.* vbi teſtatur de ſtylo Curiæ ad euitandam
ſuſpicionem ſimoniæ.

Non obſtat igitur ſecundum, quod penſio debeat
ſolui in ducatis iuxta tenorem Bullæ; nam id verum
dicimus, niſi aliter conuentum fuiſſet: vnde titularis
dicere poteſt penſionario: *Nonne ita conueniſti mecum?*
25 & Prætor ſubiunget: *Et ego pacta ſeruabo*: ad textum *in
l. iuriſgentium, §. ait Prætor, ff. de pact. cap.1. extr. eod.*
cum vulgaribus: ſicut enim penſio abſque licentia Papæ
26 ſola voluntate penſionarij poteſt caſſari, & remitti,mul-
tò magis poterit eius quantitas minui, Gig. *de penſ.
quæſt.99. numero* 8. Lotter. *dict. quæſt.42. num. 42. 43.*
pulchrè Burat. *deciſ.228. num.1.* & *deciſ.469. numer.18.
tom.2.*

Non obſtat tertium, quod quando penſio reſeruatur
alicui pro alimentis, non poſſit ſuper ea fieri tranſactio,
27 vel concordia in præiudicium penſionarij ſine decreto
iudicis, ex Gig. *de penſ. d. quæſt.45. num.9.* Nam primò
reſpondetur id non procedere, quando tranſactio fuit
iurata, ſiquidem etiam ſuper futuris alimentis iure ciuili
debitis tranſactio iuramento firmata valet; & ideò re-
28 mittens penſionem ſibi pro alimentis aſſignatam cum iu-
ramento, tenetur obſeruare, & valet remiſſio, etiam ſine
Superioris auctoritate: ex Bart. *in l. ſi quis pro eo, circa
fin.princ.ff.de fideiuſ.* Iaſ. *in l.de alimentis,num.4.C. de tranſ-
action.* in terminis Gigas *de penſion. quæſt.45. num.10.* &
*quæſt.51.num.25.26.* Alex. *in l.qui Romæ,§.duo fratres,n.95.
ff.de verb.oblig.* Imol. *in c.cùm contingat,in fin.de iureiur.* De-
cius *in d.l.de alimentis,num.12.* vbi Cart.Iun. *in rep.num.3.*
& Corn. *num.3.* Iaſ. *in d.l.cùm hi,num.11.* de communi Al-
ciat. *conſ.267.num.3.* Couar. *in c.quamuis,part.2.§.6.num.4.
de pact.in 6.* Ioan.Gutier. *de iuram.confirm.par.3.c.3.num.4.*
vbi latè diſcutit pactum in terminis penſionis: latè, &
pulchrè Surd. *de aliment.tit.8.priuil.56.num.50.51.* vbi in
terminis loquitur etiam de penſione,& *num.59.* vbi teſta-
tur de veriori ſententia,& quia habet tutiora fundamen-
ta,adeò vt contraria procedant in alimentis,quæ iure na-
turali filiis debentur, quibus non poteſt renunciari, non 29
autem in alimentis,quæ aliis perſonis debita ſunt alio iu-
re, quàm naturali,vt hîc in penſionario: & hac ratione
valebit etiam compromiſſum ſuper futuris alimentis fa-
ctum,ſi iuramento ſit vallatum,vt ex Alciat. *conſ.267.n.3.* 30
dixit Surd. *d.priuil.56. num.54.* Ioan.Gutierrez. *de iuram.
confirm.part.3.cap.3.num.4.*

Non obſtat, quod hîc non interuenerit iuramentum
formale tactis ſcripturis, quia ſufficit clauſula, *Pro iura-
to*, quæ habet omnes vires iuramenti, excepto periurio,
& foro,vt per Natt. *conſ.479.num.12.* & *conſ.480.num.12.* 31
*14.* Rol. *conſ.69.num.35.lib.4.* Surd. *deciſ.154. num.2.* Ber-
taz. *conſ.480.littera A, verſ.addo etiam*: ergo ſicut tranſ-
actio validatur iuramento, ita valida etiam redditur per
clauſulam iuramenti, de qua in caſu noſtro, quæ eidem
comparatur,vt ego dixi *controuerſ.40.num.73.*

Deinde reſpondetur verius eſſe, quod etiam penſio
aſſignata loco alimentorum poſſit cedi, & caſſari etiam
ſine decreto iudicis,& valida erit renunciatio etiam pro
futuris alimentis,licèt non ſit iurata,quia *d.l.cùm hi,* non 32
benè accommodatur materiæ penſionis: ſic poſt Molin.
*tom.2.de contract.diſp.559.* latè Garz. *de benef.part.1. cap.5.
num.40.41.42.& ſeqq.* vbi reddit rationes, & probat *d. l.
cùm hi,de tranſ.* non eſſe extendendam ad penſionem pro
alimentis conceſſam:& ſanè DD.allegati pro hac ſenten-
tia, vt penſio poſſit extingui ſolâ penſionarij voluntate,
loquuntur etiam in ea penſione, quæ alicui reſeruata eſt
pro alimentis, vt commodiùs ſuſtentari valeat. Rot. *di-
uerſ.deciſ.454.num.7.part.1.*

Neque obſtat, quod penſio pro alimentis reſerua-
ta ſit fauorabilis, & maximè quando iam eſt in eſſe de- 33
ducta: Gigas *de penſ. quæſt.96. num.4.* quia id procedit
reſpectu ſui ipſius,& quando tractatur de eius executio-
ne, Rot. *diuerſ. deciſ.454. numero 8. part.1.* non autem
in concurſu cum Eccleſia, & titulari, vbi tractatur de
extinctione penſionis; quoniam penſio eſt tunc odioſa,
extinctio verò fauorabilis; quia reſtituit Eccleſiam ad
priſtinam libertatem, vel minuit ſeruitutem, *ex c. man-
dato, de reſcript.* pulchrè Verall. *part.1. deciſ.177.num.3.* 34
*4.* & *part.2. deciſ.305. num.8.9.10.* & *part.3. deciſ.100.
num.5.6.7.* Achil. *deciſ.312.* Pariſ. *de reſignat. benef.libr.6.
quæſt.2.num.5.* Garz. *de benef. part.1.cap.5. num.43.* Gigas
*de penſ. quæſt.99. num.4.* pulchrè Rot. *diuerſ. deciſ.454.
ſub num.8. part.1.*

Non eſt ergo tantus fauor penſionis, quantus liber-
tatis Eccleſiæ; nec natura alimentorum quæ debentur
ex contractu, vel pacto inter viuos, abhorret facul-
tatem tranſigendi: ſiquidem prohibitio tranſigendi in
cauſa alimentorum procedit tantùm in caſu, quando
alimenta debentur ex teſtamento, vel vltima volunta-
te, etiam inſpecta cauſa originali, ad textum *in d. l.* 35
*cùm hi*, vbi gloſſa & Guglielm. Can. *in verſ. planè, de
tranſaction.* Surd. *de aliment. d. priuileg. 56. numero* 87.
Secus eſt, ſi alimenta debeantur alicui ex pacto, vel
conuentione inter viuos, quia tunc licet ſuper eis
tranſigere, vel componere, & concordare ſine iudicis
decreto, vt per gloſſam *in d.l.cùm hi,in princ.in verb. ali-* 36
*mentorum,* per eum textum,vbi Bart. Alber. Bald. Caſtr.
Fulgoſ.



Fulgoſ.& Iaſ. *ff. de tranſact.* Salic. *in d.l. de alimentis, n.2.*
vbi Corn. *num.1.* Iaſ. *num.1.* Cart. Iun. *num.8. Cod. eod.*
Felin. *in cap. ſi diligenti, num.5. verſic.intellige,de for. com-
pet.* latè Surd. *d. priuileg.56. num.84.* vbi dicit, quod
omnes ſequuntur hanc deciſionem, & non eſt, qui con-
tradicat; ſed ſic eſt, quod quando penſio non reſerua-
37 tur alicui ex motu proprio Pontificis, ſed ex conſenſu
partium, præcedente negotio, & conuentionibus ea-
rum, tunc penſio non comparatur cum vltimis volun-
tatibus, ſed cum contractibus prophanis, & pactis in-
ter viuos ſtipulatis, propter conſenſum dictarum par-
tium, vt dixit Gomeſ. *in comm. reg. Cancell. de infirm. re-
ſign. quæſt.16. in verſ.nam penſiones,* ex Roman. *conſ.388.
num.7.* Gigas *de penſ. quæſt.99. n.10.* Achilles *deciſ.425.
num.8.* Puteus *deciſ.193. numer.2.lib.3.* Mandoſ. *ad Rom.
conſ.388. littera B*, pulchrè Garz. *de benef. part.1. cap.5.
numer.41.42.* vbi hanc diſtinctionem comprobat, vt
penſio reſeruata motu proprio Pontificis æquiparetur
38 vltimis voluntatibus, quæ verò reſeruatur de conſenſu
partium, & ad preces earum, comparetur contractibus
inter viuos: ergo ſuper ea licebit tranſigere etiam ſine
iudicis authoritate, quia prohibitio ea de non tranſi-
gendo ſuper alimentis ſine decreto Superioris, procedit
ſolùm quando alimenta debentur ex vltima voluntate:
non ergo poteſt D.Eques Pratiſolius recedere à dicta
conuentione; tum quia quilibet poteſt fauori ſuo renun-
tiare. Gig. *d. quæſt.45. num.5.* tum quia vigore iuramen-
ti ceſſio,& conuentio prædicta fuit validata. Gig. *d.q.45.
num.10.*

Neque obſtat, quod D. Archipresbyter Bibiani ceci-
derit à commodo dictæ conuentionis, quia in poſterum
ſuis temporibus non ſoluit penſionem, prout in inſtru-
mento ratificationis proteſtatus eſt dictus D.Eques:
tum quia in ipſa conuentione de hoc pacto non fuit ali-
quid dictum, nec tali proteſtationi conſenſit dictus Ar-
chipresbyter,quando ratificauit accordium; ideò prote-
ſtatio D.Pratiſolij ſuperueniens non eſt apta ad tollen-
dam concordiam priùs ſtipulatam, & acceptatam, &
39 taxationem ducati factam, quia proteſtatio poſt factum
nihil prodeſt, *l debet, §.1. ff. naut. caup. ſtab. l.aut qui ali-
ter, in princ. ff.quod vi, aut clam, l.Modeſtinus, de ſolu-
tion. l.Papinianus, de Publician. l.pen. ff. pro empt.* Bart.
Bald.& alij DD. *in l. ſi ita ſcriptum, in princ. de leg.1.* Si-
gnorol. *conſ.85. col.4. ſub verſ. Item non obſtat,* Crauet.
*conſ.721. num.13.* Tuſch. *littera P, concl.938. num.33.*
quod maximè locum habet, quia dictus D.Archipreſ-
byter non acquieuit dictæ proteſtationi, ideò nihil rele-
40 uat. Imol. *in cap. potuit, col.19. verſ.ſed aduerte, de lo-
cat.* Curt.Sen. *conſil.822.columna prima, verſic.tertiò,* Cra-
uet. *conſilio 463. numer. vigeſimo*, Tuſch. *d. concluſ.938.
num.22.*

Sed neque in dicta proteſtatione obligatur titularis
ad ſoluendum ſuis temporibus penſionem ſub pœna ca-
ducitatis à dicto contractu, ideò quod contrahentes
non dixerunt, neque nos dicere debemus; & ſit inter-
41 pretatio contra eum, qui clariùs paciſci poterat, ad tex-
tum *in l. veteribus*, vbi DD. *ff. de pact.* & maximè quia
42 caducitas non incurritur, niſi expreſsè dicatur, *§. cùm
igitur, in Auth. de non elig. ſecund. nub.* Bald. *in Auth.
ex teſtamento, col. pen. C. de collat.* & *in cap.1. §. vaſſal-
lus, num.5.* vbi Afflict. *num.24. ſi de feud. fuer.contr. in-
ter dominum, & agn.* Dec. *in Auth. qui rem, numer.3. C.
de Sacroſ. Eccleſ.* Corbul. *de cauſ. priuat. emph. cauſ.4.
num.5.* vbi probat, quod pœna priuationis non habet
locum, niſi quatenus expreſſum ſit; imò licitum eſt pur-
43 gare moram etiam poſt conformes, vt dixi *contr.36.n.7.*
ergo,&c.

Verùm cùm dictus D.Archipresbyter in termino ſol-
uendi penſionem depoſuerit pecuniam, quam putabat
eſſe dicto D.Equiti debitam, licèt apud ſe retinuerit il-
lud, quod pro contributione militum pro rata penſio-
nis ipſe ſoluit; tamen non per hoc incidit in pœnam
amiſſionis dictæ compoſitionis, quia credebat id ſibi
eſſe permiſſum, iuxta Mohed. *de locat. & conduct.* 44
& licèt in hoc ſuccubuerit, tamen quia credidit id
ſibi licuiſſe, excuſandus eſt, ſtante quod quælibet cauſa
etiam beſtialis excuſat à dolo, & pœna, *l. igitur, §. po-
teſt, ff. de liber. cauſ.* Ang. *in l. Plagij, C.ad l.Flau. de
Plagiar.* Gigas ad rem *de penſ. quæſt.88. num.8.9.* Cor-
bul. *d.tract.tit.de cauſ.priu.ob non ſol.can.declar.17. num.2.*
Corn. *conſ.67.num.13.lib.2.* Decian. *conſ.3.num.29.& ſeqq.
lib.2.* Farin. *deciſ.recent.261. n.5. part.1.* & ita arbitratus
ſum.

---

# CAPVT CCIII.

## EPITOME.

Iudices ſæculares, & alij miniſtri ferentes ſen-
tentiam ſanguinis an ſint irregulares, ante-
quam ſententia executioni demandetur.

## SVMMARIVM.

1 *Viri ſanguinum declinate à me.*
2 *Irregulares ſunt fundentes ſanguinem humanum.*
3 *Irregularis non poteſt initiari prima tonſura,nec ad Ordines etiam minores.*
4 *Prima tonſura non eſt Ordo.*
5 *Prima tonſura ſapit naturam Ordinum, & non datur irregulari.*
6 *Irregularitas impedit ſuſceptionem Ordinum, & primæ tonſuræ.*
7 *Irregularis non poteſt habere beneficium Eccleſiaſticum.*
8 *Irregulares ſunt Iudices,& alij miniſtri iuſtitiæ ob ſanguinis ſententiam.*
9 *Iudices, & Notarius criminales ſunt irregulares.*
10 *Irregularis eſt,qui mortem rei accelerat.*
11 *Irregularis eſt ferens ſententiam ſanguinis,etiam non ſecuto effectu.*
12 *Aduocati criminales an ſint irregulares.*
13 *Irregulares ſunt Iudices,& notarij criminales, ſed ante effectum ab Epiſcopo diſpenſantur.*
14 *Epiſcopus quando facilè diſpenſet in irregularitate ex defectu lenitatis.*
15 *Irregularitas ex defectu lenitatis diſpenſatur à ſolo Papa etiam ante effectum.*
16 *Irregularitas ex defectu lenitatis non incurritur, niſi ſecuto effectu.*
17 *Irregularitas non incurritur, niſi actu interficiatur homo.*
18 *Irregularitas eſt impoſita homicidio perpetrato,non attentato.*
19 *Irregularitas nunquam incurritur, niſi in iure clarè exprimatur.*
20 *Irregularitas non incurritur per argumentum à ſimili,vel à fortiori.*
21 *Irregularitas ex defectu leuitatis non diſpenſatur ab Epiſcopo.*
22 *Epiſcopus quando poſſit diſpenſare in irregularitate.*
23 *Homicidium voluntarium quoduam dicatur.*
24 *Diſpenſatio in irregularitate lenitatis quando requiratur.*
25 *Irregularis in dubio facti quis præſumitur.*
26 *Irregularis in dubio iuris quis non cenſetur.*
27 *Irregularitas ex defectu lenitatis ad alios non pertinet, quàm Iuſtitiæ miniſtros.*

28 *Irregularitas lenitatis quare introducta.*
29 *Irregularitas lenitatis quando,& quomodo incurratur ex cooperatione.*
30 *Irregularitas lenitatis non incurritur exercendo iuſtitiam per alium.*
31 *Irregularitas excuſatur,ſi quis bona fide operatur,& quomodo.*
32 *Irregularis ſuſcipiendo Ordines vel exercendo,an incurrat nouam irregularitatem.*
33 *Ordinans irregularem ſuſpendendus eſt, & ordinatus eſt ſuſpenſus.*
34 *In dubio iuris quis non reputatur irregularis.*
35 *Irregularitas requirit actum conſummatum.*
36 *Irregularis poteſt celebrare ad euitandam infamiam.*
37 *Irregularitas non incurritur, niſi actu externo perfecto.*
38 *Clericus condemnans reum in pœnam ſanguinis punitur etiam non ſequuto effectu.*
39 *Clericus non poteſt iudicare cauſas ſanguinis.*
40 *Clericus proferens ſententiam ſanguinis an puniatur.*
41 *Irregularis non eſt proferens ſententiam ſanguinis effectu non ſecuto.*
42 *Fruſtra precibus à Principe impetratur, quod iure conceditur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

CErtum eſt iure Canonico, & apud Theologos,tam
morales, quàm ſcholaſticos, eum cenſeri inhabi-
lem ad Ordines aliquos ſuſcipiendos, vel exercendos,
qui ſanguinem fuderit alicuius per homicidium, vel
membri mutilationem, ſeu detruncationem, adeò vt
omninò irregularis æſtimetur, & ab Altaris miniſterio
1 repellatur; quia, vt inquit Propheta, viri ſanguinum
declinate à me: ſic enim dedecet, vt ſacramenta Eccle-
ſiæ miniſtrentur ab eis, qui taliter ſanguinem humanum
effuderunt, adeò vt ſint incapaces ordinis, & beneficij
Eccleſiaſtici: ex textu *Exod. cap.*21. & *lib.*1. *Paralip.
cap.*22.& *cap.*28.& 2.*Reg.cap.*7. & per textum *in cap. ſi
quis,diſt.*50. *cap. tua*, §.*ad vltimum,de homocid. vol.* apertè
in Concilio Trid. *ſeſſ.*14. *cap.*7. *de reform.* vbi Barboſ.&
2 DD. *in cap. ad audientiam, dict. tit. de homicid. vol.* quæ
ſententia adeò vera eſt,vt etiamſi prima tonſura non ſit
Ordo, & ideò videatur, quod irregularis ad eam pro-
3 moueri poſſit, in ſententia D.Thom. *in* 3.*part. quæſt.*40.
*art.*2. Vaſquez *tom.*3. *diſput.*236. *cap.*1. *num.*9. & *diſp.*
237. *cap.*2. Filliucc. *mor. tom.*1. *tract.*9. *cap.*1. *num.*13.
qui omnes probant non eſſe Ordinem; & ideò hoc eſſe
maximum argumentum, quod irregularis poſſit ea ini-
4 tiari, dixit Dian. *mor. part.*4. *tract.*2. *de irregularit. reſo-
lut.*88.*verſ.ſed aduerſus*, tamen quia prima tonſura ſapit
quodammodò naturam ordinum,& eſt præparatio ad il-
los ſuſcipiendos, & communis DD. ſententia eſt, vt ir-
5 regularis nequeat etiam primâ tonſurâ initiari,vt per *cap.
curandum*,& *cap.ſi quis vxorem,diſt.*34. & *cap.fin.de temp.
ordin.* Præpoſit. *ad* 3.*part.* D.Thom. *quæſt.*5. *de irregul.
dub.*3.*num.*12. Auil. *de cenſur.p.*7. *diſp.*2. *dub.*6. *concluſ.*1.
Suarez *tom.*5. *diſp.*40.*ſect.*1. *num.*11. & hanc ſententiam
vti communem tenendam eſſe docuit Dian. *d.reſol.*88.*in
fin.*& ſic docuit etiam Bonac.*de cenſur.in communi diſp.*6.
*p.*3.*num.*1. vbi tradit, quod irregularitas impedit ſuſce-
6 ptionem Ordinum, & primæ tonſuræ, ſicut etiam impe-
dit vſum,& officium, & *num.ſexto, & ſeptimo*, vbi quod
irregularis non poteſt recipere, vel retinere beneficium
7 Eccleſiaſticum,vel eius fructus.

Hæc autem procedunt non ſolùm in irregularitate ex
delicto,verùm etiam ex defectu, etiamſi quis fiat irregu-
laris ſine culpa, imò meritoriè, quia fortè exercuerit
actum iuſtitiæ, velut ſunt iudices criminales, Notarij,
Fiſcales, Aduocati, & teſtes, ac alij cooperatores in
officio criminali ad ſententiam ſanguinis, condemnando
aliquem etiam infidelem ad mortem, vel membri muti-
lationem; hi enim omnes ſunt irregulares, & vſus or-
dinum incapaces actiuè, & paſſiuè, ita vt eos nec va-
leant recipere, nec exercere: ſic *ex d. cap. ſi quis viduam*, 8
*diſt.*50. & *cap. aliquantos*, vbi plenè gloſſa *in verb. ad
ſacerdotium, diſt.*51. *cap. Clericis*, & *cap. ſententiam ſan-
guinis*, vbi DD. *ne Cleric. vel monac. cap.fin. eod. in* 6.la-
tè Maiol. *tract. de irregular. lib.ſecundo, cap.ſexto, n.*2.
Nauar. *in Manual. cap.*27. *num.*212. Tolet. *in ſumm. de
inſtruct. Sacerd. lib.*1. *capit.*80. *num.*9. Graſſ. *de effect.
Cler. effect.*13.*num. decimo, & per totum*, plenè Bona-
cin. *de cenſur. diſp.*7. *quæſt.*4. *part.*1. *numer.quinto,& ſex-
to.* Molfeſ. *in ſumm. in tractat. ſecundo, capit.*16.*num.*23.
Philiuc. *mor. part.*1. *tractat.*19. *capit.nono*, & *num.*231.
Sperell. *deciſ.*77. *num.*1. & *num.vndecimo*, & *duodecimo*,&
Pyrrhus Corradus *in prax. diſput. Apoſtol. libro* 5. *capitu-* 9
*lo* 2. *num.*3. vbi probat omnes iſtos in caſu ſanguinis ſe
immiſcentes contrahere irregularitatem ex defectu leui-
tatis perfectæ, & effici inhabiles ad Ordines, & bene-
cia, ideoque Apoſtolica diſpenſatione indigere, adeò vt 10
hæc procedant etiam contra illum, qui mortem acce-
lerauit, aut cauſam propinquam mortis dedit dicto,
vel facto, vt per Bonacin. *dict.quæſt.*4. *part. prima, num.
quarto.*

Hinc ſumpta occaſione de anno 1643. in Tempori-
bus S. Crucis Septembris fuit dubitatum, an quidam
Antonius Romangilius de Villa Bertia, diœceſis Regij
poſſet ſacris initiari, quia exercuerat officium Præto-
ris, & Notarij in Montibus, & mortis ſententiam ſub-
ſcripſerat, & publicauerat; quæ tamen non habuit effe-
ctum, nec etiam habere poterat, quia reus fuerat gratia- 11
tus: & licèt ferè omnes examinatores ſentirent eſſe pro-
mouendum, quia effectus non erat ſecutus, vnus ta-
men vir doctus diſſenſit ex doctrina dicti Corrad. *dict.
c.p.*2. qui *ſub num.*3.4. docuit hunc remanere irregula-
rem,& indigere diſpenſatione Apoſtolica,quia per ipſum
non ſtetit, quin ſententia ſanguinis executioni demanda-
retur.

Vnde putaui Romanos eſſe conſulendos, & latiùs
quæſtionem eſſe examinandam, an verè Iudices, No-
tarij, Aduocati, Fiſcales, & alij huiuſmodi in cauſa
ſanguinis incurrant irregularitatem, etiamſi non ſequa- 12
tur effectus: & ſanè in hoc puncto inuenio plures DD.
ſententias diſcordantes, ſiquidem multi putauerunt ad
incurrendam hanc irregularitatem ſatis eſſe aſſumpſiſſe
munus iudicandi in cauſa ſanguinis, etiamſi iudicium
mortis, vel mutilationis ſuum non ſortiatur effectum;
aſſumpto enim officio quis ipſo facto irregularis effici-
tur, cum hac tamen diſtinctione, quod tunc Epiſco-
palis erit diſpenſatio, ſequuto autem effectu erit Papa-
lis, vt ſcripſit doctè vetuſtiſſimus Canonum interpres
Hugo *in cap. ſi quis poſt, diſt.*51. quem ſequitur Spe- 13
cul. *de diſpenſ.* §.*iuxta, verſ.ſed quid, de Iudice, & verſ.
quanto autem*, Summ. Confeſſ. *de homicid. quæſt.*23. Ma-
iol. *de irregularit.lib.*2. *cap.*6. *num.*2. *verſ.quod totum*, vbi
hanc opinionem vti tutiorem ſequitur, quia paria ſunt
iudicium ferre, vel parari ad iudicium ferendum: dicit
tamen, quod Epiſcopus facilè concedet hanc diſpenſa- 14
tionem: & *lib.*5. *cap.*48. *numer.*3. *verſic. eſt prætereà.* Fa-
rinac. *fragm. part.*1. *verb. Clericus, numero* 391. ſic
etiam docuit Mandoſ. *in prax. art. abſol. & rehabil. verſ.
An autem aduocatus*, dicens, quòd Ordinarius poterit
diſpenſare, ſi non fuerit mors, aut ſanguinis effuſio ſe-
quuta.

Altera eſt ſententia Corrad. *in prax. diſp. Apoſtol.dict.
lib.*5.*cap.*2.*num.*3.*verſ. & quotidie*, & *num.*4. docens Ro-
mæ petendam eſſe abſolutionem ab iis, qui aliquo modo
ſe ingeſſerunt in cauſis ſanguinis,licèt poſtmodum mors 15
ſequuta non fuerit,neque ſanguinis effuſio; quia nihilo-
minus remanent irregulares, cùm per ipſos non ſteterit,
quominùs



quominùs omnem operam præſtiterint, vt mors, aut
mutilatio ſequatur, & contradicit Mandoſio aſſerenti
diſpenſationem eſſe Epiſcopalem, cùm ex conſuetudine
recurratur ad Summum Pontificem, cui congruit etiam
ſententia. Foller. *in prax. crim. part.*2. *cap.*24. & Lopez
*ad Diaz. in prax. can. cap.*99. *in verb. puniendum.*

Veruntamen tertia ſententia verior eſt, communis,
& magis recepta, quod Iudices, Notarij, & teſtes, &
alij miniſtri iuſtitiæ, vel cooperatores non incurrunt
aliquam irregularitatem in cauſa ſanguinis lata ſenten-
tia, vel non ex quocunque actu criminali, nec per ſen-
tentiam ipſam, niſi inde ſequatur mors, vel membri
mutilatio, ſeu detruncatio, adeò vt non ſequuto effe-
ctu,ſi dicti miniſtri dimittant officium criminale, poſſint
16 fieri Clerici,& capaces beneficiorum abſque alia diſpen-
ſatione Apoſtolica, vel Epiſcopali, quæ nullo modo
eſt neceſſaria, quia non adeſt materia irregularitatis,ni-
ſi effectu ſequuto: ſic per textum *in cap. in Archiepiſco-
patu, de raptor.* & *cap. ſi furioſus, de homicid.* gloſſa *in
cap.ecce, diſt.*51. gloſſa *in cap.ſi aliquis, verb.vt homicida,
de homic.* vbi dicit, quod irregularitas non contrahitur,
17 niſi actu homo interficiatur iam animatus: & allegat
textum *in cap.ſicut, eod.* & *cap. quod verò*, 32.*quæſt.*2. &
ideò ſic communiter docent DD. *in d. cap. ſententiam
ſanguinis*, vbi Ioan And. *num.*1. *verſ.Si ſequitur vindicta
ſanguinis*, & *num.*4. *verſ. ſi ex illa ſcriptura*; *num.*5. *verſ.
homicidium ſequutum fuit*, *num.*6. *verſ.ſequatur vindicta*;
& *num.*11. *verſ.ſed ſi mors*, & Abb. *num.*3. *verſ. quod in-
tellige*, quando ſequitur ex tali facto mors, vel membri
detruncatio, ſecus ſi ſequitur vindicta ſanguinis, *extr.
ne Cleric. vel Monac. ſecul. neg. ſe immiſc.* ſic etiam Soc.
*in d. c.ad audientiam, num.*144. vbi DD. communiter, *de
homicid.* vbi latè Couar. *in Clem. ſi furioſus, part.*2. *in
princ. num.*5.6. *de homicid.* Diaz. *in pract. Can. cap.*99.
*num.*1. *verſ. ego tamen*, pulchrè Nauar. *in Manual. c.*27.
*num.*211. *verſ. dixi*, ſequitur Emanuel Sà *in aphor. con-
feſſ. verb. irregularitas ex deformatione*, Sot. *de iuſt. &
iur. lib.*5. *quæſt.*1. *art.*4. *verſ. eſt notandum*, Farin. *q.*124.
*num.*56. Sayr. *de cenſur. lib.*6. *cap.*14. *num.*9. de commu-
ni Suarez *tom.*5. *de cenſur. diſp.*47. *ſect.*4. pulchrè & la-
tiſſimè doctiſſimus Sperell. *d. deciſ.*77. *num.*11.12.13.
vbi etiam reddit rationes. Iul. Chart. *deciſ.crim.*30 *n.*34.
*verſ. ſecuta morte*; Bonacin. *de cenſur. diſput.*7. *quæſt.*4.
*part.*1. *num.*1. & *num.*3. & *part.*2. *num.*5. Filliucc. *mor.
part.*1. *tract.*19. *cap.*9. *num.*239. Graſſ. *eff. Cler.*12.*n.*18.
*verſ. poſteà ſequeretur*: ſic etiam Layman. *mor. lib.*3.
*tract.*3. *part.*3. *cap.*7. *ſub numer.*1. vbi allegat multa iu-
ra, qui etiam damnat Maiolum aliter ſentientem, cui
in hac materia non eſt multùm fidendum, quia ipſe
totum mundum repleuit irregularitatibus, vt inquit
Dian. *mor. part.*5. *tractat.*11. *reſol.*53. *in princ.* & con-
cordat Molfeſ. *in ſumm. tract.*2. *cap.*16. *numer.*30. vbi
dicit requiri actum conſummatum, nec ſufficere cona-
tum, teſte etiam Bonac. *de cenſur. diſp.*7. *quæſt.*1. *punct.*2.
*num.*5.

Concludendum eſt igitur, irregularitatem non con-
trahi ex homicidio, ſiue voluntario, ſiue licito, ſiue iu-
ſtitia mediante facto,niſi verè ſequatur effectus; quia ad
incurrendam irregularitatem non ſufficit intentio occi-
dendi,vel mutilandi,vel attentatum; ſed requiritur actua-
18 lis occiſio, vel mutilatio hominis, ſtante quod irregu-
laritas impoſita eſt homicidio voluntario,non attentato,
gloſſa *in d.cap.ſi aliquis,de homicid.vol.* pulchrè Ioan.Gut-
tierrez *can. qq. lib.*2. *cap.*6. *numer.*74. Bellet. *diſq. Cler.
part.*1. *tit.*1. §. 5. *num.*130. vbi pulchrè id probat. Bo-
nacin. *de cenſur. dict. quæſt.*4. *part.*1. *num.*1. Dian. *part.*4.
*tract.*2. *de irreg. reſol.*76. ibi irregularitas impoſita eſt
homicidio voluntario, non attentato: pulchrè Philiucc.
*mor. part.*1. *tract.*19. *cap* 9. *num.*233.239. qui tenet con-
tra Maiolum; ſicut etiam Sperell. *d.deciſ.*77. *num.*11.
Molfeſ. *dict. cap.*16. *num.*30. nec mirum, quia non ſunt
multiplicandæ irregularitates, quia irregularitas nun-
quam incurritur, niſi ſit in iure clarè expreſſa, ad tex-
tum *in cap.*15. *de ſent.excommunic.in* 6. Tolet. *de inſtruct.* 19
*Sacerd. lib.*1. *cap.*52. *num.*7. *verſ.priuſquam.* Ioan.Guttier-
rez *can. qq. lib.*2. *cap.*6. *num.*171.174. Dian. *mor. part.*5.
*tract.*11. *reſol.*53. & *part.*3. *reſol.*72. *ſub verſ.dicendum eſt*,
& *part.*4. *tract.*2. *de irregular. reſol.*80. vbi etiam docet,
quod in hac materia ad incurrendam irregularitatem 20
non valet argumentum à ſimili, vel à fortiori: ſic etiam
Sperell. *d.deciſ.*77.*n.*28. ideò cùm nullibi reperiatur iure
cautũ, vt Iudices,& miniſtri Iuſtitiæ fiant irregulares ob
ſententiam ſanguinis, etiamſi non ſequatur effectus, non
eſt timendum de irregularitate. Sperell. *d. deciſ.*77. *n.*18.
vbi de communi teſtatur. Molfeſ. *d.tract.*2 *cap.*16. *n.*30.
vbi pulchrè loquitur dicens, quod ſi omnes DD de
mundo concurrerent aſſerendo aliquem eſſe irregularem;
adhuc non eſſet irregularis, niſi hoc in iure eſſet expreſ-
ſum.

Hinc cognoſcimus dictum Antonium non fuiſſe, nec
eſſe irregularem, quia eius ſententia ſanguinis non ha-
buit effectum, & propterea non indigere aliqua diſpen-
ſatione,& quatenus eâ opus eſſet, non eſt verum, quod
Epiſcopus poſſit in ea diſpenſare, quidquid dicat Maio-
lus, & alij; nullibi enim legitur data Epiſcopis facultas
diſpenſandi in aliqua irregularitate ex defectu lenitatis
contracta. Franc.Leo *in theſ. for.Eccl.part.*2. *c.*8. *num.*32. 21
Bonacin.*de cenſur.diſp.*7.*quæſt.*4.*part.vlt.num.*13. Mauric.
Alzed. *in prax. Epiſc.part.*2.*cap.*6. *num.*46. Dian.*mor p.*4.
*tract.*2. *de irregul. reſol.*69. dicens hanc opinionem eſſe
magis probabilem & ſequendam, quia in Concilio
Trid. ſolùm conceditur Epiſcopis diſpenſare in Irregu-
laritate ex delicto, qualis non eſt iſta: ſic etiam Sperell.
*d.deciſ.*77. *num.*19. Nam Concilium Trid. *ſeſſ.*24. *cap.*6.
*de reform.* concedit Epiſcopis, vt poſſint cum ſuis ſubdi-
tis diſpenſare in irregularitatibus prouenientibus ex de-
lictis occultis,excepta irregularitate proueniente ex ho-
micidio voluntario, aut ex delicto deducto ad forum
contentioſum. Sanchez *in ſumm.lib.*2.*cap.*11.*num.*2. To- 22
let.*lib.*1.*cap.*85. *num.*6.Filliucc. *tract.*20. *cap.*10. *quæſt.*6.
Reginald.*lib.*3.*tract.*2.*num.*26.Bonac.*de cenſur. diſput.*7.
*quæſt.*5.*part.*1.*n.*3. pro cuius intelligentia ad ampliandam
Epiſcoporum auctoritatem aduerte, quod ſub nomine
homicidij voluntarij intelligitur de prohibito, & illici-
to, adeò vt ad hoc vt ſit voluntarium, neceſſe ſit, vt in
illo perpetrando adſit voluntas directa, & expreſſa, &
non ſufficit, quod ſit voluntarium in cauſa. Dian. *mor.
part.*4.*tract.*2.*de irreg.reſol.*72.*verſ.Dico igitur.* Barboſ. *ad* 23
*d.Concil.cap.*6.*num.*34. Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccl. re-
ſol.*446.& *reſol.*448. & ideò ſi non erit ita voluntarium,
Epiſcopus poterit diſpenſare,at non ſequuto effectu,nul-
la requiritur diſpenſatio.

Non obſtant allegata per Corrad.*in d.prax.lib.*5.*cap.*2.
*num.*3. quia ipſe in principio dicit effectum requiri ad in-
currendam irregularitatem, & propterea non eſt audien-
dus,dum poſtea ſibi contradicit, nec ei credendum eſt,
dum teſtatur de conſuetudine petendi diſpenſationem 24
Apoſtolicam, quia ſcio multos fuiſſe ordinatos ſine
diſpenſatione, quia effectus ſententiæ ſanguinis non
fuerat ſecutus, & licèt fortè aliqui petant talem diſpen-
ſationem in Romana Curia, id non fit ex neceſſitate,
ſed ad cautelam, ad euitandas opiniones, & tollendos
ſcrupulos eorum qui neſciunt quieſcere, & non denega-
tur, vt mihi ſuper hoc facto conſulenti reſponſum fuit,
vnde Corradus non poteſt dicere id eſſe de ſtylo, quia
imò in forma Breuis huiuſmodi diſpenſationis, cuius
verba ipſe refert, legitur narratum, quod ſententiam
ſanguinis Orator ille executioni demandauerat, vnde
colligitur, quod etiam Romæ in concedendis huiuſ-
modi diſpenſationibus conſideratur, an effectus ſit ſe-
quutus: ad rem Ioan. Guttierrez.*pract.qq.libr.ſecundo,ca-
pit.*6.*n.*74.

Nec obſtat,quod in dubio tutior pars ſit ſequenda,&
magis tutum videatur petere diſpenſationem ab Epi-
ſcopo,

ſcopo, vel Papa, vt per Maiolum *dicto loco*. Nam reſpondetur hæc eſſe vera, & procedere in dubio facti, quando quis dubitat, an ex vulnere ab eo illato aliquis ſit mortuus; tunc enim in dubio quis debet reputari irregula-
25 ris, *c. ad audientiam*, & *c. ſignificaſti, 1. de homicid. vol.* ſecus eſt in dubio iuris, vbi ſcilicet dubium eſt, an hoc, vel illo caſu à iure impoſita ſit irregularitas; tunc enim in vtroque foro ſtat pro libertate præſumptio, & melior eſt conditio poſſidentis, vt quis in dubio non debeat
26 iudicari irregularis, maximè in foro externo: ita *ex dict. cap.15. de ſententia excommunic. in 6.* Sayr. *lib.6. de cenſur. cap.2. num.4.* Tolet. *lib.1. cap.52. num.8.* Suarez. *de cenſur. diſp.4. num.15.* Valent. *tom.4. diſp.7. quæſt.19. part.20. not.3.* Dian. *mor. part.4. tract.2. de irregul. reſol.80.* pulchrè Bonacin. *de cenſur. diſp.7. quæſt.1. part.5. num.2.* vbi latè tradit rationes tam pro foro externo, quàm conſcientiæ, plenè, & doctè Sperell. *d. deciſ.77. num.13.* vbi alios vide: de his pulchrè Ioan. Gutier. *pract. qq. lib.2. cap.6. num.171.174.* vbi tollit etiam contraria, & docet id procedere tam in foro externo, quàm in foro conſcientiæ, ſed nos verſamur in dubio iuris; de facto enim non dubitamus, quia dictus Antonius fatetur ſe ſententiam ſanguinis ſcripſiſſe, & pro certo habetur non fuiſſe executam; ideò quærendum eſt tantùm, an hoc caſu in iure ſit impoſita irregularitas: ergo in dubio non erat repellendus, quia præſumptio ſtat pro libertate.

Diximus Iudices, & Miniſtros iuſtitiæ effici irregulares ob ſententiam ſanguinis executioni demandatam; ideò aduerte, quod irregularitas ex defectu lenitatis non trahitur ad alios, quàm iuſtitiæ Miniſtros concurrentes ad occaſionem; & propterea alij, qui ſine pecca-
27 to aliquid faciunt, velut ſi illi, qui aſſiſtunt, aliquid faciant, ob quod mors acceleretur, vt ſi vendant ligna ad viuos comburendum, vel gladios, & funes ad interficiendum, vel ſuadeant reum duci per viàm breuiorem, hi irregularitatem non incurrunt, quia non ſunt Miniſtri iuſtitiæ neceſſarij, nec iniuſtè aliquid faciunt, vt poſt Vaſquez tradidit Turrian. *de cenſur. lib.9. diſp.66. dub.3.* Gaſp. Hurtad. *diſputat.2. de Irregular. diff.11. num.39.* pulchrè Bellet. *diſq. Cler. part.1. tit.1. §.5. num.134.* vbi docet ad incurrendam hanc irregularitatem requiri, quod actus, qui fit, ſit cauſa proxima directa in mortem, non cauſa remota: ſicut etiam Ricc. *in prax. for. Eccleſ. reſol.452. numero ſecundo*, pulchrè Dian. *moral. part.3. tract.5. reſolut.79. verſ. ſed ego, & in addition. ſecund. ad reſolut.15.* vbi dicit hanc doctrinam perpetuò menti eſſe tenendam; eſt enim probabilis, & liberat à ſcrupulis, quia multi contrarium docent, ſed ante factum conſulendum eſt, ne quis ſe tali exponat periculo: ſed bene hoc certum eſt, quod in foro externo Iudex, & Epiſcopus non debet aliquem in dubio iudicare irregularem, & prohibere à ſuſceptione, vel adminiſtratione Ordinum. Corrad. *de diſp. Apoſtol. libr.5. cap.1. num.24.*

Non erat ergo dubitandum, quin potuiſſet dictus Antonius rectè, & ritè ordinari, quia effectus ſententiæ non erat ſequutus, & ideò trepidatum fuit timore, vbi non erat timor; namque lenitatis perfectæ irregularitas
28 inducta fuit, quia viſum eſt Eccleſiæ non ſatis poſſe referre lenitatem, & manſuetudinem D. N. Ieſu Chriſti pro nobis crucifixi, eum, qui occidit vel mutilat, etiam licitè, vt per D. Thom. 2.2. *quæſt.40. articul.2.* Nauar. *in manual. dict. capit.17. numero 206.* Sperell. *dict. deciſ.77. numero 12.* Filiucc. *dict. capit.9. numero 232.* & ideò cùm dictus D. Antonius non ſit occiſor, neque mutilator cum effectu, ſequitur eum non eſſe huiuſmodi irregularitate irretitum, & fit ei iniuria quodammodo, dum repellitur ab Ordine, & compellitur petere diſpenſationem, qua nullo modo indiget, tum ob dilationem in ea impetranda, tum ob ſumptus in ea obtinenda neceſſarios; ſtylus enim Curiæ Romanæ non arctat ad petendum, licèt petentibus non deneget poſtulata; ſiquidem nec denegaretur abſolutio eam petenti pro peccato veniali, quia plenitudo poteſtatis eſt penes Pontificem, tam in magnis, quàm in paruis; ſed non eſt neceſſe illuc recurrere, niſi in his, quæ ſpecialiter Pontifici ſunt reſeruata, alioquin nimis incommoda eſſet gubernatio Reipublicæ Chriſtianæ, & in hac materia ſciendum eſt, quod ad hoc vt quis ex cooperatione incurrat in hanc irregularitatem lenitatis, oportere, vt 29
ſit cauſa propinqua occiſionis, quæ nihil aliud eſt, quàm factum, vel dictum directum ſufficiens in deformationem huiuſmodi inde ſecutam: pulchrè Nauar. *d. cap.27. num.211. verſ. dixi ſufficienter*, Sperell. *d. deciſ.77. numero 13.* & habentes iuriſdictionem temporalem non fiunt 30
irregulares, ſi mandant ſuis officialibus, vt plectant malefactores etiam ad mortem, ad textum *in c. fin. ne Cleric. vel Monach. in 6.* Tolet. *d. lib.1. cap.80. num.9. verſ. ſimiliter.*

Animaduertendum eſt autem, quod dato etiam adfuiſſe neceſſitatem petendi aliquam diſpenſationem, tamen quia in recipienda prima tonſura, & Ordinibus minoribus dictus Antonius fuit in bona fide, credens ſe non eſſe irregularem, & habuit hoc conſilium à Theologo morali Patre Dominico Zanetto è Societate Ieſu valde perito in materia caſuum conſcientiæ, ob non ſecutum effectum, & Præfectus ordinationibus fecit illi 31
ſchedulam habere requiſitam, tam ipſe, quàm ordinator eſt excuſatus, vt per Nauar. *in cap. accepta, oppoſ. 8. num.33.35. de reſtitut. ſpoliat.* & *in cap. cùm contingat, de reſcript. remed.2. numer.7. verſ. ſecunda deciſio*, Iul. Chartar. *deciſ.34. numero 30.31.* vbi quod ſine dolo non incurritur irregularitas, & bona fides excuſat, & dato etiam quod ſcienter id feciſſet, & cum mala fide, licèt peccet mortaliter, tamen recipiendo, vel exercendo ordines, nouam irregularitatem, vel aliam pœnam non incurrit. Nauar. *d. cap.27. num.193.* Tolet. *in ſumm. lib.1. cap.* 32
*67. num.6. verſ. Tertium dictum*, Suarez *diſp.40. ſect.2. num.3.* & *diſp.42. ſect.3. num.2.* Filliucc. *d. cap.9. num.60.61.92.139.* bonacin. *de cenſur. diſp.7. quæſt.1. part.3. numer.4.* ordinator tamen eſſet ſuſpendendus à collatione Ordinum, & ordinatus ab exercitio, ad textum *in d. c. aliquantos, diſt.51.* ſed non verſamur in hoc caſu, quia nulla ad- 33
eſt hic irregularitas effectu ſententiæ non ſecuto, & quia vterque, tam ordinans, quàm ordinatus ita credidit, & fuit in bona fide: ergo etiam in dubio iuris reſoluendum eſt ad fauorem dicti Anton. *ex d. cap.15. de ſentent. excommunic. in 6.* Tolet. *d. cap.52. num.8.* Dian. *mor. p.4. tract.2.* 34
*de irregul. reſol.80.* non enim ad incurrendam irregularitatem ſufficit voluntas faciendi actum, nec ſatis eſt conatus ad actum, ſed requiritur vt cum effectu conſummetur actus, vt probat ex communi, & vera ſententia 35
Couar. *in Clem. ſi furioſi, in 2. p. in princ. de homic.* Molfeſ. *d. c.16. n.30.*

Verumtamen nota in hac materia irregularitatis, quod ſecretus irregularis, ſeu occultus poterit celebrare ſine peccato, ſi ex omiſſione infamia ſui, & aliorum ſcandalum eſſet exoriundum, vt pulchrè docet Ioan Sanchez 36
*pract. diſput.43. num.38. ad fin. verſ. & irregularis*, & ante eum Nauarr. *in Manual. cap.27. num.239.* dicens, quod lex naturalis, & diuina de ſua fama defendenda præſtat legi humanæ de abſtinendo à Sacro in irregularitate.

Et ſimiliter notandum eſt, quod licèt effectu non ſequuto irregularitas non incurratur, quia requirit actum externum conſummatum, ex Farinac. *in prax. quæſt.124.* 37
*num.55.* pulchrè Bellet. *diſquiſit. Cleric. p.1. tit.1. §.5. n.130.* vbi vide Sperell. *deciſ.77. num.18.* & Molfeſ. *in ſumm. tract.2. cap.16. num.30.* Bonacin. *de cenſur. diſp.7. quæſt.1. part.2. numer.5.* tamen ſi ille, qui condemnat reum ad mortem, vel membri mutilationem ſit Clericus, punien- 38
dus eſt à Iudice Eccleſiaſtico pœnis capitis *Clericis, ne Cleric. vel Monac.* etiamſi non ſequatur effectus, quia ſe immiſcet negotio ad ſe non pertinenti, & prohibito. Nam



Nam *in dicto cap. Clericis*, vetatur Clerico non ſolùm facere truncationes membrorum, ſed etiam iudicare fa-
39 ciendas; & ideò benè dixit Diaz *dict. cap.99. verſ. ego tamen*, quod quando non ſuccedit executio, per ſolam
40 ſententiam Clericus non eſt ita acerrimè puniendus; & propterea Foller. *in pract. crimin. part.2. cap.24.* non dicit Clericum proferentem ſententiam ſanguinis eſſe irregularem, ſed benè ſuſtinet contra Diaz, quod ſit puniendus pœnis *dict. cap. Clericis*, qui non de irregularitate, ſed de aliis pœnis loquitur, & eodem modo
41 loquitur Lopez *ad Diaz dict. cap.99. in verb. puniendum*, & *quæſt.98. ſub num.21.* & Farin. *d. verb. Clericus, n.392.* Vnde ſi ille, qui tulit ſententiam ſanguinis ſit laicus, effectu non ſequuto nec erit irregularis, neque vllam pœnam incurret, quia iuſtitiam licitè fecit; & hic eſt caſus noſter.

Ideò de hoc cenſui conſulendum, quid ſentirent Romani, & interrogati illi, qui expeditiones ſollicitant, dixerunt petendam eſſe diſpenſationem; verùm quia hi lucro inhiare ſolent, putaui conſulendos viros doctos, qui dixerunt non eſſe neceſſarium, ſed ab aliquibus peti ſolere ad cautelam pro ſecuritate conſcientiæ, & quia euenire poterat, vt effectus ſequeretur; & ſi de hoc non ſit dubium, ſuperuacaneum eſſe petere diſpenſationem, quæ de iure non eſt neceſſaria, & ita reſpondit Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Franciſcus Paolutius Secretarius S. Concilij, & immunitatis, qui eſt Prælatus doctiſſimus, & peritiſſimus, & magnæ experientiæ vir, & ita benemeritus in ſeruitio S. E. R. vt iamdiu dignus ſit, cui Biretum purpureum concedatur, quod quamprimum faxit Deus, &c. ideò ſine ſcrupulo potuit dictus Clericus ordinari, & diſpenſatio non eſt petenda, niſi ad cautelam pro timidis ordinatoribus, & ordinandis, nec eſt curandum, quod aliqui ad cautelam petant diſpenſari, quia multò plures ſunt, qui id non petunt; quod enim iure conceditur, fru-
42 ſtra precibus à Principe impetratur, *l.1. §. reſcripto, vt legat. nom. cau. l.1. in fin. ad municip. l. vnic. C. de theſaur. lib.10. cap. Abbate, §. contra, de verb. ſignif.* Boer. *deciſ.247. num.13.* Et ita.

---

# CAPVT CCIV.

## EPITOME.

Canonici Eccleſiæ Collegiatæ an teneantur aſſiſtere ſuis Præpoſitis, vel Archipresbyteris ſolemniter celebrantibus pro Diacono, & Subdiacono.

## SVMMARIVM.

1 *Archipreſbyter, & Canonicus ſolemniter celebrans vtitur Canonicis pro Diacono, & Subdiacono.*
2 *Canonici tenentur aſſiſtere Dignitatibus pro Diacono & Subdiacono.*
3 *Canonici non ſunt aſtringendi ad onera inconſueta.*
4 *Cæremoniale quomodò intelligitur.*
5 *Canonici non ſunt cogendi ad cantandum Euangelium vel Epiſtolam.*
6 *Decretum S.C. non vſu receptum an obliget.*
7 *Exemplis non eſt iudicandum.*
8 *Exempla multùm mouent.*
9 *Epiſcopo celebranti quomodo Canonici aſſiſtere debeant pro Diacono & Subdiacono.*
10 *Cæremoniale Epiſcoporum ab omnibus eſt ſeruandum.*
11 *Cathedralis Eccleſia eſt magiſtra, & matrix aliarum in Diœceſi.*
12 *Cathedralis Eccleſia eſt Parochia totius Ciuitatis, & Diœceſis.*
13 *A boue maiore diſcat arare minor.*
14 *Collegiata in Eccleſia debent recitari horæ Canonicæ ſicut in Cathedrali.*
15 *Archipresbyter, & Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ dicuntur Prælati, & in Dignitate.*
16 *Præpoſiti Eccleſiarum Conuentualium ſunt Dignitates.*
17 *Collegiata S. Martini quando erecta, & quomodo.*
18 *Archipresbyter eſt manutenendus in poſſeſſione, vt ſibi ſeruiatur pro Diacono, & Subdiacono.*
19 *Manutentio datur etiam in rebus ſpiritualibus, & iuribus incorporalibus.*
20 *Quaſi poſſeſſio acquiritur per vnicum actum, & quando.*
21 *Canonici quando debeant aſſiſtere celebranti pro canendo Euangelio, & Epiſtola.*
22 *Celebranti inſeruientes debent eſſe eiuſdem Ordinis.*
23 *Vltimus ſtatus eſt attendendus, & ſufficit vnicus.*
24 *Manutenendus eſt etiam qui precario poſſidet.*
25 *Decretum de Canonicis celebranti aſſiſtentibus quomodo intelligatur.*
26 *Canonici, vbi non ſunt diſtinctæ præbendæ, quomodo celebranti aſſiſtere debeant.*
27 *Collegiata S. Proſperi Regij dicitur eſſe Cathedralis, & quare.*
28 *Canonicus S. Proſperi Regij poteſt mitti Romam ad viſitanda limina.*
29 *Canonicus Collegiatæ non poteſt eligi in Iudicem Synodalem.*
30 *Canonici S. Proſperi Regij poſſunt eligi in Iudices Synodales.*
31 *Conſuetudo immemorabilis non tollitur à Cæremoniali, & quando.*
32 *Conſuetudo immemorabilis eſt legitimè probanda.*
33 *Cæremoniale Epiſcoporum debet ſeruari, donec probetur contra illud conſuetudo immemorabilis.*
34 *Non ſunt mutanda, quæ ſemper certam habuerunt interpretationem.*
35 *Mortuorum officia ſuper cadaueribus debebent fieri à Rectoribus in eorum Eccleſiis.*
36 *Mortuorum officia an poſſint celebrari in choro in feſtis primæ claſſis.*
37 *Aſperſorium debet porrigi Epiſcopo à prima Dignitate.*
38 *Patroni Eccleſiæ minùs principalis feſtum, quomodo debeat celebrari.*
39 *Aſperſorium debet porrigi Epiſcopo à Priore Conuentus, non à Canonicis.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

ORta eſt controuerſita inter Archipresbyterum Collegiatæ S. Martini, & eius Canonicos, dum ipſe ſe declarauit, quod ei ſolemniter celebranti debeant Canonici inſeruire pro Diacono, & Subdiacono; è contra verò Canonici dicebant non eſſe, aut eſſe poſſe ad id cogendos, ſed in eorum manu eſſe id negare, vel concedere; ſed Archipresbyter dicebat ſe habere intentionem fundatam in Cæremoniali Epiſcoporum, *lib.2.* [illegible] *hora competenti*, vbi diſponitur, quod [illegible] Canonicus Hebdomadarius, ſiue Dignitas, [illegible] ad quem de conſuetudine Eccleſiæ celebra[illegible] paretur in Sacriſtia vnà cum duobus aliis Ca[illegible] habitu Diaconali, & Subdiaconali eiuſdem co[illegible].

Et confirmatur auctoritate Barboſ. *in tract. de Canonic. c.34. n.3.* vbi refert multa decreta S. C. quibus probatur Dignitati

2 Dignitati ſolemniter celebranti, Canonicos teneri aſſi-
ſtere pro Diacono, vel Subdiacono, non obſtante qua-
cunque conſuetudine.
Sed Canonici dicebant hæc eis neutiquam obeſſe poſ-
ſe, & non teneri pro Diacono, vel Subdiacono dicto Ar-
chipresbytero inſeruire in Miſſa, quia id nullibi cauetur
3 in Cæremoniali, & certum eſt, quod Canonici non ſunt
aſtringendi ad onera non conſueta, maximè contra for-
mam Cæremonialis, vt dixit S.Rit.Congreg. *in Alexan-
drina*, 15. *Martij* 1608.
Nec obſtare dicebant Cæremoniale, *d. cap.*17. quod
non loquitur de Miſſa cantanda, ſed de benedictione
Candelarum; imò inferius videtur ſentire, quod inſer-
4 uientes poſſint eſſe Canonici, & non Canonici in illis
verbis: *Deinde Diacono, vel Subdiacono paratis, ſi ſunt
Canonici*; ex quo loquendi modo probatur, quod inſer-
uientes poſſunt eſſe etiam non Canonici.
Deinde dicebant pro ſe extare declarationem S. C.
5 Rit. *in Tarentina Crytaliarum*, 3. *Septembris* 1605. qua
ſancitum eſt, quod Canonici non ſunt cogendi ad can-
tandum Epiſtolam, vel Euagelium, quando alius Cano-
nicus, ſeu Dignitas celebrat, niſi quando præbendæ ſunt
diſtinctæ: & ita videtur intelligendus Barboſ. *de canon.
d.cap.*34. *numer.*3. & quatenus aliter poſſet intelligi, non
obligare Canonicos S. Martini, vbi dictum decretum
non eſt vſu receptum, vt per Menoch. *de præſ. lib.* 2.
6 *præſ.*2. & Gratian. *diſceptat. forenſ.* 588. *num.* 14. 15. in
dicta enim Eccleſia S. Martini non adeſt diſtinctio præ-
bendarum, vt aliæ ſint Sacerdotales, aliæ Diaconales,
aliæ Subdiaconales, ſed omnes nullum ordinem ſacrum
habent annexum. Ergo, &c.
Tertiò Canonici allegabant ita etiam ſeruari in Col-
legiata inſigni S. Proſperi Regij, & S.Quirini de Corr.
7 & licèt exemplis non ſit iudicandum, ſed legibus, *l. ne-
mo, C. de ſent. & interl. omn. iud. l. ſed licèt, de off. Præf.*
8 tamen exempla magis mouent, & ſicut digitus, rem
oſtendunt, ex Bald. *conſ.*334.*n.*4. *verſ. ſed quid, lib.*1. Tuſch.
*littera E, concl.*548.*n.*5.6. Barboſ. *de off. Epiſc. p.*1.*tit.*2.
*gl.*3.*num.*3.
Nihilominus cenſui meliora eſſe iura dicti Archipres-
byteri, qui eſt Caput Capituli dictæ Collegiatæ, &
pro tali debet honorari à ſuis Canonicis; & propterea
cenſeo, quod ſicut in Eccleſia Cathedrali Canonici te-
nentur aſſiſtere ſuo Epiſcopo tanquam capiti pro Diaco-
no, & Subdiacono, adeò vt ſi in Eccleſia ſint diſtincti
ordines, ſeu præbendæ Presbyterales, & Diaconales,
9 erunt duo primi Canonici ex ordine Diaconali; quod ſi
fortè in aliqua Eccleſia, nec Dignitates, neque Ordines
diſtincti eſſent, tunc erunt duo primi Canonici, vel
Dignitates immediatè ſedentes poſt primam Dignitatem,
vel primum Canonicum, vt ſancitur in Cæremoniali
10 Epiſcoporum *libro primo, cap.*8. *in princ.* & *verſ. & de-
bent*, & *cap.* 9. quod ab omnibus ſeruandum eſt, iuſſu
Clem. V I I I. vt in Bulla dat. ſub 14. Iul. 1600. ita Ca-
nonici Collegiatæ debent ſuo Prælato, vel Capiti aſſi-
ſtere, dum ſolemniter celebrat in feſtis ſolemnioribus,
11 quia Cathedralis Eccleſia eſt magiſtra, & matrix alia-
rum Eccleſiarum, gloſſa *in Clem.*1. *in verb. matricibus*,
12 vbi etiam Card. *de priuileg.* imò dicitur Parochia totius
Ciuitatis, & Diœceſis, Card. *in Clem. dudum*, §. *ve-
rùm, de ſepult.* Gutier. *can. qq. lib.*1. *cap.*27. *num.*24. *&
ſeqq.* Piaſec. *in prax. Epiſc. part.*2. *cap.*3. *num.* 24. *verſ.
circa feſtum*, Bellet. *diſq. Cler. part.*1. *tit. de bonis Cler.*
§. 3. *num.*43.47. Barboſ. *tract. de Canon. & Dign. cap.*6.
13 *num.*19.20. dici enim ſolet, quod à boue maiore diſcat
arare minor: ideò Canonici Collegiatæ non debent de-
dignari imitari Canonicos Cathedralis, qui ſuo Capiti
lætantur inſeruire, hoc enim eſt onus honorificum,
quod nemo abhorrere debet ob cultum diuinum, & ſer-
14 uitium Eccleſiæ: nam in Collegiatis debet ſumi exem-
plum à Cathedrali, quia in eis horæ canonicæ debent
recitari vt in Cathedrali, teſte Zecch. *de Republ. Eccleſ.
cap.*26. *num.*4. *verſ. quintò*: nec Canonici debent ægrè
ferre ſic honorare ſuum Archipresbyterum, & Præpoſi-
tum, quia verè ille multis prærogatiuis gaudet, & in
primis dicitur eſſe conſtitutus in Dignitate, & eſſe Præ- 15
latus, vt inquit Cucch. *in Inſt. maior. tit. de Præpoſito*,
& ſequitur Zecch. *d. cap.*26. *num.* 3. & ſentit Barboſ. *de
Canonic. cap.*4. *num.*29.30. & *cap.*9. *num.* 19.20. vbi latè
probatur, quod quando Præpoſiti iſti habent primum
locum in Collegiata, vel Conuentuali Eccleſia, dicuntur
eſſe conſtituti in Dignitate, quod multò magis verifica- 16
tur in Archipresbytero, qui in erectione Collegiatæ
facta à Greg. X I V. P. M. fuit declaratus Protonotarius
Apoſtolicus, & principalis Dignitas, eo ipſo, quod ad 17
Archipresbyteratum aſſumptus eſt, cum facultate ge-
ſtandi Rochettum, & Mantellettam; & ſub eo conſti-
tuti ſunt ſex Canonici, vnus Cantor, & vnus Sacriſta,
& quatuor Clerici ſimplices perpetui beneficiati, qui
omnes aſſiſtere debent laudibus diuinis, tam diurnis,
quàm nocturnis, iuxta ordinationem ab Ordinario facien-
dam, prout ſonant verba fundationis dictæ Collegiatæ;
& propterea ſi ſtare debent Ordinationi ordinarij, potuit
Vicarius Regij decernere, vt Canonici aſſiſtant dicto
Archipresbytero ſolemniter celebranti pro Diacono, &
Subdiacono, quia hoc eſt etiam conforme diſpoſitioni
iuris communis.
Deinde cùm prædicti Canonici pluries inſeruierint
etiam Archipresbytero defuncto, & nouiſſimè moder-
no, etiam qui eſt M.R.D. Ioannes Marianus, & ei aſti-
terint pro Diacono, & Subdiacono, debet Archipres-
byter manuteneri in hac quaſi poſſeſſione, vt ei aſſiſta- 18
tur à Canonicis pro Diacono, & Subdiacono, ad tradita
*in §. retinendæ*, vbi Aret. *n.*2. *verſ.*4. *competit, Inſtit. de in-
terdict.* Menoch. *de retin. rem.*3.*n.*103. & *n.*126. Seraphin.
*deciſ.*277. *num.*2. Coccin. *deciſ.*354. *ſub n.*1. latè Poſthius
*de manuten. obſeru.*10. *num.*4. *& ſeq.* vbi docet dari ma-
nutentionem etiam in iuribus incorporalibus, & ſpiri-
tualibus, quod adeò verum eſt, vt in iuribus incorpora- 19
libus acquiratur quaſi poſſeſſio manutenibilis etiam per
vnicum actum, *cap. cùm Eccleſia Sutrina*, vbi Abb. *n.*23. 20
*de cauſ. poſſ. & propriet.* Rota apud Poſth. *de manut. deciſ.*
113. *num.*4.5. & *deciſ.*139. *num.*2. *deciſ.* 201. *num.* 2. &
*deciſ.*267.*n.*2.
Et talis poſſeſſio multùm coloratur à decreto Cæremo-
nialis Epiſcoporum *lib.*2. *cap.*17. vbi ſtatuitur, quod Ca-
nonici aſſiſtant celebranti pro Diacono, & Subdiacono, 21
nec enim loquitur ſolùm in functione benedictionis
Candelarum, ſed etiam in celebratione Miſſæ, quia idem
eſt qui benedicit Candelas, & qui celebrat; & eius
diſpoſitio procedit etiam in Collegiatis, vt ibidem legi-
tur: & quamvis aliter fortè ſeruetur, quando vnus Ca-
nonicus celebrat, tamen non eſt inferendum, quod
idem ſit faciendum quando prima Dignitas intendit ce-
lebrare, ne abuſus, & ſpecialia multiplicentur; etenim
negari non poteſt, quin ſit abuſus, & corruptela, 22
quando inſeruientes celebranti ſolemniter non ſunt eiuſ-
dem ordinis, vt cenſuit Sacra Congregatio *in vna Ca-
ligurritana*, 7. *Septembris*, 1593. & *in Colon.* 31. *Martij*,
1629. & *in Sarnenſi*, 5. *Martij* 1633. & *in Sipontina
Montis Galgani, ſub die* 8. *Martij* 1631. teſte Barboſ.
*de Canon. cap.*34. *num.*3. *ad fin.* vbi habetur S.C. de-
creuiſſe Dignitate, vel Canonico ſolemniter celebran-
te, Canonicos pariter pro Diacono, & Subdiaco-
no, & non alios inferiores inſeruire debere: ergo
non debent hi Canonici S. Martini dedignari aſſi-
ſtere ſuo Archipresbytero pro Diacono, & Sub-
diacono in feſtis ſolemnioribus; neque hoc erit in-
conueniens, vel dedecus, quia Angeli non erubeſcunt
aſſiſtere tam Sancto Sacrificio, & muneri tam honori-
fico.
Non obſtant allegata pro parte Canonicorum, & pri-
mò non eſſe cogendos ad onera inſolita contra formam
Ritualis, ſeu Cæremonialis; nam hoc eſt verum, ſed hoc
onus



onus non eſt contra Cæremoniale, nec poteſt dici tam
inſolitum, quod nunquam factum fuerit; quia imò ſæpè
23 ita obſeruatum eſt, & vltimus ſtatus eſt attendendus, &
vnicus ſufficit. Seraphin. *deciſ.*1213. *num.*5. Roderic. *de
ann. redd. lib.*1. *quæſt.*17. *num.*37. *verſ. vltimò*, Tuſch. *littera
P, concl.*421. *num.*11. Maſtrill. *deciſ.*12. *num.*2. *part.*1. Poſth.
*d. tract. obſeru.*71. *num.*55.56. Rot. apud eum *deciſ.*3. *num.*1.
& *deciſ.*258. *num.*3. adeò vt ſufficiat dicto Archipresby-
24 tero ad obtinendam manutentionem, etiamſi precariò
poſſideat. Menoch. *de retin. rem.*3. *ſub num.*19. Mazzol.
*conſil.*91. *num.*45. Plot. *de in lit. iur.* §. 3. *num.*30. *in fin.*
Poſthius *d. tract. de manut. obſeru.*42. *num.*118.
Non obſtat reſponſio ad Cæremoniale *in d. cap.*17.
vbi videtur admittere, quod tales inſeruientes poſſint eſſe
etiam non Canonici, dum ſub conditione loquitur; nam
replicatur id non rectè ab eo argui, quia dum ſub condi-
tione loquitur, nihil diſponit, ſed potiùs tunc reſpicit ad
factum, non ad quid faciendum, alioquin pugnaret cum
decretis S.C. de quibus Barboſ. *d. cap.*34. *num.*3.
Tertiò non obſtat declaratio S.C. *in Tarentina*, 3. *Se-
ptembris* 1605. vt Canonici non ſint cogendi ad cantan-
dum Epiſtolam, vel Euangelium, quando alius Canoni-
25 cus, vel Dignitas celebrat, niſi quando præbendæ ſunt
diſtinctæ. Nam quatenus extet hoc decretum, non lo-
quitur in caſu, quando Prælatus, & prima Dignitas Col-
legiatæ vult celebrare ſolemniter; tunc enim viſum eſt
teneri Canonicos ei aſſiſtere pro Diacono, & Subdiaco-
no, ſicut in Cathedrali tenentur Canonici aſſiſtere ſuo
Epiſcopo, quia Cathedralis ad exemplum gubernanda
eſt Eccleſia Collegiata in his, in quibus conuenire non
poteſt, & propterea ex diuerſis non fit bona illatio,
*l. Papinianus, ff. de minor.*
Deinde reſpondetur attendendam eſſe poſteriorem di-
ctæ S.C. declarationem, & decretum emanatum *in d. Sar-
nenſi*, 5. *Martij* 1633. in quo videtur hoc negotium intel-
lexiſſe, vt quando extant diſtinctiones præbendarum in
Diaconales, & Subdiaconales, tunc Canonico ſolemni-
ter celebranti pro Diacono, & Subdiacono inſeruire de-
beant Canonici habentes præbendam Diaconalem, &
26 Subdiaconalem. Verùm ſi nulla adſit diſtinctio, vt hìc
in Collegiata S. Martini, tunc omnes obligantur ad hoc
onus per turnum, quia per inferiores ei non poteſt ſatiſ-
fieri, vt per S.C. *in d. Sipontina Montis Galgani, ſub die* 8.
*Martij* 1631. teſte Barboſ. *d. cap.*34. *num.*3 *in fin.* alioquin
ſi aliter diceremus, hæc decreta inter ſe pugnarent, quod
non eſt dicendum, & propterea dicendum eſt illud pri-
mum vel non extare, vel ſic eſſe intelligendum; ſalua
tamen ſemper meliori interpretatione eiuſdem S. C. cui
me ſubmitto.
Quartò non obſtat dictum decretum non eſſe vſu re-
ceptum; nam reſpondetur id fortè procedere reſpectu
Canonicorum, vt eis celebrantibus alij Canonici non aſ-
ſiſtant pro Diacono, & Subdiacono, non tamen reſpectu
Archipresbyteri, cui tam moderno, quàm anteceſſori
ſæpè Canonici inſeruierunt, adeò vt etiam vltimus ſta-
tus pro eo conſiſtat, vt vidimus, neque Canonici etiam
inter ſe poſſunt immemoriali conſuetudine adiuuari,
cùm vix tranſierint 25. anni, ex quo Collegiata cum
effectu fuit erecta, & ad actum deducta plenè, licèt longè
priùs fuiſſet in parte in eſſe deducta.
Quintò non obſtat, quod Regij in inſigni Collegiata
S. Proſperi aliter ſeruetur, quia neque Præpoſito ſolem-
niter celebranti aſſiſtunt Canonici pro Diacono, vel
Subdiacono, licèt ſit in ea prima Dignitas valdè hono-
rabilis. Nam primò reſpondetur hanc nobilem, & anti-
27 quiſſimam Collegiatam mereri potiùs nomen Cathe-
dralis, & pro Cathedrali habendam; Epiſcopus enim
Regij, qui etiam dicitur Princeps Sacri Rom. Imperij,
habet duas Cathedrales, vnam ſub titulo Aſſumptionis
B. M. V. & alteram ſub vacabulo S. Proſperi Protecto-
ris, & Epiſcopi eiuſdem ciuitatis, & ſolebant capitula-
riter ſimul incedere ſub vna tantùm Cruce, & retinent
adhuc multa ſigna vnionis; ideò ambæ ſunt Cathedra-
les, vt de prædictis fidem faciunt Ioan. Andr. Anton.
de Butr. & Gemin. *in c. quamvis pleniſſima, ad fin. de præ-
bend. in* 6. latè Tuſch. *pract. concluſ. littera E, concluſ.*
298. *num.*3. vbi in hoc ſcribit alia particularia: & verè
hæc nobiliſſima Collegiata eſt in hac quaſi poſſeſſione,
vt pro Cathedrali cognoſcatur; nam ego recordor qua-
liter Epiſcopus miſit Romam ad viſitanda limina Apo-
ſtolorum D. Canonicum Ioan. Albertum de Ruggeriis, 28
qui erat Canonicus dictæ Eccleſiæ S. Proſperi, qui pri-
ma facie fuit repulſus à S.C. ex hoc ſolùm quia erat Ca-
nonicus Collegiatæ, verùm informata S.C. de prædictis,
& viſa doctrina dicti Cardinalis Tuſchi fuit admiſſus ad
viſitationem liminum: & ſimiliter non obſtante, quod
Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ non poſſit eligi in iudi-
cem Synodalem, etiamſi non extarent in Cathedrali 29
Doctores ſaltem idonei, vt cenſuit S. C. Concilij *in vna
Alexandrina*, teſte Aldan. *in compend. can. reſolut. libr.*3.
*tit.*19. *num.*25. Barboſ. *de off. Epiſcop. part.*3. *alleg.*106.
*num.*12. tamen Canonici S. Proſperi ſunt in hac quaſi
poſſeſſione, vt eligantur in iudices Synodales, vt legi- 30
tur in Synodo Epiſcopi Rangonij, & Epiſcopi Cocca-
panij Domini mei colendiſſimi, & Præſulis nunquam
ſatis laudati, in quo de præſenti cernitur ſcriptus per-
illuſtr. & M. R. D. Cæſar Caſſolius nobilis, & I. C. Re-
gienſis, non ſolùm litteris, ſed etiam moribus multùm
laudabilis, & meus amiciſſimus; quod non alia ratione
factum cenſeo, niſi quia Eccleſia S. Proſperi eſt Cathe-
dralis; & licèt vocetur Collegiata, hoc fit ad dignoſ-
cendum eam ab alia, non quia non poſſit verè dici Ca-
thedralis, & propterea ſeruat mores, & conſuetudines
immemorabiles, quæ ſeruantur etiam in Cathedrali, in-
ter quas hæc vna eſt, vt Canonici non inſeruiant pro
Diacono, & Subdiacono, niſi Epiſcopo.
Deinde reſpondetur tam reſpectu dictæ Eccleſiæ S.
Proſperi, quàm S. Quirini de Corrigio, quæ ſunt mul-
tùm antiquæ, Præpoſitos earum non eſſe in tali præ-
tenſione cum ſuis Canonicis, nec in quaſi poſſeſſione,
imò pro Canonicis extare conſuetudinem immemorabi-
lem, & ſemper vniformem, vt non inſeruiant Præpo-
ſito, nec ſibi inuicem pro Diacono, vel Subdiacono;
ſed in hoc vtantur opera Capellanorum, & miniſtro-
rum; ideò non ſunt adducendi in conſequentiam, quia
non ſolet S. C. derogare huic immemoriali conſuetudi-
ni, nec tollitur per Cæremoniale, maximè ſi ſit lauda- 31
bilis. S. Congr. Rit. *in Brunduſina*, 17. *Septembris* 1611.
& *in Tornacenſi* 28. *Iun.* 1612. vt intellexi. Benè verum
eſt, quod hæc conſuetudo allegata, ſi negaretur, legitimè
eſſet probanda. Sacr. Congr. Rit. *in Bononienſ.* 10. *Maij* 32
1608. & donec fierent probationes eiuſdem Cæremo-
nialis, executio non eſſet retardanda, S.C. *in Conchenſ.* 18. 33
*Martij*, & 8. *Maij* 1617. & hoc ſentire videtur Barboſ. *de
Can. d. cap.*34. *num.*3. ibi: *quæ venit priùs firmiter probanda*:
vbi ſentit non ſatis eſſe allegare immemorabilem conſue-
tudinem, niſi etiam plenè probetur: verùm ſi probare-
tur, tunc ſine alia declaratione S.C. non eſſet ab ea rece-
dendum, quia non ſunt mutanda, quæ ſemper certam ha-
buerunt interpretationem, *l. minimè, ff. de legib.* Ideò pro 34
dicto Archipresbytero iudicaui: in omnibus tamen me
ſubmitto ſententiæ S.R.Eccleſiæ, & S.Congregationis ac
maiorum meorum, quibus ſubiectus ſum; cenſui tamen
antiquiorem Canonicum eſſe exemptum à tali onere, ad
finem, de quo *in d. Cæremoniali, lib.*1. *capit.*8. Sequi-
tur tenor quorumdam decretorum ad rem facien-
tium.

## DECRETA
### S. Congregationis Rituum.

*Nucerina Paganorum*, 17: *Martij* 1629.

PRo parte Capituli Nucerini Paganorum petitum fuit, an ſtante penuria Canonicorum in Choro, cùm non ſint niſi octo, celebranti Archypresbytero, vel alteri dignitati debeatur aſſiſtentia duorum Canonicorum. Et S. Congregationis Rituum reſpondit deberi.

*Sipontina , die* 8. *Martij* 1631.

Narratum fuit in Eccleſia Collegiata Sancti Michaëlis Archangeli Montis Gargani Sipontinæ Diœceſis, adeſſe quatuor Dignitates, & duodecim Canonicos, omnes præbendatos ; & dubitari inter ipſos, an celebrante aliqua Dignitate vel Canonico , interuenire debeant pro Diacono, & Subdiacono Canonici ; an verò alij inferiores de gremio eiuſdem Eccleſiæ. Et S. Rituum Congregatio, reſpondit Dignitati, vel Canonico celebranti pariter Canonicos pro Diacono , & Subdiacono , & non alios inferiores inſeruire debere, non obſtante Contraria conſuetudine, quam abuſum vacauit, &c. Sacraque Congregatio ita declarauit, &c.

Sed poſtquam de ritibus Eccleſiæ ſermo habetur, non diſplicet hîc declarare id, de quo aliàs requiſitus ſum, an ſcilicet quando cadauera defunctorum deferuntur ad
35 Eccleſias Regularium, liceat Curato ſuper illis exequias celebrare, & an tunc licitum ſit vocare ſolummodò exercentem curam animarum. Verùm facilè eſt nunc reſpondere huic quæſtioni, quia S.C. Regularium rem determinauit , ſiquidem habentur typis edita Romæ ſequentia decreta, ex Typographia R. Cameræ Apoſtolicæ, anno 1644. quæ ego vidi.

Sacra Congregatio Cardinalium negotiis Regularium præpoſita cenſuit non eſſe quemquam impediendum, quominùs electa ſibi in Eccleſia Regulari ſepultura , vocet ad ſepeliendum cadauer ſolummodo exercentem curam animarum nomine Capituli. Romæ , die 30. Aprilis 1638. FR. ANTONIVS , Cardinalis S. Onufrij. C. FACCHENETVS, Secretarius.

Sacra Rituum Congregatio iuxta aliàs reſolutá reſpondit, Officium ſuper Cadaueribus in Eccleſiis Regularium ſpectare, & pertinere ad ipſos Regulares, non autem ad Curatos defunctorum : & ita in poſterum ſeruari mandauit , non obſtante contraria conſuetudine. Die 27. Nouembris 1638. C. EPISCOPVS PORTVENSIS, Card. Pius. IVLIVS CINCIVS, Secretarius.

Sacra Congregatio Cardinalium Concil. Trident. Interpretum ſæpiùs cenſuit , quoties cadauera defunctorum ad Eccleſias Fratrum Mendicantium deferuntur, Officia Mortuorum, ac reliqua, quæ in huiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent, non à Canonicis, neque à Clero, ſed à fratribus obiri, ac peragi debere. Die 3. Decembris 1639. IOAN. B. CARD. PAMPHILIVS. FRANCISCVS PAVLVTIVS, S. Congregat. Conc. Secretarius.

Ad rem ſic tradit etiam Lezana *qq.regul.part.*1.*cap.*12. *num.*38. latè Barboſ. *de vniuerſ.iur. Eccleſ.lib.*2. *capit.*10. *num.*81. 82.

Placet etiam hîc adnectere alium caſum pertinentem ad ritus Eccleſiaſticos , de quo ſatis fuit controuerſum ; factum autem ſic ſe habet. Quidam R. D. Ioan. Baptiſta
36 Biſinus, annis præteritis legauit Menſæ Galanæ Cathedralis Regij quædam bona in onere illius Presbyteris iniuncto ſub pœna caducitatis , quod tenerentur ſingulis diebus poſt Completorium alta voce recitare Pſalmos Graduales cum Orationibus defunctorum.

Propter hoc adimplementum præfatum conſortium in duas partes abiit , pars enim quædam aſſerebat ſufficere in feſtis ſolemnioribus onus adimplere priuatim ſine cantu, & vt ſinguli, ſiue in Eccleſia, ſiue in Choro, ſiue extra : pars verò altera dicebat etiam in præfatis feſtiuitatibus teneri recitare Gradualia in Choro alta voce, quare adiuerunt me Vicarium Generalem, qui pluries partibus auditis , tandem die 17. Martij 1644. pronuntiaui eos teneri ſingulis diebus alta voce recitare dictos Pſalmos , exceptis feſtis primæ , & ſecundæ claſſis , & triduo maioris Hebdomadæ , iuxta tradita per Gauant. *de Hor. canonic.ſect.*9.*cap.*2 *num.*20.

His enim diebus vni Chriſto vacandum eſſe videtur, & à prædictis abſtinendum videtur ob temporis incongruentiam, vt ad rem dicit idem Gauant. *d. tract.ſect.*9. *cap.*1. *num.*8. & decretum S. C. Congregationis , vt pro executione voluntatis teſtatoris poſſit quotidie in choro recitari officium mortuorum , ſeu Graduales , non videtur comprehendere dies feſtos ſolemniores primæ claſſis , in quibus in honorem ſublimiorum feſtiuitatum excluditur iſta defunctorum deprecatio in choro, etiam ad præſcriptam mentem teſtatoris , & videtur ſatis veriſimile , quod ſi teſtator fuiſſet interrogatus de his diebus , noluiſſet eos comprehendere ; videntur enim enim digni nota ſpeciali , & ideò tunc temporis ſatis eſſe priuatim dictos Pſalmos recitare : & ratio eſſe poteſt , quia cùm iſti dies ſolemniores , & illud triduum Hebdomadæ Sanctæ ab Eccleſia Chriſto dedicati ſint ſpeciali commemoratione , & ſolemnitate , quaſi ab omnibus anni diebus electi , & ſegregati , videtur incongruum in cantu intermiſcere alias mortuorum deprecationes.

Deinde id confirmari poteſt , quia miniſtri Eccleſiæ in illis diebus ſunt magis occupati , & officia ſunt longiora aliis diebus feſtiuis ordinariis , ſiue ratione Miſſarum , vt in die Natiuitatis D. N. I. C. & Paſchæ , ob communionem fidelium, & prædicationem verbi Dei, & ſolemnes Veſperas , itavt à mane vſque ad noctem detineantur in eorum miniſterio ; adeò vt tunc ſatis eſſe videatur , ſi Pſalmi prædicti priuatim recitentur.

His tamen non obſtantibus , cùm pars grauata recurſum habuerit ad S. C. Rituum , & negotium fuerit ventilatum , & Cardinales fuerint informati , fuit reſolutum , ſtandum eſſe in deciſis ſub die 7. Ianu. 1645. ſingulis diebus etiam poſtremis maioris Hebdomadæ, & feſtis primæ claſſis officium defunctorum , ſeu Pſalmos Graduales eſſe recitandos alta voce in choro, iuxta præſcriptum teſtatoris præceptum , quod fuit acceptatum à Presbyteris , & non repugnat Rubricis generalibus Breuiarij , quoniam cùm Pſalmi prædicti ſint recitandi poſt Completorium , iam dies feſtus illius diei , & ſolemnitas tranſiit , & conſummata eſt ; & ideò non reperitur aliqua Rubrica, quæ prohibeat tunc recitare Pſalmos , vel orationes etiam mortuorum : & ita S. C. reiecit ſenſum , & opinionem Gauanti , & meum decretum reuocauit : & ſanè videtur feciſſe rationabiliter, quia voluntas teſtatoris eſt ad vnguem ſeruanda , ſi legibus non repugnat , *Auth. de nuptiis* §. *diſponat* , & ego libenter me ſubiicio interpretationi , & correctioni tantorum Patrum , qui poſiti in eminenti Dignitate ſciunt, quid iura velint, & quid eis repugnet, & ſic Pſalmi prædicti iugiter , & non interpolatè ſunt recitandi ſingulis diebus : ſecus eſſet , ſi voluntas teſtatoris pugnaret cum rubricis Breuiarij , velut in caſu Regni Poloniæ , vbi quidam teſtator fecerat legatum cum onere, vt feſtum S. Ludouici celebraretur ſub ritu duplici; nam S. C. cenſuit validum eſſe legatum , ſed onus haberi pro non adiecto , quia pugnat cum rubricis generalibus.

Et ſimiliter non omittam contingentem caſum in Ec-
cleſia Cathedrali Regij, vbi poſt diſtributionem præben- 37
datum factam in Sacerdotales, Diaconales, & Subdiaconales, quærebatur, an pertineret ad primam Dignitatem dare aſperſorium Epiſcopo Eccleſiam ingredienti, vel potiùs



tiùs ad Priorem Canonicorum ? Nam videbatur id ſpectare ad primum Canonicum Presbyterum, vbi diſtinctæ ſunt præbendæ, ex decreto S. C. Rit. *in Placent.*19. *Maij* 1607. de qua Barboſ. *in ſumm. Bullar. Apoſtolicarum, verb. Aſperſorium, in princ.*

Nihilominus in hoc caſu aliter fuit deciſum , quia S. C. Rituum iterum reſpondit , aſperſorium Epiſcopo in Cathedralem ingredienti porrigi debere per digniorem dictæ Eccleſiæ Cathedralis, & ita omninò ſeruari mandauit, quibuſcumque nõ obſtantibus, die 27. Martij 1642. CARDINALIS SAVELLVS. IVLIVS CENSIVS , Secretarius. Sicut aliàs etiam cenſuerat eadem S.C. in Salamantina 16. Iulij 1605. & in Sarzan. 12. Martij 1618. & in Bononienſ. 14. Febr. 1632. ego autem vidi originale decretum in dicta Regienſi, & ita fuit ſeruatum.

Orta etiam fuit in Cathedrali Eccleſia Regienſi quæ-
38 dam controuerſia poſt Bullam de obſeruatione feſtorum, an feſtum Patroni minùs principalis deberet in poſterum obſeruari cum octaua , & alia quædam fuerunt poſita in dubium , ſuper quibus Epiſcopus prudenter agere volens, conſuluit S. C. & ab ea habuit reſponſum tale.

Reuerendiſſ. Domine , vti Fr. Dubitauit Amplitudo tua occaſione conſtitutionis S.D.N. ſuper obſeruatione feſtorum nuper emanatæ, in qua diſponitur vnicum tantùm feſtum S. Patroni principalioris loci in ſingula Diœceſi ex præcepto obſeruandum. Cùm in tua Diœceſi S. Proſper pro huiuſmodi principaliori Patrono declaratus ſit, peris an feſtum SS. Chriſanti, & Dariæ minùs principalium celebrandum ſit cum Octaua. Secundò an ſit transferendum feſtum Viſitationis B. Virginis coincidentis in die Octauæ S. Proſperi, necnon feſtum S. Iucundæ Patronæ pariter minùs principalis coincidentis in die Octaua Dedicationis Eccleſiæ Cathedralis , &, ſuper his quid agendum S. Rituum Congregationem conſuluiſti. Eminentiſſimi Patres conſultationibus Amplitudinis tuæ reſponderunt : Conſtitutionem prædictam nihil circa ordinationem diuini officij, nec circa rubricas eiuſdem innouaſſe, ſed tantùm ſuper præcepto feſtorum , & pertinentia ad canonicam ipſorum obſeruationem ſtatuiſſe. Itaque in præmiſſis tua Amplitudo ſeruabit, quod ante promulgationem prædictæ Conſtitutionis nouerit ritè fuiſſe ſeruatum, quod ego hiſce Ampl. T. literis reſcribendum habui, quam de cætero Eccleſiæ tuæ incolumem opto. Romæ 21. Nouembris 1543. Ampl. V. vt Fr. CARDINALIS SACCHETTVS. C. PAVLVTIVS, S.C. Rituum Secretarius.

In alio etiam caſu, in quo prætendebant Dignitates, & Canonici Cathedralis Eccleſiæ, Regij ſecundùm ſuam
39 antianitatem dare aſperſorium Epiſcopo ingredienti Eccleſiam B. M. V. Seruitarum , & Prior Conuentus dicebat id ad ſe ſpectare, ſuper eo conſulta S.C. reſpondit in hæc verba.

*S.* Rituum Congregatio reſpondit Epiſcopo Regienſi extra ſuam Cathedralem in aliam Eccleſiam, ſiue Secularium , ſiue Regularium ingredienti aſperſorium porrigi debere per digniorem illius Eccleſiæ, ad quam Epiſcopus accedit , & nullo modo per Dignitates, aut Canonicos Cathedralis : & ita in caſu propoſito omninò ſeruari mandauit. Die 8. Febr. 1642. COSM. CARD. DE TORRES, IVLIVS CENSIVS Secretarius.



## CAPVT CCV.

### EPITOME.

Manutentio an ſit danda fideicommiſſario , qui fuit immiſſus authore Prætore , citato hærede , & contumace , ſi poſtea hæres velit manuteneri , vel immitti.

### SVMMARIVM.

1 *Hæres debet immitti ſecundùm formam* l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.
2 *Hæres immiſſus in poſſeſſionem bonorum defuncti debet in ea manuteneri.*
3 *Ceſſionario debet dari manutentio, ſicut cedenti.*
4 *Fideicommiſſarius non eſt legitimus contradictor contra hæredem immitti petentem.*
5 *Fideicommiſſarius ante reſtitutionem re , vel verbo nullum ius habet.*
6 *Fideicommiſſarij poſſeſſio omnis de manu hæredis non capta eſt vitioſa.*
7 *Fideicommiſſarius non à iudice, ſed ab hærede capere debet.*
8 *Iudex non poteſt quemquam priuare poſſeſſore ſi ritè non proceſſit.*
9 *Sententia notoriè iniuſta , vel nulla non tranſit in iudicatum.*
10 *Fideicommiſſario immiſſio data eſt nulla non citato hærede.*
11 *Poſſeſſionem capiens ab alia manu, quàm hæredis, incidit in pœnam.*
12 *Forenſis debet citari vbi habitat.*
13 *Citatio prima debet eſſe perſonalis.*
14 *Citatio per edictum, vel per diligentias non ſufficit , niſi prima citatio fuerit perſonalis.*
15 *Forenſes non ligantur ſtatutis loci ex defectu poteſtatis ſtatuentium.*
16 *Statuto laicorum non ſubſunt perſonæ Eccleſiaſticæ.*
17 *Statutis, vbi res eſt ſita, non ligantur forenſes.*
18 *Executio in parte invalida in totum vitiatur.*
19 *Vltima derogant primis.*
20 *Manutentio eſt danda nudo etiam poſſeſſori , & detentori.*
21 *Poſſidens auctore Prætore eſt manutenendus.*
22 *Præſumptio ſtat in dubio pro ſententia, & pro iudice.*
23 *Poſſidens etiam per modicum tempus eſt manutenendus.*
24 *Poſſidens per annum, & diem eſt verus poſſeſſor manutenendus.*
25 *Manutentio conceditur etiam iniuſto detentori.*
26 *Iudex priuat poſſeſſorem poſſeſſione ritè procedendo.*
27 *Fideicommiſſarius non poteſt immitti hærede non citato.*
28 *Fideicommiſſarius parte citata , & iudicis auctoritate debet adipiſci poſſeſſionem.*
29 *Fideicommiſſarius poteſt agere contra hæredem, vt ſibi dimittat poſſeſſionem.*
30 *Fideicommiſſario an ſit neceſſaria reſtitutio re , vel verbo.*
31 *Fideicommiſſarium non debet deludere hæres differendo reſtitutionem.*
32 *Fideicommiſſarius poteſt immitti in poſſeſſionem citato hærede.*
33 *Poſſeſſor poteſt à iudice ritè, & rectè procedente priuari poſſeſſione.*
34 *Manutentio, & quatenus opus ſit, immiſſio poteſt peti.*
35 *Immitti, & manuteneri non poteſt peti.*

36 *Manutentio non poteſt dari ei, qui petiit immiſſionem.*
37 *Nullitas, & iniuſtitia qualis requiratur contra ſententiam, ne priuet aliquem poſſeſſione.*
38 *Manutentio non datur executionem ſententiæ paſſo, niſi grauamen iniuſtum ſit patens.*
39 *Appellatio eſt remedium ordinarium contra ſententiam, non manutentio.*
40 *Fideicommiſſarius poteſt agere contra hæredem actione perſonali, & reali.*
41 *Fideicommiſſarius in quibus locis poſſit conuenire hæredem.*
42 *Litigans in vno loco debet ſeruare ſtylum, & ordinationes illius loci.*
43 *Forenſes ligantur ſtatutis loci iudicij in ordinatoriis, non in deciſiuis.*
44 *Clerici ligantur ſtatutis, & conſuetudine loci fori, in quo litigant, in ordinatoriis.*
45 *Corrigij ſtatutum de citandis forenſibus eſt ſeruandum.*
46 *Statutum loquens de modo citandi reſpicit ordinatoria.*
47 *Ordinatoria iudicij regulantur ſecundùm ius fori, in quo litigatur.*
48 *Statuti caſum habentes nihil aliud quærere debemus.*
49 *Forenſes ligantur ſtatutis loci rei ſitæ, ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam.*
50 *Statutum in alieno foro eſt authenticè producendum.*
51 *Forenſis ratione bonorum reputatur tanquam ſubditus.*
52 *Poſſidens auctoritate iudicis non tenetur reſtituere poſſeſſionem.*
53 *Alienata imputantur filio in legitimam, & Trebellianicam.*
54 *Legitima an poſſit peti in aliis bonis quàm alienatis.*
55 *Detractiones non ſufficere ad legitimam, quis debeat probare.*
56 *Legitimæ conſequendæ cauſa datur retentio.*
57 *Legitimam vt filius conſequatur, an poſſit inuadere poſſeſſionem hæreditatis ſine iudice.*
58 *Iudex non impertitur officium ſuum, niſi petenti.*
59 *Legitima non debetur, niſi petatur.*
60 *Legitima eſt petenda etiam à fideicommiſſario vtili.*
61 *Legitima, & Trebellianica etiam non petita tranſmittitur ad hæredes.*
62 *Legitima, ſi non petatur, præſcribitur ſpatio triginta annorum.*
63 *Legitima eſt velut æs alienum.*
64 *Præſcribitur nomen venditoris ſpatio triginta annorum.*
65 *Legitima præſcribitur triginta annis abſque ſpe reſtitutionis.*
66 *Poſſeſſor citatus eiicitur auctoritate iudicis.*
67 *Fideicommiſſario non poteſt dari immiſſio, niſi priùs factis detractionibus.*
68 *Decretum iudicis eſt indiuiduum.*
69 *Poſſidens fauore Eccleſiæ quomodo adiuuetur.*
70 *Fideicommiſſarius poſſidens an ſit legitimus contradictor aduersùs hæredem pro legitimis.*
71 *Fideicommiſſario poteſt dari immiſſio pro indiuiſo cum hærede.*
72 *Legitimæ detractio an impediat immiſſionem fideicommiſſarij.*
73 *Fideicommiſſario an dari poſſit immiſſio antequam fiant detractiones.*
74 *Fideicommiſſarius vniuerſalis habet fundatam intentionem in omnibus bonis, etiam pro legitima.*
75 *Detractiones legitimæ, & Trebellianicæ non fiunt, niſi hærede volente.*
76 *Detractiones vt fiant, debet hæres ſe declarare ita velle.*
77 *Manutentionem non impediunt detractiones faciendæ.*
78 *Deductiones faciendæ in alio iudicio non impediunt ſententiæ executionem.*
79 *Manutentio non datur paſſo executionem ſententiæ, etiam ſi ſit dubium an ea iuſta ſit.*
80 *Manutentio quando non poſſit expediri, niſi cum negotio principali.*
81 *Manutenendus eſt, qui à iudice immiſſus eſt.*
82 *Sententia facit de albo nigrum, & de falſo verum, & iuſtum.*
83 *Facta non præſumuntur.*
84 *Appellatio eſt proſequenda coram Superiore iudicantis.*
85 *Sententia eſt exequenda deſerta appellatione.*
86 *Iudex non poteſt moueri ex iis, quæ ſunt extra acta.*
87 *Viam, quam elegiſti, hæc tibi pateat.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1637. ſub die 5. Aug. D. Raymundus fi-
lius D. Alexand. de Sanctis, Bononienſis, teſtatus
eſt in ciuitate Bononiæ, & ſuos hæredes fecit DD. Ste-
phanum, Auguſtinum, & Ioſephum de Nigris eius
conſobrinos æqualiter quoad res, & bona ipſius hære-
ditatis Bononiæ, & in eius Comitatu exiſtentia; quo
verò ad eius bona Corrigij, & eò loci exiſtentia, & re-
manſura, inſtituit eius hæredem R. D. Antonium de Vel-
lanis, & deceſſit, ex quo factum eſt, vt Nigri adirent hæ-
reditatem Bononienſem, dictus verò Velanus Corrigien-
ſis, ſub die 12. eiuſdem anni adeptus eſt poſſeſſionem
bonorum in territorio Corrigienſi exiſtentium auctori-
tate iudicis.

Verùm quia dictus D. Velanus Sacerdos erat hæres
fiduciarius inſtitutus, donec dicti Nigri habilitarentur
tanquam forenſes ad ſuccedendum etiam in bonis Cor-
rigij, obtenta à Sereniſſimo Duce Mutinæ, vt dixerunt,
habilitatione, prædictus D. Velanus ſub die 23. Sep-
tembr. 1637. ceſſit, & renuntiauit omni cui potuit,
ob dictos Dominos Nigros, cum clauſula etiam con-
ſtituti.

Verùm quia olim D. Alexander de Sanctis pater dicti
D. Raymundi deceſſit confecto eius teſtamento ſub die
12. Nouembris, ann. 1603. in quo hæredes vniuerſales in-
ſtituit Hyacinthum, & alios eius filios naſcituros, eoſque
inuicem ſubſtituit, & vltimo ſine filiis decedenti ſubſti-
tuit Moniales Sacratiſſimi Corporis Chriſti ciuitatis
Corrigij, factum eſt, vt dictæ Moniales ob mortem dicti
D. Raymundi vltimo loco ſine filiis mortui crederent ve-
niſſe caſum fideicommiſſi, & ideò coram iudice laico vo-
carunt in iudicium dictos Fratres de Nigris, vti poſſeſſo-
res dictorum bonorum in loco Corrigij, vbi cùm eſſent
forenſes, & domicilium illuc non haberent, fuerunt citati
per edictum ad columnam, iuxta formam ſtatuti Corri-
gij, & compilato proceſſu contumaciali, quia Nigri nihil
vnquam reſponderunt, Iudex pronuntiauit veniſſe caſum
fideicommiſſi, & Monialibus conceſſit immiſſionem di-
ctorum bonorum in territorio Corrigij exiſtentium, ſub
die 26. Ianu. 1538. cuius vigore, & iudice auctore Monia-
les adeptæ ſunt actualem poſſeſſionem dictorum bono-
rum, ſub die 13. & die 18. Febr. 1638. & poſteà pacificè
in ea permanſerunt, & fructus, ac liuellos bonorum præ-
dictorum perceperunt, nemine contradicente, vſque ad
annum 1641. ſub die 14. Maij.

Quo tempore dicti Fratres de Nigris conuenerunt
dictas Moniales coram Ordinario Eccleſiaſtico Regij, &
petierunt vigore dicti teſtamenti D. Raymundi, & ceſ-
ſionis dicti Velani ſe aſſociari in poſſeſſionem bonorum
prædictorum Corrigij, amotis quibuſcunque aſſociatio-
nem, & manutentionem ſucceſſiuam impedire volenti-
bus, & maximè dictis Monialibus, quas citari fece-
runt ad contradicendum, & ſæpiùs petierunt ſibi dari
tenutam dictorum bonorum; ſed relicto proceſſu Regij
recurſum habuerunt ad A. C. à quo iterum remiſſi ad
Ordinarium, à quo inhærendo etiam aliis petitis, inſte-
terunt ſibi dari mandatum manutentionis in poſſeſſione
dictorum bonorum, quibus Moniales contradicebant,
dicentes manutentionem ſibi competere, quia iuſtè,
& auctore Prætore poſſidebant, & per aliquos annos
poſſe-



poſſederunt pacificè vigore dicti fideicommiſſi. Vnde
quærebatur quid iuris, &c.

Et prima facie videbatur dicendum, dictos Fratres
de Nigris fouere bonum ius, & eſſe manutenendos in
poſſeſſione bonorum prædictorum, amotis dictis Mo-
nialibus, tanquam hæredes dicti D. Raymundi, me-
diante ceſſione dicti R. D. Velani, cùm ipſe adiuerit
1 hæreditatem, & fuerit immiſſus ad formam *l. fin. C. de
edict. D. Adrian. toll.* cuius vigore immiſſus debet omni-
2 no manuteneri: Caputaq. *deciſ.* 347. *in princ. p.* 2. Mar-
cheſ. *de commiſſ. p.* 1. *de commiſſ. appell. in poſſeſſ.* §. 1. *nu-
mer.* 73. *fol.* 931. Poſth. *in tract. de manut. obſeru.* 12. *n.* 16.
17. & *obſeru.* 55. *num.* 24. Nam ſicut dictus D. Velanus
hæres inſtitutus adepta dicta poſſeſſione bonorum præ-
dictorum erat in ea manutenendus, ita debent manute-
neri prædicti DD. Nigri illius ceſſionarij, cum clauſula
3 etiam conſtituti, ex Menoch. *retinend. rem.* 3. *num.* 263.
Gratian. *diſc.* 310. *num.* 24. Farin. *deciſ. recent.* 551. *n.* 2. 3.
*p.* 2. Poſth. *d. obſeru.* 55. *numer.* 11. & Rota apud eum *de-
ciſ.* 323. *num.* 19.

Et maximè hoc procedit contra fideicommiſſarium
vniuerſalem, quales ſunt dictæ Moniales; ſi quidem ille
non eſt legitimus contradictor contra hæredem, *l. filiam
4 fratribus*, vbi Bart. & Alex. *ff. ad Trebell.* Pereg. *de fideic.
art.* 48. *num.* 33. Argell. *de legit. contradict. quæſt.* 10. *art.* 1.
*n.* 11. 12. 13.

Nam fideicommiſſarius ante factam ab hærede re-
ſtitutionem re, vel verbo, nullum ius habet, *l. facta*, & *l. re-
5 ſtituta, ff. ad Trebell* § *reſtituta, Inſt. de fideicomm.* ideò fidei-
commiſſario non poteſt dari manutentio, quia omnis eius
poſſeſſio de manu hæredis non capta eſt vitioſa. Cyr.
6 *contr. iur. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 14. Ludouiſ. *deciſ.* 206. *n.* 5. Grat. *diſc.*
954. *n.* 21. Caualer. *deciſ.* 106. *num.* 6. Peregr. *de fideicomm.
art.* 27. *n.* 55. *verſ. ſi autem.*

Nec obſtat, quod Monialibus data fuerit immiſſio vi-
gore fideicommiſſi, quia perperam Iudex agit tribuendo
ei poſſeſſionem, quam non à Iudice, ſed ab hærede ca-
7 pere debet, Argell. *d. quæſt.* 10. *artic.* 21. *num* 273. & pro-
ptereà cùm Iudex nec iuſtè, nec ritè proceſſerit, dici-
tur potiùs ſpoliaſſe, immò non præiudicat hæredi, quin
poſſit poſſeſſionem continuare, & in ea manutentio-
8 nem petere, quia Iudex ſic procedendo videtur proceſ-
ſiſſe tanquam perſona priuata. Ludouiſ. *deciſione* 361.
*num.* 4. Canc. *deciſ.* 5. *num.* 5. Farin. *deciſ. rec.* 111. *num.* 8.
*part.* 1. Burat. *deciſ.* 604. *num.* 14. Poſth. *de manutenend.
obſ.* 12. *num.* 37. & *ſeqq.* adeò vt nec fuerit neceſſaria
9 appellatio à ſententia ſic nulla, & iniuſta, quæ nun-
quam tranſit in iudicatum: pulchrè Rot. apud Poſthium
*deciſ.* 43. *n.* 3.

Conſtat autem de nullitate dictæ ſententiæ, quia fuit
10 lata non citatis dictis Nigris hæredibus, & eorum iuri-
bus non auditis, quo ſtante immiſſio Monialibus con-
ceſſa eſt nulla, & inualida. Peregr. *de fideicomm. art.* 48.
*num.* 35. Argell. *dict. quæſt.* 10. *art.* 20. *num.* 173. vbi quod
ingrediens poſſeſſionem Iudicis auctoritate, quam de
11 manu hæredis capere debebat, incidit in pœnam *l. non
dubium, C. de legib.* ideò neceſſaria erat citato dictorum
12 fratrum de Nigris ad locum, vbi ipſi habitabant. Burat.
*deciſ.* 943. *num.* 1. & neceſſaria erat prima citato perſo-
13 nalis. Gratian. *diſcept. for.* 715. *num.* 15. & *diſc.* 208. *nu-
mer.* 9.

Nec obſtat, quod fuerint citati in Ciuitate Corrigij
ad valuas, ſeu ad columnam, per edictum; quia id nihil
releuat, cùm non præceſſerit prima citatio perſonalis,
prout præcedere debebat; antequam deueniretur ad ci-
14 tationem per diligentias, & per edictum, Veſtr. *in prax.
lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 4. *verſ. hanc facultatem.* Vant. *de nullitat.
ex defect. cit. num.* 110. 114. Rot. *in nou. deciſ.* 10. *de re
iud.* & *in antiq. dec.* 12. *de dol. & contum.* Put. *deciſ.* 371.
*in fin. lib.* 2. Rot. apud Poſthium *de manuten. deciſ.* 45.
*num.* 4.

Nec obſtat Statum Corrigij diſponens contra foren-
ſes poſſe procedi per edictum, quia quatenus illud ex-
tet, non poteſt afficere dictos Nigros vti forenſes de
aliena Ciuitate, ex defectu poteſtatis, Bart *in l. omnes po-
puli*, vbi Caſtr. *in fin. de iuſt. & iur.* Ruin. *conſ.* 185. *n.* 43. 15
*vol.* 2. Lud. Sacca *conſ.* 185. *n.* 43. *lib.* 2. Carpan. *ad ſtat.
Mediol. c.* 180. *num.* 4. *part.* 2. Maſcard. *de ſtat. interpret. con-
cluſ.* 6. *n.* 14. Rot. *in Narnienſ. ſucceſſ.* 22. *Maij* 1628. *co-
ram Coccino.* Immò nec Moniales poterant vti dicto ſta-
tuto, cui tanquam proſonæ Eccleſiaſticæ non erant 16
ſubditæ. Carpan. *dict. cap.* 180. *num.* 5. & *cap.* 210. *num.* 2.
Gratian. *diſc.* 110. *num.* 36. Rot. *in Rom. de Scapuccin. co-
ram Coccin.* apud Statil. *de Salu. interd. deciſ.* 238. & hæc
procedunt etiamſi bona ſubiaceant iuriſdictioni ſtatuen-
tium, quia adhuc forenſes non ligantur eorum Satu- 17
tis. Rot. *in Peruſ. ſucceſſ.* 13. *Maij* 1617. *coram Ve-
roſpio*, & *in Recanatenſ. hæreditat.* 10. *Martij* 1623.
*coram eod.* & confirmata coram Dunozeto 15. Ianuar.
1624.

Et ſimiliter euidens videtur iniuſtitia dictæ ſententiæ,
quia conceſſit Monialibus immiſſionem in omnibus bo-
nis relictis prædicto Alexandro; & tamen certum eſt,
quod Raymundo eius filio competabat detractio legiti-
mæ, & Trebellianicæ, quæ abſorbet meditatem bono-
rum, & exceſſus etiam minimus in executione vitiat to- 18
tum. Ludouiſ. *deciſ.* 198. *num.* 1. & *dec.* 480. *num.* 5.

Allegabatur etiam dictum teſtamentum Alexandri
fuiſſe reuocatum per donationem poſteriorem inter vi-
uos, factam de anno 1608. ad fauorem eius filiorum na-
torum, & futurorum, cum prohibitione alienationis ad
fauorem ſuæ deſcendentiæ tantùm, quæ cùm ſit poſte-
rior teſtamento, nec faciat mentionem de Monialibus,
videtur ei fuiſſe derogatum, quia vltima derogant pri-
mis, *l.* 4. *de adim. leg. l.* 4. *C. qui pot. in pign. hab. l. pacta nouiſ-* 19
*ſima, C. de pact. l. ſi mihi, § in legatis, de leg.* 1. Rol. *conſ.* 59.
*num.* 41. *lib.* 3.

His tamen non obſtantibus cenſeo Moniales prædi-
ctas in ſua poſſeſſione eſſe manutenendas; etenim pro-
bauerunt per multos teſtes ſe pacificè per multos annos
dicta bona poſſediſſe, & eorum fructus percepiſſe nullo
contradicente; ideò debetur eis manutentio, quæ danda
eſt etiam nudo detentori, ſeu poſſeſſori, quia ſolùm inſpi-
citur, quis poſſideat, vel detineat, Menoch. *de retin. rem.* 20
*vlt. num.* 36. Rot. *diuerſ. deciſ.* 423. *num.* 1. & *deciſ.* 595. *n.* 1.
*part.* 11. Farin. *deciſ. recent.* 512. *in fin. part.* 1. Ludouiſ. *de-
ciſ.* 275. *num.* 12. Coccin. *deciſ.* 99. *num.* 4. latiſſimè Poſthius
*dict. tract. obſeru.* 15. *n.* 3. 4. 5. 18. 19. 20. vbi plurimos con-
gerit. Rot. apud eum *deciſ.* 32. *num.* 1. & *deciſ.* 70. *num.* 2. &
*deciſ.* 214. *num.* 4.

Immò hìc conſtat de poſſeſſione legitima auctore
prætore capta ex immiſſione Iudicis, quæ priuat primum
poſſeſſorem omni poſſeſſione, & tanquam iuſta eſt ma-
nutenibilis, *l. iuſtè poſſidet, ff. de acquir. poſſ.* Ang. *in l. clam* 21
*poſſidere, § qui ad nundinas, num.* 2. *in fin. eod.* Rot. *diuerſ.
deciſ.* 62. *num.* 3 *part.* 2. & Farin. *deciſ. recent.* 173. *num.* 1. &
*deciſ.* 634. *num.* 1. *part.* 1. Ludouiſ. *deciſ.* 107. *num.* 1. Caualer.
*deciſ.* 42. *num.* 1. Gratian. *diſc.* 266. *n.* 17. & *diſc.* 912. *n.* 32.
latiſſimè Poſth. *d. tract. de manuten. obſeru.* 12. *num.* 1. 3. 4.
5. 25. 26. & *ſeqq.* vbi probat, quod in dubio præſumitur
pro ſententia, & quod Iudex ritè, & rectè proceſſerit, 22
& Rot. apud eum *deciſ.* 9. *num.* 1. *deciſ.* 13. *numer.* 2. *deciſ.* 38
*num.* 1. Cyriac. *contr.* 10. *num.* 21. *lib.* 1. & hæc procedunt
etiam in momentanea poſſeſſione, in qua poſſeſſor eſt ma-
nutenendus, etiamſi eam acquiſierit per modicum tem-
pus, vt latè per Peregr. *de fideicom. art.* 48. *num.* 39. vbi alios 23
allegat.

Verùm ſi fideicommiſſarius, ſeu aliùs per annum, &
diem poſſederit, vt hìc Moniales, cum fructuum pacifica
perceptione, vtique abſq; dubio hic non eſt in poſſeſſio-
ne moleſtandus, quia hæc annalis poſſeſſio verum poſſeſ-
ſorem conſtituit, & etiam vim ſtatuti de continuãda poſ-
ſeſſione attenuat, ad textũ *in l.* 1. §. 1. *ff. de itin. actuq. priu.* & 24
*in c.* 1. § *fin. ſi de inueſt. inter & dom. vaſ.* gloſſa *in c. plerũq; de*

reſcript.Gomeſ.in præfat.ad reg.de ann.poſſ.Tiraq.in tract.
le mort.ſaiſit,in 3.deciſ. §.1. num.14. Cotta in memor. in
verb.decreto Mediol.Plot.de in lit.iur.§.3. num.22.23. Pe-
regr.de fideicomm.art.47. num.32.& art.48. num.37. ergo
25 dictis Monialibus non eſt deneganda manutentio , quæ
conceditur etiam iniuſto detentori.Poſth.d.tract.obſer.42.
num.103. & maximè quia Moniales poſſident auctore
26 Prætore,& expulſo alio poſſeſſore.Rot.apud eundem de-
ciſ.9.num.1.& deciſ.109.num.1.& num.11.

Non obſtant in contrarium adducta , quod hæres ſit
manutenendus in poſſeſſione bonorum hæreditatis , &
quod fideicommiſſarius non ſit legitimus contradictor,
quia hæc procedunt ad obtinendam poſſeſſionem , quæ
debetur hæredi , ex l.fin. C.de edict.D.Adr.toll.& habent
27 locum,quando iudex vult immittere fideicommiſſarium,
hærede non citato. Ludou. Sacca conſ.185.num.63.lib.2.
Verùm ſi aduenerit caſus fideicommiſſi, vtique non lice-
28 bit fideicommiſſario propria auctoritate poſſeſſionem
inuadere,ſed Prætoris auctoritate,parte citata,illam adi-
piſci debet.Peregr. de fideicom. art.47. num.55. verſ.equi-
dem, quoniam fideicommiſſarius , etiam aduerſus hære-
dem hæredis grauati habet actionem, qua petit ſibi bo-
29 na reſtitui , & eum condemnari ad dimittendam poſſeſ-
ſionem, & ſe in eam immitti, per textum in l. vlt. §. cùm
autem , vbi Bart. in fin. & DD. C.ad SC. Trebell. Gabriel
conſ.44.num.6.lib.6.Peregr.de fideicommiſſ.art.45.num.13.
ſub verſ.Addo vt,Cyriac.controuerſ.12.num.29.30. part.1.
30 Rot. diuerſ.deciſ.201. num.9.part.2. Farinac. deciſ.recent.
237. num.1. part.1.pulchrè Rot. apud Poſth. deciſ.216.
num.6.7. vbi pulchrè probat,nec vllo pacto eſſe neceſſa-
31 riam re, aut verbo factam reſtitutionem , vbi clarè con-
ſtat de fideicommiſſo ; Iudex enim ſupplet hæredis con-
tumaciam , ſeu negligentiam in reſtituendo ; non enim
debet eſſe in eius poteſtate rem protrahere in longum,
& fideicommiſſarium defraudare,vel deludere,ex l.pen.§.
cum autem,vbi Bart. & Salic. C.ad Trebel.Peregr.de fidei-
com. art.2. num.36. Rot. apud Merlin. de legitim. deciſ.7.
num.6.7.Cyriac. d.controuerſ.12.num.29.30. & ſeqq. tunc
enim Iudex hærede citato,& facta fide de caſu fideicom-
miſſi , poteſt mittere fideicommiſſarium in poſſeſſionem
32 bonorum.Menoch.de adipiſc.rem.2.num.84.Bero.conſ.56.
col.pen. verſ. nec obſtat, & conſ.118. num.39. verſ.prætereà,
lib.2.Bertaz.conſ.39.num.30.Zucard. in d.l.fin.num.379.C.
de edict. D.Adr.toll. Peregr. d.art.45.num.13.verſ. Adeò.
Rot.d.deciſ.216. num.6. Iudex enim ritè, & rectè proce-
dendo poteſt poſſeſſorem priuare,tam naturali, quàm ci-
33 uili poſſeſſione.Mohed.deciſ.4.num.4. de reſtitut.ſpoliator.
Rot. diuerſ. deciſ.802. num.6.part.1.Farinac. deciſ.recent.
173.num.2. & deciſ.293. num.5. part.1. Rot.apud Poſth.
deciſ.13. numero ſecundo, ad rem Cyriac. d. controuerſ.12.
num.5.6. part.1.

Et multò minùs poteſt dictis fratribus de Nigris con-
cedi manutentio , quia videntur acquieuiſſe immiſſioni
Monialium , & fatentur ſe non poſſidere, dum petunt in
ſuo libello immitti in poſſeſſionem prædictorum bono-
rum , & ſucceſſiuè poſteà manuteneri ; licèt enim poſſit
34 peti manutentio,& quatenùs opus ſit,immiſſio,Poſth. d.
tract.obſeru.57. num.75.82.83. Rot. apud eum deciſ.179.
num.9. tamen quia immiſſio non competit poſſidenti, §.
adipiſcendæ, Inſt.de interdict.l.1.in fin.ff.quor.bon. ideò non
poteſt quis petere immitti , & manuteneri, quia ſunt re-
media contraria , & ideò denegatur manutentio potenti
35 ſe immitti , quia conſequitur neceſſaria confeſſio non
poſſidendi in eo,qui petiit immiſſionem. Peregr.de fidei-
comm.art.46. num.7.8. Mantic. deciſ.20. Rot.diuerſ.deciſ.
174.num.7.part.4.Ludouiſ.deciſ.146.num.4. Caualer. de-
ciſ.534.num.5.latè Poſthius d.tract. obſeru.57. num.72.73.
& apud eum Rot. deciſ.179. num.6. deciſ.322. num.9. &
deciſ.329.num.6.& licèt in alia parte proceſſus inhæren-
do aliis inſtantiis petant ſe manuteneri , hoc eis nihil
prodeſt,quia ſatis eſt ad eos excludendos,quod antea pe-
36 tierunt immiſſionem.Poſth. d.obſeru.57.num.71.

Non obſtat,quod Iudex proceſſerit malè, & ſic nulli-
ter,& iniuſtè immiſſionem dederit , ideò non priuauerit
dictos hæredes ſua poſſeſſione , quia vera eſt concluſio,
ſed difficultas eſt in probanda nullitate,aut iniuſtitia, vt
inquit Rot.aqud Poſth.d.deciſ.13.num.7. non enim ſuffi-
cit quælibet nullitas , aut iniuſtitia , ſed debet eſſe eui-
dens, & notoria, quæ nullo modo tergiuerſari poſſit in
iure,nec in facto. Gratian. diſc.912.num.53.& diſc.950. 37
num.33.Seraph.deciſ.867.num.1.Farinac.deciſ.recent.646.
num.2.part.2.latè Poſth.d.tract.obſeru.12.num.8.9.& apud
eum Rot.deciſ.9.num.35.36.& deciſ.236.num.1.2.

Nam quando nullitas,vel iniuſtitia eſt dubia, non de-
bet Iudex ad quem aggredi inſpectionem negotij prin-
cipalis illius, qui paſſus eſt executionem ſententiæ, quia
manutentio non eſt remedium in hoc ordinarium,quod
dat lex aduerſus executionem per iudicem, ſeruato iuris
ordine factum,ſed reſtitutio in integrum , vbi prætendi-
tur res iudicata , vel reuiſio in petitorio, vbi aliàs dene-
gatur appellatio ſuſpenſiuè, provt denegatur in iudiciis
poſſeſſoriis , & ideò cùm manutentio non ſit remedium
ordinarium in hoc iudicio , non debet Iudex ad quem il-
lo vti aduersùs factum iudicis à quo , niſi grauamen ſit
patens,& notorium,ad tradita per DD.in l.fin.C. de edict. 38
D.Adrian. toll. & l. fin. vbi Bart.& Salic. C.quorum bon.
Pont. de ſpol.lib.3. cap.3. numer.128. Menoch. de adipiſc.
rem.3. num. 180. Rot. diuerſ. deciſ.627. numero 3. part.1.
Poſth. obſeru.12. num.10.11.12.13. & pulchrè Rot.apud
eum d. deciſ.9. num.26.27.28. vbi etiam dicit , quod ſi
iſta praxis indiſtinctè admitteretur , confunderetur ordo 39
iudiciorum ; & fruſtra lex denegaret remedium appella-
tionis ordinarium,& fauorabile.

Non obſtat, quod fuerit neceſſe dictos Nigros citare
perſonaliter in loco ſui domicilij , quia reſpondeo ſatis
fuiſſe eos citare in loco iudicij ; cùm enim fideicommiſ- 40
ſarius poſſit eos conuenire ad fideicommiſſum reſtituen-
dum,non ſolùm actione perſonali,ſed etiam reali,Peregr.
de fideicomm.art.53. num.1. ideò ſi agat actione reali , vt
hîc Moniales ad bona in territorio Corrigienſi exiſten-
tia , fideicommiſſarius habet electionem fori in duobus
locis , ſcilicet in loco domicilij poſſeſſionis , & in loco
vbi res eſt,l.fin. C.vbi in rem act. & l.quod legatur, vbi ſic 41
gloſſa,Bart.Bald.Ang.& Caſtr.ff.de iudic. Peregr.de fidei-
com.d.art.53. num.1. verſ.ſi verò reali : ideò cùm Moniales
elegerint litigare in loco rei ſitæ , debent etiam ſeruare
ſtylum, & ordinationes, quæ ſeruari debent in cauſis in
loco iudicij , vt per Rot. apud Poſth. d.deciſ.216.num.2. 42
vbi hoc docet quoad ordinatoria iudicij. Sperell. deci-
ſion.10.num.24.25.

Nam licèt verum ſit, forenſes non ligari ſtatutis alio-
rum locorum,in quibus forenſes ſunt ; id tamen declara-
tur multis modis,& primò procedere tantùm quoad de-
ciſoria, non autem quoad ordinatoria,in quibus ſubſunt
ſtatuto loci iudicij,& illud ſeruare tenentur ; nam quoad
ordinationem iudicij ſeruatur ſtatutum iudicij , & ſtylus 43
illius fori,etiam contra forenſes ibi litigantes, licèt ſecus
ſit in deciſiuis : ita gloſſa & Butr. & communiter DD.
in cap. quod Clericus,de for.compet. Bart.in d.l. cunctos po-
pulos,num.4.C. de ſumm.Trinit. Abb. in cap. S.Mariæ, vbi
Dec. num.146. teſtatur de communi, de conſtitut. Rimin.
conſ.371.num.15.16. Dec.conſ.97.in princ.& de clara , ac
indubitata ſententia DD. teſtatur Rol. conſil.33. num.6.
lib.3. Decian. conſil.109. num.39. lib.2. vbi docet, quod
omnes ita ſentiunt , latè etiam tradit Carpan. ad Statut.
Mediol. in prælud. numer. 679. vbi multos congerit : ita
& pulchrè Maſol. de ſtatut. interpret. concluſ.6. num.195.
196. & ſeqq. vbi ſæpiùs de communi , latè etiam Con-
tard. ad l. vnic.limit.4.num.10.& ſeqq.C.ſi de moment. poſ-
ſeſſ.Rot. d.deciſ.216. numer.2.3.4.latè Graſſ.de eff. Cleric.
eff.2. num.134. latè Rota apud Rubeum diuerſ. deciſ.305.
num.10.part.6.

Idem etiam dicendum eſt de Clericis, & Eccleſiaſticis
perſonis,quæ licèt ſint immunes,& non ligentur ſtatutis
laico,



laicorum, nec ſtylo fori eorum ; tamen hoc procedit tan-
tum quoad deciſoria iudicij , non autem quoad ordina-
toria ; quia in his ipſi quoque ſubiiciuntur, & ſeruare te-
nentur , etiam in cauſa Eccleſiarum, & Clericorum, quia
44 cùm iudicium naſcatur vbi agitatur, legibus , & Statutis
illius loci ſubiicitur. Bart. in l.3. §. fin. de teſtib. & in l.1.
col.6. verſ. 6. quæro , C. de ſumm. Trin. Abb. & DD. in d.
cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ , vbi Dec.num.146. de conſtit.
Cuman. conſ.139. col.2. Ceph. conſ.654. num.32. lib. 5.
de communi Roch. de Curt.in tract.de Statut.ſect.8.9.11.
num.66. Carpan. ad Stat. Mediol.cap.201.num.33.part.2.
latiſſimè Graſſ. de eff. Cler. eff.2. num.132.133. vbi quod
in vtroque foro ita practicatur , & quod à tali communi
practica non eſt recedendum : ſic etiam pulchrè Maſcard.
de Stat. interpret. concl.1. num.234. vbi alios allegat ; &
de communi teſtatur ; latè etiam Sperell.deciſ.10.n.22.23.
24. & ſeqq. vbi limitat in ſtatuto arctatiuo.

Ideò cùm in Ciuitate Corrigienſi non ſolùm adſit ſty-
lus , ſed etiam Statutum lib.2. cap.3. dans formam cita-
45 tionibus , & mandet forenſem , & qui non habet pro-
priam habitationem in terra Corrigij,vel eius Comitatu,
citari per edictum ad Arengheriam , adeò vt ſi non com-
pareat , habeatur pro contumace , & procedatur contra
eum , ac ſi eſſet præſens , non obſtante eius abſentia,
iſtud ſtatutum ligat etiam forenſes , & Eccleſiaſticos in
iudiciis, quæ agitantur in eo foro , quia non deciſoria,
ſed ordinatoria iudicij reſpicit, ad notata in cap. illud, 12.
diſt. l.3. in fin. ff. de teſtam. & l.1. C. quæ ſit longa conſuet.
Graſſ. d. eff.2. num.132.134. etenim ſtylus , vel Statutum
46 loquens de citationibus , vel de forma citandi , dicitur
requirere ordinatoria iudicij , vt poſt Aret. conſ.33. n.1.
S. Seuerin. in l.1. num.137. C. de ſumm. Trinit. Ceph.
conſ.263.num.30. Bertaz. conſil. crim.467. num.9. lib.2.
tradit pulchrè Maſcard. de ſtatut. concl.7. num.77. in fin.
Et ſanè ridiculum eſt dicere, quod ſtatuentes non poſſint
ligare forenſes ſuis ſtatutis circa formam iudiciorum,
quæ contingit agitari in eorum iuriſdictione ab illis , vel
contra illos ratione contractus , vel rei ſitæ , & ma-
ximè in ordinatoriis, in quibus debet ſeruari ius fo-
ri , in quo litigatur. Rot. apud Port. deciſ. 262. nu-
mer.16.17.

Nec eſt verum , quod prædictum Statutum loquatur
47 ſolùm de obligationibus perſonalibus , quando fortè fo-
renſis conuenitur in loco ratione contractus , vel quaſi,
quia non eſt verum ; apertè enim dictum Statutum loqui-
tur generaliter de iis, qui tenentur , vel obligati ſunt,
non ſolùm ratione contractus, vel rei , ſed etiam alia ra-
tione , vt in eo legitur ; & cùm habeamus caſum Statu-
48 ti , nihil vlteriùs eſt quærendum , l. ancillæ, Cod. de furt.
immò dicendum eſt , quod cum dicti fratres de Nigris
hæredes dicti D.Raymundi cõuenti fuerint in foro Cor-
rigij ratione bonorum, quæ ipſi poſſident in eo loco, &
ſic ratione rei ſitæ, obligantur Statutis illius loci , non
ſolùm quoad ordinatoria , ſed etiam quoad deciſoria,
etiamſi ſint forenſes , ſiue Statutum loquatur in perſo-
49 nam , ſiue in rem, quia ſtatuentes poſſunt de rebus ſuæ
iuriſdictionis ſtatuere etiam reſpectu forenſium. Felin.
in cap. Eccleſia S.Mariæ , verſic.5. & vlt. vbi DD. de con-
ſtit. Feder. de Sen. conſ.82. incipit : Statuto Epiſcopi , de
magis communi teſtatur Alex. conſ.19. num.7.lib.6. Pariſ.
conſ.99. num.56. lib.1. Rim. Iun. conſ.72.num.22. Burſat.
conſ.307. num.58. Bertazz. conſ. ciuil.24. num.27. & n.37.
vbi de magis communi , & conſ. crimin. 519. littera A,
verſ. quod clariùs. Ceph. conſ.526. num. 2. lib. 4. Crauet.
conſil.201. n.14.15. ſic etiam Carpan. ad Statut. Mediol.
in prælud. num.670. vbi dicit hoc procedere ſiue ſtatuta
concipiantur in rem , ſiue in perſonam : ſic etiam pul-
chrè Maſcard. de Stat. interpret. d. concl.6.n.180.& ſeqq.
vbi mirificè declarat , & reſoluit omnia , & de communi
teſtatur , & quæ in contrarium allegantur , vt forenſes
non ligentur Statutis , etiamſi in loco ſtatuentium poſſi-
deant bona , procedunt quando alio reſpectu , quàm

rei ſitæ conuenirentur ; ſecus autem eſt , ſi ratione rei,
quam poſſident , conueniantur , quia tunc ſtatutis loci
benè ligantur. Carp. dict. num.670. Maſcard. dict. con-
cluſ.6. n.180. latè Cyriac. controuerſ. forenſ.176. n.14.15.
vbi de communi teſtatur, ſiue ſtatutum loquatur in rem,
ſiue in perſonam.

Neque dubitandum eſt de dicto Statuto, quia verè ex-
tat , & in forma authentica fuit in actis productum , vt
videtur requiri in alieno foro , & maximè Eccleſiaſti-
co , vbi de eo notitia non habetur ; ideò Moniales quæ
ſe fundant in dicto Statuto , vel ſtylo , tenebantur illa
producere , provt fecerunt. Rip. in l.4. §. hoc iudicium, 50
de damn. infect. Crau. conſ.880. num.13. Carpan. ad Stat.
Mediol. cap. 22. num.131. part.1. Gratian. diſc.740. nu-
mer.22. Amat. deciſ. Ferr.2. num.32. & ego dixi contr.37.
num.92.93. nec de prædictis mirandum , quia forenſis
habens bona in territorio circa ea , quæ bona reſpi- 51
ciunt , reputatur tanquam ſubditus. Maſcard. de Stat.
interpr. d. concl. 6. num.47. ergo ritè , & rectè facta
ſunt omnia , & Moniales legitimè poſſident bona præ- 52
dicta authore Iudice , & non tenentur ad reſtitutionem
poſſeſſionis , l. iuſtè poſſidet , de acquirend. poſſeſſ. Gabr.
de reſtit. ſpol. concl.1. num.108. Poſth. d. obſeruat.12. per
totam.

Nec obſtat allegata iniuſtitia dictæ ſententiæ, quia Iu-
dex conceſſit Monialibus immiſſionem in omnibus bo-
nis hæreditariis; & tamen hæres grauatus tanquam filius
poterat deducere legitimam , & Trebellianicam. Nam
primò reſpondetur in facto non verificari talem immiſ-
ſionem , immò totum contrarium ; nam cùm dictus D.
Raymundus vltimus grauatus haberet bona tam Bono-
niæ , quàm Corrigij , & inſtituerit hæredes dictos Ni-
gros de bonis Bononienſibus , qui etiam illorum tenu-
tam acceperunt , non eſt verum , quod Moniales om-
nium bonorum poſſeſſionem ceperint , ideò poſſunt di-
cere DD. Nigri , quod pro legitima , vel eius parte re-
tineant , & retinere præſumuntur bona Bononiæ ; nam
ad finem , ne rerum dominia maneant in incerto , & vt
circuitus euitentur , communiter à DD. traditum eſt , vt
alienata etiam ex rebus melioribus ſub bona fide impu-
tentur filio , vel eius hæredi in legitimam , & Trebellia- 53
nicam , volente fideicommiſſario , ex leg. Marcellus , §.
res quæ, vbi DD. ff. ad Trebell.Auth.res quæ, C. communia
de legat. Alciat. conſ.29. in fin. lib.9. Soc. Iun. conſ. 136.
num.14. lib.1. Ceph. conſ.346. num.6.7. Peregr. de fideic.
art.39. num.1. & ſeqq. Fuſar. de ſubſt. quæſt.543. num.19.
latè Scacc. de ſent. & re iud. gl.14. quæſt.23. num.23. Fon-
tanell. deciſ.166. num.2. Seraph. deciſ.321. num.16. latè
Merlin. de legit. lib.2. tit.2. quæſt.3. num.4.5. Mangil. de
imput. & detract. quæſt.136. num.49. etenim filius cenſe-
tur eligere legitimam in re , de qua diſpoſuit. Merlin.
d. quæſt.3. num.56.57. Tuſch. littera L , concl.196. n.15.
vbi alios allegat , & num.19. vbi etiam dicit , quod non
admitteretur grauatus ad petendum legitimam in aliis
bonis , licèt vellet reſtituere pretium rei venditæ , quia
compellitur computare in ſuam legitimam : & ſi dicti 54
fratres Nigri dicerent bona Bononiæ non ſufficere ad le-
gitimas detractiones, onus probandi illis incumbit, quia
hoc eſt fundamentum ſuæ exceptionis , ad notata in l. in
illa, & l. hoc iure, ff. de verb. oblig. ſic Peregr. de fideicom. 55
art.39. n.14.

Deinde reſpondetur , quod ſi filius , vel eius hæres
poſſideat , vtique in reſtitutione fideicommiſſi poteſt
vti retentione , l. grege , §. cùm prædium , ff. de pignor. l. 56
nomen , Cod. quæ res pignor. oblig. poſſ. Tuſch. littera L,
concl. 212. num.20. Peregr. de fideicom. art.36. num.147.
Merlin. de legitim. lib.5. tit. 4. quæſt.10. num. 5. Verùm
ſi non poſſidet , vt hîc , non poteſt filius , vel eius hæ-
res inuadere poſſeſſionem , niſi facta liquidatione , &
citato poſſeſſore cum Iudicis auctoritate. Alex. conſi-
lio 134. in princ. & per totum , lib. 4. Merlin. de legit.
lib.5. tit.4. quæſt. 10. numer.11. Vnde Moniales paratæ

ſunt dictis Nigris reſpondere de iure, & detractiones le-
gitimas concedere, quatenus eis de iure competant, ſi
eas petierint.

Nec obſtat, quod dicti Nigri potuiſſent retinere totam
hæreditatem, donec fuiſſent factæ detractiones legitimæ,
& ideò immiſſio fuit nulla, quia Iudex immiſit Moniales
in poſſeſſionem omnium bonorum Corrigienſium, & re-
ſeruauit in alio iudicio ius detractionum. Nam reſpon-
detur Iudicem rectè feciſſe, quia dicti Nigri fuerunt hæ-
redes contumaces in parendo Iudici circa reſtitutionem
fideicommiſſi, & non petierunt aliquas deductiones, vel
58 detractiones, neque legitimam; & cùm Iudex non im-
pertiatur vnum officium, niſi petenti, Corn. *conſ.*45.*n.*19.
*lib.*2. Soc. Iun. *conſ.*122. *num.*42. *vol.* 2. & detractiones
ita conſequimur, ſi eas petamus, adeò vt etiam legitima
non debeatur quoad effectum eam conſequendi, niſi pe-
59 tatur, ſicut etiam eius ſupplementum, vt per DD. *in l.
ſcimus*, vbi Salic. & Iaſ. *num.*4. *C. de inoff. teſtam.* Ruin.
*conſ.*26. *num.*12 *vol.*3. Crauet. *conſ.*142. *num.*2. pulchrè
Honded. *conſ.*83. *num.*47. *lib.*1. vbi dicit, quod legitima
non debetur, niſi petatur, & ſequitur Merlin. *de legitim.
lib.*5. *tit.*3. *quæſt.*10. *num.*24. pulchrè Cancer. *var. reſol.
lib.*1. *cap.*3. *n.*69. & Margil. *de imput. & detract. q.*97. *n.*10.
60 vbi loquitur de ſupplemento legitimæ, & ideò legitimam
eſſe petendam à fideicommiſſario vniuerſali, qui loco
hæredis eſt, dixit Pereg. *de fideicom. art.*4. *num.* 33. ſe-
quitur, quod Nigri doſere non poſſunt, cùm detractiones
non petierint, ſed laudare Iudicem debent, qui eis re-
ſeruauit ius eas petendi in alio iudicio, ſi de iure illis
competant.

Et quamvis legitima tranſmittatur ad hæredes, ante-
quam etiam petatur, ſicut etiam Trebellianica, ex Salic.
*in d. l. ſcimus, in princ. verſ. quæro, C. de inoff. teſt.* Caſt. *in
l. irritum, C. ad l. falcid.* Alex. *conſil.*56. *n.*6. & *conſ.*150.
*col.*2. *lib.*2. Tuſch. *littera L, concl.*212. *num.*35. Fuſar.
*de ſubſt. q.*296. *num.*38. Cancer. *var. reſol. lib.*1. *cap.*3. *ſub
num.*16. & Borell. *in ſum. deciſ. part.*3. *tit.*16. *n.*123. 124.
& *tit.*17. *num.*65. 66. Merlin. *de legitim. lib.*5. *tit.*3. *q.* 9.
*n.*2. & *ſeqq.* & *num.*6. 7. 8. Nicol. Noal. *tract. de tranſmiſ.
caſ.*10. *n.*1. 2. 13. 14. & per totum, tamen id procedit ſo-
lùm quoad effectum tranſmittendi, vt inquit Merlin. *d.
tit.*3. *q.*10. *num.*25. quia in reliquis neceſſaria eſt petitio,
61 adeò vt ſi legitima non petatur, vel eius ſupplementum,
præſcribitur ſpatio triginta annorum. Alex. *conſ.*8. *n.*25.
*lib.*3. Tuſch. *littera L, concl.*207. *n.*7. latè Honded. *d. conſ.*
62 83. *n.*44. 45. 46. 46. 47. *lib.*1. Put. *deciſ.*128. *lib.*2. Gratian.
*diſcept. Macerat.*4. *n.*15. 17. 23. Merlin. *de legitim. lib.*5. *tit.*3.
*q.*10. *n.*24. 32. Cancer. *d. c.*2. *n.*16. *lib.*1. & Borell. *d. tit.*16.
*num.*113.

Nam legitima eſt velut nomen creditoris, & in ea filius
63 æquiparatur creditori. Alexand. *conſ.*82. *lib.* 4. Tuſch.
*littera L, concl.*181. *n.*6. 9. Mangil. *de imput. & detract.
quæſt.*131. *num.*4. ideò ſicut nomen creditoris petendum
eſt, alioquin præſcribitur, ſaltem ſpatio triginta anno-
64 rum, *l.*1. *C. de præſcript.*30. *an.* ita legitima præſcriberé-
65 tur irreuocabiliter, & abſque ſpe reſtitutionis in inte-
grum. Menoch. *conſ.*41. *ſub num.*40. Gratian. *diſcept. lib.*1.
*c.*2. *n.*29. 30. Merlin. *d. q.*10. *n.*8. Petant ergo Nigri detra-
ctiones prædictas antequam currat tempus præſcriptio-
nis, nec doleant de Iudice, qui iuſtitiam fecit, & facere
ſemper ſolet; fuit enim Mag. Excel. D. Franciſcus Rotel-
lius nobilis Regienſis tunc Corrigij Prætor, meus ami-
cus magnus, & in legali ſcientia valdè peritus: nam cla-
66 rum eſt in iure, quod fideicommiſſarius poteſt aſſequi
poſſeſſionem bonorum auctore Prætore, adeò vt poſſeſ-
ſor legitimè citatus poſſit iudicis auctoritate ſua poſſeſ-
ſione priuari, & de ea eiici, vt per Peregr. *de fideicom.
art.*47. *n.*27. Rot. apud. Poſthium *d. deciſ.*9. *n.*1. & *deciſ.*13.
*num.*2.

Non obſtat, quod executio ſit nulla in totum, quia
Prætor dedit fideicommiſſario poſſeſſionem, & tenutam
67 omnium bonorum, cùm tamen immiſſio non poſſet dari,
niſi priùs factis detractionibus. Caſtr. *conſ.*270. *num.*3. *verſ.
breuiter, lib.*2. Rot. apud Poſth. *deciſ.*92. *num.*3. 7. Fuſar.
*de ſubſtit. q.*672. *n.*1. 2. 3. 4. executio enim in parte nulla
in totum redditur nulla, quia decretum eſt indiuiduum.
Farinac. *deciſ. recent.*270. *in fin. part.*1. Poſth. *obſer.* 12.
*num.*104. Ludouiſ. *d. deciſ.*480. *n.*5. Rot. apud Poſt. *d.
deciſ.*324. *n.*28.

Nam primò reſpondeo, id non procedere fauore Ec-
cleſiæ, quia tunc vtraque pars poſſidebit reſpectiuè pro 68
portione ſua. Rot. *d. deciſ.*270. *in fin.* imò generaliter dico
fideicommiſſarium poſſidentem eſſe legitimum contra- 69
dictorem ad impediendam hæredis immiſſionem in to-
tam hæreditatem, ſi offerat poſſeſſionem pro rata legiti- 70
mæ. Argell. *de legitim. contradict. quæſt.*10. *art.*10. *n.*156.
Quinimò fortiùs dico, quod immiſſio poteſt dari fidei-
commiſſario, conſtito de fideicommiſſo & tenuta pro in-
diuiſo, antequam detrahatur legitima, & Trebellianica, 71
vt ex *l. locus*, vbi gl. & DD. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Soc. *in
l.*3. §. *incertam, ff. de acquir. poſſeſſ.* latè docuit Argell. *de
legit. contradict. q.*13. *art.*6. *num.*70. 71. 72. & *ſeqq.* vbi
multa allegat, & de magis communi teſtatur latè etiam
Merlin. *de legitim. lib.*5. *tit.*4. *quæſt.*10. *num.*14. & Rota
apud eum *deciſ.*2. *num.*13. & *deciſ.*6. *num.* 7. vbi quod
Rota hoc ſeruat, vt concedat immiſſionem fideicom- 72
miſſario pro indiuiſo, non obſtante detractione legiti-
mæ, & Trebellianicæ, & *deciſ.*7. *num.* 10. Rota apud
Poſth. *d. deciſ.*334. *num.*22. ad rem Fuſar. *de ſubſt. q.*672.
*num.*8. 9.

Nec obſtant contraria, quia procedunt in caſu, quo
Iudex mandauerat dari tenutam fideicommiſſario factis
prius detractionibus, quia tunc forma mandati ſeruanda 73
eſt: ſic procedit, & ita loquitur Rot. apud Poſth. *d.
deciſ.* 92. *numer.* 3. 7. Fuſar. *de ſubſt. quæſt.* 672. *nu-
mer.*22. qui non eſt caſus noſter, quia Iudex hic con-
ceſſit tenutam, ſaluis iuribus detractionum in alio iu-
dicio, Fuſar. *de ſubſt. quæſt.* 672. *numer.* 15. & benè,
quia non erant liquidæ, ſtante quod aderant alia bona,
in quibus poſſibile erat, quod fuiſſent factæ; & ſi fra-
tres prædicti prætendunt ſe grauatos, id ipſi probare
debent, per ea quæ docet Rot. apud Poſth. *dict. deciſ.*9.
*num.*39.

Neque obſtat, quod hîc non fuerit conceſſa immiſſio
fideicommiſſario pro indiuiſo ideò vt ille poſſideret bo-
na ratione fideicommiſſi, & hæres grauati ratione legiti-
mæ, & Trebellianicæ: ſed data fuit vniuerſalis tenuta
dicto fideicommiſſario, & ſic nulliter. Nam reſpondetur
hæc vera eſſe, ſi omnium bonorum hæreditatis Iudex de-
diſſet tenutam fideicommiſſario, etiamſi hæres grauati
petiiſſet legitimam, & Trebellianicam, & alias deductio-
nes: ſed hic fideicommiſſarius habuit poſſeſſionem tan-
tùm bonorum Corrigij, nec hæres petiit aliquas detra-
ctiones: ergo non eſt mirum, ſi Iudex reſeruauit iura
deductionum in alio iudicio; ſiquidem, vt vidimus, ne-
ceſſaria eſt petitio detractionum, etiamſi ſit legitima,
vel Trebellianica, quoniam fideicommiſſarius habet in-
tentionem fundatam in omnibus bonis, quando eſt fi-
deicommiſſum vniuerſale, adeò vt illud comprehendat 74
etiam portionem, quæ pro legitima debetur, *l. quoniam
in prioribus, C. de inoff. teſt.* gloſſa & DD. *in l. pater puel-
læ, C. eod.* Soc. *in l. centurio, num.*31. *ff. de vulg. & pupill.*
Dec. *in l. precibus, num.*24. *C. de impub. & aliis ſubſt.*
Mangil. *de imput. & detract. quæſt.*117. *num.*14. pulchrè
Cyriac. *contr. for.*11. *num.*26. *part.*1. tales enim detractio-
nes non debentur filio, vel eius hæredi in reſtitutione 75
fideicommiſſi, niſi eo volente, & petente, adeò vt ſi
eis omiſſis integram reſtituat hæreditatem, non dicitur
creditores fraudaſſe, ſed magis fideliter egiſſe, *l. patrem,*
& *l. ſeq. ff. de his, quæ in fraud. cred. l. ſi ſponſus*, §. *ſi
quis rogatus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* pulchrè Man-
gil. *d. tract. quæſt.*117. *num.*3. 4. ad rem Peregr. *de fideicom.
art.*3. *num.*125. 226. ad rem vide pulchrè Cancer. *var. reſol.
lib.*1. *cap.*3. *num.*69. Cyriac. *controu. for.*11. *num.*27. *part.*1.
ideò



ideò iſtæ detractiones non debentur, niſi hæres ſe decla-
76 ret velle detrahere, gloſſa Bart. & DD. *in d. l. ſcimus*, vbi
Iaſ. *num.*2. *C. de inoff. teſt.* Pariſ. *conſ.*9. *num.*8. *lib.*2. Mangil.
*d. tract. part.*2. *num.*24. *verſ. nec officit quintum*, Cancer. *var.
reſol. lib.*1. *cap.*3. *num.*69. Ergo iſto caſu ſtante etiam con-
tumacia dictorum DD. de Nigris non erat retardanda im-
miſſio conceſſa fideicommiſſario, vel mutilanda ob præ-
tenſas detractiones, quæ non fuerunt petitæ; ideò nunc
nullo modo poſſunt impedire manutentionem dictis
Monialibus debitam, quia quæ circa detractiones facien-
77 das excipiuntur, tanquam petitorium reſpicientia manu-
tentionem non impediunt. Dec. *conſ.*19. & *conſ.*467. *nume-
ro* 13. Afflict. *deciſ.*119. *num.*7. Neuiz. *conſ.*56. *num.*2. Rot.
*diuerſ. deciſ.*41. *num.*12. *part.*2. Seraphin. *deciſ.*971. *num. fin.*
Rot. apud Poſth. *deciſ.*150. *num.*10. quæ pulchrè loqui-
tur, & ſi facultas detrahendi per iudicem fuerit in alio
78 iudicio reſeruata, non potuit impedire eius ſententiæ
executionem. Fuſar. *de ſubſtit. dict. quæſt.*672. *num.*15. &
ſtante præſumptione iuris, quæ concomitatur factum iu-
dicis, etiam pro illo præſumitur, quod rectè functus fue-
rit officio ſuo, *l.*2. vbi DD. notant, *C. de off. ciuil. iud.* Abb.
*conſ.*41. *num.*2. *verſ. præſumitur, lib.*1. Alexand. *in l. qui Ro-
mæ*, §. *duo fratres, num.*10. *ff. de verborum obligat.* Crauet.
*conſil.*188. *num.*8. Gabr. *tit. de ſentent. concluſ.*5. *in princip.*
pulchrè in terminis Rot. apud Poſth. *dict. deciſion. nona,
num.*38.

Ex quibus apparet manutentionem dandam eſſe Mo-
nialibus, quia non conſtat de notoria nullitate, neque de
euidenti iniuſtitia dictæ ſententiæ, neque de grauamine
patentiori exequendo; & tamen oportebat hæc probare
79 pro parte dictorum fratrum de Nigris, ad quos exclu-
dendos ſufficit etiam rem eſſe dubiam in iure, vel in fa-
cto, vt pulchrè docet Rota apud Poſth. *dict. deciſion.*9.
*num.*35. 36. 39. 40. Ludouiſ. *deciſ.*501. *num.*6. Caualer. *de-
ciſ.*337. *num.*2. & *deciſ.*470. *num.*2. Gratian. *diſcept.*912.
*num.*53. 54. & *diſc.*950. *num.*33. Poſth. *d. obſer.*12. *num.*9.
10. 11. 12.

Ideò prædicti DD. Nigri non poſſunt obtinere ma-
80 nutentionem, niſi priùs doceant de notorio grauamine
iniuſtè lato euidenter, quia manutentio illius, qui paſſus
eſt executionem à iudice, qui proceſſit iuris ordine ſer-
uato, dependet à negotio principali, ideſt à iuſtitia, vel
81 iniuſtitia notoria, nec debet expediri, niſi cum ipſo nego-
tio principali. Rot. *d. deciſ.*9. *num.*31. *verſ. in propoſito*, &
ſic interim manutenendus eſt ille, qui à iudice fuit im-
miſſus, quia iuſtè poſſidet, qui authore Prætore poſſi-
det, *l. iuſtè poſſidet, ff. de acquir. poſſeſſ.* in terminis Rot.
*d. deciſ.*9. *num.*40. & multò magis quia ex prædictis con-
ſtat immiſſionem fuiſſe legitimè factam citato poſſeſſo-
re, & verificato fideicommiſſo ad formam ſtatuti dicto-
rum de Nigris ſemper contumacibus, & nullas detractio-
nes petentibus; imò vltra annum patientibus dictas
Moniales pacificè poſſidere cum fructuum perceptione.
Peregr. *de fideicommiſſ. articul.*47. *num.*32. & *articul.*48.
*num.*37.

Ideò non eſt recedendum à re iudicata pro Moniali-
82 bus, quæ dicitur etiam facere de albo nigrum, & de iniu-
ſto iuſtum, gloſſa *in l. ſi non ſortem*, §. *hæredi, de cond. indeb.*
Iaſ. *in l. Iulianus, eod.* Marant. *in ſpec. part.*6. *princ.*3. *part. act.*
1. *num.*129. Dec. & Cagn. *in leg. res iudicata, de reg. iur.*
Surd. *conſil.*435. *num.*7. *lib.*3. Scacc. *de ſent. & re iud. gl.*14.
*quæſt.*2. *num.*7. *verſ. quare.*

Nec obſtat aſſerta quædam appellatio à dicta ſenten-
tia interpoſita, vt dicitur, quia de ea non apparet; & ta-
83 men ſi dicti Nigri ſe fundant in ea, oportebat illam
producere, vel exhibere; quia facta non præſumuntur,
niſi probentur, *l. in bello*, §. *factæ, de captiu. & poſtlim.*
84 *reuerſ. cap. cùm Ioannes*, §. *verùm, de fide inſtrum. cap. cùm
in iure, de off. deleg.* & §. *fin. Inſtit. de fideiuſ.* & quatenus
adeſſet, illa erat proſequenda coram iudice laico ſupe-
riore eius, qui tulit ſententiam. Franch. *de appellat. in
rubr. ſub numer.*45. *verſ. ideò.* Scacc. *eod. tract. quæſt.*7.
*num.*44. & *num.*74. *in fin.* & *num.*113. 137. & *quæſt.*8.
*num.*100. *verſ. prima ratio.* Et cùm diu eſſet deſerta per 85
lapſum termini ſtatuti, vel etiam iuris communis, eo
caſu omninò ſententia eſt exequenda, ad textum *in l. fin.*
§. *illud, C. de temp. appellat. c. cùm ſit Romana, de appellat.
Clem. ſicut eod.*

Non obſtat aſſerta donatio facta de anno 1608. quia
in proceſſu nullibi de ea ſit mentio, nec video vnquam
fuiſſe productam, & Domini Nigri actores non agunt ex 86
donatione, & ſolùm in allegationibus iuris de ea memi-
nit Aduocatus, quod eſt inane, & fruſtratorium, quia
Iudex non poteſt moueri ex iis, quæ ſunt extra acta, vt 87
dixit Rot. *deciſ.*9. *num.*32. & ideò poteſt dici Dominis
Nigris. Viam quam elegiſtis, hæc vobis pateat, iuxta
*l. ſi mulier*, §. *fin. ff. de eo, quod met. cauſ.* & §. *quæ de ful-
lone, verſic. ſed noſtra, Inſtit. de obligat. ex delict.* Bald.
*in l.*1. *num.*1. *Cod. de execut. rei iudic.* Socin. Iun. *conſ.*46.
*num.*7. *lib.*2. Hæc autem cauſa fuit ventilata coram Ro-
ta Rom. quæ ponente Reuerendiſſimo Corrado, ſub die
7. Martij 1645. iudicauit manutentionem eſſe dandam
dictis Monialibus.

---

# CAPVT CCVI.

## EPITOME.

Fideicommiſſarius, vel legatarius poſſidens quando poſſit manuteneri aduerſùs hæredem manutentionem, vel immiſſionem petentem.

## SVMMARIVM.

1 *Statutum continuans poſſeſſionem in hæredem, veram dat poſſeſſionem.*
2 *Immiſſio datur hæredi ex continuatione poſſeſſionis defuncti in eum.*
3 *Prædo etiam manutenendus eſt.*
4 *Fideicommiſſarius non poteſt opponere ceſſionario hæredis, quod non poterat hæredi.*
5 *Poſſeſſor antiquior eſt manutenendus, quia poſſeſſio iunior cenſetur clandeſtina.*
6 *Fideicommiſſarius tenetur capere de manu hæredis.*
7 *Fideicommiſſarius etiam poſſidens non eſt legitimus contradictor contra hæredem propter detractiones.*
8 *Immiſſio vt detur hæredi, ſufficit, quod ei poſſit competere aliqua defenſio.*
9 *Immiſſio, & manutentio ſunt remedia contraria.*
10 *Manutentio datur poſſidenti de tempore motæ litis, vel paulò ante.*
11 *Poſſeſſio clandeſtina non dicitur in eo, qui palam fecit, & bona fide.*
12 *Poſſeſſor citandus eſt ante immiſſionem.*
13 *Poſſeſſio iunior quando ſit manutenenda.*
14 *Immiſſio iudicis tollit poſſeſſionem naturalem, & ciuilem poſſidentis.*
15 *Poſſeſſio data à iudice eſt manutenenda, excluſo antiquo poſſeſſore.*
16 *Poſſeſſori antiquiori quando denegetur manutentio.*
17 *Poſſeſſor amiſſa naturali, quando præſumatur etiam amiſiſſe ciuilem poſſeſſionem.*
18 *Poſſeſſorem poſſe repelli vt ſuſpicetur, ſufficit auctoritas iudicis.*
19 *Poſſeſſione ciuili, & naturali poteſt priuari poſſeſſor à iudice ritè, & rectè procedente.*
20 *Iudex quando non poſſit reum poſſeſſione priuare.*
21 *Immitti petens non poteſt manuteneri, quia fatetur ſe non poſſidere.*

22 *Ceſſio*

22 *Ceſſionario competit manutentio, ſicut cedenti.*
23 *Immiſſio tantùm ſemel ab hærede peti poteſt, & obtineri.*
24 *Hæres cadens à poſſeſſione adepta ampliùs non petit admitti, ſed reſtitui.*
25 *Fideicommiſſario ſufficit probare poſſeſſionem fideicommittentis.*
26 *Fideicommiſſario, & legatario, quæ actiones competant.*
27 *Fideicommiſſarij poſſeſſio capta non citato hærede eſt nulla.*
28 *Fidicommiſſarius poteſt auctoritate iudicis, & parte citata adipiſci poſſeſſionem bonorum.*
29 *Fideicommiſſario quando denegetur immiſſio.*
30 *Fideicommiſſarius iudicis auctoritate immiſſus, eſt manutenendus.*
31 *Fideicommiſſarij poſſeſsio eſt confirmanda, ſi certum ſit hæredi detractiones non competere.*
32 *Legitimæ, & Trebellianicæ detractio quando competat.*
33 *Fideicommiſſum eſt particulare, quando ſubſtitutio eſt facta in bonis certi loci, velut Corrigij.*
34 *Detractiones non fiunt ex legato, vel fideicommiſſo particulari.*
35 *Legitima non poteſt detrahi de rebus alteri ſpecialiter legatis.*
36 *Trebellianica non deducitur de fideicommiſſo, vel legato particulari, ſed tantùm vniuerſali.*
37 *Falcidia deducitur de fideicommiſſo particulari.*
38 *Falcidia non deducitur deducta legitima, nec concurrit cum ea.*
39 *Falcidia, & Trebellianica non deducuntur de legatis piis.*
40 *Legatum vniuerſale an dicatur relicta vna parte bonorum vni, & altera alteri.*
41 *Poſſeſsio ritè datur fideicommiſſario citato hærede.*
42 *Detractiones non debentur, niſi petantur.*
43 *Immiſsionem non retardant detractiones turbidæ.*
44 *Poſſeſſor verus efficitur quis ex pacifica poſſeſsione per annum, & diem cum perceptione fructuum.*
*Poſſeſſio remanet fideicommiſſario immiſſo, & credita ſoluuntur hæredi ad euitandos circuitus.*
45 *Fideicommiſſarius ſine reſtitutione acquirit omnia iura, ſi ſit locus pius, vel Eccleſia.*
46 *Fideicommiſſario competunt remedia poſſeſſoria facta reſtitutione, vel habitu facta à iure.*
47 *Detractiones ſunt proponendæ, ſi hæres vult retardare executionem à fideicommiſſario petitam.*
48 *Fideicommiſſario fauorabilis ſententiæ executio quando non poſſit retardari.*
49 *Executiuè proceditur in legatis, & fideicommiſſis.*
50 *Fideicommiſſarius immiſſus ſuſtinet partes rei, hæres verò actoris.*
51 *Ignorari non præſumuntur, quæ communiter ſunt nota.*
52 *Statutum quod forenſes citentur ad portam, validum eſt, & ſeruatur.*
53 *Forenſes quando obligentur ſtatutis.*
54 *Contumax habetur pro confeſſo.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DEnuò in eadem cauſa de Nigris fuit neceſſe diſcutere, an illis danda eſſet manutentio, vel ſaltem immiſſio in bonis dicti D. Raymundi de Sanctis, expulſis Monialibus Corporis Chriſti, quæ intruſæ eſſe videntur, cùm perſonaliter Nigri nunquam fuerint citati ad contradicendum earum petitioni, quæ ſe reſtringebat ad fideicommiſſum olim fundatum à D. Alexandro de Sanctis, patre dicti Raymundi, non enim videbatur dubitandum de poſſeſſione dictorum fratrum
de Nigris, tum ex ſtatuto, quod continuat poſſeſſionem bonorum defuncti in hæredem, & tranfert veram 1
poſſeſſionem manutenibilem, etiam ſine apprehenſione.
Cuman. *conſ.49. ad med. verſ. quæ poſſeſſio.* Caſtr. *conſ.152.*
*num.2. verſ. ad ſecundum, lib.2.* tum ex *l. fin. C. de edict. D.*
*Adrian. toll.* ex qua datur hæredi immiſſio, & remedium 2
adipiſcendæ poſſeſſionis bonorum defuncti. Alex. *conſil.82. num.4. verſ. facit quod, lib.2.* & cùm verè hæres dicti
D. Raymundi auctoritate etiam iudicis fuerit immiſſus
in poſſeſſionem bonorum prædictorum, ſtatus Corrigij 3
videtur in ea manutenendus, cùm etiam prædo non
debeat ſpoliari, *cap. in litteris*, vbi DD. *de reſtitut. ſpoliator. leg. colonus*, & *leg. cùm fundum, ff. de vi, & vi armat.*

Et cùm poſſeſſio hæredis ſit euidens, talis eſt etiam
poſſeſſio ceſſionarij, in quem tranſierunt omnia iura cedentis; & tales ſunt dicti DD. Nigri, qui habuerunt iura 4
conceſſa à dicto hærede; fideicommiſſarius enim non
poteſt opponere ceſſionario hæredis, quod non poterat
ipſi hæredi: latè Fontanell. *deciſ.166. in fin. & per totam.*
Thomat. *deciſ. Maceratenſ.51. num.1.2. & ſeqq.* Et ideò
cùm prædicti Nigri docuerint de eorum poſſeſſione an- 5
tiquiori, in ea ſunt manutenendi, quia poſſeſſio Monialium iunior cenſetur clandeſtina, & vitioſa, ad tradita
per *c. licèt cauſam*, vbi DD. *de probat.* Bart. *in l. ſi duo, num.4. verſ. ſi verò, ff. vti poſſid.* Alex. *conſil.110. num.1. lib.1.* Ruin. *conſil.55. numer. 8. libr.4.* Afflict. *deciſ.363. num.3.4.* Ludouiſ. *deciſ.6. num.3.* & *deciſ.9. num.5.* & *deciſ.549. num.1.4.*

Et cùm certi ſimus, fideicommiſſarium teneri capere
de manu hæredis, ad textum *in leg. cohæredi, §. cùm filiæ, ff. de vulg. & pup. l. reſtituta, ad Trebell.* Farinac. *de* 6
*fert. quæſt.175. num.290*, ſequitur neceſſariò, quod etiamſi
fideicommiſſarius legitimè poſſideat iudicis authoritate, 7
tamen ſi hæres ſuus vult, & proponit facere detractiones, tenetur hæredi reſtituere, nec eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredis. Bald. *in l.1. num.3. Cod. quorum leg.* Caſtr. *in d. l. fin. num.13. Cod. de edict. D. Adr. tollend.* vbi Alexand. *num.24.* Sapia *num.106.* Zuchard. *num.426.* & *num.428.* Surd. *deciſ.33. n.8.* Fuſar. *de ſubſt. quæſt.613. n.16.* Marth. *de ſucceſſ. leg. par.4 quæſt.16. art.3. num.28.* Farinac. *deciſ. recent.115. num.11. part.1.* & Rot. apud Cyriac. *poſt controuerſ.12. part.1.* Fontanell. *deciſ.47. num.6. part.1.* Et hoc non ſolùm procedit in fideicommiſſo vniuerſali, ſed etiam particulari, qui multò minùs poteſt impedire hæredis immiſſionem. Peregr. *de fideicom. art.48. num.32.* Ergo dictis fratribus non eſt denegʼ
ganda manutentio, vel ſaltem immiſſio, adeò vt ſatis ſit 8
hæredi contra fideicommiſſarium aliquid coloratum, vel
probabile opponere, quia in dubio, vt hæredi reſtituatur
poſſeſſio, præſumitur, quod ei poſſit aliqua defenſio
competere. Rot. *diuerſ. deciſ.520. num.15. part. prima*, & Rota apud Cyriac. *poſt controuerſ.12. num.1. part.1. fol.129.* Farinac. *deciſione recent.115. numero 10. ad fin. part.1.*

Veruntamen licèt hæc vera ſint, & procedant ritè in ſuis terminis, non tamen locum habere poſſunt in præſenti caſu, in quo Moniales citato hærede ad formam Statuti Corrigij obtinuerunt ſententiam iudicis dictos Nigros hæredes grauati citatos condemnantem ad reſtitutionem bonorum in dicto fideicommiſſo comprehenſorum, & propter eorum contumaciam obtinuerunt immiſſionem in tenutam dictorum bonorum, in qua pacificè permanſerunt per multos annos
vſque ad diem litis motæ, in qua dicti Nigri petierunt 9
primò immitti, & poſteà, & perperam; hæc enim ſunt
remedia contraria, adeò vt petens immiſſionem ſe eo ipſo manutentione excludat. Ludouiſ. *deciſ.146. num.4.* Caualer. *deciſ.534. num.5.* Poſthius *obſeruat.57. num.72. 73.* & propterea manutentio danda eſt Monialibus, quæ probauerunt ſe poſſidere, & poſſediſſe tempore motæ litis, & paulò ante; quia tale beneficium datur
pro



pro conſeruatione illius ſtatus. Rot. *diuerſ. deciſ.174. num.2. p.4.* Seraph. *deciſ.1497. num.1.* Farinac. *deciſ. recent.511. num.2. in fin.* & *deciſ.704. num.4. p.1.* Gratian. *diſc.752. n.53.* Poſth. *de manuten. obſ.73. n.6.7.8.9.* & Rot. apud eum *deciſ.17. n.2.* & *deciſ.322. n.3.* Burat. *deciſ.730. num.1.*

Nec obſtat, quod poſſeſſio antiquior ſit præferenda,
& manutenenda, quia iunior præſumitur clandeſtina,
*dict. cap. licèt cauſam, de probat.* Nam primò reſpondetur,
10 ceſſare hanc præſumptionem in eo, qui palam fecit om-
nia, & bona fide, & Iudicis auctoritate; hîc enim ceſſat
11 omnis clandeſtinitas, ad textum *in leg. clam poſſidere, ff. de*
*acquirend. poſſeſſ.* & maximè cùm præceſſerit citatio dicto-
rum fratrum de Nigris, quæ erat neceſſaria, *c. licèt Epi-*
*ſcopus, de præbend. in 6.* Rot. *diuerſ. deciſ. 802. num. 8.*
12 *part.1.* ideò poſſeſſio Monialium præſumitur iuſta, & le-
gitima, non vitioſa, *l. meritò, ff. pro ſoc.* Crauet. *conſ.150.*
*num.5.* Rot. *dict. deciſ.802. num.4.* & ſic hoc caſu manu-
13 tenenda eſt poſſeſſio iunior Monialium capta Iudicis au-
ctoritate ritè, & rectè procedentis; non antiquior dicti
hæredis, quia immiſſio in poſſeſſionem facta auctore
14 Prætore idem operatur, quod violenta expulſio, per
quam perditur omnis tam naturalis, quàm ciuilis poſſeſ-
ſio, vt inquit Angel. *in l. qui vniuerſus, §. item cùm Prætor, in fin. de acquir. poſſeſſ.* & *in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, num.2. eod.* Rot. *diuerſ. d. deciſ. 802. num.6. part.1.* Farinac. *deciſ. rec.525. num.3.* & *deciſ.557. num.2. part. ſecunda*, Ludouiſ. *deciſ. 203. num.1.* vbi Beltram.
*num.14.* poſſeſſio enim illius, qui immiſſus eſt à Iudice
15 ritè procedente, eſt manutenenda, licèt ſit iunior, &
poſterior, excluſo antiquiori poſſeſſore immiſſionem paſſo, *l.1. & 2. ff. nec vis fiat.* Menoch. *conſil. 449. num. quinto.* Rot. *diuerſ. deciſ.62. in fin. part. ſecunda.* Poſth. *dict. tract. obſeru.71. numero ſexageſimonono*, & Rot. apud eum *deciſ. 296. num.14. 15.* Buratt. *deciſ. 275. num.1.* & *num.7.*

Et ſanè certum eſt, manutenendam eſſe poſſeſſionem
iuniorem, & poſteriorem, quando poſſeſſor antiquior
16 amiſit non ſolùm poſſeſſionem naturalem, ſed etiam ciui-
lem, quia tunc ſe habuit pro ſpoliato. Poſth. *dict. tract. obſ.71. num.68.* quod hîc euenisſe creditur, & præſumi-
tur ex patientia dictorum hæredum, quia paſſi ſunt per
17 multos annos Moniales poſſidere cum perceptione fru-
ctuum, nec vllam curam habuerunt recuperandi illam poſſeſſionem naturalem. Ideo videntur etiam amiſiſſe ciuilem, *ex d. l. clam poſsidere*, & *l. ſed ſi nolit, ff. de acquir. poſſ.* Bart. *in l. ſi de eo, §. ſi fortè, eod.* Felin. *in cap. vigilanti, n.7. de præſcrip.* Beltram. *ad Ludouiſ. d. deciſ.203. ſub num.14.* vbi quod ſola ſuſpicio ſufficit ad amittendam poſſeſſionem; vnde cùm non appellauerint, nec proteſtati ſint, vt neceſſe erat, Poſth. *d. tract. obſ.57. n.101.*
videntur ſententiæ acquieuiſſe, & ſic ciuilem poſſeſſio-
18 nem amiſiſſe, ad quem effectum ſatis eſt auctoritas Iudicis, quæ operatur, vt poſſeſſor ille antiquior debeat ſuſpicari ſe poſſe repelli. Ang. *in d. l. clam. poſſidere*, Rot. *diuerſ. deciſ.641. num.7. part.1.* Beltram. *ad Ludouiſ. d. deciſ.203. num.14.* Et quatenus etiam poſſeſſio Monialium fuiſſet clandeſtina, vel violenta, adhuc manutenenda eſt, quia dicti hæredes debebant in continenti reclamare, & ſe reintegrare. Poſth. *d. tract. obſ.71. num.61. & ſeqq.*

Verùm hæc dici non poſſunt de hac poſſeſſione iudicis auctoritate apprehenſa parte citata, quia hæc eſt poſ-
ſeſſio legalis, & manutenibilis, alioquin fruſtra Iudices
proferrent ſententias, ſi eas non poſſent executioni de-
mandare ſine vitio ſpolij; nam veritas eſt, quod Iudex
19 immittens aliquem in poſſeſſionem legitimè, & iuris ordine ſeruato, poteſt priuare poſſidentem omni poſſeſſione ciuili, & naturali, vt per Ang. *in d. l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, n.2. in fin.* vbi Imol. *n.2. verſ. in textu*, ibi: *occupauerit*, vbi etiam Rom. *num.3. verſ.2.* Alexand. *num.2. in fin.* Iaſ. *num.10.* Claud. de Seiſſel. *num.3. ff. de acq.*
*poſſeſſ.* & idem voluit Compoſtell. *in cap. tranſmiſſa, col. pen. in fin. verſ. de poſſeſſ.* vbi etiam Ioan. And. *col. pen. ad med. verſ. ideò dixit*, Butt. *num.17. in fin.* Card. *quæſt.5. verſ. dicit etiam.* Henric. Boic. *ſub num.4. §. de elect.* & *in c. cùm aliquibus, num.10. ad fin. de ſentent. & re iud.* Ferret. *conſil.5. numer.9. in fin. lib.1.* Rot. *diuerſ. deciſ.802. num.7. par.1.* latiſſimè Poſth. *d. tract. obſeru.12. num.25.26. & ſeqq.* & ex Mohed. *deciſ.4. de reſtitut. ſpoliat.* Rot. apud Poſth. *deciſ.336. num.4.* & quæ in contrarium allegantur, procedunt in caſu, quando Iudex procederet ad immiſſionem neque ritè, neque rectè, & ſine partis citatione, vt per Rot. *diuerſ. deciſ.43. num.2. part.4.* adeò vt neceſſe ſit conſtare ipſum
nulliter, vel iniuſtè, euidenter, & notoriè iudicaſſe, quo
caſu videtur proceſſiſſe tanquam priuatus, & poſſidentem
non potuit poſſeſſione priuare, ex Alb. *in cap. conque-* 20
*rendum, num.11. de reſtitut. ſpoliat.* Crauet. *conſ.18. num.8.* Rot. *d. deciſ.43. num.2. part.4.* & *deciſ.802. num.7. in fin. part.1. diuerſ.* & Farinac. *deciſ. recent.560. num.6. part.1.* pulchrè Rot. apud Poſth. *deciſ.9. num.19.20. & ſeqq.* Et ſanè non video fundamentum aliquod poſſeſſionis dictorum fratrum de Nigris, propter quod poſſint petere manutentionem; cùm enim petierint ſe immitti, conſequitur neceſſaria eorum confeſſio, quod non poſſideant, vt
pulchrè inquit Rot. apud Poſth. *d. tract. de manuten. de-* 21
*ciſ.179. num.6.* vbi alios allegat, ex quibus euidentiſſimè conſtare videtur, manutentionem non eſſe concedendam dictis fratribus, ſed nullo modo eſſe denegandam dictis Monialibus.

Verùm neque immiſſionis beneficium conſequi valent, quia remediis adipiſcendæ poſſeſſionis hæres ſemel tantùm vti poteſt; nam certum eſt, quod Vellanus hæres dicti teſtatoris Raymundi fuit immiſſus in poſſeſſionem bonorum præceſſoris, & tenutam illorum habuit iudicis etiam auctoritate, ex *d. l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* &
hæc poſſeſſio poſteà tranſitum fecit in dictos fratres
de Nigris eius ceſſionarios vigore ceſſionis illis factæ, 22
quia cenſentur eadem perſona cum cedente, & eis competit etiam beneficium manutentionis. Menoch. *de retinend. rem.3. num.258.* Boccat. *de interdict. vti poſſid. capit.2. num.68.* Poſth. *dict. tract. obſeruat.55. num.3.* & *numer.11.* & Rot. apud eum *deciſ.43. num.17.* & *deciſ.107. num.2.* & *deciſ.323. num.18.* Burat. *deciſ.275. num.7.* & *deciſ.347. n.12.* ideò amplius non poſſunt petere immiſſionem; hæc enim remedia adipiſcendæ locum habent ſolùm quando
hæres agnita ſucceſſione nondum adeptus eſt poſſeſſio- 23
nem; & ideò ſi illam adeptus eſt, & poſteà amiſit, hoc remedio non potietur, ſed petitorio, vel alio recuperandæ remedio agendum eſt, quia hoc adipiſcendæ ſemel tantùm conceditur, *ex §. ſequent. verſ. pro hærede, Inſt. de interdict. l.2. §. adipiſcendæ, ff. eod.* vbi DD. ſic notant Marant. *de ord. iud. in 4. p. princ. diſt. 7. num.6.* pulchrè Peregr. *de fideicom. art. 46. num.7.* & *art. 48. num. 10. in fin.* & *num. 15.* Farin. *deciſ. recent. 115. num.15. part. 1.* qui enim ſemel cadit à poſſeſſione, remediis recuperatoriis, vel petitoriis agere oportet, ex
*d. §. pro hærede*, & *cap. reintegranda, 3. quæſt.1.* & gloſſa 24
*in cap.2. de confeſſ. in 6.* pulchrè Alex. *conſ.70. num. 11. in fin.* & *num.12. lib.6.* Peregr. *d. art. 46. numer. 12. in fin.* vbi etiam quod ideò hæres repelletur exceptione rei iudicatæ, ſi amiſit poſſeſſionem per iudicis ſententiam.

Nec dicatur nullam, vel iniuſtam fuiſſe ſententiam, quia iam reſponſum eſt id euidenter non conſtare, ſicut requiritur, ex Rot. *d. deciſ.9. n.19.20.* immò patet potiùs ſententiam fuiſſe iuſtam, & ea iuſtificatur ex actis, in quibus apparet de fideicommiſſo à dicto Alexandro de Sanctis poſt mortem eius filiorum ad fauorem dictarum Monialium quoad bona in territorio Corrigij exiſtentia; & ex depoſitione teſtium, conſtat mortuum eſſe dictum Raymundum, & per eius mortem extinctam fuiſſe lineam dicti D. Alexandri; ideò ſatis fuit dictis Monialibus fideicommiſſariis probare, ſicut factum eſt, ſolam poſſeſſio-
nem

nem fideicommittentis quoad bona prætenſa ad obtinen-
25 dum ex remedio dictæ legis *fin. C. de edict. D. Adr. toll.* quandiu agitur contra hæredem grauati, vt hîc, quia ille non poterit refricare quæſtionem dominij, ex Bart. *in leg. ſi à te, §. 1. de except. rei iud.* in terminis Ruin. *conſ.* 40. *num.* 4. *lib.* 4. Caſtr. *conſ.* 94. *in fin. lib.* 2. Marz. *de fideicommiſ. q.* 60. latè And. Sicul. *conſil.* 37. *col.* 3. Creſuer. *conſil.* 316. *colum. vltim.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 44. *num.* 6. Ludouiſ. *deciſ.* 194. *num.* 6, vbi Beltram. *num.* 24. Thomat. *deciſ. Marcerat.* 68. *n.* 57.

Vnde non obſtat, quod fideicommiſſarius debeat capere de manu hæredis, quia hoc procedit, ſi hæres tradere velit, verùm ſi vel recuſet, vel negligat, Iudex poteſt eum condemnare ad tradendum; & ſi non tradat, ipſe ſupplebit, & dabit immiſſionem fideicommiſſario, vel legatario, qui ſuas habent actiones tam in petitorio perſonales, reales, & hypothecarias, *l. 1. §. rectiùs, C. communia de legat.* & *§. noſtra, Inſt. de legat.* Peregr. *de fideic. art. 1. num. 3. verſ. 7.* quàm in poſſeſſorio adipiſcendæ, de quibus Intrigl. *de ſubſtit. cent. 3. q.* 98. *num.* 2. 3.
26 Ideò poſſunt legatarij, & fideicommiſſarij agere etiam actione ex teſtamento contra hæredem ad tradendum rem legatam, & partes ſunt Iudicis pronuntiare, veniſſe caſum fideicommiſſi; & tunc fideicommiſſarius poteſt exercere etiam remedia poſſeſſoria. Peregr. *de fideicom. art.* 45. *num.* 18. *ad fin.* Cyriac. *controu. for.* 12. *num.* 29. 30. *part.* 1. & *art.* 48. *num.* 60. neque vllum poteſt conſiderari abſurdum, niſi quando fideicommiſſarius, non citato
27 poſſeſſore, vel grauati hærede intraret poſſeſſionem rei legatæ; quia tunc poſſeſſionis traditio eſt nulla, nec priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, ad textum *in l. meminerint,* & *leg. fin. C. ſi per vim,* & *leg. Iudex, C. commin. vel epiſt.* Bart. *in l. peregrè, §. quibus, de acquir. poſſ.* & *in leg. 2. colum. pen. verſ. quæro vtrum, C. vbi in rem act.* Innoc. *in cap. quoniam, ad fin. vt lit. non conteſt.* pulchrè Peregr. *de fideicom. art.* 47. *numer.* 28. & *art.* 48. *num.* 18. 35. 36.

Verùm quando legatarius, vel fideicommiſſarius videns hæredis proteruiam, vel negligentiam in tradendo legatum adit iudicem, & actione aliqua competenti petit relegatum, vel fideicommiſſum oblata qualiquali petitione contra hæredem poſſidentem, eo citato poteſt obtinere à Iudice etiam immiſſionem, & hoc ſeruare de-
28 bet etiamſi haberet licentiam à teſtatore ingrediendi tenutam bonorum propria auctoritate; quia adhuc debet adipiſci poſſeſſionem ex Iudicis auctoritate, parte citata, ex Bald. *conſ.* 134. *in fin. lib.* 3. Durant. *de art. teſt. tit.* 5. *caut.* 32. *in fin.* Sim. de Præt. *de interpret. vlt. vol. lib.* 5. *interpr.* 2. *dub.* 1. *num.* 121. Menoch. *de adipiſc. rem.* 2. *num.* 45. & *rem.* 6. *num.* 24. Iaſ. *conſ.* 146. *num.* 1. *in fin. lib.* 4. Honded. *conſ.* 28. *num.* 13. *lib.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 47. *num.* 55. *verſic. equidem,* & *art.* 48. *n.* 35. 36. ad rem Cyriac. *contr.* 12. *n.* 29. *p.* 1.

Ideò à caſu noſtro extranea eſt illa quæſtio, an fideicommiſſarius, vel legatarius ſit legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredis volentis facere detractiones, quia hæc procedunt in caſu, quando vel
29 fideicommiſſarius ingreſſus eſt tenutam bonorum antequam immitteretur hæres, vt latè apud Surd. *d. deciſ.* 333. *num.* 8. *& per totam,* Farinac. *dict. deciſ.* 115. *recent. part. prima,* vel quando fideicommiſſarius vult immitti in poſſeſſionem iam ab hærede occupatam eo non citato: latiſſimè Peregr. *de fideicom. art.* 48. *num.* 18. Marth. *de ſucceſ. part. quarta, quæſt.* 16. *art.* 5. *num.* 29. vbi docet pulchrè tunc immiſſionem fideicommiſſarij eſſe ipſo iure nullam, quia ſemper poſſeſſor eſt citandus antequam alius in poſſeſſionem mittatur: hîc autem hæres fuit citatus, & ipſe iam fuit immiſſus: ergo non eſt amplius immittendus. Peregr. *d. art.* 46. *num.* 7. ſed fideicommiſ-
30 ſarius immiſſus Iudicis auctoritate eſt manutenendus. Rot. apud Poſth. *d. tract. deciſ.* 9. *num.* 40. & obtinere debet. Cyriac. *contr. for.* 12. *num.* 2. & *num.* 9. *p.* 1.

Sed dato etiam, quod nos verſaremur in puris terminis quæſtionis illius, an fideicommiſſarius ſit legitimus contradictor, dum poſſidet legitimè, ne hæres immittatur, adhuc in caſu noſtro videtur pro fideicommiſſario tenendum, vt ſit manutenendus contra hæredem, ſiue ille ſit fidicommiſſarius vniuerſalis, ſiue particularis, quia certum eſſe videtur, hæredi nullas competere detractiones, quo caſu confirmanda eſt poſſeſſio fideicom- 31
miſſarij, ſeu legatarij. Alexand. *in l. à D. Pio, §. in venditione, col. pen. ff. de re iud.* Rom. *conſ.* 483. *in fin.* Dec. *conſil.* 191. *num.* 4. Peregr. *de fideicom. art.* 48. *num.* 18. *ad fin. verſic. ſi tamen,* Menoch. *conſ.* 722. *num.* 6. & *conſ.* 742. *n.* 6. *lib.* 8. Marth. *de ſucceſſ. part.* 4. *q.* 16. *art.* 3. *n.* 27. *in fin.* latiſſimè Hyppol. Rim. *in princ. Inſt. de donat. num.* 1395. vbi confutat omnia. Argell. *de legitim. contrad. q.* 7. *n.* 54. & *q.* 9. *num.* 20. *q.* 10. *n.* 235. *q.* 12. *num.* 6. Rot. poſt Cyriac. *contr.* 12. *num.* 7. 8. *p.* 1. *fol.* 128. & ipſe Cyriac. *d. contr.* 12. *n.* 6. vbi multos allegat. Benè verum eſt, quod difficultas in hoc conſiſtere videtur, an certum ſit, nullas competere detractiones, quia abſque dubio in filiis primi 32
gradus fideicommiſſo conditionali grauatis datur ipſis, & eorum hæredibus detractio legitimæ, & Trebellianicæ, *capit. Raynaldus, cap. Raynut.* vbi DD. communiter, *de teſt.* cum vulgaribus.

Nihilominus ſi demus dictas Moniales eſſe loco fideicommiſſarij particularis, prout dicendum eſſe videtur, ſtante quod illæ fuerunt à dicto teſtatore ſubſtitutæ tantùm in eius bonis in ciuitate, & territorio Corrigij exi- 33
ſtentibus; quando enim relictæ ſunt res in certo loco, vt ſi dictum ſit, *Subſtituo in bonis, quæ habeo Brixiæ,* tunc erit fideicommiſſum particulare, *l. fideicommiſſum, § tractatum, ff. de ind.* & *in l. cogi, §. ſi quis hæres,* vbi Bart. *ad Trebell.* Bart. *in l. cùm pater, §. menſæ, de leg.* 2. Corn. *conſil.* 161. *lib.* 1. Natt. *conſ.* 199. *col.* 1. & *conſ.* 238. *numer.* 1. Simon de Præt. *de interp. vlt. vol. fol.* 273. *num.* 2. *verſ. illud verò.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 2. *numer.* 9. Peregr. *de fideicom. art.* 5. *num.* 28. *verſ. an verò,* & *num.* 42. *verſ. attamen.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 268. tamen dicendum videtur nullam dictis hæredibus competere detractionem.

Nam ſi loquimur de æris alieni detractione, & aliis oneribus, certum eſt ea non eſſe deducenda ex legato, 34
vel fideicommiſſo particulari, quia pertinent ad hæredem, & bona dicuntur deducto ære alieno: ita *ex l. ſubſignatum, §. bona,* & *l. Princeps, de verb. ſign.* Alex. Iaſ. & DD. *in l. non amplius, §. fin. de leg.* 1. Soc. *conſ.* 82. *col.* 1. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 387. Natt. *conſ.* 226. Peregr. *de fideicom. art.* 5. *num.* 28. *verſ. an verò.* Argell. *de leg. contradict. quæſt.* 12. *art.* 15. *num.* 43. vbi omnes tenent hæc onera non ſpectare ad hæredem, niſi in ſubſidium, vbi alia bona non ſufficiunt.

Sin de legitima loquimur, quæ dicitur potens detractio, hæc pariter non eſt detrahenda de rebus alteri ſpecialiter legatis, niſi in ſubſidium, cùm ſufficiat in aliis bonis ſaluam eſſe, vt tradunt omnes *in l. Marcellus, §. res quæ,* 35
*ff. ad Trebell.* Bald. *in l.* 1. *ff. de rer. diuiſ.* Dec. *conſ.* 81. *num.* 6. & *conſil.* 631. *num.* 1. Rip. *in l. in quarta, num.* 211. 212. 213. *ad l. falcid.* Natt. *conſil.* 234. *num.* 5. Hier. Gabr. *conſil.* 110. *num.* 24. *lib.* 2. Oſaſch. *deciſ.* 34. *num.* 24. Boer. *deciſ.* 145. *numer.* 8. de communi Viu. *in ſuis commun. opin. verb. legitima,* de magis communi Steph. Ber. *conſil.* 184. *num.* 4. *lib.* 1. latè Cancer. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 31. *verſ. quia regula,* latè etiam Borel. *in ſumm. deciſ. part.* 3. *tit.* 16. *num.* 114. 115. 116. benè etiam Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt.* 74. *num.* 28. vbi hanc ſequitur ſententiam in fideicommiſſo particulari, aliud ſentiens in vniuerſali: ſic etiam Thom. *deciſ. Macerat.* 51. *num.* 46. 47.

Verùm ſi de Trebellianica loquimur, ſimiliter ea non deducitur de legato, vel fideicõmiſſo particulari, quia ea 36
detrahitur tantùm de vniuerſali, ex Senatuſconſulto Trebelliano, quod ceſſat omninò in legatis particularibus, vt *ex l. nã quod, §. fin.* & *l. cogi, ff. ad Treb. l. ſi hæres, ff. eod.* Ceph. *conſ.*



*conſ.* 322. *n.* 23. Gratian. *deciſ.* 59. *n.* 9. Pereg. *de fideicom. art.* 4. *n.* 40. & *art.* 5. *num.* 1. *in fin.* & *n.* 28. *verſ. & ideo.* Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 23. vbi teſtatur, quod hoc iure vtimur. Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *ti.* 2. *n.* 6.

Sed quid dicendum de falcidia? hæc vtique deducenda videtur ex fideicommiſſo particulari, ex Mantic. *d. ti.* 2. *num.* 6. Veruntamen in caſu noſtro hæc etiam du-
37 plici ratione ceſſare videtur, & primò, quia ſi verum eſt, quod ex aliis bonis deducta ſit legitima, quæ Bononiæ exiſtebant, & in mobilibus, & aliis rebus alienatis, vtique deductâ legitimâ ceſſat falcidia; non enim de ea dicendum eſt prout de Trebellianica, quæ concurrit cum legitima, ſecus eſt de falcidia, quæ nunquam concurrit cum legitima; & ideò deducta legitima non
38 eſt detrahenda aliqua falcidia, vt per textum *in l. 1. §. vlt. ff. ſi cui plus quàm per l. falcid. l. Papinianus, §. quarta,* vbi Bart. *n. 1. ff. de inoff. teſtam.* in ſpecie Soc. Iun. *conſ.* 136. *n.* 12. *lib.* 1. Ceph. *conſ.* 153. *n.* 61. Couar. *in d. c. Raynutius, §.* 11. *n.* 7. *ad fin. de teſtam.* Polit. *in rep. l. filium, col.* 12. *verſ. circa quartum, C. fam. erciſc.* Surd. *deciſ.* 251. *per totam,* pulchrè Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 11. benè etiam Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 24. 25. De melioramentis non loquor, quia non apparent, & ideò non retardant immiſſionem fideicommiſſarij. Cyriac. *contr.* 11. *n.* 11. *part.* 1.

Deinde reſpondetur, quod cùm verſemur in legato, ſeu fideicommiſſo in piam cauſam facto ad fauorem di-
39 ctarum Monialium Corporis Chriſti, ceſſat omnis falcidia, ſicut etiam Trebellianica, vt *ex Auth. ſimiliter,* vbi DD. *C. ad l. falcid.* Bart. *in l. Marcellus,* vbi etiam Ang. Soc. & Alex. *num.* 4. Iaſ. *num.* 10. vbi etiam Salic. *C. ad S. C. Trebell.* qui omnes teſtantur de communi, prout etiam de communi teſtatur Abb. *in d. c. Raynutius, n.* 18. *de teſtam.* & *conſ.* 59. *lib.* 1. Ang. *conſ.* 230. *n.* 2. ſic etiam benè Cancer. *dict. c.* 2. *num.* 12. vbi quod de hoc non eſt dubium, & teſtatur de veriori, & crebriori ſententia etiam quoad Trebellianicam, & quod Senatus Regius eam amplectitur: ſic etiam Peregr. *de fideicomm. Art.* 3. *n.* 72. latè Borell. *in ſumm. deciſ. p.* 3. *ti.* 17. *n.* 62. 63. vbi alios congerit, ex quibus conſtat non eſſe locum detractionibus, & ſucceſſiuè confirmandam eſſe poſſeſſionem dicti fideicommiſſi. Peregr. *d.* 48. *n.* 18. *ad fin.* Cyriac. *d. contr.* 12. *n.* 6.

Verùm ſi concedamus fideicommiſſum eſſe vniuerſale, quod fortè verius eſt in caſu noſtro, vbi fideicommittens finita eius linea ſubſtituit Moniales Corporis Chriſti Bononiæ in omnibus ſuis bonis, & iuribus exiſtentibus in ciuitate, & territorio Bononienſi, & Moniales Corporis Chriſti Corrigij in omnibus bonis ſuis, & iuribus exiſtentibus in ciuitate, & territorio Corrigij; nam cùm non conſtet eum habuiſſe bona in aliis
40 locis, videtur teſtator diſpoſuiſſe de omnibus ſuis bonis, & ex vtraque parte inſtituiſſe fideicommiſſum vniuerſale, ex Bart. *in l. ſeruum, §. fin. de leg.* 2. Imol. *in d. l. cogi, §. ſed & ſimiles, n.* 18. *verſ. aduerte, ff. ad Trebell.* Pariſ. *conſ.* 43. *n.* 61. *lib.* 3. Mattheac. *de fideicom. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 4. Bardell. *conſ.* 9. *n.* 5. *& ſeqq.* Peregr. *de fideicom. art.* 5. *n.* 28. *verſ. limitando,* & *conſ.* 50. *in primo dub. lib.* 2. Fuſar. *de ſubſt. q.* 268. *n.* 9. Cyriac. *contr.* 11. *num.* 20. *p.* 1. hoc caſu locus eſt detractionibus, de quibus *in d. l. Marcellus,* & *c. Raynutius,* & *c. Raynaldus,* vbi DD. *de teſtam.*

Sed omiſſis multis, quæ poſſent dici, non per hoc retractanda eſt poſſeſſio data fideicommiſſario parte cita-
41 ta, & nihil contradicente, nec vllas proponente detractiones, ex quo factum eſt, vt ritè, & rectè dicti hæredes ſua poſſeſſione priuati fuerint, & Moniales eam legitimè fuerint adeptæ. Peregr. *de fideicomm. art.* 47. *n.* 27. & *num.* 55. *verſ. equidem,* & *art.* 48. *num.* 60. detractio-
42 nes enim non fiunt, neque debentur, niſi petantur, ad textum *in l. patrem. de his quæ in fraud. credit.* Bart. *in d. leg. ſcimus,* vbi Iaſ. *num.* 2. *C. de inoff. teſt.* Mangil. *de*



*imput. q.* 4. *n.* 24. *verſ. nec officit.* Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 69. Peregr. *de fideicom. art.* 50. *num.* 83. *in fin.* & ſi tur- 43
bidæ ſunt, non retardant immiſſionem fideicommiſſarij. Rot. apud Poſth. *deciſ.* 216. *num.* 14. ergo multò minùs debent efficere, vt immiſſus deiiciatur, nec dolere poſſunt dicti hæredes, qui ſuâ contumaciâ ſibi ipſis nocuerunt; ſi enim comparuiſſent, & petiiſſent detractiones, fortè retardaſſent immiſſionem fideicommiſſarij, qui nunc amoueri non poteſt, cùm factus ſit verus poſſeſſor ex perceptione pacifica fructuum per annum, & diem. Pereg. *de fideicom. art.* 48. *num.* 37. & propterea non videtur ampliùs tractandum de aliqua immiſſione, ſed videndum, an verè aliquæ detractiones debeantur dictis hæredibus, & eas illis concedere, quia ad euitandos circuitus inutiles credita debent ſolui hæredi, & poſſeſſio remanere penes fideicommiſſarium, vt ex 44
Peregr. & Fuſar. tradit Fontanell. *deciſ.* 48. *num.* 26. *in fin.* Cyriac. *contr. for.* 12. *num.* 41. *p.* 1. & ita ſenſit Senatus apud Surd. *d. deciſ.* 333. *in fin.* qui noluit idcircò dare immiſſionem hæredi in caſu fortiori, vbi fideicommiſſarius poſſeſſionem erat adeptus, non citato hærede, & antequam hæres fuiſſet vnquam immiſſus, & ad rem facit Cyriac. *controu.* 12. *numero* 6. *part.* 1.

Hæc autem multò magis admittenda ſunt in caſu noſtro ad fauorem fideicommiſſarij, qui eſt Eccleſia; quando enim fideicommiſſum factum eſt Eccleſiæ, vel piæ cauſæ, tunc eueniente caſu fideicommiſſi non eſt 45
opus aliqua reſtitutione reali, aut verbali hæredis, quia fauore Eccleſiæ, & piæ cauſæ omnia iura tranſeunt in fideicommiſſarium abſque reſtitutione. Bart. *in rep. l.* 1. *quæſt.* 6. *quintæ q. princ. num.* 71. vbi Bald. *col.* 14. *verſ. ſuper ſecundo. Cod. de ſacroſ. Eccl.* Bart. *in l. vl. n.* 39. *C. de edict. D. Adr. toll.* Alex. *in l. 1. §. ſed et quoties, ff. ad Trebell.* Caſtr. *in l. vlt.* vbi Iaſ. *C. de Sacroſ. Eccl.* & de communi teſtatur Iaſ. *conſil.* 214. *num.* 8. *lib.* 2. vbi etiam, quod ab ea in iudicando non eſt recedendum: pulchrè Honded. *conſ.* 26. *num.* 18. 19. 20. & *conſ.* 64. 46
*num.* 58. *lib.* 1. latè Fuſar. *de ſubſt. quæſt.* 608. *numer.* 13. vbi alios congerit: & licèt dicat, quod tamen poſſeſſio non tranſit in fideicommiſſarium, hoc non refert in caſu noſtro, quia Moniales eum à Iudice impetrauerunt, vnde hæredes dolere non debent, quia eorum reſtitutio non erat neceſſaria; & ideò Moniales poterant exercere omnia remedia petitoria, & poſſeſſoria, perinde ac ſi eis facta fuiſſet reſtitutio, ex Peregr. *de fideicomm. art.* 48. *num.* 12. *in fin.* Cyriac. *d. contr.* 12. *num.* 45. *part.* 1.

Ideò exequenda eſt ſententia Iudicis, qui mandauit fieri reſtitutionem bonorum fideicommiſſi dictis Monialibus, ſaluo iure detractionum in alio iudicio; ſiquidem non poterat iudicare ſuper detractionibus non petitis, quia oportebat hæredes illas excipiendo 47
proponere, ſi volebant executionem retardare, ex Decian. *conſ.* 85. *lib.* 2. Peregr. *de fideicomm. art.* 50. *n.* 83. *in fin.* Vnde ſi detractiones non ſunt petitæ, nec in iudicium deductæ, non tenetur Iudex ſuper eis pronunciare: ſed ſi in alio iudicio eas deducendas reſeruauit, 48
eius ſententia exequenda eſt in reſtitutione bonorum fideicommiſſi, nec poteſt impediri, vt ex Ruin. *conſ.* 12. *col. vlt. verſ. nec obſtant, lib.* 2. Soc. Iun. *conſ.* 67. *n.* 19. *lib.* 1. Bertaz. *conſ. ciu.* 117. *numer.* 4. Marzar. *in epit. fideicomm. q.* 70. pulchrè Peregr. *de fideicomm. art.* 50. *num.* 83. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 672. *n.* 15. 16. *verſ. Iſtam diſtinctionem.*

Non erant ergo dictæ Moniales dilaniandæ, nec iudicium pro eis motum erat differendum ex detractionibus non petitis, ſed ſummariè erat procedendum per præcepta etiam de ſoluendo; quia ſi hæres non inficiatur te- 49
ſtimonium, ſed illud ſit legale, & authenticum, tunc in legatis, & fideicommiſſis proceditur ſummariè, & executiuè ſine ſolemni libello contra hæredem graua-

tum, provt eſt textus *in §. illud*, vbi gloſſa *in verſ. decreto*, vbi etiam Ang. notat *in Auth. de hær. & falcid.* Alex. *in d. l. vlt. ſub n.3.* vbi Iaſ. *n.6. C. de edict. D. Adr. toll.* Iaſ. *in l. pactum inter hæredem, n. 7. de pact.* & *in l. quæ de legato, n.5. de leg.1.* Dec. *in l. in teſtamentis, n.6. de reg. iur.* Soc. *conſ.103. in princ. lib. 3.* Alciat. *in l. pecuniæ, §. actionis, de verb. ſign.* Natt. *conſ. 626. num.25.* pulchrè, & latè Becc. *in conſ. 17. n. 6. 7. & per totum*, vbi de communi teſtatur. Peregr. *de fideicom. art.48.n.4. verſ. executiuè*, & *art. 48. n.56.57.58.59.60.* Cyriac. *d. contr. 12. n. 4. 5. 30. p. 1.*

Non obſtant in contrarium adducta, quæ ex prædictis iam reſoluta remanent, & aliena à caſu noſtro apparent, in quo etiam animaduertendum eſt, quod ſtante poſſeſſione per eas adepta Iudicis miniſterio, licèt prius eſſent actrices, tunc tamen rei partes ſuſtinent, nec tenentur ad aliquam probationem, ex textu *in l. cum de indebito, ff. de probat.* & cenſuit Rota *in cauſ.*
50 *Comenſ. decimar. die 8. Iunij*, & *in alia Rom. de Bombellis, 31. Maij 1613. coram Sacrato*, vt apud Poſthium Rot. *deciſ.9.n.39.* vbi etiam idcircò docet hoc caſu hæredem, qui priùs erat reus, factum eſſe actorem, & teneri docere de iure ſuo, vel viâ ordinariâ & petitorio; & quatenùs aggrediatur viam extraordinariam manutentionis, debere in continenti docere de iniuſtitia ſententiæ abſque vlla dubietate iuris, vel facti, aliàs immiſſus eſt manutenendus, quia iuſtè poſſidet, qui Prætore authore poſſidet, *l. iuſtè poſſidet, ff. de acquir. poſſeſſ.*

Nec obſtat, quod dicti fratres de Nigris fortè ignorauerint proceſſum, & ſententiam latam in ciuitate Corrigij, & ſequeſtra fructuum; nam hoc non eſt veriſimile, quia ab amicis, & colonis credendum eſt omnia intellexiſſe, cùm acta fuerint publica, & ſæpiùs publicata ad loca publica Corrigij; & dum coloni non reſpondebant eis de fructibus ob ſequeſtrum, credendum eſt, fuiſſe ab eis certioratos de lite ſibi mota; & longa taciturnitas ipſorum patiendo quod fructus bo-
51 norum ab aliis perciperentur, non admittit hanc ignorantiam, quia hæc eſt communiter nota, *ex c.1. de poſtul. Prælat.* & *l. ſi ſciſſes, iunct. l. tutor, C. de admin. tut.* Puteus *deciſ. 147. lib.1.* Coſt. *de iur. & fact. ignor. inſpect.95. n.5.* Caſtr. *conſ.432. n.4. lib. 1.* & ſufficit nobis fuiſſe ſeruatam formam Statuti loci in eis citandis, quia valet Statutum, quod forenſes citentur ad portam, vel Arrengheriam, vt per Alex. *conſ.120. n.10.11. lib.7.*
52 quo Statuto ipſi forenſes ligantur tum ratione bonorum, quæ poſſidebant in territorio ſtatuentium, Crau.
53 *conſ.271.n.2.* tum quia reſpicit ordinatoria iudicij. Carpan. *ad Stat. Mediol. in prælud. n.679.* Maſcard. *de Stat. interpr. concl.6. n.195.196.* ſi enim Statuta poſſunt efficere, vt contumax habeatur pro confeſſo, vt quotidie in foris practicatur, quantò magis poſſunt efficere, vt habeatur pro præſente, vt hîc Statutum Corrigij, cuius forma cùm ſit ſeruata, vt fieri debet, ad tradita per Alex. *d. conſ.120. ſub n. 10.* non eſt dubitandum, quin dicti fratres fuerint verè contumaces, & pro ſcientibus habeantur, & pro præſentibus; vnde cum nihil oppo-
54 ſuerint præceptis, & ſententiis contra eos emanatis, habentur pro confeſſis, ad textum *in l. locorum*, vbi gloſſa *in verb. confitentur, C. de omni agr. deſert.* Cyriac. *contr.67. n.39. lib. 1.* & ideò ſolùm nunc ſupereſt, vt ſuas deductiones in iudicio proponant, vel amicabiliter componere ſtudeant, quia agunt cum Eccleſia, quæ eſt veritatis vltrix, & quod ſuum eſt, facilè obtinebunt. Hæc cauſa in ſecunda inſtantia fuit ventilata Romæ, & tandem propoſita in Rota, ponente Reuerendiſſimo Corrado, & deciſum ad fauorem Monialium; & eis dandam eſſe manutentionem, declarauit Rot. Rom. ſub die 7. Martij 1645. vt dictum fuit in præcedenti capitulo.

# CAPVT CCVII.

## Epitome.

Fures conſtituti in gradu Eccleſiaſtico, quando poſſint deponi, vel ad triremes tranſmitti.

## SVMMARIVM.

1 *Tortura purgat omnia indicia, etiam indubitata.*
2 *Indicia grauiſſima purgantur per torturam, ſi reus fuit ſufficienter tortus.*
3 *Tortura etiam illata à Iudice incompetenti purgat indicia.*
4 *Depoſitionis pœna imponitur pro furto, & homicidio.*
5 *Conatus non punitur effectu non ſequuto.*
6 *Homicida punitur effectu non ſequuto, ſi prouenit ad actum externum.*
7 *Affectus punitur, quando deſcenſum eſt ad actum proximum, & irreuocabilem.*
8 *Punitur trahens cum baliſta, licet non ſequatur effectus.*
9 *Conatus non ſequuto effectu de conſuetudine non punitur, niſi extra ordinem.*
10 *Affectum non puniri effectu non ſequuto eſt conſuetudo vniuerſalis, & notoria.*
11 *Affectus in atrociſſimis punitur pœna ordinaria, & non ſequuto effectu.*
12 *Conatus vt puniatur effectu non ſequuto quæ requirantur, remiſſiuè.*
13 *Homicida tenetur tantum de vulnere, ſi mors non ſequatur.*
14 *Homicida Clericus damnatur ad triremes de conſuetudine.*
15 *Homicida tenetur ſemper ad damna partis offenſæ.*
16 *Furti pœna in Clerico, & Sacerdote eſt depoſitio.*
17 *Furtum numeratur inter grauia delicta.*
18 *Furtum magnum dicitur graue delictum.*
19 *Furtum an ſit magnum, vel enorme remittitur arbitrio Iudicis.*
20 *Fures Eccleſiaſtici an ſint degradandi.*
21 *Latro ſi ſit Sacerdos, degradari debet.*
22 *Fur quando ſit detrudendus in Monaſterium, ſi eſt Eccleſiaſticus.*
23 *Depoſitionis pœna quomodo procedat in fure, & latrone.*
24 *Latro plus delinquit, quàm fur.*
25 *Deponitur Sacerdos fur pro furto, latro acriùs punitur.*
26 *Fur Sacerdos incurrit infamiam.*
27 *Furtum generat infamiam, & quando.*
28 *Detruſionis in Monaſterium pœna receſſit ab aula.*
29 *Carcer perpetuus ſucceſſit loco pœnæ detruſionis in Monaſterium.*
30 *Detruſionis in Monaſterium, & perpetui carceris pœnæ æquiparantur.*
31 *Clerici hodie pœnis vel carceribus mancipantur, vel triremibus deſtinantur.*
32 *Depoſitio eſt ab Altaris miniſterio perpetua remotio.*
33 *Depoſitus Clericus non deſinit eſſe ſub iuriſdictione Eccleſiæ.*
34 *Depoſitio verbalis quomodo fiat, & quid requiratur.*
35 *Depoſitio poteſt fieri à ſolo Vicario, degradatio à ſolo Epiſcopo.*
36 *Captus in delicto quis dicatur.*
37 *Clericus non deponitur, niſi pro furto magno.*
38 *Pœna mitigatur ob rei modicitatem.*

39 *Furtum*



39 *Furtum vnius paris vaccarum an dicatur magnum.*
40 *Furtum eſſe magnum arbitratur Iudex.*
41 *Furtum magnum dicitur reſpectu paupertatis illius, cui furtum factum eſt.*
42 *Furtum de porco factum ruſtico pauperi dicitur magnum.*
43 *Erubeſcimus ſine lege, vel ratione loqui.*
44 *Furtum vnicum magnum quomodo puniatur.*
45 *Depoſitionis pœnam raro Iudices Eccleſiaſtici imponunt.*
46 *Triremium pœna eſt cognita etiam de iure Canonico.*
47 *Clerici poſſunt damnari ad triremes, non Sacerdotes.*
48 *Pœna triremium quibus non infligatur.*
49 *Remigandi pœna accedit loco damnationis in metallum.*
50 *Triremium pœna in foro Eccleſiaſtico imponitur etiam Sacerdotibus, ſaltem de conſuetudine.*
51 *Ergaſtulorum conſtitutio quomodo obſeruetur.*
52 *Sacerdotes quomodo ad triremes damnentur.*
53 *Irregularis non eſt Iudex condemnans reum ad triremes, condemnatus ſic.*
54 *Degradatio actualis an requiratur in damnato ad triremes.*
55 *Degradatio quando ſit neceſſaria.*
56 *Triremium pœna quando poſſit imponi.*
57 *Fur ſi eſt Clericus, deponitur, & beneficiis priuatur.*
58 *Pœna augetur ob geminationem delictorum.*
59 *Ergaſtulorum edictum pro carceratis ſuſtinendis Religioſis.*
60 *Regulares debent concurrere pro cauſa ergaſtulorum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

De anno 1622. quidam Sacerdos fuit inquiſitus, quia ſtupratus ſit puellam non ſine vi, & inſidiis, & quod patrem puellæ tentauerit occidere laxando contra eum rotam bellici inſtrumenti, quo vulneratus remanſit, ſed reconualuit; & quod eidem ſurripuerit par boum fœminarum, & quod alteri ſuſtulerit duc. 260. & de aliis etiam furtis fuit diffamatus, & proceſſatus. Verùm ipſe reus conſtitutus, de plano confeſſus eſt vulnus illatum, & furtum boum, cætera conſtanter negauit; ſed quia erat valdè indiciatus, fuit etiam acriter tortus, nihil tamen addidit prioribus dictis. Vnde ſtante proteſtatione, quod torquebatur tantùm ſine præiudicio rei confeſſi, vel conuicti, ipſe ſuſtinendo in tor-
1 tura purgauit omnia indicia contra eum exiſtentia quoad alia, quæ non fuerat confeſſus, quia hoc eſt de natura torturæ, in qua ſuſtinens veritatem dixiſſe præſumitur, etiamſi inditia fuiſſent vrgentia, & indubitata, gloſſa *in l. edictum, in verb. efficaciſſima*, vbi Alber. *num. 2. ff. de quæſt.* Alex. ad Bart. *in l. vnius, §. reus, num.2. ff. eod.* Cæpol. *conſ. crim.32. numero 18. verſ. Sed tamen,* Burſat. *conſ.97. numero 24. lib.1.* Clar. *in prax. §. fin. quæſt.64. verſ. illata verò*, Chartar. *in pract. inter reorum, lib.4. cap.1. numero 13.* Farin. *in prax. quæſt.4. num.26.*
2 & *quæſt. 40. num. 2.3.* & *num.8.* vbi de magis communi. Gaball. *caſ. 93. n.29.* Guazzin. *de defenſ. reor. p.2. defenſ...* *num. 1. 2.* vbi latiſſimè id comprobat, etiamſi indicia eſſent vrgentiſſima, & indubitata, dummodo reus fuerit ſufficienter tortus: pulchrè etiam doctiſſimus Caren. *tract. de Off. S. Inquiſit. part. 3. tit. 10. §.24. num.181.* vbi probat, quod mirabilis adeò eſt vis torturæ, vt purget
3 indicia, etiamſi illata fuerit à Iudice incompetenti, & allegat Simancam, & Carenam dicentem ſe vidiſſe ita practicari, & ſanè credendum eſſet dicto Carenæ, qui eſt vir multùm eruditus, & valdè practicus, maximè in cauſis Sancti Officij, vbi ſæpiſſimè rei ſolent torqueri.

Ideò ſolùm remanebat videre, quomodo eſſet expediendus quoad ea, quæ dictus reus fuit confeſſus, ſcilicet



furtum bouum, & homicidium attreſtatum. Et ſanè aperta videtur deciſio, quod deponendus ſit, quoniam pro
furto, & homicidio imponitur pœna depoſitionis, vt 4
habetur *in c. Preſbyter, diſt. 81.* & *in c. cùm non ab homine*, vbi DD. *de iudic.*

Nec videtur oſtare, quod non fuerit ſequutus effectus, quia ille vulneratus non obiit; quaſi non pu-
niatur conatus, ſeu affectus non ſequuto effectu, ex 5
gloſſa *in l. ſi quis non dicam, in verb. ſed attentare, verſic. regulariter, C. de Epiſc. & Cler.* quia hoc fallit in homicidio, in quo ſolus occidendi animus ad aliquem actum perductus, mortis pœnam meretur, etiam homi-
cidio non ſequuto, per textum *in l. is qui cum telo*, vbi 6
gloſſa *in verb. Ambulauerit*, Bart. Odofred. Angel. & Marſil. *C. ad leg. Cornel. de ſicar.* & *in l. 1. §. Diuus*, vbi Bart. *num. 1. ff. de ſicar.* & *in §. Item lex Cornelia, Inſt. de public. iud.* pulchrè Caſtr. *in l. 1. §. hæc autem verba, poſt num. 2.* vbi Bolognet. *num. 1. verſ. & dubitationem,* & *numero 17. in fin. ff. quod quiſque iur.* & hoc maximè procedit, quando deuentum eſt ad actum proximum,
& irreuocabilem. Farin. *quæſt. 123. num. 101.* & *q.124.* 7
*numero 41.* Chartar. *deciſ. crim. 66. num. 1. verſ. Ac ita quoque*, provt hîc factum eſt, laxata enim rota, & ſclopo emittente igneam pilam, & vulnerato homine videtur, quod reus nihil vltra facere potuerit, iſte enim eſt actus valde proximus, & quia retractari non poteſt,
vt in ſimili de eo, qui traxit dardum cum baliſta di- 8
xerunt *ex l. 1. §. Diuus, ff. de ſicar.* Alber. *in d. l. is qui cum telo, num.2.3.* Afflict. *in conſtit. regn. rub.12. de percuſ. illic. cum arm. num. 11. verſ. Et eſt ſciendum, lib. 1.* Grammat. *vot.9. num. 20. in fin.* Menoch *caſ. 360. num.36. in fin.* pulchrè Farin. *q. 123. n. 106. verſ. vbi actum proximum,* & *n.124. n.10.*

Verumtamen hæc vera ſunt de iure communi, & quoad pœnam extraordinariam imponendam, quia de generali conſuetudine totius Italiæ, & fortè totius mundi conatus non punitur eadem pœnâ, etiamſi deuentum ſit
ad actum proximum, non ſequuto effectu, ſed alia mitio- 9
ri pœna plecti debet pro vulnere, vel inſultu, iuxta qualitatem facti arbitrio iudicis: Bald. *in l. data opera, numer 51. C. de his qui accuſ. non poſſ.* Oſaſch. *deciſ. Ped. 19. n. 4. verſ. in contrarium.* Clar. *in §. homicidium, n. 65. verſ. Vltimò*, & *in §. fin. q.62. in princ.* Bertaz. *conſ.275. n. 11. lib. 2.* Peguer. *deciſ. 7. n. 13.* Menoch. *caſ. 360.*
*num.92.* latiſſimè Farin. *in prax. q.124. n.78.79.80.81.* 10
*& ſeqq.* pulchrè Guazzin. *de defenſ. reor. p. 2. defenſ. 33. c.24. n.6.* vbi ſæpiùs de magis communi, & quod eſt conſuetudo ſic generalis, & notoria in toto mundo, vt non egeat probatione, vbi tamen docet, quod grauiùs debet puniri, qui deuenit ad actum proximum, quàm remotum, ſed ſemper pœnâ extraordinariâ; & ita etiam docuit de legali ſcientia benemeritus Caren. *de S. Off. p. 2. tit. 12. num. 282.* quod tamen non admittit in delictis atrocibus, & atrociſſimis, in quibus ſi deuentum ſit ad
actum proximum, & irretractabilem, docuit reum poſſe 11
mulctari pœnâ delicti ordinariâ, vſque etiam ad mortem, & refert multos caſus, in quibus ita ſeruatum fuit, vt videre eſt apud dictum Caren. *d. tit. 12. numero 276. 277. & ſeqq.* cui adhæreo libenter, quatenus arbitrium tali caſu Iudici conceſſum ampliatur, vt ad mortem quoque poſſit extendi, non autem vt neceſſitetur ad talem pœnam imponendam, quia ex circunſtantiis, & qualitate facti, ac perſonarum poterit fieri, vt non conue-
niat ordinariam imponere pœnam etiam in atrociſ- 12
ſimis, dato etiam quod eſſet deuentum ad actum proximum, & quatenus Iudex velit tunc aliqua ratione ordinariam imponere pœnam, debet obſeruare requiſita, de quibus Guazzin. *d. c. 24. n. 7.* vbi vide.

Sed hic non eſt caſus noſter, quia verſamur in ſimplici homicidio attentato, in quo cũ mors non fuerit ſequuta, reus tenebitur tantũ de vulnere, & extra ordinẽ puniendus erit, grauiùs tamen, quia deuenit ad actũ proximum.

Guazzin. d.c.24.n.6. ideò cùm iure communi pro ho-
13 micidio Clericus,vel Sacerdos deponendus ſit,d.c.Pres-
byter , vel ſecundùm conſuetudinem ad triremes con-
demnari debeat, vt inquit Farin. d.q. 114.n. 55.Char-
tar. deciſ. crim. 65. num. 38. ſequitur , quod iſte Sacer-
dos ſit puniendus aliâ mitiori pœnâ pecuniariâ , vel
14 carceris , vltra damna partis offenſæ , ad quæ omninò
tenetur , vt per Farin. q. 119. num. 93.

Ideò reſtat videre, quomodo ſit expediendus iſte reus
in cauſa furti , quod confeſſus eſt , & pariter habemus
textum expreſſum , quod ſit deponendus , prout legi-
tur in d. c. Presbyter , 81. diſt. c. cum non ab homine , vbi
Abb. & DD. de iud.c. tuæ , de pœn.vbi Ioan. And.& DD.
Hoſt. in ſumm. de accuſ. §.quis ſit effectus, num.14. verſ.&
genera , Archid. & Turrecrem. in d.c. Presbyter , latè
Diaz in pract. crim. can. c. 90. n.1.2. vbi etiam Lopez
lit. A , vbi alios allegat.Bonac.de cenſ. in genere,diſp.4.
15 propoſ. 2. n. 6. Foller. in pract. crim. can. p. 2. c. 2. n. 2.
Farin. de furt. q. 167. n.9. & fragm.p. 1. verb. Clericus,
n. 316. latè Chartar. deciſ.crim. 11. n.11. vbi alios alle-
gat. Barboſ. de off. Epiſc. p.3. alleg. 110.n. 10. nam cri-
men furti inter grauia delicta numeratur , vt in d.c.cùm
16 non ab homine , de iud. & in §. nunc autem,diſt.26. Abb.
in c. cùm contingat, ſol.6.de for. compet. Diaz d. c.90. in
princ. Foller. d. c.21. n. 1. quod tamen intelligitur de
furto magno ; tunc enim iure merito graue delictum
cenſetur, ex Abb.conſ. 25.numer. 1.in fin. lib.1. Clar. in
prax. crim. §. furtum, num. 6.vbi Baiard. id remittit ar-
17 bitrio Iudicis, quando dici poſſit enorme,vel egregium
furtum ; & ideò teſtatur Diaz. d. c. 90. ſub n. 2. verſ.
Quis enim , in Hiſpania inualuiſſe conſuetudinem , vt
pro vno magno furto reus furcâ ſuſpendatur.

Sed difficultas eſt,an etiam vltra depoſitionem debeat
fur etiam degradari, & in arctum Monaſterium detrudi
ad pœnitentiam peragendam ſi reus ſit Clericus,vel Sa-
18 cerdos ? Et videtur dicendum , quod ſic , ex c. tuæ , de
19 pœn. vbi Innoc. III. ſtatuit,Clericos in latrociniis de-
prehenſos degradatos à ſuis Ordinibus in arctum Mo-
naſterium debere detrudi , & ex c. at ſi Clerici, §. 1. de
iud. ſic ſumpſit Hoſt. in ſumm. in tit. de condict. furt. in
§. fin. & hanc partem latè tuetur Diaz d. c. 90. n.1.verſ.
Ego verò , docens , inter furem , & latronem non eſſe
differentiam , niſi in nomine ; & cum eo ſentire vide-
tur Farin. de furt. d. q. 167. n. 9. verſ.Si verò, vbi docet
Clericum furem manifeſtum eſſe deponendum , & in
Monaſterium detrudendum.

Verumtamen in ſimplici fure ſolam depoſitionem
pro pœna eſſe imponendam,iuxta textum in d.c. Presby-
20 ter,& c.cùm non ab homine,verius,& receptius cenſuerunt
DD. & detruſionem in Monaſterium habere locum
ſolùm in latronibus , iuxta d. c. tuæ,de pœn. ponderando
21 verbum, latrociniis,in eo poſitum, quia magis delinquit
latro , quàm fur ; is enim clandeſtinè, & ſine violentia
furatur , latro verò etiam publicè , & violenter , ideò
hic acriùs punitur, fur verò ſolùm deponitur ; ita Hoſt.
22 in d.c. tuæ , in verb. latrociniis , vbi etiam Abb. n. 1. &
DD. de pœn.ad rem Abb. in c. at ſi Clerici, n. 39.de iud.
Aret. in d. c. cùm non ab homine , ſol. 9. verſ. Aduerte
23 tamen , eod. Archid. & Turrecrem. in d. c. Presbyter ,
diſt. 81. pulchrè etiam contra Diaz docet Foller. in d.
prax crim.can. p. 2. verb. vel furtum, q. 21.n. 3. vbi mul-
tas rationes adducit : latè etiam Didac. Canter.qq.crim.
24 cap. 8. rub. de furt. n. 9. Farin. d. q. 167. num.9. verſ.
25 Curiæ ſeculari, & dict. verb.Clericus , n.318. Ideò Cleri-
cus pro ſimplici furto ſolùm eſt deponendus , non de-
gradandus,vel in Monaſterium detrudendus,non tamen
26 euitabit infamiæ pœnam,ex c.infamis,6.q. 1.§.Hic colli-
gitur,2. quæſt.3. l.ſi furti,vbi gl.& DD. C.ex quibus cauſ.
infam. irroget. dummodò ſequatur condemnatio in pœ-
nam ordinariam,l.non poteſt,vbi gl.& DD. ff.de furt. Fa-
27 rin. d. q. 167. n. 10. 11. 12. & cùm hæc ſit communis
opinio,non eſt curandum de his,quæ tradit Diaz d.loco,
quia ab omnibus reprobatur , nec conſentit Farin. d.
loco , ſi bene conſideretur.

Et quatenus vera eſſet opinio Diaz , non eſt tamen
practicabilis , quia hodie illa pœna detruſionis in Mo-
naſterium receſſit ab aula , & non eſt ampliùs in vſu ; 28
tum quia Iudices Eccleſiaſtici rariſſimè imponunt
pœnam depoſitionis : tum quia iam omnia Monaſte-
ria ſunt ab Epiſcoporum iuriſdictione exempta , ideò
non poſſunt Ordinarij aſſignare reis locum in Mona-
ſteriis ad pœnitentiam : ſic pulchrè Diaz in d. pract.
crim. can. c. 139. numero 1. verſ. Sed hoc, vbi etiam
Lopez litter. A, & c. 146. num.3. verſ. Quam equidem,
& Chartar. deciſ. crim. 66. num. 123. Clar. in pract.
crim. §. fin. q. 70. verſ. Sunt etiam , vbi Drogh. & ideò
hoc ſtante loco Monaſterij reus eſſet detinendus in car-
ceribus in perpetuum, vel ad tempus , iuxta qualitatem 29
facti , vt in carcere agat pœnitentiam comedendo pa-
nem doloris , & bibendo aquam triſtitiæ , ad textum
in c. quamuis,de pœn.in 6.c.nouimus,de verb.ſignif. c. pen.
ad fin. de hæretic. Petr. à Plaz.in epitom.delict. lib.1.c.11.
n. 14. ad rem Farin. q. 19.n.31. vbi videtur etiam æqui- 30
parare pœnam detruſionis in Monaſterium , & pœnam
perpetui carceris.

Vnde videmus practicari tam Romæ , quàm alibi,
vt Clerici non tradantur amplius Monaſteriis , ſed
vel carceribus mancipentur , vel triremibus aſſignen-
tur. Farin.d.q.19. n.14.Guazzin.d.defenſ.33.c.4.n.9.10.
hoc tamen non videtur poſſe procedere in ſimplici fure, 31
quia ſolâ depoſitione punitur, ex textu in d.c.Presbyter,
& d. c. cùm non ab homine : in quo duo ſcire oportet,
depoſitionem eſſe degradationem verbalem , & nihil
aliud eſt , quàm ab Altaris miniſterio perpetua re-
motio , vt per Abb. in d.c. at ſi Clerici , n.7. vbi DD. de
iudic. Diaz. in d. pract.c. 138. n. 1. latè Farin. d.q. 19. 32
ſub n. 49. pulchrè etiam Monach. de arb. iud.caſ. 415.
n. 1. & per totum , vbi declarat materiam, & latiùs
etiam Graſſ. de eff.cler. eff. 1. num. 814. & ſeqq. vbi de-
clarat materiam degradationis , & ſimplicis depoſitio-
nis , vnde ſimpliciter depoſitus non deſinit eſſe ſub iu-
riſdictione Eccleſiæ , d. c. cùm non ab homine, vbi DD.
de iud. Menoch. d. caſ. 415. n. 2. latè Graſſ. d. eff.1. 33
numer. 821. & ſeqq. Vnde in depoſitione ſimplici , ſeu
degradatione verbali non requiritur vlla ſolemnitas,&
ſatis eſt ſententia Epiſcopi, vel eius Vicarij, qui priuat
Clericum exercitio Ordinum , vt ex c. accedens, 50.
diſt. & c. veritatis , de dol. & contum. inquit Specul. in
tit.de accuſ.§.1.verſ.Et nota,pulchrè Menoch.d. caſ.415.
n. 8. 9.vbi tradit etiam formam ſententiæ in hoc pro-
poſito ferendæ ; ſic etiam Farin.d. q.19. ſub n. 49. vbi
alios allegat.Graſſ. d. eff.1.n. 815. nec debet ignorare, 34
quod Vicarius poteſt ad verbalem depoſitionem pro-
cedere , ſolus verò Epiſcopus ad actualem degradatio-
nem, iuxta formam Concil. Trid. ſeſſ.13.c.4. de reform.
vt probat Sayr. de cenſ. lib. 5.c. 20.n. 18. Franc. Leo in
theſ. for. Eccl. p.1.c. 4.n. 47. 48. Suar. de cenſ. diſp. 30.
ſect. 1.n.19. Henriq. in ſum. lib. 13. c. 43. §.5.Piaſec.in 35
prax.c.4.n.93.in fin.Barboſ.de off.Epiſc.p.3.alleg.110.n.7.
& ad Concil.Trid.d.c. 4. num. 4. vbi alios etiam allegat.

Alterum eſt,ad quod animaduertere oportet,quia iura
in d.c.Presbyter , & c. tuæ , & c. cùm non ab homine, vi-
dentur loqui de Clerico capto,vel deprehenſo in furtis,
& latrociniis ; ideò ne putes Clericos non aliter eſſe
puniendos , & deponendos, niſi in fragranti crimine
comprehendantur , quia in hoc propoſito dicuntur 36
capti , & comprehenſi in delicto non ſolùm per rei eui-
dentiam , ſed etiam quando ſunt confeſſi , vel conuicti,
vel per ſententiam condemnati, ex c. veſtra,& c. vlt. de
cohabit, Cleric. pulchrè inquit gloſſa in d.c.Presbyter, in
verb.captus,vbi etiam Archid. n.3.in fin.& Turrecrem.in
princ. ante n.1. diſt.81. & DD. in d. c.cùm non ab homine.

Nos autẽ verſamur in reo confeſſo , ideò non videtur
dubitandũ,quin ſit locus depoſitioni : verùm quia noſtri
DD.



DD. negant Clericum eſſe deponendum , niſi furtum
ſit magnum,vt per Abb.in d. c.tuæ,vbi DD.de pœn.Anan.
37 in c. ex litteris , ſol. 5. de furt. vbi dicit non puniri ſic
Clericum,niſi furtum ſit magnum.Greg.in l. Regia,l.61.
tit. 6.p. 1. Lopez ad Diaz in d.pract. crim. can.p.2.verb.
Vel furtum, q. 21.num.9.in fin. Farin. fragm. p. 1. d.verb.
Clericus, num. 324. quod verum eſſe exiſtimo , quia fa-
tuum eſſet , & crudele pro furto vnius gallinæ,vel ouo-
38 rum , Clericum deponere ; propter enim rei modici-
tatem pœna debet mitigari. Clar. in §. Furtum , ſub
num.32.

Sed difficultas conſiſtit in hoc puncto, quia reus iſte
non videtur fur rei paruæ , cùm ſurripuerit vnum par
39 vaccarum ruſtico montano pauperi : licet enim quoad
ſe furtum non ſit exiguum , tamen reſpectu perſonæ,
cui furtum factum eſt , ratione paupertatis multò magis
magnum dici debet. Nam quamuis remittatur arbi-
trio Iudicis , an , & quando furtum ſit magnum , Me-
40 noch. de arb. caſ. 295. n. 10. & per totum, Peguer. deciſ.
crim. 17.num.7. Farin. quæſt.165.num. 19. tamen ratione
perſonæ furantis , & cui furatur, poteſt dici, quod fur-
tum ſit magnum , licèt ſit parua res , velut ſi ruſtico
41 pauperi auferatur porcus,quia qui aufert ruſtico porcũ,
aufert ei oculum,vt inquit gloſſa in l. illicitas,§.ne tenuis,
ff. de off. Præſid. quam ſingularem dicit Rom.ſingul.706.
Iudex,& ſequitur Menoch. de arb.iud.d.caſ.295.n.11.12.
quem ſequitur Giurb. conſ.68. n. 20. & Hier. Ceuall.in
comm. opin. q. 741. num.6.7. vbi loquitur de furto facto
ruſtico in eius parco ; prout etiam Ioan. Bonif.in tract.
de furt. §. fin.num. 56. verſ. & in arbitrando : ex quibus
apparet hanc eſſe communem DD. ſententiam ; & ideò
licèt Farin. de furt.q. 165.n.19. dicat ſe non credere id
verum eſſe , non eſt curandum de eo, qui loquitur con-
42 tra communem, & nihil allegat, & tamen erubeſcimus
ſine lege , vel ratione loqui,l. qui filium , §. Sabinus , ad
Trebell.l.illam,C.de collat.l.fin.de conſul.lib.12.§.conſide-
remus , in Auth. de Trien. & ſemiſs. Ergo ſi magnum eſt
furtum, quando pauper ſurripit pauperi vnum porcum,
quantò maius erit , ſi ſurripiat vnum par boum ? immò
43 inter ruſticos furtum boum plurimi æſtimatur,quia ſpes
eorum collocata eſt in huiuſmodi beſtiis vtriuſque
ſexus ; ideò cenſeo furtum iſtud magnum dici poſſe,non
tamen ita enorme , vt mors infligi poſſit , niſi aggraue-
tur aliis circunſtantiis quæ animum Iudicis mouere
poſſint ad ita iudicandum , ex Farin. d. q. 165.num. 13.
44 verſ. prima eſt,& num.20.& q. 167.numero 45.& num.47.
vbi teſtatur etiam in magno furto obſeruari , quod fur
condemnetur ad triremes in perpetuum,vel ad tempus,
niſi adſit aliqua qualitas magis aggrauans ; nos autem
non poſſumus quemquam interficere in foro Eccleſia-
ſtico , ideò de pœna mortis non eſt habendus ſermo,
ſed ſatis eſt pœna depoſitionis , qua plectitur Clericus
propter furtum , ex d. c. Presbyter , 81. diſt. & d. c. cùm
non ab homine , vbi DD. de iudic.

Verùm quia raro iudices Eccleſiaſtici ſolent deuenire
ad pœnam depoſitionis , vt inquit Diaz in d.pract. can.
crim.c.139.in princ.verſ. ſed. hoc,dubitatum eſt,an omiſ-
ſa depoſitione liceret dictum Sacerdotem ob furtum ad
triremes condemnare ad remigandum ; etenim certum
eſt hanc pœnam triremium eſſe cognitam , & vſitatam
45 etiam de iure Canonico , vt per Foller. in pract. crim.
can. p.2.c. 9. n. 9.in fin.& ego dixi contr.for.c. 15.n. 65.
ſtante quod ſimiliter pro magno furto in foro ciuili
46 obſeruatur, vt imponatur hæc pœna remigandi, vt per
Farin. d. q. 167. numer. 47.

Verùm non parua ſe offert difficultas , quia licèt in
Clericis minorum Ordinum, & aliorum id admittẽdum
47 eſſet , tamen in Sacerdotibus omninò id fieri non poſſe
defendit Diaz in d. pract.crim.c. 146.num.3. verſ. in Sa-
cerdotibus , vbi iudicat omninò indecens , Sacerdotes
Dei , quibus maior dignitas eſt collata , quàm Angelis,
quantumcunque facinoroſos, tam perpetuo , ac infami
punitionis generi tradi, & ideò in Francia non permit-
titur Clericos ad triremes duci , vt tradit teſte Franc. 48
Duar. 1. de ſacr.Eccleſ.miniſtr. Lopez ad Diaz d.c.146.
verſ. in Regno, & hæc opinio placet Clar.in prax.crim.
§.fin.c. 70. verſ. frequens eſt , niſi delicta Clericorum in
tantùm creuiſſent,vt eorum inprobitas aliter non poſſit
coerceri.

Nihilominùs verior eſt,& magis communis DD.ſen-
tentia, quod etiam contra Sacerdotes iniquos,qui pro-
pter ſuas iniquitates amiſerunt dignitatem Sacerdota-
lem , excepto charactere , & non merentur vocari Sa-
cerdotes,poſſit imponi pœna remigandi in triremibus,
& ſæpiſſimè id practicatur , & obſeruatur non ſolùm 49
in Hiſpania , & Italia , ſed etiam Romæ , & in ſtatu
Eccleſiaſtico ; quia hæc pœna videtur ſubrogata loco
pœnæ damnationis in metallum , quæ in deſuetudinem
abiit, quæ ſicut iure canonico poſſet imponi etiam Sa-
cerdotibus,ita etiam pœna triremium , vt ex c.1.23.q.5.
& Innoc. in c. qualiter, el 2.col.pen.verſ.& ſunt,de accuſ.
ſic obſeruari etiam in Sacerdotibus dixit Lopez ad
Diaz d. c.146. verſ. nec faciendum , in fin. vbi teſtatur ſe
pluries pro grauiſſimis criminibus vidiſſe imponi Sa-
cerdotibus hanc pœnam triremium,non obſtante Diaz
opinione , & hanc conſuetudinem validam eſſe tradit
Nouar.in c. nullam,num.52.18.q.12.& ita obſeruari paſ-
ſim in Ducatu Mediolani teſtatur Clar.in pract. crim.§.
fin. q.70.verſ.frequens eſt , Foller. d.c.9. n.10.Tuſch.litt.
E,concluſ.17. num.20. Prax. Archiep.Neap. c. 79.n.2.in 50
fin. Paul. Grauat. in ſuo theorem.3.num.10.& ſeq.Ricc. in
prax.reſol.301.n.1.verſ.quare. Farin.in prax.q.19.num.14.
vbi teſtatur apud Romanos ita obſeruari in Clericis,&
Sacerdotibus , & q. 119. num. 55. Vgolin. de off. Epiſc.
part.2.c.56.n.3. Caball. caſ.87.num. 6.vbi licèt loquatur
contra Diaconum , tamen non excludit Sacerdotem
propter illam dictionem , præſertim,quæ includit etiam
alios. Guazzin. de defenſ. reor. def. 33.c.4. ſub n.8. vbi
quod ita ſeruatur in Tribunali A. C. & Vicarij , bene
Chartar. deciſ. crim.11.n.13.verſ. iure igitur,& deciſ.66.
n. 124.125.129.& ego dixi dicta contr. 15. n. 65. & ſeq.
latè, & pulchrè Carenas de S.Off.p.3.tit.13.n.33.& ſeqq.

Benè verum eſt,quod hodie dicitur SS.Vrban. VIII. 51
ſtatuiſſe in Vrbe,vt Sacerdotes in ergaſtulo recludantur
fortè ad euitanda dicta inconuenientia,vt annuit Char-
tar. d.deciſ. crim.66. num.38.& n.124.verſ. Vnde : quod
bonum vtique eſſet, ſi deſeruiret pro omnibus,non enim
vidi talem conſtitutionem , & puto fuiſſe factam pro
Regularibus tantùm , & Sacerdotibus ſtatus Eccle-
ſiaſtici , alioquin ſi deſeruire deberet pro omnibus
Eccleſiaſticis ſolius etiam Italiæ , requireretur ingens
numerus ergaſtulorum,& immenſus ſumptus,ideò extra
ſtatum Eccleſiaſticum nondum vidi , vel audiui id pra-
cticari , & ideò firma remanent quæ ſuperiùs diximus,
vt etiam Sacerdotes poſſint ad triremes condemnari.
Carthar.d. deciſ. 66. n. 38. latiſſimè Carenas de.S.Off.
p.3.tit.13.§.3. numer.45. verſ. ſic in ſolemni , vbi refertur 52
caſus Presbyteri ad triremes damnati in Regno Siciliæ
ſub die 9.Septemb. 1640.poſt editam dictam Conſtitu-
tionem ; quod eſt ſignum dictam conſtitutionem non
extendi extra ſtatum Eccleſiaſticum ; veritati tamen
me remitto , quia ſi eius diſpoſitio aliter ſonat,omninò
ſeruanda eſt,alioquin non eſt recedendum à conſuetudi-
ne mittendi reos prædictos ad triremes ad remigan-
dum , ſi demerita Sacerdotum id poſtulent. Sed poſt
hæc ſcripta vidi edictum Eminentiſs. Card. S. Honu-
phrij,datum Romæ ſub die 20.Octob. 1641.circa erga-
ſtulorum conſtitutionem , quod de Regularibus ſolùm
loquitur , & videtur , quod talis prouiſio pro eis tan-
tùm facta ſit ; & ideò in fine huius controuerſiæ regi-
ſtrabitur : & ideò intellexi , quod Clerici ſeculares
mittuntur ad triremes iuxta demerita.

Nec timidus debet eſſe Iudex ad ita iudicandum , ſi
grauiſſima delicta Sacerdotum id requirãt,quia etiamſi

reus ad triremes condemnatus puniatur in eis ob fla-
gella,& fortè etiam aliquo caſu moriatur, non per hoc
53 Iudex efficitur irregularis, quia hæc non eſt pœna ſan-
guinis, quam ſolam imponere prohibitum eſt Iudici
Eccleſiaſtico, ex c. ſententiam ſanguinis, ne Cler. vel
Monac.ſic Vgol.in tract.de irregul.c.5.§.7.& de off.Epiſc.
p.2. c.56. n.3. verſ.primò, in fin.Beller.diſq.cler.p.1.tit.1.
§.5.n.138. Guazzin.de defenſ.reor.defenſ.33.c.4.num.9.
verſ.vbi ſubdit; quod non tamen procedit in ipſo reo
ad triremes damnato, & eò perducto, quia ex hoc ge-
nere pœnæ efficitur infamis infamia iuris, vel facti
in foro exteriori, ſicut qui patitur ictus fuſtium, ex c.
tanti,83. diſt. & c. omnipotens, de accuſat. l.ictus fuſtium,
ff. de his,qui not.infam.Nauar.in conſ.16.n.3. & conſ.17.
n.32. de hære.Vgolin.de offic. Epiſc.d.c.56.n.3.d. verſ.
primò, ad fin. Guazzin. in d.defenſ.33.c.4.n.9. verſ.vbi
ſubdit, Barboſ. de off. Epiſc.p.2. alleg.43.num.15.Lezan.
in ſumm. qq.reg.c.16.num.32. Campanil.in diuerſ.iur.
can.rub.11.c.18.n.16. ex quibus apparet hanc opi-
nionem eſſe valdè communem, licèt ſolùm probabilem
eam dicat Dian. mor.p.3. tract.2. de irregul. reſol.83.in
fin.cui in hoc in praxi nemo adhæret, quia à communi,
& tuta opinione non eſt recendendum.

An autem damnatus ad triremes ſit actualiter degra-
dandus, antequam ad illas mittatur,ſatis controuerſum
eſt, & neceſſariò præcedere debere actualem degra-
dationem, ſicut in mancipato perpetuo carceri, docuit
in terminis Campegius apud Zanchinum in tract. de
hær. cap.20. ad fin. verſ. obſerua denique, & de hoc du-
bitauit gloſſa in c. nunc autem, diſt. 21. ſed nihil firma-
uit. Nihilominus de iure, & de conſuetudine certum
eſt, quod non eſt neceſſaria actualis degradatio in dam-
nato ad perpetuum carcerem, aut ad remigandum in
perpetuum; ſed ſufficere verbalem depoſitionem, ex
c.1. de hæret.in 6.& d. c. tuæ,de pœn.Abb. in c.excommuni-
catus, num. 2. verſ.ſed credo, de hæretic. quem ſequitur
Lopez ad Diaz. in prax. crim. can.c.140.verſ.pœna perpe-
54 tui carceris, & magis in terminis de pœna triremium,
idem Lopez ad Diaz. in dict. pract. c.146. in fin. Franc.
Pœña ad Director. Inquiſit. lib.3. ſchol. 65. fol. 185.
Vgolin. de off. Epiſc.p.2.c.56.num.3.verſ. verùm. Sancta-
rel. de hæreſ.c.26.num.2.latè Farin. eod.tract. c.189. n.13.
& ſeqq. Caren. de S. Off.p.2. tit.1. §. 32. ſub.numer.180.
vbi teſtatur de obſeruantia S. Inquiſitionis, vt tales
ſolùm verbaliter deponantur, Chartar. deciſ. crim. 66.
num. 124. etenim actualis degradatio ſolùm adhibetur
quando Clericus, vel Sacerdos in profundum malo-
rum ita deuenit, vt curiæ ſeculari tradendus ſit, iuxta
textum in d.c.cùm non ab homine, vbi DD. de iudic. latè
55 Farinac.in prax.quæſt.19.num.49. Chartar. deciſ.crim.66.
num.55.56. 57.98.121. & numero 130.verſ.& propterea,
Beller. diſq. cler. p. 1. tit. de fauor. Cler. perſòn. §. 10.
num.5.6.

Verumtamen in hoc caſu nullo modo videtur poſſe
imponi pœnam triremium, quia hæc non infligitur,
niſi pro culpis grauiſſimis, quando de iure infligitur
pœna perpetui carceris, vel detruſionis in Monaſte-
rium: pulchrè Cart.d.deciſ.66.num.123. 124. ſed in ca-
56 ſu noſtro pro furto imponitur ſola pœna depoſitionis,
d. cap. Presbyter, diſtinct. 81. nec poteſt detrudi in mo-
naſterio, niſi pro latrociniis, d. cap. tuæ, de pœn. vel
ſi fiat poſt depoſitionem, & excommunicationem in-
corrigibilis, dict. cap. cùm non ab homine, de iud.
latè per Carthar. d. deciſ. 66. numero 10. Ergo pro ſim-
plici furto non habente qualitatem, quæ mutet ſpe-
ciem,non licet mittere Clericum ad triremes, ſiue in
perpetuum, ſiue ad tempus, quia hæc pœna ſucceſſit
57 loco illius: ſatis ergo erit, quod iſte reus deponatur, &
conſequenter etiam beneficiis priuetur, provt de iure
fieri poteſt, ſicut latè tradit Cartar. dict. deciſ. 11. nu-
mero 10. Benè verum eſt, quod ſi faſſus eſſet, vel con-
uictus de pluribus furtis, grauiùs eſſet puniendus, quia
propter geminationem delictorum pœna augetur, l.3.
in fin. vbi Caſtr.num. 8. C.de Epiſc.audient.l. capitalium,
§. ſolent, & §. graſſatores, de pœn. c. ita nos, 25.q. 2. vbi
gloſſa docet ad augendam pœnam propter iterationem,
vel conſuetudinem delinquendi ſufficere binum actum,
& ex hac multiplicitate furtorum poſſe Sacerdotem
ad triremes condemnari, probauit latè Chartar. d. 58
deciſ. 11. n. 13. ſed hic reus non eſt conuictus, vel
confeſſus,niſi de vno furto; ergo ſola depoſitione mul-
ctari poteſt, d. c.cùm non ab homine,de iud. ſed quia vltra
furtum vulnerauit etiam ſclopi exploſione Andream,
cenſui mulctandum eſſe vltra depoſitionem, etiam
pœna carceris ad tempus,& poſtea exilio à tota ciuitate
Regij ad ſimilitudinem ſententiæ Congregat.crimina-
lis Archiepiſcopatus Mediolani, de qua Chartar. d.
deciſ. 11.n. 13. verſ. Sed Congregatio, cuius caſus qui-
dem erat grauior, ſed ſenili ætate rei Congreg. mota
mitigauit pœnam; hic verò ratione ſenilis ætatis cor-
reſpondet minoritas delicti. Ita, &c. Sequitur tenor
edicti.

Antonius Barberinus, miſeratione Diuina tit.
S. Petri ad Vincula, S. R. E. Presbyt. Car-
dinalis S. Honuphrij nuncupatus, S. D. N.
Prouicarius generalis, &c.

VOlendo la Santità di Noſtro Signore, che ſi
continui l'opera delli ergaſtoli cominciata, e
praticata ſin'hora con frutto, e riputatione
delle Religioni, e de Religioſi medeſimi condannati.
No potendo queſto eſſequirſi ſenza il capitale ſuffi-
ciente alli alimenti de carcerati, & all'altre ſpeſe com-
muni, neceſſarie per il mantenimento di eſſi; acciò
ſi poſſa fare con menor peſo, & incommodo delle me-
deſſime Religioni, doppo ſentiti i Superiori delle
principali di eſſe, per ordine eſpreſſo di Noſtro Signo-
re ordiniamo, & eſpreſſamente commandiamo à tutti
li Generali, Vicarij Generali, ò altri Superiori 59
Generali, di qualſivoglia Religioni, mendicante, e
non mendicante, Monaci, Canonici, Regolari, Preti,
ò Chierici Regolari, anche della Compagnia di
Gieſù, e di qualſivoglia altra Religione, che ricerchi
ſpeciale denominatione, niuno eſcluſo, che con quei
mezi che ſtimeranno più facili, e pratticabili al loro
inſtituto, anche per via d'elemoſine da procurarſi
per mezzo di Predicatori (ſenza però ſpecificar l'ope-
ra) da quelle Religioni, che non poſſono hauer da-
naro alcuno proprio ne commune, ſiano tenuti met-
ter inſieme la maggior ſumma di Capitale, che po-
tranno en il termine di cinque anni proſſimi; per
darne poi, paſſato detto tempo, ſenza altra mo-
nitione auuiſo à Noi, ò altri all'hora deputato Pro-
tettore alla ſudetta opera delli ergaſtoli dalla Santità
di Noſtro Signore; con obligo, però di fare in tanto
ſaper à Noi, ouero altri deputati come ſopra alla
fine di ogni anno, anche non ricercati, quello che
haueranno ſin all'hora raccolto per il ſudetto effeto.
Il qual Capitale diſtinto di ogni Religione, douerà
eſſer impiegato in tanti luoghi de Monti Camerali
non vacabili deſtinati, è vincolati ad effecto,
che il frutto di eſſi ſerua per gli alimenti de i Reli-
gioſi carcerati pro tempore nelli ergaſtoli, ogn'vno
però per li particolari della ſua Religione, e non per
altri. E dettratta la quantità che ſi determina neceſſaria
ogn'anno per le ſpeſe communi, alle quali concorre-
ranno ogn'vna di eſſe, il reſto, & auanzo di quelle,
che non ci haueranno carcerati, ò menor numero 60
di quel che importereà il frutto del loro proprie
capitale, douera ogn'anno di nuouo rinueſtir-
ſi, acciò con il tempo reſti conſtituto, & aſſicurato
reddito



reddito ſufficiente ad ogn'vna di eſſe Religioni per gli alimenti, & altre ſpeſe de i Religioſi condannati alle dette Carceri, ſenza peſo ò grauezza delli Monaſteri, è Prouincie: il che ſin'hora è ſtato di molto impedimento al fine, che ſi è preteſo; ſperando, che baſterà queſto ſtimolo ſenza aſpettario più rigoroſo, e che ogn'vno delli ſudetti Superiori,come già molti di loro ſi ſono offerti, faranno à gara di obedire al commandamento di Sua Beatitudine in coſa di ſi buone conſequenze alla loro Religione. E volendo,che il preſente ordine venghi à notitia di tutte le ſudette Religioni, comandiamo, che ſia notificato à tutti li Procuratori Generali di eſſe, ò altri Superiori habitanti in Roma; e che la detta notificatione ancorche eſtragiudiciale,& in qualſiuoglia modo fatta, habbi forza di publicatione. Dato in Roma li 10. Ottobre 1641.

Fr. Ant. Card. S. Honvphr.
Provicarius.

# CAPVT CCVIII.

## Epitome.

Epiſcopi, & Ordinarij locorum an poſſint diſpenſare in delictis, & irregularitatibus occultis, & manifeſtis, & quando.

## Svmmarivm.

*1 Papa poteſt diſpenſare in omnibus irregularitatibus.*
*2 Epiſcopi poſſunt diſpenſare in omnibus irregularitatibus, niſi eis ſit ſpecialiter prohibitum.*
*3 Furti conuictus eſt infamis.*
*4 Fur an poſſit diſpenſari ab Epiſcopo ad ordines.*
*5 Epiſcopus diſpenſat ſolùm in irregularitatibus ex delicto occulto.*
*6 Depoſitus, vel degradatus à ſolo Papa poteſt reſtitui.*
*7 Ordinarij non poſſunt in iure communi diſpenſare.*
*8 Depoſiti, & degradati plures fuerunt reſtitui.*
*9 Papa reſtituit ad famam, & locum maiores dignitates.*
*10 Depoſitus verbaliter tantùm poteſt reſtitui ab Epiſcopo, non degradatus.*
*11 Depoſitus ob grauiora delicta à Papa ſolùm reſtituitur.*
*12 Epiſcopus reſtituere poteſt Sacerdotem verbaliter depoſitum.*
*13 Furtum ponitur inter delicta non grauiora, ſed tamen depoſitione digna.*
*14 Epiſcopus poteſt diſpenſare in delictis etiam poſt ſententiam, & remittere pœnam.*
*15 Epiſcopus diſpenſat ſolùm in irregularitate facti.*
*16 Epiſcopus quomodo diſpenſet infamiam iuris,& irregularitatem in delicto etiam non occulto.*
*17 Fur non diffamatus, an poſſit ordinari ſine diſpenſatione.*
*18 Delicta occulta non inducunt irregularitatem.*
*19 Delicta occulta non habent vltorem in hoc ſæculo.*
*20 Ordinari quando poſſit delinquens, & criminoſus.*
*21 Irregularitas non inducitur ex delicto etiam enormi, niſi ſit notorium.*
*22 Criminoſus occultus an teneatur abſtinere à celebrando.*
*23 Irregularitas an incurratur à fure, vel alio criminoſo ante ſententiam.*
*24 Adulter quando ſit irregularis.*
*25 Fur, vel adulter an poſſit ordinari ante ſententiam.*
*26 Ordinari an poſſint criminoſi emendati ſine diſpenſatione.*
*27 Irregulares ex delicto etiam manifeſto quomodo poſſint ab Epiſcopo diſpenſari.*
*28 Epiſcopus an poſſit diſpenſare furem ad Ordines.*
*29 Irregulari as tollitur ſublata infamia.*
*30 Epiſcopus quid poſſit circa caſus occultos.*
*31 Supponens nihil diſponit.*
*32 Suppoſitum niſi verificetur, non habet locum diſpoſitum.*
*33 Concilium non tollit Epiſcopis facultates antea eis conceſſas.*
*34 Epiſcopi poſſunt diſpenſare in furto, & adulterio, & aliis delictis minoribus.*
*35 Irregularitas ex quibus delictis incurratur.*
*36 Irregulares quandiu remaneant criminoſi.*
*37 Irregularitas quando ceſſet ſine diſpenſatione.*
*38 Irregularis an poſſit diſpenſari ab Epiſcopo poſt iudicium finitum.*
*39 Irregularitas ad forum contentioſum deducta non diſpenſatur ab Epiſcopo.*
*40 Epiſcopus poteſt diſpenſare irregularem, etiam in foro contentioſo poſt punitionem.*
*41 Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum irregulare, qui tranſegit cum Curia ſuper delicto.*
*42 Tranſactio imponit finem liti.*
*43 Irregularis, qui fuit abſolutus in iudicio, poteſt diſpenſari ab Epiſcopo.*
*44 Epiſcopus ſolus poteſt diſpenſare irregularem, non inferiores Prælati.*
*45 Ordinarij inferiores an differant ab Epiſcopis.*
*46 Confeſſarij poſſunt approbari,etiam ab Ordinariis Epiſcopo inferioribus.*
*47 Irregularis poteſt in caſu occulto diſpenſari, etiam ab Ordinariis inferioribus Epiſcopo.*
*48 Prælati inferiores an poſſint diſpenſare, ſicut Epiſcopi.*
*49 Exemptus, & Prælatus nullius quomodo differant.*
*50 Ordinarij ab Epiſcopis ſola conſecratione differunt.*
*51 Concilium Trid. fauorabile eſt extendendum, & ampliandum.*
*52 Ordinarij æquiparantur Epiſcopis.*
*53 Lex fauorabilis eſt extendenda, & latè interpretanda.*
*54 Ordinarij in iuriſdictionalibus quid poſſint.*
*55 Epiſcopus debet quotannis celebrare Synodum.*
*56 Ordinarij poſſunt facere Synodum.*
*57 Ordinarij tenentur accedere ad Concilium Prouinciale.*
*58 Exempti quando teneantur Synodo Epiſcopali interuenire.*
*59 Ordinarij inferiores poſſunt dici Diœceſani.*
*60 Concilium loquens de exemptis non trahitur ad Ordinarios nullius.*
*61 Par in parem non habet imperium.*
*62 Ordinarij appellatione veniunt etiam Prælati inferiores.*
*63 Ordinarius nullius non eſt in Diœceſi, neque de Diœceſi alicuius Epiſcopi.*
*64 Epiſcopi, & Ordinarij an poſſint ſuper reſidentia diſpenſare.*
*65 Subſidium charitatiuum poteſt peti ab Epiſcopo, & Ordinariis.*
*66 Epiſcopi poſſunt leges, & ſtatuta condere ſine conſenſu Clerici.*
*67 Ordinarij nullius poſſunt condere leges, & ſtatuta.*
*68 Ordinarij nullius poſſunt viſitare, inſtituere, & alia quæ poſſunt Epiſcopi.*
*69 Ordinarij nullius poſſunt approbare Sacerdotes ad confeſſiones audiendas.*
*70 Confeſſores pro peccatis abſoluendis approbare eſt munus Epiſcoporum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NOn puto eſſe omittendum id,quod circa caſum antecedentē fuit quæſitum,an ſcilicet poſt depoſitionē Clerici factam ob furtū valeat Epiſcopus cum eo diſpenſare,

ſpenſare, & ad famam reſtituere, adeò vt ille poſſit vel
ad ſuperiores ordines aſcendere, vel ſuſceptos exerce-
re; de Papa enim non eſt dubitandum, quia ipſe in
1 omnibus irregularitatibus poteſt diſpenſare, quia ſunt
de iure poſitiuo, cui ille ſupereminet, vt per Paul. Barg.
tract. de irregul. p. 6. tit. de furt. n. 27. verſ. Papa. Verùm
de Epiſcopis dubium eſt, quia ipſi non poſſunt diſpen-
ſare in legem ſuperioris; nihilominus videtur etiam,
2 quod ipſi poſſint cum omnibus diſpenſare, niſi eis ſpe-
cialiter prohibeatur, ex c. dilectus, de temp. ordin. In-
noc. in c. niſi cùm pridem, col. 4. poſt med. de renunc.
3 Borgaſ. d. num. 7. verſ. non tamen: nam licèt furti con-
uictus ſit infamis, c. infames 6. q. 1. & promotus ſit à
gradu ſuo deiiciendus, c. de iis verò, diſt. 50. non tamen
4 reperitur in iure prohibitum, ne Epiſcopus poſſit cum
eo diſpenſare, immò habemus textum in c. fin. de furt.
vbi ſi quinque concurrant, ſcilicet quod fur ſponte
furtum confeſſus fuerit, quod ſatisfecerit læſo, quod
infamia non ſurrexerit ex furto, quod peregerit pœni-
tentiam, vel eius partem, & quod ſit idoneus, poteſt
ab Epiſcopo abſque dubio promoueri.

Verùm quia hoc furtum eſt manifeſtum, & deductum
ad forum contentioſum, videtur quod omnino ablata
ſit Epiſcopo poteſtas diſpenſandi, maximè poſt depo-
ſitionem etiam verbalem, ex Concilio Trid. ſeſſ. 24. c. 6.
5 de reform. vbi permittitur Epiſcopis diſpenſare ſolùm
in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto oc-
culto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homi-
cidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum cõ-
tentioſum: ergo hic Epiſcopus non poteſt diſpenſare.

Et hoc procedit etiam ante degradationem, verùm
multò magis poſtquam reus ex delicto fuit depoſitus
verbaliter, vel degradatus actualiter, à nullo præter-
6 quam à Pontifice M. in priſtinum ſtatum reſtitui po-
teſt, quia famam reſtituere ſolius eſt Principis: ita
ex c. 1. & 2. diſt. 50. l. 1. in fin. ff. de quæſtion. gloſſa in
c. contumaces, in fin. diſt. 50. Archid. in c. Clericus, 2.
diſt. 46. Angel. verb. degradatus, verſ. vlt. Silueſt. in
verb. degradatio, verſ. vlt. Maiol. de irreg. lib. 3. c. 22.
num. 5. & poſt Molinam, & Philiuc. ſic docet Bonacin.
de cenſuris in genere diſp. 4. propoſ. 1. num. 4. vbi de hoc
duplicem reddit rationem, quia inferiores Summo
7 Pontifice non poſſunt in iure communi diſpenſare, &
quia depoſitio ex iuris diſpoſitione inducere ſolet pri-
uationem officij, & beneficij, ſine ſpe illius conſe-
quendi.

Nihilominus prædicta non videntur obſtare poteſta-
ti Epiſcopi, quin poſſit diſpenſare cum fure, vel alio
criminoſo poſt depoſitionem, & reſtituere gratioſè in
priſtinum ex iuſta cauſa, & rationabili; multi enim tam
in veteri, quàm in nouo teſtamento à gradu ſuo depo-
ſiti poſt pœnitentiam condignam ſunt reſtituti, vt ha-
8 betur de Aaron idololatriæ reo, Exod. c. 32. & aliis, de
quibus in c. Ioannes, diſt. 50. ſic Athanaſius in epiſt. 75.
ad Neocæſareenſes, cui ſubſcribit Baſilius. Benè verum
eſt, quod ſicut in maioribus dignitatibus depoſitio fit
per Papam, ſic abſque dubio per eundem debet fieri
9 reſti tutio, vt contigit ſub Leone X. Bernardo Cardi-
nali S. Crucis in Hieruſalem, & Federico Cardinali
S. Theodori, quos cùm Iulius II. ob ſchiſma depoſuiſ-
ſet ab ipſo Cardinalatu, Leo ipſos reſtituens priſtinæ
dignitati iuſſit id in conſiſtorio fieri, quod in habitu
ſimplicium Sacerdotum ingreſſi, ibi purpureas veſtes
receperunt; ita reſtitutio Clericorum, & Sacerdotum
verbaliter tantùm depoſitorum, non actualiter degra-
datorum, fieri poteſt per Epiſcopum; verbaliter enim
depoſitus poteſt per ſolum Epiſcopum reſtitui, licèt ſe-
cus ſit in actualiter degradato, vt pulchrè ſic diſtinguit
10 Ioan. in c. Epiſcopus presbyter, 11. q. 3. ex c. contuma-
ces, diſtinct. 1. ſic etiam Abb. in c. ex tranſmiſſa, num. 8.
de renunciat. & hoc tradunt idem Abb. Felin. & Dec.
in c. at ſi Clerici, §. de adulteriis, de iud. & ita reſoluit
diſtinguendo Nauar. conſ. 2. per totum, de iudic. vbi teſta-
tur de communi, vbi depoſitio facta fuit ob adulte- 11
rium, vel alia crimina non maiora, ſecus ſi facta fuiſſet
ob hæreſim, vel alia crimina excepta, quia tunc ſolus
Papa reſtitueret etiam depoſitum verbaliter tantùm; &
ſic communis eſt hæc diſtinctio, vt degradatus à ſolo
Papa reſtituatur; depoſitus verò verbaliter ob minora
delicta etiam ab Epiſcopo deponente reſtituatur, vt per
prædictos DD. traditum eſt, & ſequuntur Bellet. diſq.
cler. p. 1. tit. de fauor. Cler. perſonali, §. 10. n. 9. Sayr. in 12
Flor. deciſ. de iud. deciſ. 2. & de communi teſtatur etiam
Marc. Ant. Genuenſ. in Prax. Archiep. Neap. c. 49. n. 1. 2.
vbi vult id procedere etiam in delictis adulterio maio-
ribus, & in tract. Eccleſ. quæſt. 721. Aloyſ. Ricc. in prax.
aurea, reſol. 221. ſic etiam ſentire videtur Borgaſ. de ir-
regul. p. 6. tit. de Cleric. excomm. n. 32. & n. 35. verſ. ſi verò:
pulchrè Barb. de off. Epiſc. p. 3. allegat. 110. n. 29. vbi hanc 13
diſtinctionem latè comprobat. Cùm igitur furtum non
ſit de maioribus criminibus, ſed inter cætera depoſitio-
ne digna numeretur in d. c. cùm non ab homine, de iud. &
d. c. preſbyter, 81. diſt. dicendum eſt, quod Epiſcopus
cum fure poſſit diſpenſare, argumento eorum, quæ no-
tantur in d. c. at ſi clerici, §. de adulter. vbi DD. de iud.
ita concludit Borgaſ. d. tr. p. 6. tit. de furt. n. 7. verſ. &
tunc, & verſ. Papa, in fin. nam Epiſcopus eſt ad inſtar
Principis, ideò poteſt diſpenſare in delictis etiam poſt
ſententiam, & remittere pœnam, Abb. in c. niſi ſpecia- 14
lis, in fin. de off. deleg. pulchrè Add. ad Genuenſ. in prax.
Archiep. Neap. d. c. 49. in fin.

Et quamuis Epiſcopus ſolùm diſpenſare poſſit in ir-
regularitate facti ad ordines, Nauar. in Manual. c. 27. ſub 15
n. 204. Barb. de off. Epiſc. p. 2. alleg. 43. verſ. 31. Maiol. de ir-
regul. lib. 2. c. 1. ſub n. 15. verſ. omnes igitur; tamen etiam
per indirectum videtur tollere irregularitatẽ iuris, quia
infamia iuris, quæ incurritur ex furto, vel alio delicto, in 16
quo Epiſcopus diſpenſare poteſt, tollitur rectè per diſ-
penſationem Epiſcopi in delicto, quia dum Epiſcopus
diſpenſat quoad delictum, indirectè etiam, & acceſſoriè
abolet infamiam iuris inde conſurgentem peractâ à reo
pœnitentiâ, ex gloſſa celebri in c. prætereà, de vſur. quam
communem dicit Couar. var. reſ. lib. 3. c. 3. n. 3. Lopez ad
Diaz in pract. crim. can. c. 88. littera A, verſ. poterit tamen
Epiſcopus. Nauar. d. c. 27. n. 204. Auila p. 7. diſp. 4. dub. 6.
Henric. lib. 14. c. 5. n. 3. ad fin. Vgol. de irreg. c. 66. §. 5. n. 3.
Bonac. de cenſur. in genere, diſp. 6. q. 3. p. 1. ſub n. 6. verſ. ter-
tiò infamia poteſt auferri per diſpenſationem Epiſcopi.
Tambur. de iur. Abb. tom. 2. diſp. 17. quæſit. 7. n. 7. 11. 12.

Neque obſtant adducta in contrarium, & maximè
textus in c. fin de furt. vbi multa requirit, vt fur poſſit 17
ordinari. Namque dicendum eſt illum textum loqui de
furto occulto, nec indigere aliqua diſpenſatione; non
enim in eo dicitur neceſſariam eſſe diſpenſationem ab
irregularitate, quidquid ibi dicat gloſſa, prout meliùs
ſentit Abb. ibidem, & diſpenſatio eſt neceſſaria ſolùm
in furto manifeſto, ſicut in quolibet notorio peccato, vt
notat Ioan. de Anan. in d. c. fin. in 4. col. poſt medium;
etenim delicta, & peccata occulta non includunt irre- 18
gularitatem excepto homicidio voluntario, vt probatur
ex textu in c. ex tenore, & c. quæſitum, de tempor. ordin.
c. 2. de apoſt. c. ſi Sacerdos, de off. ordin. gloſſa in c. delict. in
verb. ſeruando, diſt. 1. gloſſa in c. ex pœnitentibus, in verb.
non perdidit, ead. diſt. & in c. non erubeſcant, 22. diſt. & c.
conſuluiſti, 2. q. 5. Innoc. in c. tanta, in fin. de ſimon. Abb. in c.
ad audientiam, de renuntiat. latè Borgaſ. tract. de irregular.
p. 1. q. 3. n. 16. & ſeqq. & n. 26. 27. 28. vbi docet, quod deli-
cta occulta non habent vltorem in hoc ſæculo, & ob
hoc etiam, homicida voluntario excepto, poſt peractam 19
pœnitentiam non debet impediri quis in ſuſceptis, vel
ſuſcipiendis Ordinibus miniſtrare: ſic etiam Couar. var.
reſol. lib. 3. c. 3. n. 2. verſ. ſcribit etiã, vbi docet neceſſe eſſe,
quod delictum publicè pateat. Tannerus. tom. 4. diſp. 6. 20
q. 10. dub. 11. n. 227. Coninch de cenſur. diſp. 18. dub. 7. n. 56.
Henriquez



Henriquez lib. 14. c. 5. n. 2. & Auila de cenſ. p. 7. diſp. 4.
dub. 7. concl. 1. vbi docet, quod nullum crimen, quan-
tumvis enorme, inducit irregularitatem ſi non ſit no-
21 torium, præter homicidium, ex d. c. ex tenore, & c. fin.
de temp. ord. Garz. de benef. p. 11. c. 3. n. 118. p. 7. Bonacin.
de cenſur. diſp. 7. q. 3. p. 1. num. 5. verſ. idem, & ſequitur
Dian. mor. p. 3. tract. 2. de irregul. reſol. 93. verſ. verùm,
vbi hanc ſententiam dicit eſſe probabiliorem, & ego
dico communem, & veram, quæ iura, rationes, & au-
ctoritates habet pro ſe valdè irrefragabiles, adeò vt non
ſit curandum de auctoritate Sylu. verb. irregularitas,
q. 14. D. Antonin. p. 3. tit. 28. c. 6. §. 7. Card. Zabarel.
in d. c. fin. de furt. qui etiam pro ſe allegat Merendam,
& Hoſt. necnon Suarez de cenſ. diſp. 48. ſect. 1. num. 17.
qui dicunt, quod talis, qui occultè commiſit crimen,
22 cui infamia ipſo iure annexa eſt, tenetur abſtinere ab
Ordinibus tanquam irregularis, niſi ceſſet periculum
ſe infamandi, quia hæc opinio eſt minùs communis, mi-
nùs probabilis, & minùs rationabilis, & habet canones
contrarium diſponentes in d. c. quæſitum, & c. ex tenore,
de temp. ord. & vt latiùs oſtenſum eſt; ideò mundus non
eſt implendus irregularitatibus, nec ſcrupuli iniiciendi
ſunt, vbi de iure non eſt fundamentum.

Ideò furem poſſe celebrare ſine alia diſpenſatione, vel
ordinari peracta pœnitentia, & interiecto aliquo ſpa-
tio, iuxta d. c. fin. de furt. immò cenſeo quod fur, vel
adulter, aliuſve criminoſus, excepto homicida volun-
tario, non incurrit irregularitatem, etiamſi ſit mani-
23 feſtus, niſi poſt ſententiam; non enim habemus textum
expreſsè dicentem eos incurrere irregularitatem ipſo
facto, immò iura dicunt eſſe deponendos, vt in d. c.
Preſbyter, ibi, deponatur, 81. diſt. & d. c. cùm non ab ho-
mine, ibi: deponendus eſt, de iudic. quæ verba ſonant in
futurum, & ſunt ferendæ ſententiæ, non latæ: gloſſa
in c. ſi quis ex Cleric. de vit. & honeſt. Cleric. Abb. in c.
in quibuſdam, num. 6. de pœn. latè Tiraq. in l. ſi vnquam,
§. reuertatur, C. de reuocand. donat. Tolet. in ſum. lib. 1.
24 c. 6. n. 4. verſ. quando verò: ergo poteſt dici, quod ante
ſententiam fur, ſeu adulter non ſit irregularis, ſed latâ
ſententiâ, ſicut efficitur infamis, ita etiam fit irregularis,
vt ex Tolet. in ſum. lib. 2. cap. 57. n. 2. verſ. eſt etiam iuris
infamia. Sylueſt. verb. infamia, q. 1. Angel. eod. verb. n. 2.
Bonac. de cenſur. diſp. 7. q. 3. p. 1. num. 2. verſ. ſecundò
contingit.

Non dico tamen, quod fur, vel adulter confeſſus, vel
conuictus poſſit ordinari ante ſententiam, quia ſi eſt
25 notorius, & diffamatus, non poterit ob malam famam:
Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 9. n. 3. Bonac. d. p. 1. n. 2. in fin.
non tamen per hoc poteſt dici ita irregularis, vt non
poſſit ordinari abſque diſpenſatione, quia ſatis erit, ſi
emendatus ſit, & fecerit pœnitentiam de peccato; ta-
lis enim irregularitas non durat, niſi quandiu delin-
quens non fuerit emendatus; crimina enim quæ iuris
infamiam non habent annexam, non inducunt irregu-
laritatem, etiamſi delinquens factus ſit infamis ob pu-
26 blicitatem criminis; ideò fur, vel adulter, vel concubi-
narius publicus poſt peractam pœnitentiam, & vitæ
emendationem publicam, interiecto aliquo temporis
ſpatio ad purgandam tantiſper turpem memoriam, po-
terit promoueri, vel celebrare ſine alia diſpenſatione:
ita ex c. infamis, 6. q. 1. Tolet. d. c. 57. num. 4. verſ. Quando
ergo. Filliuc. tract. 19. n. 207. & tract. 20. num. 198. Bo-
nacin. de cenſur. in genere, diſp. 7. q. 3. p. 1. num. 5. 7. vbi
pulchrè, & benè etiam Dian. mor. p. 3. tract. 2. de irre-
gular. reſol. 93. verſ. Notandum eſt, vbi tollit etiam op-
poſitiones Garz. de benef. p. 7. c. 8. n. 64. & ſeqq. Tambur.
de iur. Abb. tom. 2. diſp. 17. q. 7. n. 6. verſ. Tamen ipſe, &
n. 7. & n. 11. 12. 13.

Sed nihilominùs, dato etiam quod fures, adulteri, &
tales criminoſi publici, vel ſecreti eſſent irregulares
ex infamia contracta ex delicto, tamen adhuc poſſunt
ab Epiſcopo diſpenſari, & in priſtinum ſtatum reſtitui,
non quidem directè diſpenſando ſuper infamia iuris, ſed
indirectè diſpenſando ſuper delicto, velut furto, adul-
terio, ſacrilegio, concubinatu, periurio, falſo teſtimo- 27
nio, & huiuſmodi aliis, quæ non ſunt de maioribus;
tunc enim ex ſequela diſpenſando ſuper delicto indire-
ctè tollit etiam infamiam, & ſic irregularitatem. Na-
uar. c. 27. n. 204. Tolet. d. c. 57. num. 4. verſ. dico quartò,
Sayr. de cenſ. lib. 2. c. 11. n. 15. Auila p. 7. d. 4. dub. 6. Re-
gin. lib. 3. n. 190. Henriq. lib. 14. c. 5. num. 3. Vgolin. de
cenſur. c. 60. §. 5. n. 3. Bonac. eod. tract. diſp. 7. q. 3. p. 1. n. 6.
verſ. tertiò. Tambur. d. q. 7. n. 7. 11. 12. & magis etiam in
terminis de fure, vt poſſit Epiſcopus diſpenſare cum 28
eo, docuit Borgaſ. de irreg. p. 6. rubr. de furt. n. 7. verſ. &
tunc, & verſ. Papa autem, in fin. vbi ita concludit; abla-
ta enim infamia, quam Epiſcopus tollere poteſt, ſi eſt 29
iuris, tollitur quoque irregularitas. Suar. de cenſur.
diſp. 48. ſect. 2. n. 10. Bonac. d. q. 3. p. 1. n. 9. ergo Epiſco-
pus poterit cum fure diſpenſare, ſiue ſit occultus, ſiue
ſecretus, ſiue etiam depoſitus, dummodò non ſit actu-
aliter degradatus; quia talis non eſt propriè irregula-
ris. Garz. de benef. p. 7. c. 8. num. 64. 65. 66. & Tambur.
de iur. Abb. tom. 2. diſp. 17. q. 7. num. 11. 12.

Nec prædictis contradicit Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 6.
de reform. dicens, quod liceat Epiſcopis in irregularita-
tibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto
prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio 30
voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum conten-
tioſum diſpenſare, ex quo duo colligi vniuerſaliter poſ-
ſunt; vnum ſcilicet, quod etiam delicta occulta pariant
irregularitatem; alterum, quod Epiſcopus non poſſit diſ-
penſare in irregularitatibus ex delicto manifeſto proue-
nientibus, vel ad forum contentioſum deductis. Gratian.
diſc. 837. n. 12. Sanch. de matr. lib. 2. diſp. 37. n. 12.

Nam circa primum pro reſponſione animaduerten-
dum eſt, quod Concilium nihil ſtatuit circa illud, an
delicta occulta cauſent irregularitatem; ſed ſupponen-
do loquitur, ideò qui ſupponit, non diſponit. Clem. 1.
in fin. de præbend. Rot. diuerſ. deciſ. 592. num. 3. p. 4. Gra- 31
tian. diſc. 675. num. 17. lib. 4. vnde niſi verificetur ſuppo-
ſitum, non habet locum diſpoſitum; l. mancipia, C. 32
de ſeru. fugit. & propterea videtur dicendum, quod
Concilium non inducit nouas irregularitates, nec tol-
lit Epiſcopis facultatem, quam ante Concilium habe-
bant de iure communi. Marc. Anton. Genuenſ. in prax. 33
Archiep. Neap. c. 67. num. 13. in prima editione. Hen-
riq. lib. 13. c. 53. num. 1. Texeda tom. 2. lib. 3. tract. 3. ſub
n. 188. ad fin. ibi, non intendit limitare auctoritatem Epiſ- 34
coporum: ſed Epiſcopi ante conſilium poterant diſpen-
ſare in adulterio, & furto, & aliis delictis minoribus,
d. c. ex tenore, & c. quæſitum, vbi DD. de tempor. ord. c.
fin. de furt. Borgaſ. de irreg. d. p. 6. tit. de furt. ſub n. 7.
Bonac. d. q. 3. p. 1. n. 6. verſ. tertiò, Tolet. d. c. 57. n. 4.
verſ. Dico quartò: ergo etiam poſt Concilium id Epiſ-
copis non erit interdictum, & ſatis erit, ſi Concilium
operetur quoad crimina grauiora, & qualificata, vt per-
duellionis, læſæ maieſtatis, hæreſis, aſſaſſinij, & hu-
iuſmodi, in quibus etiamſi ſint ſecreta, inducitur irre- 35
gularitas, & in omnibus à Concilio datur facultas Epiſ-
copo diſpenſandi cum irregulare, excepto homicidio
voluntario: ex quibus concluditur, quod delicta occul-
ta non pariunt irregularitatem exceptis grauioribus,
quæ etiam ante Concilium illam efficiebant: ſic latè
Tamb. de iur. Abb. tom. 2. diſp. 17. q. 7. n. 7. vbi docet
etiam hæc eadem eſſe permiſſa Prælatis iuriſdictionem
quaſi Epiſcopalem habentibus.

Deinde reſpondetur Concilium loqui propriè de ir-
regularitate, & de illis delictis, quæ efficiunt irregula-
ritatem; ſed adulterum, furem, falſarium, concubina-
rium, & alia ſimilia delicta, excepto homicidio volun-
tario, etiamſi ſint depoſitione digna, & ſint notoria, &
cauſent infamiam, non eſſe verè, & propriè irregula- 36
res, niſi quandiu perſeuerant in peccato; & ideò ceſ-
ſante

ſante facto per emendationem, ceſſat irregularitas ſine diſpenſatione, vt *ex c. quoniam multi 14.q.4. c. præterea, de vſur. iunct. l. improbum fœnus, ex quibus cauſ. infam. irrôg. c. fin. de tempor. ord. c. de his* 2. 50. *diſt.* gloſſa *in 6. fin.* vbi Archid. *diſt.* 35. Lambertin. *de iurpeatr.* 1. *p. lib.* 2. *q.* 9. *art.* 18. *num.* 6. 7. latiſſimè Garz. *de benef. p.* 7. *c.* 8. *n.* 64. *vſque ad n.* 69. vbi multos alios allegat, & *p.* 9. *c.* 3. *num.* 113. 114. latiſſimè Tambur. *de iur.* Abbat. *tom.* 2. *diſp.* 17. *quæſt.* 7. *n.* 11. 12. vbi de communi teſtatur, & dicit ſatis reum videri emendatum, ſi per triennium laudabiliter vixit; irregularitas enim non eſt inducenda, vbi non eſt expreſſum in iure, *c. is qui, de ſent. excomm.* 37 *in 6.* ergo ſi non eſt propriè irregularitas, & ceſſat abſque diſpenſatione, factâ pœnitentiâ, & vita emendata, non erit prohibitum Epiſcopis diſpenſare in tali delicto, & reum pœnitentem ordinare, vel ordines permittere vt exerceat, etiamſi delictum fuerit publicum, & notorium, & non erit contra Concilium, quia hæc non eſt verè, & propriè irregularitas: ad rem Bonac. *de cenſur. diſp.* 7. *q.* 3. *p.* 1. *n.* 5. *verſ. idem.* Dian. *p.* 3. *d. reſ.* 93. cum aliis adductis. Tambur. *d. quæſt.* 6. *n.* 11. 12.

Verùm dato etiam, quod verſemur in aliquo caſu irregularitatem inducente, notorio, & ad forum con- 38 tentioſum deducto, adhuc videtur dicendum Epiſcopum poſſe Reum gratiare, & diſpenſare in irregularitate, quando iam iudicium eſt finitum, & reus eſt punitus, qui etiam tolerauit patienter punitionem, vt cenſuerunt multi Theologi apud Gutierrez *libr.* 1. *qq. can. capit. tertio, ad fin.*

Verùm quia in hoc eſt magna controuerſia, ſtante quod multi cenſuerunt, quod etiamſi finitum ſit iudicium, & reus ſatis punitus; tamen Epiſcopum non poſſe cum eo diſpenſare, quia non poteſt negari, quin delictum ſit deductum ad forum contentioſum, & ſit publicum, quæ enim in iudicio probata ſunt, dicuntur publica; ſed hoc caſu Concilium non diſtinguit, ergo 39 indiſtinctè prohibitum erit Epiſcopis diſpenſare, vt per Gutierrez *d. c.* 3. *ad fin.* Suarez *d. ſect.* 2. *n.* 5. *ad fin.* Fr. Emanuel *in ſumm. p.* 1. *c.* 168. *in fin.* Sayr. *de cenſur. lib.* 4. *c.* 17. *num.* 23. Barthol. de Vecch. *in prax. Nouitior. diſp.* 9. *dub.* 16. *in fin.* Bonacin. *de cenſur. diſp.* 1. *q.* 3. *p.* 2. *num.* 2. *verſ. verum verò.* Garz. *de benef. p.* 7. *cap.* 11. *numer.* 50. Barboſ. *de off. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 39. *num.* 35. Tambur. *de iur. Abbat. tom.* 2. *diſput.* 17. *quæſt.* 6. *num.* 4. *verſ. quod ſi.*

Sed altera opinio eſt verior, & in praxi tutior, & communis, ac probabilis, vt etiamſi delictum ſit publicum, & deductum ad forum contentioſum, niſi ſit de grauioribus Papæ reſeruatis, ſi illud fuit punitum, & peracta, vel ſaltem incepta ſit pœnitentia, tunc licere etiam Epiſcopo (dempto ſemper homicidio voluntario) diſpenſare ſuper tali irregularitate, quia intentum Concilij fuit conſeruare authoritatem iudici de delicto illo cognoſcendi, & non concedere delicta publica, vt caueatur ſcandalum publicum: at in hoc euentu vtrumque damnum ceſſat, quia authoritati Iudicis nihil de- 40 trahitur, ſtante quod iam functus eſt officio ſuo reum puniendo, & ceſſat ſcandalum publicum punitione illa à delinquente humiliter tolerata, per quam purgatur delictum, & ſatisfit Reipublicæ ex illo offenſæ, ex quibus ex mente ipſius Concilij ſequitur Epiſcopum poſſe cum huiuſmodi reo diſpenſare in irregularitate, & delicto etiam publico, & ad forum deducto poſt punitionem, & iudicium finitum: ita cenſuerunt Henriq. *lib.* 14. *de irregul. c.* 7. *n.* 5. Auila *de cenſur. p.* 7. *diſp.* 10. *dub.* 7. vbi refert in caſu ſimili vidiſſe ſæpè ita obſeruatum; ſic docet doctiſſimus, & claſſicus inter DD. fide dignus Sanch. *mor. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 21. *verſ. ſed quid*, vbi pulchrè reddit rationes: idem Auila *p.* 7. *diſp.* 10. *dub.* 7. Rodriq. *p.* 1. *c.* 168. *ad fin.* Regin. *tom.* 2. *lib.* 3. *tract.* 2. *n.* 29. *verſ. & alij*, & *verſ. ſextò.* Gaſpar Hurtad. *de irreg. diſp.* 2. *diffic.* 20. *n.* 68. Fr. Sigiſm. à Bonon. *in tr. de elect. p.* 2. *c.* 4. *dub.* 71. *n.* 13. pulchrè Dian. *mor. p.* 3. *tr.* 2. *de irregul. reſol.* 97. *verſ. ſed ego puto*, vbi hanc ſententiam probabilem, & in praxi tutam teſtatur, & ſequitur, & pro hac ſententia poſſunt etiam allegari omnes, quos adduximus ad probandum poſſe Epiſcopum diſpenſare cum depoſito verbaliter, quem certum eſt eſſe irregularem, vt perpetuò amotus ſit à miniſterio Altaris, vt vidimus: immò hoc idem exiſtimauit Marc. Ant. Genuenſ. *in d. prax. Archiep. Neap. c.* 67. *n.* 6. *in prima editione*, vbi do- 41 cuit idem eſſe, quando reus in caſu tranſigibili tranſegit, vel ſe compoſuit cum Curia Epiſcopali; quia tunc delictum non dicitur ampliùs deductum ad forum contentioſum, quoniam tranſactio imponit finem liti, & habet vim rei iudicatæ, *l. fratris*, & *l. non minorem, C.* 42 *de tranſact.* & mulcta compoſita ſuccedit loco punitionis, & ſufficit, quod inquiſitus non reperiatur condemnatus, & dubium non ſit, quod condemnetur; ex quibus liquet, Epiſcopum poſſe in caſu huiuſmodi diſpenſare cum irregulari, & delictum abolere; & idem dicas, ſi reus fuit abſolutus ex defectu probationum, etiamſi ſe ſubleuauerit ex falſis teſtibus; quia tunc adhuc delictum remanet occultum, & Epiſcopus poterit diſpenſare, ex Sanch. *de matr. lib.* 2. *diſp.* 37. *n.* 12. *verſ. Vnde* 43 *rurſus*, & *lib.* 8. *diſp.* 34. *n.* 57. & *mor. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 21. Auila *de cenſur. p.* 2. *c.* 7. *diſp.* 1. *dub.* 11. *concl.* 3. Garz. *de benef. p.* 7. *c.* 11. *n.* 49. latè Barboſ. *ad Conc. Trid. de ref. ſeſſ.* 24. *c.* 6. *n.* 44. 45. vbi plurimos allegat, & ſic remanent reſoluta omnia contraria, vt pulchrè etiam confirmat Tamb. *de iur. Abbat. tom.* 2. *diſp.* 17. *quæſt.* 6. *ſub num.* 4. vbi alios etiam adducit.

Pro coronide huius caſus, & materiæ inſpiciendum eſt, an ea, quæ diximus, habeant locum etiam in Prælatis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & territorium ſeparatum habentibus, adeò vt ipſi quoque poſſint diſpenſare ab irregularitate in caſibus occultis, provt ſunt Archipresbyter, Ordinarius Carpi, & Abbas Guaſtallæ. Et ſanè videtur primo aſpectu dicendum, non poſſe, & Concilium eos non comprehendere: & ratio eſt, quia facultas hæc cenſetur conceſſa Epiſcopis iure ſpeciali, 44 & intuitu perſonæ tanta dignitate pollentis; ideò non eſt trahenda ad non Epiſcopos habentes ſolam eandem iuriſdictionem: ſic tradunt Arag. 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. *col.* 7. *concl.* 4. Suarez *de pœnit. tom.* 4. *diſp.* 30. *ſect.* 2. *n.* 6. & *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 41. *ſect.* 2. *n.* 7. Tolet. *in ſumm. lib.* 1. *c.* 83. *n.* 5. *ad fin.* Garz. *d. p.* 7. *c.* 11. *num.* 13. 17. Gratian. *diſc.* 441. *num.* 21. Barboſ. *de off. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 39. *n.* 17. Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccl. tit. de Irregul. reſ.* 455. *n.* 4. vbi teſtatur de communi, & receptiori opinione.

Nihilominùs adhæreo alteri ſententiæ, quam veriſſimam puto, & magis probabilem, & receptam, vt tales Ordinarij habentes territorium diſtinctum, & dignitatem quaſi Epiſcopalem, comprehendantur in dicto Concilij decreto ſub nomine Epiſcoporum, & poſſe etiam ab irregularitate diſpenſare in caſibus occultis, provt de Epiſcopis dictum eſt, quia hi in ſua Diocœſi plenam habent Epiſcopalem iuriſdictionem, ab illiſque ſola conſecratione differunt, vt tradunt paſſim DD. teſte 45 Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 2. *n.* 12. *in fin.* & poſſunt in negotiis iuriſdictionis eadem, quæ valet expediri per Epiſ- 46 copos: vnde valent approbare Confeſſarios per examen, licèt ex Concilio Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 15. *de reform.* id ſit Epiſcoporum munus, vt Sanchez *d. loco*, ideò cùm decretum dicti Concilij *d. c.* 6. *ſeſſ.* 24. *de reform.* ſit fauorabile, debet etiam ampliari, quia conſtituit ius commune clauſum in corpore iuris, quod debet latè interpretari in fauorabilibus; & ideò extendetur etiam ad huiuſmodi 47 Prælatos, provt ita docent Henriq. *lib.* 14. *de irregular. c.* 18. *n.* 2. *in comment. littera P*, & *lib.* 6. *de pœn. c.* 16. *n.* 1. Fr. Emanuel. *in ſumm. tom.* 2. *c.* 10. *n.* 6. *concl.* 6. & *qq. regul. tom.* 1. *q.* 24. *art.* 13. & 17. & *q.* 61. *art.* 6. pulchrè hoc defendit doctiſſimus Sanchez *de matr. lib.* 8. *diſp.* 2. *n.* 12. *verſ. ſed quamvis*, & *mor. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 5. *verſ. at mihi*, vbi hoc probabilius putat, & reſpondet contrariis, Flores de Mena *var. lib.* 3. *q.* 24. *n.* 18. Sayr. *in claui Regia lib.* 6. *c.* 11. *n.* 83. *in fin.* Auila *de cenſur. p.* 7. *diſp.* 10. Duard. *in Bullam Cœn. Dom. lib.* 3. §. 2. *q.* 8. *n.* 55. Monet. *de commut. vlt. vol. c.* 5. *n.* 455. Fr. Sigiſm. à Bonon. *de elect. dub.* 51. *n.* 8. exiſtimantes facultatem, quam habent Epiſcopi ex priuilegio huius decreti, competere etiam 48 aliis Prælatis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem; pulchrè, & latè idem docet Tambur. *de iur. Abb. tom.* 2. *diſp.* 17. *quæſit.* 8. *n.* 4. 5. vbi vide rationes, & auctoritates, ex quibus apparet, hanc eſſe veram, & communiſſimam DD. ſententiam.



Nec obſtant in contrarium adducta, quia procedere poſſunt in illis Prelatis inferioribus qui ſunt in Diœceſi Epiſcopi, licèt ſint exempti, quia licèt non ſint de Diœceſi propter exemptionem, ſunt tamen in Diœceſi, ſecus ſi ſunt nullius Diœceſis, quia hi nec ſunt in Diœceſi, nec de Diœceſi. Abb. *in c. Apoſtolicæ, n.* 3. *de do-* 49 *nat.* Felin. *in c. graue, col.* 5. *de priuil.* Petr. de Vbald. *de canon. portion. c.* 4. *q.* 6. *n.* 11. pulchrè Rota *diuerſ. deciſ.* 207. *n.* 2. *p.* 2. deque huiuſmodi exemptis loquitur Suar. *ſect.* 2. *num.* 7. vt videre eſt apud Sanch. *de matrim. lib.* 8. *d. diſp.* 2. *n.* 12. *verſ. quare*: ita etiam Garz. *d. c.* 11. *n.* 5. Gratian. *diſc.* 441. *n.* 22. & pleriquè alij in his terminis loquuntur, & ſatis conuenit, quia tales Prælati non ſunt tantæ auctoritatis, quantæ ſunt illi, qui ſunt nullius Diœceſis, & habent territorium diſtinctum, & Diœceſim ſeparatam, & iuriſdictionem Epiſcopalem, 50 qui ideò ſola conſecratione ab Epiſcopis diſtinguuntur, vt per Sanch. *d. num.* 12. *in fin.* latè Tamburin. *de iur. Abbat. tom.* 2. *diſput.* 17. *quæſt.* 8. *num.* 5. & ego dixi *controu. for.* 20. *num.* 29.

Nec obſtat, quod decretum dicti Concilij tanquam odioſum, & extrauagans non ſit extendendum, vt per Garz. *de benef. p.* 7. *c.* 11. *n.* 18. quia imò dicendum eſt eſſe fauorabile; ampliat enim iuriſdictionem Epiſcoporum pro ſalute animarum eis commiſſarum: ergo eſt exten- 51 dendum, & ampliandum, iuxta *c. fauores, de reg. iur. in 6.* quo diſponitur fauores eſſe ampliandos, odia verò reſtringenda: & ſic optimè reſpondet Sanch. *diſp.* 2. *n.* 12. Tambur. *de iur. Abb. d. diſp.* 17. *quæſit.* 8. *n.* 4. ergo nullum remanet dubium, quin hæc diſpenſatio poſſit fieri etiam ab Ordinariis Epiſcopo inferioribus.

Hæc igitur omnia, quæ diximus eſſe permiſſa Epiſcopis in diſpenſando, gratiando, & remittendo, & abſoluendo vigore iuris communis, & dicti Concilij Trid. 52 competunt etiam aliis Ordinariis inferioribus nullius Diœceſis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & territorium diſtinctum, quia materia eſt fauorabilis, & eſt actus iuriſdictionis, in qua illi æquiparantur Epiſcopis, vt per Tambur. *de iur. Abb. tom.* 2. 53 *diſp.* 17. *q.* 8. *n.* 5. & ideò eſt extendenda, & latè interpretanda, ex Abb. *in c. fin. n.* 3. 5. vbi communiter DD. *de ſimon.* Nauar. *in comm.* 4. *de regul. n.* 15. Molin. *tom.* 1. *de iuſt. tr.* 2. *diſp.* 173. *verſ. obſeruandum eſt*, Salas *de legib. diſp.* 20. *ſect.* 3. *n.* 18. & *ſect.* 11. *num.* 110. Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 2. *n.* 1. *verſ. & ideò.* Bonac. *de legib. diſp.* 1. *q.* 3. *p.* 7. *art.* 1. *n.* 19. *in princ.* Tambur. *diſp.* 17. *q.* 8. *n.* 4. qui dicunt facultatem Epiſcopis in Concilio Trid. conceſſam, eſſe extendendam.

Neque eſt nouum, quod in Concilio Trid. appellatione Epiſcoporum veniant etiam alij Ordinarij inferiores nullius Diœceſis habentes territorium diſtin- 54 ctum, ſeu prouinciam, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & poſſunt ea omnia in iuriſdictionalibus, quæ Epiſcopis in iure permiſſa ſunt, ad *gloſſam in Clem.* 1. *in verb. proprij, de reb. Eccleſ. non alien.* latè Barboſ. *de iur. Eccl. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 94. ideò ſicut Epiſcopus poteſt, & 55 debet quotannis congregare, & celebrare Synodum Diœceſanam, *ex c. quoniam* 18. *diſt.* Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 2. *de reform.* ita Ordinarij nullius Diœceſis cum 56 territorio diſtincto poterunt congregare quotannis Synodum, vt latè probat Tambur. *de iur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 24. *quæſit.* 7. *per totum.* Sell. *in ſelect. canon. c.* 25. *n.* 4. & poſt Balb. *in tr. de præſcript.* 1. *p.* 5. *p. q.* 11. Rota *de Synodo. p.* 2. *à n.* 40. Flores de Mena *var. reſol. lib.* 3. *q.* 24. *n.* 9. Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccl. lib.* 1. *c.* 17. *n.* 104. Gra- 57 tian. *diſc.* 212. *n.* 7. & ego dixi *contr.* 67. *n.* 12. & ideò ſicut Epiſcopi tenentur accedere ad Concilium Prouinciale, in quo vocem habebunt deciſiuam, vt per Proſper. de Auguſt. *in addit. ad Quarant. verb. Concilium, poſt q.* 3. Alphonſ. & Suar. Guerrer. *in ſpecul. iur. Pontif. c.* 51. §. 2. *fol.* 208. pulchrè Barboſ. *ad Concil. Trid. d. ſeſſ.* 24. *de refor. c.* 2. *n.* 9. in quo textu licèt ſtatutum ſit, 58 quod omnes exempti, qui aliàs ceſſante exemptione Synodo intereſſe deberent, nec capitulis generalibus ſubduntur, ad Synodum Epiſcopi accedere debeant, tamen iſti Ordinarij nullius Diœceſis cum proprio territorio non tenentur accedere ad ſynodum Epiſcopi vi- 59 cinioris, quia non ſunt ſubiecti, nec ſunt in eius Diœceſi, nec de eius Diœceſi, ſed habent propriam Diœceſim, cuius reſpectu ipſi quoque Diœceſani vocantur, ad gloſſam *in Clem. prima, §. volumus, in verb. diœceſanis*, vbi Card. *in* 4. *q. n.* 2. Vital. *num.* 4. Imol. *n.* 38. Abb. *n.* 15. *de for. compet.* & dixit Rot. *ſub die* 18. *Maij* 1611. coram Ortembergo, vt poſt Tamburin. *de iur. Abb. tomo tertio, deciſ.* 55. *num.* 1. & *deciſion.* 69. *num.* 7.

Nec obſtat, quod Concilium Trid. *in d. c.* 2. dicat cogendos eſſe eos, qui ceſſante exemptione accedere debent, quia loquitur ſimpliciter de exemptis, ideò non eſt trahendum ad eas Eccleſias, quæ habent proprios Prælatos iuriſdictionem ordinariam habentes, qui & ipſi poſſunt Synodum congregare, ne ſubditi duplici onere grauentur: ita pulchrè dixit apud Tambur. Rot. 60 *deciſ.* 117. *n.* 4. & Gratian. *diſc.* 212. *n.* 39. ideò non poſ- 61 ſunt Epiſcopi trahere alios Ordinarios ad ſuam Synodum, quia par in parem non habet imperium, *l. ille à quo, §. tempeſtiuum*, vbi gloſſa *ad Trebell. l. apud, §. apud, de man. vind. c. innotuit*, vbi gloſſa *de elect. c. fin. de reſcript. in 6.* etenim certum eſt, vnum Ordinarium non habere ius in alterum, & Ordinarios inferiores 62 non eſſe ſub Epiſcopo, vt per Gratian. *diſc.* 212. *n.* 41. *in fin.* & conueniunt omnes, quod appellatione Ordinarij veniunt etiam Prælati inferiores nullius Diœceſis cum iuriſdictione quaſi Epiſcopali, vt per Gemin *in c. ordinarij, n.* 3. *verſ. nota iſtam, de off. ord. in 6.* vbi Franch. *n.* 3. Rota *d. deciſ.* 117. *n.* 1. & talis eſt Archipresbyter Carpi, qui habet territorium diſtinctum, & exercet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, nec eſt intra fines alicuius Diœceſis, ſed habet alias Diœceſes pro confini- 63 bus, ſcilicet Regienſem, Mutinenſem & Nonantulanam, & fuit factus nullius, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectus per Calliſtum P. M. & eſt in hac poſſeſſione antiquiſſima, ideò non eſt in Diœceſi Mutinenſi, neque de eius Diœceſi, vel alterius Epiſcopi, vt latè apud Tambur. Rot. *deciſ.* 69. *n.* 7. vbi plurimos allegat: ideò talis Archipresbyter Carpi congregauit Synodum Diœceſanam de anno 1573. quæ typis edita cernitur, in qua multa ſtatuit ſaluberrima pro animarum cura, & Eccleſiæ regimine: talis eſt etiam Abbas Nonantulæ.

Et ſimiliter ſicut Epiſcopi poſſunt aliquo modo ſuper reſidentia diſpenſare, *c. licèt canon, §. fin.* iuncta 64 gloſſa *de elect. in 6.* ita etiam Prælati, qui nullius ſunt Diœceſis, ſed habent proprium territorium cum animarum cura, & Epiſcopali iuriſdictione, idem poterunt, quia ſunt Epiſcoporum loco, vt inquit Tambur. *de iur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 14. *quæſit.* 1. *n.* 6. vbi etiam docet, quod ipſi non ab Epiſcopo, ſed à Summo Pontifice ad reſidendum cogi poterunt, & licentiam ſuper non recedendo, ab eiſdem, à quibus Epiſcopi, obtinere debent.

Vlteriùs ſicut Epiſcopus poteſt ex rationabili cauſa ſubſidium charitatiuum exigere à ſubditis Eccleſiis, *c.* 65 *competente, de offic. ordinar.* ita poſſunt iſti Prælati inferiores Epiſcopo habentes Eccleſias ſibi pleno iure

ſubiectas

ſubiectas, vt ex Calderin. & Barboſ. docet Tamburin.
*de iur. Abb. tom.3. diſp. 10. quæſt. 2. num. 2. 4. 5.*
Prætereà ſicut Epiſcopi poſſunt ferre leges, ſtatuta,
66 edicta, & conſtitutiones, etiam ſine conſenſu Capitu-
li, vel Cleri, quæ non ſint contra ius commune Ponti-
ficium, *ex l. humanum*, vbi Albert. Cyn. & Petr. *C. de
legib.* & DD. *in c.2. de conſtitut.* & benè notat Vaſquez
*diſputat.153. cap.1. num.4.* de communi opinione teſta-
tur Sebaſt. Salas *de legib. q.95. tract. 14. diſput.8. ſect. 8.
num.44.* vbi cumulat, Tamburin. *de iur. Abb. tom.3. diſ-
putat.3. q. 3. num. 4. 5. 6.* ita poſſunt etiam alij Prælati
Ordinarij nullius Diœceſis, quia ſe habent tanquam
Epiſcopi in ſuo territorio, in quo habent etiam pote-
ſtatem excommunicandi, ſuſpendendi, & interdicen-
di, & ſimilia, quæ poſſunt facere Epiſcopi, vt docet
Suarez *de cenſur. diſputat.7. ſect.2. numer. 9.* Tamburin.
*d. q. 3. num. 1.* & quia facultas concedendi Statuta eſt
annexa poteſtati, & iuriſdictioni Epiſcopali, vt de com-
muni Suarez *lib.4. de legib. cap.4. num.1.* ideò tales Ab-
bates, vel Prælati habentes iuriſdictionem Epiſcopa-
lem in ſuo territorio, prout eſt Abbas Guardiſtalli, &
Nonantulæ, & Archipresbyter Carpi, poterunt iure-
merito concedere leges, & Statuta etiam ſine conſenſu
67 Capituli, vel Cleri, Suarez *d. lib.4. cap. 5. num. 4.* Se-
baſt. Medic. *de legib. p.1. quæſt.15.* Salas *eod. tract. diſput.8.
ſect.10. num.50.* Bonacin. *eod. diſput. 1. quæſt. 1. part.3.
num.28.* latè Tambur. *de iur. Abb. tom.3. diſputat.3. q.3.
num.2.3.4.6.* vbi etiam tollit contraria. Barboſ. *d. c.17.
num. 104.*
Et denique hi Prælati Ordinarij habentes Eccleſias
pleno iure ſibi ſubiectas cum proprio territorio, ha-
bent ius viſitandi, corrigendi, inſtituendi, & deſti-
tuendi, & admittendi renunciationes, & permutatio-
68 nes beneficiorum, ſicut Epiſcopi, quia hæc eſt poteſtas
iuriſdictionis, non ordinis, vt latè docet Tamburin.
*de iur. Abb. tom.1. diſputat.13. quæſt.8. n.10.11.12.13.14.*
vbi cæteri allegantur, Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſiaſt.
libr.1. cap.17. num.106.107.108.* & Gratian. *diſcept.212.
num.44.45.* & poſſunt Sacerdotes, tam Regulares, quàm
Sæculares ſui territorij examinare, & approbare ad
confeſſiones etiam laicorum audiendas, ſicut poſſunt
69 Epiſcopi: Aloyſius Riccius *in deciſ. iur. Archiepiſc.
Neapol. part.4. deciſ. 22. num.4.* Rot. apud Farinac. *de-
ciſion. recent. 322. part. 1.* Campan. *in diuerſ. iur. can.
rub.12. cap. 13. numer. 76.* Fagundez *de præcept. Eccleſ.
præc.2. lib.7. cap.2. num.55.* Nouar. *in ſing. can. concl.68.
num.4.* Barboſ. *ad Concil. Trid. de reform. ſeſſ. 23. c.15.
num.29.* & *de vniuerſ. iur. Eccleſiaſt. lib.1. c.17. num.96.*
Sanchez *mor. lib. 2. d. diſp. 2. num. 12.* Tambur. *de iur.
Abb. tom.2. diſp.17. quæſt.8. num.5.* & tamen hoc munus
70 datur Epiſcopis *in concil. Trident. d. c.15.* ergo ſignum
eſt, quod in his, quæ ſunt iuriſdictionis, Prælati hu-
iuſmodi non differunt ab Epiſcopis, & eorum appella-
tione veniunt; ideò non eſt mirum, ſi eis licebit etiam
diſpenſare ſubditos in delictis occultis ab irregularita-
te, vel cenſuris incurſis, & aliis caſibus Epiſcopis con-
ceſſis, excepta hæreſi, quæ ſecundùm Bullam Cœnæ
Domini reſeruatur Pontifici Maximo, licèt aliud eſſet
de iure Concilij Tridentini: latè Barboſ. *ad Concil.
Trident. de reform. ſeſſ.24. cap. 6. num. 66.* vbi infinitos
congerit: latè Caren. *de S. Off. p.2. tit.1. num.132.143.*
& ita ſeruari poſſe cenſeo, ſaluo tamen iudicio S.Rom.
Eccleſiæ, cui ſemper me in omnibus remitto, & humi-
liter ſubmitto.

## CAPVT CCIX.

### EPITOME.

Patronus beneficij pauper, cui pro alimentis fundus eſt aſſignatus, an teneatur ad collectam pro rebus impoſitam.

### SVMMARIVM.

1 *Taculorum nobilium Regienſium de iurepatronatus eſt Eccleſia S. Iacobi Zebedæi.*
2 *Iuſpatronatus Taculorum Regienſium canonizatur à Rota.*
3 *Alimenta debent præſtari ab Eccleſia patrono pauperi.*
4 *Patrono pauperi debentur integra alimenta, etiam pro medicinis.*
5 *Eccleſia tenetur alere non ſolùm patronum, ſed etiam eius familiam.*
6 *Collecta imponitur occaſione belli.*
7 *Collecta an ſit valida, non quæritur, ſi de facto obſeruatur.*
8 *Collecta eſt onus reale, quæ imponitur perſonis pro rebus.*
9 *Collecta dicitur imponi per æs, & libram, ſi imponitur iuxta portionem terreni.*
10 *Collectam plus ſoluit, qui plus poſſidet.*
11 *Vſufructuarius tenetur ſoluere collectas, & onera.*
12 *Collectæ, & onera ſequuntur poſſeſſorem, & poſſeſſor ad illa tenetur.*
13 *Alimenta poſſunt tradi patrono aſſignando ei etiam fundum Eccleſiæ patronatæ.*
14 *Collectæ ſoluuntur per ſubrogatum loco domini.*
15 *Alimenta integra debentur patrono.*
16 *Alimenta dantur in ſubſidium vitæ.*
17 *Collecta non ſoluitur de iis, quæ habentur proprij vſus cauſa.*
18 *Gabella debet ſolui à domino etiam pro rebus, quas debet præſtare alimentario.*
19 *Alimenta debentur purè, ſine conditione, & onere.*
20 *Eccleſia tenetur ad plena alimenta patrono pauperi, deductis omnibus expenſis.*
21 *Penſionarius ad onera quando concurrere debeat.*
22 *Collecta non debet ſolui pro alimentis, ſeu rebus alimentorum.*
23 *Alimentarius grauatus collectis habet regreſſum contra eum, qui alere tenetur.*
24 *Alimenta negare, eſt necare.*
25 *Patronus quot modis ab Eccleſia alimentari poſſit.*
26 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
27 *Dos ſuccedens loco alimentorum ſortitur eorum naturam.*
28 *Subrogatum non ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, ſi diuerſa ſit ratio.*
29 *Dominus tenetur ad collectas pro rata bonorum.*
30 *Alimenta debent eſſe integra.*
31 *Actus attribuitur mandanti, non exequenti.*
32 *Collectas non ſoluit, qui non habet ius in re, & iure proprio non percipit fructus.*
33 *Dominium bonorum Eccleſiaſticorum eſt penes Chriſtum, & Eccleſiam.*
34 *Beneficiatus eſt ſimilis vſufructuario in vita, & vſuario in morte.*
35 *Collecta eſt ſoluenda ab vſufructuario.*
36 *Vſusfructus cedi non poteſt extraneo, ſed tantùm commoditas.*





37 *Vſufructuarius poteſt locare.*
38 *Interpretatio fieri debet, vt actus valeat, non vt pereat.*
39 *Conductor non tenetur ad collectas, ſed dominus.*
40 *Vſufructuarius ex cauſa lucratiua tantum tenetur ad collectas.*
41 *Poſſidens tenetur ad collectas.*
42 *Collectas ſoluere non tenetur poſſidens nomine alieno, ſed nomine proprio.*
43 *Maritus tenetur alere vxorem, & filios.*
44 *Collectas ſoluere debet maritus pro rebus dotalibus.*
45 *Alimentarius tenetur ad collectas, ſi fundus excedat alimenta.*
46 *Collectas tenetur ſoluere colonus, & conductor.*
47 *Locator, & dominus tenetur ſoluere collectas.*
48 *Conductor ſi ſolueret collectas, repetit à locatore.*
49 *Onera quænam ſpectent ad conductorem, & quæ ad locatorem.*
50 *Conductor ad modicum tempus non tenetur ad onera.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NOtorium eſt in hac Ciuitate Regij, Prioratum Ec-
cleſiæ S. Iacobi Zebedæi actu Parochialis eſſe de
iurepatronatus nobilis familiæ illorum de Taculis, eoſque
eſſe ab antiquiſſimo tempore in hac quaſi poſſeſſione; ſi-
1 quidem ab anno vſque 1170. Achilles ſenior de Taculis
ædificauit dictam Eccleſiam pro mercede, & remedio
animæ ſuæ & propinquorum ſuorum, & ei obtulit, & do-
nauit plura eius bona ſtabilia, vſufructu dumtaxat ſibi
reſeruato cum expreſſa alienationis prohibitione, & con-
ditione, quod parentes ſui iuſpatronatus haberent ita,
vt ſi illorum aliquem ad inopiam venire contigerit, ab
eadem Eccleſia alimẽta perciperet, quodque ſingulis die-
bus pro ſua, & parentum ſuorum animabus celebraretur
Miſſa, vt in eius teſtamento; & ideò Rota Romana ca-
2 nonizauit dictum iuſpatronatus, vt videre eſt apud Rot.
*diuerſ. deciſ.563. p.4.* vbi vide fundamenta.
Verùm quia venit caſus, vt multi de dicta familia fie-
rent inopes, Rota etiam cenſuit alimenta ſingulis eorum
eſſe ſubminiſtranda ad rationem ſcutorum quinque ſin-
gulis menſibus pro quolibet eorum, prout etiam eſt de
iure, vt Eccleſia præſtet alimenta patrono pauperi, vt
3 per Innoc. & DD. *in cap. nobis, de iurepatr.* Viuian. *de
iurepatr. lib.13. c.9. n.28.* Bald. *conſ.368. verſ. & notiſſima,
lib.1.* Tuſch. *littera P, concl.137. n.2.* pulchrè Surd. *de alim.
tit.4. q.23. n.12.13.14.15.16.* vbi docet, quod Eccleſia de-
bet Patrono pauperi integra alimenta, adeò vt debeat illi
prouidere de cibo, potu, veſte, tecto, & habitatione, &
aliis, etiam de medicinis, ſiue ſit vnus patronus, ſiue plu-
4 res, quia Eccleſia tenetur omnibus prouidere: & *q.24.
n.14.* vbi dicit, quod Eccleſia tenetur præſtare alimenta
patrono pauperi non ſolùm pro ſe, ſed etiam pro vxore,
& filiis: hoc latiùs explicat Lambert. *de iurepatr. lib.3. q.3.
5 princ. art.6. n.2.3. & ſeqq.* & *art.9. per totum.*
Hinc dictus Prior modernus volens ſe eximere ab hoc
onere menſtruo ſoluendi alimenta patronis, & fortè etiam
meliorare ſuam conditionem, aſſignauit illis loco alimen-
torum quandam poſſeſſionem, ſeu prædium ad vtendum,
& fruendum durante inopia; & Patroni accepta condi-
tione cœperunt vti commoditate illius fundi; ſed inte-
rim grauis quædam collecta impoſita fuit occaſione belli,
de qua fortè loquitur Odd. *conſ.80. num.4.* ad quam etiam
6 Eccleſiaſtici ſunt compulſi; & ideò non eſt quærendum,
an ſit iuſta, vel iniuſta, quia ex quo de facto obſeruatur,
perinde habetur, ac ſi de iure valeret, vt pulchrè in ter-
7 minis inquit Ferret. *conſ.322. n.4.5.* Ideò nata eſt contro-
uerſia inter dictum Patronum, & Priorem, ad quem ſpectet
onus ſoluendi dictam collectam pro rata dicti prædij;
8 hæc enim propriè videtur eſſe collecta, & onus reale im-
poſitum perſonis pro rebus, quas poſſident, per æs, &
libram, gloſſa & Bart. *in l. reſcripto, §. fin. de muner. &
honor.* DD. *in l. placet, C. de ſacroſ. Eccl.* Ruin. *conſ. 175.
num.2. lib.4.* Odd. *conſ.70. num.9.10.* vbi etiam dicit, col-



lectam dici poſitam eſſe per æs, & libram, quando impo-
nitur iuxta portionem terreni, quod poſſidetur, prout
vbi pro ſingulis iugeribus ſoluitur quolibet menſe vnus 9
cabalottus; & propterea qui plus poſſidet, plus ſoluit,
vt per Card. *in cap. tua nos, de decim.* & Imol. *in cap. cùm* 10
*non ſit, eod.* Odd. *d. conſ.79. n.17.*
Ideò dictus Prior recuſabat ſoluere dictam contribu-
tionem pro rata dicti prædij, dicens hoc onus ſpectare ad
patronos, qui illud acceptauerunt loco alimentorum ad
gaudendum, & vſufructuandum; ſiquidem certum eſt,
quod onus ſoluendi collectas, & onera, quæ ratione fru-
ctuum imponuntur, ſpectat ad vſufructuarium, ſiue illud
ſit ordinarium, ſiue extraordinarium, *l. ſi pendentes, §. ſi* 11
*quid cloacarij, verſ. & ſolent, ff. de vſufr. l. hactenus, in
princ. l. arbores, in fin. iunct. gl. in verb. cæſæ arundinis, ff.
eod. l. quære,* vbi Bart. notat *de vſufr. leg. l.2.* vbi Alber,
& Salic. notant, *C. de iur. emph. l.1. C. de anno n. & trib.
lib.10.* Bart. *in l. his verbis, §. idem teſtator, de leg.3.* Ferret.
*conſ.199. n.1.* Gig. *de penſ. q.38. n.1.2.* & *q.89. n.4.* Afflict.
*deciſ.252. n.2.* Pereg. *de fideicom. art.50. ſub n.20.* Surd. *de
alim. tit.8. priu.91. n.8.*
Nec mirum, quia collectæ, & onera ſequuntur poſſeſ-
ſorem, & qui poſſidet, illa ſoluere tenentur, *l. fin.* vbi Sa-
lic. *in 3. not. C. ſine cenſ. vel reliq. l. Imperatores, in princ.* 12
vbi Caſtr. & Rom. *ff. de public.* Dec. *conſ.202. num.1.6.*
Curt. Iun. *conſ.42. n.11.* Natt. *conſ. 312. num.5.* Barbat.
*conſ.44. ſol.1. lib.3.* Afflict. *deciſ.252. n.4.* Peregr. *de fidei-
com. art.50. n.20.* Surd. *d. priuileg. 91. n.9.* Odd. *d. conſ.70.
num.17.18.* ſed ſic eſt, quod dicti patroni poſſident di-
ctum prædium, & fructus percipiunt, ex quo loco ali-
mentorum eis fuit à Priore aſſignatum, quod fieri poteſt,
ad tradita per Lambertin. *de iurepatr. part.3. lib.3. quæſt.3.* 13
*princ. art.10. num.2.3.* ergo ad eos ſpectabit onus colle-
ctarum; nam ſicut Prior eſt liberatus à ſolutione ali-
mentorum per aſſignationem dicti prædij, *§.1. Inſt. quibus
mod. toll. obl.* ſic eſt liberatus à ſolutione collectarum, qua-
rum onus tranſit ad patronos ſubrogatos loco Prioris in
dicto prædio. Syntagm. *comm. opin. de vſufr. n.32. fol.420.* 14
*vol.2.*
His tamen non obſtantibus, quæ licèt vera ſint, non
tamen bene applicantur caſui noſtro, cenſui dictos patro-
nos nullo modo teneri ad ſoluendam dictam collectam,
vel aliud onus dicto prædio impoſitum, vel imponendum,
etiamſi illud pro alimentis fuerit aſſignatum, cùm ab eo
alimenta ſint percipienda, quæ ſi ita notabiliter per col-
lectam diminuantur, patroni, quibus integra alimenta
debentur tum de iure, vt *in cap. nobis, de iurepatr. cap.* 15
*quicunque, 16. q.7.* tum ex fundatione ipſa, denuò habe-
rent regreſſum contra Priorem, & Rectorem beneficij,
quia alimenta eis debentur integra, & pura, & onus non
recipiunt, vt probatur *ex l. Lucius Titius,* vbi DD. *ff. de* 16
*alim. & cibar. leg.* quia dantur in ſubſidium vitæ, *l. filia-
rum,* vbi notat Bald. *C. de patr. poteſt.* & collecta non ſol-
uitur de iis, quæ habentur proprij vſus causâ, Bald. *in l.2.
§. ſed ſi voluntate, ff. ad l. Rhod. de iact.* Ruin. *conſ.112. n.5.*
*in fin.* & *n.8. lib.5.* Rol. *conſ.34. n.15.* adeò, vt hæres tenea- 17
tur etiam ad ſoluendam gabellam pro rebus, quas tene-
tur præſtare alimentario, vt per Bart. *in l.1. n.5. ff. de alim.* 18
*& cib. leg.* Surd. *d. priu.91. num.1. & ſeq.* vbi ſatisfacit ad
omnia; ideò cùm alimenta debeantur purè, & ſine con-
ditione, & onere, & integraliter, *l. cum vnus, §. fin.* & *d.* 19
*l. Lucius Titius, de alim. & cib. leg. l. vlt. in fin. C. de alim.
pupil. præſt.* Ceph. *conſ.485. n.85.99.* Pyrrh. Maur. Aret.
*tr. de ſol. obl. & ret. c.97. n.10. in fin.* Surd. *de priu.91. n.1.*
ſequitur, quod onera prædio impoſita reſeruentur priori,
non autem patrono, ne ſuis alimentis defraudentur.
Et maximè quia iſtud beneficium eſt opulentum adeò,
vt ſolutis etiã contributionibus remaneat cõgrua Rectori
pro ſe, & Eccleſia, & poſſit etiã ſoluere dicta alimenta; nã ſi
Eccleſia abundat adeò, quod omnibus expenſis neceſſariis
circa Eccleſ. deductis ſuperſit facultas alẽdi Patronũ, vtiq;
Rector tenetur ad omnia neceſſaria patrono inopi, quæ

20 ſpectant ad vſum vitæ, d. c. quicunque, 16. q. 7. & d. c. no-
bis, de iurepatr. & ex l. legatis alimentis, ff. de alim. leg. l.
etſi non ſint, §. ſi cui fortè, ff. de aur. & arg. leg. & tradunt
Hoſt. Abb. Ioan. And. & Card. in d. c. nobis, fol. 2. Lam-
bert. de iurepatr. lib. 3. q. 3. princ. art. 2. num. 2. 3. & n. 13. &
art. 3. n. 2. & art. 9. n. 10. provt in ſimili cenſuit Rota,
quod Titularis tenetur ſoluere talem impoſitionem, ſi
ſuperſunt illi multi fructus, adeò vt penſionarius concur-
rere non debeat, vt apud Card. Creſcent. deciſ. 4. n. 6. & 7.
21 de locat. & conduct.

Et in terminis, quod pro alimentis non debeat ſolui
aliqua collecta, voluit Ægid. Thomat. in tract. collect. in
§. ſubiiciunt, num. 25. in princ. fol. 218. & num. 32. verſ.
22 Secundò reſpondeo, fol. 230. quem ſequitur pulchrè Surd.
d. priuil. 91. num. 4. & ſeqq. vbi exornat, & improbat, &
magis in terminis de collecta huiuſmodi, & alimentis,
Ioan. Bapt. Ferret. in d. conſ. 199. num. 7. & per totum,
23 vbi etiam docet, quod ſi de facto alimentarius fuiſſet
grauatus in tali exactione, haberet regreſſum contra ti-
tularem, & poſſet petere reſtaurum; etenim qui tenetur
præſtare alicui alimenta, tenetur etiam ad onera alimen-
torum ipſis alimentis computatis cum aliis fratribus vſu-
fructuarij. Ferret. d. conſ. 199. num. 2. ideò dictus Prior,
qui eſt vſufructuarius vniuerſalis bonorum dictæ Eccle-
ſiæ, tenetur hæc onera ſubire cum aliis fratribus eiuſ-
24 dem Eccleſiæ, ſe reſarciendo; & releuare debet alimen-
tarium pauperem, ne fame pereat, quia negare alimenta,
eſt necare, l. neceſſe, ff. de liber. agnoſc. cap. paſce, diſt. 86.
cum vulgaribus.

Non obſtat, quod Prior non ſoluat alimenta in pecu-
nia, vel in ſpeciebus, ſed tradiderit prædium ad gauden-
dum loco alimentorum, quia hæc omnia pariſicantur,
25 nec eſt differentia inter hos modos alendi patronum, vt
per Lambertin. de iurepatr. lib. 3. d. quæſt. 3. princ. artic.
10. num. 2. 3. & maximè quia dictum prædium fuit ſubro-
26 gatum loco alimentorum; ideò capit naturam illorum,
ad textum in §. fuerat, vbi gl. & DD. Inſt. de action. l.
res in dotem, de iur. dot. l. filiæ ſuæ, §. Titia, de cond.
& dem. cum vulgaribus, & ad rem Surd. de alim. lib. 1.
quæſt. 23. num. 20. 21. vbi docet, quod quando dos ſuc-
27 cedit loco alimentorum, tunc à pari procedit cum eis,
quia ſubrogatum ſapit natura eius, in cuius locum ſub-
rogatur.

Nec valet dicere, quod id procedat, quando in vtro-
que concurrit eadem ratio, ſecus eſt, ſi diuerſæ ſint ra-
28 tiones vnius, & alterius, vt per textum in l. cum fundo,
§. ſi fundus, ff. de iur. dot. Bartol. in l. ſi pater filium, ff.
de inoff. teſtam. Soc. in fallent. reg. 475. verb. ſubrogatum:
ſed hîc adeſt diuerſa ratio, quia patronus vſufructuarius
ampliùs non recipit alimenta de manibus patroni, ſed
tanquam Dominus tenetur ſoluere onera pro ſua quota
29 terrarum, quas poſſidet. Afflict. dicta deciſ. 252. num. 4.
Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 523. Odd. d. conſ. 70. n. 17. Surd.
d. priuil. 91. n. 9.

Nam reſpondetur hoc motiuum eſſe futile, & ridicu-
lum; nam ſiue patronus capiat alimenta à manu propria
Rectoris, ſiue à ſeipſo, ſic permittente, & volente Re-
ctore, nihil intereſt, & hæc ratio non mutat naturam
alimentorum, quin integra debeantur, vt videre eſt in d.
30 l. Lucius Titius, ff. de alim. & cibar. leg. immò dictus pa-
tronus adhuc videtur percipere alimenta de manu Recto-
ris, cùm fruatur dicto prædio de eius conſenſu, & man-
31 dato, actus enim attribuitur mandanti, non exequenti,
ad textum in l. item eorum, §. ſi decuriones, ff. quod cuiuſ-
que vniuerſ. cap. cum aliquibus, de reſcript. in 6. Crauet.
conſ. 222. num. 3. & conſ. 961. num. 4. & ideò in terminis
ille, qui percipit fructus, non tenetur ad collectas, ſi
32 non percipit iure proprio, & non habet ius in re, vt
poſt Natt. conſ. 312. num. 5. Surd. de alim. dicto tit. 8.
priuil. 91. num. 9. in fin. & num. 10. ſed ſic eſt, quod pa-
tronus non habet dominium in prædio prædicto, quia do-
33 minium bonorum Eccleſiaſticorum eſt penes Chriſtum,
& Eccleſiam vniuerſalem, cap. cùm ſecundùm, de præb.
cap. qui Chriſti, 12. q. 2. Rector verò beneficij eſt vſufru- 34
ctuarius in vita, & in morte vſuarius, gloſſa in cap. fin.
vbi Card. & Barb. de off. ord. in 6. Couar. in cap. cùm in
officio, num. 6. de teſtam. latè Surd. conſ. 319. n. 9. Bellon.
conſ. 3. num. 2. & Syntag. comm. op. de Epiſ. & Cler. lib. 1.
tit. 2. num. 176. tom. 1. fol. 163. Seraph. deciſ. 594. num. 7.
Caualer. deciſ. 104. num. 7. latè, & pulchrè doctiſſimus
Sperell. deciſ. 82. n. 9.

Ideò non obſtat, quod onus ſoluendi collectas perti-
neat ad vſufructuarium, d. l. quæro, de vſufr. leg. quia
inde ſequitur eas eſſe ſoluendas per dictum Rectorem 35
vſufructuarium, non alimentarium. Nec valet dicere,
quod dictus Prior ceſſerit vſumfructum dicto Patrono,
quia vſusfructus cedi non poteſt, ſed tantum eius com- 36
moditas, § finitur, vbi DD. Inſt. de vſufr. l. ſi vſusfruct.
ff. de iur. dot. l. neceſſariò, §. fin. de peric. & comm. rei vend.
cap. fin. vbi gloſſa, de pignor. ideò cenſetur, quod potiùs
dictus Prior bona iſta locauerit dicto Patrono pro tanto
affictu, quantum requirebant alimenta, quia vſufructua-
rio locare eſt permiſſum, §. 1. Inſt. de vſu, & habit. debet 37
enim fieri interpretatio, vt actus potiùs valeat, quàm
pereat, ad textum in l. quoties, ff. de reb. dub. Crauet. 38
conſ. 442. n. 22. in fin. & ego dixi contr. 9. n. 29. ideò ſicut
conductor non tenetur ad collectas, & onera realia, vel
mixta, ſed dominus, vt in terminis docuit Ferret. in d. 39
conſ. 199. n. 5. vbi alios allegat, ita neque dictus patronus,
ſed Eccleſia collectis ſubiicitur.

Sed eſto etiam, quod dictus patronus vigore dictæ
ceſſionis poſſit dici vſufructuarius, non tamen ſequitur,
quod teneatur ad collectas: tum quia, vt diximus, talis
vſusfructus capit naturam alimentorum virtute ſubroga-
tionis; tum quia ita demùm vſufructuarius, & qui per-
cipit fructus, tenetur ad collectas, ſi illos percipiat ex
cauſa lucratiua, vt tradit Odd. d. conſ. 80. n. 39. ſed hic 40
Patronus percipit fructus ex cauſa oneroſa, quia loco
fructuum remittit ius alimentorum, quæ ſibi debentur
ratione fundationis, quæ eſt titulus oneroſus: ergo ad
collectas obligari non poteſt.

Non obſtat denique, quod collectæ ſolui debeant ab
eo, qui prædia poſſidet, l. Imperatores, vbi DD. ff. de pu-
blican. Nam reſpondetur id procedere in eo, qui proprio 41
nomine poſſidet, & habet ius in re; ſecus eſt in eo, qui
alieno nomine poſſidet, vt conductor, vel colonus, qui
nomine Domini poſſident; iſti enim ad aliqua onera non
tenentur, etiamſi pecuniâ tales res colerent, quia nomi- 42
ne alieno id faciunt, vt tenet Bald. in l. 1. col. 1. C. de iur.
emph. Alber. & Salic. in l. 1. vbi DD. C. eod. Rom. conſ. 73.
fol. 2. latè Alex. conſ. 101. fol. 6. lib. 1. & conſ. 34. fol. 4. lib. 4.
& conſ. 4. fol. 2. lib. 5. pulchrè in terminis Ferret. d. conſ. 199.
n. 5. Natt. d. conſ. 312. n. 5. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 91.
num. 10. Odd. d. conſ. 70. n. 38. 39. ſed dictus Patronus non
habet ius in re, neque colit nomine proprio, ſed poſſidet
pro Eccleſia, quæ eſt domina bonorum beneficij, vt vi-
dimus: ergo ipſe non tenetur ad collectas, quia pro do-
mino poſſidet, vt probat Poſth. in tractat. de man. obſeru.
52. n. 13. 14.

Non debet ergo ægrè ferre dictus Prior, quod tenea-
tur alere patronum, & etiam ſoluere collectas pro bonis
ad alendum eum deſtinatis, quia hoc idem videmus in
marito, qui habuit dotem, & bona dotalia pro ſuſtinen-
dis oneribus matrimonij; nam licèt teneatur alimentare
vxorem, & filios, ad textum in cap. per veſtras, de donat. 43
inter vir. & vxor. tamen tenetur etiam ad onera pro ipſis
bonis dotalibus impoſita, per textum in l. neque ſtipen-
dium, ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. ſic etiam diſcurrit 44
Ferret. d. conſ. 199. num. 4. & conferunt tradita per Surd.
d. priuileg. 91.

Benè verum eſt, quod ſi fructus prædij aſſignati pro ali-
mentis excederent quantitatem alimentorum, tunc vtique
in eo, in quo excedũt, alimentarius teneretur ad collectas, 45
quia tali caſu ceſſat fauor alimentorum, & ratio propter
quam



quam ab onere collectarum eximitur, vt poſt Cordub.
in l. ſi quis à liberis, §. vtrum, num. 74. ff. de liber. agnoſc.
Oſaſch. deciſion. Ped. 83. num. 8. inquit Surd. de aliment.
tit. 8. priu. 91. n. 11. vbi dat exemplum in colono partia-
rio, qui non tenetur ad collectas, niſi quatenus deductis
omnibus expenſis aliquid de fructibus ſupereſt; ſed hîc
non conſtat de exceſſu, immò patronus prætendit eſſe
tenuem redditum pro alimentis, & ideo ea eſſe augenda,
propterea hoc non fuit diſcuſſum, ſed in alio iudicio re-
ſeruatum.

Neque dicat aliquis nos erraſſe, dum diximus condu-
ctorem non teneri ad ſoluendum collectas, quia immò
hoc onus ſpectare ad conductorem, & colonum, non
46 autem ad locatorem, qui recipit penſionem, tenuit gloſſa
in l. 1. in verb. fructus, vbi Bart. notat, C. de annon. & tri-
but. lib. 10. & facit cap. nobis, & cap. tua nobis, de decim.
l. ſi venditor, §. fin. de ſeru. export. Ceph. conſ. 637. n. 7. Surd.
d. priu. 91. n. 6. Odd. d. conſ. 70. n. 14. 15.

Nam reſpondetur id verum non eſſe, neque de con-
ſuetudine, quæ vbique ferè ſeruatur, neque de iure,
quia verius eſt, & receptius, quod collectæ, & onera
quæ imponuntur perſonis pro rebus, non pertinent ad
conductorem, vel colonum, qui alieno nomine poſſidet,
47 ſed ad locatorem, & dominum, vt ex d. l. neque ſtipen-
dium, de impenſ. in reb. dot. fact. & facit textus in §. nul-
lus, in Auth. de collat. & in l. litibus, in fin. & in l. ſi pe-
nus, vbi notat And. de Barulo, & Ioan. de Plat. C. de
agricol. & cenſ. lib. 11. vbi quod domini prædiorum, non
coloni tenentur munera ſubire; ſic pulchrè docet Bald.
in d. l. 1. n. 5. C. de annon. & trib. lib. 10. quem ſequitur
Alex. in conſ. 4. num. 4. in fin. lib. 5. Soc. conſ. 119. col. 2.
lib. 1. Crauet. conſ. 145. num. 21. latè Feſtas de æſtim. &
collect. p. 2. num. 38. & ſeqq. vbi alios allegat, Rim. conſ. 31.
num. 31. & num. 57. Bellon. conſ. 27. num. 9. Sylu. conſ. 9.
n. 17. Natt. conſ. 409. n. 9. latè Carroc. de locat. & conduct.
p. 4. tit. de collect. n. 4. 5. vbi teſtatur de communi; quod
48 adeò verum eſt, vt ſi colonus, vel conductor ſolueret,
vel ſoluere cogeretur, haberet regreſſum contra domi-
num, & ab eo poſſet repetere, vt poſt Iaſ. in conſ. 109.
n. 3. lib. 1. inquit Feſtas d. tr. de collect. p. 1. n. 38. in fin. Alex.
d. conſ. 4. n. 3. lib. 5.

Quæ autem in contrarium allegantur, vel non ſunt
vera, vel procedunt in onere merè reali, velut tributo,
quod ex legis diſpoſitione, & fructuum corpore ſolui-
tur, & eſt quinquageſima pars fructuum, quæ naſcitur
ex prædio, & ſic reſpicit fructus; & ſic intelligitur de
49 oneribus realibus, quæ ſunt naturalis pars fructuum, vt
decimæ, quæ Parochiis Eccleſiarum penduntur; ſecùs
in aliis oneribus, quæ non ſunt pars effectualis fructuum;
ita ex Alex. d. conſ. 4. num. 4. vbi vide pulchram apoſtil-
lam, lib. 5. Feſtas d. tract. p. 2. num. 39. Crau. dict. conſ. 45.
num. 21. Surd. d. priuil. 91. n. 8. 9. Carroc. d. tit. de collect.
num. 14. in quo animaduertit rectè apoſtill. ad Alex. d.
conſ. 4. in verb. realibus, quod multi in hoc errant, dum
volunt, quod colonus, qui nummis conduxit, ita quod
omnes fructus remaneant apud eum, teneatur ad cen-
ſum, vel alia tributa, & onera realia, niſi alia ſit conſue-
tudo; quia immò non tenetur, niſi ſit conſuetum, vel
expreſsè conuentum; & propterea gloſſa in d. l. 1. C. de
ann. & trib. lib. 10. dicens, quod recipiens penſionem
non tenetur ad onera, debet intelligi de penſione cenſua-
li, vel emphyteutica, non autem de penſione, quæ re-
cipitur à domino in compenſationem fructuum, qualem
percipit locator, vel per modicum tempus, quia iſte di-
citur percipere fructus, & non conductor, l. ſi is qui, §. 1.
ff. de pign. & tenetur ad dicta onera, vt rectè tradit Luc.
de Peña & Iaſ. in d. l. 2. C. de ann. & trib. lib. 10. Vnde cùm
conductor etiam ad ſeptem annos dicatur ad modicum
tempus, non tenebitur ad dicta onera, vt per Alex. d.
50 conſ. 4. n. 5. 6. lib. 5. vbi reddit pulchram rationem, quia ſi
aliter diceremus, ſequeretur, quod conductor duplici
onere grauaretur, & ſolueret duplicem penſionem pro
fructibus, quod eſt abſurdum, & non eſt dicendum, ideò
quæ in contrarium allegantur, non poſſunt habere locum
in conductore ad modicum tempus, ſed tantùm ad lon-
gum tempus, etſi ſoluat paruam penſionem, per ea quæ
tradit Carroc. de collect. n. 27. 28. Et ita, &c.



# CAPVT CCX.

## EPITOME.

Hæredi eius, qui habuit ſtallum in Eccleſia, danda eſt manutentio poſt apprehenſam poſſeſſionem, neque locus ei auferri poteſt, niſi pro ſeruitio Eccleſiæ.

## SVMMARIVM.

1 Capitulum eſt in poſſeßione diſtribuendi ſedilia in Eccleſia.
2 Sedilia habere in Eccleſia nemo poteſt inuito Epiſcopo.
3 Mors omnia ſoluit.
4 Teſtis vnicus probat contra inducentem.
5 Sedilium ius eſt reuocabile ex Synodo Regij.
6 Precaria conceſſio quæ dicatur.
7 Manutentio non cadit in actibus facultatiuis.
8 Manutentio non datur ei, de cuius non iure liquet.
9 Poſſeßio non datur ei, cui reſiſtit iuris præſumptio.
10 Manutentio non datur, niſi poßidenti.
11 Manutentio non competit ei, qui ſe habuit pro ſpoliato.
12 Spoliato competit remedium recuperandæ, non manutentionis.
13 Manuteneri debet quis in poſſeſſione ſtalli, vel ſcabelli in Eccleſia.
14 Quaſi poſſeſſio ſedendi in loco Eccleſiæ acquiritur per vnicum actum.
15 Poſſeſſor antiquior eſt manutenendus, quia noua poſſeſſio cenſetur clandeſtina, vel violenta.
16 Stallum in Eccleſia an quis habere poßit inuito Epiſcopo.
17 Laicus eſt manutenendus in vſu ſtalli in Eccleſia.
18 Rector Eccleſiæ non poteſt amouere ſcabella ad libitum.
19 Sedilia vt habeantur in Eccleſia ſufficit tacitus conſenſus Rectoris, vel Epiſcopi.
20 Conſenſus, & beneplacitum Superioris præſumuntur ex curſu 30. annorum.
21 Manutenendus eſt hæres in poſſeſſione illarum rerum quarum tenutam cepit.
22 Iuſpatronatus conceditur laicis ex gratia.
23 Laici ex gratia poſſunt habere vſum ſedilium in Eccleſia ad inſtar iuriſpatronatus.
24 Sepulchrorum, & ſedilium ius gubernatur ſicut iuſpatronatus pro laicis.
25 Laici in Eccleſia, an poſſint dicere, iſte locus eſt meus.
26 Sedilium ius habendi in Eccleſia tranſit ad quoſcunque hæredes, ſicut iuſpatronatus.
27 Iuſpatronatus tranſit ſui natura ad hæredes, etiam extraneos.
28 Iuſpatronatus tranſit etiam ad fœminas.
29 Ius ſedilium tranſit etiam ad fœminas.
30 Iuſpatronatus gentilium non egreditur familiam, & quando.
31 Iuſpatronatus præſumitur potiùs hæreditarium, quàm gentilitium.
32 Iuſpatronatus gentilitium extincta familia tranſit ad hæredes extraneos.

33 *Iuſpatronatus maſculorum deficientibus maſculis tranſit ad fœminas.*
34 *Iuſpatronatus vacat mortuo patrono ſine hærede.*
35 *Iuſpatronatus non vacat extante aliquo hærede.*
36 *Præſuppoſito non verificato non habet locum diſpoſitio.*
37 *Rectores Eccleſiarum poſſunt ſedilia amouere iuxta indigentiam Eccleſiæ.*
38 *Sedilia ius habendi eſt irreuocabile, & Rector non poteſt tollere vni, & dare alteri.*
39 *Conſtitutio Synodi Regij intelligenda eſt ſecundùm ius commune.*
40 *Hæres ſuccedit in Iurepatronatu, & iure ſedilium.*
41 *Pro ſpoliato ſe quem non habuiſſe, ſignis probatur.*
42 *Pro ſpoliato in dubio non præſumitur, quod quis ſe habuerit.*
43 *Pro ſpoliato an quis ſe habuerit, pendet ab animo, & ſtatur eius aſſertioni.*
44 *Poſſeſſionem non perdit, etiamſi quis vadat in longinquam regionem, ſi animo retineat.*
45 *Poſſeſſio non amittitur per abſentiam, vel non vſum.*
46 *Poſſidenti ciuiliter datur manutentio pro recuperanda naturali poſſeſſione.*
47 *Poſſeſſio ciuilis trahit ad ſe naturalem.*
48 *Poſſidens ciuiliter faciliùs recuperat naturalem per viam manutentionis.*
49 *Vtilius quod eſt, id velle, & facere quilibet præſumitur.*
50 *Ciuiliter poſſidens lapſo decennio, ſi negligens ſit, amittit poſſeſſionem.*
51 *Ciuilis poſſeſſor intra decennium poteſt recuperare naturalem.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1638. orta eſt controuerſia inter DD. fratres de Cultris, ex vna, & D. Siluiam Sauiam ab altera, circa ius ſedendi in ſcabello, quod fuit de iuribus D. Ioannis Pratonerij, ob cuius mortem M.R. DD. Canonici Cathedralis conceſſerunt ſitum, & locum dictis DD. Fratribus, dicta Domina verò Saluia vti nepos, & hæres dicti D.Ioan. prætendit continuare in iure, & poſſeſſione dicti ſtalli pro concionibus, & diuinis Officiis audiendis; & pars vtraque tentauit poſſeſſorium ſummariiſſimum, petens ſe manuteneri in ſua poſſeſſione: quæritur quid iuris.

Et ſanè primo aſpectu videbatur reſoluendum ad fauorem dictorum fratrum de Cultris, qui ſatis fundatam habent intentionem ſuper conceſſione Capituli, quod
1 eſt in hac quaſi poſſeſſione concedendi loca ſtallorum, &
ſedilium, commutatiuè quidem, non priuatiuè quoad
Epiſcopum, quia certum eſt in iure, quod nemo poteſt
acquirere locum in Eccleſia, vel ius ſedendi ſine licentia,
vel tolerantia Epiſcopi, ſicut etiam in ſepulturis, vt tra-
2 dunt Hoſt. Ioan. And. & Abb. *in cap. penult. de ſepult.*
Roch. de Curt. *in tr. de iurepatr. verb. in Eccleſia, quæſt.7.
num.16.* Lambert. *eod. tract. lib.1. part.1. quæſt.11. princ.
art.15. num.2.* Gionag. *conſ.8. num.19. lib. 2.* ideò cùm
ſub die 8. Ianuarij 1638. DD. Canonici conceſſerint
dictum locum prædictis Fratribus de Cultris tanquam
vacantem ob mortem dicti D. Ioan. nihil vlteriùs videtur
quærendum, ſtante quod mors omnia ſoluit,
3 *leg. Neratius, de reg. iur. leg. in ſumma, de re iud. §. deinceps,
in Auth. de nupt.* & maximè quia teſtes etiam
dictæ D. Siluiæ videntur concludere, quod ſit mutatio
ſtallorum iuxta placitum Canonicorum, qui plenè
probant contra eam, etiamſi vnicus ſit teſtis, Gabr.
4 *concluſione 1. de teſtibus, num. 14. verſ. contrarium, &
num.15.*

Secundò tantò magis videtur firma eſſe conceſſio facta
dictis DD. de Cultris, quia prædictus D. Patronerius
5 non habebat ius in ſtallo irreuocabile, ſtante Conſtitutione
Synodali, *tit.7. num.12.* quò loci diſponitur, quod
in huiuſmodi ſedilibus nemo cenſetur ius irreuocabile
habere, etiam poſt longum tempus, ex quo cognoſcitur
omnes, qui ſedilia tenent in Eccleſia, illa habere precariò,
quia conceſſio reuocabilis ad beneplacitum, dicitur
precaria, *l.1.* & ibi gloſſa, & *in l. cum precariò, ff. de præcar.* 6
ſed precariò aliquid tenenti non competit manutentio
contra voluntatem concedentis, *l.1. in princ. & in fin.
ff. vti poſſidetis,* eò quod in actibus facultatiuis non cadit 7
manutentio. Rip. *in cap. cùm Eccleſia Sutrina, num.43. de
cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Gratian. *diſc.655. n.49.* ideò poſſunt
Canonici loca huiuſmodi ad libitum tollere vni, &
dare alteri.

Tertiò non eſt danda manutentio dictæ D.Siluiæ, quia
liquet de non eius iure, & conſtat de iure DD. Cultrorum;
ſiquidem vbi conſtat de bono iure partis, non datur
vlla manutentio aduerſario, etiam in ſummariiſſimo 8
poſſeſſorio, Cancer. *var. reſol. cap.1. regiſtrato in prima
part. num.135.* & maximè quia ei ius reſiſtit. Rot. *diuerſ.
deciſ.349. num.5. & deciſ.351. n.1. p.1.*

Nam ſi vehemens præſumptio contra detentorem efficit,
ne ei concedatur interdictum ſummariiſſimi poſſeſſorij,
Menoch. *de retin. rem. vlt. num.34.35.* quantò minùs 9
dari debet vbi conſtat de non eius iure.

Quartò certum eſt, quod manutentio non datur, niſi
poſſidenti, *§. retinendæ, Inſt. de interdict.* non autem com- 10
petit ei, qui ſe habuit pro ſpoliato, Ludouiſ. *deciſ. 546.
num.12.* ſed dicta D. Siluia habuit ſe pro ſpoliata, ſiqui- 11
dem poſt præceptum emanatum pro parte dictorum fratrum,
ampliùs non perſeuerauit in dicta poſſeſſione, &
& conſtat etiam ex teſtibus D. Siluiæ, qui dicunt, quod
poſtquam dicti fratres locauerunt ſuum ſtallum in loco
prædicto, ipſa D. Siluia ampliùs non eſt reuerſa ad illum,
dicens ſe velle recuperare locum per viam iuſtitiæ, ex
quo reſultat, quod ſe habuit pro ſpoliata; ideò ei non
competit manutentio, ſed potiùs remedium recuperato- 12
rium, ex textu *in §. recuperandæ, Inſt. de interdict.* ergo
ei non eſt danda manutentio.

His tamen non obſtantibus cenſui de iure dandam eſſe
manutentionem dictæ D. Siluiæ; ſiquidem conſtat per
plurium teſtium depoſitiones ſtallum hoc, & ius ſedendi
in eo pertinuiſſe ad dictum D. Pratonerium, & eo fuiſſe
vſum per ſpatium annorum 30. & 40. & poſt eius mortem
prædictam D.Siluiam eius neptem, & hæredem illo
pariter fuiſſe vſam, & permanſiſſe in eius poſſeſſione
pacifica per aliquod temporis ſpatium; ſiquidem etiam
in Eccleſia datur laicis pro conſeruatione ſuæ poſſeſſionis
interdictum *vti poſſidetis*, & mandatum de manutenendo
pro conſeruatione ſuæ poſſeſſionis tenendi
ſcamna, ſtallum, vel ſedile in aliquo loco Eccleſiæ eminentiori,
& provt quiſque poſſidet, vt *ex cap. licèt cau- 13
ſam*, vbi Bald. *de probat.* Benedict. *in cap. Raynutius,
verb. duas habens filias, num.21. verſ. immò ſi eſſent, &
verſ. & ad hoc.* Purpur. *conſil.540. num.19.* Cordub. *in l.
ſi quis à liberis, in princ. num. 25. & num. 30. 31. ff. de
liber. agnoſc.* Addent. ad prax. Archiep. Neap. *cap.41. ſub
numer.31.* & cenſuit Rota *in vna Caligurritana præeminent.
26. Iunij 1589. coram Gipſio*: latè, & pulchrè Gratian.
*diſc. for. 210. numer. 40.56.* pulchrè etiam Giouag.
*in conſ.8. num.12. & num.17. verſ. Quæ cùm ita ſint, &
num.23. verſ. ſed laicus.* Poſthius *in tract. de manut. obſer.
18. numer.25.* & ego dixi *controuerſ. forenſ. 119. numer 9.*
vbi vide.

Et hæc adeò vera ſunt, vt etiam per vnicum actum
poſſidendi acquiratur hæc poſſeſſio ſedendi in loco ſu- 14
per ſtallo, vel ſcabello in Eccleſia, ſi fiat nomine proprio.
Bart. *in l. 1. §. hoc interd. ff. de itin. actuq. priuato.* Abb. *in
d. cap. cùm Eccleſia Sutrina,* vbi Rip. *de cauſ. poſſ. & propriet.*
Menoch. *conſ.126. num.6. & conſ.157. num.39.* Grat.
*diſc.110. num.17. & diſc.210. n.41.* Rot. *diuerſ. deciſ.222.
num.6. part.1.* nouiſſimè Giouag. *d. conſil.8. num.17. lib.2.*
Poſth. *d. obſ.18. n.25.*





Nec obſtat, quod Domini fratres de Cultris amouere
fecerint dictum ſtallum dicti D. Ioan. & D. Siluiæ à loco,
vbi erat, & ibi ipſi poſuerint ſuum, & ſuper eo fuerint
eorum mulieres, quaſi quod vltimus ſtatus attendatur.
Quia reſpondetur hoc fuiſſe actus turbatiuos poſſeſſionis
D. Siluiæ, quæ idcircò & ipſa fecit amouere ſtallum
dictorum DD. fratrum, & in loco ſtalli fecit portare
ſcamnum, in quo ſedit pro concione audienda, & prouocata
in iudicio ſtatim reſpondit eſſe manutenendam in
ſua poſſeſſione; ideò illa eſt manutenenda, quia docuit
de antiquiori poſſeſſione, eo quod iunior poſſeſſio præſumitur
clandeſtina, vel turbatiua, & violenta, ad tex-
15 tum *in cap. licèt cauſam*, vbi DD. notant, *de probat.*
Caſtr. *conſ.3. ſub numer.2. lib.2.* Couar. *pract. qq. cap.17.
num.6. verſ. duodecimo*, Ruin. *conſ.28. num.1. & num.5.
lib.4.* Menoch. *de adipiſc. rem.6. num.12. & de retin. rem.3.
num.725.* Honded. *conſ.20. num.20.22. lib. 1.* Gratian.
*diſc. for.431. num.3. & diſc.526. num. 43. 44.* Giouagn.
*conſ.8. num.119. & num. 180. lib. 1.* Ludouiſ. *deciſ. 6.
num. 3. & deciſion. 171. num. 2.* Coccin. *deciſion. 14.
num.7.* Caualer. *deciſ.44. num. 5.* latè Poſth. *de manuten.
obſ.71. n.2.* vbi infinitos congerit. Rota poſt eum *deciſ.49.
num.3.*

Non obſtant in contrarium adducta, & primò quod
nemo poſſit acquirere ius tenendi ſedile in Eccleſia abſque
licentia, vel tolerantia Epiſcopi, quia hoc verum eſt,
16 ſi à principio laicus vellet inuito Epiſcopo ius ſedilium
ſibi vindicare, & acquirere, vt pulchrè tradit Giouagn.
*d. conſ.8. num.23. lib.2.* ſecus eſt, ſi ab initio Epiſcopus,
vel Doctor Eccleſiæ paſſus eſt laicum habere ſedile in
Eccleſia, non quidem quod habeat dominium Eccleſiæ,
vel proprietatem, ſed tantùm vſum, & per hoc ſeruitium
Eccleſiæ non incommodatur, & tunc nequaquam
17 poteſt Rector Eccleſiæ ſedile huiuſmodi amouere, ſed
laicus eſt manutenendus in ſua quaſi poſſeſſione, vt vidimus,
& declarat Pariſ. *conſ.149. num.12. verſ. Etiamſi,
& ſub num.16.24.25. lib.4.* Franc. Marc. *deciſ. 275. p.2.*
Gratian. *diſcept.110. num.13. & diſc.210. num.32. ad fin.
& num.51.* pulchrè Giouag. *d. conſ.8. num. 22. 23. lib.2.*
qui ſatisfacit in terminis, & loquitur contra Curatum,
qui amouerat ſtallum à loco ſuo, vt id facere non poſſit;
quod enim ſemel placuit, ampliùs diſplicere non poteſt,
18 *cap. quod ſemel, de reg. iur. in 6.* etenim ſi hoc ius eſſet
amouibile ad nutum Rectoris, non competeret ius
manutentionis pro ſedilibus habendis in Eccleſia,
provt tamen competit. Giouag. *d. conſ.8. num.22. in fin.
lib.2.*

Sed ſic eſt, quod dictus D. Pratonerius habuit dictum
ſtallum, & ſedile in Eccleſia prædicta, per annos 30. & 40.
pacificè: ergo non eſt ipſe, nec eius hæres ſpoliandus
dicta poſſeſſione; etenim præſumitur, quod ab initio interuenerit
conſenſus Superioris, tum ex tolerantia, quia
19 non requiritur expreſſus aſſenſus, ſed ſufficit etiam tacitus,
vt per Gratian. *d. diſc. 210. num.51.* Rot. *d. deciſ.
222. part.1.* Giouag. *d. conſ.8. num.23. lib.2.* tum ex curſu
30. annorum, quod temporis ſpatium ſufficit ad præſumendum
conſenſum, & beneplacitum Superioris:
20 gloſſa *in cap. peruenit*, vbi Imol. *num.10.12. de empt. &
vend.* Alex. *conſ.1. num.20. & conſ.17. num. 8. lib. 4. &
conſ.50. num.7. lib.5.* de communi Gozad. *conſ.73. n.20.21.*
Curt. Iun. *conſ.100. n.31. & conſ.213. n.97. lib 3.* Seraphin.
*deciſ.1042. num.2. & deciſ.1228. num.1.* & ideò ſicut manutenendus
eſſet dictus D. Pratonerius, niſi viueret,
ita manutenenda eſt dicta D. Siluia eius neptis, & hæres,
ſtante quod poſt eius mortem illa continuauit in
poſſeſſione eiuſdem ſtalli; hæres enim manutenendus
21 eſt in poſſeſſione illarum rerum hæreditatis, de quibus
cepit tenutam: Menoch. *de retinend. remed. 3. num.281.*
Boccat. *de interdict. vti poſſid. cap.2. num.73.* Gail. *pract.
obſeru. lib.2. obſeru.129. n.8.* & Poſth. *de manuten. obſ.73.
num.63.*

Neque hoc à iure eſt alienum, quia ſicut laicis ex gratia
conceditur Iuſpatronatus ad beneficia, *cap.1. & 2. &* 22
*cap. quoniam, de iurepatr.* & notant. DD. & *in cap. quantò,
de iudic.* March. *deciſ.275. num.2. part.1.* Gratian. *diſcept.
210. n.48.* Giouag. *d. conſ.8. num.6.* ita ex gratia conceditur
laicis quoad vſum tantùm ius retinendi ſcamna,
ſedilia, banchas, & ſcabella in Eccleſia; quod licèt non
ſit propriè iuſpatronatus, tamen largo modo iuſpatronatus
appellatur, & eſt ad eius ſimilitudinem. Hoſt. *in d.* 23
*cap. pen. num.20. & in vlt. verbis,* vbi Ioan. And. *num.2.
& in fin.* Anch. *ſub num.5.* Abb. *num.5. verſ. Quidquid,
& verſ. & idem,* Butr. *n.3. verſ. & idem, & in fin.* Zabarell.
*num.5. & in fin.* Ioan. de Anan. *num 4. de ſepult.* Roch.
de Curt. *d. tract. de iurepatr. verſ. in Eccleſia, n.13. verſ.
tamen, & num.16.* Lambert. *eod. tract. lib.1. part.1. q.11.
princ. art.15. num.1.* vbi quod largo modo dicitur iuſpatronatus.
Panſ. *d. conſ.149. lib.4.* Molin. *de primog. Hiſp.
lib.1. c.24. num.34.* Menoch. *de recuper. rem.15. num. 46.*
Prax. Archiepiſc. Neap. *d. c.41. n.22.* & ibi Add. *num.31.*
Gratian. *d. diſc.110. n.19. & diſc.210. n.32.46.50.* pulchrè
Giouag. *d. conſ.8. n.8.9. lib.2.* Viuian. *de iurepatr. lib.3. c.2.
num.55.* vbi quod hoc eſt largè, & impropriè iuſpatronatus,
ſed quia eſt ad ſimilitudinem eius, iiſdem regulis
gubernatur, ſicut ius ſepulchorum, vt tradunt omnes 24
*in d. c. pen. de ſepult.* & ideò licèt mulieres in Eccleſia
quoad dominium non poſſint dicere, iſte locus eſt meus, 25
quantùm tamen ad vſum benè hoc poſſunt dicere, teſte
Ioan. de Anan. *in d. cap. pen. n.4.* quem ſequitur Giouag.
*d. conſ.8. n.9. verſ. vbi ait*: ideò non potuerunt dicti DD.
Canonici auferre dictæ D. Siluiæ ius dicti ſtalli, & ſedendi
in eo. Giouag. *d. conſ.8. n.20. in fin. & num.21.* Gratian.
*d. diſc.210. num.46.*

Nec verum eſt, quod ius morte diſſoluatur, & ideò
non tranſeat ad hæredes, quia ſi non conſtàt, quod fuerit
limitatè conceſſum, ſicut iuſpatronatus, tranſit ad
quoſcunque hæredes, etiam extraneos, vt ex *cap. 1. de* 26
*iurepatr.* inquit in terminis Giouag. *d. conſ.8. num.20.* ſi-
cut enim certum eſt, quod iuſpatronatus ſui natura eſt 27
tranſitorium ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos,
gloſſa *in cap. conſiderandum, 16. quæſt.7.* Abb. *in cap. 1.*
vbi DD. *de iurepatr.* Aret. *in cap. ſignificauit, fol.3. de teſtib.*
Card. Anch. & Imol. *in Clem.2. de iurepatr.* Couar. *var.
reſol. lib.2. cap.18. num.6.* Seraph. *deciſ. 364. num. 3. &
deciſ.378. num.1. & deciſ.456. n....* & ita tenent communiter
DD. teſte Viuian. *de iurepatr. lib.4. cap.2. n.1. & ſeq.* vbi
plurimos congerit: ita hoc ius ſedilium poteſt tranſire
ad quoſcunque hæredes, quia ad eius ſimilitudinem ordinatur;
& ſicut iuſpatronatus poteſt tranſire etiam ad
fœminas hæredes. Abb. *in cap.1. num.3. de iurepatr.* & 28
cenſuit pluries Rot. Viuian. teſte *d. cap.2. num.7.* ita hoc
ius ſedilium poteſt tranſire ad fœminas hæredes, & fortè
conuenientiùs, quia in hoc caſu ſedile non deſeruit niſi 29
pro fœminis.

Et quamvis hoc non procedat in patronatu gentilitio,
& familiari, quod non egreditur perſonas familiæ, cui
fuit conceſſum, vt per Roch. *de iurepatron. in verb. ipſe
vel is, quæſt.33. in fin.* & nos diximus *in d. controuerſ. for.* 30
*119.* tamen hîc non conſtat hoc ius fuiſſe gentilitium;
& cùm non appareat, qualiter fuit conceſſum, præſumitur
quod potiùs fuerit hæreditarium, quàm gentili- 31
tium. Viuian. *de iurepatron. lib.4. cap.2. num.4.* Ricc. *deciſ.60.
& deciſ.72. part.2. & de iurepatr. reſol.202. num.6.*
& ego dixi *controu.1. num.19.* ſed dato etiam, quod hoc
eſſet ius gentilitium dicti D. Ioan. tamen cùm non appareat
taxatiuè illi fuiſſe conceſſum, potuit etiam tranſire
ad extraneos, & maximè extincta eius familia; tunc enim
etiam iuſpatronatus gentilitium ad hæredes extraneos 32
tranſire poteſt, vt ex Anch. *conſ.81.* & Calder. *conſ. 4.
de iurepatr.* pulchrè probat Seraph. *deciſ. 364. num. 2.
verſ. His tamen, & num.4.5.6.7.* vbi tollit contraria, &
*deciſ.378. num.1.2.3. & per totam*, vbi teſtatur de communi,
& ego dixi *in controu. for.1. num.24. & controu.
107. num.3.* latiſſimè Viuian. *de iurepatr. lib. 4. cap. 9.*

*num.*2. vbi multos allegat, vbi ad rem etiam tradit, quod
iuſpatronatus,in quo ex pacto ſuccedunt ſolùm maſculi,
& non fœminæ , ſi deficiant maſculi, iuſpatronatus non
extinguitur,ſed tranſit ad fœminas, ergo dicta D. Siluia
non potuit excludi à dicto iure ſedendi in ſtallo , & loco
Eccleſiæ conſueto.

Ideò conceſſio Capituli facta dictis fratribus eſt nulla,
tum ex prædictis, tum quia eſt gratia ſubreptitia ; ſiqui-
dem ſuppoſitum fuit locum fuiſſe vacantem,quod eueni-
re non poteſt, niſi quando quis moritur ſine hærede, vt
34 per Viuian.*de iurepatr.lib.4.cap.4. num.*69.70. hîc autem
non poteſt dici locum vacare , quia tranſit ad hæredes
35 etiam extraneos, latè Viuian. *eod. tract. lib.*14. *cap.*2.*nu-
mer.*20.21.27. vbi teſtatur à Rota fuiſſe ſæpius, ita deci-
ſum,quod procedit etiam in patronatu gentilitio, quan-
do extincta eſt familia,quia adhuc non vacat, ſed tranſit
ad hæredes extraneos. Seraphin. *d.deciſ.*364.*num.*3.4. *&
ſeqq.*& *deciſ.*378. *num.*2.3. Viuian. *d.lib.*4. *cap.*9. *num.*1.
ideò cùm ceſſet fundamentum præſuppoſitum ipſius gra-
tiæ Canonicorum,debet ceſſare & ipſa gratia ; quia non
verificato præſuppoſito non poteſt habere locum diſpo-
36 tio,vt notant Iac.Butr.Salic.& Fulgoſ.*in l.mancipia, Cod.
de ſeru. fugit.* Rom. *ſing.*48. Dec. *conſil.*511. *num.*4.*lib.*3.
Decian.*conſil.*1.*num.*14. *lib.*1. Surd. *deciſ.*65.*numero nono,*
Riminald. Iun. *conſ.*139. *num.*31.Cyriac. *controu.for.*248.
*num.*4.& *controu.*356.*num.*11.

Et ſimiliter nihil nocet conſtitutio Synodalis Regij
*tit.*7. *num.*22. quæ benè loquitur in ſuo caſu, vt Recto-
res Eccleſiarum poſſint ſedilia rectè diſponere , & amo-
uere,iuxta rei exigentiam,adeò vt nemo cenſeatur in eis
37 vllum ius irreuocabile,etiam pro longum tempus, habe-
re ; decet enim vt liberum ſit Rectoribus tollere impe-
dimenta Eccleſiarum , & amouere ſubſellia,quando per
ea ſeruitium Eccleſiæ incommodatur;& tunc benè dici-
tur non acquiri ius irreuocabile , vt per Giouagn. *dict.
conſ.*8. *num.*9. *verſ. falſum* ; & ideò aliud eſt dicendum,
quando non tractatur de ſeruitio Eccleſiæ , ſed Rector
vult tollere locum vni , & dare alteri ; tunc enim id ei
non licet , quia ius conceſſum vni , vt teneat ſedilia in
38 Eccleſia ex gratia , quoad vſum tribuit ius irreuocabile,
& Rector non poteſt illud tollere ad libitum. Noſt. *in d.
cap.pen.in fin.* vbi Ioan.And.*ſub num.*2.Anch.Abb.& Za-
barell.*ſub num.*5. Butr.*ſub num.*3. *de ſepult.* Roch. *d. loco,
num.*18.March.*d.deciſ.*275.*num.*3. Gratian.*d.diſcept.*110.
*num.*19. pulchrè Giouagn. *d. conſil.*20. 21.22. vbi etiam
docet,quod licèt hoc ius ab initio ſit gratioſum, tribuit
tamen ius irreuocabile : & ideò non faciunt ad rem
quæ de precario inculcantur , quia illud ſemper ad libi-
tum Domini poteſt reuocari , quod non eſt dicendum in
conceſſione ſedilium , vt per Giouagn. *d. conſ.*8. *num.*9.
*verſ.falſum,*& *num.*10.11.*& ſeqq.*& cùm dicta conſtitutio
ſit clara,in quo caſu loquatur, & debeat etiam interpre-
39 tari ſecundùm ius commune,vt per Gratian.*diſc.for.*947.
*num.*15. & *diſc.*972. *num.*11. facilè euitatur in caſu no-
ſtro , adeò vt concludendum ſit Canonicos non poſſe
tollere locum alicui, & dare alteri, ſed bene mutare loca
pro ſeruitio,& commodo Eccleſiæ.

Tertiò non obſtat,quod D.Siluiæ non poſſit dari ma-
nutentio , quia conſtat de eius non iure ; quoniam hoc
argumentum facilè retorquetur , vt potiùs liqueat de
non iure dictorum fratrum , qui nec poſſeſſionem pro-
bauerunt,nec iuſtum titulum, quia conceſſio Canonico-
rum non valuit , vt vidimus , & cùm dicta D. Siluia ſit
hæres dicti D.Pratonerij,ad quem ſtallum ſpectabat, ſe-
40 quitur,quod in eodem iure ipſa ſuccedat. Abb.*in d.cap.*1.
*num.*2.vbi DD.*de iurepatr.*Seraphin.*d.deciſ.*378.*num.*2.3.
& ego dixi *contr.*1.*num.*25.& *controu.*107.*num.*3. Viuian.
*d.cap.*9.*num.*2.

Non obſtat , quod dicta D.Siluia habuerit ſe pro ſpo-
liata , quia hoc non eſt verum ; nam imò ex proceſſu
conſtat de facto etiam retinuiſſe poſſeſſionem non ſolùm
animo ; nam amoto eius ſtallo amouere fecit ſtallum di-
ctorum fratrum aduerſariorum, & acceſſit ad locum , &
ſcamnum attulit, in quo ſedere poſſet ; & prouocata in
iudicio petiit manutentionem,ex quibus ſignis non præ 41
ſumitur,quod habuerit ſe pro ſpoliata.Caualer.*deciſ.*351.
*ſub num.*7.Farinac.*deciſ.recent.*644.*ſub num.*6.*part.*1.Poſt-
hius *de manuten.obſer.*57.*num.*61.62.63.64.imò in dubio
etiam quis non præſumitur,quod habuerit ſe pro ſpolia- 42
to, & qui hoc dicit, id etiam probare debet. Rota apud
Marcheſ.*de commiſſ.part.*1.*fol.*1065. *num.*3. Ludouiſ. *de-
ciſ.*307.*num.*10.Giouagn.*conſil.*40.*num.*10.*lib.*2.Poſthius
*d.obſeru.*57.*num.*57.58.Rot.apud eum *deciſ.*226.*n.*2. adeò
vt an quis ſe habeat pro ſpoliato,vel potiùs voluerit re-
tinere ciuilem poſſeſſionem,ab eius animo pendet,& ſta- 43
tur eius aſſertioni.Poſth.*d.tract.obſeru.*17.*num.*9.10.11.&
*obſeru.*57.*num.*48.ideòque petens manuteneri, vt hîc fe-
cit D. Siluia, non videtur ſe habere pro ſpoliato. Poſth.
*d.obſeru.*57.*num.*87.

Nec obſtat quod diu diſtulerit proſequi litem,quia oc-
caſio abſentiæ declarat eius mentem ; ſiquidem nupſit vi-
ro, qui in Officiis Cancellarij ſeruiebat alibi ſuo Princi-
pi, & ſecum duxit vxorem ; & hic non eſt modus amit-
tendi poſſeſſionem,quæ animo retinetur,etiam quod ſit
naturalis tantùm ; & licèt poſſeſſor diſcedat à fundo ,
etiam quod vadat in longinquam regionem , animo ta-
men retinendi poſſeſſionem , illam non perdit , ad tex- 44
tum *in §.poſſidere,verſ.quin etiam,Inſt.de interdict.*Aret.*in
§.retinendæ, num.*17. *Inſtit. eod.lib.*3. *§.in amittenda,* & §.
*ſeq. l. clam poſſidere,§. qui ad mundinas , ff. de acquirend.
poſſeſſ.* Creſc. *deciſ.*1. *aliàs* 53. *num.*3. *de cauſ. poſſeſſ.&
propriet.* Cyriac. *controuerſ.* 258. *num.* 43. Viuian. *de iu-
repatron.part.*2.*lib.*5.*cap.*2. *num.*43.58. Poſth.*d.obſeru.*17.
*num.*18.19.20.21.22.& Rot. apud eum *deciſ.*217.*num.*44.
qui dicunt per abſentiam, vel non vſum , poſſeſſionem, 45
vel quaſi non amitti ; & an quis retinuerit animum poſ-
ſidendi,ſtari eius aſſertioni.

Nec obſtat, quod dicta D.Siluia dixerit ſe velle recu-
perare ſuum locum per viam iuſtitiæ ;nam hoc intelli-
gendum eſt de recuperatione naturalis poſſeſſionis de
recenti fortè occupata clam, aut vi ;ad hoc enim ciuili-
ter poſſidenti datur manutentio pro recuperanda natura-
li poſſeſſione, vt per Poſth. *d.tract. obſeru.*16.*num.*31. ſi- 46
quidem non habuit ſe pro ſpoliata , & retinuit ciuilem
poſſeſſionem , *l. clam poſſidere , §. qui ad nundinas , ff. de
aquir. poſſeſſ.* & ciuilis animo retenta trahit ad ſe natura-
lem.Rot.apud Pacific.*de Salu.deciſ.*239.*num.*3.Poſth.*dict.* 47
*obſeru.*16.*num.*32.33.34.vbi alios congerit,& probat la-
tè , quod ex hoc ſola ciuili retentione eſt illi danda à iu-
dice manutentio , ſiquidem ciuiliter poſſidens per viam
manutentionis faciliùs recuperat natularem poſſeſſio-
nem , vt dicit Bero. *conſil.*119. *numero ſexto.* Mohed. *de-* 48
*ciſ.*4.*de reſtit.ſpoliat.*Caualer.*deciſ.*531.*num.*4.*in fin.*Poſth.
*d.obſeru.*57.*num.*43. & ſic voluiſſe cenſetur dicta D. Sil-
uia, quia ſemper quis velle, & facere præſumitur , quod
eſt ſibi vtilius ad textum *in l.*1. *&* 2. *ff.de ſolut.* Bart.*in l.* 49
*gerit,ſub num.*21.*verſ.in contrarium,ff.de acquir.poſſeſſ.*Cra-
uet.*conſ.*106.*num.*9.in terminis Ludouiſ. *deciſ.*307. *n.*11.
Poſth.*d.obſeru.*57.*num.*58.

Et quidquid ſit ex negligentia in recuperanda poſ-
ſeſſione naturali occupata fortè à dictis fratribus , non
poteſt D. Siluia videri ſe habuiſſe pro ſpoliata ; ſiqui-
dem ad hoc euitandum ſatis fuit illi , quod erat intra 50
tempus intentandi remedium retinendæ , & manuten-
tionis , quod durat vſque ad decennium , vltra quod
negligens recuperare naturalem , amittit ciuilem , *l. li-
cèt* , vbi gloſſa *in verb. temporis , C. de acquir. poſſeſſ.*Bart.
*in l. ſiue poſſidetis , num.*8. *ff. de probat.* Iaſ. *in d. l. clam
poſſidere , §. qui ad nundinas , numer.*19. *ff. de acquirend.
poſſeſſ.* Rip. *in c. cùm Eccleſia Sutrina , ſub num.*23. *verſ.
elicitur , de cauſ. poſſeſſ.& propriet.* pulchrè Ludouiſ. *dict.
deciſ.*307.*num.*13.Poſth.*d.tract.obſeru.*58.*num.*1.2.ſed D.
Siluia tacuit ſolùm per biennium : ergo potuit intentare
remedium manutentionis. Tiraq. *in tract. le mort ſaiſit,
part.*4.



*part.*4. *decl.*1. *num.*5. Ludouiſ. *d.deciſ.*307. *num.*13. ergo
danda eſt illi manutentio , provt factum eſt , & ſic iuri
conuenire cenſui , & ſententia fuit executioni deman-
data.

---

# CAPVT CCXI.

## EPITOME.

Beneficium quando dicatur Sacerdotale , & an poſſit conferri ſimplici Clerico , ſaltem pro vna vice , & an minor quatuordecim annorum poſſit habere beneficium.

## SVMMARIVM.

1 *Sacerdotale beneficium,non poteſt dari ſaltem non habenti ætatem ad Sacerdotium neceſſarium.*
2 *Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt dari non habenti quatuordecim annos.*
3 *Beneficium non dicitur Sacerdotale,etiamſi Rectori iniunctum ſit onus dicendi Miſſas.*
4 *Beneficium non eſt Sacerdotale,quando Rector poteſt celebrare per ſe,vel alium.*
5 *Beneficium an dicatur Sacerdotale , ſi præſentandus ſit presbyter.*
6 *Presbyteri nomen eſt æquiuocum,& poteſt conuenire etiam Clericis.*
7 *Obſeruantia eſt optima legum interpres.*
8 *Beneficium Sacerdotale non eſt , ſi ſolet dari ſimplici Clerico.*
9 *Beneficium ſolitum dari Sacerdotibus poteſt dari etiam Clericis.*
10 *Beneficium Sacerdotale poteſt pro vna vice dari Clerico, diſpenſante Epiſcopo cum patroni conſenſu.*
11 *Status vltimus attenditur in cognoſcenda qualitate beneficij.*
12 *Manutentio datur poſſeſſori etiam in ſpiritualibus.*
13 *Beneficia ſimplicia non requirunt reſidentiam de generali conſuetudine.*
14 *Ætas quatuordecim annorum non requiritur pro obtinendo beneficio de iurepatronatu laicorum.*
15 *Beneficij collatio licèt nulla, bona fide facta mero iure ſuſtinetur.*
16 *Fundationis tenor in primis attenditur ad cognoſcendum an beneficium ſit Sacerdotale.*
17 *In claris non eſt locus coniecturis.*
18 *Beneficium eſt Sacerdotale , ſi tale fundator illud nominat.*
19 *Geminatio oſtendit enixam voluntatem.*
20 *Beneficium eſt Sacerdotale,ſi pluries dixit fundator præſentandum eſſe Sacerdotem.*
21 *Voluntas teſtatoris ſequenda eſt.*
22 *Abſurdum non eſt dicendum.*
23 *Veriſimile attenditur in interpretanda voluntate teſtatoris.*
24 *Sacerdotium quot modis poſſit eſſe annexum beneficio.*
25 *Beneficio Sacerdotium cenſetur annexum in dubio , non actu ſed aptitudine.*
26 *Beneficium Sacerdotale non poteſt obtinere , qui non eſt Sacerdos actu,vel aptitudine.*
27 *Beneficium Sacerdotale quando requirat Sacerdotium actu, vel aptitudine.*
28 *Beneficium Sacerdotale non requirit Sacerdotium actu, quando verba fundationis non reſpiciunt actum præſentationis,ſed proſecutionis.*
29 *Sacerdotale eſſe beneficium actu , quæ verba indicent.*
30 *Qualitas adiecta verbo debet interuenire de tempore verbi.*
31 *Sacerdotium in actu requiritur, quando præſentandus eſt Sacerdos.*
32 *Beneficium Sacerdotale quomodò nequirat Sacerdotium in actu.*
33 *Inſtitutio eſt nulla , ſi beneficium Sacerdotale detur non Sacerdoti,& non habenti ætatem ad Sacerdotium.*
34 *Præſentatio facta contra voluntatem fundatoris eſt nulla.*
35 *Sacerdotium aptitudine quando requiratur ad obtinendum beneficium Sacerdotale.*
36 *Ætatem plenè probat fides Baptiſmi facta à Curato.*
37 *Ætas quatuordecim annorum inceptorum requiritur ad obtinendum beneficium Eccleſiaſticum.*
38 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare , vt beneficium detur non attingenti decimumquartum annum.*
39 *Beneficium Iuriſpatronatus non poteſt obtineri à Clerico minore quatuordecim annorum.*
40 *Ætas quatuordecim annorum cœptorum requiritur in beneficiis,& ſatis eſt,quod deficiat vnus dies.*
41 *Sacerdotale non eſt beneficium,etiamſi fundator dicat Rectorem debere celebrare Miſſas.*
42 *Onus celebranti Miſſam non facit beneficium Sacerdotale.*
43 *Sacerdotale beneficium quomodo cognoſcatur.*
44 *Clerici ſunt diligentiores in exigendis redditibus beneficiorum quàm in adimplendis oneribus.*
45 *Verba,* per ſe, vel per alium celebret , *quomodo intelligantur.*
46 *Miſſarum oneri rectè per alium ſatisfieri poteſt.*
47 *Sacerdotium actu quando requiratur in collatione beneficiorum.*
48 *Presbyser latinè accipitur pro Sacerdote.*
49 *Coniecturæ ceſſant , vbi in verbis non eſt ambiguitas.*
50 *Beneficium conſumpta diſpenſatione per vacationem reaſſumit naturam ſuam.*
51 *Obſeruantia in dubio declarat , an beneficium ſit Sacerdotale.*
52 *Obſeruantia non attenditur , ſi conſtat de vero ſtatu beneficij.*
53 *Obſeruantia nihil operatur , ſi conſtat de vitio tituli, & præſentationum.*
54 *Beneficium Sacerdotale an poſſit conferri Clerico minori diſpenſante Epiſcopo cum patroni conſenſu.*
55 *Permiſſum ad tempus cenſetur poſt tempus prohibitum.*
56 *Vice prima conſumitur omnis conceſſio , & ſermo intelligitur de prima vice.*
57 *Affirmatiua limitata ad tempus inducit negationem poſt illud.*
58 *Ordinarij non poſſunt commutare voluntates teſtatorum.*
59 *Epiſcopus etiam cum patroni conſenſu , nequit etiam pro vna vice alterare fundationem beneficij, & dare beneficium Sacerdotale non Sacerdoti.*
60 *Beneficium Sacerdotale cui dari poſſit diſpenſante Epiſcopo,vel non.*
61 *Sacerdotale beneficium non poteſt dari non Sacerdoti in actu.*
62 *Epiſcopus poteſt commutare voluntates fundatorum cum conſenſu primi fundatoris.*
63 *Epiſcopus etiam cum conſenſu hæredum fundatoris non poteſt mutare voluntatem eius.*
64 *Epiſcopus poteſt mutare voluntates teſtatorum,& fundatorum ex cauſa neceſſaria.*
65 *Papa ſolus diſpenſat circa voluntates teſtatorum.*
66 *Cauſa neceſſaria mutandi voluntatem defuncti quando dicatur.*
67 *Diſpenſare vt poſſit Epiſcopus circa voluntates vltimas, quid requiratur.*

68 *Fundatoris legem etiam Papa cenſetur velle ſeruare.*
69 *Vltimus ſtatus attenditur in beneficialibus, & quando.*
70 *Vltimus ſtatus non attenditur ſi conſtat de veritate antiquioris ſtatus.*
71 *Poſſeſſor manutenendus eſt, donec non conſtat de eius non iure.*
72 *Manutentio non datur poſſeſſori, ſi euidenter conſtat de vitio poſſeſſionis, & titulo iniuſto.*
73 *Prædo etiam manutenendus eſt, & quando.*
74 *Manutentio non datur prædoni, ſi conſtat eſſe prædonem.*
75 *Diſpenſatio, vt beneficium Sacerdotale detur non Sacerdoti, pertinet ad Papam.*
76 *Inſtrumenta, & acta publica faciunt rem notoriam.*
77 *Spoliato denegatur reſtitutio, ſi conſtat de eius titulo vitioſo.*
78 *Argumentum à maiori ad minus valet negatiuè.*
79 *Voluntatem defuncti quando non poſſint alterare Epiſcopus, nec hæredes.*
80 *Hæredes quomodo repræſentent perſonam defuncti.*
81 *Hæres non poteſt diſpenſare circa voluntatem defuncti, ſed eam adimplere.*
82 *Hæres non poteſt contrauenire menti teſtatoris.*
83 *Singula, quæ non proſunt, nec vnita iuuant, & quando.*
84 *Diſpenſationes vltimarum voluntatum multùm parcè facit Pontifex.*
85 *Vicarius non poteſt commutare vltimas voluntates, & quando.*
86 *Vicarius vt poſſit diſpenſare voluntates teſtantium, quid requiratur.*
87 *Neceſſitas non habet legem.*
88 *Fundator poteſt in fundatione apponere quaſcunque licitas conditiones.*
89 *Negatiuam, vt nullus extet de familia, quando quis teneatur probare.*
90 *Beneficia iuriſpatronatus quam ætatem requirant in præſentato.*
91 *Beneficium Eccleſiaſticum poteſt obtinere minor quatuordecim annorum, ſi ita placuit fundatori.*
92 *Ætas annorum quatuordecim non requiritur, ſi fundator dixit poſſe præſentari Clericum minorum Ordinum.*
93 *Titulo vitioſo vtens dicitur eſſe in mala fide.*
94 *Intruſus quis dicatur.*
95 *Concilium Tridentinum habet decretum irritans.*

## Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Parmenſi beneficij mihi delegata à S. M.R. D. Ludouicus Pozzettus Sacerdos Monticulenſis, Diœceſis Parmenſis, impetrauerat duo beneficia tanquam deuoluta ad Sedem Apoſtolicam, eo quòd vnum ſub titulo Anunciationis B. M. V. fundatum in Cathedrali Parmenſi de iurepatronatu laicorum de Cernitoribus, eſſet Sacerdotale, & tamen de eo fuit inſtitutus M. R. D. Petrus Ioannes Campaninus Clericus minorum Ordinum, & ſolius ætatis annorum nouemdecim, & alterum ſub titulo S. Ambroſij de iurepatronatu laicorum de Tuſchis, fuerit collatum M. R. D. Bartholomæo de Raineriis; Clerico primæ Tonſuræ puero annorum decem, vt conſtat ex fide Baptiſmi, ex qua apparet natum fuiſſe ſub die 26. Iulij 1632. & propterea videbatur, quod Campaninus fuerit nulliter inſtitutus de beneficio Sa-
1 cerdotali, non habens ſaltem ætatem ad Sacerdotium neceſſariam, *c. ſi cui*, vbi DD. *de præbend. in 6.* Abb. & DD. *in c. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect.* Felin. *in c. cùm acceſſiſſent, num.* 18. *de conſt.* Lambert. *de iurepatron. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 7. *princ. art.* 30. *num.* 4. & ſimiliter dictus Rainerius ante annum decimumquartum, ſaltem cœptum fuit nulliter inſtitutus de beneficio Eccleſiaſtico, re-
pugnante ſibi Concilio Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reform.* Ergo 2
beneficia prædicta ſunt adiudicanda dicto D. Pozzetto, iuxta gratiam Pontificis, vt Rota cenſuit apud Farinac. *deciſ. recent.* 216. *num.* 5. *in fin. part.* 2.

Nihilominus faciebant multa in contrarium pro validitate vtriuſque inſtitutionis; nam ſi de primo beneficio B. M. V. loquimur, non videtur expeditum, quod ſit Sacerdotale, quia licèt in fundatione iniunctum ſit Rectori pro tempore, & Sacerdoti onus celebrandi Miſſam ſin-
gulis menſibus pro anima fundatoris, ex quo non eſt 3
electa induſtria perſonæ beneficiati, & per alium poteſt rectè huic oneri ſatisfieri, beneficium non dicitur propter hoc Sacerdotale, & poteſt conferri etiam Clerico primæ Tonſuræ, vel minorum Ordinum, etiam ante ætatem legitimam ad Sacerdotium: & ſæpè ita iudicauit S. Congregatio Concilij, & Rota, teſte Gratian. *diſc. for.* 133. *num.* 8. 9. 10. 11. & *deciſ.* 155. *num.* 4 Bene etiam Marc. Ant. Gen. *in prax. Archiep. cap.* 24. *num.* 11. *in prima editione*, latè Garz. *de benef. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 85. 86. 87. 88. *& ſeqq.* ſic etiam latè Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. *num.* 74. 75. latiſſimè Monet. *de comm. vlt. vol. cap.* 10. *num.* 140. *& ſeqq.* Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *num.* 4. 5. 6. Farinac. *deciſ. poſth.* 21. *num.* 2. *part.* 1. Viuian. *de iurepatron. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 31. 32. & ego dixi *controuerſ. for.* 1. *num.* 87. *in fin.* & *controuerſ.* 38. *num.* 15. & nouiſſimè, & latiſſimè ita cenſuit Rota *in Macerat. benefic. ſub die* 6. *Ianu.* 1640. *coram Merlino*: ita vt nunc hæc ſit communis, & receptiſſima contra Barbat. & alios omnium DD. ſententia.

Et maximè quia in caſu noſtro fundator dixit, quod talis Sacerdos celebret per ſe, vel alium, quo caſu magis certi ſumus, Rectorem non arctari ad celebrandum per ſe; & ita conſtat eam relaxationem oneris celebrandi ſtare demonſtratiuè ad qualitatem oneris, non autem diſpoſitiuè ad qualitatem perſonæ illud abſoluere
debentis, teſte Rota *in Tiraſſon. Capellæ*, 9. *Iun.* 1603. 4
*coram Sacrato.* Gonzal. *d. gl.* 5. *in princ. num.* 78. Gratian. *d. diſc.* 133. *n.* 8. 9. 10. pulchrè Lotter. *de re benef. quæſt.* 47. *num.* 37. 38. Merlin. *in dict. deciſ. Maceratenſ.* vbi reſoluit omnia.

Nec obſtat, quod in fundatione dicatur præſentandum eſſe Presbyterum, quia non per hoc dicitur benefi-
cium Sacerdotale, tum ex his, quæ tradit Caualer. 5
*deciſ.* 551. *num.* 5. 6. & Merlin. *in deciſ. Maceratenſ. in verſ. non obſtant*; tum quia nomen Presbyteri eſt æquiuocum, & poteſt conuenire aliis Clericis inferioribus,
maximè attento communi vſu loquendi, vt *ex capit.* 6
*veſtra, in princip.* & *fin. de cohabit. Cleric.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. *numero* 86. Monet. *de comm. vlt. vol. capit.* 10. *numero* 142. Viuian. *dict. capit. ſexto, numero* 38.

Id autem multò magis procedit, quando aliquando admiſſi ſunt Clerici, vt hîc, quia tunc beneficium non dicitur Sacerdotale, etiamſi dicatur in fundatione præſentandum eſſe Presbyterum, vel Sacerdotem; cùm
enim obſeruantia ſit optima legum interpres, *l. minimè*, 7
& *l. ſi de interpretatione*, *ff. de legib.* Ruin. *conſil.* 271. *numer.* 4. Crauet. *conſil.* 101. *numero* 7. Surd. *conſil.* 140. *numero* 42. *vſque ad num.* 47. ſequitur, quod propter talem obſeruantiam, dum ſolitum eſt admitti Clericos
minorum Ordinum, tale beneficium non poteſt dici 8
Sacerdotale, vt poſt Pariſ. *conſil.* 50. *ſub num.* 19. *ante fin. lib.* 4. inquit Gonzal. *d. gloſſ.* 5. *num.* 87. Monet. *d. cap.* 10. *num.* 142. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 47. *numer.* 30. Viuian. *d. cap.* 9. *n.* 39. 40. immò etiamſi ſolitum eſſet admitti Sacerdotes, nihil releuat, quin etiam Clerici ad-
mitti poſſint, quia verſamur in actibus facultatiuis, vt *in* 9
*d. deciſ. coram Merlino, in fin.*

Verùm dato etiam, quod beneficium ſit Sacerdotale, tamen adhuc valet collatio facta ſimplici Clerico, ſtante



diſpenſatione Ordinarij cum Patroni conſenſu, ſtante quod pro vna, vel altera vice Epiſcopus poteſt cum Patronorum aſſenſu alterare qualitates beneficij: & ſic valebit pro vna vice contra diſpoſitionem fundatoris conferre beneficium Sacerdotale Clerico minorum Ordinum, conſentiente patrono hærede fundatoris, vt per Imol. & Abb. *in d. c. cùm acceſſiſſent, num.* 4. 5. & ibi Corſet.
10 ad Abb. *verb. vnire*, & Felin. *num.* 19. *de conſtit.* Prob. *in d. c. ei cui, num.* 22. 23. 24. *de præbend. in 6.* Lambert. *de iurepatronat. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 7. *princ. art.* 30. *num.* 4. cum aliis multis, de quibus Garz. *de benef. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 105. ideò attendendus eſt vltimus ſtatus dicti beneficij in iudicanda illius qualitate, vt per Seraphin. *deciſ.* 1095. *nu-*
11 *mer.* 3. & *deciſ.* 1120. *num.* 2. Vnde cùm Epiſcopus Parmæ ſit in hac quaſi poſſeſſione diſpenſadi in hoc beneficio, vt conferatur Clerico cum patroni conſenſu, in ea
12 eſt manutenendus, *cap. cùm Eccleſia Sutrina*, & ibi DD. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*

Et hoc maximè dicendum eſt, quia ſi aliter diceremus, vt dictus Rector arctaretur ad celebrandum, ſequeretur, quod teneretur reſidere; & tamen certum eſt, quod de conſuetudine vniuerſali beneficia ſimplicia non requi-
13 runt reſidentiam. Innoc. *in cap. fin. num.* 1. vbi Card. *num.* 7. & *num.* 16. Imol. *num.* 9. *de Cleric. non reſid.* Sanchez *conſil. mor. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 33. *num.* 6. P. Candid. *diſq. mor. part.* 1. *diſq.* 18. *art.* 3. *dub.* 2. *verſ. Dico tertiò.* Seraphin. *deciſ.* 65. *num.* 4. Ludouiſ. *deciſ.* 108. *num.* 4. latè Rot. *in dicta Maceratenſ. verſ. Et moti ſunt.*

Quo verò ad ſecundùm beneficium, poteſt etiam videri inſtitutionem fuiſſe validam; cùm enim beneficium ſit de iurepatronatus laicorum, ſufficit ætas ſeptem annorum, & non requiritur ætas quatuordecim annorum, de qua Concil. Trident. *d. ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reform.* quod habet locum ſolùm in beneficiis collatiuis, non autem iuriſpatronatus, vt ex decreto S. C. ſub die 2. Iul.
14 1579. videtur ſentire Rot. *diuerſ. deciſ.* 482. *n.* 3. *in fin. p.* 1. & Mar. Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 4. *num.* 9. *verſ. Tum quia*, & *in nou. iur. Pont. concluſ.* 14. *num.* 7. cui adhærere videtur P. Dian. *moral. part* 3. *tract.* 6. *miſcell. reſol.* 64. *verſ. Sed ad hoc*: & dato etiam, quod dictus Rainerius ob defectum ætatis eſſet incapax dicti beneficij, tamen mero iure ſuſtinenda videtur inſtitutio, quia bona fide facta
15 eſt, vt tradit Lotter. *de re benefic. part.* 2. *quæſtion.* 47. *num.* 21.

His tamen non obſtantibus, quæ caſui noſtro non bene aptantur, etiamſi in parte vera ſint, cenſui aliter iudicandum eſſe, quia ex fundatione ipſa liquidò conſtat primò, dictum beneficium eſſe Sacerdotale, cùm in verbis id exprimat fundator, & pluries diſponat, & repetat, vt cùm vacare contigerit, ad illud præſentetur, & eligatur Sacerdos, ac Presbyter; & caſu quo adſit aliquis de eius familia, voluit tunc ſatis eſſe, quod ille ſit in Ordine Sacro, vt poſſit dictum beneficium habere; idque Ordinarius pluries replicat in erectione beneficij in titulum, & eius confirmatione, ex quibus rectè intuenti ſatis conſtare poteſt, nullum remanere dubium, an dictum beneficium ſit Sacerdotale à ſua origine, & Sacerdotium requiriri in præſentato, qui non ſit de familia fundatoris, qualis non eſt dictus Campaninus; ſiquidem ad cognoſcendum qualitates beneficij, & an ſit Sacerdotale, necne, in primis attenditur tenor fundationis, vt
16 per Abb. *in d. cap. cùm in cunctis, §. inferiora, numero* 12. vbi DD. *de elect.* Barboſ. *conſil.* 33. *num.* 8. *lib.* 2. Prob. *ad Ioan. Monach. in c. ei cui, num.* 44. *de præbend. in 6.* Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 1. *ſub num.* 79 Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſtion.* 47. *num.* 29. Farinac. *deciſ. recent.* 216. *num.* 1. *lib.* 2. & in hoc omnes conueniunt.

Ideò in caſu noſtro nihil omninò videtur dubitandum de hac veritate, quia in fundatione ipſa fundator appellat, & nominat hoc beneficium Sacerdotale, & ſuper ea erectio illius firmatur; ideò ſumus in claris, quod eſt Sacerdotale, nec eſt opus aliis coniecturis, vt *ex l.* 2. *C. de le-
gib. l.* 1. *§. cùm in verbis, de leg.* 3. Socin. Sen. *conſ.* 43. *in princ.* 17
*vol.* 1. Bec. *conſil.* 1. *num.* 4. Surd. *deciſ.* 210. *num.* 1. Flam. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 12. *quæſt.* 5. *num.* 15. inquit in terminis Mar. Antonin. *var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 3. *num.* 8.
*verſ. Tertiò dicitur*, & *num.* 9. & *reſolut.* 4. *num.* 9. *verſic.* 18
*Tum demùm*, ibi: *& propterea*, vbi docet, quod ex quo fundator in indiuiduo nominat beneficium Sacerdotale, ſatis ſumus in claris eſſe tale; quod ſufficere deberet.

Sed nihilominus ex verbis, & mente dicti fundantis ſatis elicitur, & comprobatur etiam dictum beneficium eſſe Sacerdotale, quia ipſe fundator pluries reiterat præſentandum fore Sacerdotem, & eligendum, ac nominandum eſſe Presbyterum, ex quibus verbis geminatis apparet hoc beneficium eſſe Sacerdotale, & requirere Sacerdotium tempore præſentationis, quia geminatio oſtendit enixam eius voluntatem, vt *ex l. Baliſta, ff. ad
Trebell.* Crauet. *conſil.* 20. *numer.* 2. Becc. *conſil.* 70. *nume-* 19
*ro* 10. Surd. *conſil.* 10. *numero* 54. dixit in terminis Mar. Antonin. *d. reſolut.* 3. *numero ſeptimo*, & tenuit Rot. *in Foroliu. Capellan.* 10. *Maij* 1586. *coram Seraphino*, vt
per Garz. *de benefic. part.* 7. *capit.* 1. *numero* 66. *verſ. Ex* 20
*quibus*, vbi dicit, quod ex tali geminatione, quod debeat præſentari vnus Sacerdos., Rota tenuit Sacerdotium requiri tempore præſentationis.

Deinde id manifeſtè conuincitur ex verbis Fundatoris, dum loquitur de Sacerdote præſentando, qui ſit de eius familia, quia tunc voluit ſufficere, quod ſaltem ſit in aliquo Ordine ſacro; ideò ſi voluntas fundatoris ſe-
quenda eſt, iuxta textum *in §. diſponat, in Auth. de nupt.* 21
dum teſtator in fundatione voluit, quod vacante beneficio ſi præſentetur Clericus de eius familia, ille ſaltem ſit ſacris initiatus, quis audebit dicere quod poſteà eius mens impleatur, ſi extraneo Clerico concedatur, qui tantùm minores Ordines habeat? vtique non eſt veriſimile, nec eſt dicendum tanquam abſurdum, *l. nam
quod abſurdum, Cod. de bon. libert.* quia in voluntate te- 22
ſtatorum interpretanda attenditur quod magis veriſimi-
le eſt, *l. ſi ſeruus plurium*, *§. fin. de leg.* 2. *cap. inſpicimus*, 23
*de regul. iur. in 6.* Alex. *conſil.* 71. *num.* 5. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 328. *numer.* 17. Craſſ. *in §. teſtamentum, quæſt.* 76. *num.* 5. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 3. *titul.* 19. *num.* 4. Peregr. *de fideicommiſſ. articul.* 11. *numero* 31. & ego dixi *controuerſ.* 47. *num.* 37. ad rem noſtram Gratian. *diſcept. for.* 133. *num.* 8.

Hinc omninò dicendum videtur, hoc beneficium eſſe Sacerdotale, & annexum habere Sacerdotium vigore fundationis: ſolùm dubitandum videtur, an illud requiratur in actu tempore præſentationis, vel ſufficiat in habitu, adeò vt ſatis eſſe poſſit aptitudo, & ætas ad Ordinem neceſſaria, iuxta textum *in cap. ei cui, de præbend. in 6.* nam certum eſt, quod ordo Presbyteratus poteſt beneficio eſſe annexus duplici modo, reſpectu
actus, & reſpectu ſolius aptitudinis, vt inquit Abb. *in* 24
*d. c. cùm in cunctis, §. inferiora, numer.* 12. vbi DD. *de elect.* Garz. *de benefic. part.* 7. *cap* 1. *ſub numero* 79. 80. & alibi. Gratian. *diſcept.* 133. *numero* 2. 3. 5. 6. 7. clariùs Lotter. *de re benef. libr.* 2. *quæſt.* 47. *numer.* 7. 8. 9. & in du-
bio annexio Ordinis ad beneficium intelligitur facta 25
per modum aptitudinis, non actualiter, vt per textum *in cap.* 1. *de ætat. & qualit.* Dom. *in c. ſi pro Clericis, de præbend. in 6.* Imol. *in Clement. vt hi qui, de ætat.* & *in capit. fin. de reſcript.* Apoſtill. ad Alb. *in d. cap. cùm in cunctis, §. inferiora, ſub num.* 11. *littera A, de elect.* Spin. *de teſtam. gloſſ.* 4. *princ. de patron. numero* 66. 67. Ferret. *conſil.* 305. *lib.* 2. Gratian. *diſcept.* 133. *num.* 2. Verùm inane videtur eſſe de hoc caſu noſtro diſputare, an actu, vel aptitudine Sacerdotium ſit annexum dicto beneficio, quia cùm dictus Campaninus tempore præſentationis non eſſet neque Sacerdos, neque in ætate habili ad Sacerdotium, omninò erat inhabilis ad dictum beneficium, *ex dict.
cap. ei cui, de præbend. in 6.* Alb. & DD. *in d. c. cùm in* 26
*cunctis*,

cunctis, §. inferiora, de elect. Garz. d. cap. 1. ſub num. 79. Lotter. d. quæſt. 47. ſub num. 10. 13.

Nihilominus ſi ad amuſſim volumus punctum diſcutere, poteſt ſuſtineri, quod etiam in caſu noſtro beneficium requirat Sacerdotium tempore præſentationis potiùs in actu, quàm aptitudine, ſiquidem communis, & magiſtralis, ac à Rota ſemper recepta videtur illa DD. diſtinctio, quod aut verba fundationis reſpiciunt actum præſentationis, vt ſi dicatur, quod præſentetur Sacerdos, qui celebret, vel non præſentetur niſi Sacerdos: & tunc quia de neceſſitate reſpiciunt ipſum tempus præ-
27 ſentationis, requiritur, quod eo tempore præſentatus ſit Sacerdos: aut verba non reſpiciunt actum præſentationis, ſed potiùs illius proſequutionem, vt ſi dicatur Capellanum teneri celebrare tot Miſſas, vel ſimilia verba, & tunc ſufficit, quod Sacerdos ſit tantùm aptitudine, & habitu, & ſic in ætate habili, non autem quod ſit in actu: ita pulchrè cenſuit, & tenuit Rot. *in Rom. Ca-*
28 *pellaniæ, ſub die 14. Martij 1586. coram Pamphilio*, vt latè apud Garz. *de benef. part. 7. cap. 1. ſub num. 79. 80. & num. 101. verſ. ex alio quoque.* Gratian. *d. diſc. 133. num. 5. 6. 7.* Viuian. *d. cap. 6. num. 27. 48.* Lotter. *d. quæſt. 47. numero 10. 13.* & Merlin. *in dict. deciſ. Maceratenſ. in princip.* teſtatur, quod Rota etiam hodie ſequitur hanc ſententiam, & diſtinctionem.

Ideò ſi fundator in ſua diſpoſitione prouidendo circa Rectorem beneficij reſpexit actum præſentationis, vt in caſu noſtro, dicens, *Quoties beneficium vacare contigerit, præſentetur, vel nominetur Sacerdos*; aut protulit ſimilia verba, non enim intereſt, an dicat, *præſentetur Sacerdos*, vel, *non præſentetur niſi Sacerdos*, vt per Pariſ. *conſil. 50.*
29 *num. 18. lib. 4.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæſt. 47. numero 8.* tunc quia qualitas iuncta verbo debet interuenire de tempore verbi, *l. in delictis, §. ſi extraneus, de noxal.*
30 & ſic qualitatem ab initio actus adeſſe oportet, Card. *in c. perpendimus, ſub num. 7. verſ. Sed redeundo, de ſententia excommunicat.* Gomeſ. *deciſ. 72. in princ. lib. 1.* ſequitur, quod præſentandus hoc caſu debeat eſſe actu Sacerdos, adeò vt non ſufficiat aptitudo, quia verſamur in primo membro diſtinctionis, vbi verba fundationis reſpiciunt actum præſentationis, dicendo, quod beneficium conferatur Sacerdoti, vel quod præſentetur Sacerdos; & ſic oportet præſentatum fuiſſe actu Sacerdotem tempore
31 præſentationis: ſic communiter ſentiunt DD. *in c. nemo deinceps*, vbi gloſſa *in verb. Sacerdotio*, & ibi Gemin *de elect. in 6.* Abb. *in d. c. cùm in cunctis, §. inferiora, num. 10. ad fin.* vbi Dec. *ſub num. 21. ad fin. verſ. Secunda, & numer. 22. de elect.* idem Abb. *in Clement. vt ij qui, numer. 7. & ſub numero 18. verſ. Item poſſe*, & ibi gloſſa *§. illi verò, verb. annexi*, & Vitalin. *numero 16.* & Card. *in §. illa verò, num. 4. de ætat. & qualit.* Barboſ. *conſil. 33. num. 8. lib. 2.* Dec. *conſil. 129. num. 5.* Pariſ. *conſil. 50. num. 12. lib. 4.* Rip. *in l. ex facto, num. 31. de vulg. & pup.* Rebuff. *in prax. tit. requiſita ad collationem, num. 35. & in repet. c. extirpande, §. qui verò, in 2. not. de præbend.* Roch. *de iurepatr. in verb. Honorificum, quæſt. 4. num. 26. 27.* Lambert. *eod. tractat. lib. 2. part. 1 quæſt. 7. princ. art. 28.* per totum vbi docet plenè requiri Sacerdotium in actu præſentationis, quan-
32 do præſentandus eſt Sacerdos. Spinus *de teſtam. gloſſ. 4. num. 67.* Ferret. *conſil. 211. num. 8. 9.* Zecch. *de rep. Eccleſ. cap. beneficiariis, num. 4. not. vlt. verſ. Quo verò*, pulchrè Tuſch. *pract. concluſ. littera B, concluſ. 57. num. ſexto*, vbi ſequitur prædictam diſtinctionem. Gonzal. *ad reg. 8. dict. gloſſ. 5. in princ. num. 105.* latiſſimè Garz. *de benef. part. 7. cap. 1. num. 58. 59. 60. & num. 79. 80.* qui allegat multas rationes, & auctoritates, & Rotæ deciſiones, quæ id probant, & dictam diſtinctionem confirmant, Prax. Archiepiſcop. Neapol. *d. cap. 24. numero 11. in prima editione*, Monet. *d. cap. 10. num. 137.* pulchrè Rot. apud Farinac. *deciſ. recent. 216. num. 1. part. 2.* quæ fuit confirmata coram Lancelloto ſub die 19. Ianuarij 1619. Durant. *deciſ. 290. num. 4.* Ricc. *part. 3. deciſ. 238.* Gratian. *diſc. 133. num. 4.* latè etiam Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 47. num. 10. & ſeqq.* vbi plenè comprobant hanc doctrinam, & DD. diſtinctionem, Aldan. *in compend. can. reſolut. lib. 2. tit. 4. num. 3.* vbi refert ita deciſum à Rot. ſub die 8. Ianuarij 1628. & eum ſequitur Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 5. num. 9. de reform.* & ego dixi *controuerſ. for. 1. num. 87. & ſeqq.* latè etiam hoc docet Caſtr. Pallau. *moral. part. 2. tract. 13. diſp. 1. part. 6. numero 12.* vbi ſiue per verba affirmatiua, ſiue per verba negatiua dicatur præſentandum debere eſſe Sacerdotem, ea qualitas requiritur in actu tempore prouiſionis. Cùm ergo 33
dictus Campaninus tempore præſentationis non eſſet nec Sacerdos, nec in ætate habili ad Sacerdotium, ſequitur quod omninò nulla fuerit inſtitutio, *d. c. ei cui*,
vbi D.D. *de præbend. in 6.* Barbat. *d. conſil. 33. numer. 12.* 34
*lib. 2.* Garz. *de beneſic. part. 7. cap. 4. num. 82.* Farinac. *d. deciſ. 216. num. 1. & num. 6. part. 2.* Rota apud Rubeum *deciſ. 157. num. 12. part. 3.* & ego dixi *d. controuerſ. 1. numero 90. verſ. Si igitur*; præſentatio enim facta contra diſpoſitionem fundatoris eſt ipſo iure nulla. Gonz. *d. cap. 1. num. 64. 65.* & ego *d. controuerſ. 1. ſub num. 90.*

Nam dato etiam, quod nos nequaquam verſaremur in primo membro diſtinctionis, vt requiratur actu Sacerdotium, quando verba fundatoris reſpiciunt tempus præſentationis, ſed verſari omnino in caſu ſecundæ partis diſtinctionis communis, quod ſcilicet verba reſpiciant potiùs proſequutionem præſentationis, dum non qualificat fundator perſonam præſentati, ſed potiùs beneficium, quia vult illud eſſe Sacerdotale, vel vtitur aliis verbis, quæ non reſpiciunt actum præſentationis, ſed illius proſequutionem, tunc licèt non requiratur actu Sacerdotium in præſentatione, requiritur tamen aptitudine, adeò vt præſentatus poſſit infra annum promoueri ad Sacerdotium, aliàs inſtitutio eſſet inualida,
& collatio: ſic probat textus *in d. c. ei cui*, vbi Prob. & 35
DD. *de præbend. in 6.* Abb. *in d. c. cùm in cunctis, §. inferiora, num. 10.* vbi Dec. *num. 12. de elect.* Imol. *in Clem. 2. §. Illi verò*, vbi Vitalin. *num. 10. de ætat. & qualit.* Barbat. *dict. conſ. 33. num. 21. lib. 2.* Rol. *conſ. 47. num. 59. 60. lib. 1.* Rot. *in nou. deciſ. 1. ſub num. 1. ad med. verſ. Obſtat tamen*, pulchrè Garz. *de benef. d. part. 7. cap. 1. ſub num. 79. 80.* vbi binas profert Rotæ deciſiones, quæ id in verbis replicant. Gonzal. *d. gl. 1. num. 101. 102. 104.* Gratian. *d. diſc. 133. n. 5.* Monet. *d. cap. 10. num. 138.* Viuian. *de iurepatr. d. cap. 6. num. 27. 28.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 47. num. 13. 14.* Tuſch. *d. concluſ. 57. num. 6.* P. Candid. *diſq. moral. part. 1. tit. de benef. diſq. 18. art. 3 dub. 3. verſ. Dicò ſextò*, & Caſtr. Pallau. *d. part. 6. num. 11. & num. 13.* Cùm ergo Campaninus tempore præſentationis non eſſet Sacerdos, neque in ætate habili ad Sacerdotium, ſequitur omninò, quod nulliter fuerit inſtitutus, vt per Garz. *de benef. dict. part. 7. cap. 1. num. 101. verſ. Ex alio, & numero 114.* Caſtr. Pallau. *moral. part. 2. tractat. 13. diſput. 4. parte tertia, num. 20.*

Reſpectu verò beneficij S. Ambroſij pariter dicendum eſt inualidè, & nulliter fuiſſe collatum dicto Rainerio, quia erat puer tantùm decem annorum, vt conſtat ex fide Curati in Baptiſmo, quæ optimè probat ætatem, & facit fidem, *ex c. ad audientiam, verſ. Non igitur, de præ-*
*ſcript.* Bald. *in l. fin. num. 15. verſ. Vnde, C. ſin. cenſ. vel* 36
*reliq.* Salic. *in l. exemplo, poſt princ. verſ. Quandoque, C. de probat.* Anchar. *conſil. 44. n. 5.* Maurit. *de reſtit. in integr. quæſt. 321. per tot.* Mandoſ. *reg. 18. quæſt. 10. num. 3.* Maſcard. *de probat. concluſ. 672. num. 1. 2.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæſt. 49. num. 32.* vbi docet, quod hæc eſt melior,
& paratior via probandi ætatem. Certum eſt enim, quod 37
ille, qui nondum attigit decimumquartum annum, eſt inhabilis ad obtinendum beneficium, per textum in Conc. Trid. *ſeſſ. 23. c. 6 de reform.* vt firmarunt etiam Nauar. *conſilio 11. num. 1. de præbend.* Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 3. quæſt. 7. num. 7. & lib. 4. quæſt. 1. num. 7. & quæſt. 9. num. 3.* Theſ. *for. Eccleſ. part. 2. c. 18. num. 14.* Maſcard. *de prob. concluſ. 302. num. 14. in fin.* Tuſch. *littera E, concl. 338. num. 12.* pulchrè Garz. *de benef. part. ſeptima, cap. 4. num. 8. 9.* latè Barboſ. *de off. Epiſc. part. 3. alleg. 60. num. 73. & ad Concil. Trident. d. cap. 6. num. 2.* vbi quod ſatis eſt annum eſſe cœptum. Ricc. *in prax. for. Eccleſ. reſol. 331. num. 1. & ſeqq.* Lotter. *de re benef. lib. 2. cap. 49. num. 17. 22.* Viuian. *de iurepatr. lib. 6. cap. 6. num. 2. & num. 7.* Corrad. *in prax. diſp. Apoſt. lib. 4. cap. 1. num. 10.* Paul. Squillant. *de priuileg. Cler. cap. 4. num. 59. 60. 62.* Caſtr. Pallau. *moral. part. 2. tract. 13. diſp. 4. ſub num. 19. punct. tertio.*

Et hoc adeò verum eſt, vt neque Epiſcopus poſſit diſpenſare, vt Clericus ante cœptum annum decimumquartum obtineat beneficium Eccleſiaſticum; & ſi aliter faciat, mortaliter peccat, & collatio, vel inſtitutio eſt nul-
38 la ſine diſpenſatione Apoſtolica. Azor. *moral. part. 2. lib. 6. cap. 5. quæſt. 9. verſ. Si quæras*, Garz. *de benef. part. 7. cap. 4. num. 8. & num. 82.* Nouar. *in ſing. canonic. concluſ. 13. num. 2.* Armen. *in addit. ad recop. leg. Nauar. lib. 2. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num. 102.* Alzed. *in prax. Epiſc. part. 2. cap. 9. numer. 33.* Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccleſ. d. reſol. 331. numer. 2.* vbi ita pulchrè reſoluit. Barboſ. *de off. Epiſc. d. alleg. 60. num. 75. & ad Concil. Trident. d. cap. 6. num. 9.* Viuian. *de iurepatr. lib. 6. cap. 6. num. 6.* Corrad. *d. lib. 4. cap. 1. num. 5. & numer. 17.* Squillant. *d. cap. 4. num. 60. verſ. Non poteſt Epiſcopus diſpenſare*, Caſtr. Pallau. *moral. part. 2. tract. 13. diſp. 4. part. 3. num. 19. verſic. Deinde.*

Nec obſtat, quod hæc procedunt quoad obtinenda beneficia liberæ collationis, non autem iuriſpatronatus, quia cùm Concilium Tridentinum requirat ætatem quatuordecim annorum in eo, qui Eccleſiaſticum beneficium vult obtinere, ſequitur quod illa ætas anni decimiquarti, ſaltem cœpti, ſit neceſſaria etiam in beneficiis iuriſpatronatus, adeò vt in hoc non ſit differentia inter beneficia liberæ collationis, vel præſentationis, aut electionis ob generale verbum, *obtinere*, de quo in dicto Concilio: ſic
39 in ſpecie docent Mandoſ. *in tract. de minor. ætat. cap. 4. numer. 17.* Garz. *d. cap. 4. numer. 8. 9.* Campan. *in diuerſ. iur. can. rubr. 7. cap. 6. num. 6.* Riccius *part. 2. deciſ. 26. & part. 4. deciſ. 343.* Mar. Antonin. *var. reſolut. lib. 1. reſolut. 115. caſ. 51. verſ. Et quamvis*, vbi reſoluit contraria, & teſtatur ita obſeruari in practica, Nicol. Delph. *de iurepatr. lib. 1. num. 26. & ſeqq.* Viuian *tract. de iurepatronat. lib. 6. cap. 6. num. 8. 9.* Squillant. *de priuileg. Cleric. d. cap. 4. num. 62. verſ. Et hæc prohibitio*, vbi quod ita ſeruat Curia Neapol. Archiep. Barboſ. *de off. Epiſc. d. alleg. 60. num. 78. & ad Concil. Trident. d. cap. 6. num. 6.* & ego ita cenſui *in controuerſ. 53. numer. 49. 50.* niſi aliter cautum ſit in fundatione, quia Concilium non derogat fundationi: ceſſante ergo fundatione collatio, & inſtitutio erit nulla, ſi fiat ei, qui nondum attigit decimumquartum annum abſque diſpenſatione Apoſtolica, etiamſi deficiat tantùm vnus dies, vel
40 vna hora, vt ex Garz. *d. cap. 4. num. 82. 83.* Viuian. *dict. cap. 6. num. 7. in fin. & numer. 12. 13.* Corrad. *in prax diſp. Apoſtol. lib. 4. cap. 1. num. 20.* Caſtr. Pallau. *dict. part. 3. num. 21.*

Modò non obſtant in contrarium adducta, quæ egrediuntur terminos noſtræ quæſtionis, quia non continentur intra membra allegatæ diſtinctionis, quod in cognoſcendo an beneficium ſit Sacerdotale, attenduntur verba fundationis, quia ſi reſpiciunt actum præſentationis, dicendo, *Præſentetur Sacerdos*; neceſſarium eſt Sacerdotium actu; ſi verò potiùs reſpiciunt actum proſecutionis, ſufficit adeſſe Sacerdotium aptitudine. Verùm inſtant aliam quæſtionem ſatis diuerſam, an ſcilicet beneficium dicatur Sacerdotale propter iniunctum onus celebrandi Miſſas, velut dicendo, quod Cappellanus debeat celebrare quotidie; in qua diſputatione licèt diſcordantes adſint ſententiæ, tamen vbi non eſt dictum, quod præſentatus debeat per ſe ipſum celebrare, obtinuit communis DD. ſententia, quod beneficium non ſit Sacerdotale: latè Garz. *de benef. d.*
41 *part. 7. cap. 1. num. 85. 86. & ſeqq.* Lotter. *dict. quæſt. 47. num. 35. 36. 37.* Gratian. *dict. diſcept. 133. num. 8. 9.* latè Squillant. *de priuileg. Cleric. cap. 4. num. 26. 27.* P. Cand. *d. diſtinct. 18. art. 3. dub. 3.* latè Rota *in dicta deciſ. Maceratenſ. coram Merlin.* quam ſatis conſtat ex allegatis in ea, quod totam ſuam vim collocat in hoc, an ex onere celebrandi beneficium poſſit dici Sacerdotale? Et concludit, quod non, quia huic oneri rectè ſatisfieri po-
teſt per alium, & hoc eſt, quod aliàs cenſuit Rota in 42
Romana *Capellaniæ, die 23. Ianu. 1589. coram Pamphilio*, de qua Mar. Antonin. *var. reſolut. lib. 1. poſt reſol. 4.* vbi habetur per extenſum: & decreta S. C. Concilij, quæ id probant, ſemper loquuntur in his terminis, vt videre eſt apud Garz. *dicto loco*, & Merlinum *in dicta deciſione*, Gonzal. *dict. gloſſ. 5. num. 74. 75.* Monet. *diſc. 10. num. 140.* Barboſ. *ad Concil. Trident. d. cap. 5. num. 4. 5.* Viuian. *d. cap. 6. num. 31.* Rot. apud Farinac. *deciſ. poſth. 21. num. 2. part. 1.* latè Caſtr. Pallau. *moral. part. 2. tract. 13. diſp. 1. part. 6. num. 18.* vbi vide, quia ponit omnium ſententias, & rationes.

Secus eſt, vbi vltra onus Miſſarum, vel etiam ſine eo, fundator vſus eſt verbis reſpicientibus actum præſentationis, volens ad beneficium præſentari Sacerdotem, vel Presbyterum, vel expreſsè dixit beneficium eſſe Sacerdotale, aut alio modo apparet de eius mente (quæ omninò attendenda eſt) vt hìc, dum voluit, quod ſi præſentatus ſit de eius familia, tunc ſufficiat eum eſſe ſacris initiatum: ex quibus apparet, fundatorem voluiſſe annectere beneficio Ordinem Sacrum, & ſi conferatur extra familiam, ſit Sacerdotale, dum dixit,
quod præſentetur Sacerdos: ſic latè probat Lambert. *de* 43
*iurepatronat. lib. 1. part. 1. quæſt. 7. princ. artic. vigeſimo octauo, numero ſecundo, & tertio, & art. vigeſimonono, numero tertio, quarto, & quinto*, Garz. *de beneſic. part. ſeptima, cap. primo, numero 58. 59. 79. 80.* Rot. *dict. deciſ. recent. 216. num. 1. part. ſecunda.* Marc. Antonin. *var. reſolut. lib. primo, reſolut. tertia, numero nono, & reſolut. quarta, num. 9. verſ. Et præterea*, & ego dixi *dicta controuerſ. prima, num. 87. & ſequentibus*; & ſic nos verſamur extra caſum deciſionis coram Merlino, cùm habeamus mentem fundatoris, etiam per verba geminata, quæ oſtendunt enixam eius voluntatem, quod beneficium ſit Sacerdotale: Garz. *dicto capit. primo, numero 66. verſic. Ex quibus.* Antonin. *dict. reſolut. tertia, numero 8. 9.*

Non obſtat, quod fundator dicat Rectorem debere Miſſas celebrare per ſe, vel per alium, ex quo videtur demonſtrare tantùm onus, non autem qualificaſſe perſonam. Nam aliàs reſponſum eſt, quod hæc vera eſſent, ſi fundator non addidiſſet alia verba magis præciſa reſpicientia actum præſentationis, cùm poſſit ſtare, quod ſit beneficium Sacerdotale, & tamen non ſit obligatus Sacerdos per ſeipſum celebrare, vt videmus in Parocho, fortè enim fundator magis dilexit Sacerdotem, quia, vt experientia docet, ſi præſentatur Sacerdos, diligentiùs executioni demandatur voluntas teſtatoris, quàm ſi ſit ſimplex Clericus, quia hi ſimplices Clerici de more ſunt ſollicitiores in exigendis redditibus, quàm in adimplendis oneribus, vt inquit Marc. Antonin.
*dict. reſolut. 4. numero 9. verſicul. Poſtremò*, ibi: *Fauet* 44
*quia*; & verba illa, *per ſe, vel per alium*, poſſunt intelligi, quando ipſe eſt impeditus, ad textum *in cap. ſigni-* 45
*ficatum*, vbi DD. *de præbend.* Barboſ. *d. conſil. 33.* Lambert. *d. artic. 28. numero ſeptimo, verſ. Adde*, & ego dixi *d. controuerſ. 38. numero 32. & ſequent.* & ita poſſunt ſtare ſimul quod beneficium ſit Sacerdotale, & tamen
poſſit per alium celebrari, quia huic oneri rectè per 46
alium ſatisfieri poteſt. Lap. *allegat. 35. poſt princip. verſ. Et in quo, & allegat. 116. in princip.* ibi: *... mandauit*, & *numero tertio, verſicul. Nec etiam, & allegat. 117. num 2.* Felin. *in cap. cùm omnes, numero 32. verſ. Et hoc procedit*, vbi Dec. *in ſecunda lect. numero ſecundo, verſic. Sed quando, & ſub numero 55. de conſtit.* Ricc. *in prax. for. Eccleſ. reſol.*

reſol.339.num.3.Mar.Antonin.d.reſolut.4.num.3.Gratian.
d.diſc.133.num.12.Garz.d.tract.de benef.part.7.cap.1.nu-
mer.85.Gonzal d.gl.5.num.74.Monet.d.cap.10.num.140.
143.Sanchez conſ. moral.lib.7.cap.1.dub.48.numero 14.
P.Candid.d.art.3.dub.3.

Non obſtat,quod beneficium non dicatur Sacerdota-
le,etiamſi dicatur præſentandum oportere eſſe Sacerdo-
tem, vel Presbyterum, quia contrarium verius eſt, eo
quod verba iſta reſpiciunt actum præſentationis; & vbi
dicitur, quod præſentetur Sacerdos, vel Presbyter, actu
47 requiritur Sacerdotium, vt per Garz.d.cap.1.num.58.59.
79.80.cum aliis ſuprà adductis: latè Caſtr. Pallau.moral.
part.2.tract.13.diſp.1.part.6.num.22.

Nec valet dicere, quod nomen Presbyteri ſit æquiuo-
cum, & poſſit conuenire etiam ſimplici Clerico, quia
reſpondetur, id fortè procedere, quando teſtamentum,
ſeu fundatio eſt concepta vulgari ſermone: verùm quan-
do fundator vſus eſt verbis latinis, vt hic, ſecus eſt,quia
tunc nomen *Presbyter*, accipitur pro Sacerdote, vt ex c.
48 Cleros,diſt.21.Dec.conſ.22.num.5.Poſth.apud Farinac.de-
ciſ.recent.216.num.3.verſ.Sed eſt,part.2.Lotter.de re beneſ.
lib.2.quæſt.47.num.57. ſed in caſu noſtro non valet hæc
conſideratio,quia fundator non ſolùm vſus eſt vocabulo
*Presbyter*, ſed etiam pluries voce Sacerdotis; & benefi-
cium appellat Sacerdotale, ſicut etiam replicatur in ere-
49 ctione; ideò ſumus in claris, & ceſſant omnes conie-
cturæ; quia in verbis nulla eſt ambiguitas, l. ille, aut
ille, §. cùm in verbis, ff. de leg.3. Marius Antonin. d. re-
ſol.3.num.9.

Non obſtat obſeruantia, per quam dicitur conſtare
admiſſos fuiſſe ſemper Clericos minorum Ordinum, ex
quo reſultat beneficium non fuiſſe Sacerdotale. Nam
primò reſpondetur id potiùs confirmare, quod benefi-
cium ſit Sacerdotale, quia Clerici non fuerunt admiſſi
ſimpliciter,ſed cum diſpenſatione Ordinarij pro illa vice
ſemper diſpenſantis in qualitate Sacerdotij cum Patroni
conſenſu, ideò non præſumitur, quod voluerit mutare
50 ſtatum beneficij, & conſumpta ea prouiſione per vaca-
tionem beneficium reaſſumit naturam ſuam. Butr. in c.
porrecta, ſub numero ſecundo, verſic. Et dicit, de confir-
mat.vtil.vel inutil. Felin.in cap.in noſtra,numero 45. de re-
ſcript.Lap.alleg.9.ſub num.4. vbi Mandoſ. Melch.Lotter.
de re beneſ. lib.1.quæſt.34.num.63.in fin. vbi etiam, quod
non præſumitur collator voluiſſe mutare ſtatum bene-
ficij.

Deinde reſpondetur, quod tunc obſeruantia poteſt
inducere, vel declarare beneficium Sacerdotale,ſi verba
fundatoris ſint dubia; quia ſi dubium eſt, quid volue-
rit, mens eius explicatur ab obſeruantia: ſic ex l. ſi de in-
51 terpretatione, ff de legib. Pariſ.d.conſil.50.numer.19.lib.4.
Gonz. d. gl.5.in princ.ſub num.86.verſ. Et ideò: Lotter.d.
quæſt.47.num.30. Verùm ſi verba fundatoris, & erectio-
nis ſint clara, ſtatuendo quod debeat præſentari Sacer-
52 dos,vel quid ſimile, tunc ſtandum eſt verbis fundatoris,
nec attenditur, quid priùs fuerit ſeruatum, ex Aret. con-
ſil.34.num.5.& conſ.115.num.2.Rot.apud Farinac.dict.de-
ciſ.216. num.4. verſ.Tum quia,part.2.pulchrè dictus Lot-
ter. d.quæſt.47.num.31. & ſeqq. & num.62. vbi enim non
eſt ambiguitas in verbis, fruſtra allegatur obſeruantia,
quæ potiùs eſt dicenda abuſus, & corruptela, quoniam
non ſumitur interpretatio ab his, quæ ſunt contraria
actui; & ideò vbi conſtat de vitio præſentationum, dum
ad beneficium Sacerdotale præſentatur ſimplex Cleri-
cus, etiam ſine ætate habili ad Sacerdotium, ceſſat om-
nis præſumptio, quæ oritur ex obſeruantia, etiam im-
53 memorabili. Couar. in cap. poſſeſſor, part.2. §.3. numer.7.
verſ. Quo ſit,de reg.iur.in 6.Crauet.conſil.680. num.5.Curr.
Iun.conſil.130.num.4. Ruin.conſil.28.num.22.lib.4. Caſtr.
conſil.48.lib.2.Molin.de primogen.Hiſpan. lib.2. cap.6. nu-
mero 6. & ſeqq.Veral.deciſ.304. in princ.parte tertia, Rot.
diuerſ. deciſ.37. numero vigeſimoſeptimo, part.ſecunda, Fa-
rinac. deciſ. recent.136. numero 10. 12. & deciſ.196. nu-
mero ſeptimo, & deciſ.496. numero primo, part. prima,
Ludouiſ. deciſ. 184. numero 5. pulchrè Lotter. de re
beneſ. part.2. d. quæſt.47. numero 33. qui loquitur præci-
sè in noſtris terminis.

Nec etiam obſtat, quod Ordinarius poſſit diſpenſare,
vt beneficium Sacerdotale pro vna, & altera vice con-
feratur Clerico primæ Tonſuræ,vel minorum Ordinum, 54
maximè ex aliqua cauſa,vt hîc ex cauſa ſtudij,accedente
conſenſu Patronorum. Nam primò reſpondetur hanc
facultatem iam euanuiſſe, quia in aliis vacation[illegible] bis,
vel ter fuit diſpenſatum: ergo Ordinarius non poteſt
ampliùs diſpenſare; dum enim admittitur, quod poſſit
pro vna, vel altera vice diſpenſare, pro aliis cenſetur
denegatum, ex textu in leg. ſi vnus, §. ſi cum reo, vbi 55
Bald. ff. de pact. l. Epiſtola, §. fin. vbi Caſtr. numero pri-
mo, eod. l. ſtatuliberum, §.1. vbi Bart. de leg.2.Tiraquell.
de retract. conuent. §.1. gl.2. numero 46. Oſaſch. deciſ.
85. numero 13. Rota apud Farinac. deciſ. recent.475. nu-
mero primo, in fin. part.2. qui omnes probant permiſſum
ad tempus, poſt illud cenſeri prohibitum, & ideò diſ-
penſationis virtus in primo actu conſumitur, & omnis
conceſſio prima vice terminatur, per textum in l. boues,
§. hoc ſermone, de verb. ſignificat. gloſſa in c. vlt. verb. 56
antiqui, verſ. Item habes, 33. quæſt.2. Gonzal. ad reg.8.
gloſſ.11. num.83. Couar. de matr. part.2. cap.8. §.8. ſub
num.5. verſ. Sextò infertur. Lotter. de re beneſ. lib.2. quæ-
ſtion.400. ergo Ordinarius,qui habet facultatem diſpen- 57
ſandi pro vna, vel altera vice ex cauſa, non poteſt plu-
ries iteratis vicibus diſpenſare, quia affirmatiua limita-
ta ad tempus, inducit negationem poſt illud, ex Bald.
in l. edita, col.13. C. de edend. Surd. deciſ.75. numer.3. & 58
conſ.8. num.7. Cyriac. controuerſ.187. numero 3. alioquin
ſi ſic ſemper liceret diſpenſare, id non eſſet niſi tollere,
& commutare voluntatem fundatoris, quod Ordina-
riis eſt prohibitum, Clement. quia contingit, de reli-
gioſ. dom. Et propterea homines retraherentur ab ædi-
ficandis Eccleſiis, & fundandis beneficiis.

Deinde reſpondetur non eſſe verum, quod Epiſco-
pus ſecundùm veram, magis communem, & practica-
tam DD. opinionem in iure, & Concilio Trident. be-
nè fundatam poſſit etiam pro vna vice diſpenſare circa
voluntates Defunctorum, vel alterare conditiones be-
neficiorum, niſi ex cauſa neceſſitatis, quando diſpo-
ſitio non poteſt adimpleri eo modo, quo diſpoſitum
eſt; & ideò non poterit Epiſcopus etiam pro vna vice
diſpenſare, vt beneficium ſacerdotale, etiam de iure-
patronatu, conferatur ſimplici Clerico, qui nec habeat
ætatem ad Sacerdotium, nec poterit vllo modo altera-
re diſpoſitiones fundatorum, vel circa eas diſpenſare,
etiamſi conſentiant hæredes, & ſucceſſores primi fun-
datoris; quia hoc ſolùm Papæ permiſſum eſt, & ei 59
reſeruatur in d. Clement. quia contingit, vbi Card. ſub
numero vndecimo, verſ. dicit tamen, de religioſ. dom. Con-
cil. Trident. ſeſſ.25. cap.5. de reform. Felin. in cap. cùm
acceſſiſſent, ſub numer.19. verſ. Secundus caſus, vbi etiam
Dec. numero 54. de conſtit. Crauet. conſil.63. numero quin-
to, Guttier. conſilio primo,numero 19. Ferret. conſilio 134.
ſub numero quinto, verſ. Cui addo, Roch. de iurepatronat.
verb. pro eo quod, quæſt.15. numero 32. Prax. Archiepiſ-
cop. Neap. d. cap.24. num.10. 11. vbi quod ſtante Con-
cilio Trident. hodie id procedit de plano, etiamſi con-
ſentiant Patroni: & latè id comprobat Garz. de benefic.
part.7. cap.1. num.107. 108. 109. & ſeqq. vbi etiam te-
ſtatur,quod ita cenſuit pluries S. C. Concilij: ſic etiam
Vgolin. de off.Epiſc.cap.52.§.1.num.8.Monet.de comm.vlt.
vol.cap.10.quæſt.5.num.351.verſ.Verùm. Rot. d. deciſ.216.
num.4.verſ.Tamen quia,part.2.in recent. & ſequitur etiam
Rota in Piſtorienſ. iuriſp.31. Martij 1628. coram Merli-
no, pulchrè Lotter.de re beneſ. lib.2.quæſt.47. num.63. &
ſeqq.pulchrè etiam Barboſ.de off.Epiſc. part.3. allegat.83.
num.14.verſ.Hodie tamen,& ad Conc. Trid. ſeſſ.25. cap.5.
num.3.vbi docet,quod poſt Concilium Trid. non poteſt
Epiſcopus



60 Epiſcopus etiam cum patronorum conſenſu diſpenſare
cum minore ad Capellam ſimplicem obtinendam,ad quã
ex fundatione præſentandus eſt Sacerdos: ita etiam do-
cet Corrad.in prax.diſpenſ.Apoſt.lib.9.c.7. num.37. Ricc.
deciſ.156.part.4. vbi pro hac opinione refert aliquas
S.C. declarationes,& ego dixi controuerſ.1.num.90.& ita
etiam docet Azor.moral.part.2.lib.6.cap.24.dub.1.Filliuc.
tom.3.tract.41.cap.1.quæſt.4.num.15.Squillant.de priuileg.
61 Cleric.cap.4.num.30.pulchrè P.Candid. diſq.moral.part.1.
tit.de benefic.diſq.18.art.4.dub.1. vbi pulchrè dicit, quod
non poterit Epiſcopus conferre etiam de voluntate pa-
troni pro vna vice beneficium Sacerdotale non Sacerdo-
ti, nec actu, nec habitu; quia non inuenitur ius, quod
Epiſcopus in vno diſpenſare poſſit ſuper voluntate fun-
datoris, præcipuè ſi voluntas defuncti ſecundùm condi-
tiones ab eo appoſitas impleri valeat: vidimus etiam
pulchrè Caſtr. Pallau. moral. part. 2. tract.13. diſput.1.
part.6. num.22. vbi alios allegat, & multas rationes ad-
ducit.

Ea autem,quæ in contrarium allegantur, procedunt, ſi
Epiſcopus commutaret, vel alteraret conditiones funda-
tionis, cum conſenſu patroni primi fundatoris, quia illi
permiſſum eſt tollere, & reuocare qualitates, & condi-
62 tiones in fundatione appoſitas, iuxta tradita per DD. in
d.c.cùm acceſſiſſent, vbi Felin. num.19. de conſtit. Ricc. de-
ciſ.189.part.3.Farinac.deciſ.recent.675.num.2.ad fin. verſ.
Ideò,part.1.Lotter.de re beneſ.lib.2.quæſt.11.num.4.& quæ-
ſtion.47.num.64.Squilant.d.cap.4.num.29.ſic etiam Caſtr.
Pallau.moral.part.2. diſput.6. num.20. ſed mortuo funda-
tore non poterit Epiſcopus etiam pro vna vice id facere
ad inſtantiam etiam ſucceſſorum in patronatu,vel de eo-
63 rum conſenſu.Felin.in d.c.cùm acceſſiſſent,num.19.verſ.Se-
cundus caſus, vbi Dec.num.54. de conſtitut. Ferret.d. con-
ſil.134.ſub num.5. verſ. Cui. Rot. dict.deciſ.216. numer.4.
Lotter. d.quæſt.47. num.65. Caſtr. Pallau. dict. parte ſex-
to, num.22.

Vel dicamus ea procedere quando Epiſcopus vult di-
ſpenſare ex cauſa neceſſaria, cauſæ cognitione adhibita,
& vocatis quorum intereſt,ſi nequeat voluntas defuncti
64 impleri eo modo, quo diſpoſuit; quia tunc id ei permiſ-
ſum eſſe videtur,ad textum in l.ſi quis ad declinandam, §.
ſin autem,C.de Epiſc.& Cler. Lotter. d.quæſt.47. num.68.
69.Corrad.d.cap.7.num.37.verſ.Verùm,P.Candid.d dub.4.
in fin. Ideò ſi Epiſcopus remota neceſſitate velit diſpen-
ſare etiam pro vna vice ex cauſa vtili,vel tolerabili,id fa-
cere non poteſt,quia id ſolùm reſidet in Papa, vt in dict.
Clem. quia contingit, & dicto Concilio Trident. ſeſſ.22.
cap.6 de reform.Bald.in l.ſi teſtamentum,ſub num.3.verſ.Et
ſcias,C.de teſtam.Guid.Pap.deciſ.556.ſub num.1.verſ. Et tu
65 dic,pulchrè Lotter.d.quæſt.47. num.67.70. vbi ſic decla-
rat,& limitat omnia.

In quo animaduertendum eſt,quod tunc cauſa dicitur
neceſſaria, quando aliter non poteſt impleri ipſa diſpoſi-
66 tio,& beneficij fundatio,& voluntas teſtatoris,vt in dict.
l.ſi quis ad declinandam,benè Aufrer. ad Capellan. Tholoſ.
deciſ.26. verſ. Tum legatur, & pleniùs Gutier. d. conſil.1.
ſub num.19.verſ.Dato tamen, Lotter. d.quæſt.47. num.70.
& ideò ad hoc vt Epiſcopus poſſit diſpenſare etiam pro
67 vna vice,requiritur copulatiuè iuſta, & neceſſaria cauſa,
vt ex Concilio Trident.dict.ſeſſ.22.cap.6.de reformat.Cor-
rad.in prax.diſpenſ.Apoſt.lib.9.cap.ſeptimo,num.37.verſ.Ve-
rùm, alioquin annullarentur diſpenſationes, & inſtitu-
68 tiones factæ contra conditionem fundationis,vt fieri vi-
ſum eſt, teſte Garz. de benefic.part.7.cap.1.num.107.in fin.
etenim neque Papa cenſetur velle prouidere de benefi-
cio contra legem fundatoris. Lotter. dict. quæſt. 47. nu-
mero 63.

Non obſtat etiam, quod in beneficiis,& præſentatio-
nibus debeat attendi vltimus ſtatus,c.querelam,de elect.c.
69 conſultationibus,de iurepatron.quia id verum eſt in dubio,
& vbi non conſtat liquidò de veritate ſtatus anterioris,
& fundationis. Verùm quando liquet de fundatione, &
ſtatu anteriori, tunc ſtatur veritati; & non attenditur
vltimus ſtatus, adeò vt collatio, & inſtitutio facta eius
vigore, tunc eſſet nulla, ſi repugnaret cum ſtatu an-
teriori, ex cap. cùm de beneficiis, vbi gloſſa, & Gemin. 70
numero 8. de præbend. in 6. & cenſuit Rot. in Ferrarienſ.
Prioratus, 25. Maij, coram Peña, & in Marianenſ. vnio-
nis, 18. Decembr.1615. vt apud Farinac. deciſ. poſth.726.
num.3.part.1. vbi docet, quod vltimus ſtatus in dubio
attendi debet, non autem quando conſtat de veritate
in contrarium.

Non obſtat, quod Epiſcopus Parmenſis ſit manute-
nendus in hac quaſi poſſeſſione diſpenſandi, vt benefi-
cium hoc Sacerdotale cum patroni conſenſu conferatur
etiam Clerico minorum Ordinum in ætate inhabili ad
Sacerdotium, velut ex cauſa ſtudij. Nam eodem modo
reſpondetur, quod manutentio illi danda eſſet, ſi verſa-
remur in dubio facti, quia fortè non conſtaret ſatis, an
fundator voluerit beneficium conferri Sacerdoti;vſque- 71
quò enim non conſtat de eius non iure, manutenendus
eſt. Menoch. de retinend.rem.3.num.602.in fin. Seraphin.
deciſ.1041.n.8.Poſth.tract.de manuten.obſer.42.n.132.Ve-
rùm quando euidenter conſtat de vitio poſſeſſionis, &
poſſeſſorem eſſe notoriè iniuſtum,& intruſum, tunc tali
poſſeſſori non eſt danda manutentio,ſed ſpolium eſt pur-
gandum, & poſſeſſio à detentore eſt reuocanda, quia
lex non intendit tueri vitioſum poſſeſſorem, tam in tem-
poralibus, quàm in ſpiritualibus, ad textum in l. impro- 72
bat,C.de acquir.poſſeſſ.l.1.in princ.ff.vti poſſidet.Plot. de in
lit.iurand.§.3.num.29.Menoch d.rem.3.num.790. Pariſ.de
reſignat.benefic.lib.1.quæſt.6.num.8. Cancer. var.reſolution.
cap.14.num.54.55.part.3.Fontanell. de pact. nupt.clauſ.7.
gloſſ.3.part.10.num.74.tom.2.Gratian.diſc.for.870.num.18.
& diſc.899.n.11.12.20.22. Rot. diuerſ.deciſ.27. num.11.
& deciſ.103.num.2.part.1.& deciſ.873.num.1.part.4.Sera-
phin. deciſ.733. num.5. Ludouiſ. deciſ.105.in fin.Cyriac.
controuerſ.46. num.12. latiſſimè Poſth. dict. tractat. de
manuten. obſeru.42. num.137.138 & ſequent.Rot. poſt eum
deciſ.234. numero quarto, Mareſcot. var. reſolut. libr.1.
capit.55. numero 63. 64. 65. & ego dixi controuerſ.107.
num.39.

Nam licèt dici ſoleat, quod etiam Prædo manutenen-
dus eſt,Seraph. deciſ.582.n.5.id tamen non procedit, ne- 73
que locum habet, vbi liquidò conſtat eum eſſe prædo-
nem,vel furem,quia tunc deneganda eſt manutentio.In-
noc. in c.cùm Eccleſia Sutrina, vbi Abb. num.26. de cauſ. 74
poſſ.& propr.Crauet. conſ.248.num.6. verſ.Non obſtat, &
conſil.382.in fin.Menoch de recup.rem.1.num.113.vſque ad
num.128. Valaſch deciſ.79. num.19.part.1. & Poſthius d.
obſ.42.n.162.meliùs Gratian.diſc.899.n.22.Viuian. de iu-
repatr.part.2.lib.11.cap.6.num.16.Ricc.de nouiſſ.probat.iu-
riſpatr.reſol.214.num.2.verſ.Tamen ex iiſdem actis, & ego
dixi d.controuerſ.107. num.40. Sed ſic eſt, quod ex ipſa
fundatione,immò ex ipſo inſtitutionis inſtrumento con-
ſtat dictum beneficium eſſe Sacerdotale,& Sacerdoti eſſe
conferendum; & conſequenter certum eſt,quod diſpen-
ſatio,vt detur Clerico, pertinet ad ſolum Pontificem, vt
in d.Clem.quia contingit,& in dicto Concilio Trident. ſi-
cut etiam declarauit S.C.Concilij,& Rot.Rom. vt apud 75
Garz.de beneſ.part.7.cap.112.113.Barboſ.de off. Epiſc.p.3.
alleg.83.num.1.2.3.& num.14.verſ.Hodie tamen,Corrad.d.
cap.7.num.37.P.Candid.d dub.4.ergo Epiſcopo prædicto
non eſt danda manutentio diſpenſandi, quia eſſet eum
nutrire in peccato, & conſeruare in actu vitioſo; nec
dubium eſt, quin hæc ſatis conſtent, cùm appareant
ex inſtrumentis, & in actis publicis, quæ abſque du-
bio in hoc plenam fidem faciunt, & rem notoriam. Po- 76
ſthius d.obſeru.42.num.153.Farinac.deciſ.poſth.180.num.4.
in fin. part.1. & ego dixi d. controuerſ.107. numer.41. &
propterea ex ipſo aduerſarij titulo infecto conſtat de de-
fectu iuris illius, & de inualiditate eius rationum. Po-
ſthius d. obſ.42.n.155. & ad rem pulchrè Gigas de penſ. 77
quæſt.47. num.7. vbi docet, quod ſi conſtat de titulo in-

fecto,tunc ſpoliato denegatur reſtitutio ; & hoc tradunt communiter Doctores.

Et ſanè in hoc noſtro caſu nimis illicita videtur talis diſpenſatio ab Ordinario facta , quia pugnat omninò cum voluntate fundatoris, qui ſatis explicauit, quantùm velit in hac materia diſpenſari, dum voluit,quod ſi præſentaretur aliquis de eius familia , tunc ſufficiat eum eſſe in aliquo Ordine ſacro. Ergo ſi in Clericis domus ſuæ admiſit tantùm, vt præſentandus ſit ſacris ſaltem initiatus, quantò minùs dicendum eſt noluiſſe extra familiam ſuam conferri Clericis ſolùm minorum Ordinum, argumento *c. licet vniuerſis*, vbi gloſſa,*de teſtib.l.ex vera,C.de*
78 *acquir.poſſ.*Abb.& DD.*in d.c.cùm in cunctis, de elect.* ideò dicendum eſt,hanc diſpenſationem eſſe omninò interdictam cum patroni etiam conſenſu; nam in omni caſu ſi fundator quibuſcumqne verbis prohibuit præſentari non Sacerdotem,tunc neque Epiſcopus,nec hæres primi fundatoris poterunt voluntatem defuncti vllo modo al-
79 terare , vt inquit Lambert.*de iurepatr.lib.2.part.1.quæſt.7. princ.art.30.num.27.verſ.in omni ergo caſu.*

Et quamuis hæredes ſoleant repræſentare perſonam defuncti,& ſuccedere in ius,& poteſtatem illius,tamen id
80 procedit ædificatiuè , obſeruando voluntatem defuncti, non deſtructiuè,recedendo ab ea;quia non agitur de ſola vtilitate hæredis, cui poſſit renunciare,ſed de voluntate defuncti ſeruanda,quam hæres adimplere debet, §. *diſpo-*
81 *nat,in Auth.de nupt.* ſic Bart. *in l. legatum, ff. de vſufruct. leg.*& *in l.legatum, ff. de adminiſtr. rer. ad Ciuit. pertin.* ad rem Card.*in cap.Nos quidem , de teſtament.* & *in dict. Clement. quia contingit , in princ. in quinta quæſt.* vbi Imol. *in 5. ſol. verſ. Hoc vltimum, de Religioſorum dominio ,* qui in terminis loquitur : ergo ſi Epiſcopus non poteſt à ſe ipſo diſpenſare ob materiæ renitentiam, nec poterit cum
82 hæredis conſenſu,qui non poteſt contrauenire menti teſtatoris,ad textum *in l.cùm à minore, C. de rei vindic. l. ſi tertius , §. fin. de aq. plu. arcend.* etenim quæ ſingula tanquam imperfecta non proſunt , nec vnita iuuant , ad
83 textum *in l.ſpadonem,§. qui iura,*vbi Bart. *ff.de excuſ. tut.* cum vulgaribus. Alex. *conſil.11.num.3.*& *conſil.21.num.2. lib.4.*Surd. *conſil.315. num.59.* ad rem facit Corrad. *dict. cap.7. num.37. 39. 40.* vbi etiam docet , quod Pontifex Max. multùm rigidè , & parcè ſe gerit in his commu-
84 tationibus , & alterationibus voluntatum teſtatorum ; nec id facit , niſi in plena Signatura ; & ideò periculoſa eſt hæc impetratio ab alio , quàm à Summo Pontifice.

Accedat alia nullitas dictæ diſpenſationis , quia non fuit Epiſcopus Parmenſis,qui diſpenſauit, vt dictum beneficium Sacerdotale daretur ſimplici Clerico ; ſed fuit eius Provicarius , vt legitur in inſtitutione ; verùm non conſtat Provicarium de hoc habuiſſe ſpeciale mandatum
85 ab Epiſcopo,vt requiritur : ergo non potuit pro hac vice commutare hanc fundatoris voluntatem:ſic probat Monet.*de comm.vlt.vol.cap.5.num.484.*

Benè verum eſt , quod id non procedit Epiſcopo in remotis agente , quia tunc id Vicario etiam permiſſum eſt ; ſed duo copulatiuè ſimul requiruntur,vt ſcilicet vrgeat aliqua neceſſitas commutandi, & nequeat Epiſcopi
86 commodè haberi copia,vt per Monet. *d.cap.5. num.487. 488. & ſeqq.* ſed hîc licèt conſtet de abſentia Epiſcopi Parmenſis , non tamen apparet de aliqua neceſſitate diſpenſandi ; & tamen requiritur talis neceſſitas,de qua dicitur, quod legem non habet,vt *in l.vnic.ff.de off. Conſ. l.*
87 *non ſolùm,§.fin.ff.de excuſ.tut.l.aliquando,de off. Proconſ. c. quantò,de conſuetud.* Monet. *d.cap.5.num.488.* tunc enim dicitur adeſſe neceſſitas , quando voluntas fundatoris non poteſt adimpleri eo modo,quo ipſe ſtatuit,Lotter.*de re benefic.lib.2. quæſt.47.num.70.* ſed hîc non deerant Sacerdotes, quibus collatio fieri poterat : ergo Provicarius diſpenſare non potuit.

Non obſtat , quod beneficia ſimplicia non requirunt reſidentiam,quia hoc verum eſt ; ſed nihil confert ad caſum,cùm poſſint ſtare ſimul,quod beneficium ſimplex ſit Sacerdotale,& tamen non requirat reſidentiam ; fatemur enim quod non tenetur per ſeipſum celebrare , etiamſi habeat onus celebrandi;ſed nihilominus valida eſt diſpoſitio fundatoris , quod ſoli Sacerdoti conferatur ; quia fundator poteſt quaſcumque licitas conditiones in fun-
datione apponere, *ad l.in traditionibus, ff. de pact.*Ranch. 88
*de iurepatronat. verb. honorificum , quæſt.18. ad fin.* Lambert.*3. part.2.lib. quæſt.5. art.4. num.811.* Couar. *in c. peccatum,in 2.p.§.7.num.5.*latè Garz.*de benefic.p.7.cap.15. num.3.4.* vbi ad rem multa dicit , Lotter. *de re benefic. lib.1. quæſt.32.num.14.*latè Viuian.*de iurepatr. lib.2.cap.8. per totum.*

Non obſtat , quod dictus Pozzetus non probauerit nullum extare de generatione,& familia fundatoris, qui cæteris præferendus eſt,quia reſpondetur,quod cùm nullus ſe opponat , & ipſe neget alios adeſſe , non tenetur 89
hoc probare,iuxta doctrinam Alex.*in l.is poteſt, num.15. verſ.Conclude,*vbi Iaſ.*num.83.de acquir. hæred.* Couar.*var. reſol. lib.2.cap.6.num.6.*Tiraq *de retract.lignag.§.11.gloſſ.1. num.5.*Gabr.*de probat.concluſ.6.num.23.* pulchrè Rot. *diuerſ.deciſ.482.num.2.part.1.*

Non obſtat verò reſpectu D.Rainerij Clerici annorum decem , quod in beneficiis iuriſpatronatus ſufficiat in præſentato ætas annorum ſeptem,& non requiratur ætas Concilij requirentis annum decimumquartum , ſaltem cœptum ; quia ſatis viſum eſt contrarium eſſe verius, quod immò in obtinendis beneficiis tam liberæ collationis , quàm iuriſpatronatus , requiritur annus decimuſ-
quartus,ſaltem cœptus, ex Mar. Antonin. *d. reſolut.112.* 90
*caſ.51.verſ.Et quamvis.*Viuian. *d.cap.6.num.9.* Squillant. *d.cap.4.num.62.verſ.Et hæc,*Barboſ. *d.alleg.60.num.78.* & *d.cap.6.num.6.*

Nec obſtant in contrarium adducta , quia procedunt ſolùm in caſu,quando in fundatione aliter eſt cautum,vt poſſit præſentari etiam minor quatuordecim annorum, vel ſimplex Clericus ; tunc enim non requiritur ætas an-
norum quatuordecim,quia Concilium non cenſetur vo- 91
luiſſe derogare fundationi,vt tenet Eman.Sà *verb. beneficium,num.30.*Gonzal.*d.gl.5.num.91.*& Garz. *de benef.p.7. cap.4.num.8.10.* vbi quod ita cenſuit S.C. Concil. die 2. Iulij 1579.vt apud Rot.*diuerſ.deciſ.482.in fin.par.1.*Ricc. *in prax.for. Eccleſ.reſolut.331.num.2.*Rot.*recent.deciſ.194. num.1.part.2.*Lotter.*de re benef. lib.1.quæſt.32.num.35.* & *lib.2.quæſt.49.num.18.* & ego dixi *in contr.for.53.num.50. 51.* vbi poſui pulchram S. C. Concilij declarationem,& Caſtr.Pallau.*mor.part.2.tract.13.diſp.4.punct.3.n.19.in fin.*

Et quamvis Garz.*de benef.part.7. cap.4.num.10. in fin.* dicat dictam declarationem factam ſub die 2. Iulij 1579. non videri conuenire caſui deciſionis prædictæ 482.*parte 1. diuerſ.* quia non dicitur in fundatione , quod poſſit prouideri minori quatuordecim annorum , & conſentit Ricc.*d.reſol.331.num.2.*ſed ego dico tamen,quod maximè conuenit ; non enim eſt neceſſe,quod fundator dicat expreſsè ſe velle poſſe præſentari minorem quatuordecim annis,ſed ſufficit,quod dicat velle,quod poſſit præſentari ſimplex Clericus, vel Clericus minorum Ordinum;quia cùm tunc talis Clericus poſſit eſſe minor quatuordecim
annis, cadit ſub eius diſpoſitione, vt videre eſt in dicta 92
declaratione S.C.de qua *contr.53.n.1.* vbi teſtator diſpoſuerat,vt illi,qui eſſent de ſtirpe,poſſent eligi,etiamſi eſſent ſolùm in minoribus,& Congreg.cenſuit non requiri ætatem quatuordecim annorum , & talis erat caſus *in d. deciſ.482.*vbi voluerat teſtator,non exiſtente Presbytero poſſe præſentari ſimplicem Clericum , ideò iuremeritò cenſuit Rota, & S. C. eo caſu non requiri in præſentato ætatem quatuordecim annorum , non quia beneficium eſſet de iurepatronatus laicorum, ſed quia vigore fundationis poterat præſentari Clericus ſimplex , qui poteſt longè præcedere annum decimumquartum,& ſic tolluntur omnes oppoſitiones contrariæ.

Siquidem non obſtat denique, quod collatio dicti beneficij S.Ambroſij fuerit facta dicto Raynerio bona fide, quia reſpondetur , quod immò potiùs ille dicitur eſſe in mala fide,ſicut etiam Collator,dum aduersùs Conc.Trid. contulit beneficium Clerico puero decem annorum,non poteſt enim dici in bona fide , qui facit actum iniuſtum contra diſpoſitionem dicti Concilij , & prouiſus vtens
93 titulo vitioſo , ita dicitur eſſe in mala fide, vt nec poſſit adiuuari ab obſeruantia,teſte Gemin. *in c.cùm perſonæ , §. quod ſi tales,num.6.verſ.Sed pone,*vbi Franc.*num.3. de priuileg.in 6.*Farinac.*deciſ.recent.136.num.12.in fin.part.1.*

Cùm ergo tam dictus Campanius,quàm dictus Rainerius vtantur titulo vitioſo , dicuntur eſſe in mala fide, & cùm dictus D. Prouicarius non potuerit eos inſtituere de dictis beneficiis , ſatis probatum remanet eos dici in-
94 truſos.Sal.Tib.*in pract.A.C.lib.3.cap.7.num.51.* Poſthius *d.obſeru.42.num.107.* intruſus enim dicitur,qui habet titulum inualidum,prout hîc habent dicti prouiſi aduerſus Concilium Trid.quod habet decretum irritans,& annullat actum.Corrad.*in pract.diſp. Apoſt.lib.4.cap.1. num.18.*
95 ergo aliud non remanet,niſi vt executioni demandentur litteræ Apoſtolicæ,cùm verificata ſint omnia.



# CAPVT CCXII.

## EPITOME.

Hoſpitale poteſt eſſe de iurepatronatus laicorum , & quomodo debeat conferri ; & legitimatus poteſt habere ius præſentandi.

## SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus debet probari ex dotatione , vel fundatione.*
2 *Iuſpatronatus probatur ex præſentationibus centum annorum.*
3 *Spurius non ſuccedit in iurepatronatu.*
4 *Hoſpitale quando dicatur eſſe laicale.*
5 *Iuſpatronatus non cadit in iurepatronatu laicali, & priuato.*
6 *Hoſpitale non eſt beneficium,ſed officium.*
7 *Manutenendus eſt patronus in quaſi poſſeſſione præſentandi.*
8 *Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur vnico actu.*
9 *Præſentatio vnica quando ſufficiat , vt denuo patronus præſentare poſſit.*
10 *Quaſi poſſeſſio præſentandi non tranſit in hæredem ſine noua apprehenſione.*
11 *Præſentandi quaſi poſſeſſio quando tranſeat ad hæredem.*
12 *Iuſpatronatus tranſit ad hæredes extraneos,etiam ſine diſpenſatione Apoſtolica.*
13 *Iuſpatronatus in priuatis non requirit maiorem probationem nunc,quàm faceret ante Concilium Tridentinum.*
14 *Iuſpatronatus priuatorum poteſt nunc probari, ſicut ante Concilium.*
15 *Iuſpatronatus probatur præſentationibus effectum ſortitis per quadraginta annos.*
16 *Vltimus ſtatus attenditur in iudicanda qualitate beneficij.*
17 *Iuſpatronatus titulus præſumitur ex præſentationibus effectum ſortitis per centum annos.*
18 *Iuſpatronatus famâ multùm probatur.*
19 *Iuſpatronatus probatur enunciatiuis in antiquis.*
20 *Enunciatiuis Ordinariorum probatur iuſpatronatus , & quare.*
21 *Iuſpatronatus probatur duobus enunciatiuis , non vnica.*



22 *Iuſpatronatus probatur litteris inſtitutionis Epiſcopi.*
23 *Iuſpatronatus probatur ſententiis , & confeſſionibus Ordinariorum.*
24 *Iuſpatronatus fundatio præſumitur ex antiquitate temporis.*
25 *Fundatio, & dotatio beneficij præſumitur ex præſentationibus multiplicatis in antiquis.*
26 *Iuſpatronatus probatur ex ſolis præſentationibus in antiquis.*
27 *Præſentationes multiplicatæ quando dicantur.*
28 *Multiplicatæ præſentationes dicuntur, ſi duæ ſaltem fuerint.*
29 *Illegitimus poteſt ſuccedere in iurepatronatu , ſi ſit hæres.*
30 *Iuſpatronatus quomodo tranſeat ad illegitimos.*
31 *Legitimatus à Principe ſæculari per indirectum ſuccedit etiam in iurepatronatu Eccleſiaſtico.*
32 *Legitimatus ad hæreditatem ſuccedit etiam in iurepatronatu.*
33 *Illegitimi excluſi ab hæreditate excluduntur etiam à iurepatronatu.*
34 *Iuſpatronatus non tranſit ad filios,niſi hæredes.*
35 *Legitimatio tollit omne obſtaculum iuris,vel facti.*
36 *Illegitimi , & naturales poſſunt à patre hæredes inſtitui, non extantibus legitimis.*
37 *Naturales ſi poſſunt ſuccedere in hæreditate patris,ſuccedunt etiam in iurepatronatu.*
38 *Illegitimi non ſuccedunt in patronatu gentilitio.*
39 *Iuſpatronatus quando poſſit tranſire ad illegitimos de familia.*
40 *Iuſpatronatus in dubio præſumitur hæreditarium , & ad extraneos tranſitorium.*
41 *Iuſpatronatus gentilitium extincta familia tranſit ad extraneos.*
42 *Spurius , & illegitimus eſt capax iuriſpatronatus Eccleſiaſtici.*
43 *Hoſpitale admittit iuſpatronatus , & præſentationem ad formam Clementinæ,* Quia contingit.
44 *Hoſpitale largo modo poteſt dici beneficium.*
45 *Hoſpitale an cadat ſub conſtitutione de publicandis reſignationibus.*
46 *Hoſpitale priuatum , & laicale eſt ſub dominio laici patroni.*
47 *Hoſpitale Religioſum, & Eccleſiaſticum probatur ex Eccleſia, & Campanili.*
48 *Hoſpitale eſt Religioſum , ſi Epiſcopus prouidet de Rectore.*
49 *Hoſpitale poteſt eſſe de iurepatronatus laicorum.*
50 *Iuſpatronatus Hoſpitalis datur, & quomodo procedat.*
51 *Hoſpitale quando dicatur Religioſum , & publicum , & quando priuatum.*
52 *Ius præſentandi datur in Hoſpitali Religioſo.*
53 *Hoſpitalis regimen non conceditur,niſi ad triennium.*
54 *Hoſpitale datur in titulum , ſi datur iuxta formam Clementinæ,* Quia contingit.
55 *Hoſpitale annexum beneficio poteſt à Rectore adminiſtrari durante eius vita.*
56 *Hoſpitale quando ſortiatur naturam beneficij.*
57 *Hoſpitalis qualitas cognoſcitur ex vltimo eius ſtatu.*
58 *Prouiſiones Apoſtolicæ non mutant ſtatum beneficij , ſed conſeruant.*
59 *Spurius eſt odibilis legibus, & Canonibus.*
60 *Legitimatus à Papa , vel ab eius dependentibus ſuccedit etiam in iurepatronatu.*
61 *Iuſpatronatus hæreditarium tranſit ad legitimatum à Papa.*
62 *Legitimatio Papæ tollit omnem maculam.*

Ne ſcribam vanum , duc pia Virgo manum.

De anno 1644.per obitum M.R.D.Ioan.Pauli Corradini vacauit Hoſpitale S.Thomæ Canturbiæ de Ba-



gno

gno Reginæ Diœceſis,cuius regimen ad vitam ſuam ha-
bebat,& ideò perilluſtr. D.Cæſar Boiardus tanquam pa-
tronus ad illud præſentauit M.R.D.Heronymum Corra-
dinum fratrem dicti defuncti, & ideò quærebatur,an ad-
mittenda eſſet dicta præſentatio, & inſtituendus eſſet
præſentatus.

Et tunc prima facie videbatur dicendum, quod non
erat admittenda, quia non conſtabat de iurepatronatu
1 ex dotatione, vel fundatione, vt requiritur ex Concilio
Trident.ſeſſ.25.cap.9.verſ.Vt igitur,de reform.

Nec obſtare videbatur aliàs Rectores fuiſſe præſenta-
tos ab illis de Boiardis,quia iuſpatronatus non probatur
ex præſentationibus niſi per ſpatium centum annorum
2 effectum ſortitis, quia tunc præſumitur titulus funda-
tionis,vel dotationis,vt per Gonzal.ad reg.8. Canc.gl.18.
num.44.Farin.deciſ.recent.211.num.1.part.1.& deciſ.674.
num.2.part.2. Caualer. deciſ.625.num.4. Burat.deciſ.142.
num.1.& deciſ.172.num.1.& deciſ.181.num.11.Garz.de be-
nef.part.5.cap.9.n.141. Viuian. de iurepatr. part.2. lib.11.
cap.5.num.33.Barboſ.ad Concil.Trident.d.cap.9.num.8.

Tertiò obſtare videbatur,quod dictus D.Cæſar eſt Fi-
lius ſpurius natus ſine figura matrimonij, & ideò non
videtur, quod poſſit ſuccedere in iurepatronatu familiæ
3 illorum de Boiardis.Roch.de Curt.tract.de iurepatron. in
verb.competens alicui, quæſt.7.princ. Ricc.de nouiſſ.probat.
iuriſpatr.reſol.161.num.2.

Quartò videtur, quod dictum Hoſpitale ſit laicale,
quia modò per Clericos, modò per laicos fuit rectum:
immò conſtat per annos decem & octo fuiſſe gu-
bernatum per Carolum Boiardum laicum vxoratum;
ideò præſumendum eſt,locum,de quo agitur,fuiſſe laica-
lem; ex tali enim poſſeſſione laicorum cenſendum eſt ab
4 initio fuiſſe inſtitutum pro laicali: ſic ex gloſſa in Clem.
per litteras,in verb. Eccleſias, vbi Card. d. quæſt.17. Imol.
num.15.verſ.Deinde quæro,& num.16.Abb.num.5.Vitalin.
ſub num.22.de præbend.Rebuff.de nominat. quæſt.15. n.15.
verſ. vel ſi appareat poſſeſſio, Calder. conſ.4. circa medium,
verſ.Item etiam,Rom.conſ.487.num.10. Felin. in c.cùm iu-
ramentà,ſub num.9.verſ.ſecundò,de reſcript.pulchrè in ter-
minis huius Hoſpitalis Rot. deciſ.106. num.1.2.3. & de-
ciſ.122.num.2.3.4.5.part.2. diuerſ. & ideò ſi eſt Hoſpitale
laicale,& priuatum,non cadit in eo iuſpatronatus, Lam-
5 bert.de iurepatronat.lib.1.part.1.quæſt.11.princ.art.11.n.2.
6 nec mirum, quia hæc non ſunt beneficia, ſed quædam
Officia,& religioſæ adminiſtrationes.Caſtr.Pallau. moral.
part.2.tract.13.diſp.1.part.7.num.4.

His tamen non obſtantibus cenſui ſatis conſtare de
iurepatronatu, & præſentationem eſſe admittendam,
namque certum eſt, Boiardos eſſe in quaſi poſſeſſione
præſentandi Rectorem ad dictum Hoſpitale, & præſen-
tationes fuiſſe effectum ſortitas, & propterea in ea ſunt
manutenendi; certum eſt enim quod patrono Eccleſiæ,
Capellæ,& Hoſpitalis datur manutentio in quaſi poſſeſ-
ſione eligendi, præſentandi, vel nominandi Rectorem,
adeò vt ab eo præſentatus ſit inſtituendus, c. in conſulta-
7 tionibus,vbi Abb.num.3.de iurepatr. c. cùm Eccleſia Sutri-
na, vbi DD. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Menoch. de retin.
rem.3.num.131.Boccat. de interdict.vti poſſ.cap.2. num.29.
Farinac.deciſ.recent.260.num.1.part.2.Viuian. de iurepatr.
part.2.lib.5.cap.4.num.1.& num.28.29. vbi latè, quod ex
vnica præſentatione acquiritur hæc poſſeſſio. Rot. apud
eum deciſ.84. num.10. & deciſ.85. num.4. Poſth. tract.de
8 manuten.obſeru.10.num.25.26.& obſeru.32.num.2.3.4.5.&
ſeq. & Rot.apud eum deciſ.267.num.3.5.& deciſ.285.n.6.
adeò vt ſufficiat vnica præſentatio, ſi per quadraginta
9 annos etiam non venerit caſus nouæ præſentationis:
pulchrè Barboſ. ad Concil. Trident. d. cap.9. num.24. vbi
alios allegat.Poſthius d.tract.obſeru.18.num.16.

Et quamvis hæc quaſi poſſeſſio non tranſeat in hære-
dem ſine noua appehenſione, Menoch. d.rem.3. num.57.
10 Rot.deciſ.recent.260.num.4.p.2. Poſthius d. tract. obſ.55.
num.23. 24. 32. 33. tamen id procedit vbi tractatur de
præiudicio Eccleſiæ, & ipſa Eccleſia contradicit; ſecus
eſt, ſi ipſa non aduerſetur, ſed fortè alius contradicat;
quia tunc in iuribus incorporalibus, & ſic in iure præ-
ſentandi poſſeſſio tranſit etiam ad hæredem. Garz. de be- 11
nef.part.5.cap.3.num.37.Rot apud Cenc.de cenſ.deciſ.211.
num.1.& deciſ.239.in princ. & apud Marcheſ. de commiſſ.
part.2.fol.251. num.1. Poſthius d.obſeru.55. num.33. verſ.
Sed quod generaliter, & numero 34. ſed hìc non eſt qui
contradicat: ergo non eſt deneganda manutentio.

Sed hìc non eſt opus inſiſtere huic ſummariiſſimo
poſſeſſorio,quia pleniùs conſtat de iurepatronatus,quod
cùm præſumatur ſemper potiùs hæreditarium, quàm
gentilitium, tranſit ad quoſcunque hæredes, etiam ex-
traneos, etiam ſine confirmatione Apoſtolica, vt latè
apud Durant.Rot.deciſ.285.num.3.7.& deciſ.411. num.7. 12
latiùs Ricc. de nouiſſ. probat. iuſpatron. reſolut.166. per to-
tam, vbi plurimos congerit,& reſolut.178.& reſolut.195.
num.8. & cùm verſemur in priuatis, in quibus non ca-
dit præſumptio vſurpationis, iuſpatronatus non requi-
rit maiorem probationem ex Concilio Tridentino,quàm
antea requireret, propter illa verba dicti Concilij dict.
cap.9. Aliaſve ſecundùm iuris diſpoſitionem, ex quibus 13
efficitur, quod poſſit probari eo modo, quo ante Con-
cilium potuiſſet. Rot.diuerſ.deciſ.331.part.2. & apud Fa- 14
rinac. deciſ.recent.360.num.2. part.2.pulchrè Caualer.de-
ciſ.560.num.1. & apud Viuian.d.tract.deciſ.61.num.1.Bar-
boſ.ad Concil.Trid.d.cap.9.num.23.

Ideò iuſpatronatus ſatis probatur ex præſentationi-
bus per quadraginta annos effectum ſortitis, dummo-
dò cum huiuſmodi poſſeſſione quadragenaria concurrat
publica vox, & fama, vel aliæ præſumptiones, quæ
vim habeant famæ, ex Bald. in l. cùm ſuper, C. de rei
vindicat. Caſſador. deciſ.2. num.4. cum ſeqq. de probat.
Achil. deciſ.6.de iurepatronat. Puteus deciſ.60.in fin.lib.1. 15
Rot. apud Farinac. deciſ.recent.360. num.8. & deciſ.174.
num.2. Coccin.deciſ.174. num.2.Burat. deciſ.172.num.18.
Barboſ.ad Concil.Trident.d c.9 n.23.verſ. Et primò,Garz.
part.5.c.9.num.83.Mar Antonin.lib.1. reſol.109.num.30.
Ricc. d. tract. de nouiſſ probat. iuriſpatronat. reſol.79. per
totam, & num.3.

Et hoc maximè procedit, quando cum prædictis non
pugnat vltimus ſtatus beneficij, quia tunc demùm ple-
nè, & concludenter iuſpatronatus eſt probandum,quan-
do beneficium vltimo loco fuit diuerſimodè collatum,
quia in iudicanda qualitate beneficij maximè ſolet at-
tendi vltimus ſtatus: ſic ex Bald. in l. ſi mater, C. ne de 16
ſtat. defunct. Dec. conſ.126. num.1. tradit Seraphin. de-
ciſ.1120. num.1. ſed hìc dictus D. Ioan. Paulus vltimus
Rector dicti Hoſpitalis fuit prouiſus auctoritate Apo-
ſtolica de dicto Hoſpitali, tanquam de patronatu di-
ctæ familiæ de Boiardis: ergo ſufficiens eſt hæc pro-
batio.

Verùm ſi requiratur etiam major probatio, illa ad-
eſt in caſu noſtro, quoniam vſque de anno 1412. ex
narratiua Ioan. Papæ XXII. & ex præſentatione dicti
Caroli Boiardi facta de anno 1454. de quibus apud Rot.
d. deciſ.106. part.2. diuerſ. & aliis nominationibus, &
prouiſionibus factis ab anno 1500.& ſucceſſiuis tempo-
ribus effectum ſortitis, modò quoad laicos,modò quoad
Clericos præſentatos concluditur ex multiplicatis præ-
ſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui
hominum memoriam excedat, cenſeri titulum iuriſ-
patronatus probatum, ex Bald. in d. l. cùm ſuper, C. de 17
rei vindicat. Caſſador. d. deciſ.2.num.4. de probat. Achil.
dict. deciſ.6. Put. dict. deciſ.60. in fin. Menoch. conſ.336.
ſub numero 22.& de præſumpt. lib.3. præſ.90. numero ter-
tio, cum ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ.103. num.9. &
Gonzal. ad reg.8. d. gl.8. numero 44. cum ſeqq. Franc.
Leo in Theſaur. for. Eccleſ. part.2.cap.6. num.3.Campan.
in diuerſ. iur. can. rub. 11. cap.13. ex numero 425. Vi-
uian.de iurepatr.p.2.lib.11.cap.7. num.2. Monet. de comm.
vlt.vol.cap.10.num.211.Molfeſ.mor.tract.6.cap.5. num.47.
Rot.



Rot.recent.deciſ.148.num.1.& deciſ.211.num.1.part.1. &
deciſ.674.num.2.part.2.Barboſ de off Epiſc.part.3.alleg.72.
num.28.& ad Concil.Trident.d.cap.9. num.5. Ricc.d.tract.
reſol.80. num.2.vbi alios allegat,Caſtr. Pallau.mor.part.2.
tractat.13.diſp.2.part.3.n.6.verſ.Secundò: ſed hìc conſtat
de prædictis,& etiam de fama publica, quæ in antiquis
18 multùm prodeſt in hac materia.Crauet.conſil.222.num.2.
Put.deciſ.141.lib.1.Ricc.d.reſol.80.num.3. ergo ſatis veri-
ficatum eſt iuſpatronatus,vt per Caſtr.Pallau.mor.part.2.
tractat.13.diſput.2.num.6.

Deinde hoc iuſpatronatus probatur ex multis enun-
ciatiuis tam Epiſcoporum,quàm Pontificum,& aliorum,
de quibus conſtat in proceſſu,quæ cùm ſint antiquæ, ſa-
tis probant iuſpatronatus ad fauorem dictæ familiæ de
19 Boiardis, quia habent vim famæ, & probant qualitatem
beneficij in antiquis. Aret. in c. cùm cauſam, num.26. vbi
Felin.num.4.de probat.Pariſ.conſil.33. num.7.lib.1. & con-
ſil.17.num.14.lib.4.Puteus deciſ.209.num.1.lib.2. Garz.d.
cap.9.num.21.Farinac.deciſ.recent.ſub num.1. & deciſ.224.
num.4.5.part.1.Caualer.deciſ.362.num.1. Aloyſ. Ricc. de-
ciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol.274. num.5. & deciſ.306.
part.4.& in tract.de nouiſſ.probat.iuriſpatr.reſol.80.num.6.
Barboſ. de off. Epiſcop. part.3. alleg.72. num.40.41. & ad
Concil.Trident.d.cap.9.num.26.Caſtr.Pallau. d.part.3. n.6.
verſ. Idem quod; etenim enuntiatiuis Ordinariorum mul-
tùm defertur in probatione iuriſpatronatus, quia præſu-
muntur ſcire qualitates beneficiorum,& vtplurimum ſe
20 reddunt difficiles ad inſtituendum præſentatos.Rot. de-
ciſ.11. de iurepatr. in nou. Put. deciſ.243.lib.2. Mantic.de-
ciſ.318.num.2. & deciſ.350.num.3. Coccin deciſ.229. in
fin.& deciſ.230.num.3.Farinac. deciſ.recent.518. numer.3.
21 part.1.Caſtr.Pallau.d part.3.num.6.ad fin.Barboſ. ad Conc.
Trident.d.cap.9.num 26.verſ.Enunciatiuis; vbi tamen do-
cet, quod debent eſſe ſaltem duæ enunciatiuæ, alioquin
vnica regulariter non probat.

Denique iuſpatronatus Dominorum de Boiardis pro-
batur ex Bullis, ſeu litteris inſtitutionum Epiſcopi, vel
Ordinarij,quibus attentatur beneficium ad præſentatio-
22 nem alicuius patroni pertinere, & repræſentatum inſti-
tuiſſe vigore dicti iuriſpatronatus;ſi enim talis inſtitutio
habuit effectum,litteræ Epiſcopi ſatis probant iuſpatro-
natus,ex Paul.de Cittadin. de iurepatr.part.6.quæſtion.37.
num.3.Gabriel conſil.196.num.4.lib.2.latè Maſcard.de pro-
bat.concluſ.956.num.12.13.& concluſ.1216.num.3. Flam.
Pariſ.de reſign.benef.lib.8.quæſt.11.num.38. Put.deciſ.172.
in princ.p.1.& deciſ.242.p.2. Rot.diuerſ. deciſ.376. libr.3.
part.3.Marc.Antonin.var.reſol.lib.1.reſol.80.num.1 quem
ſequitur Aloyſ.Ricc.in d.tract.de nouiſſ.probat.iuriſpat.re-
ſol.81.num.1.Barboſ.de off.Epiſc.part.3. alleg.72. num.47.
& ad Concil. Trident.d.cap.9.num.32. Caſtr.Pallau. moral.
part.2.tract.13.diſp.2.part.3. num.6.verſ. Quintò probatur
23 ſufficienter; etenim ſententiis, & confeſſionibus Ordina-
riorum multùm defertur in probatione iuriſpatrona-
tus. Rot. apud Durant. deciſ.413. num.3. & deciſion.423.
num.3.

Non obſtant in contrarium adducta, & primò iuſpa-
tronatus eſſe probandum ex fundatione, vel dotatione,
quia reſpondetur, quod ex antiquitate prædicta præſu-
24 mitur fundatio,& ſic non obſtat Concilium.Rot. diuerſ.
deciſ.545.num.3. verſ. Nec obſtat,part.1. Turret. conſil.71.
num.8.lib.1. Achil.de Graſſ. de iurepatron. deciſ.7. num.1.
Ricc.de nouiſſ.probat. iuriſpatronat. reſol.81.num.3.Caſtr.
Pallau. d.part.3. num.6. verſ. Neque; & hoc verum eſt,
25 etiamſi nullum inſtrumentum fundationis, vel dotatio-
nis oſtendatur; & quamvis in præſentationibus nulla
appareat facta mentio fundationis, vel dotationis, quia
adhuc ſi multiplicatæ ſint, & verſemur in antiquo, ſatis
probant iuſpatronatus ex dotatione,vel fundatione com-
petere, Achil. de Graſſ.deciſ.4.de iurepatronat.Gonzal. ad
reg.8.Canc.gloſſ.18.num.46.Franc.Leo in Theſaur.for. Ec-
cleſ.d.cap.6.num.3. Galet. in margarita caſ. conſc.verb. iuſ-
patronatus, pag.145. num.1. Molfeſ. moral.tract.6. capit.5.
num.47. in medio. Barboſ.d.alleg.72.num.29.& ad Concil.
Trident.d.cap.6.num.6. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiepiſcop.
Neapol.deciſ.258.part.4. & in prax.for.Eccleſ.reſolut.127.
num.1.3.& in d.tract.de nouiſſ.probat.iuriſpatr.reſol.66. per
totam.Rot.diuerſ.deciſ.792.num.11.part.1.Caſtr.Pallau. d.
part.3.ſub num.6. & ita cenſuit Sacra Congreg. Concilij
in hæc verba: Iuſpatronatus ex ſolis præſentationibus con- 26
tinuis vltra hominum memoriam probatur, licet in eis nulla
fuerit facta mentio de fundatione, vel dotatione, teſte
Gallet. d. loco, Nouar. de iur. Pontific. nou. concluſ.1. ſub
num.4. de iurepatr. Ricc. d.reſol.66. num.3. ſed hic eſt ca-
ſus noſter: ergo &c.

Multiplicatæ autem præſentationes quomodo dican-
tur,diſcordant DD.nam multi per tres vices ſaltem fuiſ-
ſe factas neceſſe eſſe docent,ex Iaſ.in l.1.n.4. C. de fidei-
commiſſ. Cephal. conſil.225.num.43.ita Genuenſ. in prax. 27
Archiepiſcop. cap.63. & latiùs, & meliùs Caſtr. Pallau.
moral. part.2. tract.13. diſput.2. part.3. num.4. verſ. Ce-
terùm.

Nihilominus verius eſt,& receptius,quod ad hoc, vt
multiplicatæ præſentationes dicantur, duæ ſufficiant,
quæ fuerint effectum ſortitæ,vt probant Caualc.deciſ.17. 28
num.14.part.2. Mar. Antonin. var.reſol. lib.2. reſol.109.
num.37.Campanil.in diuerſ.iur.can.rubr.11.cap.13.num.4.
Barboſ. de off.Epiſc. d.alleg.72.num.31.& ad Concil. Trid.
d. cap.9.num.7.Nouar.d.concluſ.1.num.6.de iurepatr. Ricc.
in prax.for.Eccleſ.reſol.127.in fin. & in d. tract. de nouiſſ.
probat.iuriſpatr. reſol.67. num.2. & per totum; iſta enim
multiplicitas etiam in binario numero verificari poteſt,
l.1.§ hoc ſcriptum,vbi Bart.ff.ad S.C.Syllan.§.fin Inſt.de iur.
perſ.gloſſa in c.ad noſtram,in verb.per multos,de reb.Eccleſ.
non alienand.Honded.conſil.102.num.71.lib.1.ad rem Ricc.
d.reſol.67.num.2.in fin.

Non etiam obſtat,quod dictus D. Boiardus modernus
ſit illegitimus;nam cùm non ſit natus ex inceſtu, & non
ſit filius Presbyteri, de quo eſſet dubium, vt aliàs vidi-
mus,ſed natus ſit ex ſoluto, & ſoluta, certum eſt, quod
etiamſi non eſſet legitimatus, poſſet ſuccedere in dicto
iurepatronatu in conſequentiam hæreditatis paternæ; &
ſic cùm dictus D.Cæſar ſit hæres vniuerſalis eius patris
D.Pauli Æmilij Boiardi vltimi patroni dicti Hoſpitalis,
ſequitur in neceſſariam conſequentiam, vt etiam ſucce-
dat in dicto patronatu, vt per Præpoſit. in c. per venera- 29
bilem, §. autem,fol.44. qui filij ſint legitim. pulchrè Roch.
de iurepatron.in verb.competens alicui,num.9.Lambert eod.
tract. lib.1. part.2. quæſt.2. princ. art.26. num.15.16. vbi
probat, quod filij illegitimi tunc ſuccedunt patri, vel
matri in iurepatronatu, ſi ſunt illorum hæredes, & non 30
aliter: ita etiam tradunt DD.in c.cùm ſecundùm, de iure-
patron. Præpoſ. Gemin. & Card. in c. lege Imperatorum,
diſtinct.10. Paleott. de noth. & ſpur. quæſt.61. per totam.
Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſolut.166. num.89. & in dict.
tract. de nouiſſ. probat. iuriſpatronat. reſolut.161. numer.2.
Viuian. de iurepatronat. lib.2. capit.6. num.28. & lib.4.
cap.2. num.68.

Sed vlteriùs prædictus D.Cæſar eſt legitimatus à Prin-
cipe,& factus capax omnium ſucceſſionum,& ſic potuit
etiam hæres inſtitui à patre, cùm alios non haberet legi-
timè natos;ideò ſequitur,quod cùm ſit hæres patris,poſ-
ſit ſuccedere etiam in eius patronatu, quia Princeps
etiam ſæcularis poteſt legitimare in conſequentiam oc-
caſione hæreditatis ad iuſpatronatus Eccleſiaſticum: & 31
ſic in hac ſentẽtia vltimo loco relata ſe firmat,& reſidet,
Gemin.in c.lege,ſuper gl.1.& ibi Card.Alex.fol.10.vbi te-
ſtatur hanc opinionem eſſe tenendam,diſtinct.10.pulchrè
etiam Bald.in conſ.372.num.2.& conſ.373.num.4.& conſil.
374.num.1.verſ.Ex hoc ſequitur,lib.1. vbi concludit,quod
ex quo legitimati ſuccedunt in hæreditate, ſuccedunt
etiam de iurepatronatu Eccleſiaſtico; & ita tenet
etiam Roch.de Curt.in tractat.de iurepatr.in verb compe- 32
tens alicui,num.8. verſ. in hoc puncto, vbi ad finem etiam
teſtatur caſum eueniſſe, & pro legitimato iudicatum
fuiſſe;

fuiſſe: latiùs,& de communi teſtans Lambert. *eod. tract. de iurepatr. lib.1. part.2. quæſt.2. princ. art.29. num.12.13.* & per totum,vbi multas rationes adducit, & tollit contraria. Ferret. *conſ.131. num.11.* Couar. *de ſponſal. part.2. cap.8. §.8. num.18.* Card. Tuſch. *pract. concl. littera I, concluſ.609. num.6.* Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccleſ. reſol.185. num.5.* Viuian. *de iurepatronat. part.1. lib.4. cap.2. num.70.* & Baſilius Legionenſ. *lib.11. cap.1. num.14.* Ioan. Azor. *moral. part.2. lib.2. cap.14. quæſt.7.* Molin. *tract.2. de iuſt. & iur. diſp.173. verſ. Item*: pulchrè etiam Caſtr. Pallau. *moral. part.2. tract.13. diſp.2. part.1. §.5. num.19.*

Ideò non obſtant contraria, quia tunc illegitimi excluduntur à ſucceſſione iuriſpatronatus, quia ſucceſſio
33 huiuſmodi regulatur ſecundùm ſucceſſionem bonorum, à qua illi excluduntur. *Auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt.* vt inquit Ricc. *in prax. for. Eccl. reſ.185. num.4.* & ideò ſicut etiam filij legitimi non ſuccedunt in patronatu, niſi
34 ſint hæredes bonorum, teſte Lambert. *de iurepatr. d. lib.1. part.2. quæſt.2. princ art.26. num.2. verſ. Sequitur ergo*, ita etiam illegitimi,& multò minùs ſuccedere poterunt: verùm ſi detur caſus, quod hi ſint, & poſſint eſſe hæredes defuncti, vt hîc, tamen vigore legitimationis, quæ tollit
35 omne obſtaculum, tam iuris, quàm facti, ad textum *in l.3. C. de natal. reſtit.* Rot. *diuerſ. deciſ.505. part.1.* Ricc. *d. reſol. 185. num.5.* tamen quia nullis extantibus liberis legitimis, & naturalibus, tunc illegitimi, & ſimplices naturales poſſunt hæredes à patre etiam in totum inſtitui, vt
36 *in Auth. licèt, C. de natur. liber.* & *in §. ſi verò filius, in Auth. quibus mod. nat. eff. ſui.* Alex. *in l. ſi qui bonis*, & *in l. Lucius, ff. de vulg. & pup.* Rom. *conſil.43. num.3.* & *conſil.122. in princ.* & *conſil.397. in princ.* vbi apoſtilla *in verb. validam*, Tuſch. *littera N, concluſ.13. num.1. & ſeqq.* & ideò cùm hic nulli extent legitimi,& naturales, extincta iam domo DD. de Boiardis, nullum eſt impedimentum, quin dictus D. Cæſar poſſit eſſe hæres vniuerſalis dicti eius patris, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & ſic data facultate ſuccedendi in bonis,& hæreditate defuncti, poteſt etiam ſuccedere in iurepatronatu, vt per Roch. *d.*
37 *verb. competens, ſub num.8.9.* Lambert. *d. art.26. & art.29.* Pallau. *d. §.5. num.19.* cum aliis ſuprà adductis.

Benè verùm eſt, quod prædicta non procedant in patronatu gentilitio, & familiæ, in quo ſuccedunt ſolùm illi, qui ſunt de familia; & alij etiamſi ſint hæredes, excluduntur; quia oportet, quod ſint de ſanguine, & domo, de qua ſpurius,& illegitimus dici non poteſt: & ſic
38 procedit Bald. *in d. conſ.373. num.4. verſ. Sed reſpondetur*, & *num.5.6. lib.1.* Lambert. *d. art.29. num.44.* Ricc. *d. reſol.18. num.2.3.* & *de nouiſſ. prob. iuriſpatron. reſol.161. num.2.* ſed nos non verſamur in patronatu gentilitio, & familiari, ſaltem taxatiuè; tum quia non conſtat illegitimos fuiſ-
39 ſe expreſsè excluſos, ideò reliquuntur ſub diſpoſitione iuris communis, ſecundùm quod ſunt capaces iuriſpatronatus, vt ex Rot. *in vna Ianuenſ. iuriſp.23. Iun.1612. coram Pamphilio*, dixit Ricc. *d. reſol.161. num.3.* tum quia dicenti iuſpatronatus eſſe gentilitium, incumbit onus probandi: & ratio eſt, quia iuſpatronatus in dubio præſumitur hæreditarium,& ad hæredes extraneos tranſitorium. Card.
40 *in Clem. plures, in 6. quæſt.* vbi Anchar. *num.2. de iurepatr.* Abb. *in c. cùm ſæculum, num.3.5. eod.* Anch. *conſ.81. num.2.* Lambert. *de iurepatron. lib.1. part.2. quæſt.5. princ. art.15. per totum.* Couar. *var. reſol. lib.2. cap.18. num.6. in fin.* Rot. diuerſ. apud Farinac. *deciſ. recent.675. num.1. part.1.* Ricc. *d. tractat. reſol.180. num.4.* Durant. *deciſ.285. num.7.* & *deciſ.411. num.7.*

Sed dato etiam, quod hoc iuſpatronatus fuiſſet gentilitium familiæ de Boiardis, cùm non appareat taxatiuè tantùm illis fuiſſe conceſſum,& ita reſtrictiuè, vt ad alios tranſire non poſſit, ſequitur adhuc, quod extincta fami-
41 lia poſſit tranſire etiam ad quoſcunque hæredes extraneos, quia prouiſio hominis non tollit prouiſionem legis, ex Anchar. *d. conſ.81.* & Card. *conſ.4. de iurepatr.* Calder. *conſ.4. eod.* Dec. *conſil.3. num.24.* Pariſ. *conſ.48. libr.4.* Ferret. *conſil.143. num.23.* Alban. *conſ.488. num.6.* Moſcat. *conſ.23. num.5.* Caſſador. *deciſ.1. num.3. de iurepatron.* Rot. *diuerſ. deciſ.385. num.1. part.1.* pulchrè Seraph. *deciſ.364. num.2. verſ. His tamen non obſtantibus*, & *num.3.4. & per totam*, & *deciſ.378. num.1.2.3.4.6. & per totam*, vbi reſoluuntur omnia: pulchrè Ricc. *in prax. for. Eccleſ. reſol.137. num.4.5.6.* & *de nouiſſ. probat. iuriſpatron. reſol.163. per totam*: vbi quod hæc opinio contra Lambertinum fuit approbata à Rota: ſic etiam latè docet ex ſententia Rotæ Viuian. *in tract. de iurepatron. ſub num.14. & num.17.* vbi plenè,& allegat multas Rotæ deciſiones: ergo dato etiam, quod dictus D. Boiardus ſit loco extranei a domo illorum de Boiardis; tamen cùm ſit hæres vltimi defuncti, poteſt acquirere iuſpatronatus, ſtante quod ſpurius, & illegitimus eſt capax iuriſpatronatus Eccleſiaſti- 42
ci, vt latè apud Roch. *d. verb. competens*, Lambert. *d. art.26.* & latiùs Caſtr. Pallau. *moral. part.2. tract.13. diſp.2. part.4. num.24.*

Non obſtat, quod locus ſit potiùs laicalis, & non ſit beneficium,& ideò non cadat in eo iuſpatronatus. Nam reſpondetur hæc non poſſe intelligi, niſi eo reſpectu, vt etiam laicus poſſit admitti ad regimen dicti Hoſpitalis, non autem quod non detur in eo iuſpatronatus, & quod non liceat Boiardis præſentare Rectorem coram Epiſco-
po, prout aliàs fecerunt, iuxta formam Clementinæ, *Quia* 43
*contingit, de religioſ. dom.* vt apud Rot. *diuerſ. deciſ.122. num.5.6.7. part.2.* non igitur ita dicitur laicalis locus, quando etiam ſit Religioſus, & ſub iuriſdictione Eccleſiæ, à qua ſemper fuit prouiſum de Rectoribus dicti Hoſpitalis, adeò vt largo modo ſaltem dici poſſit benefi-
cium, vt poſt Lap. tradit Anchar. *in Clement. diſpendioſam,* 44
*num.1. in 9. not. de iudic.* Felin. *in c. de quarta, num.15. in fin. de præſcript.* latè Rot. *diuerſ. deciſ.668. num.2.* & *deciſ.669. per tot. part.4.* quæ loquuntur in puncto huius Hoſpita-
lis, & volunt, quod illud cadat ſub conſtitutione Gre- 45
gor. XIII. de publicandis reſignationibus beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum, quod non fuiſſet dictum, ſi Hoſpitale huiuſmodi ita eſſet laicale, & priuatum, vt nihil pertineret ad Eccleſiam; & ideò hoc nullo modo
videtur eſſe controuertendum, quia id eſſet Boiardis 46
concedere totale dominium loci, vt per Felin. *in dict. capit. de quarta*, Lambert. *de iurepatronat. lib.1. part.1. quæſt.11. art.11. numero quinto, verſ. ſubdit etiam hoc*: vbi quod non eſſet propriè Patronus, ſed Dominus regens, & ſic daremus dicto Boiardo plus quàm petit, & habuerunt omnes eius anteceſſores.

Dicendum eſt igitur prædictum Hoſpitale eſſe locum
Religioſum ſub tutela Eccleſiæ, & gaudere omnibus 47
Eccleſiæ immunitatibus, adeò vt præſumatur fundatum auctoritate Epiſcopi, quod ex multis probatur, quia habet Eccleſiam cum Campanili, & intitulatur ſub nomine S. Thomæ, quæ ſunt ſigna loci Religioſi, & arguunt fuiſſe fundatum auctoritate Epiſcopi,& præſumitur locus Eccleſiaſticus, vt notatur per Archidiac. *in cap. nemo, de conſecr. diſtinct.1.* Abb. *in cap. fin. de cenſur.* & *in cap. patentibus, de priuileg. in c. inter dilectos, col. vlt. de donat.* Feder. de Sen. *in conſil.106. in princ.* pulchrè Lambert. *de iurepatronat. lib.1. part.1. quæſt.11. princip. art.12. num.4.* Rom. *conſ.477. num.13.* Rot. *diuerſ. deciſ.725. num.1.2.5. part.1.* pulchrè Viuian. *de iurepatr. part.1. lib.3. cap.2. num.7.* vbi tradit ſigna Hoſpitalis, & loci Religioſi fundati cum auctoritate Epiſcopi. Tuſch. *littera H, concluſ.159. num.23.* Benintend. *deciſ.13. num.4.5.* Ricc. *in prax. for. Eccleſ. reſol.37. num.2.* & ego dixi *controuerſ. fo-*
*renſ.116. num.12. & ſeqq.* & de hoc non eſt dubitandum 48
in caſu noſtro, quia Boiardi ſemper petierunt prouideri de Rectore dicti Hoſpitalis ab Epiſcopo, & à Pontifice, iuxta formam *d. Clement. quia contingit, de Religioſ. dom.* vt in proceſſu, & *in dict. deciſion. diuerſ.668. & 669. part.4.* quam conſtitutionem certum eſt loqui de locis Religioſis, & Hoſpitalibus publicis iuriſdictioni

Eccle



Eccleſiæ ſubiectis, vt legitur in ea, & ibidem DD. teſtantur. Lambertin. *de iurepatr. lib.1. p.1. q.11. princ. art.11. n.10.* vbi docet, quando Hoſpitale ſit Religioſum, & publicum, & quando priuatum.

Hinc non eſt dubitandum, quod in tali Hoſpitali detur iuſpatronatus, quia dari certum eſt in iure; ſiqui-
49 dem pertinet ad Epiſcopum, & Ordinarium dare Rectorem Hoſpitalibus, niſi Hoſpitale habeat patronum, quia tunc ad Patronũ pertinet electio Rectoris, & ad Epiſcopum confirmatio, quia proceditur ad inſtar Eccleſiarum,
50 & regimen committitur diſcretis, & idoneis viris, ſiue Clericis, ſiue laicis; ſic probat textus *in §. ſi quis ædificationem*, vbi Bart. *in Auth. de Eccleſiaſticis tit.* & *in d. Clem. quia contingit*, vbi Card. *in princ. q.7. de religioſ. dom. cap. inter dilectos*, vbi Abb. *col. vlt. de donat.* clarè Abb. *in cap. de Xenodochiis, de religioſ. dom.* & *in cap. olim, de reſtit. ſpol.* Bald. *conſ.165.* incipit: *Ordinatio teſtamentis, lib.4.* Federic. *in tract. de rerum perm. q.14.* vbi ideò dicit poſſe etiam Hoſpitale cum beneficio permutari. Roch. *in tract. de iurepatr. verb. in Eccl. q.4. n.8.* pulchrè, & latè Lambert. *eod. tract. lib.1. part.1. quæſt.11. princ. art.11. n.1.2.3.* & per totum, vbi benè probat, quod ſi Hoſpitale eſt Religioſum, quia in eo ſit Eccleſia, vel in fundatione interuenerit conſenſus Diœceſani, cadet in eo iuſpatro-
51 natus propriè, vt in ipſis Eccleſiis; ſi verò in eo non ſit Eccleſia, vel in fundatione non interuenerit conſenſus Epiſcopi, tunc erit priuatum, & poterit à fundatore deſtrui, & conuerti ad vſus prophanos, niſi morte confirmauerat; quia tunc non poſſet tolli per hæredes, & eo caſu in eo cadet iuſpatronatus largè, & impropriè: ideò dari iuſpatronatus etiam in Hoſpitali religioſo tra-
52 diderunt etiam Card. Hoſtienſ. *in ſum. tit. de Religioſ. dom. §. Quis dicatur*, Felin. *in cap. de quarta, n.14. de præſcript.* Gonz. *ad reg.8. gl.5. §.4. n.22.23.* Rot. *diuerſ. deciſ.725. num.6. p.1.* Viuian. *de iurepatr. lib.3. cap.2. num.1.4.* & ego aliquid dixi *in controu.116. num.8.9.10.* concludendum eſt igitur non eſſe dubitandum de dicti iuriſpatronatus exiſtentia.

Immò, cenſeo dictum Hoſpitale poſſe dici beneficium Eccleſiaſticum, quia regulariter Hoſpitalia non dantur
53 ad regendum alicui, niſi per triennium, vt ſtatuit Concilium Trid. *ſeſſ.22. cap.8. de reform.* & tamen hoc Hoſpitale, tam ab Ordinariis, quàm à Pontifice ſemper fuit da-
54 tum ad vitam Rectoris, iuxta formam dictæ Clementinæ, *Quia contingit, de relig. dom.* ergo datur in titulum, vt tenet Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. num.81.* Viuian. *de iurepatr. p.1. lib.3. cap.2. num.16.* Sic igitur datur in titulum, alioquin non poſſet concedi alicui ad vitam, ſed tantùm ad triennium, vt in dicto Concilio, ex quo comprehendimus dictum Hoſpitale eſſe annexum beneficio, & ideò poſſe adminiſtrari à titulari durante eius vita, vt bene
55 docet Caſtr. Pallau. *mor. p.2. tract.13. diſp.1. p.7. ſub n.5. in fin.*

Nam quando Hoſpitalia dantur in titulum ex fundatione, vel conſuetudine Eccleſiaſticis perſonis, tunc naturam beneficij habent, & ſunt acceſſoria Eccleſiæ, vel
56 beneficio, & ideò eius naturam ſortiuntur, *d. Clem. quia contingit, §. præmiſſa*, & ibi gloſſa *de religioſ. dom.* Coraſ. *de benef. part.1. cap.3. num.1.* Gonz. *ad reg.8. gl.5. §.4. n.10.14.* & Garc. *de benef. part.1. cap.3. num.1. & ſeq.* Barboſ. *de off. Epiſc part.3. alleg.57. num.148.* Viuian. *de iurepatr. lib.3. cap.2. num.15.* Caſtr. Pallau. *dict. part.7. num.4. verſ. Dixi.*

Non obſtat, quod aliquando datum ſit perſonis laicis, quia poſt Concilium id eſt prohibitum vltra triennium; & ideò cùm adhuc Rectores fuerint inſtituti ad vitam, & eſſent perſonæ Eccleſiaſticæ, videtur, quod vltimus ſtatus beneficij ſit attendendus ad cognoſcendam
57 eius qualitatem, vt in terminis de Hoſpitali dixit Seraph. *deciſ.1103. num.5.6.* & ſic debeat cenſeri potiùs beneficium Eccleſiaſticum.

Verùm id decidere hîc non expedit, neque eſt neceſſe, cùm ſatis ſit pro nunc ſuſtinere, quod dictum Hoſpitale ſit de iurepatronatus dicti Boiardi, & quod eius præſentatio ſit admittenda, prout cenſeo, cui non refragantur prouiſiones Apoſtolicæ, ſi aliquando viderentur contraïre, quia in dubio Papa non intendit præiudicare patronis laicis; & ideò Apoſtolicæ prouiſiones non mutant
ſtatum beneficij, ſed potiùs conſeruant; ex Calder. *conſ.* 58
*26. de præbend.* Bellam. *deciſ.107.* Achil. *deciſ. vnic. de ſtat. benef.* & *deciſ. vlt. de iurepat.* Dec. *conſ.126. ſub num.4.* Seraph. *deciſ.799. num.3.* & *deciſ.1273. n.2.* & *deciſ.1367. num.4.* Rot. *diuerſ. deciſ.545. n.3. p.1.* Farin. *deciſ. recent. 543. n.3. p.1.*

Non obſtat denique, denegandum eſſe ius præſentandi dicto D. Boiardo, quia ſit ſpurius, & naturalis, & ſic odi-
bilis Legibus, & ſacris Canonibus, *cap. niſi cùm pridem,* 59
*de renunt.* & ideò incapax iuriſpatronatus, quod eſt quædam præeminentia,& honor, qui non congruit ſpuriis in Eccleſia Dei, vt in puncto dixit Bald. *in d. conſ.373. n.4. verſ. Sed ſpurij, lib.1.* quia iam reſponſum eſt hanc maculam per legitimationem fuiſſe ſublatam, & ſi diceretur Principem laicum non poſſe legitimare quoad ſpiritualia, replicatur id eſſe verum directè, non autem in conſequentiam, vt vidimus ex Roch. *in verb. competens, num.9.* & aliis. Sed eſto, quod in hoc dubium eſſet, illud tollitur per legitimationem de eodem Boiardo factam à Collegio DD. Protonotariorum de numero participantium, qui ex priuilegio Pontificis eum plenè legitimauerunt, ſiqui-
dem certum eſt, quod legitimatus à Papa, vel ab eius 60
dependentibus, ſine dubio ſuccedit in iurepatronatu etiam Eccleſiaſtico, vt hæc non habere dubium dixit Bald. *in d. conſ.373. num.5. lib.1.* Roc. *in tract. de iurepatr. verb. competens alicui, quæſt.2. princ.* ſed meliùs Lambert. *d. tract. de iurepatr. lib.1. p.2. q.2. princ. art.27.* vbi quod
legitimatus à Papa, vel ab eius dependentibus ſuccedit 61
in iurepatronatu, quod tranſit cum hæreditate: ſic etiam Tuſch. *littera I, concl.609. num.1.* Rot. *diuerſ. deciſ.505. num.6.7. p.1.* quæ ſine dubio loquitur de legitimatione
Papæ, & dicit, quod abolet omnem maculam: ad rem 62
Viuian. *de iurepatr. d. lib.4. cap.2. num.69.* vbi docet, quod legitimatus à Papa, vel ab eo dependentibus, ſuccedit in iurepatronatu, quia tunc tollitur omne obſtaculum, tam iuris, quàm facti.

Non loquor autem hîc de filiis Presbyterorum legitimatis, quia hi ſunt magis odibiles, & de his loquitur Bald. *in d. conſil.373. ſub num.4.* & contra eos extat conſtitutio Pij V. quæ eis tollit ſucceſſionem Patris, etiamſi ſint legitimati; ideò me remitto in hoc ad ea, quæ aliàs de hac materia ſcripſimus *in contr.171.* vbi vide.

---

## CAPVT CCXIII.

### Epitome.

Vnio beneficiorum quibus ex cauſis fieri poſſit ab Ordinario, & quid requiratur, vt benè fiat.

### Svmmarivm.

1 *Vnio beneficiorum poteſt fieri ab Ordinario in præbendis tenuibus.*

2 *Vniones quando fieri poſſint non obſtante affectione beneficiorum.*

3 *Vnio beneficiorum pro augendo cultu diuino pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ valet.*

4 *Epiſcopus poteſt vnire quæcunque beneficia ſuæ Diœceſis, non tamen omnia ſimul.*

5 *Vniones beneficiorum poſt Concilium Trident. factas, Epiſcopus poſt reuidere.*
6 *Vnionis Beneficiorum cauſæ debent verificari coram Ordinario.*
7 *Vnionis tempus non attenditur, ſed vacationis, quia valet ſolùm prout ex tunc.*
8 *Vnio Beneficiorum poteſt reuocari ceſſante cauſa vnionis.*
9 *Vnionis pro cauſa non attenditur, quod quis commodiùs viuere poſſit.*
10 *Vnio poteſt fieri ſolùm ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ euidentis.*
11 *Vnio quomodo euertatur oſtendendo cauſam non fuiſſe veram.*
12 *Sacrificiorum multitudine non propitiatur Deus.*
13 *Vnionis cauſa quomodo eſſe poſſit defectus miniſtrorum.*
14 *Vnionis cauſa an probetur ex aſſertione vnientis.*
15 *Vnionis cauſæ debent ex proceſſu apparere.*
16 *Vnio præbendis Canonicorum quomodo fieri poſſit.*
17 *Vnio beneficiorum poteſt fieri ab Ordinario præbendis ſingulorum, non menſæ Capitulari.*
18 *Vnio beneficiorum non poteſt fieri Capellaniis etiam tenuibus, vel Sacriſtiæ.*
19 *Beneficia ex quibus cauſis poſſint vniri.*
20 *Vnionis neceſſitas, vel vtilitas quomodo probetur.*
21 *Diſtributiones tenues, quæ negliguntur, ſufficiunt pro cauſa ad vnionem.*
22 *Vnionis cauſa non exiſtente vera vnio eſt nulla ipſo iure, vel irritanda.*
23 *Vnio facta ab Epiſcopo ſine conſenſu Capituli non valet.*
24 *Epiſcopus poteſt vnire beneficia ſine conſenſu alicuius ex conſuetudine ſecundùm aliquos.*
25 *Vnio beneficiorum facta ſine Capitulo valet, ſi Capitulum non contradicat.*
26 *Vnio beneficiorum pro forma requirit conſenſum Capituli, & ſine eo non valet.*
27 *Capitulum non poteſt ratificare vnionem inualidam.*
28 *Capituli conſenſus habetur, ſi collegialiter conſentiat maior, & ſanior eius pars.*
29 *Conſenſus non præſumitur, niſi expreſsè probetur.*
30 *Conſenſus Capituli an præſumatur ex lapſu triginta annorum.*
31 *Vicarius Generalis Epiſcopi non poteſt facere vniones beneficiorum ſine ſpeciali mandato.*
32 *Officialis, ſeu Vicarij aſſertioni non ſtatur in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum.*
33 *Vicario non creditur in requirentibus ſpeciale mandatum.*
34 *Oraculum viuæ vocis per teſtes poteſt probari.*
35 *Vniones beneficij effectum non ſortitas reuocauit Vrbanus VIII.*
36 *Vnio beneficiorum quando dicatur effectum ſortita.*
37 *Poſſeſſio non pacifica an ſufficiat, vt vnio dicatur effectum ſortita.*
38 *Vnio etiam cum clauſulis ampliſſimis reuocatur per regulas Cancellariæ.*
39 *Vniones factæ vigore Concilij non reuocantur per regulas Cancellariæ.*
40 *Vniones vigore Concilij non poſſunt fieri Cappellaniis, neque Fabricæ, vel Sacriſtiæ indigentibus.*
41 *Beneficia ſimplicia, & curata poſſunt vniri Curatis.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1612. ſub die 22. Februarij Reuerendiſſimus Dom. Dioneus Corrigius Epiſcopalis Vicarius Generalis Mutinæ, de mandato ſpeciali ſui Epiſcopi, vt ipſe dixit, innitens Decretis Sac.Conc.Tridentini vniuit, & incorporauit menſæ communi Presbyterorum Eccleſiæ Cathedralis eiuſdem Ciuitatis beneficium ſimplex Sancti Eraſmi, fundatum in eadem Cathedrali, ex cauſa
augendi diſtributiones dictorum Presbyterorum ad ma-
iorem Dei gloriam, & cultum, cum conſenſu M.R.D. 1
Annibalis Saxi Cancell. & Rectoris dicti Beneficij, ſine
tamen eius præiudicio eius vita durante, vt in inſtru-
mento vnionis. Verùm cùm hodiernis temporibus in
menſa Epiſcopi ſecundum ordinem alternatiuæ defunctus
ſit Rector dicti beneficij, quæſitum fuit, an Sereniſſimus,
& Reuerendiſſ. Princeps, & Epiſcopus Mutinæ poſſit,
vel potuerit conferre dictum beneficium non obſtante
dicta vnione, vel potiùs, an valida ſit dicta vnio, adeò
vt Ordinarius non poſſit eam reuidere, aut impedire.

Et ſanè prima facie videbatur dicendum validam eſſe,
cùm ſtet pro ea Concilium Trid. *ſeſſ.24.c.15.de refor.* vbi
ſtatutum eſt, quod in Cathedralibus, & collegiatis in-
ſignibus, vbi frequentes, adeóque tenues ſunt præbendæ
ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo
decenti Canonicorum gradui pro loci, & perſonarum 2
qualitate non ſufficiant, liceat Epiſcopis cum Capituli
conſenſu aliquot ſimplicia beneficia, non tamen regula-
ria, iis vnire, non obſtante quacunque reſeruatione, vel
affectione, adeò vt tales vniones nullo modo tolli, aut
impediri poſſint, ex quibuſcunque prouiſionibus, aut
aliis derogationibus. Et ideò cùm habeamus caſum le-
gis, nihil vlteriùs eſt quærendum, *l. Ancillæ, C. de furt.*
cum vulgaribus, & hoc credo fuiſſe fundamentum dictæ
vnionis.

Deinde etiam de iure communi videtur dicendum, va-
lidam fuiſſe dictam vnionem, quia facta eſt pro augendo
cultu diuino, pro vtilitate, & neceſſitate Eccleſiæ, vt
Presbyteri dictæ menſæ communis poſſint commodiùs
ſubire onus inſeruiendi Eccleſiæ, & diuinis Officiis in- 3
tereſſendi, dum ex dicta vnione pinguiores fiunt eorum
diſtributiones; eſt enim, poſſe Epiſcopum vnire quæ-
cumque beneficia, non tamen omnia ſimul ſuæ Diœceſis,
propter neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ, per textum 4
*in cap. expoſuiſti,* vbi Gloſſ. & DD. *de prædend.* & *cap. Sicut
vnire,* vbi Abb. *de exceſſ. Prælat.*

His tamen non obſtantibus veridicè, & ſecundùm ve-
ras, & practicatas iuris regulas cenſeo, dictam vnionem
eſſe inualidam, nec poſſe inuito Epiſcopo, vel Pontifice
executionem habere, adeò vt poſſit Epiſcopus eam reui-
dere, & irritam declarare. Siquidem poteſt Ordinarius
tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus reuidere, & irrita-
re omnes vniones factas poſt Concilium Tridentinum,
ad cuiuſvis inſtantiam, niſi eas ex legitimis cauſis coram
eo verificandis emanaſſe conſtiterit, ex Concilio Trid. 5
*ſeſſ.7.cap.6. de reform.* & caſſantur per Regulam 13. Can-
cellariæ. Et ideò antequam vnio prædicta effectum ſor-
tiatur, oportet cauſas eius legitimas probare coram mo-
derno Epiſcopo, etiamſi in inſtrumento fuiſſent enuncia-
tæ, quia cauſæ, & ſolemnitates non præſumuntur, niſi
probentur; & ideò cauſæ dictæ vnionis debent verificari
coram Ordinario, ſiue ex officio, ſiue ad inſtantiam par-
tis procederetur; maximè antequam effectum ſortiatur, 6
vt ex Oldrad. *conſ.261.* Verall. *deciſ.350.n.3.p.3.* pulchrè
Cauallcr. *deciſ.439. n.7.* & Rota *diuerſ. deciſ.294. n.14.
15.16. part.5.* & hoc expreſsè deciſum eſt in dicto Con-
cilio Trid. *d. cap.6.* ibi: *coram loci Ordinario verificandis.*
Ideo non eſt curandum de his, qui aliter docent, cùm
ſtet pro nobis Concilium Tridentinum, & opinio Rotæ
Romanæ. Sed hîc non ſunt verificatæ cauſæ dictæ vnio-
nis, ſcilicet, paupertas dictæ menſæ communis, &
modicitas reddituum eius; & quod tam laudabi-
le opus non poterit conſeruari ſine hac vnione, im-
mò credo, quod non poſſint probari, quia audio fuiſ-
ſe, & eſſe diuitem, nec vnquam fuiſſe in tali neceſſi-
tate.

Et tantò magis, quia credo non ſatis eſſe probare di-
ctam menſam communem fuiſſe in hac neceſſitate tem-
pore vnionis factæ viuente beneficij Rectore; quia tunc
vnio non applicatur, nec effectum ſortitur, & propterea
attendendum eſſe tempus, quo executioni demandatur,
quia



quia vnio beneficij ante vacationem facta non fit vt ex
nunc, ſed in futurum, cùm vacauerit, & ſic attenditur
tempus vacationis, vt per Gloſſam *in Clem. ſi vna, in
verb. Vocatus,* & ibi DD. *de reb. Eccl. non alienand.* pul-
chrè Garz. *in tract. de benef. p.12.c.2.n.98.99.* vbi etiam
teſtatur Sacram Congreg. Concilij ita declaraſſe, Man-
doſ. *reg.12. Cancell.q.5.n.2.* Caſtr. Pallau. *mor.p.2.tract.13.*
7 *diſput.6.punct.12.§.4.n.2.* Ergo probandum erit dictam
menſam communem eſſe pauperem, & in ea neceſſitate
tunc, quando prætendit vnionem debere ſortiri effectum.
Sed quia audio eam deueniſſe ad pinguiorem fortunam
ob multa legata, & hæreditates ſibi delatas, ideò impoſ-
ſibile eſt cauſam vnionis verificare.

Et ſanè ſi ceſſante cauſa vnionis poteſt Epiſcopus
vnionem reuocare, velut ſi Eccleſia non ſit ampliùs in
neceſſitate, vel non indigeat ampliùs beneficio vnito; tunc
8 enim ob cauſæ ceſſationem, admittunt omnes vnionem
poſſe reuocari, vt per Caccialup. *in tract. de vnion.cap.9.*
Rebuff. *in prax. benef. p.1. tit. de vnionis reuoc. num.1.2.*
Garz. *d. cap.2. num.305.* Azor. *mor. part.2. lib.6. cap.29.
q.4.* Caſtr. Pallau. *d. §.4. ſub num.4. verſ. ad reuocandam:*
multò magis poterit eius effectus impediri, ſi nondum
plenè effectum fuerit ſortita; & ita Epiſcopus poterit
intentum obtinere, ſiue in impediendo ne vnio habeat
executionem, ſiue eam reuocando, eo quod ceſſauerit
cauſa vnionis, ſtante quod dicta menſa communis non
eſt ampliùs in ea neceſſitate, cùm in hac materia non at-
9 tendatur commoditas, & quod ex hoc beneficio Presby-
teri commodiùs viuere poſſint, ex Lotter. *de re benef.
lib.1. q.29.n.21.*

Prædicta autem multò magis locum habere debent,
quia ad vnionem faciendam non ſufficit quælibet vtili-
tas, vel neceſſitas ſimplex Eccleſiæ, ſed debet eſſe euidens,
10 & præciſa, qua excludatur quæcunque dubietas, vt *ex
d. cap. expoſuiſti,* vbi DD. & *in cap. ſine exceptione,* ibi:
*non ſit dubium, 12. q.2.* & *cap.1. de reb. Eccl. non alien.
in 6.* Barbat. *conſ.40. n.1. verſ. Vnde pendent, lib.1.* Rot.
*diuerſ. deciſ.65. num.17. part. 2.* Lotter. *d. tract. lib. 1.
quæſt.28. num.30.* & *num.141.142.* vbi pulchrè, & in ter-
minis loquitur.

Tantùm igitur abeſt, vt cauſa dictæ vnionis factæ pro-
11 pter indigentiam, & tenuitatem reddituum dictæ menſæ
communi poſſit verificari, vt potiùs contrarium euiden-
ter appareat; ſiquidem conſtat, quod dicta menſa com-
munis, cui facta eſt vnio, ſe ſuſtentauit abſque beneficio
vnito: ergo non fuit vera cauſa vnionis, & hoc ſufficit
ad eam euertendam, vt benè dixit Oldrad. *in d.conſ.262.
ſub n.1. verſ. Sicut,* & Lotter. *d.q.28.n.243.*

Nec valet dicere, quod quantò magis creſcunt fructus,
& prouentus dictæ menſæ, tantò magis poterit augeri
numerus miniſtrorum, & ſic augetur cultus diuinus, cùm
meliùs ſeruiatur Eccleſiæ per plures, quàm per paucio-
res; nam reſpondetur, hanc non eſſe cauſam ſufficien-
tem ad ſupprimendum beneficium, etiam alteri vniendum,
cùm non ſemper expediat plures adeſſe miniſtros; multi-
12 tudine enim ſacrificiorum non propitiatur Deus, *cap.
Scriptum, 14. q.5. cap. Non mediocriter, de conſecr. diſt. 5.*
gloſſa *in cap. vnico, in verbo nimiam, de religioſ. domib. in 6.*
Ideò cauſa iſta cultus diuini non habetur in conſideratio-
13 ne ex ſolo numero miniſtrorum, niſi vbi Eccleſia propter
defectum illorum debitis defraudatur ſeruitiis, vt ex
Petr. de Vbald. *in tract. de Canon. Epiſc. c.7.n.6.* declarauit
Rota *in vna Calagurritana beneficij, 14. Maij* 1593. coram
Gipſio, teſte Lotter. *d. q.28.n.64.65.*

Nec obſtat, quod Vicarius in dicto inſtrumento vnio-
nis dicat, ſibi de prædictis legitimè conſtare, quia circa
veritatem cauſæ in hac materia non ſtatur aſſertioni eius,
neque etiam Epiſcopi, quia debet de ea conſtare poſitiuè
14 ex proceſſu deſuper facto, vt poſt Gemin. & Anchar.
latè dixit Franc. *in cap.1. num.4. de reb. Eccl. non alienand.
in 6.* & tenuit Rota *in Toletana Parochialis, 19. Nouem-
bris* 1601. coram Corduba, teſte Lotter. *d. quæſt. 28.*
*num.33.* & propterea ſi non extat proceſſus hæc omnia
verificans, non ſtatur aſſertioni iudicis, quia omnia de- 15
bent in actis publicis reduci, vt per *cap. Quoniam contra,
de probat.* & Socin. *conſ.47.n.15.lib.4.* & Crauet. *conſ.171.
num.7.* dixit Lotter. *d. q.28. n.36.*

Nec obſtant in contrarium adducta, & primò Conci-
lium Tridentinum *d.cap.15.ſeſſ.24.de reform.* quia illud ex-
preſsè loquitur, & habet locum tantùm in vnione fa- 16
cienda præbendis Canonicorum, & pro augendis eorum
diſtributionibus, vt legitur in eo, ibi: *Vt ſuſtinendo de-
centi Canonicorum gradui:* & ibi: *Iis vnire.* Concilium
enim prædictum dat facultatem Epiſcopo vniendi bene-
ficia tenuibus præbendis ſingulorum Canonicorum, ex- 17
cluſa etiam ipſa Menſa Capitulari. Gonz. *ad reg.8. Can-
cellariæ, gl.37. n.25.* Aloyſ. Ricc. *p.4. collect.1067. in fin.*
Gratian. *diſcep.278. num.34.* Garz. *de benef. d. p.12. cap.2.
num.171.* Farin. *deciſ. recent.565. num.1.p.2.* Barboſ. *de off.
Epiſc. part.3. alleg.66. num.9.* & *ad Conc. Trid. d. cap.15.
num.19.20.*

Ideò cùm prædictum Concilium loquatur de Canoni-
cis, & de vnione facienda per Epiſcopum præbendis te-
nuibus Canonicorum, non eſt trahendum ad vnionem
faciendam menſæ communi Præsbyterorum, quia ſunt
diuerſa, *l. Papinianus, §. exuli, ff. de minor.* Et propterea
benè cenſuit Sacra Congreg. Concilij, non poſſe Epiſco-
pum vigore dicti decreti Concilij beneficia ſimplicia vnire
diſtributionibus Cappellanorum Eccleſiæ Cathedralis
pro diuini cultus augumento, nec etiam fabricæ, vel
ſacriſtiæ, ob eius paupertatem, vt teſtatur Garz. *de be-* 18
*nef. p.12. d. cap.2. num.80.82.* quem ſequitur Barboſ. *ad
Concil. Trident. d.cap.15. num.15.* & ſic certi ſumus dictum
Vicarium non potuiſſe facere dictam vnionem ex vi dicti
Concilij Trid. vt dixit etiam Bellar. *ad dict. cap.15. verſ.
Item non licet.*

Benè verùm eſt, quod Concilium prædictum non tol-
lit, neque negat id fieri poſſe aliàs de iure communi, ex
legitimis cauſis, teſte eodem Garz. *d.cap.2.num.81.* Verùm
neque de iure communi id liquet, quo attento certum
eſt Epiſcopum non poſſe facere vniones beneficiorum,
niſi ex duabus cauſis, propter ſcilicet euidentem vtilita- 19
tem, vel neceſſitatem Eccleſiæ, vt *in d. c. expoſuiſti, de
præbend.* DD. *in d. c. Sicut vnire,* Garz. *d.cap.2. num.108.*
Sanchez *mor.par.2.lib.7.cap.29.n.161.* Lotter. *d.quæſt.28.
num.141.* Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ.7.cap.6.num.11. de
reform.* Caſtr. Pallau. *moral. part.2 diſp.6.punct.12.§.2.n.19.*
vbi benè declarant, & ita tenet Rot. *diuerſ. deciſ.294.
num.3. part.5.*

Et licet ſatis oſtenſum ſit dictam menſam communem
non eſſe, neque fuiſſe in caſu tantæ neceſſitatis, vel eui-
dentis vtilitatis, vt vnio prædicta eſſet facienda; nunc
tamen etiam addo de hoc nihil eſſe dubitandum. Nam
tunc demùm dicitur adeſſe neceſſitas, quando præbenda,
cui facienda eſt vnio, caret ſufficientibus redditibus ad 20
alendum miniſtrum, vt *in d.c. expoſuiſti,* ibi: *de redditibus
præbendarum ſuarum nequeunt ſuſtentari.* Vtilitas autem
eſt euidens quando propter fructuum tenuitatem non
inueniuntur Clerici idonei ad ſeruiendum, vt proba-
tur *in eodem cap. expoſuiſti,* & *in cap.1. ne Sede vacante,*
Seraphin. *deciſ.1078. num.4.5.* Barboſ. *ad Concil. Trident.
ſeſſ.7.c.6. num.11. de refor.* Caſtr. Pallau. *d. diſp.6. punct.12.
§.2. num.19.* Sed dicta menſa communis in noſtro caſu
verſata eſt, quod ſatis apparet, quia ſemper egregiè
ſuos Miniſtros ſuſtentauit, quod ſufficit ad euerten-
dam cauſam vnionis, vt per Lotter. *dict. quæſt.28.
num.243.*

Sed fortiùs idem confirmatur, quia ad manutentionem
Collegij Presbyterorum non eſt neceſſe, quod menſa tri-
buat tantùm lucri ſingulis, quod ſufficiat ad cuiuſlibet
ſuſtentationem, cùm poſſint aliâ viâ ſuam conditionem
facere meliorem; ſed ſatis eſt, ſi diſtributiones quotidia-
næ non ſint ita tenues, vt veriſimiliter negligātur, vt pro-
batur ex Concilio Trid. *ſeſſ.21.c.3.* vbi Bellarm. *verſ. Item ſi* 21
*diſtri-*

*diſtributiones*, & Barboſ. *num.4.5.de reform.* Sed diſtribu-
tiones dictæ Menſæ communis nunquam fuerunt ita te-
nues, vt neglectæ fuerint, quod ſatis probatur ex fre-
quentia chori, & ex eo, quod Presbyteri certatim ſem-
per ſtuduerunt, & conati ſunt admitti ad dictum Colle-
gium; ex quo colligimus diſtributiones fuiſſe ſufficien-
22 tes, & tolerabiles; & ideò non fuiſſe neceſſe aliquid ap-
plicare vt poſt multos Borboſ. *d. cap.3.num.4.* Et ſic non
ſubſiſtente cauſa vnionis poteſt vnio ipſa irritari, vel ir-
rita declarari, vt in dicto Concilio Trid. *ſeſſ.7. cap.6.* vbi
Barboſ. *n.12.* Barbat. *conſ.185.num.13.lib.2.* Garz. *d.c.2.*
*n.113.117.*Sanchez *d.c.29. n.185.* latiſſimè Tuſch. *littera*
*V, concl.243.n.1.2.* & *n.4.* vbi dicit quidquid fuerit apud
antiquos, hodie Rotam ſeruare, quod vnio ex falſa cauſa
ſit nulla ipſo iure.

Et licèt hæc ſatis, & abundè ſufficiant ad annullan-
dam dictam vnionem, tamen non deſunt aliæ rationes,
quibus magis inualida demonſtratur. Etenim caret con-
ſenſu Capituli; & tamen ſine eo valere non poteſt, quia
Epiſcopus non poteſt facere vniones beneficiorum, niſi
interueniat aſſenſus Capituli ſuæ Eccleſiæ Cathedralis,
ad textum *in cap. Paſtoralis, de donat.* & *in Clem. ſi vna,*
*de reb. Eccl. non alien.* Concilium Trid. *d. ſeſſ.24.cap.15.*
*de refor.* Azor. *mor. part.2. lib.6. cap.28. q. 12.* latiſſimè
Garz. *de benef.part.12.cap.2.num.145.* & *num.158.* Aloyſ.
Ricc. *deciſ.198.num.17.part.4.* Sanchez *d. cap.29.n.165.*
Barboſ. *de off. Epiſc. part.3. alleg.66. num.25.* & *ad Conc.*
23 *Trid. ſeſſ.21. cap.5. num.9.* & *d. cap.15. num.9.* Monet. *de*
*commut. vlt. vol. cap.11. num.479. & ſeqq.* Lotter. *de re*
*benef. lib.1.q.28.num.156.* Caſtr. Pallau. *d.diſp.6.punct.2.*
*§.2.n.24.* vbi quod hoc tradunt omnes: & ita tenet Rota,
vt apud Farin. *deciſ.recent.455. n.5. p.2.* latè Rot. *diuerſ.*
*deciſ.294.n.17.p.5.*

Et quamvis multi opinati ſint id non eſſe in vſu, quia
hodie Epiſcopi omnia expediunt à ſe ipſis, vt inquit
Lambert. *tract. de iurepatr. lib.2.p.3.q.1.art.4. n.2.* tamen
24 hoc non eſt verum, neque in iure, neque in facto, vt benè
docet, & probat latiſſimè Monet. *d. cap.11.n.483. in fine,*
& *n.484.* & cùm Rota Romana, vt vidimus, ſeruet hanc
opinionem, non eſt dubitandum de hac ſententia.

Benè verum eſt, quod multi quoque cenſuerint vnio-
nem factam ſine conſenſu Capituli ita demùm eſſe nul-
lam, ſi Capitulum, in cuius fauorem hæc ſolemnitas
25 fuit introducta, id velit, & conſentiat, & non aliter, adeò
vt ex poſtfacto etiam poſſit conſentire, & vnionem rati-
ficare, ex Oldrad. *conſil.162. in fin.* Rot. *diuerſ.deciſ 133.*
*num.10.p.2.* Garz. *dict.c.2.n.163.*Gratian.*dict.diſcept.278.*
*num.31.32.*

Sed nihilominus verior, & magis communis eſt altera
ſententia, quam etiam Rota ſequitur, vt conſenſus capi-
tuli requiratur in ipſa vnione, vel in continenti poſt eam
expreſsè, & non tacitè, pro forma, & per modum ſolem-
26 nitatis, non autem ad fauorem Capituli, adeò vt hanc
nullitatem poſſit allegare quicunque cuius intereſt, vt ex
Imol. & Butr. *in cap. cùm vos, de iis quæ fiunt à Prælatis,*
& Abb. *in cap. ea noſcitur, eodem,* & aliis, pulchrè tradit
Burſat. *conſ.185. num.14. lib.2.* Rot. *diuerſ.deciſ.247.n.5.*
*part.1.* & latè Garz. *de benef.p.12.c.12.num.164.165.166.*
*167.* & tenuit Rot. *in Vercellenſ.vnionis,26. Aprilis 1610.*
*coram Lancellotto,* & *in Gerundenſ. Hebdomadar. 3. Iunij*
*1613.coram Pamphilio,* vt apud Farin. *deciſ.455.n.5.in fin.*
quem ſequitur Barboſ. *ad Conc. Trid d. ſeſſ.7.c.6.num.27.*
dicens quemlibet intereſſe habens poſſe dicere de nulli-
tate vnionis ob defectum conſenſus Capituli, & ita
etiam tenet Monet. *d. cap.11.num.486.* benè etiam Caſtr.
Pallau. *d. punct.12. §.2. num.26. verſ. Cæteris,* vbi reddit
rationes, & ſic etiam pulchrè Lotter. *de re benef. lib.1.*
*quæſt.28.n.156.* vbi tradit, quod Rota denique hanc ſen-
tentiam amplexa eſt, quia hæc ſolemnitas eſt introducta
fauore publico, & Eccleſiæ, pulchrè Rot. *diuerſ.deciſ.29.*
*n.19.20.p.5.* Ideò Capitulum non poteſt ampliùs ratifica-
re, & ſi potuiſſet, adhuc id nunc ei eſt denegandum,

cùm ampliùs res non ſit integra, cùm cœptum ſit dici 27
de nullitate. Rot. *dict. deciſ.294.n.32.*

Hîc autem ſatis conſtat non interueniſſe Capituli con-
ſenſum ex ipſo inſtrumento vnionis, cui aſſiſtens fuit tan-
tùm M.R.D. Felix Bonetus Archipresbyter, & Canoni-
cus dictæ Cathedralis, tanquam deputatus ab aliis Cano-
nicis pro eo anno ad negotia dictæ menſæ communis;
& ſic non habebat mandatum ſpeciale à Capitulo ad
conſentiendum dictæ vnioni, cui non interuenit nomi-
ne Capituli, ſed tanquam negotiorum geſtor dictæ men-
ſæ communis, abſente etiam eius collega in prædictis
negotiis, vt legitur in dicto inſtrumento; & tamen opor-
tebat, quod in præſentando dicto aſſenſu collegiali in- 28
teruenirent omnes Canonici, vel maior, & ſenior pars
Capituli, vt *in cap. Quia propter, de elect.* & *in c. Quandò,*
& *c. Ea noſcitur, de his quæ fiunt à Prælat. & c. 1.* & *cap.*
*Ex ore, de his, quæ fiunt à maior. part. Capit.* Barboſ. *de*
*Canon. c.38.n.1.* adeò vt non ſufficiat conſentire ſingulas
perſonas capitulares, quia aliud eſt Capitulum, aliud
ſingulæ perſonæ de Capitulo. Garz. *d. c.2. n.174.* Caſtr.
Pallau. *d.punct.2.§ 2.n.6.in fin.*

Qui ergo dicit capitulum conſenſiſſe, debet id proba-
re, quia conſenſus præſentatus non præſumitur, niſi ex-
preſsè probetur, vt pro regula tradit Felin *in c.ſicut,n.26.* 29
*de ſent. & re iud.* Nicol. Miliſ. *in repert. verbo, Epiſcopus*
*poteſt cum conſenſu,* & *in fine,* pulchrè Burſat. *d. conſ.185.*
*n.15.* Boſſ. *deciſ.345. num.5.* Garz. *de benef. part.12. c.2.*
*num.177.* Monet. *d. c.11. num.488.* Et quamvis ex lon-
go tempore triginta annorum talis conſenſus fortè præ-
ſumi poterit, tamen id procedere poteſt quando concur- 30
rit poſſeſſio rei vnitæ, & obſeruantia vnionis, vt per
Garz. *d. c.2. num.178.179.* Monet. *d.cap.11.ſub num.488.*
quod hîc applicari non poteſt, vbi menſa communis
nunquam fuit in poſſeſſione dicti Beneficij, nec vnio ha-
buit effectum.

Vlteriùs prædicta vnio eſt inualida, quia facta fuit à
Vicario Epiſcopi ſine eius ſpeciali mandato. Nam cùm
vnio beneficiorum ſit de arduis, & reſeruatis Epiſcopo,
non poteſt Vicarius generalis eam facere, niſi hoc ſpe-
cialiter habeat in mandatis, etiamſi illi data fuiſſet gene- 31
ralis facultas conferendi beneficia: ſic Gemin. *conſ.38.*
*num.10.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de vnion.num.37.* Petr.
de Vbald. *de vnion. d. c.4. num.32.* Soc. *in d. c.Sicut vnire,*
*n.45.* Pariſ. *conſ.40. n.1. lib.4.* latè Sbrozz. *de off. Vicarij*
*lib.2.q.115.n.3.4. & per totum,* vbi benè omnia reſoluit.
Put. *deciſ.53. n.2. lib.3.* Garz. *d. c.2. n.69. & ſeq.* Tuſch.
*d. littera V, concl.232. n.31.* Gratian. *d diſcept.278. n.35.*
Barboſ. *de off. Epiſc.p.3. alleg.66. num.7.* & *ad Conc. Trid.*
*ſeſſ.7.c.6.n.15.* vbi multos allegat, & *ſeſſ.21. c.5. n.6. de*
*reform.* Sanch. *mor.lib.3.d.c.29.n.153.* Caſtr. Pallau. *mor.*
*p.2.tract.13.diſp.6.punct.2.§.2.n.9.* dicens etiam eos, qui
aliter ſentiunt, loqui ſine fundamento.

Nec obſtat, quod dictus Vicarius in inſtrumento
vnionis dicat ſe id feciſſe de ſpeciali mandato dicti
Epiſcopi, viuæ vocis Oraculo habito, quia reſponde-
tur quod in his quæ requirunt ſpeciale mandatum, non
ſtatur, nec creditur aſſertioni Vicarij, aut alterius Of-
ficialis dicentis ſe illud habere, niſi oſtendat, vt per tex- 32
tum *in c. cùm à nobis, de teſt.* & *l. vnica,* vbi Bart. *C. de*
*ſuperindict. lib.10.* gloſſa *c.Sicut, de ſent. excomm.* Archid.
*in c. nobiliſſimus, diſt.97.* Hoſtienſ. *in c. 1. de Off. colleg.*
*in 6.* Dec. *in l. 1. num.18. C. mandati,* pulchrè Abb. *in*
*conſ.94. num.3.lib.2.* Capell. Toloſ. *deciſ.463. in fin.* Maſ-
card. *de probat.concluſ.140.n.12.* & magis in ſpecie Sbroz.
*de off. Vicar. lib.1. quæſt.64.num.25.26.* vbi probat, quod
in requirentibus ſpeciale mandatum non creditur Vi- 33
cario, neque etiam Epiſcopo. Benè verum eſt, quod ad
hoc probandum non erit neceſſaria ſcriptura, quia viuæ
vocis oraculum etiam per teſtes probari poteſt, vt poſt 34
Rotam *deciſ.397. in nouiſſ.* vbi Lopez. *numer. vndecimo,*
dixit Sbrozz. *dict. quæſt.64. numer. vigeſimonono.* Sed hoc
nihil refert, quia dictum mandatum ſpeciale ſemper
eſt



eſt probandum, ſiue per ſcripturam, ſiue per teſtes.

Denique nihil curandum eſt de dicta vnione, quia pro
non facta habetur, ſtante quod non potuit ſortiri effe-
ctum, niſi poſt mortem dicti Rectoris nouiſſimè defuncti;
& tamen certum eſt Vrbanum VIII. Pontif. Max. in
principio ſui Pontificatus, per regulas ſuæ Cancellariæ
35 omnes vniones, quæ adhuc effectum non erant ſortitæ,
de quibuſcunque beneficiis factæ, Apoſtolica, & quavis
alia auctoritate reuocaſſe, caſſaſſe, & annullaſſe, ex-
ceptis quibuſdam, quæ non pertinent ad caſum noſtrum,
vt latè videre eſt *in reg. de vnion.* quæ olim erat 12. nunc
verò eſt 13. Cancellariæ Papalis, vbi Mandoſ. dictum
docet, & pulchrè id tradit Gonzal. *ad reg.8.gloſſ.5.§.7.n.53.*
Garz. *de benef.p.12.c.2.n.281.* Monet. *de commut. vlt. vol.*
*cap.12.n.315.316. & ſeqq.* Lotter. *dict.lib.1.q.29. n.14.* &
*num.24.*

Nec dici poteſt dictam vnionem tunc fuiſſe effectum
ſortitam, quia poſſeſſio beneficij vniti fuit ſemper penes
dictum Rectorem vſque ad eius mortem; & tamen cer-
tum eſt non poſſe dici vnionem eſſe ſortitam effectum,
36 niſi quando ſecuta eſt vacatio per ceſſum, vel deceſſum,
& ſimul pacificè apprehenſa eſt poſſeſſio beneficij vniti,
vt per Mandoſ. *ad d. reg. de reuocand. vnion. q.5. n.3.verſ.*
*Dicerem igitur,* & Molin. *ad eam reg.13. in fin.* Lotter.
*d. q.29.n.27.* Garz. *d. c.2. n.281. & ſeqq.* vbi licèt doceat
37 ſufficere etiam poſſeſſionem non pacificam, tamen con-
tra eum tenent Caſtr. Pallau. *d. diſp.6. punct.12. §.4.n.2.*
& Monet. *d. c.12. n.320. verſ. Quamvis,* & Gloſſator an-
tiquus *ad dict. reg. de reuoc.vnion.* qui docent requiri poſ-
ſeſſionem pacificam, alioquin vnio non dicitur ſortita
effectum, & iuremeritò, quia poſſeſſio non pacifica pro
non poſſeſſione habetur, vt colligitur *ex c. commiſſa, §.*
*annus autem, de elect. in 6.* & *c.licèt Epiſcopus, de prebend.*
*eod. lib.* & in extrauaganti Ioannis XXII. *Execrabilis,*
vbi Gloſſ. *in verb. Pacificam, eod. tit.* Quo ſtante dicta
vnio etiamſi haberet clauſulas ampliſſimas, cenſetur re-
uocata per dictam regulam 13. quia non erat ſortita ef-
38 fectum, vt tenuit Rota apud Farinac. *deciſ. poſthum.627.*
*num.2.p.1.*

Et quamvis dicta regula 13. locum non habeat in vnio-
nibus factis auctoritate Concilij Tridentini, vt legitur
in ea, & tradit Lotter. *d. q.29. n.24.* tamen id nihil offi-
39 cit caſui noſtro, vbi oſtenſum eſt, hanc vnionem non
poſſe ſuſtineri in vim Concilij Tridentini; ſiquidem di-
ctum caput 15. *ſeſſ.24. de reform.* loquitur de vnionibus
faciendis præbendis, vel diſtributionibus Canonicalibus,
& non habet locum in Capellaniis, vt ibidem tradunt
Barboſ. *num.15.* & Bellarm. *in verſ. Item non licet,* & *verſ.*
*Item cenſuit,* ex mente Sacræ Congregationis, dicens:
*Item non licet Epiſcopo vnire alia beneficia Capellaniis, quæ*
*habent redditus tenues, quia loquitur ſolùm de præbendis,*
*nec poſſunt fieri vniones ſacrificij, vel fabricæ etiamſi indi-*
*geant.*

Nec adeſt alius locus in Concilio Tridentino, qui poſ-
ſit accommodari caſui noſtro; ſiquidem textus dicti Con-
cilij *in c.5. ſeſſ.21. de reform.* loquitur quando beneficia
40 ſimplicia, vel curata vniuntur curatis, vt per Gonzal. *d.*
*gl.5.§.7.n.65.* Garz. *d.c.2.n.161.* qui non eſt caſus noſter,
& ſimiliter perſcrutatus ſum alia loca Concilij, quæ de
vnionibus loquuntur, & nullum adinueni, qui pertineat
ad caſum noſtrum, & propterea concludendum eſt hanc
noſtram vnionem cadere ſub regula reuocatoria, quæ ir-
ritat omnes alias vniones cum quibuſcunque clauſulis fa-
ctas, vt per Lotter. *d. q.29. n. 24.* & Rotam *deciſ. 627.*
*num.2.* Quibus ſtantibus ſine impedimento potuit dictus
D. Epiſcopus conferre dictum beneficium ad ſuum bene-
placitum. Et ita, &c.

# CAPVT CCXIV.

## EPITOME.

Epiſcopus, & Ordinarius an poſſint vnire benefi-
cia Sedi Apoſtolicæ reſeruata, vel affecta ante
vacationem, vel poſt eam.

## SVMMARIVM.

1 *Beneficia familiarium Cardinalium ſunt reſeruata Sedi Apoſtolicæ.*
2 *Familiarium Cardinalis beneficia etiam ante familiaritatem obtenta ſunt affecta.*
3 *Familiaris dicitur, qui eſt continuus commenſalis.*
4 *Familiaritas Cardinalis eſt plenè probanda, vt beneficia ſint affecta.*
5 *Familiaris Cardinalis dicitur, qui eſt deſtinatus ad certum ſeruitium, & viuit eius expenſis.*
6 *Familiaris vt quis dicatur Cardinalis, requiritur mens, & dens.*
7 *Vnire beneficia affecta, vel reſeruata non poteſt Epiſcopus.*
8 *Epiſcopus poteſt vnire beneficia affecta, & reſeruata, quando vnit vigore Concilij Tridentini.*
9 *Vnio beneficiorum an ſuſpendatur, vel tollatur affectione, & reſeruatione.*
10 *Vnio beneficij affecti, & reſeruati non habet effectum, niſi ceſſante affectione.*
11 *Vnio beneficiorum diſpoſitioni Pontificis reſeruatorum penitus eſt nulla.*
12 *Familiarium Cardinalis beneficia ſunt reſeruata diſpoſitioni Pontificis.*
13 *Diſpoſitionis ſignificatio latiſſimè comprehendit omnem poſſidendi modum.*
14 *Omne qui dicit, nihil excludit.*
15 *Indefinita oratio æquipollet vniuerſali.*
16 *Vnio vigore Concilij facta tenet non obſtante affectione.*
17 *Capellanorum diſtributionibus non fiunt vniones vigore Concilij.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

PRoſequendo eandem materiam præcedentis vnionis,
fuit dubitatum, an Mutinenſis Epiſcopus potuerit
conferre dictum beneficium S. Eraſmi, eo quod M.R.D.
Annibal Saxius fuerit familiaris olim Eminentiſſimi
Cardinalis Alexandri Eſtenſis, quo in facto vero exi-
ſtente, nemini dubium eſt, quod beneficia familia-
rium cuiuſcunque Cardinalis ſunt affecta, & reſer-
uata Sedi Apoſtolicæ, vt apertè legitur *in regula 4.* 1
*Cancell. verſiculo ac quacunque,* etiamſi ea obtinuiſſet
ante familiaritatem. Melch. Lotter. *de re benef. lib. 2.*
*quæſt. 32. numer. 71.* & *numer. 76.* Ludouiſ. *deciſ. 166.* 2
*num.4.*

Verumtamen in facto non ſatis probatur hæc fami-
liaritas, quæ requirit, vt ille ſit continuus commen-
ſalis, vt *in dicta reg.4.* Lotter. *d. quæſtione 32. nume-* 3
*ro 4.* & hoc eſt plenè probandum, vt per Farin. *deciſ.*
*recent. 584. num.1. part. 1.* Lotter. *d. quæſt.32. num.129.*
Ad hoc autem, vt quis dicatur familiaris Cardinalis,
oportet, quod ſit deſtinatus ad certum eius ſeruitium, & 4
viuat eius expenſis, vt ex *cap. fin.* vbi DD. *de verb.ſignif.*
*in 6.l. in lege Cenſoria,§.vlt.ad fin.eod.* Pariſ. *de reſign.benef.*
*lib.5.quæſt.vlt.num.196.* Ioan. Andr. *in d. c.fin.* vbi Dominic.
*num.8.* Franch. *n.14. de reg.iur.in 6.* Garz *de benef.p.5.c.1.*
*num.314.*

*num.*314.315. Lotter. *d. q.*32. *num.*10.11.12. Barboſ. *de*
*off. Epiſc.p.*2. *alleg.*5. *num.*20. Rot.*deciſ.recent.*184.*num.*1.
*p.*1. & propterea communiter dicunt ad contrahendam
6 hanc familiaritatem requiri mentem, & dentem. Sarnenſ.
*in reg. de impetr. benef. per obit. famil. Card. q.*13. Garz.
*d. c.*1.*n.*317. Pariſ. *d. tract.lib.*10.*q.*3.*n.*22. Lotter. *d.q.*32.
*num.*15. Barboſ. *d. alleg.*5. *n.*20. & *ad Conc. Trid. ſeſſ.*23.
*cap.*9.*n.*5. *de reform.*

Cùm ergo hæc non verificentur in dicto Saxio, non
poteſt dici dicti D.Cardinalis familiaris, & ſic ceſſat affe-
ctio,quâ ſublatâ potuit Epiſcopus eius beneficia ob mor-
tem vacantia conferre. Verùm data etiam dicta familia-
ritate, & affectione,non tamen ſequitur, quod vnio præ-
dicta ſit valida; ſiquidem multò magis nulla eſſet dicen-
da, quia certum eſt in iure, quod Epiſcopus non poteſt
conferre beneficia affecta, & Pontifici reſeruata,quia in-
ferior habet manus ligatas, nec poteſt facere quin reſer-
uatio habeat locum,& ideò nec poteſt vnire, quia vnien-
7 do impediretur reſeruatio, vt ex *cap. cùm inferior, de ma-*
*ior. & obed. cap. vt noſtrum, de appellat. Clem. ne Romani,*
*de elect.* Cæſar. de Graſſ. *deciſ.*.. *num.*11. *de reb. Eccl. non*
*alien.* Pariſ. *conſ.*36. *num.*13. *lib.*4. Gratian. *diſc.*278. *n.*5.
Gonz. *ad reg.*8. *Cancell. gl.*5. §.7. *num.*136. Caſtr. Pallau.
*mor. p.*2. *diſp.*6. *p.*12. §.2. *num.*3. *verſic.ſecundam partem.*
Lotter. *de re benef. lib.*1. *quæſt.*29. *num.*41. Solùm Epiſco-
8 po id permiſſum eſſet, ſi faceret vigore Concilij Triden-
tini, quia tunc nihil obſtaret reſeruatio, vel affectio,
vt *in dicta reg.* 13. *Cancell.* & Gratian. *d diſcept.* 278.
*num.*5.6.

Benè verum eſt, quod in hoc caſu totum dubium re-
ducitur in videndo, an reſeruatio impediat omninò vnio-
9 nem, an verò ſolùm ſuſpendat eius effectum, donec reſer-
uatio conſummetur, vt per Garz. *de benef.part.*2.*c.*2.*n.*91.
Namque in hoc diſtinguendum eſt, quod aut Pontifex
reſeruauit ſimpliciter ſibi collationem beneficij, & tunc
quia reſeruatio nihil aliud tangit,quàm collationem, quæ
ſicut non impedit beneficium vniri, ſic nec vnio ipſa im-
pediet collationem fieri, & ideò poterit Pontifex confer-
re beneficium vnitum, & affectum, quouſque ceſſet af-
fectio, vel reſeruatio, & ita hoc caſu tenet, & valida eſt
10 vnio beneficij affecti, & reſeruati; ſed ſuſpenditur eius
effectus, donec reſeruatio conſummetur: ita Calder.*conſ.*
13. *num.*2. *de reb. Eccl. non. alien.* Zabarell. *in d. Clem. ſi*
*vna, num.*15. *eod. tit.* Federic. de Sen. *conſ.*112. *ſub num.*7.
*ad fin.verſ.Item quæritur.* Franch.*in cap.ſi tibi abſenti, n.*12.
*de præb. in* 6. Felin. *in cap. cùm in noſtra, num.* 23. *verſ.*
*prædicta intellige, de reſcript.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de*
*vnion. n.*31. latè Garz. *de benef.p.*12. *c.*2. *num.* 91. Gonz.
*ad reg.*8.*d. gl.*5.§.7.*n.*136.*verſ. Si verò,*Lotter. *de re benef.*
*lib.*1.*q.*29.*n.*42.Caſtr.Pallau. *mor.p.*2.*tract.*13.*diſp.*6.*p.*12.
§.2. *n.*5.

Aut Pontifex non ſimpliciter reſeruauit ſibi collatio-
nem beneficij, ſed diſpoſitionem, vel quamlibet ordina-
tionem, vt ſi dicat: *Talia beneficia noſtræ diſpoſitioni, vel*
*ordinationi reſeruamus*; & tunc quia Papa cenſetur non
ſolùm beneficij collationem, ſed etiam quamlibet diſpo-
ſitionem aliis collatoribus interdicere, ideò tunc omni-
nò inualida eſt Ordinarij vnio de beneficio affecto vel
11 reſeruato, etiam ante vacationem facta, vt *ex d. cap. vt*
*noſtrum, de appell.* ſic pulchrè docuit Abb. *in d. cap. ſicut*
*vnire, ſub num.*7. *ad fin.* vbi etiam Alex. de Næu. *in add.*
*de exceſſ. Prælat.* Caccialup. *in tract. de vnion. art.*4. *q.*6.
Petr.de Vbald. *eod.tract.c.*4.*num.*6. & *num.*24. Azor. *mor.*
*lib.*5.*c.*20. *q.*17. & *lib.*6. *cap.*29.*q.*16. Sanch. *mor. lib.*7.
*cap.*29. *num.*150. Barboſ. *ad Concil. Trid.ſeſſ.*21.*c.*5.*n.*12.
*verſ. vbi limitat, de reform.* & ita tenuit Rot. Rom. *in*
*Auerſan. benef.*21 *Iun.*1606.*coram Sacrato,* & *in Melitenſ.*
*benef.*6. *Iun.*1607. *coram Lugdunenſ.* vt apud Farin. *deciſ.*
*recent.*201.*n.*5.*p.*2. Lotter. *de re benef. lib.*1. *q.* 29. *n.* 43.
Caſtr.Pallau. *d. p.*12.§.2.*n.*5.*verſ. Vt ſi dicat,* vbi pulchrè
hoc docet.

Et quamvis Garz. *d. part.*12. *c.*2. *n.*93. videatur aliud
ſentire, & ſe alienum oſtendere ab hac ſententia, tamen
contra eum ſtat communis DD. ſententia, necnon & Ro-
ta Romana, & Sacra Concilij Congregatio, quæ ſic de-
cidit, & cuius deciſioni Rota innixa fuit, vt apud Fari-
nac. *d deciſ.*201.*num.*5. & Lotter. *d.q.*29.*num.*43. In quo
tamen aduerte, ne erres, quia deciſio Rotæ *in d. deciſ.*201.
*num.*5.eſt mendoſa in illis verbis; *quod potiùs vnio non fuit*
*nulla*: quia vult dicere, quod potiùs vnio fuerit nulla, vt
ex ſequentibus colligitur, & in ſummario habetur; ete-
nim dictio, *Non*, fuit appoſita per errorem, vt liquet.

Sed ſic eſt,quod Pontifex generaliter reſeruauit diſpo-
ſitioni ſuæ beneficia continuorum familiarium Eminen-
tiſſimorum Cardinalium, quæ obtinent, & in poſterum 12
obtinebunt durante familiaritate, vt *in dicto reg.*8. *Ca-*
*cell.* Ergo Ordinarius nullo modo poteſt vnire beneficia
ſic affecta per dictos Familiares poſſeſſa, ſiue ante vaca-
tionem, ſiue poſt, quia verbum, *diſpoſitioni*, de quo in
dicta regula,habet latiſſimam ſignificationem, & omnem 13
modum prouidendi includit: gloſſa *in Clem. vnic. in verb.*
*diſpoſitionem,* vbi Card. *num.*2. *de ſupplend. negl. prælat.*
DD. *in cap. cùm in illis,* §. *Illis verò, de præbend. in* 6. Ge-
min. *conſ.*65. *poſt princ. verſ. Verbum diſpoſitionis.* Puteus
*deciſ.*472.*n.*4.*lib.*2. pulchrè Gonz. *ad reg.*8.*gl.*20. *num.*1.
vbi alios allegat, ergo includit etiam modum prouidendi
per viam vnionis: tum quia qui dicit omne, nihil ex- 14
cludit, ad textum *in l. Iulianus, de leg.*3. *l. omnia, ſi cert.*
*pet.c.ſolitæ,de maior.& obed.*tum quia etiam indefinita ora-
tio æquipollet vniuerſali, *l. ſi pluribus,* vbi DD. *de leg.*2. 15
*l. ſi ſeruitus, de ſeru. vrb. præd.l ſi is qui,* §.*vtrum ita, in fin.*
vbi Soc. *n.*4. *de reb. dub.*

Non obſtat *Concilium Trid. d. cap.*15.*ſeſſ.*24. *de refom.*
quia ſi eius vigore facta eſſet præſens vnio, vtique non
obſtante affectione, vel reſeruatione eſſet valida; verùm
quia illud loquitur ſolùm, quando beneficia vniuntur
præbendis, vel diſtributionibus Canonicorum tenuibus, 16
non habet locum in ea vnione, quæ fit Cappellaniis, &
diſtributionibus Capellanorum, vt poſt Garz. dixit Bar-
boſ. *ad d. c.*15. *num.*15. vbi etiam Bellarm. *in obſeruatio-*
*nibus, & declarationibus*; nec adeſt aliud Concilij decre-
tum, cuius vigore ſuſtineri poſſit; ideò ſi recurrendum 17
eſt ad ius commune, certum eſt eo inſpecto Epiſco-
pum non poſſe vnire beneficia diſpoſitioni Pontificis re-
ſeruata, qualia ſunt beneficia familiarium cuiuſlibet Car-
dinalis, vt vidimus. Vnde ſemper concludendum eſſet
vnionem prædictam eſſe inualidam. Verùm quia neque
etiam ſatis conſtat de familiaritate prædicta,cenſetur va-
lida collatio ab Ordinario facta. Et ita, &c.

---

## CAPVT CCXV.

### EPITOME.

Minor ſemel reſtitutus,in eodem articulo non eſt
ampliùs reſtituendus, niſi ex noua cauſa.

### SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio minori ſemel tantùm concedenda eſt in eodem*
*articulo.*
2 *Minor non poteſt in eodem iteratò reſtitui, niſi ex noua*
*cauſa.*
3 *Reſtitutus ſemel, non eſt amplius reſtituendus.*
4 *Legis caſus quando habetur, nihil vlteriùs eſt quærendum.*
5 *Minor non reſtituitur, quando malitioſè ſe geſſit.*
6 *Lex generaliter loquens, indiſtinctè eſt intelligenda.*
7 *Minor negligenter non vtens reſtitutione, an ſit iterum*
*reſtituendus.*

8 *Lex*



8 *Lex accommodatur ad ea, quæ frequentiùs accidunt.*
9 *Reſtitutio non datur iterum minori, qui negligenter non*
*eſt vſus reſtitutione.*
10 *Minor non reſtituitur contra ſecundam negligentiam.*
11 *Reſtitutio non datur minori, niſi petatur.*
12 *Taciti, & expreſſi an ſit par virtus.*
13 *Expreſſum plus operatur quàm tacitum.*
14 *Reſtitutione tacitè denegata poteſt iterum peti.*
15 *Minor petens reſtitutionem debet docere de bono iure.*
16 *Minor pluries eſt reſtituendus ſuper diuerſis articulis,*
*non in eodem puncto.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

EXploratum eſt in iure,minoribus 25.annis in vna,&
eadem cauſa ſuper eodem articulo ſemel tantùm
1 concedendam eſſe reſtitutionem in integrum,vt probat
textus *in l.fin.C. ſi ſemper in integr.reſt.poſtul.* vbi dicitur
ad litteram: *In vna, eademque cauſa iteratò in integrum*
2 *reſtitutionis auxilium, niſi nouæ defenſiones aliquæ præ-*
*tendantur, non iure poſci poſſe reſcriptum eſt.* Et Alber.
ibi,poſt Oldr.concludit, quod in vno tantùm articulo,
in quo reſtitutio conceſſa fuit, non datur iterum reſti-
3 tutio ſine noua cauſa; ſemel enim reſtitutus non eſt
ampliùs reſtituendus, ad textum *in l.fin.*§.*Sin verò poſt-*
4 *quam,verſ. & hæc quidem, in fin.C.de iur. deliber. l.fidei-*
*commiſſa,* §. *Si quis decem,ff.de leg.*3. & hanc eſſe com-
munem ſententiam tradit Odd. *de reſtitut. in integr.*
*part.*1.*quæſt.*16.*artic.*8.*num.*41.*verſ.In contrarium,*& ideò
cùm habeamus caſum legis, nihil vlteriùs eſt quæren-
dum,*l.ancillæ,C.de furt.*

Nihilominus Odd. *d. q.* 16. *num.*41.*verſ. Ego tamen,*
ſub ſpecie diſtinctionis voluit hanc legem deſtruere, &
5 communem ſententiam impracticabilem reddere, dum
dixit eam procedere, ſi minor in contemptum partis,
vel iudicis omittit vti beneficio reſtitutionis in inte-
grum, quia minor non reſtituitur, quando malitioſè ſe
geſſit: quod licèt in ſe verum ſit; non tamen debuit
ad hunc ſolum caſum reſtringere iura prædicta,quæ ge-
6 neraliter, & indiſtinctè loquuntur; & ideò etiam in-
diſtinctè debent intelligi,*l.de pretio,de public.l.proſpexit,*
*ff. qui,& à quibus*: & ideo hanc diſtinctionem improba-
uit Font. *dec.*105.*n.*19.

7 Aliud dicendum eſſe Odd.*d.loco* putat, ſi ex mera ne-
gligentia, & imprudentia minor omiſit vti beneficio
reſtitutionis,quia tunc exiſtimauit iterum eſſe reſtituen-
dum contra communem, ſed id nulla lege, vel Auctore
comprobat, & ideò per diſtinctionem ex ſuo capite
adinuentam non debemus recedere à communi ſenten-
tia, neque à lege expreſſa, quæ potiùs videtur fundata
ſuper negligentia minoris non vtentis beneficio reſti-
tutionis, quia id frequentiùs euenit, quàm ſuper con-
8 temptu partis, vel iudicis, quia id rarò contingit, ad
textum *in l. nam ad ea, ff.de legib.* cum vulgaribus;& id
factum potiùs creditur, vt ſit aliquis litium finis, & ne
lites fiant immortales, ſi tot reſtitutiones in eodem
puncto concedantur,ad textum *in l.properandum,* & ibi
DD. *de iudic.* & ita hanc rem ſic benè declarant Fon-
tanell.*d.deciſ.*105.*n.*18.

Sed in puncto habemus rationes, & auctoritates,qui-
bus probatur minori denegandam eſſe reſtitutionem,et-
ſi per negligentiam omiſerit vti beneficio reſtitutionis
9 primo loco conceſſæ, niſi noua cauſa ſuperuenerit, ita
enim in terminis loquitur Dec.*in conſ.*436. *num.*5.*verſ.*
*Secundò*, dicens expreſsè, quod ſecunda reſtitutio non
videtur concedenda, quia in prima reſtitutione ſibi
conceſſa negligens fuit,& id probat ſuis rationibus,&
eum ſequitur Fontanell.*d.deciſ.*105.*n.* 18. vbi etiam do-
cet minorem ſibi imputare debere, ſi intra tempus con-
ceſſæ reſtitutionis non adimpleuit quod agere debuit.

Deinde hoc idem firmat,& in iiſdem terminis loqui-
tur Mauric.*in tract. de reſtit. in integr. q.* 258. *num.* 6. *in*
*fin.* vbi concludit in hæc verba: *Hinc perſpectum habes* 10
*minorem contra ſecundam negligentiam pro eadem re, &*
*cauſa non eſſe reſtituendum,niſi noua cauſa emerſerit.* Ecce
quomodo denegatur minori reſtitutio ſecunda in eo-
dem puncto, etiamſi non adſit contemptus iudicis, vel
partis, ſed ſola negligentia minoris.

Sed hoc idem confirmat etiam prædictus Mauric. *d.*
*tract.c.*260.*num.*1.& *num.* 2.ac per totum, vbi minorem
ſemel reſtitutum aduerſus negligentiam appellandi in
termino Statuti,non eſſe iteratò reſtituendum probatur,
& teſtatur Auctor Senatum Dolanum integerrimum de-
claraſſe hanc ſecundam reſtitutionem fuiſſe reiicien-
dam, & non concedendam. Ideò ego cenſeo plurimi
eſſe faciendam Senatus Dolæ auctoritatem, & ei magis
inhærendum,quàm ſententiæ Oddi *d.quæſt.*16.*ſub. n.*41.
*verſ. Ego*, cui etiam contradicit Fontanell. *d.deciſ.* 105.
*num.*18.19.

Non enim quidquam valet ratio ab eo allata, quod
ſicut non poteſt minor expreſsè renunciare beneficio re-
ſtitutionis in integrum, ita nec tacitè, quia id poteſt
eſſe verum; ſed probandum erat hanc eſſe tacitam re-
nunciationem, quæ quidem induceretur per actus con-
trarios reſtitutioni ea pendente; ſed ea non vti, non eſt
renuntiare, cùm alio fine id fieri poſſit, quia fortè
nullum ius habebat deducendum, & ideò ſicut reſtitu-
tio non prodeſt minori, niſi petatur, Decian. *conſ.* 13. 11
*numero* 84.*ſol.*2. Cyriac. *contr.*519.*numero* 44. ita etiam
nihil ei proderit, niſi eâ vtatur; ſed non vti, & re-
nuntiare differunt, alioquin daretur progreſſus in in-
finitum; quia non vtendo Semper videretur renuntiare,
quod non eſt dicendum tanquam abſurdum, *l. nam ab-*
*ſurdum,de bon. libert.*

Vltra quod non ſemper vera eſt illa regula,quod ta-
citi, & expreſſi par ſit virtus, quia immò plus operatur
expreſſum, quàm tacitum, *l. expreſſa, de reg.iur. l.ſi quis* 12
*Sempronium,de hær.inſtit.l. eum qui, in fin. de verb. oblig.l.*
*vnic.* §.*Sin autem,C.de caduc.toll.l.conditiones, de cond.&*
*dem.l.cùm prolatis,de re iud.l.hæc verba,de leg.* 1.*c.cùm in* 13
*te, de re iud.*& ad rem Fenzon.*ad Stat.Vrb.c.*50.*n.*73.74.
vbi in terminis declarat hanc noſtram materiam, di-
cens, quod licèt ſemel denegata ſit reſtitutio in vna, &
eadem cauſa,non ſit amplius concedenda;tamen id pro-
cedit,ſi fuiſſet expreſsè denegata, non ſi tacitè,quia non
eſt nouum, quod minùs operetur tacitum,quàm expreſ- 14
ſum: & ſic non debuit Oddus vim facere in hac regu-
la brocardica.

Cùm ergo hîc non adſit noua cauſa, vt mihi ſuppo-
nitur,non eſt dictus minor in eodem articulo iterum re-
ſtituendus,& maximè quia non dat fumum de bono iu-
re; hoc enim eſt neceſſarium etiam in prima reſtitutio- 15
ne impetranda, alioquin calumnioſè videtur reſtitutio-
nem petere. Bald. *conſ.* 358. *num.* 34. *lib.* 3. Odd.*d.tract.*
*quæſt.*43.*num.*68.& *num.*76.Benintend. *deciſ.*85.*num.*6.7.
Gratian. *diſc.* 762. *num.* 13. 15. Cyriac. *controu.* 481.
*num.*1.& *ſeqq.p.*3. & *diſc.*381.*num.*15.*part.*2. Rot. *recent.*
*deciſ.*427.*n.*1.*p.*1.

Quæ autem in contrarium adduci poſſunt, procedunt
ſi minor petat reſtitui pluries ſuper articulis diuerſis,li-
cèt in eadem cauſa; tunc enim debet audiri toties quo-
ties de læſione conſtare poteſt, ſecus eſt in eodem arti-
culo,& puncto,in quo vnica danda eſt reſtitutio; & ad
id perbellè expenditur textus *in l. & ſi ſine,* §.*reſtitutus,* 16
*ff. de minor.* vbi conceditur quidem bis reſtitutio, ſed
non reſpectu eiuſdem articuli,at benè diuerſi, ſcilicet,
primò ad adeundam hæreditatem, quam minor repu-
diauerat: ſecundò ad abſtinendum, ſi poſteà reperit eſſe
damnoſam,& ita ille textus facit magis pro hac ſententia,
quàm pro alia, vt pulchrè docent Polidor.Rip.*tota ſing.*
*obſ.*331.qui alios adducit.Georg. de Cabedo *dec.Portug.*

200. *numero* 4. Fontanell. *d.deciſ.* 105.*numero* 12. 13. 14. 15. 16. vbi reſidet in hac ſententia, & diſtinctione, Oddo reprobato, & latè materiam tractat; & ideò vide eum, quia recenſet quinque DD. ſententias differentes, ſed in hac diſtinctione reſidet, vt ſuper diuerſis articulis minor pluries ſit reſtituendus, non in eodem articulo, & puncto.

---

# CAPVT CCXVI.

## EPITOME.

Beneficium quando dicatur eſſe litigioſum, vel non, & quando lis dicatur finita, vel non, ad hoc vt ceſſet affectio, quæ naſcitur ex beneficio litigioſo.

## SVMMARIVM.

1 *Lis dicitur introducta per ſolam citationem legitimè executam.*
2 *Clauſula*, Quam, & quas, *efficit beneficium litigioſum, & producit petitorium.*
3 *Beneficio litigioſo exiſtente Ordinarius non poteſt conferre, nec patronus præſentare.*
4 *Patronus non poteſt præſentare, dum litigatur ſuper beneficio.*
5 *Lis finitur per ſententiam, & rem indicatam, & quando.*
6 *Lis non finitur per ceſſionem vnius ex collitigantibus.*
7 *Ceſſio quando finem liti imponat.*
8 *Ceſſio extinguit litem adepta poſſeſſione per ceſſionarium.*
9 *Ordinarius non poteſt conferre, ſi beneficium ſit litigioſum.*
10 *Præſentatus ſi moriatur ante inſtitutionem, beneficium vacat vt priùs.*
11 *Clauſula*, ſeu quouis modo, *non habet locum, niſi verificata narratiua.*
12 *Clauſula*, Dummodò non ſit alicui ius quæſitum, *non præſeruat ius illgitimè præſentati.*
13 *Contradictor legitimus non eſt, qui non habet parem titulum.*
14 *Iudicium remanet executiuum, ſi contradictor non ſit legitimus.*
15 *Subrogatio in ius defuncti quando dicatur gratioſa, & quando rigoroſa.*
16 *Mandatum de ſubrogando habens quomodo ſuccedat in ius defuncti.*
17 *Subrogandus in ius defuncti non impedit Ordinarium conferre, vel patronum præſentare.*
18 *Ius quæſitum præſeruatum cenſetur.*
19 *Lis inter præſentantes non facit beneficium litigioſum, ſed bene ſuper Titulo beneficij.*
20 *Lis inter compatronos quando non efficiat beneficium litigioſum.*
21 *Iuriſpatronatus quæſtio non facit beneficium litigioſum.*
22 *Lite exiſtente inter compatronos, mortuo vno ex præſentatis licet alium præſentare.*
23 *Lis ſuper ſtatu beneficij non facit illud litigioſum, ſed ſuper titulo, & proprietate.*
24 *Lis ſuper titulo, & proprietate.*
25 *Lite exiſtente inter præſentatos, non licet patronis alium præſentare in locum mortui.*
26 *Lite principaliter exiſtente inter patronos acceſſus præſentatorum non facit beneficium litigioſum.*
27 *Principaliter quod agitur, attenditur, non in conſequentiam.*
28 *Litigioſum non fit beneficium præſentatis ad litem Patronorum acceſſoriè venientibus.*
29 *Lis ſuper iure præſentandi non facit beneficium litigioſum.*
30 *Lis dicitur eſſe ſuper titulo, & proceditur vt in prima inſtantia, vigore clauſulæ*, Quam, & quas.
31 *Clauſula*, Quam, & quas, *efficit, vt cenſeatur ius deductum tam in poſſeſſorio, quàm petitorio.*
32 *Clauſulæ*, Quam, & quas, *cum incidentibus, non proſunt, niſi deducantur ad ſpeciem, & ad vſum.*
33 *Clauſula*, Quam, & quas, *quando faciat litem ſuper titulo beneficij.*
34 *Clauſula*, Quam, & quas, *non poteſt mutare naturam iudicij.*
35 *Clauſula*, Quam, & quas, *efficit, vt poſſit pronuntiari vt in prima.*
36 *Lite exiſtente inter patronos ius præſentantis ſapit ius præſentati.*
37 *Principium, & cauſa originalis attenduntur.*
38 *Præſentati ius æſtimatur ex perſona præſentantis.*
39 *Beneficium non efficitur litigioſum, niſi principaliter titulus in litem deducatur.*
40 *Lis quando ſuper titulo beneficij eſſe dicatur.*
41 *Litigioſi vitium ceſſat lite exiſtente inter patronos.*
42 *Clauſula*, Quam, & quas, *quid requirat, vt ſuper titulo litem inducat.*
43 *Legitimus contradictor in beneficialibus quando dicatur.*
44 *Lis extinguitur per ceſſionem, & renunciationem litis, etiam abſente parte.*
45 *Lis extinguitur per mortem collitigantis.*
46 *Lite extincta per ceſſionem vnius, & mortem alterius, Ordinarius poteſt conferre.*
47 *Patronus poteſt præſentare lite extincta per ceſſionem vnius, & mortem alterius.*
48 *Papa non præſumitur voluiſſe præiudicare patronis laicis.*
49 *Regula de iure quæſito quando conſtet.*
50 *Lis dicitur extincta per ceſſionem factam ad fauorem poſſeſſoris, vel adepta poſſeſſione per ceſſionarium.*
51 *Beneficium non efficitur litigioſum quæſtione ſuper expenſis.*
52 *Lis finitur per mortem vtriuſque litigantis.*
53 *Lis finitur vna parte cedente, & altera moriente.*
54 *Lis vt finiatur per ſolam ceſſionem, oportet quod poſſeſſio acquiratur ceſſionario.*
55 *Beneficium conferri poteſt ab Ordinario, ſi vnus collitigantium cedat, & alius decedat.*
56 *Lis quando non finiatur per ceſſionem, vel ſic.*
57 *Subrogationis gratioſæ, & rigoſæ differentia.*
58 *Citatio quando inducat litem.*
59 *Clauſulæ*, Quam, & quas, *effectus.*
60 *Patroni lite pendente non poſſunt præſentare.*
61 *Actore non probante, reus abſoluitur.*
62 *Clauſula*, ſiue prædicto, ſiue quouis alio modo, *quid operatur.*
63 *Subrogatum gratioſè quis probare debeat ad obtinendam immiſſionem.*
64 *Reſeruatio beneficij debet eſſe patens, vt detur immiſſio ſubrogata in ius.*
95 *Legitimus contradictor eſt poſſidens, & allegans legitimum titulum defuncti.*
66 *Liti renuntians præſumitur nullum ius fouere.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

VAcauit de anno 1637. per obitum R. D. Nicolai Buſſoli ſimplex beneficium S. Iacobi fundatum in Eccleſia S. Stephani Regij; ideò licèt eſſet certũ eſſe de iurepatronatus laicorum, tamen incertum erat, ad quem pertineret: vnde cùm D. Gabriel Buſſolus hæres dicti Buſ-



-ſoli Rectoris; & patroni dicti beneficij prætenderet ad ſe ſpectare iuſpatronatus, præſentauit coram inferioribus collatoribus D. Canonicum Brameum. Verùm quia vigore antiqui fideicommiſſi Poteſtas, & Conſules fabrorum prætendebant iuriſpatronatus ad eos deuoluiſſe deficiente familia fundatoris, ſtante quod dictus D. Gabriel tanquam ſpurius ſuccedere non poterat, præſentauerunt Alfonſum Buttonum Sacerdotem Regienſem; & propterea introducta lite coram Ordinario Regij, quæſitum fuit, ad quem pertineret ius præſentandi, & cuius præſentatio eſſet confirmanda inſtantibus prætenſis patronis; & latâ ſententiâ dicti Conſules, & Buttonus appellauerunt, & per Sanctiſſimum cauſa Sacræ Rotæ Romanæ commiſſa ter deciſum fuit dictum D. Gabrielem non poſſe ſuccedere, & ideò confirmandam eſſe præſentationem Artis Fabrorum Ferrariorum; ſed nondum latâ ſententiâ dicti DD. Buſſolus, & Brameus liti renuntiauerunt, & ceſſionem parti intimauerunt. Verùm hoc interim defunctus eſt dictus Buttonus, propter quod dicti Poteſtas, & Conſules præſentauerunt R. D. Proſdocimum Balzanum, qui verificato patronatu fuit inſtitutus, & poſſeſſionem beneficij eſt adeptus, ſed interim R. D. Proſper Vigaranus, prætendens dictum beneficium adhuc eſſe litigioſum, obtinuit à Sanctiſſimo mandatum de ſubrogando in ius dicti Buttoni defuncti cum clauſula, *citatis citandis, & aliis*: cui petenti executionem Bullarum ſe oppoſuit dictus Balzanus, tanquam legitimus contradictor, & ſic coram me lite introducta, & compilato proceſſu, quæſitum fuit, quis iuſtiùs inducerer arma.

Et ſanè prima facie præferendus videbatur dictus Vigaranus, qui veniebat ex prouiſione Apoſtolica per
viam mandati de ſubrogando cum derogatione etiam
iuriſpatronatus in totum, attenta lite; ſiquidem dubitandum non videtur, quin dictum beneficium fuerit litigioſum, quia de eo controuerſum eſt non ſolùm inter
patronos, ſed etiam inter præſentatos coram Ordina-
1 rio, & pòſtea coram Rota Romana; & per ſolam cita-
tionem executam dicitur introducta lis, per textum in
*Clement*. 2. vbi Vitalin. & DD. *vt lit. pend. in* 6. prout
hìc factum eſt, cùm dicto D. Buſſolo, & Brameo fuerit
intimata commiſſio Pontificis cum citatione, in qua
cùm adeſſet etiam clauſula: *Quam, & quas*, & cum
omnibus incidentibus, ſequitur quod dicatur com-
miſſa cauſa etiam ſuper petitorio, & ſuper titulo bene-
ficij, & ita beneficium effectum eſſe litigioſum, vt
2 apud Mohed. *deciſ.* 6. *poſt. med. verſ. Inſuper, de reſcript.*
pulchrè Caualer. *deciſ.* 200. *n.* 5. & apud Farinac. Rot.
*deciſ. poſth.* 336. *num.* 2. *part.* 1. Lotter. *de re benef. lib.* 2.
*quæſt.* 20. *num.* 43. 44. 45. Rot. *deciſ. recent.* 306. *n.* 1. *part.* 1.
& coram Merlino apud Tambur. *de iur. Abb. p.* 3. *dec.* 21.
*num.* 7.

Et ideò lite pendente ſuper beneficio non poteſt Or-
dinarius inſtituere, nec patronus præſentare, quia ni-
3 hil eſt innouandum, vt *in cap.* 1. & 2. vbi DD. *vt lit.*
*pend.* & *Clem.* 1. *eod.* quæ iura licèt videantur loqui, &
procedere in electione, & ſic in beneficiis collatiuis, &
electiuis, tamen habent locum etiam in patronatibus,
adeò vt pendente lite ſuper beneficio de iurepatronatus
etiam laicorum ligatæ ſint manus Ordinarij in inſti-
tuendo, & patronus nequeat præſentare, niſi poſt litem
4 finitam, vt probatur etiam *in d. c.* 2. ibi: *Vel etiam præ-*
*ſentetur, vt lit. pend. in* 6. Gemin. *in c.* 1. *in vlt. not.* vbi
etiam Franch. *eod. tit. in* 6. Calder. *conſ.* 1. *eod. tit.* Lan-
cell. *de attent. p.* 2. *c.* 4. *n.* 522. Lap. *alleg.* 22. *num.* 3. Pariſ.
*conſ.* 47. *num.* 13. *lib.* 4. de communi Sarnenſ. *de ſubrog.*
*colligit. q.* 13. de magis communi Roch. de Curt. *in tract.*
*de iurepat. verb. Honorificum, num.* 53. *q.* 23. latè Pariſ.
*de reſign. benef. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 11. vbi allegat multas Rotæ
deciſiones, pulchrè Seraphin. *deciſ.* 990. *n.* 5. 6. Rot. apud
Farin. *deciſ. recent.* 306. *n.* 2. & *deciſ.* 427. *n.* 2. *p.* 1. Lotter.

*de re benef. lib.* 2. *q.* 20. *num.* 3. 4. Rota apud Farin. *deciſ.*
*poſth.* 336. *n.* 2. & *deciſ.* 443. *n.* 2. *p.* 1.

Nec obſtat ceſſio, & renunciatio litis, quia ante ſen-
tentiam latam non perimit litem; lis enim finitur per 5
ſententiam, & rem iudicatam, *l. cauſas, C. de tranſact.*
adeò vt neceſſe ſit etiam, vt ſententia, & res iudicata
fuerit executa, & ſubſecuta poſſeſſio ad fauorem illius,
qui obtinuit ſententiam, vel ſententias, vt probat Gra-
tian. *diſc.* 66. *n.* 20. & *diſc.* 758. *n.* 19. 20. & *diſc.* 978. *n.* 26. 6
Rot. apud Farin. *dec. poſth.* 276. *num.* 6. *p.* 2. ideò lis non
finitur per ceſſionem vnius ex collitigantibus, vt per
Puteum *deciſ.* 80. *n.* 2. *lib.* 3. & Rot. apud Farin. *deciſ.* 418.
*num.* 1. *p.* 1. *in poſth.* vbi teſtatur ita etiam fuiſſe deciſum
coram Plato *in Conchenſ. Archipreſbyt. die* 27. *Febr.* 1589.

Et propterea quamuis dictus D. Buſſolus, & Brameus
ceſſerint liti, & quibuſcunque inſtantiis in Sacro Rotæ
Auditorio factis, & ſubſecutus etiam fuerit caſus mor-
tis dicti Alfonſi collitigantis ceſſionarij; non tamen
ſequitur, quod omnimodè lis fuerit extincta, niſi etiam
ceſſionarius poſſideat, vel poſſeſſionem fuerit adeptus;
tunc enim ceſſio liti finem imponit, ſecus eſt quando 7
ceſſio fuit facta ad fauorem non poſſeſſoris, vel quando
poſt ceſſionem adhuc ceſſionarius non acquiſiuit poſ-
ſeſſionem; nam tunc propter reliquias litis, quæ ſuper-
ſunt, non dicitur extincta lis, niſi adepta poſſeſſione
per ceſſionarium: ita ex Puteo *deciſ.* 174. *num.* 1. 2. *lib.* 2. 8
latè Rot. apud Garz. *de benef. p.* 6. *c.* 4. *n.* 40. 41. vbi in
puncto res deciditur, & Rot. apud Farin. *deciſ. poſth.* 418.
*n.* 1. *in fin. p.* 1. vbi etiam in fine dicit, quod ſi Ordina- 9
rius iſto caſu conferret, impediret ſe de iure litigioſo,
quod non licet ei; & propterea ad hoc, vt lis finita di-
catur, neceſſe eſt, quod acquiſita ſit poſſeſſio ceſſiona-
rio, vt per Garz. *d. c.* 4. *n.* 41. *in fin.* quod hìc factum
non eſt: ergo.

Accedat, quod R. D. Proſdocimus videtur præſen-
tatus nulliter, & inualidè, quia Conſules prædicti il-
lum præſentauerunt ad dictum beneficium tanquam va-
cans ob mortem dicti R. D. Alfonſi, vt conſtat ex
actu præſentationis, quod dici non poteſt, & perinde
eſt, ac ſi non fuiſſet præſentatus, quia per mortem præ-
ſentati, qui non fuit inſtitutus, beneficium non dici-
tur viduatum, ſed vacat, vt priùs. Gloſſa *in Clem.* 1. 10
*verb. collatio*, vbi Vitalin. *num.* 47. *v. lit. pend.* Gonz.
*ad reg.* 8. *Cancell. gloſſa* 15. §. 2. *n.* 2. 3. Viuian. *in prax.*
*de iurepatr. p.* 2. *lib.* 8. *c.* 8. *n.* 7. nec obſtat clauſula, *ſeu*
*quovis alio modo*; quia vt hæc locum habeat, verifi-
canda eſt narratiua, ſaltem de facto, vt per Garz. *de* 11
*benef. p.* 11. *cap.* 1. *n.* 36. Marth. *de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 156.
*num.* 15. quæ hìc verificari non poteſt, quia dictus D.
Alfonſus nunquam adeptus eſt poſſeſſionem. Seraph.
*deciſ.* 146. *num.* 2.

Vnde cùm multis modis nulla dicatur præſentatio
dicti D. Proſdocimi, hinc fit, vt nihil ei proſit clau-
ſula, *dummodò tempore datæ præſentium non ſit in eo*
*alicui ius ſpecialiter quæſitum*; de qua in literis Apo-
ſtolicis dicti D. Vigarani, quia per eam non præſer-
uatur præſentatio nulliter, & illegitimè facta. Rot. 12
apud Farinac. *deciſ. recent.* 504. *num.* 3. *p.* 2. & ideò
ſequitur prædictum D. Balzanum non fuiſſe, nec eſſe
legitimum contradictorem; & cùm non habeat parem
titulum Apoſtolicum cum eadem ſubrogatione, non
eſt legitimus contradictor, nec poteſt retardare im-
miſſionem dicti D. Vigarani. Mantic. *deciſ.* 71. *num.* 7. 13
Lotter. *d. cap.* 20. *num.* 216. & iudicium remanet exe-
cutiuum, & non poteſt dici ordinarium. Ferentil. *ad* 14
*Burat. deciſ.* 171. *litera A, ſub num.* 8. *in fin. verſ. prædicta verò.*

His tamen non obſtantibus videtur validam fuiſſe præſentationem dicti D. Balzani ab Arte Fabrorum factam, & rectè eum fuiſſe inſtitutum, nec eſſe moleſtandum à dicto D. Vigarano, qui nullum ius habet in dicto beneficio, nec ſubrogationem verificauit, & propterea

animaduertendum eſt, eum non fuiſſe gratioſè ſubſti-
tutum, & ſubrogatum à Pontifice in ius defuncti, quo
caſu ei ſatis eſſet probare verum Clericatum, & vacatio-
nem, & poſſeſſionem anteceſſoris; ſed fuit ſubrogatio
rigoroſa, quæ vulgò dicitur mandatum de ſubrogando.
16 Mandoſ. ad regulam de ſubrogand. q. 1. num. 4. Garz. de
benef. p.6. c.4. num.1. Mohed. d. deciſ. 11. vt lit pend.
Rot. deciſ. recent.378.n.1.p.1. Lotter. d.q.20. num.163.
& propterea ille, qui habet mandatum de ſubrogando,
non ſuccedit in locum, & ius defuncti ſine miniſterio
Iudicis, ſed debet verificare ſuam gratiam, & ad hoc
vt dicatur eſſe in cauſa, & ex eius perſona lis viuat, re-
quiritur admiſſio Iudicis, & ſic debet verificare litem;
& dum talis iuſtificatio pendet, & cunctatur in execu-
tione mandati, non impeditur collator conferre, vel
patronus præſentare, vt ex Caſſador. deciſ. 1. num.5.6.
17 vt lit. pend. inquit Melch. Lotter. d. quæſt.20. num. 170.
& ita ius eſt quæſitum dicto Balzano tempore Mandati
18 prædicti, quod idcircò præſeruatum cenſetur. Seraph.
deciſ. 1263. n. 2. & ſeqq.

Sed verè in caſu noſtro dictus D. Vigaranus non ve-
rificauit adfuiſſe litem, aut beneficium prædictum fuiſ-
ſe litigioſum; non enim vnquam fuit diſputatum ſuper
titulo beneficij, & proprietate, ſed tantùm ſuper per-
tinentia iuriſpatronatus, quia Poteſtas, & Conſules ar-
tis Fabrorum prætendebant ius præſentandi ad ſe ſpe-
ctare; dictus verò Buſſolus id contendebat ad ſe perti-
nere, & ſic lis erat inter aſſertos patronos principali-
liter, quæ non faciunt beneficium litigioſum ad for-
mam capitis 1. & 2. vt lit. pend. in 6. quæ iura proce-
19 dunt ſolùm, quando eſt quæſtio inter collectos, vel
præſentatos ſuper iuribus beneficij, vt dicūt Ioan. Andr.
& Franch. in d.cap.2. colum. pen. vt lit. pend. Ferret. con-
ſil. 192. num. 14. 15. quod non fuit in caſu noſtro, vbi
quæſtio fuit tantùm inter compatronos, vt admittere-
tur eorum præſentatio, cùm ius præſentatorum pende-
ret à iure præſentantium; & ſic quando lis eſt inter Pa-
tronos ſuper pertinentia iuriſpatronatus, ſiue conten-
dant cum Ordinario libertatem Eccleſiæ vindicante,
ſiue cum aliis compatronis, beneficium non efficitur
litigioſum, nec habent locum dictum caput 1. & 2. vt lit.
pend. in 6. ſed habet locum textus in cap.2. de reſtitut. in
20 integr. qui non corrigitur per duo capitula prædicta.
Ita in terminis tradit Ioan. And. in d. cap.2. col.6. ſuper
gl. in verſ. Non videtur, vbi Card. ſol.3. in 9. oppoſ. &
Butr. ſol.5. verſ. per quem, & dicit Ioan. Andr. quod illa
iura non corrigunt hanc Decretalem, & licèt illa De-
cretalis loquatur quando eſt quæſtio inter electores, ta-
men Butr. ibi, ſol. 7. & Card. & Abb. ibidem, col. fin.
21 idem dicunt, quando eſt quæſtio inter compatronos ſu-
per iure patronatus, quia lite huiuſmodi inter eos pen-
dente, non prohibetur fieri electio, vel præſentatio,
maximè per poſſeſſores, etiam non obſtante inhibitio-
ne Iudicis, vt ibi per Butr. in nou. col.14. adeò vt lis in-
ter compatronos non faciat beneficium litigioſum, nec
impedit, quin mortuo vno ex præſentatis alius præſen-
tari non poſſit, vt poſt Ioan. And. Card. Butr. & Abb.
in dd. locis, pulchrè tradit Ferret. in d. conſ.192.n.14.15.
22 Lap. alleg.136.n.7. Achill. deciſ.28. in fin. de appellat. &
Melch. Lotter. de re beneſ. lib.2. quæſt.20. num.5.6. Rot.
apud Farinac. deciſ. recent.427.n.3. & deciſ.618. num.5.
part.1. & hoc adeò verum eſt, vt in hoc propoſito non
attendatur lis præſentatorum cum diuerſis, qui præten-
dant ius præſentandi, & ſe opponant prouiſioni, vel
executioni abſque eo quod prætendant ſe prouideri;
inde enim beneficium non dicitur litigioſum, nec locus
eſt ſubrogationi, quia lis non dicitur eſſe tunc ſuper ti-
tulo, vel proprietate beneficij, ſed ſuper ſtatu: ita Vital.
23 in d. Clem. 1. n. 43. 44. vt li. pend. Franch. in d. cap.2.
col. fin. verſ. Aliquando, eod. in 6. Lancell. de attent. p.1.
cap.3. n.134. Lotter. dict. quæſt.20. n.20.

Et licèt Rota videatur tenere, quod beneficium effi-
ciatur litigioſum, etiamſi lis ſit ſuper ſola præſentatio-
ne, vt tenuit coram Merlino apud Tambur. de iur. Abb. 24
p.3. deciſ.21. num. 6. quo caſu lite pendente inter præ-
ſentatos non poſſunt Patroni alium præſentare in locum
vnius demortui, d. c.1. & 2. vt lit. pend. d. Clem.1. eod. 25
Seraph. d. deciſ. 990. num.3. Lotter. d. q.20. num.3. Rot.
deciſ. recent. 306. num. 1. p. 1. & apud Rubeum deciſ. 7.
num.9.10. part.3. & vt ſuprà oſtenſum; quia hæc proce-
dunt, quando lis eſt principaliter inter præſentatos, &
verſatur etiam ſuper titulo beneficij; ſecus eſt, quando
lis eſt principaliter inter compatronos ſuper pertinentia
iuriſpatronatus, vt hîc; tunc enim licèt etiam ipſi præ- 26
ſentati veniant acceſſoriè ad litem motam principali-
ter inter patronos præſentantes, & contendentes ſuper
pertinentia iuriſpatronatus, vtique beneficium non ef-
ficitur litigioſum, nec patroni impediuntur de nouo
præſentare; quia attenditur quod principaliter agitur,
non quod venit in conſequentiam, per l. ſi quis nec cau-
ſam, ff. ſi cert. pet. ſic docet Gemin. in d. cap.1. ſol.2. in 27
prima oppoſit. vbi etiam Archid. ſub num.1. verb. litiga-
tur, & Franch. ſub num. 3. verſ. Et procedunt, vt lit.
pend. in 6. pulchrè Ferret. d. conſil.192. ſub num.13. verſ.
tamen non diceretur, Lotter. d. quæſt.20.n.7. Rot. deciſ. re-
cent.427. num.3.5. & deciſ.618. num.4.5. part.1. & apud
Rubeum dict. deciſ.306. num. 1. vbi licèt deducatur in 28
ſuo caſu beneficium eſſe litigioſum, ea tamen fuit ra-
tio, quia quamuis patroni eſſent in cauſa, & contende-
rent ſuper iure præſentandi, tamen lis erat principali-
ter inter præſentatos: ergo ſi lis fuiſſet tantùm princi-
paliter inter compatronos, & acceſſoriè inter præſenta-
tos, beneficium non fuiſſet litigioſum, vt apertè deci-
ditur in d. deciſ. 618. n. 5. vbi dicitur: Neque in omnem
caſum conſtare videbatur actum fuiſſe principaliter in ea
lite, cuius eſſet beneficium, quia erat ſuper iure præſen-
tandi inter patronos, quod non facit beneficium litigio- 29
ſum.

Neque difficultatem efficit commiſſio cauſæ ad Ro-
tam cum clauſulis, Quam, & quas, & cum incidenti-
bus, ex quibus ſuper titulo introducta cenſetur, &
proceditur vt in prima inſtantia. Bellam. deciſ. 619. 30
Mohed. deciſ. 6. de reſcript. Rot. recent. d. deciſ. 306.
num. 1. part. 1. Caualer. d. deciſ.200. numer.5. Merlin.
d. deciſ. 21. num. 7. Lotter. d. quæſt. 20. num.43.44.45.
Farin. deciſ. poſth. 336. num. 2. p. 1. adeò vt per dictas
clauſulas cenſeatur deductum omne ius, tam in petito- 31
rio, quàm in poſſeſſorio. Rot. deciſ. recent. 342. nu-
mero 2. part.1. Ludouiſ. deciſ.125. num.15. vbi Beltram.
cumulat alias deciſiones. Marth. de clauſ. p.1. clauſ.106.
num. 14.

Nam reſpondetur fortè potuiſſe partes vi harum
clauſularum deducere etiam in iudicio controuerſiam
ſuper titulo beneficij, & tam in poſſeſſorio, quàm in
petitorio; ſed eis non ſunt vſi, quia nunquam tracta-
tum fuit coram Rota, niſi ad quem ſpectet ius præſen-
tandi, vt apparet ex tribus deciſionibus eiuſdem Rotæ
ſuper hoc negotio emanatis, de quibus in noſtris con-
trouerſiis præcedentibus. Verùm cùm partes non fue-
rint vſæ virtute dictæ clauſulæ, nec ad ſpeciem dedu-
xerint, nihil eis prodeſt ad alterandam iudicij natu-
ram, & ad controuertendum ſuper titulo beneficij, ſi
partes non vtantur dictis clauſulis, & ſe reſtringant ad 32
aliquod ius particulare, vt hîc, ad ius præſentandi; &
tunc lis non cenſetur introducta ſuper titulo beneficij,
vel ſuper petitorio, quia dictæ clauſulæ debent ad ſpe-
ciem deduci: ex Veral. deciſ. 125. num. 2. part. 3. latè
Marth. de clauſ. p.1. clauſ.106. numer.10. verſ. Declara:
vbi allegat multas alias Rotæ deciſiones. Seraph. de-
ciſ.1013. num.3. Beltram. ad Ludouiſ. dec. 124. num. 18.
& apud Pacific. de Saluian. interdict. deciſ.68. num.12. &
deciſ.85. n.5. Gratian. diſc.534. n.19. Barboſ. clauſ.121.
num. 25.

Verùm quia Rota ſæpè etiam tenet ſtantibus clauſu-





lis pædictis non eſſe neceſſe rem deducere ad ſpeciem,
quia adhuc, ſi id non fiat, lis tamen cenſetur intro-
33 ducta ſuper titulo beneficij, vt ex Veral. d. deciſ. 125.
part. 3. dixit Rota in Piſana benef. 27. Iun. 1629. coram
Merlino, vt apud Tambur. de iur. Abb. p. 3. deciſ. 21.
num. 7. quia id procedit quando adeſt materia præexi-
ſtens, adeò vt præceſſerit inſtitutio præſentatorum;
tunc enim videtur etiam deductum ius inſtitutionis, vt
fuit conſideratum à Rota in cauſa Illerdenſ. Præceptoriæ, 5.
Martij 1617. coram Manzenedo, vt habetur in d. de-
ciſ. 21. num. 7. verſ. Sed ſufficit. Sed in caſu noſtro neu-
ter præſentatorum fuit inſtitutus: ergo de vi inſtitu-
tionis non poterat diſceptari, quia deficiebat materia;
& ſicut ſuper titulo fuit impoſſibile litem introducere,
& iuremeritò, tantùm de iure præſentandi fuit ſolùm
diſputatum, & ſic nullo modo beneficium potuit dici
litigioſum.

Verùm demus etiam, quod hæ clauſulæ poſſint efficc-
re, vt deductus ſit Titulus in controuerſiam, & tenta-
tum etiam petitorium; id tamen euenire non poteſt,
niſi quando controuerſia eſt inter ipſos præſentatos
principaliter, vt in his terminis loquuntur deciſiones
allegatæ, ſecus eſt quando controuerſia eſt ſuper per-
tinentia iuriſpatronatus inter compatronos principali-
ter, licèt acceſſoriè veniant etiam præſentati nondum
inſtituti; tunc enim clauſula, Quam, & quas, cum in-
cidentibus, non poteſt mutare naturam iudicij, &
34 efficere vt id, quod eſt acceſſorium, efficiatur principale;
ſed quod eſt acceſſorium, remanet tale, quia huiuſ-
modi clauſulæ non mutant naturam cœpti iudicij, nec
efficiunt vt is, qui actor eſt, ſit reus. Rot. deciſ. 34. vbi
Add. de reſcript. in nou. Achil. deciſ.22. de appell. Mohed.
deciſ. 5. num.1.2. de iudic. Marcheſan. de commiſſ. p. 1.
c. 5. numero 69. pag. 201. Mart. d. clauſ. 106. num. 20.
in fin. Barboſ. d. clauſ. 121. numero 26. cùm enim dictæ
clauſulæ ſint acceſſoriæ, non poſſunt principaliter
alterare, aut ampliare. Marcheſ. d. cap. 5. numero 67.
Ideò ſicut in prima inſtantia lis erat principaliter inter
compatronos, & acceſſoriè inter præſentatos, ita
erit in ſecunda; prædictæ enim clauſulæ efficiunt,
vt poſſit pronuntiari vt in prima. Achil. deciſ. 14.
n. 1. & deciſ. 17. in fin. de reſcript. Marth. d. clauſ. 106.
35 numero 2.

Vnde ſicut in prima inſtantia beneficium non pote-
rat dici litigioſum, quia lis erat principaliter inter
patronos ſuper pertinentia iuriſpatronatus, acceſſoriè
verò inter præſentatos, ita erit in ſecunda, non ob-
ſtante clauſula, Quam, & quas, quæ non mutat naturam
iudicij, vt vidimus; & ideò non eſt locus ſubrogationi,
neque intrant huc dicta capita 1. & 2. vt lit. pend. quia
quando lis eſt inter patronos ad inuicem, vel inter
ipſos, & defendentem libertatem beneficij, ius præ-
ſentantis rapit ad ſe ius præſentati, ſiue demortui, ſiue
36 ſuperſtitis; & ſic hoc caſu non militant rationes dicto-
rum iurium, vt aduertit Cald. dict. conſil. 1. in prima
column. verſ. Sed quod ratio, vt lit. pend. & pulchrè dixit
Melch. Lotter. de re beneſ. libr. 2. quæſt. 20. numero 8.
verſ. Secus verò; & ideò ſicut dictæ clauſulæ reſpectu
præſentantium non afficiunt titulum; ita pariter reſ-
pectu præſentatorum, qui acceſſoriè veniunt, non poſ-
ſunt efficere litigioſum titulum beneficij, quia attendi-
tur principium, & cauſa originalis, ad textum in l.
nam origo, ff. quod vi, aut clam, l. ſi procuratorem, ff.
mandat. l. tutor datus, de fideiuſ. l. ſi id quod, in princ. de
donat. l. ſi filiusfam. in fin. C. ad Macedon. Gratian.
diſc. 58. numero 26. Barboſ. axiom. 187. numero 2. vbi
enim præſentantes litem introduxerunt, ex eorum per-
38 ſona ius præſentatorum æſtimamus. Lotter. dict. quæſt.20.
ſub numero. 8.

Siquidem non aliter beneficium efficitur litigioſum,
quàm ſi principaliter, & primariò titulus in litem ad-
39 ducatur. Anch. in d. cap. 1. in verb. litigatur, vbi etiam
Gem. & Franc. col. 1. verſ. procedunt, vt lit. pend. Salic.
in l. 3. numero 1. verſ. tu dic, C. de litigioſ. Lancell. de
attent. p. 1. c.3. num.127. Ludouiſ. d. deciſ.335. num.7.8.
Rot. d. deciſ. recent. 618. num. 5. part. 1. liſque inter
præſentatos tunc demùm ſuper titulo conſtitui dicitur,
ſi eorum aliquis inſtitutionem obtinuerit, & dicat be- 40
neficium eſſe ſuum. Seraph. d. deciſ. 990. num. 3. Rot.
deciſ. recent. 306. num. 1. p. 1. & apud Rub. d. deciſ. 7.
num. 9. p. 3. Sed in caſu noſtro nullus præſentatorum
obtinuit inſtitutionem, nec etiam petiit; & ſi petiiſſet,
hæc petitio fertur tantùm in ius præſentationis, non
autem in titulum; nam data validitate præſentationis, &
quod patronus potuerit præſentare, ſtatim ex natura
negotij ſequitur, quod præſentatus debeat inſtitui; ex
quibus reſultat, quod dictum beneficium non potuit
effici litigioſum, etiamſi in commiſſione cauſæ adſint
dictæ clauſulæ, Quam, & quas, cum incidentibus, quæ
potiùs de ſtylo apponuntur; alioquin in ſecunda in-
ſtantia ferè ſemper beneficia efficerentur litigioſa,
etiamſi inter ſolos Patronos eſſet quæſtio, quia com-
muniter in commiſſionibus dictæ clauſulæ apponuntur,
quod eſt abſurdum, & minùs damnoſum, cùm de ſui
natura tali caſu ceſſet vitium litigioſi, vt oſtendit 41
Ferret. dict. conſil. 192. num. 14. 15.

Et ſanè non poteſt ad effectum litigioſi quidquam
operari dicta clauſula, Quam, & quas, cum incidentibus,
vt poſſit dici litigatum etiam ſuper titulo, ex quo de
titulo nunquam diſputatum fuit, ſed tantùm ſuper iure
præſentandi; & ſic dicta clauſula nihil operatur, quia
pars non fuit citata ad dicendum contra commiſſionem,
neque ad libellandum; neque ſeruati ſunt alij termini
ſubſtantiales, prout in prima, vt erat neceſſe. Caſſad.
deciſ. 1. num. 4. de except. pulchrè Veral. dict. deciſ.125.
num. ſecundo, part. 3. & Marcheſan. de commiſſ. part. 1.
cap. 5. num. 66. fol. 201. Barboſ. dict. clauſ. 121. n. 34. 42
Sacc. de appell. quæſt. 3. num. 10. Ergo non poteſt dici
fuiſſe controuerſum ſuper titulo, neque beneficium
fuiſſe effectum litigioſum, & ſic ceſſat affectio, de qua
in dict. cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. & in dict. Clem. 1.
eod. & proptereà dicendum eſt dictum Balzanum fuiſſe
legitimum contradictorem, quia exhibitio tituli, &
poſſeſſio faciunt legitimum contradictorem, & proce-
dendum eſt ordinariè, & admittitur appellatio. Rota
coram Coccin. deciſ. 431. num. ſecundo, tertio, & quarto, 43
& in Reatina beneficiorum, 2. Maij 1616. coram Buratto.

Verùm dato etiam, non tamen conceſſo, extitiſſe
aliquam litem inter præſentatos, & ſuper titulo, ea
tamen fuit penitùs extincta, tam per ceſſionem dicti D.
Bramei, quàm per mortem dicti Bottoni; ſiquidem
certum eſt in iure, quod per ceſſionem, & renuncia-
tionem quoad cedentem lis finitur, etiamſi fiat parte 44
abſente, & per talem ceſſionem ſimpliciter factam
purgatur vitium litigioſi, l. poſtquam liti, C. de pact.
cap.1. de lit. conteſt. in 6. gloſſa in Clem.1. in verb. Mori,
vt lit. pend. Nicol. de Miliſ. in ſuo repert. verb. lis fini-
tur. Lancell. de attentat. in præfat. c. 4. num. 25. pulchrè.
& latè Pariſ. de reſign. benef. lib. 2. quæſt. 3. numero 13.
14. 15. & ſeq. Veral. deciſ. 174. numer. 2. part. 2. Rot.
apud Farin. deciſ. poſth. 617. num. 2. part. 2. Lotter. d.
quæſt. 20. num. 150. 151.

Quo verò ad dictum D. Bottonum lis expirauit per
eius mortem. Lancell. de attent. in præfat. c. 4. n. 267. 45
Pariſ. d. quæſt. 3. numero 17. & ita per ceſſionem vnius,
& mortem alterius collitigantis lis dicitur omninò
extincta, & finita abſolutè quoad vtrumque, adeò vt
Ordinarius tunc poſſit beneficium conferre, vt per 46
gloſſam in d. Clem. 1. in verb. Mori, vbi Card. n. 21.
Imol. numero 23. & DD. communiter, vt lit. pend. vbi
etiam Ioan. And. ſuper verb. Mori, & ſuper verb. Proſe-
quatur, Nicol. de Miliſ. in d. verb. lis finitur, verſ. Idem
ſi vnus moritur, & verſ. Ergo à contrario ſenſu. Lancell.
de attent. p. 2. cap. 4. n. 314. & apertè dixit Rota in Re-

*gienſi iuriſpatr.* 15. *Ian.* 1624. *corā Pirouano*, & in *Conchenſi*
*Archipresbyteratu*, 27. *Februarij* 1589. *coram Plato*, ibi: *t*
*etiamſi vnus ceſſerit, alius mortuus eſt*. Rot. *deciſ. recent.*
47 109. *num.* 2. *parte* 1. adeò vt mortuo vno, & altero ca-
dente, aperta eſt via Patrono ad præſentandum, &
Ordinario ad conferendum, quia etiamſi quoad alios
effectus fortè remanerent aliquæ litis reliquiæ, in hoc
tamen lis dicitur præciſè extincta per ceſſionem vnius,
& mortem alterius. Ioan. And. *in d. Clem.* 1. *in verb. Mori*,
Nicol. de Milliſ. *dict. verb. lis finitur, verſic. Idem ſi vnus*,
Pariſ. *conſil.* 47. *num.* 44. *lib.* 4. Couarruu. *pract. qq. cap.* 36.
*num.* 7. *ante finem*, Caſſad. *deciſ.* 3. *num.* 2. *vt lit. pend.*
Achil. *deciſ.* 8. *eodem titul.* Rot. *dicta deciſ.* 109. *num.* 7.
& *in dicta Regienſi iuriſpatr.* 15. *Ianuar.* 1624. ibi: *quia*
*lis erat extincta per mortem Mantredini, & ceſſionem*
*Tuſchi*: & ex eo tempore aperta fuit Patrono via ad
præſentandum.

Nec obſtat, quod Papa potuerit continuare iſtam li-
tem in ſubrogatum, quia reſpondetur oportere iuſti-
ficari litem, provt fuit narratum inter D. Brameum, &
Bottonum, quia non eſt dubium, quod Papa non con-
ceſſiſſet ſubrogationem, niſi ſtante lite, & difficilius
conceſſiſſet ob præiudicium Patronorum, qui poterant
præſentare, vt vidimus, ſtante ceſſione vnius, & morte
alterius; etenim Papa non præſumitur voluiſſe præiudi-
care Patronis laicis, ne retrahantur à fundatione, iuxta
48 notata *in c.* 2. *de præbend. in* 6. Card. *in Clem.* 1. *q.* 7. *in fin.*
*de iurepatr.* Caſſad. *deciſ.* 6. *n.* 3. *eod. tit.*

Deinde reſpondetur tempore conceſſæ gratiæ dicto
D. Vigarano ob mandatum de ſubrogando iam fuiſſe
præſentatum dictum D. Balzanum coram Ordinario, &
ideò erat ei ius quæſitum ad rem, & conſiderabile, tali-
49 ter quod dicto Vigarano obſtat Regula de iure quæſito
non tollendo. Sarnenſ. *ſuper eadem reg. q.* 1. *verſ. Illud ta-*
*men.* & *verſ. Secundò limitatur.*

Solùm prædictis aliquid obſtare videtur Rota in
quadam Salamantina Capellaniæ, coram Pamphilio,
cuius deciſiones habemus apud Garz. *de benef. part.* 6.
50 *cap.* 4. *num.* 40. 41. vbi tenere videtur, ad extinctionem
litis requiri, quod ceſſio fuerit facta ad fauorem poſ-
ſeſſoris, vel quod per defunctum acquiſita poſſeſſio
fuerit, quia ex quo cedens adhuc detinet, remanent
aliquæ litis reliquiæ. Nam reſpondetur, hæc non aptari
caſui noſtro, vbi neuter litigantium poſſidebat, & pro-
pterea cùm cedens non detineret, ſola ceſſione quoad
ſe litem extinxit; nihil enim ſupererat, niſi quæſtio
51 de expenſis, quæ non facit beneficium litigioſum. Ve-
ral. *deciſ.* 174. *numero* 4. *part.* 2. & licèt ceſſionario
nondum poſſeſſio fuerit acquiſita, tamen per eius mor-
tem lis extincta remanſit, dum extra curiam deceſſit;
& beneficium videtur vacare, vt priùs: nam ſicut per
52 mortem vtriuſque collitigantis lis finitur, & ceſſat
vitium litigioſi, etiamſi neuter eorum poſſideat, vt
*in d. Clem.* 1. vbi DD. *vt lit. pend.* & idem ſit, quando
vnus moritur, & alius renunciat, quia eſt eadem ratio,
53 vt tenet Gloſſa communiter recepta *in d. Clem.* 1. *in*
*verb. mori*; vtique ſequitur eodem modo ceſſare litem,
ſi neuter eorum poſſederit, quia morte interueniente
non eſt curandum de poſſeſſione; illud autem, quod
dicitur non aliter per ceſſionem finiri litem, niſi ſe-
quuta dimiſſione detentionis per cedentem, vel adepta
poſſeſſione per ceſſionarium, procedit in caſu, quando
volumus ex ſola ceſſione litem finiri, tunc enim requi-
ritur, vt ex ceſſione habeat actor poſſeſſionem, vt
apud Veral. *d. deciſ.* 174. *num.* 1. *part.* 2. & ita loquitur
54 Milliſ. *in d. verb. lis finitur, in fin.* dicens, quod non
ſufficeret aduerſario, quod liti renuntiaſſet, niſi etiam
poſſeſſionem dimitteret, quia poſſeſſionem non dimit-
tendo, non eſſet finita lis contra ſuperſtitem, ſed
pro eo ipſo. Verùm ſi poſſeſſionem dimiſit, vel ſi ce-
dens nunquam poſſedit, & antequam ceſſionarius poſ-
ſeſſionem acquirat, extra curiam decedat, nullum ius
contradicit, quando lis penitus quoad vtrumque ex-
incta dicatur, quia nullus eſt, qui litem proſequatur;
& tunc omnes concludunt, quod ſi vnus colliigan-
tium ceſſit, & alter mortuus eſt, Ordinarius benefi-
cium conferre poteſt, per gloſſam *in dict. Clem.* 1. *in verb.*
*mori*, vbi Ioan. And. *in verb. proſequatur*, & ibi Card. 55
*num.* 1. Imol. *numero* 23. & Vitalin. *numero* 35. *vt lit.*
*pend.* Milliſ. *in d. verb. lis finitur, verſ. Ego à contrario.*
Rot. *dict. deciſ.* 109. *numer.* 7. & *in d. Regienſi iuriſpatr.* 15.
*Ianu.* 1624. tunc enim beneficium reducitur ad pri-
mæuum ſtatum vacationis, vbi nullus eſt, qui poſſideat,
nec vllus eſt præſentatus; ideò nulla lis conſiderari po-
teſt.

Ideò non obſtat deciſio Rotæ apud Garz. *d. cap.* 4.
*numero* 41. *verſ. Neque obſtare*, & *in fin.* docens requi-
ri, quod poſſeſſio fuerit dimiſſa non ſolùm à cedente,
ſed etiam acquiſita ceſſionario; quia Nicol. de Milliſ. 56
*dict. verb. lis finitur, in fin.* ex aduerſo allegatus hoc non
dicit; ſolùm requirit, quod renuntians etiam dimi-
ſerit poſſeſſionem, & nihil dicit, an ſit neceſſe, quod ea
acquiratur priùs ceſſionario, ſi ipſe ceſſionarius moria-
tur; nam ſi poſt ceſſionem actor adeptus fuerit etiam
poſſeſſionem, tunc lis non dicitur finita per ceſſionem
vnius, & mortem alterius, ſed per ſolam ceſſionem; &
in his terminis benè conſentio neceſſarium eſſe, quod
non ſolùm cedens dimiſerit poſſeſſionem, ſed etiam,
quod ea fuerit translata in ceſſionarium, quo caſu ſola
ceſſio extinguit litem, viuente etiam collitigante. Pariſ.
*de reſig. benef. lib.* 2. *quæſt.* 3. *numero* 13. 14 Achil. *deciſ.*
1. *vt lit. pend.* Veral. *d. deciſ.* 174. *numero* 1. *part.* 2. Et
propterea eius mors nihil operatur; ideò dum mors
etiam ſequitur ceſſionarij, id habemus amplius, quod
etiamſi ceſſionarius non acquiſiuerit poſſeſſionem, dum-
modò cedens eam dimiſerit, lis finita dicitur, quia
poſſeſſio remanet vacans, vt prius. Gloſſa enim *in verb.*
*mori, vt lit. pend.* dum dicit per renunciationem vnius, &
mortem alterius litem finiri, ſupponit non fuiſſe ac-
quiſitam poſſeſſionem ceſſionario, antequam morere-
tur, alioquin non per mortem, ſed per ſolam ceſſio-
nem lis fuiſſet terminata, atque ita omnes DD. quos
citat Rota apud Garz. *dict. loco*, loquuntur in caſu
ſimplici, & meræ ceſſionis, non verò in caſu, quan-
do vnus ceſſit, & alter deceſſit, quia tunc ſatis eſt
cedentem dimiſiſſe poſſeſſionem, etiamſi ceſſionario
non fuerit acquiſita, quia mors ſubſequens tollit
reliquias litis, quæ conſiſtebant in acquirenda poſſeſſio-
ne; nihil enim ampliùs remanet exequendum.

Accedat, diuerſum alia etiam ratione eſſe caſum
noſtrum à caſu dictæ deciſionis, de qua Garz. *dict.*
*cap.* 4. *numero* 14. quia tunc de gratioſa ſubrogatione
agebatur, quæ fuerat obtenta antequam alius in lo-
cum demortui præſentaretur, & priuſquam alicui ius
quæſitum dici poſſet, propter quod ſubrogatus cenſe- 57
tur eadem perſona cum eo, in cuius locum ſubroga-
tur, & in ipſo durat lis, quæ erat cum defuncto, vt
per Rotam dicto loco; hîc verò agimus de rigoroſa
ſubrogatione, ſeu de mandato de ſubrogando, ob-
tento multò poſt præſentationem dicti Balzani, cui
ius iam fuerat quæſitum, & etiam præſeruatum per
clauſulam, *dummodò*, vt viſum eſt: ergo ſequitur, non
obſtante vitio litigioſi, dictum Balzanum rectè fuiſ-
ſe præſentatum, & inſtitutum, & non eſſe ampliùs mo-
leſtandum.

Non obſtant in contrarium allegata, quæ iam ex
prædictis remanent reſoluta; nam verum eſt, per ci-
tationem executam litem cenſeri introductam, ſi ſuper
titulo beneficij fuit emanata, *dict. Clem.* 2. *vt lit. pend.*
vbi DD. ſed hîc inter Patronos principaliter, & ſuper 58
iure præſentandi fuit iudicium tractatum, vt vidimus:
ergo beneficium non eſt factum litigioſum.

Secundò non obſtat, quod clauſula, *Quam, & quas*,
efficiat, vt ſuper titulo, beneficio, & petitorio actum
cen



ſeatur. Caualer. *d. deciſ.* 200. *num.* 5. Merlin. *d.*
59 *deciſ.* 21. *num.* 7. cum aliis adductis. Nam iam reſpon-
ſum eſt multis id procedere, quando lis eſt inter præ-
ſentatos principaliter, & quando illa deducta eſt ad
ſpeciem per vſum; quæ non repeto.

Tertiò non obſtat, quod pendente lite patroni non
poſſint præſentare. Seraph. *d. deciſ.* 990. *num.* 5. 6. cum
aliis adductis; quia hoc verum eſt, ſed reſponſum eſt
hîc beneficium nunquam fuiſſe litigioſum, & quatenus
60 fuerit, litem fuiſſe extinctam tempore præſentationis
ipſius Balzani; ſed hæc non repeto.

Quartò non obſtat litem finiri per ſolam rem iudica-
tam, non per ceſſionem vnius ex collitigantibus; nam
reſponſum eſt, litem finiri per ceſſionem vnius, & mor-
tem alterius collitigantium; nec id repeto, quia ſatis
probatum eſt.

Quintò non obſtat nullam eſſe præſentationem Bal-
zani, quia fuit facta de vacante ob mortem D. Bottoni,
& tamen beneficium vacabat, vt priùs, per mortem D.
Buſſoli. Quia reſpondetur hoc eſſe impertinens à peti-
tione ipſius Vigarani, qui vincere debet ex iure ſuo,
oſtendendo beneficium eſſe litigioſum, quod eſt funda-
mentum ſuæ gratiæ; in quo ſi deficiat, provt deficit, ſicut
vidimus, victus remanet à dicto Balzano poſſeſſore,
qui vincit ex non iure actoris; quia actore non probante,
61 reus abſoluitur, etiamſi ipſe nihil præſtiterit, *l. qui*
*actuare*, vbi DD. *Cod. de edend.* vnde Balzanus poteſt ei
dicere; Quoad te, liberas habeo ædes, vt dicunt DD.
*in l. altiùs*, *Cod. de ſeru. & aqu.*

Deinde reſpondetur ſatis eſſe, vacans fuiſſe bene-
ficium, ſiue per mortem vnius, ſiue per mortem alte-
riùs; hoc nihil intereſt quoad præſentantem, ad quem
vtroque caſu ſpectat ius præſentandi, & præſentato non
debet nocere error in nomine defuncti, vel ignorantia
præſentantium, qui putauerunt erroneè beneficium
62 vacaſſe per obitum præſentati primo loco, licèt nondum
inſtituti; & in omnem euentum iſte defectus ſanatur
per clauſulam, *ſiue prædicto, ſiue alio quouis modo, vel*
*alterius perſonæ*; quia tunc ſatis eſt vacare beneficium de
facto, vel etiam per obitum alterius perſonæ, quàm
expreſſæ. Lap. *in c. ſuſceptum, n.* 5. *de reſcript. in* 6. Rot.
*deciſ.* 1. vbi Add. *in verb. Quouis*, & ibi Papaz. *num.* 7.
*de reſcript. in nou.* & *deciſ.* 36. *lib.* 1. *p.* 3. *diuerſ.* & apud
Farin. *deciſ. recent.* 605. *num.* 9. *p.* 2. Aloyſ. Ricc. *deciſ.*
*collect.* 355. *verſ. Limita ſecundò.*

Sextò non obſtat, quod ſtante nullitate præſenta-
tionis nihil proſit Balzano clauſula, *dummodo*; quia
negatur nullitas; & quatenus adfuiſſet, Balzanus reus,
& poſſeſſor vincit ex non iure actoris, vt vidimus.

Denique non obſtat, quod Balzanus non ſit legitimus
contradictor, & non poſſit impedire immiſſionem dicti
D. Vigarani, quia iam reſponſum eſt, & probatum, eſſe
legitimum contradictorem ratione ſuæ poſſeſſionis con-
tra rigoroſam ſubrogationem; quæ enim in contra-
rium adducuntur, procedunt in gratioſa ſubrogatione,
probata reſeruatione, clericatu, & obitu prædeceſ-
ſoris in poſſeſſione, vt tenuit Rota *in cauſa Burgenſ.*
63 *de Panconio*, 24. *Octobris* 1588. *coram Gipſio*, & *in*
*cauſa Miradenſ. Parochialis*, 13. *Martij* 1600. *coram*
*Coccino*; & ideò cùm dictus D. Vigaranus non pro-
bauerit litem, nec beneficium fuiſſe litigioſum, ceſſat
reſeruatio, quæ eſt fundamentum ſuæ intentionis;
etenim reſeruatio ad effectum obtinendæ immiſſionis
debet eſſe patens, qualis non eſt iſta, in qua ſe fundat
64 dictus Vigaranus, non iuſtificans ſuam gratiam, &
adeſt dictus Balzanus poſſidens, & allegans titulum
legitimum, & iuſtificatum, propter quod eſt legitimus
contradictor: ſic Rota apud Farinac. *deciſ. recent.* 197.
65 *num.* 5. *p.* 2. ex quibus manifeſtum redditur, prædictum
D. Vigaranum non eſſe ſubrogandum in ius defuncti, ſed
dictum Balzanum eſſe manutenendum in ſua poſſeſ-
ſione.

Et hæc vera eſſe ſatis apertè comprehenditur ex
ceſſione litis, & cauſæ vltimo loco facta per dictum D.
Vigaranum poſt concluſum in cauſa; & in calculo fe-
rendæ ſententiæ, ex qua in neceſſarium antecedens
agnoſcendo veritatem, & bonam fidem viſus eſt tacitè 66
fateri ſe nullum ius fouere, iuxta notata per Bald. *in*
*l. poſtquam litis*, *numero* 11. *verſ. Ego dico*, vbi etiam
Curt. Iun. *numero* 27. & Sicard. *numero* 22. *C. de pact.* Rot.
apud Farin. *deciſ. poſth.* 778. *numero* 7. *part.* 1. ideò
ſtante dicta renuntiatione non fuit neceſſe aliquam
proferre ſententiam, & ſic pacificè controuerſia finem
accepit.

---

## CAPVT CCXVII.

### EPITOME.

Tutor an poſſit vendere bona ſtabilia pupilli pro ſoluendo eius ære alieno; & quid requiratur vt valida ſit venditio.

### SVMMARIVM.

1 *Rem, & pretium retinere iniquum eſt.*
2 *Pupillus obligatur ex contractu nullo, quatenus factus eſt locupletior.*
3 *Pupillus tenetur reſtituere pretium, quod verſum eſt in eius vtilitatem, & cum fructibus.*
4 *Tutor habetur loco patris, & dominis & habet mandatum cum libera.*
5 *Tutor non poteſt alienare bona pupilli ſine decreto Iudicis, & niſi pro ære alieno.*
6 *Pupilli bona ſtabilia poſſunt vendi ex cauſa æris alieni cum decreto Iudicis.*
7 *Pupillus finita tutela tenetur ratificare geſta per tutorem bona fide.*
8 *Legati ſoluendi onus ſpectat ad heredem.*
9 *Frater fratri ſuccedit ab inteſtato, filiis non exiſtentibus.*
10 *Heredis portio defuncti ante teſtatorem, vel ante agnitionem accreſcit cohæredi.*
11 *Hæreditas tranſit cum ſuis oneribus, & pertinentiis.*
12 *Pupillus debet probare ſe læſum, ſi vult dolere, & reſtitui.*
13 *Poſſeſſio pupilli magna non eſt diſtrahenda ob modicum æs alienum.*
14 *Fraus præſumitur ex magno exceſſu.*
15 *Tutor ſi vendat aliquid de pluri, quàm ſit debitum pupilli, venditio non reſcinditur.*
16 *Pupilli bona alienare, vel obligare an magis expediat, conſiderandum eſt.*
17 *Rationem naturalem allegare ſufficit ad deciſionem cauſarum.*
18 *Pupilli bona ſtabilia vt vendantur, neceſſe eſt, quod creditores vrgeant.*
19 *Pupilli bonis ſtabilibus venditis pretium debet dari creditoribus.*
20 *Solemnitas extrinſeca præſumitur adfuiſſe ſtante decreto Iudicis.*
21 *Decretum præſumitur interpoſitum ex cauſa iuſta, & vera.*
22 *Iudicem fuiſſe circumuentum falſis allegationibus pupillus probare debet.*
23 *Pupilli bona ſtabilia vendi poſſunt pro ſoluendo ære alieno fructifero, etiamſi creditores non vrgeant.*
24 *Alternatiuæ ſufficit alteram partem verificari.*
25 *Dotis fructus ſoluendi ſunt pro oneribus matrimonij.*
26 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*

 27 Legi

27 *Legitima debetur vnà cum fructibus.*
28 *Legitima etiam debita in pecunia debet ſolui cum fructibus.*
29 *Tutor non poteſt adminiſtrare antequam ſibi à Iudice decernatur.*
30 *Tutor qui ſe geſſit publicè pro tutore, præſumitur feciſſe omnia, ad quæ tenebatur.*
31 *Tutoris geſta ante decretam adminiſtrationem tenent.*
32 *Tutor ante decretam tutelam adminiſtrat de generali conſuetudine.*
33 *Tutor ante confectionem inuentarij non adminiſtrat, & acta non valent.*
34 *Tutor liberatus à confectione inuentarij tenetur ſaltem facere deſcriptionem bonorum.*
35 *Negatiuæ inhærens & in ea ſe fundãs, debet eam probare.*
36 *Tutor præſumitur feciſſe inuentarium.*
37 *Tutor de conſuetudine validè adminiſtrat, etiam non confecto inuentario.*
38 *Tutor non confecto inuentario incurrit pœnas legales.*
39 *Tutor non confecto inuentario poteſt vti ſuſpectus remoueri, ſed valent geſta per eum.*
40 *Inuentarij omiſſio quomodo noceat tutori, & actis per eum.*
41 *Tutor habitus pro vero tutore validè contrahit.*
42 *Tutori non vero tenet facta ſolutio, ſi communiter habebatur pro legitimo.*
43 *Index poteſt de notorio informare etiam in Camera.*
44 *Conſuetudo excuſat à confectione inuentarij.*
45 *Tutor teſtamentarius non tenetur dare fideiuſſorem.*
46 *Pupilli bona non poſſunt vendi, niſi factis ſubhaſtationibus.*
47 *Subhaſtatio in vendendis bonis pupilli præſumitur interueniſſe ex decreto Iudicis.*
48 *Subhaſtationes de conſuetudine non fiunt in vendendis bonis pupilli.*
49 *Subhaſtationes an de iure fieri debeant in venditione bonorum pupilli.*
50 *Poſſeſſio bonorum pupilli tranſit in emptorem, etiam ex contractu nullo.*
51 *Prædo etiam eſt manutenendus, & ſpoliatus debet reſtitui.*

## Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

SVſtinenda omninò eſt venditio modicæ terræ, ſcilicet vnius bubulcæ cum duobus tertiis, facta à tutore fratrum de Pontinis cum pacto retrouendendi ad fauorem D. Laurentij Barberij pro ſcutis 200. ad finem ſoluendi dotem Barbaræ Pontinæ eorum patrueli; tum quia venditio fuit facta ex iuſta cauſa ſoluendi æris alieni, & cum decreto Iudicis, adhibita cognitione cauſæ; tum quia iniquum videtur quod pupillus cum aliena iactura velit locupletari, provt eueniret, ſi extincto dictæ dotis debito mediante pecuniâ dicti emptoris, remanerent iiſdem terræ venditæ, maximè cum poſſint eas redimere pro eodem pretio, 1 ſi cognoſcant id eis magis expedire; non enim eſt tolerabile, quod dicti pupilli habeant rem, & pretium. Namque nemo eſt, qui contradicat, quin pupillus, & minor ſemper obligetur etiam ex contractu nullo, quatenus locupletior factus eſt, & pecunia verſa eſt in eius vtilitatem, adeò vt ſi velit res ſuas vindicare, te- 2 neatur offerre, & reſtituere quod verſum eſt in eius vtilitatem, vnà cum fructibus, & expenſis, ad textum *in l. ſi fundus, §. quamquam, ff. de rebus eorum, l. naturaliter*, vbi Bart. *numero* 2. & Iaſ. *de condict. indeb. l. ſi prædium, in fin. C. de præd. minor. l. 3. in princ. ff. commod. l. 3. §. pupillus*, & *l. ſi pupilli, in princ. ff. de neg. geſt.* Tiraq. *de leg. connub. gl. 5. numero* 132. Lambert. *de contract. mul. gl. 24. in princ.* & *numero* 2. latè Gutierrez *tract. de tutel. & cur. p. 2. cap. 5. numero* 19. Pic. *ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. gloſ. 7. numero* 70. latè Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 21. numero* 42. vbi plurimos congerit, quod adeò verum eſt, vt omiſſa omni diſ- 3 putatione pupillus teneatur reſtituere pretium vnà cum legitimo intereſſe, vt inquit Guttier. *cap. 5. numero* 19.

Verùm hîc dici non poteſt, venditionem fuiſſe nullam, ſiquidem tutor habetur loco patroni, & domini, & dicitur dominus rerum pupilli, & habet mandatum cum libera, ad textum *in leg. qui fundum, §. qui tutò*, vbi 4 Caſtr. *ff. pro empt. leg. interdum, §. Qui tutelam, ff. de furt.* & habetur *in Auth. vt ij, qui obl. ſe hab. perhib. res min. in princ.* ibi, *Dominus eiuſdem exiſtens, col. 6.* gloſſa *in l. mandato generali, in fin. ff. de procur.* latè Gutierrez *de tutel. & cur. part. 1. cap. 1. n. 15.* ideò non eſt mirum, ſi vendere poſſit, & alienare.

Benè verum eſt, quod tutor non poteſt alienare bona ſtabilia pupilli ſine decreto Iudicis, & niſi ex cauſa æris alieni, vrgentibus creditoribus, *l. ob æs alienum, C.* 5 *de præd. & rebus minor.* Sed hoc nihil obſtat, quia hîc dictus tutor vendidit dictum puſillum terræ gratiâ ſoluendi dictam dotem Barbaræ, quod erat debitum hæreditarium patris pupillorum, & cum decreto Iudicis cauſâ cognitâ, vt in inſtrumento: ergo valida fuit venditio, non attentis vanis cauillationibus, ſtante dicta cauſa, ad textum *in leg. 1. verſ. Quod ſi fortè æs alienum*, & *l. magis* 6 *puto, §. non paſſim, ff. de rebus eorum*, DD. omnes *in l. ob æs, Cod. de præd. minor.* Gutierr. *dict. tract. p. 2. c. 5. num. 74. 75.* vbi multos allegat, Cyriac. *controu.* 188. *numero* 3. Galganet. *de tutel. lib. 2. tit. 21. num. 5.* adeò vt finita tutela pupillus debeat rata habere quæ fecit tutor bona fide, 7 aliàs nemo à tutore emeret, vel cum eo contraheret. Cyriac. *d. contr.* 188. *num.* 6.

At tota difficultas hîc conſiſtit in probando adfuiſſe debitum reale, & verum, de quo tamen non eſt dubitandum, & quamuis id anxiè, & ſcrupoloſè non ſit inquirendum contra tertium poſſeſſorem, qui bona fide emit, ſed tantùm quando agitatur contra tutorem, nihilominus plenè conſtat de debito dictæ dotis ex teſtamento Authentico Ioannis Pontini patris dictæ Barbaræ, cui, & aliis eius filiabus legauit ſcuta 200. pro qualibet, & in cæteris fecit hæredes Andream eius fratrem, & patrem pupillorum, & Petrum Antonium eius fratrem, & 8 patruum eorundem, & propterea ad prædictos hæredes pertinuit onus ſoluendi dicta legata, ad textum *in l. legatum, ff. de leg. 1.* & *in §. legatum, Inſt. de legat.*

Verùm quia mortuus eſt etiam dictus Petrus Antonius, dote prædicta non ſoluta, duplici reſpectu onus prædictum totum tranſiuit ad Patrem pupillorum, ſiue dictus Petrus Antonius fuerit defunctus ante teſtatorem, ſiue pòſt, agnita, vel non agnita hæreditate; ſiquidem ſi deceſſit poſt mortem teſtatoris dictus Andreas tanquam frater, filiis non exiſtentibus, vt hîc, ei ſuccedit, *§. ſi igitur defunctus, in Auth. de hær. ab inteſt.* At ſi 9 mortuus eſt ante teſtatorem, vel etiam pòſt, antequam fratris hæreditatem agnoſceret, vtique certum eſt per ius accreſcendi, vel non decreſcendi totam hæreditatem dicti Ioannis fuiſſe deuolutam cum ſuo onere ad dictum Andream, per textum *in l. vnic. §. his definitis, verſ. in his* 10 *itaque, Cod. de caduc. toll.* ergo ſicut totum onus ſoluendi dictam dotem tranſiuit ad Andream prædictum cum hæreditate, ita eo defuncto illud totum deuenit ad dictos pupillos eius hæredes, *l. hæreditas, de reg. iur. l. nihil, de verb. ſignif. l. hæreditas, de acquir. rer. dom. l. mortuo, de ſi-* 11 *deiuſ.* cum vulgaribus. Vnde clarũ remanet dictos pupillos vti patris hæredes teneri adimplere totum dictum legatum, & ſic corruunt omnia ex aduerſo ſuper falſo fundamẽto fabricata: quod autem vera hæc ſint in facto, colligitur ex poſitionibus tam pro confeſſis habitis, vt in proceſſu, *fol.* 19. quàm ex reſponſionibus curatoris minorũ, de quibus in proceſſu, *fol.* 34. ibi, *De Petro.* Ioannes verò non credit, niſi ante mortem dicti Ioannis; namque non recedendo ab hac confeſſione, conſtat caducatam



tam fuiſſe portionem dicti Petri Ioannis, & accreuiſſe dicto Andreæ, vt dictum eſt.

Nec obſtat, quod dictus tutor ſoluerit in actu venditionis dictæ Barbaræ, ſeu eius marito tantùm ſcut. 150. & ſibi retinuerit ſcuta 50. nam id fortè fecit, quia priùs de ſuo illa ſoluerat dicto marito, vt comprehenditur, quia dictæ Barbaræ maritus in dicto inſtrumento fatetur ea recipere pro finali ſatisfactione ſcutorum 200. Vnde ſufficere debet pupillis, quod tutor à creditore reportauerit generalem quietãtiam pro totis ſcutis 200. & ſic extinxerit totale debitum; & ſi ſcire volunt, quomodo id proceſſerit, compellant eum ad reddendam rationem tutelæ; ſatis enim pro nunc apparet, eum in hoc negotio non interueniſſe fraudulenter, quia totum debitum extinxit, & ſponſæ etiam de ſuo donauit ſcuta 25. & propterea non apparet, quod pupillos in 12 aliquo damnificauerit; quod tamen neceſſe eſt, ſi dolere velint, *l. tutor vrgentibus*, vbi DD. *de minor. 25. ann.* ita Cyn. *in leg. fin. C. dei integr. reſtit. l. nam & poſteà, §. ſi minor*, vbi gl. & Bart. *ff. de iureiur.* non enim debet minor cum damno alieno locupletari, *l. fin. C. pro empt. l. ſi pupillorum, §. penultim. & vlt. de rebus eorum.*

Sed dato etiam, quod dictus tutor ſibi retinuiſſet illa ſcuta 50. non tamen reſcinditur contractus venditionis, ſed exigitur ab eo ratio, quia fortè bonum computum reddet ad vtilitatem pupillorum; non enim huc intrat illud commune dictum, quod propter modicum æs alienum non eſt diſtrahenda magna poſſeſſio, de 13 quo *in d. l. magis puto, §. Item Prætor æſtimare, ff. de rebus eorum*; quia hîc non dicitur magnus exceſſus, vt requiritur in dicta lege, ad finem vt præſumatur fraus, *l. omnes, §. Lucius, de his quæ in fraud. credit.* quoniam contractus non inualidatur, ſi quid modicum plus venditum fuiſſet, quàm opus fuerat ad ſoluendum æs alie- 14 num, vt pulchrè inquit Natt. *conſil. 162. numer. 5. verſic. Et certè*, nec facile eſt ſemper inuenire emptorem, qui ad amuſſim velit ſolùm emere quantùm venditor 15 neceſſe habet: ad rem facit Cyriac. *controuerſ.* 308. *num.* 13.

Et hîc in puncto ſatis dignoſcitur, tutorem non habuiſſe animum fraudandi quemquam, nec pupillos damnificandi, quia noluit liberè, & irreuocabiliter dictam terram vendere, ſed cum pacto retrouendendi, adhibitis etiam æſtimatoribus peritis, vt data meliori commoditate intra triennium poſſent pupilli rem redi- 16 mere; & hoc eſt quod prudenter conſiderat S. C. *in d. l. magis puto, §. item Prætor, ff. de reb. eorum*, dum dicit: *Item Prætor æſtimare debebit, vtrum vendere potiùs, an obligare permittat.* Quod hîc factum eſſe videtur ſtante pacto retrouendendi; hæc enim eſt potiùs quædam obligatio, & vulgò dicitur dare in pignus, quàm mera alienatio, ſaltem quoad effectum; quia ſicut pignus lui poteſt, ſic terra ita vendita redimi: quæ cùm 17 pateant ad ſenſum, ſufficit allegare rationem naturalem, ad textum *in leg. ſcire oportet, §. ſufficit, de excuſat. tut. l. cùm ratio, de bon. damn.* Ergo concludendum eſt, quod potiùs pupilli malitioſè turbant emptorem, quàm quod ipſi damnum ſentiant, cùm aduerſus tutorem poſſint petere expungi rationes cum reliquorum præſtatione.

Non obſtat, neceſſe eſſe vt creditores petant debitum, & vrgeant pro exactione, antequam pupillorum 18 bona ſtabilia à tutore diſtrahantur, vt *in d. l. magis puto, §. non paſſim, in fin.* & *§. ne tamen, in fin. ff. de rebus eorum, l. tutor vrgentibus, de minor.* Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 171. n. 5.* Roch. *conſil. 33. n. 2. lib. 1.* latè Guttierrez *de tutel. lib. 2. cap. 5. num. 75.*

Nam reſpondetur, nullo iure requiri vrgentiam, & petitionem iudicialem, ideò credendum eſt, quod Iudex de hoc ſatis ſe informauerit, poſtquam in actu venditionis erat præſens ipſe creditor, à cuius viua voce poterat audire inſtantiam, & valdè veriſimile eſt, quod vrgeret, & multùm inſtaret, vt ſibi dos ſolueretur; cùm enim ſuſtineret onera matrimonij, nimis facilè credendum eſt inſtanter petiiſſe ſolutionem dotis; vnde præſens fuit inſtrumento, & breui manu pecuniam à tutore habuit, qui eſt finis legis, vt pretium rei ſtabilis 19 pupilli tradatur creditoribus, ad textum *in d. l. magis puto, §. ne tamen, de rebus eorum.* Ideò cùm hæc ſit ſolemnitas extrinſeca, præſumitur interueniſſe ex prædictis, & maximè ſtante decreto Iudicis cum cauſæ cognitione, vt tradunt communiter DD. *in c. Quoniam* 20 *contra, de probat.* Rom. & DD. *in l. ſciendum, de verb. oblig.* Imol. *in c. cùm in iure, col. 3. de off. deleg.* & *in c. in præſentia, de renunt.* Rom. *conſil. 334. col. fin.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1322. n. 21.* Cyriac. *contr. 182. n. 3.* & *controu. 308. n. 3.* vbi etiam quod decretum præſumitur 21 interpoſitum ex iuſta cauſa, & vera: latè Menoch. *lib. 2. præſ. 75. n. 12.* plenè Pic. *ad Stat. Vrb. c. 151. gl. 21. n. 24.* & propterea ſi pupillus, vel minor dicat Iudicem falſis allegationibus fuiſſe circumuentum, ipſe probare de- 22 bet, *l. & ſi præſes, C. de præd. minor.* Menoch. *d. præſ. 75. n. 15.* Pic. *d. gl. 21. n. 24. verſ. In illis verbis.*

Verùm in caſu noſtro non fuit neceſſe, quod creditor inſtaret, vel vrgeret pupillum, vel tutorem ad ſolutionem debiti, quia illud erat ex cauſa dotis dictæ D. Barbaræ, cui dos ſoluenda erat cum interuſurio fructuum; quotieſcunque enim æs alienum eſt eius naturæ, vt vſuræ, ſeu interuſuria debeantur à pupillo, tunc etiamſi creditor non petat, & non vrgeat, poteſt tutor illud ſoluere, alienando etiam bona pupilli ſtabilia: 23 ſic probat textus *in d. l. magis puto, §. non paſſim, in fin.* ibi: *aut vſurarum modus parendum æri alieno ſuadeat, ff. de reb. eorum.* Bart. *in d. l. magis puto, §. ſi æs, ff. eod.* Iura enim, & DD. loquuntur alternatiuè, dum concedunt poſſe vendi ſtabilia pupilli pro ſoluendo ære alieno; quòd ſcilicet vrgeant creditores, vel debitum ſit fructiferum, vel vt dicunt, vſurarium; & propterea cùm in alternatiuis ſufficiat alterum verificari, *l. ſi hæredi, ff.* 24 *de cond. inſtit. l. ſi is qui ducenta, §. vtrum ita*, vbi Socin. *n. 1. de rebus dub. l. cùm pupillus, §. 1. de cond. & dem. l. ſi quis ita, de verb. oblig. l. nemo alienæ, §. vbi verba, de reg. iur.* ſequitur hîc ſatis eſſe, quod dos ſit æs alienum cum fructibus ſoluendum ad effectum vendendi ſtabilia pupilli, etiamſi creditores non vrgeant.

Nemini autem dubium eſſe poteſt, quin dos prædicta ſit debitum fructiferum; ſiquidem in hac patria Regij, generalis eſt conſuetudo, quod pro retardata ſolutione 25 dotium ſoluantur quotannis ſex pro centenario, quæ eſt benè fundata tam de iure communi, vt per DD. *in c. ſalubriter, de vſur.* Seraph. *deciſ. 1046. n. 3.* quàm in Statuto Regij *lib. 2. rubr. 83.* quæ in hoc caſu maximè locum habere debent, quia cùm dicta Barbara eſſet filia 26 dicti teſtatoris, dos illi erat debita iure naturæ in bonis præſentibus, eò quod dotem ſuccedere loco legitimæ omnes tradunt. Bart. *in l. Titio centum, §. Titio genero, num. 6. ff. de cond. & demonſt.* Alexand. *conſ. 83. in fin. lib. 4.* Becc. *conſ. 112. num. 9.* Surd. *conſ. 291. num.* 20. 27 Seraph. *deciſ. 815. num. 1. in fin.* & *num. 4.* vbi tradit, quod patre defuncto dos ſuccedit loco legitimæ quoad omnes effectus; ſed ſic eſt, quod legitima debetur filiis vnà cum fructibus. Bald. *conſil. 222. vol. 4.* Corn. *conſ. 165. in fin. vol. 3.* Menoch. *conſ. 77. num. 13.* Surd. *conſil. 128.* 28 *numer. 4.* pulchrè Seraph. in terminis *deciſ. 1046. num. 7.* vbi probat quod etiamſi legitima debeatur in pecunia vt in dote, adhuc fructus eius ſoluendi ſint: pulchrè Merlin. *de legitim. lib. 2. tit. 1. q... num. 3. 4. 5. 6. 7.*

Nec etiam obſtat, quod dictus tutor etiam teſtamentarius non poſſit adminiſtrare tutelam, quia adminiſtratio non fuit ei decreta à Iudice, provt requiritur, *leg. fin.* 29 *C. arb. tut. l. & ſi pluribus, ff. de auct. tut.* Bart. *in l. legitimos, num. 13. ff. de legit. tutel.* Honded. *conſ. 51. n. 35. 36. lib. 2.* Paul. Monten. *de iur. tutel. & cur. cap. 32. reg. 4. n. 9.* Rot. apud

apud Rub. *deciſ.3.n.2.11.p.2.* Guttier. *d.tract.p.1. c.5.*
*n.6.* Galgan. *eod. tract. lib.2. tit.1. num.20.21.*

Nam primò reſpondetur, non conſtare hæc facta
non fuiſſe, & incumbere onus probandi ei, qui ſe fun-
dat in tali exceptione; quia tutor, ex quo ſe geſſit pro
tutore, præſumitur feciſſe omnia, ad quæ tenebatur.
Veral. *deciſ. 323. num. 5. p. 3.* Rot. apud Farin. *deciſ.*
30 *poſth.714. n.5. p. 1.* & quatenus id non feciſſet, valent
tamen geſta per tutorem, etiam ante ſuſceptam ex de-
creto Iudicis adminiſtrationem. Seraph.*deciſ.1004.n.5.*
31 vbi vide. Verùm addi poteſt, quod hodie eſt publica,&
notoria conſuetudo generalis, vt tutores adminiſtrent
validè, non petita Iudicis licentiâ, vt apertè dixit, &
32 teſtatur Mandel. Alban. *conſ.21. n. 8.9.* quem ſequitur
Tuſch. *littera T, concl.427. num.29.* vbi dicit, quod ita
ſeruatur de generali conſuetudine, cui congruit Gu-
tierrez *de tut. & cur. p.1. c.1. num.79.*

Similiter non obſtat, quod dictus tutor non fecerit
inuentarium, ideò non poſſit adminiſtrare, & geſta per
33 eum ſint nulla, ad textum *in l. tu or qui repertorium,* vbi
Bart. *n. 22. ff. de admin. tut. l. fin. §. illud, C. arb. tut.*
Honded. *dict. conſ.51. n.35.* Rol. *conſ.72. num. 6. lib. 4.*
Galganet. *de tutel. lib.2. num.10.* quod adeò verum eſt,
vt etiamſi tutor fuerit à teſtatore liberatus ab onere
34 conficiendi inuentarium, adhuc tamen tenetur facere
deſcriptionem, vt per Gutierr. *de tutel. p. 2. c. 1. n. 38.*
Galganet. *d. tract. libr. 2. tit. 2. num.19.*

Nam pariter reſpondetur, non ſatis conſtare id fa-
ctum non fuiſſe, & cùm non agatur contra tutorem,ſed
contra tertium poſſeſſorem, pupillus, qui ſe fundat in
35 negatiua, debet eam plenè probare. Bald. *in l. qui ac-*
*cuſare, num. 5. verſ. Quæro vnum, C. de edend.* Gemin.
*in c.1. num.3. verſ. Nota, de confeſ. in 6.* Pacian. *de pro-*
*bat. libr.1. c.51. ſub num.31.* Cyriac. *contron.486. n.41.*
& ſatis probat Rota apud Farin. *deciſ. poſth.714. num.5.*
36 *p. 1.* vbi agens de hoc inquit præſumi tutorem, qui ſe
geſſit pro tali, feciſſe inuentarium, & omnia, ad quæ
tenebatur: ergo contrarium dicenti incumbit onus
probandi.

Deinde reſpondetur, de ſtylo non obſeruari ſupra-
dicta, quia de conſuetudine Curiarum tolerantur ge-
ſta tutorum in iudiciis, & extra; pro, & contra pu-
37 pillos, poſito etiam quod non conſtet eos non confe-
ciſſe inuentarium, vt poſt Guid. Pap. *q. Delph. 330.*
*numer. 3.* pulchrè inquit Gutierrez *de tutel. p. 1. cap. 1.*
*num. 79.*

Denique non ſatis videtur iure probari nullitas actuũ
ante confectionem inuentarij, ſed tantùm incurſus pœ-
38 narum contra tutorem, de quibus *in d. leg. fin. §. illud,*
*C. arb. tut.* & ideò verius eſt, quod omiſſio inuentarij
non vitiat tutelam, nec inualidat geſta per tutorem ad-
miniſtrantem, & pro tutore habitum ante confectio-
nem inuentarij: ſolùm poteſt remoueri vti ſuſpectus, &
39 contra eum in litem iurari; ſed acta per eum tenent, vt
ex Bart. & aliis pulchrè tradit Seraph. *deciſ.1004. n. 5.*
Rot. *diuerſ. deciſ.89. num.7.8.9. p.2.* vbi multos allegat,
& tradit Rotam tenuiſſe, valere geſta cum tutore non
legitimo, qui ſe publicè gerebat pro tali, ne cum eo
contrahentes decipiantur. Ludouiſ. *deciſ.31. num. 5.* &
apud Farin. *deciſ. recent.47. n.2. p. 2.* M. Ant. Thomar.
*deciſ. Marcerat.80. num.14.* latè Gutierr. *d. tract. p. 1.*
40 *c. 12. numer. 36. 37.* vbi idem dicit de promiſſione
omiſſa faciendi vtilia; & *p. 2. cap. 1. num. 80.* multos
allegat, docens quod valent geſta per tutorem etiam
ante confectionem inuentarij, ſed ſolùm ipſe incurrit
pœnas legales.

Nec verum eſt, quod hæc procedant ſolùm pro vti-
litate pupilli, & ad eius commodum, quia licèt de hoc
non ſit dubium, tamen habent locum etiamſi tractetur
de obligando pupillo, ne contrahentes cum eo deci-
piantur, dum putant eum eſſe tutorem, *ex l. Barbarius,*
41 *de off. Prætor,* quam in hoc propoſito allegat Seraph.
*d.deciſ.1004.num.4.* ſi enim volumus ex illa deduci fun-
damentum, quia communis error facit ius, id eſt intel-
ligendum tam in fauorabilibus, quàm in nociuis, vt
tradunt DD. *in d. l. Barbarius,* alioquin contrahentes
cum dicto tutore deciperentur, quod noluit eſſe iuridi-
cum Rot. *d. deciſ. 89. num.7.8.* & eſt de mente Gutierr.
*d. c.1. num. 79.* dum voluit de ſtylo procedere pro, &
contra pupillos, & ſatis probat Rot. apud Farin. *d. de-*
*ciſ. poſth.714. num. 4. p. 1.* vbi quod debitorem liberat 42
ſolutio facta ei, qui communiter reputabatur tutor,
etiamſi minùs legitimus eſſet, per *l. ſi quis ſeruo, §. quod*
*ſeruus, & l. cùm quis, §. 1. ff. de ſolut. l. ſi procuratorem,*
*ff. de procur.* ergo valent etiam geſta contra pupillum,
ſi non adſit alius defectus, provt hîc, vbi potiùs dicen-
dum eſt tutorem geſſiſſe vtile negotium pro pupillis,
dum terram prædictam vendidit cum pacto retrouen-
dendi, vt locus eſſet redemptioni, & extinxit debitum
pupillorum vſuris obnoxium.

Accedat, quod inter ruſticos, & eos qui habent mo-
dicum patrimonium, non ſolent adhiberi tales ſolem-
nitates, vt tutor antequam adminiſtret, conficiat in-
uentarium, & licentiam adminiſtrandi à Iudice acci-
piat, & hoc ad euitandas expenſas, provt eſt notorium,
de quo tanquam notorio poteſt Iudex ſe informare
etiam in cubiculo, *l.3. §. fin.* vbi Florian. *de teſtib. l. ſi* 43
*non defraudentur, de pen.* Rol. *conſ. 44. num. 36. libr. 1.*
Menoch. *conſ.231. n.41.* latè Rim. Iun. *conſ.6. num.33.*
ergo cùm hæc fuerit tutela ruſticorum, tutor non fuit
obligatus conficere inuentarium, quia ab eo conficien- 44
do excuſat conſuetudo. Abb. *in c. ex parte, num. 6. de*
*appell.* Bald. *in Auth. Sed cùm teſtator, col.2. verſ. Alij*
*dicunt, Cod. ad l. Falcid.* Specul. *de inſtr. edi. §. fin. verſ.*
*Quod ſit de conſuetudine,* Crot. *conſ.131. num. 51.* Maſ-
card. *de prob. concl. 1392. num. 5.* latè Guttier. *d. tract.*
*de tutel. p. 2. c.1. num.32.33.* vbi probat etiam non eſſe
neceſſè, quod talis conſuetudo fuerit obtenta in con-
tradictorio iudicio, & maximè vbi non ſunt magnæ
diuitiæ, ſed patrimonium eſt paruum; tunc tutor po-
teſt adminiſtrare etiam ante ſatiſdationem, & confe-
ctionem inuentarij. Guttier. *d. tract. p.1. c.12. n.15.*

Non obſtat igitur, quod dictus tutor non ſatiſdede-
rit rem pupilli ſaluam fore, vt multi requirunt, quia
cùm ſit tutor teſtamentarius, non tenetur præſtare hu- 45
iuſmodi fideiuſſionem, quia fides eius, & diligentia
fuit à teſtatore approbata. Gutier. *d. tract. p. 1. c. 5.*
*numer. 1. 2.* Tuſch. *lit. T, concl.428. numer.17.* Cyriac.
*contr.534. num.26.*

Tandem non obſtat, quod non ſint factæ ſubhaſta-
tiones, quæ debent fieri per xx. dies, antequam ven-
dantur bona ſtabilia pupilli, & minoris, ſecundùm Rol. 46
*conſil.33. num.60. lib. 1.* Non. *conſil. 57. num. 6.* Surd.
*conſ.49. n.15.* Rot. Macerat. *reſol.31. n.14.* Menoch. *d.*
*conſ.171. n.27.* Gaſp. Ant. Theſaur. *q. 75. num. 8. lib.4.*
Pariſ. *conſ.98. n.20. lib.1.*

Nam primò reſpondetur, quatenus eſſet neceſſaria
ſubhaſtatio, decretum Iudicis operari vt præſumatur
interueniſſe: ita ex Specul. *de empt. §. Nunc, col. 3.* 47
Alex. *conſ.103. col. 2. lib.2.* Dec. *conſ. 86.* & *conſil. 209.*
*conſil.222.* & *conſ.274. conſ.403. num. 11. 12.* Gabriel
*lib.2. de ſent. concl. 5. n. 1. §. in terminis:* pulchrè Gal-
ganet. *de tutel. lib.3. q.60. num. 21. in fin.*

Secundò reſpondetur non ſeruari de conſuetudine, vt
fiant huiuſmodi ſubhaſtationes, etenim conſuetudo po-
teſt minuere ſolemnitates obſeruandas in alienationi- 48
bus bonorum pupilli, & minoris, & de tali conſuetudi-
ne generali teſtatur Balthaſ. Tomaſ. *de tut. & cur. tract. 1.*
*tit. 19. numer. 231.* & ad rem facit poſt Roch. de Curt.
*tract. de conſuetud. ſect.5. num.27.* Gutierr. *d. tract. part. 2.*
*cap.5. num.5. in fin.*

Tertiò reſpondetur non eſſe verum, quod de iure re-
quirantur præcedentes ſubhaſtationes bonorũ ſtabiliũ
pupilli, antequam vendantur pro ære alieno ſoluendo;
non



non enim id reperitur iure cautum, vt dicit Bald. *in l. &*
*ſi ſine, §. 1. ff. de minor.* dicens, quod ille textus, qui per
aliquos ad hoc allegatur, loquitur, quando conuen-
tum erat, quod fieret ſubhaſtatio, & hoc ibi fatetur
gloſſa *in verb. liceat;* non enim eſt credendum, quod
S. C. *in d. l. magis puto, ff. de rebus eorum,* quæ fuit tam
diligens in enumerandis neceſſariis, omiſiſſet ſubhaſta-
tionem ſi fuiſſet neceſſaria; idem Bald. *in Auth. hoc ius*
*porrectum, numero 3. C. de ſacroſ. Eccl.* Corn. *conſ. 29.*
*col. 2. lib. 4.* Surd. *conſ. 47. numero 6.7.* ita pulchrè Gal-
ganet. *dict. tract. lib. 3. q. 60. num. 21.* vbi multis modis
tollit hoc motiuum.

Concludo igitur ſuſtinendam eſſe dictam venditio-
50 nem, & quatenus etiam eſſet inualida, adhuc tamen
poſſeſſio tranſiuit in emptorem, vt pulchrè ad rem
Thomat. *d. deciſ. 80. num. 16.* ideò in ea eſt manutenen-
51 dus, quia etiam prædo manutenendus eſt, immò ſpo-
liatus debet reſtitui: latè Poſth *tract. de manuten. obſer. 42.*
*num. 113.* vbi infinitos congerit. Et ita, &c.

---

# CAPVT CCXVIII.

## EPITOME.

### Legatum pro puellis pauperibus maritandis, an poſſit applicari puellis virginibus Religionem intrantibus.

### SVMMARIVM.

1 *Executores deputati ad maritandas puellas non poſſunt dare aliquid Religionem intrantibus.*
2 *Pia cauſa non poteſt adimpleri per alium pium vſum.*
3 *Legatum pro maritanda puella, vel dote ipſius nihil differunt.*
4 *Teſtator poteſt de rebus ſuis ad libitum diſponere.*
5 *Legatum mille factum puellæ, ſi nupſerit, & quingentorum ſi maritabitur, valet vt ſonat.*
6 *Legatum puellæ relictum, ſi nupſerit, ei debetur, ſi Religionem ingrediatur.*
7 *Legatum alicui pro carnali matrimonio, debetur etiam monaſterium intranti.*
8 *Legatum pro maritandis puellis non poteſt dari virgini Religionem profitenti.*
9 *Legatum perſonæ etiam incertæ pro nuptiis poteſt dari etiam nubenti ſpiritualiter.*
10 *Legatum factum incertis pro matrimonio, non differt à Legato facto certæ perſonæ.*
11 *Verbum,* poſſe, *tribuit facultatem, non importat neceſſitatem.*
12 *Legatum pro dotanda ſic intelligitur de matrimonio ſpirituali, ſicut de carnali.*
13 *Legata alicui pro dote an poſſint cedi, ſi illa puella ingrediatur monaſterium.*
14 *Dos puellæ monachandæ debet deponi in ſuſceptione habitus.*
15 *Mandatum ad vnguem eſt ſeruandum.*
16 *Interpretatio ſtricta fit contra eum, qui ſibi legem clariùs dicere potuit.*
17 *Legata admittunt latam interpretationem.*
18 *Dos relicta nubenti danda eſt etiam Religionem ingredienti ex præſumpta mente teſtatoris.*
19 *Mandati fines non excedit, qui illud pinguiùs adimplet.*
20 *Æquipollentium quid fiat, non refert.*
21 *Mandatum poteſt adimpleri per æquipollens.*
22 *Matrimonium carnale, & ſpirituale æquiparantur à iure.*
23 *Matrimonio ſpirituali magis fauendum, quàm temporali.*
24 *Papæ licentia requiritur in commutandis legatis piis.*
25 *Melius qui facit, nihil diuerſum facere dicitur.*
26 *Epiſcopus poteſt dare legatum pium omnibus comprehenſis ſub genere legati.*
27 *Legatum factum pauperibus poteſt dari Eccleſiæ pauperi.*
28 *Dos ſolet referri ad matrimonium carnale.*
29 *Dos non poteſt dari pro matrimonio ſpirituali ſine ſimonia.*
30 *Dos non minùs dicitur data pro nuptiis ſpiritualibus quàm carnalibus.*
31 *Matrimonium eſt genus comprehendens matrimonium carnale, & ſpirituale.*
32 *Matrimonium dicitur contrahere, qui monaſterium ingreditur, ſicut nubens carnaliter.*
33 *Dotes licitè dantur Religionem profitentibus pro alimentis.*
34 *Verba debent accipi ſecundum communem vſum loquendi, & quando.*
35 *Dos vulgariter dicitur etiam quæ datur Monialibus.*
36 *Vſus communis loquendi quando non attendatur.*
37 *Dotis legatum pro nuptiis quare debeatur etiam ingredienti Religionem.*
38 *Religioni ratio quæ fauet maxima eſt.*
39 *Conditiones debent verificari in forma ſpecifica.*
40 *Nubere dicitur etiam qui in Chriſto nubit.*
41 *Nuptiarum conditio impletur per ingreſſum Religionis.*
42 *Lex extenditur propter rationem generalem.*
43 *Ratio legis ſi vnica aſſignari poteſt, pro expreſſa habetur.*
44 *Mandatarius poteſt facere etiam vicina, vel contigua mandato.*
45 *Legatum mille ſub conditione nubendi non poteſt dari ei cui quingenta ſunt relicta, ſi monachabitur.*
46 *Conditio poſita in odium Religionis, tanquam turpis reiicitur.*
47 *Legatum pro nuptiis non poteſt applicari Religionem ingredienti propter coniecturas.*
48 *Epiſcopus eſt executor piarum diſpoſitionum.*
49 *Epiſcopus poteſt legata pia commutare, quæ non poſſunt impleri, vt ordinatum fuit.*
50 *Legatum pium, quod poteſt impleri in forma ſpecifica, non poteſt ab Epiſcopo commutari.*
51 *Legatum, ſi non nupſerit, intelligitur de matrimonio carnali.*
52 *Legatum factum alicui, ſi Religionem ingrediatur, non dabitur nubenti carnaliter.*
53 *Tertiaria poteſt conſequi legatum pro maritandis puellis.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Corrigienſi fui requiſitus, vtrum executores
teſtamentarij poſſint legatum annuum factum pro do-
tandis puellis concedere puellæ, quæ velit ingredi
Religionem, & in ea profiteri. Et ſanè prima facie vi-
debatur negatiuè reſpondendum, quia ſic in terminis
cenſuit Bald. *in Auth. niſi rogati, numero 11. verſ. Et*
*ideò, C. ad Trebell.* dicens, & ideò executores deputati 1
ad virgines maritandas, non poſſunt dare hanc quan-
titatem virgini intranti monaſterium, quia non habent
in mandatis, & quia maritare pauperes virgines eſt pia
cauſa, non poteſt excludi per alium pium vſum, vt
*in Clement quia contingit, de relig. dom.* & *in l. cùm is, §.* 2
*ſi mulier, ff. de condict. indeb.*

Nec obſtare videtur noſtrum teſtatorem loqui de
puella dotanda, non maritanda, quia reſpondetur hæc
paria eſſe; ſiquidem legatum pro nuptiis, ſeu pro mari-
tanda, & legatum pro dote nihil differunt, quia non
ſolent maritari mulieres ſine dote, teſte Caſtr. *in l. Lu-* 3
*cius, la prima, numero 5. in fin. de leg. 2.* & *in conſ. 214.*
*numero 1. lib. 1.* ſequitur Crauet. *conſ. 101. numer. 1.*
*verſ. Secundò,* & *conſ. 686. numero 5.* Couar. *in cap. 3.*
*numero 11. verſ. Primò, de teſtam.* Mantic. *de coniect.*
*vlt. vol. lib. 11. tit. 21. numero 4.* Tuſch. *pract. concl.*
*litt. L, concl. 101. numero 2.*

Nec mirandum videtur de hac ſententia, quia teſtator
intel

intellexiſſe videtur de dote propriè, & de matrimonio carnali, quod verè matrimonium dicitur; & propterea eius mens eſt attendenda, ſiquidem poteſt diſponere
4 de rebus ſuis ad ſui libitum, §. *diſponat*, *in Auth. de nupt.* & ideò ſi relinquat filiæ ſuæ mille, ſi nupſerit, & quingentos, ſi monachauerit, dato caſu, quod fiat Religioſa, & Monacha, non habebit niſi quingentos,
5 quia hæc eſt voluntas teſtatoris, prout ſeruat obſeruantia, & docet naturalis æquitas, teſte Bald. *in d. Auth. niſi rogati*, *numero* 11. *C. ad Trebell.* & *in l. Deo nobis*, *num.* 1. *C. de Epiſc. & Cler.* vbi dicit, quod ita ſeruat conſuetudo, Iaſ. *conſ.* 43. *col.* 5. *lib.* 3. vbi teſtatur de conſuetudine, & obſeruantia totius mundi: latiſſimè Mantic. *de coniect. vlt. vol. libr.* 11. *tit.* 18. *num.* 32. *verſ. Sed contrarium*. *Peregr. de fideicom. art.* 28. *numero* 78. *in fin.* vbi quod non eſt recedendum ab hac ſententia. Tuſch. *littera M*, *concluſ.* 120. *num.* 29. 34. qui pluries teſtantur de communi.

Sed his non obſtantibus alia ſententia teneri poteſt, & veram eſſe cenſeo, & etiam communem; concedi enim poteſt, quod tales executores poſſint legatum pro maritandis, vel dotandis puellis factum applicare etiam virgini in monaſterio profiteri volenti, quia hoc eſt matrimonium ſpirituale, quod fauorabilius eſt, quàm carnale, & pinguiùs adimpletur voluntas teſtatoris. Siquidem hoc in iure certum eſt, & pro indubitato ab omnibus admittitur, quod ſi fiat legatum alicui perſonæ determinatæ, ſeu certæ de aliqua re, vt nubat, vel matrimonium ineat, vel ſub conditione, ſi nupſerit,
6 aut maritabitur, & illa Religionem ingrediatur, emiſſa profeſſione poteſt conſequi legatum, perinde ac ſi matrimonio carnali coniuncta viro fuiſſet, quia illa conditio nubendi impletur etiam per ingreſſum Religionis, & ſancti Ordinis ſuſceptionem, vt probatur *in §. Sed & hoc præſenti*, *in Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. col.* 9. & *in Auth. niſi rogati*, vbi DD. *C. ad Trebell. ex c. in præſentia*, *de probat.* tradunt Cyn. Caſtr. & Salic. *in d. Auth. niſi rogati*. Anch. *conſ.* 108. *per totum*, *numer.* 4. Bapt. Fulgoſ. *conſ.* 53. *num.* 1. 2. *verſ. Rurſum*, Sot. *in l. mulieri*, *n.* 12. *de cond. & demonſt.* Felin. *in c. Eccleſia*, *num.* 79. *verſ. Cæterum*, *de conſtit.* Natt. *conſ.* 296. *n.* 1. 2. Couar. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 19. *num.* 10. *verſ. Sed & ſi alicui*, Gutierr. *conſ.* 26. *num.* 13. & *qq. can. lib.* 1. *c.* 32. *num.* 20. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 29. Menoch. *conſ.* 555. *num.* 6. 7. 9. 10. & *tract. de præſ. lib.* 14. *præſ.* 148. *num.* 13. *& ſeqq.* vbi tollit contraria. Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 207. *concluſ.* 1. latè, & pulchrè Sanchez *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 33. *num.* 29. *& ſeqq.* Rebel. *de oblig. iuſt. libr.* 18. *q.* 16. *n.* 3. & Layman *mor. lib.* 3. *tract.* 5. *c.* 10. *num.* 12. Galganet. *de condit. & dem. p.* 1. *c.* 8. *num.* 36. 39. & latiſſimè Boſſ. *de contract. matrim. c.* 11. §. 28. *num.* 622. quem poſt hæc ſcripta vidi. Tuſch. *pract. concluſ. littera M*, *concl.* 120. *n.* 19. *& ſeqq.* Surd. *conſil.* 192. *num.* 19. Decian. *conſ.* 5. *n.* 12. 13. *lib.* 3. Maſtril. *deciſ.* 153. *num.* 3. *p.* 2. pulchrè Gratian. *diſcept.* 33. *numero* 19. vbi dicit hanc concluſionem ab omnibus eſſe approbatam; plures congerit Marth. *de ſucceſſ. legal. p.* 4. *q.* 18. *art.* 3. *num.* 1. pulchrè Rot. apud Farin. *deciſ. recent.* 130. *num.* 2. *p.* 1. & *deciſ.* 42. *num.* 3. *p.* 2. & *deciſ. poſth.* 65. *num.* 1. *p.* 2. Bonacin. *de contract. diſp.* 3. *q.* 1. *p.* 4. *numero* 10. *verſ. idem iudicium*, Pellizzar. *in tract. de monialib. c.* 9. *num.* 47. Dian. *mor. p.* 5. *tract.* 14. *miſc.* 2. *reſol.* 35. Rol. *conſ.* 35. *num.* 10. *lib.* 3. Laderch. *conſ.* 152. *num.* 3. Giouagn. *conſ.* 50. *num.* 2. & *conſil.* 51. *n.* 14. & *n.* 27. 28. & *conſ.* 52. *num.* 11. & *conſ.* 53. *num.* 1. & *conſ.* 55. *n.* 20. & *conſ.* 56. *num.* 4. 5. 6. & *conſ.* 57. *numero.* 63. 65. vbi plenè. Ex quibus apparet hanc eſſe veram, & communiſſimam omnium DD.
7 ſententiam: addo Carol. Marant. *reſponſ.* 1. *numero* 100. *part.* 2. quem poſt hæc ſcripta vidi. Cancer. *var. reſol. l.* 1. *c.* 24. *num.* 21.

Et hoc adeò verum eſt, vt plerique ſentiant idem eſſe cenſendum, etiam in caſu, quo legatum fuiſſet relictum pro puella maritanda per carnale coniugium, ſeu pro maritagio carnali, quia hæc conditio habetur pro non ſcripta, & ſi mulier ingrediatur Religionem, adhuc poterit conſequi legatum, vt *ex dicto §. Sed & hoc præſenti*, *in Auth. de ſanctiſs. Epiſc.* & Bald. Nouell. *in tract. de dot. p.* 6. *priuil.* 77. *col.* 3. *verſ. Et licèt dicta puella*. Surd. *d. conſ.* 192. *n.* 19. *verſ. vbi fortiùs*, quem ſequitur Maſtrill. *d. deciſ.* 153. *num.* 7. Couar. *in c. Nos quidem*, *num.* 1. *verſ. Sextò ex proxima*, *de teſtam.* & Gratian. *d. diſc.* 33. *numero* 20. Barboſ. *de off. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 83. *n.* 27.

Verùm reſpondent multi hæc vera eſſe, & procedere, quando fit legatum certæ perſonæ matrimonio collocandæ; tunc enim ſi illa Religionem ingrediatur, & profiteatur, ampliùs legatum nubendi non poteſt impleri in forma ſpecifica, & illa remaneret ſine dote; ideò dos eadem relicta in caſu nuptiarum debetur etiam ingredienti monaſterium; ſecus eſſe dicunt quando generaliter, & indefinitè fit legatum puellæ matrimonio collocandæ, vel pro puellis maritandis; quia tunc legatum poteſt impleri in vna forma, quia ſi vna Religionem ingrediatur, poteſt dari alteri puellæ
carnaliter nubenti; & ideò legatum huiuſmodi poterit 8
ſolùm diſtribui inter puellas matrimonium temporale ineuntes, vt tenent Bald. *in d. Auth. niſi rogati*, *ſub num.* 11. *C. ad Trebell.* Felin. *in d. c. Eccleſia*, *num.* 79. *verſ. Et poſt iſta*, *de conſtit.* Barbat. *conſ.* 23. *num.* 2. *vol.* 1. Bald. Nouell. *d. priuileg.* 77. *num.* 2. Couar. *in d. c. nos*, *num.* 11. *verſ. Sextò ex proxima*, *de teſtam.* latè nouiſſimè Trullench. *mor. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 26. *dub.* 9. *num.* 24. Gutierr. *d. conſ.* 26. *numero* 13. latè Sanchez *de matrim. lib.* 1. *tit.* 33. *numero* 32. vbi multas rationes adducit, & plures allegat, quibus apparet hanc ſententiam eſſe communem: latiùs tradit Barboſ. *de off. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 83. *numero* 26. vbi plures congerit Bonac. *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 1. *part.* 4. *numero* 10. *verſ. Sed oppoſitum*, & *q. vlt. p. vlt. num.* 19. & Layman. *d. c.* 10. *num.* 12. Pelizzar. *d. c.* 9. *num.* 48.

Veruntamen alteram opinionem exiſtimo magis veram, & iuri conformem, & probabilem, ac etiam hodie communem, vt legatum etiam generale pro puellis maritandis, vel dotandis poſſit applicari virginibus Religionem intrantibus ob identitatem, vel etiam maioritatem rationis, cùm matrimonium ſpirituale ſit magis piũ, & magis fauorabile, quàm carnale, & eo modo puella Religioſa effecta, magis in tuto collocatur per nuptias ſpirituales, quàm temporales, & concurrit mens teſtatoris, qui ſi de hoc fuiſſet interrogatus, veriſimiliter idem reſpondiſſet, ideò hoc legatum ſic perſonæ incertæ factum propter nuptias, vel ſub conditione, ſi nupſerit, vel maritabitur, vel pro maritandis puellis, iure dari poteſt etiam monaſterium intranti, & Religionem profitenti,
ex eodem textu *in d. §. Sed & hoc præſenti*, *in Auth. de* 9
*Sanctiſs. Epiſc.* & *dicta Auth. niſi rogati*, *C. ad Trebell.* & ſic docuit ex Anch. *d. conſ.* 108. pulchrè Natt. *d. conſ.* 296. *numero* 1. & *num.* 4. vbi multis rationibus id probat, & concordare videtur Boër. *deciſ.* 3. *numero* 14. & perbellè ſic tradit Pariſ. *conſ.* 26. *numero* 37. *lib.* 4. dicens, quod hoc caſu executor minimè errat, ſiue dictas pecunias det in dotem pro matrimonio carnali, ſiue pro ſpirituali, cùm vtrumque ſit valdè priuilegiatum, & non minùs ſpirituale, quàm carnale: & eum ſequitur Surd. *de aliment tit.* 1. *quæſt.* 93. *numero* 36. vbi dicit Clarum ſibi videri aliter ſentire, & teſtatur pro hac parte de veriori: ſed magis apertè id docuit Ochagauia *de Sacram. tract.* 1. *de matrim. q.* 5. *num.* 17. dicens legatum relictum puellis etiam incertis, vt matrimonio collocentur, poſſe dari, & diſtribui etiam virginibus Religionem profitentibus, & alios citat, & ſequitur, & ſic tenuit etiam Baſil. Pont. *de matrim. lib.* 3. *c.* 7. *numero* 11. probans legem prædictam Imperialem ex identitate rationis extendi, ſeu comprehendere etiam diſpoſitionem ad Legata indefinitè relicta, & hanc eſſe communem Theologorum ſententiam: ſic etiam pulchrè, & practicè voluit P. Dian.



P. Dian. nouiſſimè *mor. p.* 5. *tract.* 14. *miſc.* 2. *reſol.* 35. *verſic. Sed ego*, vbi tradit nullam differentiam reperiri inter Le-
10 gatum relictum pro maritanda perſona certa, & indefinitè pro maritandis perſonis incertis; ſed in vtroque caſu ingredientes Religionem tale legatum conſequi poſſe, firmans hanc ſententiam etiam in foro contentioſo ſeruandam eſſe; & ideò animoſè ſuadet, ne executores teſtamentarij timeant hanc opinionem in praxim deducere, quia licitè poſſunt ei adhærere. Vnde concordat, & idem tenet in puncto Homobon. *in tract. de exam. Eccleſiaſtico*, *part.* 3. *tract.* 15. *cap.* 8. *in* 2. *quæſt. conſectaria*, *verb. ſic in ſimili*, *fol.* 356. vbi teſtatur de veriori, & quod huic ſententiæ fauet praxis; ſic etiam Baldum explicando tenent, & in puncto concordant Villalobos 2. *part. ſumm. tract.* 30. *diff.* 30. *num.* 11. 12. & tract. 20. *diff.* 9. *num.* 5. & nouiſſimè M. Ant. Genuenſ. *in practicab. Eccl. quæſt.* 26. & eos ſequitur Ioan. Angel. Boſſius *in tract. de matrim. contract. cap.* 11. *n.* 638. vbi teſtatur de veriori ſententia, & eam in praxi ſequendam, & reddit multas rationes, ex quibus apparet hanc ſententiam eſſe rationabilem, iuſtam, & honeſtam, & hodie etiam communem, tum ob numerum DD. tum ob rationum pondus, & grauitatem.

Si ergo volunt executores, vtique poſſunt huic ſententiæ adhærere, & eam in praxi ſeruare, non tamen cogi poterunt, niſi ex aliqua iuſtiſſima cauſa: tum quia etiam contraria opinio eſt communis, & probabilis; & ideò illi adhærere poſſunt: tum quia Doctores huius ſententiæ dicunt contra Baldum, quod executores poſſunt legatum etiam in certis perſonis maritandis factum diſtribuere virginibus Religionem profitentibus: ergo ſi poſſunt, non tenentur huic opinioni adhærere, quia verbum,
11 *Poteſt*, tribuit eis facultatem id faciendi, ſed non importat aliquam neceſſitatem, ad textum *in leg. ſæpe*, cum ibi notatis, *ff. de offic. Præſid. l.* 1. *C. quomodo*, & *quando iud.* gloſſa *in cap. Statutum*, *in verb. poßit*, *de reſcript.* Menoch. *conſil.* 1069. *num.* 4. Surd. *de alim. tit.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 14. 17. Gratian. *diſcept.* 146. *num.* 15. & *diſcept.* 506. *num.* 12. 13. Ludouiſ. *deciſ.* 85. *num.* 7. & ita bonum erit habere amicos ipſos executores, vel hæredem, aut Epiſcopum, ſeu alios, ad quos ſpectabit executio legati tam pij, & electio perſonarum, quibus legatum eſt impertiendum; ſi enim volunt, poſſunt etiam eligere puellas monachandas, quia verè diſpoſitio dicti §. *Sed & hoc præſenti*, *in Auth. de Sanctiſſ. Epiſcop.* habet locum etiam in hoc caſu, in quo ſicut in alio militat ratio, cui innititur, ſcilicet fauor Religionis, quem principaliter, & non præſumptam voluntatem teſtatoris reſpicit eadem diſpoſitio; tum quia cùm teſtator ita in hoc caſu, ſicut in alio, nihil expreſſerit aduersùs Religionem, iuremeritò præſumi, & cenſeri debet, ſicut in legato certæ perſonæ facto, ita & in facto perſonis incertis, non excluſiſſe Religionis ingreſſum, ſeu Religionis ſtatum ita fauorabilem, ſaltem ex præſumpta teſtatoris affectione ad eundem ſtatum Religioſum, vt dixit, & latè probat dictus Boſſius poſt hæc ſcripta à me viſus *de matrim. contract. cap.* 11. *num.* 638. 639. Verùm quia electio eſt libera, executores non poterunt cogi ad eligendum eas, quæ monachari volunt, ſi extant carnaliter maritandæ, quia nemini eſt ius ſpecialiter in hoc caſu quæſitum; ideò habens ius eligendi, poteſt liberè eligere quem vult, ſi capacem eligat, ad textum *in cap. cùm terra*, & ibi DD. *de elect.*

Ideò non eſt cogendus executor, niſi quando adſunt tantùm monachandæ, quia tunc ne pereat actus, & ne legatum fiat caducum aduersùs naturam legatorum piorum, vt in *l. legatum*, *de vſufr. leg.* & *cap. nos quidem*, *de teſtam.* vbi notant DD. quod legata pia nunquam ita fiunt caduca, vt præſtari non debeant; tamen ſi voluerit executor, poterit non ſolùm in foro fori, ſed etiam in foro conſcientiæ legatum pro puellis maritandis applicare etiam virgini Monaſterium ingredienti. Dian. *d. re*-
*ſol.* 35. *verſ. Sed ego*, Boſſius *d. cap.* 11. *num.* 638. Verùm ſi ſimpliciter factum eſſet legatum pro dotandis puellis pauperibus, ſeu pro dote earum, vt in caſu noſtro, tunc res eſſet clara, quia hoc caſu abſque dubio id ita intelligitur de matrimonio ſpirituali, ſicut de carnali,
cùm dos ad vtrumque aptè accommodetur, vt poſt Rim. 12
Iun. *conſ.* 85. *in princ. lib.* 1. Ruin. *conſ.* 98. *num.* 14. *lib.* 2. dixit Card. Tuſc. *littera M*, *concl.* 120. *num.* 59. Giouagn. *conſ.* 57. *num.* 61. 62. Rota apud Farin. *deciſ. recent.* 130. *num.* 2. *p.* 1.

Dato autem caſu, quod talis puella ingrediatur Monaſterium, etiamſi ſit ſpecificè in legato nominata, magna eſt altercatio inter DD. an illa poſſit diſponere de tali dote ad fauorem alterius, quàm Monaſterij, vel eam alteri cedere in totum, vel in parte, quia fortè tanta dos non ſolet dari Monaſterio quanta in legato con-
tinetur; vel potiùs an poſſit ſolùm eo caſu dotem con- 13
ſequi, quo, & quatenus Monaſterio applicetur, vt videre eſt ex diſcurſu Rotali, de quo apud Farinac. *deciſ. poſth.* 113. *part.* 2. & latiſſimè apud Giouagn. *conſil.* 56. & *conſ.* 57. *lib. primo*. Tamen Rota videtur inclinare in eam ſententiam, vt tale legatum non debeatur, niſi conuertatur in cauſam dotis, & acquiratur Monaſterio re ipſa. Rot. apud Farinac. *deciſ. recent.* 428. *num.* 1. & *per totam*, *part.* 2. & Giouagn. *dict. conſ.* 57. *num.* 61. 62. Verùm quia dos datur etiam pro expenſis matrimonij,
non erit expectandum, vt puella profiteatur, ſed ab ini- 14
tio neceſſe erit eam deponere, vt moris eſt, & partim erogare in expenſis neceſſariis, vt puella poſſit habitum Religionis aſſumere, alioquin negotium non poſſet ad practicam deduci, & dotes ſolent ſemper dari Monaſterio in pecunia. Couarr. *in cap.* 3. *numer.* 11. *verſic. Sextò*, *de teſtam.* vide ad rem Rotam apud Giouagn. *conſil.* 57. *num.* 70. *& ſeqq.* Tambur. *de iur. Abb. diſp.* 5. *quæſt.* 7. *num.* 3.

Non obſtant rationes aduerſæ partis. Nam primò Bald. *in dict. Auth. niſi rogati*, *ſub num.* 11. *Cod. ad Trebell.* dicit, quod executores non poſſunt legatum pro maritandis puellis applicare virgini intranti Monaſterium,
quia hoc non habent in mandatis; cùm velit dicere, 15
quod mandatum eſt ſtricti iuris, & ideò ad vnguem eſt obſeruandum, *cap. cùm dilecta*, *de reſcript. leg. diligenter*, *ff. mandat.*

Sed reſpondetur hæc fortè procedere in contractibus, in quibus ſtricta fit interpretatio contra eum, qui clariùs
ſibi legem dicere potuit, *l. veteribus*, *ff. de pact.* non ſic 16
eſt in legatis maximè piis, in quibus ſit lata interpretatio, *cap. cùm dilecti*, *de donat. l. in teſtamentis*, vbi Dec. & Cagn. *de reg. iur.* ſic Natt. *d. conſ.* 296. *num.* 5. & lega-
tum pro maritandis puellis pauperibus eſt pium abſque 17
dubio. Bart. *in l.* 1. *ff. ſol. matr.* & *in l. ſi ergo*, *de iur. dot.* & *in l.* 2. *de donat.* & Belloch. *de caſ. reſeru. part.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 302.

Deinde reſpondetur prædictos executores non poſſe dici excedere fines mandati ſi tradant legatum pro dote, vel pro maritanda, alicui puellæ intranti Monaſterium, quia pinguiùs adimplent voluntatem teſtatoris, eo quòd
matrimonium ſpirituale eſt magis dignum, & fauorabi- 18
lius, quàm carnale; & ſi teſtator cogitaſſet de ingreſſu Religionis, idem ſtatuiſſet. Menoch. *lib.* 5. *præſ.* 148. *numer.* 9. 10. 14. *verſ. porrò*. Rot. apud Giouagn. *d. conſil.* 57. *num.* 65. Farin. *deciſ. poſth.* 65. *num.* 1. 2. *part.* 2. Ille au-
tem non dicitur excedere fines mandati, ſed obſeruare, 19
qui pinguiùs adimplet, *l. ſi hominem*, *ff. mandat.* Tiraq. *de retract. lign.* §. 36. *gl.* 2. *num.* 59. Surd. *deciſ.* 268. *num.* 25. Rot. *diuerſ. deciſ.* 32. *num.* 1. *part.* 1. & apud Farin. *deciſ. poſth.* 434. *n.* 5. *part.* 2. Tuſch. *littera M*, *concl.* 40. *num.* 26.

Imò quia non refert, quid ex æquipollentibus fiat, ad tex-
tum *in l. mulier*, *in princip. ff. ad Trebell.* & *in l. ſi mater*, vbi 20
gloſſa, *Cod. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. fact.* & *in l. Gallus*, §. & *quid ſi tantùm*, *de liber. & poſth. l. fin. C. de donat. ſub mod.*

mandatum quoque poteſt adimpleri per æquipollens, ad
21 textum *in l. fin. §. vlt. ff. mand.* vbi gloſſa allegat concordantes. Alex. *in l. 3. in 2. not. ff. ſol. matr.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 36. gl. 2. num. 60. ad fin.* & ſic executor mandatum habens à teſtatore de exequendo legato pro matrimonio carnali, poterit illud applicare etiam pro matrimonio ſpirituali, quia hæc duo matrimonia æquiparan-
22 tur à iure: textus eſt notabilis *in cap. quoniam frequenter, §. porrò, vt lit. non conteſt. cap. inter corporalia, & cap. fin. de tranſlat. Epiſc. cap. cùm inter Canonicos, de elect.* & *in cap. ſicut alterius*, vbi Doctores notant, 7. *quæſt.* 1. & *in Auth. niſi rogati*, vbi Cyn. Salic. & DD. notant, *C. ad Trebell.* Ergo de hoc nihil eſt dubitandum, quia magis fauendum eſt matrimonio ſpirituali, quàm carnali, vt per
23 Iaſ. *in Auth. ſi qua mulier, n.* 12. *C. de Sacroſ. Eccl.* Tuſch. *littera M, concl.* 120. *n.* 12.

Non obſtat ſecunda ratio Baldi *in d. Auth. niſi rogati, ſub n.* 11. quod executores non poſſint legatum pro maritandis puellis applicare virgini Monaſterium intranti,
24 quia legatum ad vnum vſum pium factum non poteſt conuerti in alium ſine licentia Papæ. *Clem. quia contingit, de Religioſ. dom.* Belloch. *de caſ. reſer. p. 2. q. 1. n.* 386.

Quia reſpondetur hîc dici non poſſe, quod conuertatur in alium vſum, dum tale legatum applicatur matri-
25 monio ſpirituali, quod melius eſt; ſiquidem qui meliùs facit, non facit aliud, ſed idem, *cap. ſcripturæ, de not. cap. plus ſemper, de reg. iur. in* 6. & ideò diſpoſitio dictæ Clementinæ *quia contingit*, procedit quando cauſa fuit expreſſa à teſtatore in ſpecie ſpecialiſſima; ſed ſi cauſa expreſſa, vt in caſu iſto, eſt talis, quæ poſſit comprehendere plures ſpecies, tunc Epiſcopus executor piorum le-
26 gatorum poteſt tribuere hoc legatum alicui de illa ſpecie, quæ eſt incluſa ſub illo genere, vt reſpondet Bald. *in l. ſi quis ad declinandum, C. de Epiſc. & Cler.* pulchrè Caſtr. *in rep. l. ſi conſtante, num.* 55. *ſolut. matr.* & ideò docent communiter DD. quod legatum factum pauperibus poteſt
27 præſtari Eccleſiæ, quæ indiget reparatione, quia Eccleſia habetur in numero pauperum: ita concludit Ioan. And. *in cap. 2. num. 6.* vbi etiam Dominic. *de teſtam. in* 6. Bald. *in d. l. ſi quis ad declinandam, col. 4. verſ. ſed iuxta hoc quæro*, & *in l. omnes, verb. diſpenſatorem, C. de Epiſc. & Cler.* Crott. *in d. l. ſi conſtante, num.* 55. 56. *ſol. matr.* vbi dicit, quod hæc ab omnibus ſunt approbata, licèt ipſe dubitet: ſic etiam Bertach. *tract. de Epiſ. lib. 4. part. 4. num.* 74. Nauar. *in manual. confeſſ. cap. 17. num. 93. verſ. addimus etiam*, & latiùs *de reddit. Eccl. q. 1. monit. 28. num.* 1. Monet. *de comm. vlt. vol. cap. 5. num.* 359. 360. & hoc procedit, quia non tam ex vi extenſiua, quàm comprehenſiua procedit; quoniam Eccleſia pauper poteſt comprehendi in legato pro pauperibus facto, prout etiam in caſu noſtro poteſt dici, quod in legato pro puellis dotandis, vel maritandis comprehendatur virgo monachanda, quia vtrumque dicitur matrimonium, & dos, & ſi executor id faciat Epiſcopo authore, vel conſentiente, nulla erit dubitatio, ex traditis per DD. *in cap. noſtram, de teſtam.* Belloch. *de caſ. reſer. p. 2. q. 1. n.* 387. 390.

Nec obſtat, quod verbum *dos*, vel *dotare*, referatur ad matrimonium carnale, *l. fin. C. de donat. ante nupt. l. 3. de*
28 *iur. dot.* & tradunt omnes *in rub. ff. ſol. matr.* latè Laudenſ. *conſil.* 152. *num.* 2. 3. vbi etiam dicit, quod non refertur ad ſpirituale, quia pro eo dari non poteſt ſine labe ſimoniæ,
29 *cap. ſatis, de ſimon.* Alex. *conſ.* 121. *n.* 6. *lib.* 2.

Nam reſpondetur, quod imò illud ſubſidium datum mulieri intranti Religionem, ſuccedit loco dotis, vt vulgariter etiam dos appellatur, quæ pro matrimonio ſpirituali traditur; hæc enim non iudicantur ad imparia, & ſic non minùs dicitur dos, quæ conſtituitur pro nuptiis ſpiritualibus, quàm quæ datur pro matrimonio carnali:
30 gloſſa *in cap. fin. in gl. vlt. de teſtam.* Bart. *in l. 1. §. ſi vel parens, ff. ſi quis à parent. fuer. manum.* & *in l. Titio genero, in fin. ff. de condit. & dem.* Bald. *in d. Auth. niſi rogati, in princ.* & *in l. quoniam nouella, in fin. C. de inoff. teſt.* pulchrè Natt. *d. conſil.* 296. *num.* 3. Surd. *conſ.* 192. *num.* 21. Tuſch. *d. concl.* 120. *num.* 19. 20. Farin. *deciſ. recent.* 130. *num. 2. part.* 1. & apud Giouag. *dict. conſ.* 57. *n.* 61. 62. 63. & *conſ.* 55. *num.* 21. Galganet. *de condit. part. 1. c.* 8. *num.* 40.

Non obſtat, quod propriè matrimonium, & nuptiæ dicantur de carnali, quia ſpirituale eſt tantùm matrimonium methaphyſicè, & vt nos dicimus, impropriè. Sanchez *de matrim. lib. 1. diſp. 33. n. 32. verſ. ad tertium.*

Nam reſpondetur matrimonium, vt genus conſideratum, comprehendere plures ſpecies, & ſic tam matrimonium carnale, quàm ſpirituale, pulchrè Marant. *reſp.* 1.
*num.* 101. *part.* 3. & ſic vtroque modo dicuntur nuptiæ: 31
pulchrè Nathan. *de ſtat. fœm. exclud. quæſt. 2. princ. n.* 54. Giouagn. *d. conſ.* 55. *num.* 21. 22. vbi quod appellatione matrimonij venit nedum carnale, ſed etiam ſpirituale: ergo ſicut ſpecies propriè continentur ſub ſuo genere, ita matrimonium ſpirituale erit propriè matrimonium, ſicut
carnale: etenim non videtur eſſe ſine nuptiis, qui intrat 32
Monaſterium, vt dixit Cyn. *in dicta Auth. niſi rogati, in 2. not.* vbi etiam Caſtr. & Salic. *C. ad Trebell.* Bart. *in dicto §. ſed & hoc præſenti*, Natt. *d. conſ.* 296. *num.* 1. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 29. Rot. apud Farin. *deciſ. recent.* 130. *num. 2. lib.* 1. Menoch. *conſ.* 555. *num.* 7. Maſtrill. *deciſ.* 153. *num.* 24. Marant. *d. reſp.* 1. *num.* 101. *part.* 3.

Non obſtat, quod dos non poſſit dari pro matrimonio ſpirituali ſine labe ſimoniæ, quia reſpondeo neque dari poſſe pro matrimonio carnali, quatenus eſt Sacramentum; ſed ſicut in hoc datur dos ad ſuſtinenda onera matrimonij, ſic in matrimonio ſpirituali non datur pro ingreſſu Religionis, ſed pro alimentis ipſius ingredien-
tis, & pro ſuffragio vitæ, vt ſeruat generalis conſuetudo; 33
& ideò licitè datur, vt poſt Bart. & Bald. *in Auth. res quæ, C. comm. de legat.* Natt. *d. conſ.* 296. *num.* 3. *verſ. & ſubdit.* Soc. *conſ.* 222. *in fin. lib.* 2. Giouag. *d. conſilio* 56. *num.* 34. 35. latiſſimè Tambur. *de iur. Abbatiſſ. diſp. 5. quæſt. 3. per totam*, vbi plurimos congerit, & teſtatur id haberi ex communi vſu, & conſuetudine Eccleſiæ.

Non obſtat, quod ſecundùm communem vſum loquendi neque dos, neque matrimonium dicatur, quod celebratur per ingreſſum Religionis; & tamen verba de-
bent accipi ſecundùm communem vſum loquendi, ad tex- 34
tum *in l. Labeo, ff. de ſuppellect. leg.*

Nam reſpondeo, quod imò etiam dos, quæ datur Moniali, dicitur dos vulgariter, & ſecundùm communem
vſum loquendi, vt docet experientia, vt ex Bart. *in d. l.* 1. 35
*§. ſi vel parens*, dixit Natt. *d. conſ.* 296. *num.* 3. & Nathan. *de ſtatut. fœm. excl. q. 2. princ. n.* 57. Giouagn. *d. conſ.* 54. *n.* 22. *lib.* 1. vbi docet etiam ſub nomine matrimonij venire etiam matrimonium ſpirituale, vt tradit etiam Marant. *d. reſp.* 1. *n.* 101.

Deinde reſpondetur communem vſum loquendi non facere coniecturam aliquam voluntatis teſtatoris, quando
alia fortior præſumptio repugnat, ex *leg. ſi ſeruus plurium,* 36
*§. vlt. de leg.* 1. ſic in terminis Menoch. *lib. 5. præſ.* 148. *num.* 14. Sed ſic eſt, quod hîc repugnat fortior coniectura voluntatis teſtatoris, quæ eſt, quod ſi teſtator cogitaſſet de ingreſſu Religionis, idem ſtatuiſſet, quod fecit de matrimonio carnali, propter fauorem Religionis, *ex d.*
*§. ſed & hoc præſenti, in Auth. de Sanctiſſ. Epiſc.* Caſtr. *in* 37
*d. Auth. niſi rogati, num. 3. C. ad Trebell.* Corn. *conſ.* 253. *num. 6. verſ. Hanc etiam, lib.* 4. Dec. *conſ.* 259. *ſub num.* 4. *verſ. Et ideò*, Mantic. *d. tit.* 18. *num.* 29. Farin. *d. deciſ.* 130. *num. 6. part.* 1. Giouagn. *d. conſ.* 50. *num.* 59. & *conſ.* 57. *num.* 65. & ita in terminis reſpondet Menoch. *d. præſ.* 148. *num.* 14. *verſ. Porrò, lib.* 5. & ita dicendum eſt tum fauore dotis, tum fauore Religionis, cui maximè debetur fauor, ex *l. ſunt perſonæ, in fin. de relig. & ſumpt. fun. l. Titia, §. Seio, de aur. & arg. legat.* Farin. *d. deciſ.* 130. *num. 6. in fin.*

Non



Non obſtat diuerſam eſſe rationem inter caſum dicti §. *ſed hoc præſenti*, quod loquitur in caſu, quando relictum eſt perſonæ certæ ſub nuptiarum conditione; quia tunc ſi illa Monaſterium ingreditur, non poteſt legatum in ſpecifica forma impleri, ſi alteri tribuatur, quæ nubere velit; & ideò non eſt mirum, ſi ius præſumat teſtatorem voluiſſe illi legare, etiam caſu quo ingrederetur Religionem, ſecus eſt quando legatur incertis perſonis matrimonio
38 collocandis, quia poteſt tunc legatum impleri in vera, & propria forma, tribuendo legatum puellis carnale matrimonium contrahentibus, ita Sanch. *d. lib. 1. diſp. 33. n. 32. verſ. Et confirmatur.*

Nam reſpondetur nullam eſſe differentiam inter vtrumque caſum, quia etiam ſecundùm ius naturale certum eſt in omni legato conditionali, ſiue relinquatur certæ perſonæ, ſiue indefinitè, vt non debeatur, niſi verificata
39 conditione in forma ſpecifica, *l. Mænius, & leg. qui hæredi, in princ. de cond. & dem.* & ideò ſicut debetur intranti Religionem in primo caſu, ita in ſecundo: & ratio eſt, quia ſemper poteſt dici, quod propter ingreſſum Religionis conditio illa, *Si nupſerit*, impleatur in forma ſpecifi-
40 ca; ille enim nubere dicitur, qui nubit in Chriſto, ex D. Paul. *ad Timoth. ep. 1. cap. 5. & cap. quæ Chriſto, & cap. hi igitur*, 16. *quæſt.* 1. Bald. *in d. Auth. niſi rogati, in princip.* ſic reſpondet Natt. *d. conſ.* 296. *num.* 1. pulchrè Pont. *de Matrimon. lib. 3. cap. 7. num.* 11. Dian. *mor. part. 5. tract. 14. miſc. 2. reſol. 35. ſub verſ. Sed ego:* & ad rem Farin. *d. deciſ. rec.* 130. *num. 1. p.* 1. Mantic. *d. n.* 49. Giouagn. *d. conſ.* 57. *num.* 62. qui omnes probant hanc conditionem nubendi impleri per ingreſſum Religionis: ergo ſi executor legati
41 pro maritandis puellis illud tradat virgini Monaſterium intranti cum profeſſione, dicetur nihilominus conditionem impleuiſſe in forma ſpecifica, quia hic caſus includitur ſub illo, Farin. *d. deciſ.* 130. *num.* 1. Marant. *d. reſp.* 1. *num.* 101. & ſic non eſt opus diſpenſatione Epiſcopi, vel Pontificis, quia vtrumque comprehenditur ſub verbo legati.

Non obſtat alia ratio deducta *ex d. §. Sed & hoc præſenti*, quia loquitur in caſu, quando alicui certæ perſonæ relinquitur ſub conditione nuptiarum, vt illud aſſequatur etiam in caſu ingreſſus Religionis; nam hæc diſpoſitio eſt exorbitans à iure communi volente conditiones in vera, & ſpecifica forma impleri, non in ficta; ideò non eſt trahenda ad alios caſus, quando incertæ perſonæ maritandæ fit legatum: ſic conſiderat Sanchez *de matrim. d. lib. 1. diſp. 33. n.* 32.

Sed reſpondetur primò non eſſe certum, quod textus ille loquatur de legato facto certæ perſonæ, tum ex verbis, tum ex ratione, & ideò hoc meliùs eſt probandum: ſecundò reſpondetur, non dici legem particularem, quæ habet rationem generalem, quia vbi ratio legis, vel Ca-
42 nonis eſt amplior dicto, ſeu diſpoſito, tunc ad amplitudinem rationis extenditur ipſa diſpoſitio, per textum *in l. nomen debitoris, §. fin. de leg. 3. l. regula, §. fin.* vbi Bart. & Bald. *de iur. & fact. ignor. l. 2. §. ſi mater, verſ. quid ſi curatores*, & *verſ. quid ſi deceſſerint, ff. ad Tertyll.* quod adeò verum eſt, vt ad hunc finem, ſi vnica tantùm ratio aſſi-
43 gnari poteſt, etiamſi non ſit expreſſa in lege, adhuc habeatur pro expreſſa, Bald. & Imol. *in l. fin. ff. de hær. inſt.* Bald. & Caſtr. *in l. maximum vitium, C. de liber. præt.* Sed ratio dicti §. *Sed hoc præſenti*, non fundatur ſuper certitudine perſonæ, cui legatur, ſed in fauore Religionis, cuius cauſâ dos, & matrimonium dicitur etiam ſpirituale, quod contrahitur per ingreſſum Religionis, vt iam probatum eſt, & dixit Menoch. *d. præſ.* 148. *num.* 8. 9. 10. quæ ratio cùm poſſit adaptari tam in legato certæ perſonæ, quàm incertæ, quia ſemper concurrit idem fauor Religionis, & vitæ contemplatiuæ: ergo in vtroque caſu idem legi locus eſſe debet, & ſic poterit legatum pro maritandis etiam dari puellæ Religionem ingredienti: ſiquidem teſtator, cùm pro matrimonio puellis iungendis bona ſua diſtribui mandauit, ad Deum reſpectum habuiſſe potiſſimè videtur, Marant. *reſp.* 87. *numer.* 13. *part.* 3.

Et dato etiam, quod iſti caſus eſſent aliquo modo diuerſi, ſunt tamen ita ſimiles, & vicini, vt parum inter ſe diſtare videantur, quia vt vidimus, æquiparantur matrimonium carnale, & ſpirituale. Natt. *d. conſ.* 295. *num.* 3. Marant. *reſp.* 56. *n.* 4. *part.* 3. quo ſtante executores teſtamenti poterunt vtrumque caſum amplecti, tanquam vicinum mandato, quia actus contiguus, vel vicinus man-
dato non dicitur contra, vel præter mandatum: ita ſin- 44
gulariter Hoſt. communiter receptus *in cap. cauſam quæ*, vbi latè Felin. *de re iudic.* Iaſ. *in l. ſi procurator, C. de procur.* per *l. iam tamen, §. in hoc, in fin. ff. iud. ſolu.* benè Crauet. *conſ.* 748. *n.* 16. Euer. *loco à ratione legis larg. n.* 13. Tuſch. *littera M, concluſ.* 40. *n.* 33. Mar. Anton. *var. reſol. lib. 2. reſ.* 25. *num.* 3.

Non obſtat illa concluſio, quod poſſit teſtator legare puellæ mille, ſi maritabitur, & quingenta, ſi monachabitur, & valet legatum, ex Bald. *in d. Auth. niſi rogati, num. 11. C. ad Trebell.* Nam reſpondetur hanc controuer-
ſiam parum huc ſpectare, quia in hoc caſu verſamur in 45
certitudine mentis teſtatoris; ſed quia eſt quæſtio brocardica, non poteſt ſuper ea fieri fundamentum ad aliam quæſtionem decidendam, ſiquidem plerique alij cenſuerunt verius eſſe, & receptius, quod imò hæc puella ingrediens Monaſterium poſſit habere illa mille, quia conditio alia, *Si monachabitur, habeat tantùm quingenta*, non valet, & habetur pro non ſcripta, quia eſt impeditiua Religionis, & vitæ contemplatiuæ, vt docet Bart. *in l. fin. ff. de his, quæ pœn. cauſ.* vbi Alex. & Richard, ac Alber. *in d. l. Deo nobis, C. de Epiſc. & Cler.* Sylueſt. *verb. hæreditas*, 4. §. 13. & *§. legatum*, 1. *num.* 13. Bonac. *de contractib. diſp. 3. quæſt. 1. part. 4. num. 10. verſ. Ratio eſt.* Rebell. *de oblig. inſt. lib. 18. quæſt. 16. num. 3. verſ. Si item*, Alex. *conſil.* 121. *per totum, lib.* 2. & de veriori, & magis communi teſtatur Iaſ. *in Auth. ſi qua mulier, num.* 9. & *num. 14. C. de ſacroſ. Eccl.* Dec. *conſ.* 674. *in princ.* vbi de communi. Pariſ. *conſ.* 62. *num. 6. lib.* 3. de magis communi Capyc. *deciſ.* 204. Ruin. *conſ.* 98. *num.* 14. *& per totum, lib.* 2. de communi Soc. Iun. *conſ.* 160. *numer.* 68. *lib.* 2. Curt. Iun. *conſ.* 193. *num.* 28. Rol. *conſ.* 36. *num.* 17. *lib.* 3. latiſſimè Craſſ. *ſent. lib. 1. verb. legatum, quæſt.* 50. *num. 12. verſic. Sed contrariam*, vbi plurimos congerit de communi teſtantes: ſic etiam Tuſch. *littera M, concl.* 120. *num.* 31. vbi ſæpè de magis communi; pulchrè etiam Surd. *conſ.* 192. *num.* 20. vbi teſtatur de communi. Dec. *conſil. 5. num. 3. lib.* 3. qui dicit etiam in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum ab hac ſententia; latiſſimè Carol. Graſſ. *de eff. Cler. in prælud. num* 404. vbi infinitos congerit, & de magis communi teſtatur, latiſſimè Boſſius *d. cap.* 11. *num.* 700. *& ſeqq.* vbi reſpondet omnibus.

Et ſanè hæc ſententia mihi placeret, niſi conſuetudo, & obſeruantia fundata in naturali æquitate, vt nihil capiamus contra voluntatem teſtatoris, niſi in caſibus à iure expreſſis, alteram ſententiam fuiſſet amplexa, vt virgo, cui mille relicta ſunt, ſi maritabitur, & quingenta, ſi monachabitur, non habeat niſi illa quingenta ingrediendo Religionem, dummodò illa ſufficiant pro ingreſſu Religionis, iuxta morem aliarum puellarum, quæ Moniales fiunt; ceſſat enim hoc caſu diſpoſitio *dict. §. Sed & hoc præſenti*, quod fundatur in eo, quia teſtator non cenſetur cogitaſſe de ingreſſu Religionis, & ideò præſumitur, quod ſi cogitaſſet, ſimiliter voluiſſet Monaſterium ſuccedere, vt declarat Caſtr. *in d. Auth. niſi rogati, num. 3. 6. C. ad Trebell.* Alexand. *conſ.* 121. *numer.* 12. *verſ. prætereà, lib.* 2. non ſic eſt in caſu noſtro, vbi manifeſtum eſt, quod teſtator voluit puellam habere mille, ſi nupſerit; & quingenta, ſi Monialis erit; & ſic ſeruanda eſt voluntas teſtatoris expreſſa, *§. diſponat, in Authent. de nupt.* ideò conſuetudo, & obſeruantia fundata in æquitate naturali ita ſeruat, ſecundùm Bald. *in d. Auth.*



 *niſi*

niſi rogati, num.11. Sanchez de matrim. lib.1.diſp.34.n.13.
Molin. diſp.277. & Leſſius lib.2.cap.18. dub.15. ad fin.
Homobon. de exam. Eccleſ.p.3. tract.15. cap.8. in reſol.2.
quæſt. fol.365. Peregr. de fideicom. art.28. n. 73. latiſſimè
Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.11. tit.18. num.32.verſ. Sed
contrariam, & num.33.34. & ſeqq. vbi reſoluit omnia,
probans non eſſe recedendum ab eo, quod in quotidiano
vſu verſatur. Menoch. conſ.169. num.18. lib.2. vbi quod
ita ſeruatur per totam Italiam. Rim. Iun. conſ.296. n.22.
Iaſ. conſ.43. col.4. in fin. lib.3. vbi quod conſuetudo to-
tius mundi ita ſeruat: pulchrè Barboſ. de off. Epiſc.
part.3. alleg.83. num.28. verſ. Secundò verò, latè Cancer.
var. reſol. lib.1. cap.24. num.20. verſic. contrarium; & ſic
46 etiam docet Layman. mor. lib.3. tract.5. cap.10. num.12.
& latiùs Galganet. de condit. & dem. part.1. cap.8. n.45.
& ſeqq. vbi reſpondet ad omnia, Trullench. mor. tom.2.
lib.7.cap.16.dub.9.num.22. ad medium, teſtans hanc opi-
nionem eſſe probabilem, & ſecuram, & magis commu-
nem; & ita ſentire etiam videtur Rot. Rom. vt apud
Giouagn. conſil.56. num.33. 45. lib.1. & latè in puncto
Rot. apud Farin. deciſ. recent.480. per totam, part. 2. vbi
quod communis obſeruantia totius mundi ita ſeruat, &
reddit rationes, niſi conſtaret in odium Monaſterij, vel
Religionis appoſitam fuiſſe illam conditionem, Si Mo-
nachus, vel Presbyter non fiet; quia tunc conditio tan-
quam improba reiicitur, & pro non ſcripta habetur, ſed
legatum integrè debetur, l. conditione, ff. de cond. & dem.
Abb. in cap. in præſentia, num.42. vbi DD. de probat. vbi
etiam Dec. num.57.58. Felin. num.66. Peregr. de fideicom.
art.28.num.75. Rot. d. deciſ.480.n.9. Barboſ. de off. Epiſc.
p.3.alleg.83.num.28. Homobon. de exam. Eccl.p.3.tract.15.
cap.8. in reſol.2. verſ. Quandoquidem, fol. 365. vbi ita
diſtinguit.

Admiſſa ergo etiam ſententia Baldi pro vera, nihil fe-
rit caſum noſtrum, qui fundatur in mente veriſimili, &
præſumpta teſtatoris; illa verò non admittit voluntatis
quæſtionem, cùm certi ſimus, quod voluerit teſtator:
ſic etiam in caſu noſtro, ſi ſaltem per coniecturas appa-
reret, quod teſtator noluerit intelligere, niſi de matri-
monio carnali, tunc legatum non poterit applicari Mona-
ſterium ingredienti: ita Mantic. de coniect. vlt. vol.lib.11.
47 tit.18. num.19. verſ. Quo autem, Menoch. conſ.556. lib.6.
& præſ. 148. num.16. lib.5. pulchrè Giouagn. conſ. 56.
num.7. Cancer. var. reſol.lib.1.cap.24.num.21. vbi reſoluit
omnia.

Hinc ſatis defenſata remanet illa ſententia valdè com-
munis, quod legatum factum tam perſonis certis, quàm
incertis pro dote, vel matrimonio, deberi puellæ, etiam
Monaſterium intranti ſine vlla differentia, quia ſemper
eadem eſt ratio, vt per Natt. d. conſ.296. num. 3. Pont.
de matrim. d. lib.3. cap.7. num.11. Dian. d. reſol.35. verſ.
Sed ego, ita vt executores teſtamentarij, ſeu datiui, & le-
gitimi poſſint vtriſque applicare pro libito ſuæ volunta-
tis; & ſi fortè non adſint fœminæ maritandæ, tenebun-
tur applicare Religionem intrantibus: & ego vidi id
communiter obſeruari, vt huiuſmodi legata paſſim ab
executoribus dentur, tam nupturis, quàm Religionem
profeſſuris; prout etiam id obſeruari in praxi teſtatur
Homobon. de exam. Eccl. part.3. tract.15. cap.8. in 2.
quæſt. conſectaria, in fin. fol. 356. & ſi dubium aliquod
oriatur, recurrendum eſt ad Ordinarium, cuius inter-
pretationi erit ſtandum, quia Epiſcopus eſt ordinarius
48 piarum diſpoſitionum executor. Concilium Trid. ſeſſ.22.
cap.8. de reform. & caſu quo vſus legati non poſſet adim-
pleri, vt relictum eſt, Epiſcopus poteſt quæcumque le-
gata pia in alios vſus pios conuertere, vt per Guid.Pap.
49 deciſ.556. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ.558. verſ. Prima,
part.3. Monet. de com. vlt. vol.cap.5.num.322. Barb. de off.
Epiſc. part.3. alleg.83. num.8. & ad Concil. Trid. ſeſſ. 22.
cap.6. num.4. de reform. Et ad ipſum ſpectat iuris dubia
declarare, quia eſt legitimus Iudex omnium quæſtio-
num in ſua Diœceſi occurrentium in prima inſtantia,
cap. cauſæ omnes, 20. ſeſſ.24. de reform. in Conc. Trid. Benè
verum eſt, quod ſi legatum pium poteſt benè adimpleri
in ſua forma, non poteſt ab Epiſcopo commutari etiam 50
ad alios pios vſus. Clem. quia contingit, de relig. dom.
latè Barboſ. d. alleg.83. num.1. & nota, quod quando
data eſt dos ingredienti Religionem, oportebit non ſo-
lùm dare dotem, ſed etiam ſolita accretio, & regalia
neceſſaria pro ingreſſione in Monaſterium, & profeſ-
ſione, quia ſunt dotis appendices. Gratian. diſc. 498.
numer. 5. Rot. diuerſ. deciſ. 56.1.2. part.1. Ludouiſ. de-
ciſ.80.num.7.11. Rota apud Rubeum deciſ.30.num.27.28.
part.3.

Benè verum eſt, quod ſi teſtator negatiuè locutus fuiſ-
ſet, putà legando centum Caiæ, ſi non nupſerit, tunc 51
hæc conditio intelligitur de matrimonio carnali, non
ſpirituali; & ideò impletá erit conditio per ingreſſum
Religionis. Ita gloſſa in l. mulieri, & Titio, de cond. &
demonſtr. & in Auth. cui relictum, C. de indict. vid. tollend.
Comer. in d. l. mulieri, num.2. vbi Soc. num.12. & Bald.
Nouell. in tract. de dot. priuil.72.num.2. verſ. Quia reſpon-
detur. Menoch. d. præſ.148. num.6. Galganet. de condit.
part.1. cap.8. num.38. & Boſſ. d. cap.11. num.630. Man-
tic. d. tit.18. num.29. verſ. Sed notandum, apud quos
cætera videbis in hac materia diſcuſſa, in qua pro coro-
nide nota, quod vice verſa ſi alicui fuerit legatum fa- 52
ctum, ſi Religionem ingrediatur, vel Presbyter fiat, ſi
fortè nubat carnaliter, non conſequetur legatum, vt
per Couar. var. reſol. lib.1. cap.19. num.10. verſ. Non ta-
men erit, quæ tamen diximus de ingreſſu Religionis, pro-
cedunt etiamſi mulier non efficiatur Monialis in Mona-
ſterio clauſtrato; nam ſi efficeretur Terriaria alicuius
Religionis, adhuc poterit conſequi legatum pro nuptiis,
vel pro matrimonio factum; ad rem Gabriel comm. concl.
lib.4. tit. de legat. concl. 2. num.2. Cancell. Polit. de ſubſt. 53
part.6. num.3. Caualc. deciſ.1. num.10. lib.3. Capyc. de-
ciſ.115. num.9. Intrigl. deciſ.30. num.5. videndus Carol.
Graſſ. de eff. cler. in prælud. num. 405. in fin. Homobon.
de exam. Eccl. part.3. tract. 15. cap. 8. in reſol.2. quæſt.
fol.365.

## CAPVT CCXIX.

### Epitome.

Fideicommiſſum quomodo reſultet ex prohibitione de non alienando, propter conſeruationem familiæ, & quia bona peruenire debeant ad poſteros domus.

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum conditionale quomodo purificetur.*
2 *Subſtitutio reciproca,* Si ſine filiis, *expirat filiis ſuperſtitibus, licèt poſteà deficientibus.*
3 *Probibitio alienationis extinguitur cum fideicommiſſo.*
4 *Alienationis probibitio acceſſoria ad fideicommiſſum illud non ampliat.*
5 *Subſtitutio ſecunda ob probibitionem alienationis ceſſat deficiente prima fideicommiſſaria.*
6 *Præceptum de non alienando nondum eſt inualidum.*
7 *Alienandi probibitio quomodo validetur.*
8 *Alienandi probibitio non inducit fideicommiſſum, niſi in caſu contrafactionis.*
9 *Alienata poſſunt reuocare ſolùm nati tempore alienationis ob fideicommiſſum.*
10 *Reciproca fideicommiſſa, vt inducantur, quid requiritur.*





11 *Reciproca ſubſtitutio non extenditur ad aliam lineam.*
12 *Fideicommiſſum non poteſt dici inductum de linea ad linam ex ratione conſeruandi bona in familia.*
13 *Probibitio alienandi perſonalis non extenditur ad aliàs perſonas.*
14 *Subſtitutio cenſetur facta hæredibus quoad hæredes, & legatariis quoad legatarios.*
15 *Subſtitutio reciproca non inducitur, niſi inter copulatiuè vocatos.*
16 *Clauſula,* Quod ſit tacitus, & contentus, *excludit à fideicommiſſo.*
17 *Clauſula,* Quod nihil plus petere poſſit, *non excludit à fideicommiſſo conditionali, & quando.*
18 *Fideicommiſſum ob probibitionem alienationis non excedit quartam generationem.*
19 *Tranſactio ſuper bonis fideicommiſſi valet.*
20 *Hæres non poteſt contrauenire facto defuncti.*
21 *Fideicommiſſum præſcribitur ſpatio triginta annorum.*
22 *Poſteri, & deſcendentes ſunt nomen collectiuum comprehendens etiam naſcituros in perpetuum.*
23 *Poſterorum appellatione qui veniant.*
24 *Verbum,* Poſteri, *vel* deſcendentes, *quos comprehendat.*
25 *Verbum,* Poſteros, *eſt latiùs, quàm* Deſcendentes.
26 *Poſteris vocatis omnes etiam naſcituri veniunt ordine ſucceſſiuo.*
27 *Familiæ, vel domus appellatio, quando contentiuè intelligatur.*
28 *Alienare probibitus non poteſt transferre dominum.*
29 *Verbum,* Volo, *inducit fideicommiſſum.*
30 *Verbum,* Intendat, *inducit fideicommiſſum.*
31 *Verbum,* Peruenire, *poteſt inducere fideicommiſſum.*
32 *Fideicommiſſum abſolutum inducitur ex probibitione alienationis cum ratione, & quomodo.*
33 *Probibitio alienationis ratione veſtita, eſt valida.*
34 *Fideicommiſſum ſimplex quomodo inducatur ex probibitione alienationis valida.*
35 *Alienationis probibitio conſequutiuè ad ſubſtitutiones non extendit fideicommiſſum.*
36 *Probibitio alienationis quando correſpectiua ſit ad fideicommiſſum.*
37 *Alienationis probibitio quando ſtet conſequutiuè ad fideicommiſſum, vel non.*
38 *Fideicommiſſum nouum quando cenſeatur inductum ex alienationis probibitione.*
39 *Fideicommiſſum nouum quomodo inducatur.*
40 *Verbum,* Inſuper, *venit continuatiuè, ſed addendo.*
41 *Dictio,* Inſuper, *non contentatur Superioribus.*
42 *Verbum,* Inſuper, *aliquid diuerſum nobis ſemper affert.*
43 *Dictio,* Inſuper, *quid importet.*
44 *Probibitio alienationis non dicitur facta continuatiuè, quando adeſt dictio,* Inſuper.
45 *Fideicommiſſum factum,* Si ſine filiis, *expirat, ſi grauatus moriatur cum filiis, licèt poſteà decedant.*
46 *Fideicommiſſum ſucceſſiuum quando inducatur probibita alienatione extra familiam.*
47 *Alienationis probibitio perſonalis non extenditur ad filios.*
48 *Alienante probibito alienare, venit caſus fideicommiſſi ob contrauentionem.*
49 *Probibitio alienationis perſonalis extenditur propter rationem generalem.*
50 *Fideicommiſſa ex ratione ſunt amplianda.*
51 *Alienationis probibitio quando non extendat fideicommiſſum.*
52 *Qui vult conſequens, vult etiam antecededens.*
53 *Probibitio alienationis quando dicatur realis, vel perſonalis.*



54 *Alienationis probibitio quando efficiat fideicommiſſum reale.*
55 *Fideicommiſſarius poteſt auocare bona alienata à quocunque.*
56 *Alienatio ſi nulla, bona à tertiis poſſeſſoribus poſſunt auocari, & auferri.*
57 *Probibita alienatione intelligitur tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato.*
58 *Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum quando cenſeatur inductum ob mentionem maſculorum.*
59 *Fideicommiſſum ſucceſſiuum quando inducatur vocatis deſcendentibus maſculis.*
60 *Reciproca ſubſtitutio vt inducatur, quid requiritur.*
61 *Fideicommiſſum reciprocum, & perpetuum inter maſculos vnius lineæ ad alium quomodò inducatur.*
62 *Bona conſeruari in familia non poſſunt, niſi tranſeant de vno ad alium.*
63 *Linea vna durante maſculorum, non admittuntur illi alterius lineæ.*
64 *Fideicommiſſum domus poſſunt petere omnes de familia ſucceſſiuè.*
65 *Familiæ omnes maſculi poſſunt auocare alienata propter fideicommiſſum.*
66 *Fideicommiſſo ob contrauentionem locus eſt omninò, ſequuta alienatione extra familiam.*
67 *Fideicommiſſum ad fauorem familiæ quando dicatur inductum.*
68 *Fideicommiſſi bona, etiam poſteà nati poſſunt reuocare.*
69 *Alienans, vel conſentiens non poteſt præiudicare poſteà natis.*
70 *Alienationis probibitio, quando excedat quartam generationem.*
71 *Deſcendentes in infinitum vocati cenſentur etiam vltra quartum gradum, & quando.*
72 *Deſcendentes, vel poſteri nomen comprehendit omnes naſcituros in infinitum.*
73 *Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet ea æqualiter determinare.*
74 *Subſtitutio quomodo facta eſſe cenſeatur in vna linea, & alia.*
75 *Clauſula, quod quis ſit tacitus, & contentus re legata, quomodo intelligatur.*
76 *Legatum cenſetur factum animo compenſandi ob clauſulam, quod ſit tacitus legato.*
77 *Clauſula,* Ne plus peti poſſit, *refertur tantùm ad vniformia.*
78 *Clauſula, quod quis ſit tacitus re legata, non refertur ad ea, quæ ſub conditione debentur.*
79 *Dubia res dici non poteſt, quæ à iure deciditur.*
80 *Probibitio perſonalis non extenditur ad deſcendentes.*
81 *Radice ex infecta deſcendens quando excludatur, vel non.*
82 *Meliùs eſt verba nihil operari, quàm quod abſurdum ſequatur.*
83 *Clauſula, quod quis ſit tacitus, & contentus re legata, intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
84 *Præſcriptio eſt præſidium iniquiſſimum.*
85 *Bona fideicommiſſi non poſſunt præſcribi ante euentum conditionis.*
86 *Bona fideicommiſſi præſcribuntur longiſſimo tempore.*
87 *Præſcribi non poſſunt vllo tempore bona fideicommiſſi contra non valentem agere.*
88 *Reuocare bona fideicommiſſi alienata poteſt ſolùm proximior.*
89 *Præſcriptio non currit nondum natis, nec agere non valentibus.*
90 *Fideicommiſſi bona vt non præſcribantur, quid requiritur.*

91 *Præſcriptio decurſa contra patrem non nocet filiis in fideicommiſſis.*

92 *Præſcriptio centum, vel mille annorum, quando non habeat locum.*

93 *Præſcriptio non currit contra ignorantem.*

94 *Poſterorum conditio non poteſt lædi à viuentibus in fideicommiſſis.*

95 *Fideicommiſſi bona emens ſcienter non habet actionem, niſi ad pretium recuperandum.*

96 *Præſcriptio bonorum fideicommiſſi etiam longiſſima requirit bonam fidem.*

97 *Præſcriptioni longiſſimi temporis ſemper ineſt bona fides præſumpta.*

98 *Bona fides quando non ſit probanda.*

99 *Mala fides vera nunquam poteſt purgari.*

100 *Mala fides vera oritur ex ſcientia iuris alieni.*

101 *Præſcriptionem hæres non poteſt incboare ex perſona ſua, & quando.*

102 *Alienare non valens, nec poteſt alienationi conſentire.*

103 *Alienantes bona fideicommiſſi non poſſunt præiudicare naſcituris.*

104 *Tranſactio ſuper bonis fideicommiſſi non valet, niſi adſit dubius litis euentus.*

105 *Tranſactio in fideicommiſſis non valet in præiudicium poſterorum.*

106 *Hæres patris non poteſt eius facto contrauenire.*

107 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij poteſt contrauenire facto defuncti, & quomodo.*

108 *Hæres cum Inuentario quomodo teneatur ex facto defuncti.*

109 *Actio omnis præſcribitur ſpatio 30. vel 40. annorum.*

110 *Tranſactionis validitas requirit dubium litis euentum æqualem hinc inde.*

111 *Tranſactio eſt nulla ob enormiſſimam læſionem.*

112 *Tranſactio in fideicommiſſis, & aliis reſcinditur ſemper ob enormiſſimam læſionem.*

113 *Læſionis enormiſſimæ effectus.*

114 *Dolus re ipſa æquiparatur dolo ex propoſito.*

115 *Dolo exiſtente poteſt reſcindi omnis contractus.*

116 *Bona fideicommiſſi debent reſtitui etiam à tertio poſſeſſore.*

117 *Actus impugnatus non debet impugnanti prodeſſe.*

118 *Acta in vno iudicio probant in alio contra quoſcunque, quando quæritur ſolùm, an quid factum ſit.*

119 *Fideicommiſſum abſolutum reſultat ex probitione alienationis fauore familiæ.*

120 *Fideicommiſſum reſultat abſolutum, vbi ſine eo bona non poſſunt conſeruari in familia maſculina.*

121 *Fideicommiſſum fauore familiæ tranſit etiam ad tranſuerſales.*

122 *Prohibitio alienationis nuda à cauſa eſt inualida.*

123 *Prohibitio alienationis facta hæredibus inuicem ſubſtitutis eſt valida.*

124 *Prohibitio alienationis valida, adiecta cauſa importat fideicommiſſum abſolutum.*

125 *Alienationis prohibitione valida ratione addita conſeruandi familiam, inducitur abſolutum fideicommiſſum.*

126 *Prohibitioni alienationis validitas quomodo addatur.*

127 *Fideicommiſſum in caſu alienationis quomodo inducatur.*

128 *Fideicommiſſum ſimplex etiam in caſu mortis quomodo inducatur ex prohibitione alienationis.*

129 *Fideicommiſſum relictum ſub conditione*, ſi ſine filiis, *quando expiret ſecundum conſilium Oldradi 21.*

130 *Fideicommiſſum perpetuum ordine ſucceſſiuo quando inductum cenſeatur ex coniecturis.*

131 *Prohibitio alienationis acceſſoria ad præcedentem ſubſtitutionem non inducit nouum fideicommiſſum.*

132 *Prohibitio alienationis conſequutiua declarat ſaltem mentem teſtantis.*

133 *Prohibitio alienationis cum ratione domus illatiuè non inducit nouum fideicommiſſum.*

134 *Alienationis prohibitio pro familia per modum cauſæ inducit nouum, & perpetuum fideicommiſſum.*

135 *Prohibitio alienationis ſtans per ſe cum cauſa familiæ conſeruandæ inducit nouum fideicommiſſum.*

136 *Fideicommiſſum perpetuum quando inducatur ex prohibitione alienationis.*

137 *Dictio*, Inſuper, *cadit inter diuerſa.*

138 *Dictio*, Inſuper, *quid importet.*

139 *Prohibitio alienationis cum cauſa quando dicatur ſtare per ſe, & principaliter.*

140 *Prohibitio alienationis continens diuerſas perſonas, non dicitur acceſſoria ad præcedentia.*

141 *Prohibitio alienationis ſtatim ſequens an dicatur acceſſoria ad præcedentem ſubſtitutionem.*

142 *Alienata bona contra prohibitionem teſtatoris poſſunt reuocari ab omnibus de familia ſucceſſiuè.*

143 *Alienata reuocat proximior de familia.*

144 *Alienata extra familiam proximiore negligente, cæteri poſſunt reuocare.*

145 *Fideicommiſſo res ſubiectæ alienari non poſſunt.*

146 *Bona fideicommiſſi non poſſunt alienari etiam ceſſante prohibitione teſtatoris.*

147 *Prohibitio expreſſa teſtatoris quando faciat ceſſare prohibitionem legis.*

148 *Prouiſio hominis quando faciat ceſſare prouiſionem legis.*

149 *Prohibitio alienationis alicui nominatim facta, an extendatur ad alios ex ratione generali.*

150 *Prohibitio alienationis perſonalis non extenditur.*

151 *Alienationis prohibitio extenditur, ſi commodè reſtringi non poteſt.*

152 *Fideicommiſſum dicitur perpetuum ob vocationem poſterorum maſculorum.*

153 *Prohibitio alienationis quando ſit realis, & faciat fideicommiſſum reale.*

154 *Alienationi conſentiens, an præiudicet aliis, maximè nondum natis.*

155 *Alienationi conſentiens ſi non recuperat, alij poſſunt recuperare alienata.*

156 *Dictio*, Poſteros, *denotat perpetuitatem, & continet deſcendentes in infinitum.*

157 *Fideicommiſſum familiæ in perpetuum non excedit quartam generationem.*

158 *Generationis gradus computatur ſecundùm ius Canonicum in fideicommiſſis familiæ.*

159 *Generationis gradus in fideicommiſſis computatur à perſona probibiti alienare, & quomodo.*

160 *Fideicommiſſum ſimplex, vel familiæ an reſtringatur ad quartam generationem.*

161 *Legatarius, & hæres an concurrant in fideicommiſſo.*

162 *Legatarius quando comprehendatur in ſubſtitutione hæredum.*

163 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia, debet ea æqualiter determinare.*

164 *Argumentum à ſubſtitutione vulgari ad fideicommiſſariam non tenet.*

165 *Coniunctus in fideicommiſſis priùs admittitur, & poſteà alij.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

De anno 1505. die 8. Maij M.R.D. Paulus Caſellius Canonicus Cathedralis Regij ſuum condidit teſtamentum, in quo inter cætera reliquit Ludouico eius nepoti ex Ioanne fratre, prædium ſitum in pendicibus Ciuitatis Regij in loco dicto *al Campazzo*, intra ſuos confines. Item legauit Petro Ioanni eius nepoti ex Ioanne Iacobo ipſius etiam fratre domum, & vineam ipſius teſtatoris ſitam in vrbe, & alia, mandans, quod prædicti Ludouicus, & Petrus Ioannes eius nepotes debeant ſtare contenti de prædictis legatis, & nihil ampliùs petere, & habere poſſint in bonis, & hæreditate dicti teſtatoris.



In omnibus autem aliis, & ſingulis eius bonis mobilibus & immobilibus hæredes vniuerſales inſtituit D. Ioannem Andream Zanobium, & Ioannem Iacobum ipſius D. teſtatoris nepotes ex D. Stephano de Caſellis dicti teſtatoris fratre æqualiter, & æquis portionibus, eoſque ad inuicem ſubſtituit, ſi deceſſerint abſque filiis legitimis, & naturalibus.

Decernens inſuper, & iubens, ac mandans ipſe D. teſtator, quod nullus prædictorum Ludouici, & Petri Ioannis legatariorum, & D. Ioan. Andreæ Zanobij, & Ioan. Iacobi hæredum aliquo tempore, nec aliquo modo alienare poſſint, nec valeãt proprietatem dictorum bonorum immobilium legatorum, & relictorum, vt ſupra, & hæreditatis prædictæ in toto, nec in parte, aliqua ratione, vel cauſa, cùm velit, & intendat ipſe D. teſtator dicta eius teſtatoris bona immobilia in poſteros maſculos domus, & caſatæ ſuæ de Caſellis peruenire, vt domus, & caſata ipſorum de Caſellis conſeruentur, provt conſeruari, & manuteneri benè ſperat ipſe D. teſtator, ſi domus, poſſeſſiones, loca, & bona immobilia ipſius teſtatoris non alienabuntur per dictos legatarios, & hæredes, quibus prohibuit dictam alienationem ex cauſa prædicta.

Hactenus teſtator, quo defuncto legatarij acceptauerunt legata, & hæredes hæreditatem, qua inter eos diuiſa, vt conſtat ex inſtrumento facto die 25. Iulij 1508. obuenit dicto Zanobio prædium Gaidæ cum terris, & pertinentiis ſuis, de quo nunc inter partes controuertitur, quia fuit de iuribus hæreditatis dicti teſtatoris, vt conſtat ex tribus inſtrumentis, de quibus in proceſſu primo, *fol.* 47. 61. 64.

Poſt hæc dictus D. Zanobius cum aſſenſu Pauli eius filij, & Stephani nati ex dicto Ioan. Iacobo, minorum, cum ſolemnitatibus, & decreto iudicis conſentientium, vendidit, & pro parte permutauit prædictum prædium Gaidæ RR. Monialibus Albis Monaſterij S. Mariæ de Populo, ex inſtrumento publico, de quo in actis, & in quo fit mentio, quod prædictum prædium fuit acquiſitum à prædicto D. Paulo teſtatore, & quod prædicti Paulus, & Stephanus ſuum conſenſum præſtiterunt, non obſtante fideicommiſſo, de quo in teſtamento dicti R. D. Pauli teſtatoris, cui illi renunciauerunt, vt in primo proceſſu, *folio* 86. 87. 105. 106.

Verùm dehinc mortuis etiam dictis hæredibus, necnon & defunctis prædictis DD. Paulo, & Stephano abſque liberis, & ſic extincta linea dictorum hæredum, tunc Ludouicus Caſella nepos, & deſcendens à prædicto Ludouico, ſeu legatario mouit litem aduerſus dictas Moniales, volens ab eis auocare prædictum prædium, quaſi ad eius fauorem venerit caſus fideicommiſſi ob alienationem factam extra poſteros maſculos dictæ domus: & mortuo dicto Ludouico Andreas, & Alexander eius filij proſequuti ſunt iudicium, & obtinuerunt binas ſententias conformes ad eorum fauorem pro fideicommiſſo, & pendente appellatione in tertia inſtantia in Curia Romana, prædicti fratres de Caſellis deuenerunt ad accordium, & tranſactionem cum dictis Monialibus, & ceſſerunt liti, caſſantes ſententias prædictas, & renuntiauerunt omnia iura, quæ habebant in prædicto prædio Gaidæ, & vice verſa Moniales eis ceſſerunt iura, quæ habebant in prædio Canoli priùs ab eis dato in permutationem dicto Zanobio, & vlteriùs illæ dederunt eis ſcuta 200. vt conſtat ex inſtrumento deſuper facto de anno 1596. die 19. Septembris.

Sed defunctis etiam prædictis Andrea, & Alexandro, Ludouicus filius dicti Alexandri de anno 1638. ſub die 24. Aprilis nouam litem ſuſcitauit contra prædictas Moniales, intendens tanquam vocatus ex fideicommiſſo dicti teſtatoris ab eis auocare dictum prædium Gaidæ; cùm enim fuerit hæres dicti Alexandri eius patris cum beneficio inuentarij, recuſat ſtare tranſactioni prædictæ: contradicentibus autem Monialibus, & proteſtantibus compoſitionem prædictam non poſſe reſcindi, & negantibus veniſſe caſum fideicommiſſi, quæritur quid iuris.

Vt autem meliùs intelligatur ſpecies facti, ſequitur ſeries generationis Caſelliorum, vt infrà.

Fratres de Caſellis.

Paulus, teſtator: Ioannes: Ioannes Iacobus: Stephanus.

Nepotes.

Ludouicus, ex Ioanne fratre: Petrus Ioannes, ex Ioanne Iacobo fratre, legatarij.

Ioannes Andreas Zanobius: & Ioannes Iacobus, ex Sthephano fratre, hæredes.

Deſcendentes.

Paulus filius Zanobij, & Stephanus filius Ioannis Iacobi: Ludouicus filius Ludouici legatarij: Andreas & Alexander filij Ludouici pronepotis: Ludouicus filius Alexandri, nunc minor, & actor in cauſa.

Hinc fabricato nouo proceſſu per dictum Ludouicum
iuniorem contra dictas Moniales pro recuperatione
dicti prædij Gaidæ, & hinc inde conſulentibus primariis
Aduocatis pro negatiua, nullum ſcilicet extare fideicom-
miſſum, & Moniales eſſe abſoluendas, multæ fuerunt ad-
ductæ rationes. Nam primò animaduertendum eſſe dice- 1
batur pro parte Monialium, teſtatorem ordinaſſe fidei-
commiſſum conditionale inter hæredes ſuos, dum eos in-
uicem ſubſtituit, ſi ſine filiis decederent: & ſanè reſpectu
dicti R. D. Andreæ, qui erat Sacerdos, venit caſus ſubſti-
tutionis, quia abſque filiis deceſſit, & ſic eius portio de-
uoluta eſt ad alios cohæredes. Verùm cùm etiam dictus
Zanobius relicto poſt ſe dicto Paulo eius filio, & Ioannes
Iacobus relicto poſt ſe Stephano eius filio deceſſerint,
etiamſi dicti eorum filij mortui fuerint abſque prole, ſe-
quitur neceſſariò defeciſſe eorum reciprocam ſubſtitu- 2
tionem, & fideicommiſſum expiraſſe, ad textum *in l. filius-
familias, §. cùm quis, de leg.* 1. *l. ex facto, §. ſi quis autem, ad
Trebell. l. iubemus, §. ſin autem, C. ad Trebell.* & probat lex 1.
*C. de cond. incert.* & tradit Oldrad. *conſ.* 12. incipit: *Thema
tale eſt*, communiter receptus, & à Rota pluries canoni-
zatus, vt videre eſt apud Farinac. *deciſ. poſth.* 580. *num.* 3. &
*deciſ.* 634. *num.* 2. *part.* 2. vbi referuntur plures Rotæ deci-
ſiones: ad rem Caualer. *deciſ.* 481. *ſub num.* 2.

Nec obſtat prohibitio alienationis bonorum ſtabi-
lium dicti teſtatoris cum expreſſa ratione, cùm velit,
vel quia vult bona conſeruari in poſteros maſculos do-
mus Caſelliorum, quia hæc non ampliat, aut extendit
fideicommiſſum, ſed extincta ſubſtitutione fideicom-
miſſaria extinguitur etiam prohibitio alienationis, etiam-
ſi illi adiecta ſit illa ratio generalis, *quia volo*: ſic Dec. 3
*conſil.* 636. *num.* 6. *verſ. Sola remanet*, communiter rece-
ptus, Gabr. *conſ.* 111. *num.* 21. *lib.* 1. & *conſil.* 174. *num.* 12.
*vol.* 2. Honded. *conſil.* 78. *num.* 35. *lib.* 1. Surd. *conſil.* 448.
*num.* 10. *lib.* 3. Odd. *conſil.* 66. *num.* 44. Fuſar. *de ſubſtitution.
quæſt.* 683. *num.* 10. Marth. *de ſucceſſ. lega l. part.* 2. *quæſt.* 3.
*art.* 1. *num.* 27. 28. Cyriac. *controuerſ.* 243. *num.* 20. 21. &
*controuerſ.* 281. *num.* 51.

Cùm enim prohibitio alienationis bonorum ſtet con-
ſequutiuè, & acceſſoriè per modum continuati ſermo-
nis ad præcedentem ſubſtitutionem, & fideicommiſ-
ſum, nihil de nouo inducit. Gabr. *conſil.* 178. *ſub nume-
ro* 25. *lib.* 2. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 14. *num.* 47. *verſ.* 4
*Quamobrem*, Fuſar. *quæſt.* 683. *num.* 10. Cyriac. *controu.* 281.
*num.* 51. Cancer. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 270. *ad fin.* &
*num.* 277. latè Giouagn. *conſil.* 39. *lib.* 1. vbi etiam quod
Rota ſæpiùs ita iudicauit, vt *in vna Bononienſ. fideicom-
miſſ.* 31. *Maij* 1608. coram Coccino, & in multis aliis,
ſemper enim hæc ſecunda ſubſtitutio vigore prohibi-

tionis alienationis facta,cenſetur poſita in caſu,quo pri-
5 ma verificetur,alioquin deficiente prima deficit etiam ſecunda fideicommiſſaria, ad textum in l.ſi mater, §.1. vbi gloſſa,ff.de vulg.& pupill.& ita ſummat Ang.in l.quidam teſtamento, in 1.ſummario,ff.eod.Soc.conſil.53.num.11.lib.1. Alex.conſil.59.num.9.lib.3.Burſat.conſil.195.num.7.8.lib.1. Gozad.conſ.30.in fin.Alba conſ.1.num.9.& conſ.21.num.8. verſ.Non obſtat,Marth. dict. art.1.ſub num.29. & quæſt.4. art.9.num.37.& tom.2.part.4.quæſt.21.art.8.num.61.Cancer.dict.cap.1.num.277.

Et dato etiam, quod aliquod fideicommiſſum reſultaret ex illa prohibitione alienationis,illud non poteſt eſſe niſi in caſu contrafactionis;ſiquidem præceptum de non
6 alienando erat nudum,& ſic inualidum,ad textum in l.filiusfamilias,§.Diui,il ſecundo,vbi DD.omnes,ff.de leg.1.& propterea validum effectum eſt ex illa ratione adiecta,vt bona perueniant ad poſteros maſculos , vel vt in familia
7 remaneant,vt tradunt ibidem Socin. Iun.& communiter DD.Nam ſecundùm communem DD.ſententiam recepta eſt illa communis diſtinctio , quod ſi prohibitio alienationis per ſe ſit valida ex ratione,vel cauſa adiecta, tunc ratio,ſeu cauſa diſpoſitiua ſubſequens ad fauorem familiæ explicata inducit ſimplex,& abſolutum fideicommiſſum, etiam in caſu mortis ; ſi verò prohibitio erat nuda, & ſic inualida, tunc ratio ſubſequens, quia vult teſtator bona conſeruari in familia , validat quidem prohibitionem alienationis , ſed non inducit fideicommiſſum ſuc-
8 ceſſiuum,niſi in caſu cõtrafactionis,per d.l.peto,§.fratre,ff.de leg.2.& eſt doctrina Bart.in l.qui Romæ,§.cohæredes, numer.3.vbi etiam Socin.de verb.oblig.Socin.conſ.227. lib.2. Curt.Iun.conſil.167.num.2.3.Socin.Iun.conſil.140.num.7. lib.3.Gabriel de fideicommiſſ. concluſ.9. num.7. & num.37. Craſſ.in §.fideicommiſſum,quæſt.5.num.9.Menoch.conſ.197. num.20.23.Cephal.conſil.153.num.52.Anguil.conſ.83.numer.227.Odd.conſil.46.num.5.& conſil.65.num.22. & conſil.66.num.111.112.113.& conſil.68.num.8.Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.6.tit.14. num.24. verſ. Quod igitur,& ſeqq. Marth.de ſucceſſ.leg.tom.2.part.4.quæſt.21.art.8.num.2. & num.13.latè Cancer. var. reſol. lib.1.cap.1.num.265. verſ. Secundi dubij,& verſ.Iſtam ſententiam, Caualer.deciſ.481. num.4.

Et quamvis ſequuta fuerit alienatio extra familiam, tamen defecit linea hæredum, & ſubſtitutio inter hæredes facta ; neque D. Ludouicus nunc agens tanquam de familia Caſellia ortum habens à dictis legatariis , poteſt impugnare dictam alienationem factam Monialibus prædictis, quia non erat natus tempore alienationis ; ſiquidem ſolùm nati,vel concepti,dum fit alienatio poſſunt
9 reuocare alienata, l. cùm ita,§.in fideicommiſſo, de leg.3. l. ſi cognatis,de reb dub.Ruin.conſ.128.num.3.lib.2. Et maximè quia dictus Ludouicus venit ex diuerſa linea ab ea, quæ fuit alienantis , à quo nullo modo deſcendit , imò nec etiam inter ipſos deſcendentes cenſetur inductum reciprocum fideicommiſſum,quia nulla legitur facta ſubſtitutio poſt obitum , vel contrauentionem prohibitorum, & tamen ad inducendum reciprocum fideicommiſſum neceſſe eſt, vt poſt mortem omnium alius ſit ſubſtitutus
10 in tota re,vt de magis communi Socin. Iun. in l. hæredes mei,§.cùm ita,num.14.ad Trebell. Grabriel de ſubſt.concl.1. num.1.4.8.Socin.conſ.77.num.11.lib.2. Celſ. Hug.conſ.55. num.6. Burſat. conſil.50. numer. 8. vol.1. Odd. conſil.65. numero 55. & numero 109. & de compend. part.5. artic. 1. quæſt.6.

Sed dato etiam , quod adeſſet fideicommiſſum inter prohibitos , & deſcendentes eorum reciprocum , tamen id non poteſt intelligi , niſi fortè reſpectu portionis cuiuſque,quoad ſuos deſcendentes,vt vnus teneatur,& grauatus ſit in portione ſua ad fauorem deſcendentium eius, & deſcendentes inuicem ; non autem vt ad portionem vnius admittatur alter,vel deſcendentes ab vno ex hæredibus admittantur ad portionem alterius, vel deſcendentium ab eo, vt hîc, vbi D.Ludouicus agens deſcendit ab vno ex legatariis, & vult admitti ad iſtud prædium alienatum, quod erat ex portione vnius ex hæredibus, quia inter plures cohæredes , vel legatarios non cenſetur inductum reciprocum fideicommiſſum , ſed quilibet videtur prohibitus alienare fauore ſuo, & deſcendentium ab eo , non autem cohæredum , vel collegatariorum, vt ex
Salic. in l. quoties, la prima, C. de fideicommiſſ. Alex. in d. 11
l.filiusfamilias,§.Diui,in fin.de leg.1.pulchrè Iacob.Ferret. conſil.18. num.22. & conſil.75. numer.15. Rimin.Sen.conſil.763. vol.4. Cephal. conſil.401. vol.3. Crauet. conſilio 328.num.1.verſic.Non obſtat.Marth.de ſucceſſ. part.4. quæſtion.8.art.4.num.17.

Nam dici non poteſt per rationem conſeruandi bona in agnatione cenſeri inductum fideicommiſſum tale , vt
fiat etiam tranſitus ab vna linea ad aliam; ſed intelligitur 12
tantùm reſpectu deſcendentium cuiuſque lineæ, non inter ipſas lineas.Ferret.d.conſil.75.num.15.Cephal. d.conſil. 401. & 477. latè Menoch. conſil.376. num.39.40.47.55. 56.57.58.& conſil.475.num.12.13. Odd.conſil.45.num.41. 42.& conſil.66. num.60. & conſil.68.num.8. vbi de communi , & num.12. pulchrè Marth. de ſucceſſ. part.4. quæſtion.29.art.4.num.19.Fuſar.de ſubſtitut. quæſt.689.num.1. Rot. diuerſ. deciſ.466.num.5.part.4.Cancer. d.lib.1.cap.1. num.282. vbi multos allegat.

Imò non obſtat dicta alienationis prohibitio , quia illa eſt valdè perſonalis facta nominatim hæredibus , &
legatariis primis , ideò non extenditur vltra perſonas 13
expreſſas. Dec. dict. conſil.636. num.7. Gabriel dict. conſil.132. num.21. in fin. lib.1.Marth. de ſucceſſ. part.2. quæſtion.5.art.9.num.38.

Et hæc confirmantur,quia inter hæredes ex vna,& legatarios ex altera non datur caſus correſpectiuus, vel ſimilitudo ex diuerſitate tituli,ideò ſtante inæqualitate, &
diuerſitate eorum non poteſt dici, quod inter eos fuerit 14
inducta reciproca ſubſtitutio,ſed ſolùm hæredes hæredibus, & legatarij legatariis ſubſtituti tacitè videntur , ex doctrina Bart. in l.Lucius, num.18. de vulg. & pupill. vbi etiam Alex.Iaſ.& Rip.num.36. Odd. tract. de compend. in
præfat. part.5. numer.4. verſ. Declaratur. Trentacinq. in 15
tract. de ſubſtitut. part.5. cap.8. num.2. etenim ſicut reciproca expreſſa non inducitur niſi inter eos, qui copulatiuè vocati ſunt , vt per DD. in d. l. Lucius , Gabriel conſil.125. num.12. vol.2. ita reciproca tacita, vt per Iaſ. de ſubſtit.cap.4.num.11.

Hoc autem maximè procedit in caſu noſtro , vbi teſtator voluit , quod legatarij debeant ſtare contenti de bonis ſibi legatis , nihilque ampliùs petere , vel habere poſſint in bonis , & hæreditate ſua , ex quo colligitur mens illius,quod non intendebat in fideicommiſſo,quod mox induxit per alienationis prohibitionem,eos admitti
ad bona hæreditaria,ad textum in l.fin.§.dubia,ff.de tritic. 16
vin.& oleo leg.

Et quamuis id procedat ſolùm quoad pura legata,non autem locum habeat reſpectu relictorum conditionalium
in eodem teſtamento,per textum in l.Paulo Callimacho,§. 17
1.vbi Bart de leg.3.Ruin.conſ.23.num.20.21.lib.2.Cephal. conſil.14.num.12.Pedroc. conſ.23.num.24. tamen reſpondetur id procedere , quando diſpoſitio conditionalis eſt clara,& expreſſa,& patens ex verbis teſtamenti,vt in d.l. Paulo,§.1.ſecus eſt,quando ex aliqua generali diſpoſitione in dubium refricatur , quia tunc prohibitio , ne quis plus petat,excludit prohibitum ab vniuerſali ſubſtitutione : ſic Ruin.conſil.90.in fin.lib.2. quem ſequitur Sim. de Præt.de interpret.vltim.vol.lib.4.interpr.2.dub.2.num.11.in fin. fol.445.

Propterea dato etiam adeſſe tale fideicommiſſum propter prohibitionem alienationis ſtabilium,vt bona in familia Caſellia remaneant,& conſeruentur perpetuò in ea,
tamen id non poteſt excedere quartam generationem 18
prohibitorum,ad textum in §.nos igitur,in Auth.de reſtit. fideicom. & ſic non egreditur decimum gradum ſucceſſionis ab inteſtato ſecundùm ius ciuile,qui correſpondet

quartæ



quartæ generationi.Caſtr.in l.fin.verſ.Gradatim,C.de verb. ſign.Dec.conſ.321.num.4.Pariſ.conſ.30.num.64.& conſ.37. num.73.lib.2.Burſat.conſ.157.num.16.lib.2. Cephal. conſil. 133.num.38.Menoch.conſ.213.num.22.23. Couar.var.reſolut.lib.3.cap.5.num.4.Craſſ.verb.fideicommiſſum,quæſt.19. num.2.3.

Et vlteriùs prætenſioni dicti fideicommiſſi obſtat tranſactio facta à dicto Alexandro patre dicti Ludouici cum dictis Monialibus,quæ cùm eſſet in poſſeſſione bonorum,& tranſactio fuerit facta bona fide,tenet,& valida eſt ſuper bonis fideicommiſſi, vt per Fuſar. de ſubſtit.
19 quæſt.708. num.10. neque actor poteſt illi contrauenire,
20 quia fuit filius,& hæres tranſigentis,per textum in l.cùm à matre, C. de rei vindic. & in omnem euentum ex lapſu 30. annorum & vltra , viuentibus ipſis tranſigentibus
21 præſcriptum eſt omne ius fideicommiſſi.Socin.Iun.in d.l. filiusfamilias,§. Diui,il 2. num.212. verſ.Secunda concluſio, de leg.1.Aldouin.conſ.68.num.40.Corn.conſ.104. num.19. libr.3.

Sed nihilominus pro parte aduerſa videtur inclinandum, multis rationibus ſuadentibus veniſſe caſum fideicommiſſi ob verba expreſſa teſtatoris volentis bona ſua, tam hæreditaria,quàm legata peruenire ad poſteros maſculos domus, & caſatæ Caſelliorum, vt in eis manendo domus conſeruetur. Vnde pro maiori intelligentia præmitto teſtatorem , dum ſe declarauit velle bona ſua peruenire ad poſteros maſculos domus, & caſatæ de Caſelliis,cenſeri voluiſſe omnes in infinitum eſſe comprehenſos ſub tali vocatione,quia nomina Poſteri, Deſcendentes, Liberi, & alia huiuſmodi , ſunt nomina collectiua , quæ omnes natos,& naſcituros in infinitum comprehendunt,
22 ex l.immunitates,ff.de iur.immun.l.Iuriſconſultus, §.parẽtes, ff.de grad. Rom.in l.1.in princ.ff.ad Syllan.Socin.conſil.84. num.9.in fin.lib.3.pulchrè Ruin. conſil.22.n.11.12.13.14. lib.2. vbi tradit , quod appellatione poſterorum veniunt
23 omnes deſcendentes naſcituri de familia in infinitum : perbellè etiam Petr.de fideicom.quæſt.8.num.507.508.509. vbi probat,quod verbum, Deſcendentes,vel Poſteri, comprehendit omnes naſcituros ex deſcendentia,etiam vltra quartam generationem:ſic etiam Ceph.conſ.372.num.12.
24 Menoch.conſ.895.num.10. & tract. de præſ.lib.4. præſ.89. num.20.Intrigl.de ſubſt.cent.3.quæſt.79.n.26.Fuſar.conſ.71. num.13.& tract.de ſubſt.quæſt.320.num.2.& quæſt.382.numer.27.vbi ponit etiam alia collectiua nomina infinitam perpetuitatem ſignificantia, imò tradunt verbum, Poſte-
25 ros,latiùs patere, quàm Liberos, & Deſcendentes,per textum in d.l filiusfamilias,§.Diui,il ſecondo,verſ.Quod ſi,ff.de leg.1.vbi Socin.num.26.verſ.vel ſecundò dici poteſt, docet, quod nomen, Poſteri, eſt latius, adeò vt comprehendat nedum deſcendentes , ſed etiam alios , qui poſt nos veniunt ex noſtro genere, & ſic hoc nomen per ſe ſignificat tractum temporis in infinitum, & propterea vocatis poſteris ſub hoc nomine collectiuo , omnes naſcituri cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo , etiam nati poſt alie-
26 nationem , ſeruata gradus prærogatiua, l. cùm ita , §. in fideicommiſſo,de leg.2.Socin.in l.ſi cognatis,num.17.de reb. dub. benè Ruin. d. conſil.22.num.11. lib.2. Chephal.conſil.88.num.33.& ſeqq. latiſſimè apud Farinac.deciſ.recent. 193.num.3.part.1.

Deinde præmitto , quod cùm teſtator eſſet Sacerdos, & nullos haberet filios,nepoteſque inſtituerit, dum fecit mentionem domus ſuæ, vel de poſteris,non potuit intelligere de familia,vel deſcendentibus effectiuè de ſuo corpore procreatis ; ſed per neceſſe cenſetur vocaſſe tranſverſales , & ſic poſteros , & deſcendentes de familia ſua
27 contentiuè.Socin.Sen.conſ.175.num.21.lib.2.Cephal. conſil.606.num.16.& ſeqq.pulchrè Fuſar.de ſubſtit.quæſt.330. num.4.Rot.d.deciſ.193.num.10.part.1.& ſic veniunt omnes,qui continentur ſub nomine,& familia Caſelliorum.

Ideò cùm nulli alij ſuperſint de domo Caſellia, niſi ſolus dictus D.Ludouicus nunc agens, ipſe tanquam vocatus contentiuè ſub nomine poſterorum , & domus Caſelliorum poteſt admitti ad vindicandum bona alienata extra familiam, quia extante prohibitione alinandi cum
cauſa , alienans non potuit transferre dominium in em- 28
ptorem,l. Peto,§.præmium,vbi DD.de leg.2.l.pater,§. quindecim,de leg.3.Bart.in d.l.filiusfamilias,§. Diui,il 2.num.4. verſ.Certè,vbi Caſtr.num.7.verſic.interdum, Claud.Seiſſel. num.12.Iaſ. in prima lect. num.66. & in 2.num.109. Rip. num.47.Crot.num.32.Suarez num.114.de leg.1. Petr.de fideicommiſſ.d.quæſt.8.num.4.Fuſar.de ſubſtit. quæſt.717. numer.1.2.3.Marth.d.loco.

Nam poteſt benè videri adeſſe in hoc caſu fideicommiſſum ſimplex,& abſolutum, etiam in caſu mortis, nedum alienationis ad fauorem poſteriorum maſculorum domus,& caſatæ dictorum DD.de Caſellis,quorum vterque venit ; nam extincta eſt linea hæredum , & vnus ex illis alienauit extra familiam ; ideò ſuperſtites de tempore in tempus ſunt admittendi poſt mortem aliorum,iuxta gradus proximitatem illorum , qui ſunt de domo prædicta , etenim teſtator cenſetur induxiſſe fideicommiſſum per illa verba diſpoſitiua;Cum velit,& intendat bona ſua tam hæreditaria,quàm legata peruenire ad poſteros maſculos domus ſuæ. Verbum enim,Volo, inducit fideicom-
miſſum,l.Pamphilio,§.propoſitum,vbi Bart. de leg.3. l.ver- 29
bum volo,C. de fideicommiſſ. l.cùm pater,§. volunt, de leg.2. Curt.Iun.conſil.145.num.4.5.Intrigl.de ſubſtit. cent.3.q.17.
num.18.ſicut etiam verbum,Intendat, eſt pariter diſpoſi- 30
tiuum,& importat fideicommiſſum, argumento textus in l.pen.vbi Bart.& DD.de leg.2. Mantic. de coniect. vlt.vol.
lib.8.tit.1.num.14.& denique verbum,Peruenire,eſt aptum 31
inducere fideicommiſſum , quia eſt verbum commune : Bart.& DD. in l. centurio, de vulg. & pupill. Intrigl. dict. cent.3.quæſt.35.num.13. vbi latè id oſtendit.

Dum ergo teſtator iſte prohibuit hæredibus, & legatariis alienationem bonorum ſtabilium, cùm velit, & intendat ea peruenire ad poſteros maſculos domus Caſelliæ,vt domus prædicta conſeruetur,vtique dicendum eſt inter poſteros , & deſcendentes inductum fuiſſe abſolutum , & ſimplex fideicommiſſum perpetuum ex cauſa conſeruandi agnationem , quia alio modo conſeruari non poſſet,ex doctr.Bart.in l.qui Romæ,§.cohæredes,num.3.
vbi ſic etiam Aret.poſt princ.& Socin.Sen.num.16.de verb. 32
oblig. Cuman.in l.cùm ita,§. fideicommiſſo,col.2.verſ.Si autem negauit,de leg.2.idem Socin.in l.ſi cognatis,num.18.de rebus dub.& conſ.251.vol.2.& conſil.43. num.5. verſ. Circa ſecundum,vol.3. Curt.Sen.conſil.40. num.18.Dec. conſil.23. num.2.verſ Nec ſupradictis,vol.2. Ruin. conſil.116.num.2. vol.2.Pariſ.conſ.32.num.26.lib.3.Petra de fideicom.quæſt.5. num.19.42.43.44.vbi teſtatur de magis communi, & ita cenſent Paul. de Caſtr.in d.l.filiusfamilias,§.Diui,il ſecundo,num.10.vbi Ferdin.Loares num.199.Crot. num.172.ff. de legat.primo,Bald.& Raph.Cum.in l.peto,§ fratre, de legat.2.Caſtr.conſil.447.lib.1.Bald.conſil.57.lib.2.Barbat.conſil.27.in 3.dub.lib.1.Soc.Iun.conſil.170.num.48.lib.2.Bero. conſil.88.num.4.& conſ.276.num.55.lib.2.Crauet.conſ.130. num.10.Ant.Gabr.de fideicom. concluſ.9.num.28. pulchrè Petr.de fideicom.quæſt.11.num.541.Cephal.conſil.153.n.28. lib.2.Rol.conſ.23.lib.4.Anguiſſ.conſ.5.lib.6.Alciat.conſ.10. num.3.4.lib.9.Eugen.conſ.81.num.54. Surd. conſ.556.n.1. verſ.Secundum eſt.Decian. conſ.41.n.121. lib.1. Menoch. conſ.197.num.23. & conſ.620. num.7. & conſ.900.num.9. verſ.Ita ſanè,vbi teſtatur de magis communi DD.opinione,& conſ.1088.num.8.vbi dicit hanc eſſe veram, & receptam DD.ſententiam.Achil.Perſon. de adipiſc.poſſ.n.192. Fachin.contr.lib.4.cap.49. Anchar. Iun.fam.qq.lib.1.q.72. vbi teſtatur de receptiſſima DD.ſententia.Couar.in c.Raynaldus,in princ.n.9.de teſtam.quos ſequitur Rota,vt apud Seraph.deciſ.874. num.1. & apud Farinac. deciſ.recent.10. n.2.part.1.& deciſ.203.num.3.& deciſ.681.n.1.part.2. vbi tradit , quod in hoc non eſt ampliùs elaborandum, quia hodie hæc eſt opinio recepta,& apud Rubeum deciſ.284. num.1.2. ergo dictus D. Ludouicus eſt admittendus tanquam vocatus tam in caſu mortis,quàm alienationis.

Nec

Nec obſtat, quod hæc procedant, quando teſtator validè, & cum cauſa prohibuit bonorum alienationem, & poſteà adiecit rationem conſeruandæ familiæ, quia hic eſt caſus noſter, non enim teſtator vnicam rationem adduxit, ſed duplicem, vnam ſcilicet, quia vult bona ſua peruenire ad poſteros maſculos, alteram, vt domus Caſelliorum conſeruetur: & ſic prima poteſt deſeruire ad validandam alienationis prohibitionem in perpetuum, altera ad inducendum fideicommiſſum; hic enim dici non poteſt, quod prohibitio alienationis fuerit nuda, quia veſtita fuit illâ causâ; *Cùm velit, & intendat teſtator bona ſua ſtabilia peruenire ad poſteros maſculos domus Caſelliorum*; & adiecit poſteà rationem, *Vt domus prædicta conſeruetur, & manuteneatur, prout manuteneri ſperat, ſi bona non alienentur*. Ecce ergo quomodo non nuda, ſed veſtita erat alienationis prohibitio ab illa cauſa, *Cum ve-*
33 *lit*; & ideò erat valida, ad textum *in d. l. filiusfamilias*, §. *Diui, il ſecundo*, vbi Socin. Iun. *num*. 4 *de leg*. 1. & propterea teſtator ſubiungens aliam rationem, *vt domus Caſelliorum conſeruetur, & manuteneatur*, cenſetur induxiſſe ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum perpetuum ad fauo-
34 rem poſterorum domus, vt probatur *in l. cùm ita legatur*, §. *in fideicommiſſo*, vbi DD. *de leg*. 2. Gabriel *de fideicommiſſ. concluſ*. 4. *num*. 42. 45. & pulchrè Petr. *eod. tract. quæſt*. 11. *num*. 572 Decian. *conſil*. 44. *num*. 14. *lib*. 3. Theſaur. *deciſ*. 96. *num*. 20. Honded. *conſ*. 54. *num*. 16. 26. *lib*. 2. Menoch. *libr*. 4. *præſ*. 76. *num*. 70. Intrigl. *de ſubſt. cent*. 3. *quæſt*. 26. *num*. 139. Ruſtic *de filiis in cond poſit. lib*. 3. *c*. 5. *num*. 1. Surd. *conſ*. 443. *num*. 19. 20. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt*. 277. *num*. 6. & *quæſt*. 288. *num*. 55. 85. vbi plurimos congerit: pulchrè Rot. apud Farinac. *deciſ. recent*. 105. *num*. 7. & *deciſ*. 193. *num*. 6. & *deciſ*. 266. *num*. 16. *part*. 1. & *deciſ poſth*. 580. *num*. 5. *part*. 2. vbi pulchrè loquitur, & alios allegat, & *deciſ. recent*. 681. *n*. 1. *part*. 2. Rot. *diu. deciſ*. 121. *num*. 2. *part*. 2. & pulchrè apud Rubeum *deciſ*. 184. *num*. 2. *part*. 2. Cyriac. *controuerſ*. 207. *num*. 27. *part*. 2 Peregr. *conſil*. 14. *num*. 15. *in fin. lib*. 1.

Nec etiam obſtat, prædicta ſolùm procedere quando prohibitio de non alienando ſtat de per ſe principaliter, non autem ſi acceſſoriè, vel conſecutiuè ad præcedentes ſubſtitutiones, quia tunc non ampliat, neque extendit fideicommiſſum præcedens. Dec. *conſ*. 636. *num*. 6. Cyriac.
35 *contr*. 143. *num*. 25. 26. Giouagn. *d. conſ*. 39. *lib*. 1. Rot. apud Rubeum *deciſ*. 15. *num*. 5. 18. cum aliis ſuprà allegatis.

Nam primò reſpondetur hîc non poſſe dici prohibitionem ſtare conſecutiuè ad præcedentem ſubſtitutionem, cum qua nihil commune habet, quia erat ſolùm ſubſtitutio reciproca inter cohæredes, in quibus ſolis non poterat conſiderari domus conſeruatio, nec verificari, quod bona ad poſteros maſculos peruenirent; & ſic nulla præcedit congrua ſubſtitutio, ad quam rationabiliter poſſit referri dicta alienationis prohibitio; & maximè quia quoad legatarios nulla facta erat ſubſtitutio, vel fideicommiſſum; & tamen in prohibitione alienationis non ſolùm comprehenduntur hæredes, & bona hæreditaria, ſed etiam legatarij, & bona legata: ergo hîc non intrat conſilium Decij 636. *num*. 7. 8. 9. quia ipſe loquitur in puris terminis, quando hæredibus inuicem ſubſtitutis incontinenti nulla alia re interiecta prohibuit bonorum alienationem; tunc enim correſpectiua videtur ad præcedentem ſubſtitutionem; & ideò reſtringitur ad inſtitu-
36 tos. Petr. *de fideicom. quæſt*. 11. *num*. 570. quæ hîc non verificantur, vbi in alienationis prohibitione comprehenduntur etiam legatarij, & eorum bona, ſeu portiones, & vtrorumque poſteri maſculi, de quibus in præcedenti ſubſtitutione nihil fuerat dictum; nam ſi verba ſequentia continent diuerſos caſus, qui non comprehendebãtur in fideicommiſſo præcedenti, tunc dicta prohibitio nouum fideicommiſſum inducit, nec dicitur ſtare conſecutiuè, ſed principaliter, quia conſideratio conſeruationis familiæ, & vt bona perueniant ad poſteros, conuenit tantùm fideicommiſſariæ ſubſtitutioni: ſic ad rem Rot. *de-*
37 *ciſ*. 568. *num*. 7. 8. 9. *part*. 1. *diuerſ*. & *deciſ*. 494. *part*. 4. *diuerſ*. Seraphin. *deciſ*. 1373. *num*. 3. clariùs Marth. *de ſucceſſ. legal. part*. 4. *quæſt*. 21. *art*. 7. *num*. 71. *ad fin. verſ. Item ſi dicta verba*; vbi tradit, quod ſi verba alienationis continerent diuerſos caſus, qui non comprehendebantur in fideicommiſſo præcedenti, tunc dicta prohibitio nouum fideicommiſſum induxiſſe dicitur, & quod ita ſemper fuit iudicatum, & iſte eſt caſus noſter, quia in ſubſtitutione præcedènti ſolùm de hæredibus dictum fuerat; hîc autem etiam àdduntur legatarij, & bona legata, & teſtator ſe declarat, quod eorum bona tam legata, quàm hæreditaria perueniant ad poſteros maſculos domus Caſelliorum, vt
illa caſata conſeruetur: ergo neceſſe eſt, vt hæc verba 38
nouum inducant fideicommiſſum, quia bona non poſſunt peruenire ad poſteros, nec in familia conſeruari, niſi mediante tali fideicommiſſo: ergo illud gradatim inductum eſſe cenſetur. Pariſ. *conſil*. 37. *num*. 31. *lib*. 2. pulchrè Rot. *diuerſ. d. deciſ*. 568. *num*. 1. *part*. 1. & apud Farinac. *deciſ. recent*. 193. *num*. 3. *in fin*. & *num*. 12. *part*. 1. vbi habes etiam alias reſponſiones ad Decium.

Non ſtat igitur hîc alienationis prohibitio conſecutiuè ad præcedentem ſubſtitutionem, ſed per ſe, & principaliter ratione conſeruandæ familiæ, & vt bona ad poſteros maſculos perueniant; ſiquidem expreſsè continet perſonas, & bona quæ in antecedenti ſubſtitutione non comprehendebantur; ex quibus apertè colligitur teſtatorem voluiſſe ſuam ampliare diſpoſitionem, & aliud genus fideicommiſſi inducere, & ſic per ſeparatum ſermo-
nem addendo diſponit: ita ex Bart. *in l. Seia*, §. *Caio*, *ff. de* 39
*fund. inſtruct*. Rot. *diuerſ. d. deciſ*. 568. *num*. 5. *part*. 1. Farin. *d. deciſ*. 193. *num*. 8. *part*. 1. *recent*. Caualer. *deciſ*. 481. *num*. 6.

Et quod teſtator noſter voluerit per hanc prohibitionem tranſire ad diuerſa à præcedentibus, & nouum importare fideicommiſſum vltra prædicta, quæ ſufficiũt, euidentiùs etiam comprehenditur ex verbis ipſius, quæ aliud, & diuerſum negotium ſe velle tractare oſtendunt, dum dixit: *Decernens inſuper, & iubens*. Licèt enim teſtator videatur continuare ſermonem, tamen tranſit ad diuerſa, quæ non veniunt acceſſoriè, ſed ſtant de per ſe; verbum enim illud, *Inſuper*, venit continuatiuè qui-
dem, ſed addendo ad ſuperiora, *cap. ſtatutum*, §. *inſu-* 40
*per*, *cap. vbi periculum*, §. *ipſos inſuper*, *de electìon. in* 6. Bero. *conſil*. 80. *num*. 5. *lib*. 2. Pariſ. *de reſignat. benef. lib*. 11. *quæſt*. 11. *num*. 24. Mareſcot. *var. reſolution. lib*. 1. *cap*. 151. *num*. 8. & fuit dictum *in Romana Palatij*, 18. *Febr. coram Sacrato*.

Nec mirum, quia hæc dictio, *Inſuper*, non contentatur Superioribus, ſed quid vlteriùs importat; cùm idem ſit, ac
dictio, *Vltra*, vel *Vlteriùs*, ad textum *in l. Seiæ, in princ. verſ.* 41
*Seiæ inſuper*, & ibi gloſſa, *ff. de fund. inſtruct. d. c. ſtatutum*, §. *Inſuper*, Vulpel. *de præpoſ. & aduerb ſignific. ſub dict. In infinitum, verſ. Dictio inſuper, pag*. 50. Bertaz. *clauſ*. 27. *gloſſ*. 1. *num*. 5. & fuit dictum *in Roman. nullitatis*, 26. *Nouembris*, 1616. *coram Vbaldo*. Nam verè hæc vox, *Inſuper*, aliquid diuerſum ſemper nobis affert, quia diuerſitatem à præcedentibus denotat, ad textum *in c. inſuper, de teſtib*. Vulpel. *d. loco*, Gemin. *conſ*. 44. *num*. 2. & *num*. 4. *verſ. Hoc probat*, vbi inquit, quod clauſula poſita in principio non refertur ad ſequentia, quando adeſt dictio, *Inſuper*, quæ importat di-
uerſitatem, & *in conſ*. 23. *in principio*, ait quod ſi priuile- 42
gium continet plura capitula, illud dicitur diuerſum ab
aliis, quod incipit, *Inſuper*. Sic etiam Mandoſ. *de pri-* 43
*uileg. ad inſtar. gloſſ*. 1. *num*. 12. Marth. *de clauſ. part*. 4. *clauſ*. 44. *num*. 4. Tuſch. *littera D, concluſ*. 295. *num*. 1. Ergo hæc prohibitio alienationis facta à dicto teſtatore in hac forma, *Probibens inſuper*, non poteſt dici ſtare conſecutiuè ad præcedentem ſubſtitutionem, & nihil addere fideicommiſſo antecedenti, quia dicitur potiùs ſtare principaliter per ſe, & inducere diuerſam diſpoſitionem, prout in terminis, quod prohibitio alienationis non dicatur facta per modum continuati ſermonis, ſed principaliter, quando adeſt dictio, *Inſuper*, vt *ex d. l. Seiæ*, vbi gloſſa, *de fund. inſtr. leg*. & Crot. *conſ*. 48. *num*. 22. & aper-
tiùs 44



tiùs *conſ*. 61. *num*. 7. *verſ. Præterea*, & Rimin. Iun. *conſ*. 408. *num*. 35. dixit Petr. *de fideicommmiſſ. quæſt*. 11. *num*. 572. *verſ. Præter id*, & *n*. 573. vbi notat de hoc non eſſe mirandum, quia ex modica mutatione facti variatur conſultatio.

Modò non obſtat Oldr. *conſ*. 21. à Rota canonizatus in ſuo caſu, vt fideicommiſſum alicui factum, ſi ſine filiis de-
45 ceſſerit, expiret illo decedente cum filiis, etiamſi illi poſteà moriantur, quia hoc verum eſt, ſed nihil officit in caſu noſtro, in quo concedimus illam priorem ſubſtitutionem reciprocam inter hæredes prædictos factam expiraſſe ob exiſtentiam dictorum Pauli, & Stephani, ſed non expiraſſe aliud fideicommiſſum inductum ex illis verbis, *Cùm velit bona ſua ſtabilia peruenire ad poſteros maſculos domus ſuæ, vt eius caſata conſeruetur*; vt vidimus, illud enim conſilium Oldradi procedit in caſu ſuo, quando non adſunt alia verba, vel coniecturæ, ex quibus conſtet teſtatorem voluiſſe omni caſu fideicommiſſum abſolutum, vel in caſu contrafactionis relinquere; ſecus eſt vbi extant, & ſunt tales, vt ex eis voluntas teſtatoris appareat, vt hîc; tunc enim ab alio conſilio Oldradi receditur, vt Rota inquit apud Farinac. *deciſ. poſth*. 580. *num*. 3. *part*. 2.

Et pro coniectura ſufficienti habetur, ſi adeſt prohibitio alienandi bona extra familiam, adeò quod in agnatione remaneant, quo caſu impoſſibile eſt, vt in familia, vel poſteris conſeruentur, niſi de vno in alium tranſeant, & ideò omnes cenſentur gradatim grauati per fideicom-
46 miſſum, *d. l. cùm ita*, §. *in fideicommiſſo*, vbi Caſtr. & *in l. peto*, §. *fratre, de leg*. 2. Caſtr. *in l. Gallus*, §. *quidam rectè*, *num*. 9. *ad fin. verſ. Quædam ſunt, de liber. & poſth*. Pariſ. *conſil*. 37. *num*. 30. *& ſeqq. lib*. 2. Ruin. *conſil*. 92. *num*. 8. *lib*. 2. latè Surd. *conſ*. 96. *num*. 14. Rot. *d. deciſ*. 568. *num*. 1. *part*. 1. *diuerſ*. Farinac. *d. deciſ*. 193. *num*. 10. *in fin*. & *d. deciſ*. 580. *numer*. 5. *part*. 2. vbi ait etiam, quod ne voluntas teſtatoris pereat, & tota fideicommiſſi agnatitij machina labatur, interpretatione, & extenſione iuuatur, & à dicto conſilio Oldradi receditur.

Non obſtat, quod dicta prohibitio alienationis fuerit perſonalis, facta nominatim dictis hæredibus, & legatariis; ideò non ſit extendenda ad filios, & alios deſ-
47 cendentes, ad textum *in l. ſi ſeruus communis, de ſtipulat. ſeru*. §. *nos igitur, in Auth. de reſtitut. fideicom*. Dec. *d. conſil*. 636. *num*. 6. 7. 8. Crauet. *conſ*. 98. *num*. 8. 14. Nam primò reſpondetur id nihil nocere in caſu noſtro, vbi non eſt opus extenſione, quia alienatio fuit facta per dictum Zanobium, qui erat vnus ex hæredibus prohibitis alienare; ideò venit caſus fideicommiſſi, ſaltem ob contrafactionem ab eo factam voluntati teſtatoris, nemine contradicente, vt tradunt omnes *in d. l. filiusfamilias*, §. *Diui*,
48 *il ſecundo*, vbi Socin. Iun. *num*. 50. *verſ. Nam prohibitio, de legat*. 1. latè Gabriel *d. concluſ*. 9. *num*. 7. Rol. *d. conſil*. 23. *num*. 18. 19.

Deinde reſpondetur, quod etiam prohibitio alienationis perſonalis ſæpè extenditur propter rationem magis generalem; ſi enim teſtator prohibuit hæredi alienationem bonorum, addita ratione, & cauſa, quia vult bona ſua non egredi vnquam de familia ſua, aut dixit ſimilia verba tractum temporis importantia; tunc quia ratio
49 expreſſa eſt generalior dicto, illud ampliat, & extendit ita, vt illa prohibitio duret perpetuò, & operetur ſuum effectum, etiam poſt mortem hæredis, & comprehendat omnes deſcendentes, vel ſucceſſores, ad textum *in l. cùm pater*, §. *dulciſſimis, de leg*. 2. & *in l. hæc actio, ff. de calumn*. gloſſa *in l. quoties ab omnibus, C. de fideicommiſſ*. Bartol. *in l. pater filium*, §. *fundum, de leg*. 3. Iaſ. *in d. l. filiusfamilias*, §. *Diui, il ſecondo, num*. 150. vbi Crot. *num*. 127. Ferdin. Suarez *num*. 139. 186. Alciat. *num*. 49. & Ferret. *num*. 143. Rip. *num*. 168. *de leg*. 1. Caſtr. *conſil*. 77. *num*. 1. *lib*. 1. Dec. *conſil*. 182. *num*. 4. Socin. Iun. *conſil*. 163. *num*. 5. 12. *libr*. 2. Bero. *conſil*. 64. *num*. 17. *lib*. 2. Rol. *conſil*. 6. *num*. 21. *lib*. 4. Abb. *conſil*. 54. *num*. 4. Burſat. *conſil*. 97. *num*. 18. & *conſil*. 64. *num*. 22. *lib*. 1. Oſaſch. *deciſ*. 50. *num*. 5. Petr. *de fideicommiſſ. quæſt*. 5. *num*. 66. *vſque ad num*. 100. vbi de communi, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib*. 6. *tit*. 14. *num*. 23. Surd. *conſil*. 67. *num*. 23. 24. *& ſeqq*. & *conſil*. 96. *num*. 44. *& ſeq*. idem Surd. *deciſ*. 84. *num*. 1. & *num*. 14. vbi vide. Peregr. *de fideicommiſſ. art*. 1. *ſub num*. 28. & *art*. 14. *num*. 22. & *conſil*. 41. *num*. 14. & *conſil*. 58. *num*. 5. *lib*. 1. & *conſil*. 44. *num*. 23. 28. *libr*. 2. Giouagn. *conſil*. 75. *num*. 83. *lib*. 1. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt*. 679. *num*. 13. & *num*. 27. vbi plures congerit: latè Altograd. *conſ*. 92. *num*. 24. *ad fin. lib*. latiſſimè Rot. apud Farinac. *deciſ. recent*. 193. *num*. 7. *part*. 1. vbi multos adducit, & concludit, quod fideicommiſſa ex generalitate rationis adductæ à teſtatore ſunt amplianda; ideò quamvis ex
primis ſubſtitutionibus induceretur fideicommiſſum 50
perſonale, tamen ex ratione expreſſa, quia vult in domo conſeruari bona, & peruenire ad poſteros, ampliatur, & fit reale, & extenditur ad omnes deſcendentes maſculos de caſata in perpetuum, ſicut etiam prohibitio alienationis; imò ſufficeret ſupradicta ratio generalis ſine prohibitione alienationis, vt per ſupradictos DD. ſiquidem communis eſt DD. ſententia, quod clauſula, ſeu ratio generalis non reſtringatur ad fideicommiſſum præcedens, ſed volunt omnes, quod extendatur, & importet fideicommiſſum abſolutum, etiam in caſu mortis: latè Surdus *deciſione* 84. *numero primo, & numero* 14.

Si quæ autem in contrarium adduci poſſunt, procedunt quando ratio illa conſeruandæ domus, vel non alienandi extra familiam poteſt reſtringi ad terminos conſtituti fideicommiſſi, vel prohibitionis præcedentis, velut ſi teſtator dixiſſet ſe velle bona ſua permanere in ſua familia ſecundùm modum ſupradictum, vel ſimilia verba; aut ſi teſtator non per modum rationis, ſed illationis, & cuiuſdam futuri euentus locutus fuiſſet, quia fortè dixerit; *Ita enim fiet*: his enim caſibus non amplificaretur
fideicommiſſum, nec alienandi prohibitio. Ita declarat 51
Peregr. *de fideicommiſſ. art*. 11. *num*. 55. 56. vbi alios adducit. Petr. *eod. tract. d. quæſt*. 5. *num*. 95. *verſ. Poſſet*, & *quæſt*. 6. *num*. 22. Menoch. *conſil*. 972. *num*. 13. 14. pulchrè Fuſar. *d. quæſt*. 679. *num*. 15. 16. vbi multos alios allegat; hic autem non eſt caſus noſter, quia teſtator hic non ſe retulit ad præcedentem prohibitionem, nec vſus eſt verbis reſtrictiuis: ergo eius modus loquendi tanquam ratio generalis ampliat prohibitionem, & eam extendit ad omnes, ad quos bona peruenire debent, quia qui vult
conſequens, vult etiam omne neceſſarium antecedens, ad 52
textum *in l. ad rem mobilem, ff. de procurat*. Rot. *d. deciſ*. 193. *ſub num*. 7.

Imò cùm teſtator expreſsè prohibuerit hæredibus, & legatariis alienationem bonorum ſtabilium, quia dicta bona ad poſteros maſculos domus Caſelliæ volebat peruenire, vt domus ipſa conſeruetur, & ita cùm diſpoſitiuè verba prolata direxerit ad bona, etiamſi prohibitio fiat perſonis, adhuc tamen non dicitur perſonalis, ſed realis, vt in propriis terminis dixit Caſtr. *conſil*. 302. *num*. 3. *lib*. 1. vbi expreſsè inquit, quod attenta cauſa prohibitionis, eò quod in ſuo caſu teſtator volebat bona venire in po-
ſteritatem, dicta prohibitio dicitur potiùs realis, quàm 53
perſonalis; & eum ſequitur Beltram. *conſ*. 173. *num*. 15. *vol*. 3. *part*. 2. Socin. Iun. *conſil*. 43. *lib*. 3. Iaſ. *conſ*. 23. *lib*. 3. Dec. *conſil*. 182. *col*. 2. Curt. Iun. *conſil*. 43. *num*. 11. Pariſ. *conſil*. 53. *num*. 21. *vol*. 3. Crau. *inter conſ. Marz. conſ*. 6. *num*. 71. *in fin*. Gabr. *lib*. 4. *tit. de fideicom. concluſ*. 10. *in fin*. Iaſ. *in d. l. filiusfamilias*, §. *Diui, num*. 146. 152. vbi etiam Rip. *n*. 108. *de legat*. 1. Rom. *conſ*. 457. *num*. 1. vbi Mandoſ. teſtatur de communi, Crot. *conſ*. 83. *num*. 35. *in fin. lib*. 1. Ruin. *conſ*. 124. *num*. 3. *verſ. Et ſi fortè diceretur*, & *conſ*. 147. *num*. 10. *in fin. lib*. 2. Capyc. *deciſ*. 108. *num*. 4. Becc. *conſ*. 24. *n*. 24. vbi idem docet, etiamſi verba eſſent in perſonam concepta. Rimin. Iun. *conſ*. 279. *n*. 85. & *conſ*. 311. *num*. 81. *lib*. 3. pulchrè Petr. *de fideicom. quæſt*. 2. *num*. 8. 16. 17. 20. in quibus locis teſtatur de communi, quod ſcilicet alienationis prohibitio facta nominatim certæ perſonæ, licèt videatur perſonalis,
tamen

tamen efficitur realis, & facit fideicommiſſum reale, in-
cluditque omnes deſcendentes, adiecta illa ratione gene-
54 rali, quia vult teſtator bona conſeruari in familia, vel in-
ter deſcendentes: idem Petr. d. tract. quæſt. 11. num. 577. Gio-
uagn. conſ. 75. num. 83. lib. 1. vbi quod prohibitio perſona-
lis fit realis ex ratione. Marth. de ſubſtit. & ſucceſſ. legal.
part. 4. quæſt. 21. art. 8. num. 71. 72. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 679.
num. 20. 27. & ſequitur pulchrè Rot. apud Farinac. deciſ.
recent. 193. num. 2. in fin. part. 1. vbi alios allegat; nec mi-
rum, quia, vt inquit Caſtr. d. loco, magis attenditur cauſa,
& ratio dicendi, quàm cortex verborum.

Hinc reſultat, quod ſi prohibitio alienationis eſt rea-
lis, adeò vt fideicommiſſum inducat reale, ſequitur, vt ad
quemcunque vadant bona, poſſint ab illo, auocari ab
eis de familia, quia tranſeunt cum ſua cauſa, & cum ſuo
55 onere, vt in his terminis concludunt. Bart. in l. peto, §. fra-
tre, in 4. quæſt. de leg. 1. Socin. conſ. 150. col. 1. Dec. conſil. 182.
col. 2. verſ. conſtat autem. Pariſ. conſ. 90. num. 43. lib. 2. Alben.
conſ. 93. n. 2. Petr. d. quæſt. 2. num. 26. Fuſar. de ſubſtit. q. 689.
num. 7. Marth. d. art. 8. num. 7. Fontanell. deciſ. 94. num. 15.
Rot. d. deciſ. 193. num... verſ. Et tale, vbi quod tunc fidei-
commiſſum afficit omnes perſonas, & quoſcunque
poſſeſſores.

Ideò concludendum eſt, non ſolùm hæredes hæredum,
ſed etiam alios contineri ſub dicta prohibitione, ſtante
ratione, quod bona deuenire debent ad poſteros maſcu-
los, vt ex multis probat Rim. Iun. conſ. 23. num. 225. vol. 1.
adeò vt cùm alienatio fuerit nulla, locus eſt rei vindica-
tioni, & à tertiis poſſeſſoribus bona poſſunt auocari.
56 Barbat. conſ. 14. in fin. lib. 2. Rot. apud Farinac. deciſ. recent.
268. num. 5. in fin. part. 2. ſi enim prohibitio eſt realis, pro-
hibita intelligitur omnis alienatio, ſiue ex teſtamento, ſi-
ue ab inteſtato, ſiue voluntaria, ſiue neceſſaria, ex Anch.
conſ. 382. Ruin. conſ. 147. num. 11. vol. 2. Rimin. Iun. conſilio
379. num. 83. Peregr. de fideicom. art. 14. num. 33. Marth. de
ſucceſſ. part. 2. quæſt. 3. art. 1. num. 6.

Ex his ſatis comprehendi poteſt, verba dicti teſtatoris
importare ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum ad fa-
uorem omnium poſterorum maſculorum domus, & caſa-
57 tæ illorum de Caſellis. Verùm ſi prædicta non ſufficce-
rent, addi poteſt aliud fundamentum irrefragabile, &
eſt, quia quando teſtator per verba diſpoſitiua, vt hîc,
poſt prohibitionem alienationis, vel ante fecit mentio-
nem de conſeruatione agnationis, vel familiæ, ſeu domus
cum qualitate maſculinitatis, vt hîc, volens bona ſua
peruenire ad poſteros maſculos domus, & agnationis, ex
quo tunc diſpoſitio cenſetur facta pro conſeruatione do-
mus, & familiæ, nec poſſunt bona conſeruari in familia,
vel deſcendentibus, niſi mediante fideicommiſſo abſolu-
to, ideò ſimplex fideicommiſſum, & abſolutum cenſetur
ordinatum ob qualitatem maſculinitatis oppoſitam ver-
bo collectiuo tractum ſucceſſiuum habenti inter deſcen-
58 dentes: ſic ex Pariſ. conſil. 90. num. 15. lib. 2. & Curt. Iun.
conſil. 113. num. 5. & conſil. 145. col. 1. inquit in terminis
Gabriel de fideicommiſſ. concluſ. prima, num. 23. Decian.
conſil. 31. num. 84. 85. lib. 1. Gozadin. conſil. 59. num. 75.
Socin. Iun. conſil. 181. num. 36. Crot. in d. l. filiusfamilias,
§. Diui, num. 162. verſ. Sextò quæritur, & ibi Ferdinand.
Suarez num. 198. de leg. 1. Ruin. conſil. 110. num. 15. 16.
lib. 2. Crauet. conſil. 130. col. vlt. Burſat. conſil. 217. num. 27.
Odd. conſil. 65. num. 5. vbi teſtatur communi. Menoch. con-
ſil. 357. num. 1. & conſil. 900. num. 10. & conſil. 1032. num. 9.
Caualc. deciſ. 18. num. 58. part. 3. Anchar. Iun. lib. 1. quæ-
ſtion. 72. num. 4. 20. Intrigl. de ſubſtitut. cent. 3. quæſt. 72.
num. 26. Fuſar. eod. tract. quæſt. 688. num. 52. Rota apud Fa-
rinac. deciſ. recent. 125. num. 7. part. 1.

Nam opinio Cumani in l. cùm ita, §. in fideicommiſſo, de
leg. 2. docentis per vulgarem tantùm ſubſtitutos cen-
ſeri vocatos, non procedit quando in diſpoſitione vo-
cati ſunt per nomina collectiua tractum futuri tempo-
ris importantia cum qualitate maſculinitatis, quia tunc
etiam per fideicommiſſariam deſcendentes, & alij ſub-
ſtituti cenſentur vocati, & vnus grauatus poſt alium or-
dine ſucceſſiuo: ad rem Socin. Sen. conſil. 12. num. 11. 16. 59
lib. 3. Pariſ. conſ. 57. num. 10. lib. 2. & conſil. 53. num. 25. 26. &
conſil. 11. num. 729. lib. 3. Ruin. conſil. 164. num. 9. verſ. Quam-
uis, lib. 3. Decian. conſ. 41. num. 44. verſ. Quartò reſpondetur,
& num. 85. 86. 87. lib. 1. & conſ. 84. num. 18. lib. 3. Crauet.
conſ. 130. num. 10. Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 15. num. 8.
Marzar. conſil. 1. num. 7. 8. 9. Cephal. conſil. 127. num. 12. 13.
14. Menoch. lib. 4. præſumpt. 71. num. 35. & conſil. 1155. nu-
mer. 6. Anguiſſ. conſ. 122. num. 31. Aldouin. conſ. 91. num. 52.
53. vbi etiam Bertaz. num. 78. & ſeq. Abb. conſ. 51. num. 8. &
conſil. 442. num. 91. & conſil. 476. num. 3. 4. Piaſec. conſil. 92.
num. 18. 19. 20. Cornaz. deciſ. 122. num. 27. in fin. & num. 28.
Peregr. de fideicommiſſ. art. 19. ſub num. 16. verſ. Eſt etiam,
& num. 17. in fin. dicens ita iudicatum fuiſſe à viris do-
ctiſſimis per binas ſententias conformes. Riminald. Iun.
conſ. 23. num. 89. Fuſar. conſil. 24. num. 43. 44. Mantic. de
coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 15. num. 8. latè Cyriac. controuerſ. iur.
96. num. 27. vbi multos allegat. Rot. d. deciſ. recent. 125.
num. 10. in fin. part. 1. Altograd. conſ. 92. num. 10. lib. 1.

Nec obſtat, quod non per hoc cenſeatur inductum fi-
deicommiſſum reciprocum inter deſcendentes vnius li-
neæ ad alteram lineam, quia reciproca ſubſtitutio non 60
inducitur, niſi expreſsè fiat, & concurrant requiſita, de
quibus in l. Titia, §. Seia liberti, ff. de leg. 2. quia primò
reſpondetur imò ad eum inducendum ſufficere veriſimi-
les coniecturas: latè Peregr. conſil. 55. num. 24. lib. 1. Rota
apud Rubeum deciſ. 284. num. 16. 17. part. 3. vbi multos
allegat.

Deinde reſpondetur, quod imò inter vocatos nomi-
ne collectiuo cum qualitate maſculinitatis pro conſer-
uanda agnatione, velut ſi dictum ſit, quod bona rema-
neant, vel permaneant inter deſcendentes, vel agnatos
maſculos, tunc omnes videntur grauati de domo, &
familia, adeò vt finitâ vnâ lineâ fiat tranſitus ad aliam,
in qua adſint maſculi, & inter maſculos excluſis fœ-
minis inductum cenſetur reciprocum fideicommiſſum de
vno in alium, & de vna linea ad aliam, donec aliquis
maſculus ſuperſit de aliqua linea, quia reciprocum eſt 61
fideicommiſſum ſtante coniectura conſeruandi agnatio-
nem per maſculos, vt pulchrè docet Surd. conſ. 443. nu-
mer. 19. 20. vbi latè Iaſ. conſil. 52. num. 2. lib. 3. Ruin. con-
ſil. 139. num. 21. & conſil. 164. num. 9. lib. 3. Decian. conſil. 1.
numer. 278. lib. 1. Crauet. conſil. 130. num. 6. 7. Menoch.
conſil. 575. numer. 8. Peregr. conſil. 54. numero 7. 8. 13. in
fin. & conſil. 57. num. 17. 22. & conſil. 62. numer. 18. lib. 1.
& in tractat. de fideicommiſſ. artic. 13. num. 77. verſic. nec
obſtat, & num. 81. Fuſar. dict. tract. quæſt. 475. num. 18.
19. 20. & quæſtion. 689. numer. 7. Molin. de primog. Hiſp.
lib. 3. cap. 4. numer. 4. latè Rot. dict. deciſ. 284. numer. 30.
apud Rubeum, Cyriac. controuerſ. 96. numer. 27. impoſſi-
bile eſt enim quod bona in agnatione, vel apud poſte-
ros maſculos conſeruentur, niſi de vno in alium tranſ- 62
eant. Rota apud Farinac. deciſion. poſthum. 580. numero
quinto, parte ſecunda, ad rem Altograd. conſil. 92. num. 13.
libr. 1.

Et quæ in contrarium allegantur, procedunt in caſu,
quando extant deſcendentes maſculi ab vna linea; tunc
enim deſcendentes ab alia ſunt excluſi, nec poſſunt cum
eis, ſicut etiam in feudis, vllo modo concurrere: ſic Rot. 63
apud Farinac. deciſ. recent. 681. num. 3. part. 2. Rot. dict. de-
ciſ. 284. num. 35. 36. 37. ſed finita vna linea maſculina ne-
ceſſe eſt fieri tranſitum ad aliam eiuſdem domus, ad fi-
nem, vt bona teſtatoris conſeruentur cum agnatione,
ſeu inter poſteros maſculos, vt ipſe teſtator diſpoſuit;
cùm omnes habeant ius petendi fideicommiſſum, qui de
familia, vel ex nomine defuncti fuerunt, vt probatur ex 64
textu in dict. l. cùm ita, §. cùm in fideicommiſſo, & in leg.
peto, §. fratre, de leg. 2. ſic pulchrè Menoch. conſil. 348.
numero 24. 25. vbi multos allegat, & dicit hoc non ha-
bere probabilem dubitationem. Peregr. conſil. 62. nu-
mer. 16. lib. primo, & de fideicommiſſ. dict. art. 13. num. 84.
Fuſar.



Fuſar. de ſubſt. q. 475. num. 32. 33. 48. vbi multos allegat.
Giouagn. conſ. 62. n. 31. lib. 1. Fontanell. deciſ. 34. n. 15. 16.
& ego dixi contr. for. 11. n. 36. & ita ſentit Rot. apud
Rubeum d. deciſ. 284. n. 30. verſ. huic fundamento, p. 3.
vbi loquitur in fortioribus terminis, vbi concurrebat
fœmina alterius lineæ, quod non eſt in caſu noſtro: ſic
pulchrè etiam Altograd. d. conſ. 92. n. 13. lib. 1.

Non obſtat aliud motiuum, quod non inducatur fi-
deicommiſſum, niſi in caſu alienationis, & contrafa-
ctionis, quia iam ſatis oſtenſum eſt inductum fuiſſe fidei-
commiſſum abſolutum etiam in caſu mortis. Verùm ad
quid hoc hîc diſputare, cùm venerit caſus contrafactio-
nis, quia Zanobius vnus ex hæredibus prohibitis alie-
nare, bona nunc petita ab actore alienauerit extra fa-
miliam in dictum Monaſterium, quo caſu nihil eſt du-
65 bitandum, quin veniant omnes de familia ad reuocan-
dum, vt in dict. leg. peto, §. fratre, vbi DD. de legat. 2.
adeò vt omninò certum ſit, in caſu contrafactionis re-
ciprocum fuiſſe inductum fideicommiſſum, vt inquit
Peregrin. de fideicomm. art. 13. ſub n. 80. & Dec. conſil. 38.
n. 4. verſ. ſed ſecuta, vbi dicit, quòd ſecuta alienatione
res clara eſt, & ſine dubio locum habet fideicommiſ-
ſum, & bona poſſunt reuocari per maſculos quoſcum-
66 que de familia ab eo, in quem alienata ſunt, per tex-
tum in d. l. peto, §. prædium, & §. fratre, de leg. 2. nos
enim verſamur in caſu, in quo vnus ex hæredibus pro-
hibitis alienare alienauit in extraneos; quo caſu omnes
conſentiunt ob talem contrauentionem menti teſtato-
ris, qui voluit bona conſeruari inter poſteros maſculos
domus, inductum fuiſſe fideicommiſſum ad fauorem il-
67 lorum de familia, vt notant omnes ſcribentes in d. l. fi-
liusfamilias, §. Diui, vbi Ambroſ. Opicco docet quod
omnia iura mundi hoc volunt, & n. 29. ait etiam Ferdin.
Loares n. 72. & Soc. Iun. n. 50. verſ. nam prohibitio, de
leg. 1. Gabr. d. concl. 9. n. 7. Rol. d. conſ. 23. n. 18. & ſeqq.
Dec. conſ. 38. n. 4. latè Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 688. n. 1. 2. 3.
vbi quòd omnes vno ore hoc fatentur: ergo ne bona
tranſeant ad extraneos, debent admitti poſteri maſculi
ex altera linea, finitâ vnâ, quia teſtator ſic prohiben-
do, & mandando bona conſeruari in poſteros maſcu-
los, voluit præſcindere vias, per quas poſſit tranſitus
ad poſteros impediri. Cancer. var. reſ. lib. 1. n. 265. verſ.
ſecundi dubij, in fin.

Non obſtat, quòd Ludouicus agens tunc non eſſet
natus, neque conceptus tempore alienationis factæ, &
conditionis purificatæ, quia hoc nihil intereſt: vbi enim
teſtator voluit bona remanere in familia, vel vocauit
poſteros, aut deſcendentes, veniunt omnes etiam naſ-
68 cituri in infinitum, & poſſunt poſteà nati alienata bo-
na reuocare, ex textu & gloſſa in d. l. peto, §. fratre,
de leg. 2. & Caſtr. conſ. 247. num. 3. part. 1. pulchrè in
terminis Fulgoſ. in l. quoties, in princ. vbi etiam Iaſ. &
Corn. C. de fideicom. Dec. dict. conſil. 38. n. 4. verſ. licèt
ergo, benè Ruin. conſ. 22. num. 11. 12. lib. 2. latiſſimè
Petra de fideicom. quæſt. 11. n. 585. & n. 609. vbi pluri-
mos congerit, & Caſtri ſententiam dicit eſſe receptiſ-
ſimam, & Fuſar. q. 735. num. 5. Marth. de ſucceſſ. legal.
part. 2. quæſt. 5. art. 1. num. 12. Rota apud Farin. deciſ. re-
cent. 681. n. 4. part. 2. Ideò alienans, vel conſentiens alie-
69 nationi non poteſt præiudicare illis, qui poſt ipſum
ſunt vocati, vel nati. Doct. in dict. leg. quoties, C. de
fideicomm. & in dicto §. Diui, expreſsè Ceph. conſ. 318.
n. 14. lib. 3.

Non obſtat, quod prohibitio de non alienando ex-
tra familiam non excedat quartam generationem, ex
70 §. nos igitur, in Auth. de reſtitut. fideicomm. maximè
cùm non adſit in prohibitione verbum, perpetuò.
Nam primò reſpondetur, quod teſtator prohibuit
alienationem omni tempore, & ex communi cauſa; &
ſic comprehendit omne tempus etiam infinitum, &
perinde eſt, ac ſi dixiſſet, perpetuò; adeò vt iſta ver-
ba repetita intelligantur in ſequenti clauſula, dum di-
citur, Cùm velit dicta bona peruenire ad poſteros
maſculos domus ſuæ, vt ex Ruin. d. conſil. 168. ſub
num. 20. lib. 3.

Deinde reſpondetur, quòd hîc non habet locum di-
ctus §. nos igitur, quia ex illa ratione, diſpoſitione ex-
preſſa complectente omnes poſteros maſculos, quorum
nomine collectiuo veniunt omnes deſcendentes in infi- 71
nitum, cenſentur vocati etiam illi, qui ſunt, vel erunt
vltra quartum, & quintum gradum, & durat prohibi-
tio in perpetuum, etiamſi non ſit dictum: ita Iaſ. in d.
leg. filiusfamilias, §. Diui, vbi etiam Alciat. num. 43.
Rip. n. 112. Ferdin. Loares num. 140. de leg. 2. Crott.
conſ. 48. n. 33. Pariſ. conſil. 72. n. 82. lib. 4. Alex. conſ. 56.
in princ. lib. 1. Rom. conſil. 457. poſt princ. Alben. con-
ſil. 54. n. 4. vbi reſpondet ad dictum §. nos igitur, latè
Petr. de fideicomm. q. 8. n. 505. verſ. ſed & alij receptiore
calculo, & n. 511. verſ. vel teſtator. Surd. conſ. 241. n. 50.
lib. 2. Peregr. conſ. 47. n. 6. lib. 2. Craſſ. in §. fideicom-
miſſum, quæſt. 19. n. 4. vbi dicit communem. Soc. conſ. 51.
num. 4. in princip. lib. 4. Menoch. lib. 4. præſ. 69. num. 17.
Intrigl. de ſubſt. cent. 3. quæſt. 79. n. 21. Fuſar. q. 381. n. 8.
quod adeò verum eſt, vt hoc caſu non ſit neceſſe appo-
ſita eſſe verba perpetuitatis, quia verbum, deſcenden- 72
tes, vel poſteri, comprehendit omnes in infinitum, vt
viſum eſt: ſic Bart. in dict. leg. §. nos igitur, Curt. dict.
conſ. 48. n. 33. Alex. conſ. 56. col. 1. lib. 1. Petr. de fidei-
com. quæſt. 8. n. 505. verſ. ſed alij, & num. 511. verſ. hanc
etiam, Pariſ. dict. conſ. 72. n. 82. Soc. dict. conſil. 51. n. 4.
in princip. lib. 4. Ruin. conſil. 128. in fin. lib. 2. Pariſ. con-
ſil. 52. n. 22. lib. 2. Natt. conſ. 437. col. 1. Peregr. de fidei-
comm. art. 30. num. 14 & num. 16. verſ. cùm verò, quia
verbum, Poſteros, vel deſcendentes, eſt aptum compre-
hendere omnes in infinitum, ad textum in §. fin. in Auth.
de hær. ab inteſt. Bart. in leg. ſi cognatis, in fin. de rebus
dub. Petr. dict. q. 11. n. 511. verſ. & hanc, & verſ. vel
teſtator, Intrigl. cent. 3. q. 79. num. 26. Giouagn. conſ. 73.
num. 84. lib. 1.

Non obſtat, quòd nulla ſit correſpectiuitas inter hæ-
redes, & legatarios, qui nec re, nec verbis coniuncti
ſunt. Nam reſpondetur, quòd licèt non ſint coniuncti
in inſtitutione, vel legato, ſunt tamen coniuncti in
prohibitione alienationis omni tempore, & in fidei-
commiſſo inducto ad fauorem poſterorum, & domus
pro conſeruatione familiæ; omnes enim erant teſtato-
ris nepotes, quos licèt diuerſo modo honorauerit, ta-
men in hoc, vbi tractatur de conſeruatione domus, non
eſt incongruum, quòd eos æquali modo vocauerit; cùm
enim appellatione poſterorum, & familiæ veniant tam
deſcendentes hæredum, quàm legatariorum, ſtante
æquali coniunctione ſanguinis, & pariter eorum deſ-
cendentes poſſint conſeruare domum teſtatoris, ſicut
deſcendentes ab hæredibus, dum voluit teſtator bona
tam hæreditaria, quàm legata peruenire ad poſteros
maſculos domus Caſelliæ, omnes etiam vocaſſe præ-
ſumitur ordine ſucceſſiuo de linea in lineam, quia
vna determinatio reſpiciens plura determinabilia 73
debet ea æqualiter determinare, ad textum in leg.
iam hoc iure, vbi Alexand. in pen. not. ff. de vulg. &
pupill. leg. quamuis, ff. de impub. leg. in teſtamento,
Cod. de teſtam. milit. vbi Alexand. declarat hoc pro-
cedere, etiamſi ſubſit diuerſa ratio determinandi in
vna perſona magis quàm in alia. Alexand. conſil. 50.
colum. 1. lib. 4. Crauet. conſil. 9. num. 27. quibus nihil
contradicit lex coheredi, §. qui diſcretus, de vulg. quia
potiùs firmat hanc noſtram ſententiam, ex quo teſta-
tor pluribus portiones diſtinctas dedit, & eos inuicem
ſubſtituit; etenim talis ſubſtitutio generaliter facta de-
claratur, vt ipſi priùs in portione, in qua ſunt con-
iuncti, videantur ſubſtituti per prius; ſed nihilomi-
nus illis deficientibus cæteri etiam defuncti hæredes
admittantur pro conſeruatione domus, ad finem, vt 74
bona teſtatoris deueniant ad eius poſteros, vt ipſe

diſpoſuit; ita in caſu noſtro poteſt dici, quod durante linea hæredum ſoli deſcendentes eorum ſuccedant; verùm ea deficiente fit locus poſteris maſculis alterius lineæ prouenientibus à legatariis, quia omnes ſunt eiuſdem domus, & familiæ teſtatoris, & omnes veniunt appellatione poſterorum illius, & omnes ſub vna determinatione vocati ſunt, dum voluit teſtator bona ſua peruenire ad eius poſteros maſculos.

Non obſtat illa oppoſitio, quæ fit ex aduerſo, quòd dictus D. Ludouicus agens ad fideicommiſſum nullo modo debeat audiri, quia deſcendit à legatariis prædictis, quos iuſſit ſtare tacitos, & contentos prædiis ſibi legatis, nec plus petere poſſe in eius bonis, & hæreditate; nam ob huiuſmodi verba teſtator videtur eos,
75 & natos natorum excluſiſſe à petitione fideicommiſſi; licèt enim hæc clauſula ad difformia nunquam referatur ex Bart. *in leg. fideicommiſſo, §. ſi quis ita, de leg. 3.* Caſtr. *in d. leg. pe. o, in princ. de legat.* 2. tamen quando ad aliud referri non poteſt, quàm ad fideicommiſſum conditionale, ad illud etiam refertur. Bald. *in l. liberti, libertæque, col. pen. verſ. vel dubitatur, C. de oper. libert.* Ruin. *conſ.* 23. *num.* 18. & *conſ.* 98. *ſub numero* 17. *verſ. & hoc, lib.* 2. hîc autem ad aliud non videtur poſſe referri, quia cùm eſſent dicti legatarij tranſverſales, nihil eis debebat teſtator, & ſic fruſtra mandaſſet, ne plus de bonis ſuis petere poſſent; ideò hæc clauſula referenda eſt ad fideicommiſſum conditionale; & licèt fuerit nominatim ad nepotes legatarios relata, & ideò ad filios eorum non videatur extendenda, ſecundùm Crau. *conſil.* 98. *n.* 8. tamen cùm ex radice infecta deſcendat, ſicut ipſi nepotes non admittuntur, ſic nec eorum filij, *l. viua matre, C. de bon. matern.*

Nam reſpondetur verè hanc clauſulam nihil officere iuribus fideicommiſſi, cùm habeat diuerſum ſenſum, & poteſt deſeruire ad multa, etiamſi non referatur ad fideicommiſſum; poteſt enim eſſe, quod illi legatarij eſſent creditores teſtatoris, & ſic ante dictam clauſulam legatum cenſetur factum animo compen-
76 ſandi, ad textum *in leg. cùm ab vno, in princ.* & *leg. Titia, §. qui in vita,* & ibi gloſſa *in verb. portione, de leg.* 2. *l. Imperator, §. ſi centum, eod. tit. cap. officij, de teſt.* aut voluit etiam teſtator ſic loquendo prohibere, ne legatarij moleſtiam inferrent hæredibus, allegando teſtamentum nullum, vel quod non iure eſſent inſtituti. Verùm hoc certum eſt, quod huiuſmodi clauſula, *ne plus peti poſſit*, refertur tantùm ad vniformia, & ad ea, quæ fuerunt purè legata, *leg. 3. §. cùm Titio, ff. de*
77 *adim. leg.* non autem debet referri ad ea, quæ ſub con-
78 ditione legata ſunt, vt hîc, quia ſunt deformia, vt eſt caſus *in l. Paulo Callimaco, §. 1. de leg. 3.* ita declarat Bart. *in leg. fideicommiſſa, §. ſi quis ita, in fin. eod. titul.* Caſtr. *in leg. peto, in princip. de leg.* 2. Ruin. *conſil.* 98. *numero* 10. & *conſil.* 197. *numero* 2. *lib.* 2. ſed fideicommiſſum prædictum eſt conditionale in caſu alienationis, vel mortis grauati; ergo non comprehenditur ſub dicta clauſula, quod ſint taciti, & contenti rebus ſibi legatis.

Nec verum eſt, quod hoc ius conditionale ſit dubium, vel incertum, quia imò certiſſimum eſt dicendum, cùm habeamus mentem teſtatoris expreſsè volentis, quod bona, tam hæreditaria, quàm legata, perueniant ad poſteros maſculos domus Caſelliæ; ideo tanquam lex eſt ſeruanda, *§. diſponat, in Auth. de nupt.* Et cùm ius
79 ſemper ſit certum, res dubia dici non poteſt, vbi lege, vel ſtatuto, aut ſcripturis authenticis decidi poteſt, ad textum *in leg. illam, Cod. de collat.* Peregr. *de fideicom. art.* 52. *n.* 101. *verſ. idem eſt.*

Accedat, quod illa prohibitio, ne plus petant, fuit perſonaliter facta ipſis legatariis; ergo non eſt trahenda ad deſcendentes, qui idcircò petere non prohi-
80 bentur. Bart. *in d. l. filiusfamilias, §. Diui, q.* 10. *de leg.* 1. Crau. *conſ.* 98. *num.* 8. & *num.* 13.

Nec obſtat, quod ipſi poſteà nati deſcendant ab infecta radice, *ex dicta l. viua matre, C. de bon. matern.* quia reſpondetur, quod id eis noceret, ſi filij, vel deſcendentes ſuccederent ex perſona patris. Bart. *in leg. libe-* 81
*rorum, num.* 14. *ff. de verb. ſignific.* verùm quando ſuccedunt ex perſona propria, tanquam vocati à teſtatore, vti de familia de Caſelliis, ſecus eſt: ita Ruin. *conſ.* 120. *num.* 15. *lib.* 1. etenim diuerſa eſt ratio in legatariis, & in eorum deſcendentibus, & propter diuerſitatem rationis ceſſat dicta lex *ſi viua matre*, ſecundùm Aret. *in leg. Gallus, §. nunc, in fin. de leg.* Ruin. *dict. conſil.* 120. *n.* 15. ideò credendum eſt noluiſſe teſtatorem excludere deſcendentes à dictis legatariis, ne peterent dictum fideicommiſſum conditionale, ſed ab hæreditate tunc 82
purè aliis nepotibus relicta; melius eſt enim quòd verba potiùs nihil operentur, quàm quod abſurdum ſequatur. Bald. *in rub. num.* 9. *Cod. de contrah. empt.* & *in leg.* 1. *colum.* 5. *verſ. & addo, Cod. commodat.* Bart. & alij *in leg. ſi familiæ, Cod. fam. erciſc.* hic autem reſultaret abſurdum contra mentem teſtatoris, quia ſic dicti deſcendentes à legatariis excluderentur à fideicommiſſo conditionali reſpectu portionis hæredum in euentu extinctionis eorum lineæ, & ſic abſurdum ſequeretur, quòd bona teſtatoris tranſirent ad extraneos; & tamen voluit conſeruari apud poſteros domus ſuæ, quæ adhuc duraret in deſcendentibus à legatariis; ergo dicendum, extincta linea hæredum fieri locum deſcendentibus à legatariis.

Et verè ſi veritatem amamus, non eſt facienda vis in illis verbis, quod illi ſint contenti legatis factis, quia dicta clauſula eſt intelligenda rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus, argumento textus *in leg.* 83
*continuus, §. cùm quis, de verb. obligat. leg. quod ſeruus*, cum ſua gloſſa, *ff. de condition. ob cauſ. cap. quemadmodum, de iureiur.* in terminis dixit Corn. *conſ.* 31. *num.* 8. *lib.* 4. Calcan. *conſ.* 43. *per totum.* Aret. *de teſtam. gloſ.* 60. *n.* 3. Marth. *de clauſ. p.* 3. *clauſ.* 59. *num.* 1.

Non obſtat exceptio præſcriptionis; tum quia dicitur eſſe præſidium iniquum, imò iniquiſſimum, vt *in Auth. vt Eccl. Rom. cent. an. gaud. præſcr. circa medium,* 84
Bald. & Ang. *in leg.* 1. *Cod. de præſcr. long. temp.* Fulgoſ. *conſ.* 108. Alex. *conſ.* 77. *lib.* 7. Petr. *de fideicomm. quæſt.* 14. *numero.* 231. 233. tum quia præſcriptio etiam 85
longi temporis non currit contra fideicommiſſarium ad præſcribendum bona fideicommiſſi, maximè ante euentum conditionis, vt inquit textus *in leg. fin. §. ſin autem ſub conditione, verſ. ſin autem auaritia, Cod. communia de legat.* & tradunt DD. *in dict. leg. filiusfamilias, §. Diui,* vbi Opizzon. *num.* 53. Loares *n.* 191. Crott. *n.* 138. *de leg.* 1. Alex. *conſ.* 60. *lib.* 3. Fuſar. *q.* 528. *n.* 10. Ceph. *conſ.* 215. *n.* 25.

Benè verum eſt, quòd id non procedit in præſcriptione longiſſimi temporis 30. vel 40. annorum, vt dicit Caſtr. *in dict. leg. fin. §. ſed quia, colum.* 3. *verſic. aduerte tamen, Cod. communia de leg.* 86
Bero *in capit. Raynutius, n.* 4. *de teſtament.* Petr. *de fideicomm. quæſt.* 14. *num.* 159. 160. Fuſar. *d. quæſt.* 528. *numero* 9. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *quæſt.* 73. *numero* 67. Verumtamen reſpondetur hoc verum eſſe contra valentem agere, ad quem ſpectat ius auocandi bona alienata: at nulla præſcriptio etiam 87
longiſſimi temporis nocere poteſt illis de familia nondum natis, & quibus non competebat tunc ius reuocandi alienationem, vel nondum aperta erat via agendi, puta quia alius erat in medio, vel quia is, ad quem ſpectat reuocatio, nondum erat natus, vel erat minor, vt hîc dictus D. Ludouicus, qui nec erat natus tempore alienationis, & præſcriptionis, & adhuc eſt minor, cùm enim ad reuocandum non admit- 88
tantur omnes de familia, ſed proximior tantùm, *leg. peto, §. fratre, de leg. ſecundo,* remotiores, qui non habent ius reuocandi, excluduntur, donec de medio tollatur ille proximior, vnde ipſis vel nondum natis,





vel agere non valentibus nulla currit præſcriptio etiam
89 longiſſima, ad textum *in leg.* 1. *§. fin.* & *leg. fin. Cod. de annal. præſcript.* & *Auth. niſi triennal. Cod. de bon. matern.* Bart. *in leg. vnus ex ſociis, §. ſi forenſ. de ſeru. ruſtic. præd.* & *in leg.* 1. *in fin.* vbi Bald. *n.* 6. *Cod. de bon. matern.* Ang. *conſ.* 196. *ad fin.* Gratian. *conſil.* 21. *n.* 37. & *conſil.* 101. *n.* 42. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 267. *n.* 5. in terminis Alexand. *conſil.* 101. *n.* 23. & *ſeq. lib.* 7. vbi concludit, quod contra fideicommiſſarium non currit præſcriptio, ſi nondum ſit aperta via agendi, quia fortè alius ſit in
90 medio, vel quia nondum natus erat, vel ſit minor fideicommiſſarius: ſic etiam Corn. *conſil.* 94. *lib.* 2. qui probat ſemper detrahendos eſſe annos vitæ patris; ad rem Vaſquez *de ſucceſſ. creat. lib.* 3. *§.* 26. *limitat.* 31. *n.* 129. 130. Balb. *de præſcript. concluſ.* 14. *num.* 11. 13. in terminis Crot. *in dict. §. Diui, num.* 142. 143. vbi etiam Rip. *num.* 116. Alciat. *num.* 48. latiſſimè Petr. *de fideicomm. quæſt.* 14. *num.* 204. 205. *vſque ad num.* 214. vbi teſtatur de communi, & multas adducit rationes, & auctoritates probant, quod circumſcripta etiam ſcientia fideicommiſſi adhuc non poteſt allegari aliqua præſcriptio contra agentem, qui forſan viuente præſente non potuit agere, eo in medio exiſtente, vel quia vocatus de familia nunc agens nondum erat natus, concludens communem eſſe DD. ſententiam, quod in re alienata reſtitutioni ſubiecta poſt mortem alicuius nulla currit præſcriptio interim contra fideicommiſſarium, etiamſi per multiſſimos annos ſtaret ſic, quia caſus non eueniret, eo quod ille non natus, vel habens proximiorem ante ſe non poteſt tunc agere: idem
91 Petr. *dict. quæſt.* 14. *num.* 186. vbi quod præſcriptio decurſa contra præſentem non nocet filiis. Pariſ. *conſ.* 23. *n.* 199. *lib.* 1. Natt. *conſil.* 437. *n.* 5. 7. Rim. Iun. *conſil.* 514. *n.* 43. Decian. *conſil.* 60. *n.* 3. *lib.* 1. Gabriel *de præſcript. concluſ.* 13. *num.* 11. Menoch. *conſil.* 904. *num.* 60. latiſſi-
92 mè Peregrin. *de fideicomm. artic.* 41. *num.* 16. 17. vbi quod non currit centenaria, neque millenaria præſcriptio: fusè Intrigl. *d. cent.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 71. vbi quod nec habet locum præſcriptio centum annorum: latè etiam Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 508. *num.* 4. vbi plurimos congerit, & docet, quod iſto caſu non valenti agere non currit, aut nocet præſcriptio, etiam centenaria, & quod ita cenſuit, & obtinuit: latè etiam Marth. *de ſucceſſ. legal. part.* 3. *q.* 3. *art.* 5. *num.* 33. 34. 35. vbi quod non currit præſcriptio, niſi poſtquam omnes præcedentes in gradu mortui fuerint, quando is, qui vult agere, erat agnatus remotior; adeò vt ſemper detrahendi ſint anni præſentes: & ita fuit iudicatum in Senatu Pedemontano.

Verùm fortiùs in caſu noſtro dicendum videtur locum non habere præſcriptionem, quia D. Ludouicus actor ignorauit fideicommiſſum, & ignorantia ſatis probatur: tum quia currente præſcriptione nondum
93 erat natus: tum quia ſucceſſit in locum alterius, ſcilicet patris ſui, ſiue fideicommittentis; ideò ex capite ignorantiæ poteſt ſe tueri à præſcriptione, ne currat; & ſi currit, poteſt reſtitui in integrum ad bona fideicommiſſaria, etiamſi lapſa eſſet præſcriptio centenaria, vt latè per Fuſar. *dict. q.* 508. *num.* 22. vbi alios allegat; ideò non eſt reiiciendus dictus actor, ſed audiendus, non obſtante præſcriptione, quod etiam pro-
94 batur *per l. Peto, §. fratre, de leg.* 2. in illis verbis: *Hæc tamen ideò ſequentium cauſa propter ſuperiores in poſterum lædi debet*: ad rem facit Petr. *de fideicom. d. quæſt.* 14. *num.* 186. ſi enim poſterorum conditio lædi non poteſt viuentibus ſuperioribus, ſequitur etiam, quod neque præſcriptio currere poſſit, quæ oritur ex negligentia eorum.

Imò impoſſibile videtur, quod dictæ Moniales præſcripſerint ius dicti fideicommiſſi, quia ſemper fuerunt in mala fide, quoniam ſcienter emerunt bona dicto fideicommiſſario ſubiecta, vt apparet ex inſtrumento emptionis, & tranſactionis, vbi hoc clarè legitur; ideò non habent aliquam actionem, niſi contra venditorem 95
ad pretium recuperandum, vt *in leg. fin. §. emptor autem, Cod. communia de legat.* Et propterea ſtante ſcientia fideicommiſſi Moniales non potuerunt præſcribere etiam per longiſſimum tempus, quia ſecundùm Ius 96
Canonicum, & iuxta communiſſimam DD. ſententiam in vtroque foro ſeruandam nulla currit præſcriptio cum mala fide; etenim etiam in præſcribendis bonis fideicommiſſi requiritur bona fides, ex Alexand. *conſil.* 99. *num.* 1. *libr.* 4. Dec. *conſil.* 565. *num.* 5. in terminis Cephal. *conſil.* 215. *num.* 21. & *conſil.* 624. *n.* 46. Crauet. *conſil.* 146. Gabr. *de præſcript. concluſ.* 1. *num.* 75. *verſ. contrariam.* Petr. *d. quæſt.* 14. *num.* 166. vbi teſtatur de communi, & quamvis multi dicant in præſcriptione 97
longiſſimi temporis ſemper adeſſe bonam fidem præſumptam, tamen ſi id verum eſt, nihil aliud operatur, niſi quod præſcribens dato longiſſimo tempore non arctatur ad probandum bonam fidem. Gabriel *d. concl.* 1. 98
*num.* 58. verùm ſi per ſcripturas, vel alio modo probetur eum habuiſſe ſcientiam rei alienæ, vel fideicommiſſario obnoxiæ, vt hîc, tunc illa vera mala fides ex ſcientia proueniens nunquam tollitur, aut purgatur per aliquem temporis curſum, etiam immemorabi- 99
lem, per textum *in c. vigilanti, cap. ſi diligenti, cap. veniens, in fin. de præſcript. c. poſſeſſor malæ fidei,* vbi DD. *de reg. iur. in ſexto,* Dec. *conſ.* 638. *col. prin. in fin.* Curt. Iun. *conſ.* 53. *col.* 4. pulchrè Crauet. *conſil.* 146. *n.* 2. 3. 6. 7. vbi ſatis hoc probat, & diſtinguit inter malam fidem præſumptam, & veram, quæ oritur ex ſcientia iuris alieni: idem Crauet. *de antiq. temp. part.* 4. *n.* 169. *verſ.* 100
*ſed iſta reſponſio,* Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 59. ad rem Ceph. *conſ.* 215. *n.* 24. quod adeò verum eſt, vt DD. communiter teneant, quod vbi defunctus fuit in mala fide, non ſolùm ipſe, ſed neque eius hæres poteſt præſcribere, licèt velit præſcriptionem inchoare ex perſona ſua: Abb. *conſil.* 3. *quæſt.* 14. *lib.* 2. Rom. *conſil.* 201. *ante fin.* 101
Calcan. *conſ.* 26. *col. fin.* Curt. Iun. *conſil.* 187. *col. fin.* & *conſ.* 181. *ad fin.* pulchrè Crauet. *dict. conſ.* 146. *num.* 7. *verſ. & quod præmiſſa.*

Non obſtat, quod Stephanus, & Paulus vltimi de linea hæredum conſenſerint dictæ alienationi, quia reſpondetur, quod ſicut ipſi non poterant alienare, ſic nec alienationi conſentire, *leg. ſi fundus, §. 1. de pign.* gloſſa, Bart. & DD. *in l. fin. C. de pact.* Crot. *in dict. §. Diui, num.* 147. & quamvis potuerint ſibi præiudicare, 102
non tamen potuerunt aliis poſteris alterius lineæ nocere, *dict. leg. peto, §. fratre*; cùm enim ad hoc fideicommiſſum ſint vocati omnes poſteri domus Caſellij maſculi, & ideò veniant ad illud non ſolùm deſcendentes hæredum, ſed etiam legatariorum, vt probatum eſt iuxta gradus proximitatem, vt *in eadem leg. peto, §. fratre*, ſequitur, quod non valeat alienatio, niſi interueniat omnium vocatorum conſenſus, iuxta *l. quoties ab* 103
*omnibus, C. de fideicom.* Cùm ergo nullus de linea legatariorum conſenſerit, talis illorum conſenſus nihil potuit præiudicare illis, qui poſt ipſos alienantes, vel conſentientes nati ſunt, vt tradunt omnes DD. *in l. quoties, & in dict. §. Diui,* Ceph. *conſ.* 318. *n.* 14. ad rem Peregr. *de fideicom. art.* 14. *n.* 24. & *art.* 52. *n.* 16. Fuſar. *q.* 560. *n.* 28. & *q.* 7. 9. *n.* 11. 12.

Non obſtat tranſactio facta per patrem Ludouici actoris cum Monialibus, cedendo iiſdem prædium diſputatum receptis ſolùm ſcutis 200. & iure recuperandi quædam bona, quæ non erant penes Moniales, nec apud ipſum tranſigentem. Nam reſpondetur talem tranſactionem, per quam tranſigens dimiſit, ſeu ceſſit rem fideicommiſſariam aduerſario poſſidenti, non fuiſſe validam, quia non fuit facta bona fide, ſtante ſcientia fideicommiſſi, nec adfuit iuſta tranſigendi cauſa; non enim ius hæredis prohibiti alienare, vel volẽtis rem auocare, vllo modo erat incertum, aut valde dubium, nec conſtabat

prædium alienatum pertinere ad Moniales; cùm enim
per binas ſententias conformes fuiſſet iudicatum ad fa-
uorem tranſigentis, veniſſe ſcilicet caſum fideicom-
miſſi, immò imminebat dubium, ne in tertia inſtantia
Moniales ſuccumberent, vt legitur in ipſo tranſactionis
inſtrumento. Et quia etiam habemus aliàs in ſimilibus
cauſis fuiſſe iudicatum ad fauorem fideicommiſſi, non
poteſt dici adfuiſſe tantum dubium, & talem difficulta-
tem, vt ſic tranſigi potuerit, ſed potiùs dicendum eſt,
quod tranſigens deuenit ad tranſactionem timore ex-
penſarum; ideò non valet tranſactio in præiudicium
aliorum, & tranſigens ſibi imputare debet, ſi litem non
104 fuit proſecutus; qui enim prohibetur alienare, non
poteſt neque tranſigere, quando debitum eſt liquidum,
vel de facili poteſt liquidari, aliàs eſſet inuenta via ad
alienandum, & indirectè permitteretur, quod directò
fieri prohibetur: ſic probatur *in leg. nulli*, vbi gloſſa, &
Bart. *ff. de tranſact. in leg. non ſolùm, C. de præd. minor.
cap. contingit*, vbi Abb. *de tranſ.* Bald. *in l. prima, verſ.
quæro, C. de bon. matern.* pulchrè Natt. *conſ.* 304. *num.* 8.
Petr. *de fideicom. q.* 8. *n.* 73. & *n.* 252. *verſ.* 2. *declaratur*,
Fuſar. *de ſubſt. q.* 562. *n.* 1. & *n.* 2. *verſ. & hæc*, & *n.* 5.
ac meliùs *q.* 708. *n.* 13. *in fin.*

Deinde reſpondetur dictum tranſigentem patrem di-
cti D. Ludouici actoris potuiſſe quidem tranſigere cum
Monialibus in ſui præiudicium; ſed eius tranſactio ni-
hil nocere potuit eius filiis, vel aliis vocatis à teſtatore,
105 & minùs poſteris naſcituris, qui veniunt ex iudicio fi-
deicommittentis, non patris, ſtante quod ius noſtrum
ſine facto noſtro nobis auferri non poteſt, & tranſa-
ctio vnius alteri præiudicare non valet, *leg. Imperato-
res, ff. de tranſact. l. ſi ſuſpecta, §. vlt. de inoff. teſtam. l.* 1.
*C. de tranſact.* & meliùs in terminis probatur *in d. l. fin.
§. ſin autem, Cod. communia de legat.* Bart. *in l. in diem,
ff. de aq. plu. arcend.* & *in l. controuerſia, ff. de tranſact.*
Bald. *conſ.* 215. *in primo dub. lib.* 1. Natt. *conſ.* 470.
*n.* 12. 13. Ruin. *conſ.* 138. *n.* 10. *lib.* 2. Alb. *conſ.* 74. *n.* 1.
Menoch. *conſ.* 545. *n.* 7. & *præſ.* 147. *ante n.* 16. *lib.* 3. Ceph.
*conſ.* 155. *ad fin.* Becc. *conſ.* 147. *n.* 16. Odd. *conſ.* 49. *n.* 9.
Peregr. *de fideicom. art.* 52. *n.* 81. Caualc. *deciſ.* 13. *n.* 37.
*part.* 1. & Fuſar. *q.* 562. *n.* 16.

Non obſtat, quod dictus D. Ludouicus ſit hæres pa-
tris ſui, & ideò non poſſit contrauenire facto defuncti,
106 ad textum *in l. cùm à matre, Cod. de rei vindic.* Nam reſ-
pondetur id non procedere in hærede cum beneficio le-
gis, & inuentarij; hoc enim præſeruat omnia iura hæ-
redi, qui idcircò poteſt conſequi quidquid ſibi debe-
107 tur ex alia cauſa, quàm hæreditatis, etiamſi contraue-
niat facto defuncti, *ex l. fin.* vbi DD. *C. de iur. deliber.*
ad rem Peregr. *de fideicom. d. art.* 52. *n.* 97. latiſſimè Fu-
ſar. *de ſubſt. q.* 557. *num.* 12. vbi benè declarat, & infi-
nitos congerit.

Benè verum eſt, quod etiam hæres cum beneficio in-
uentarij tenetur ex facto defuncti, in quantum eſt factus
locupletior, & pro ea quantitate bonorum defuncti,
quæ peruenit ad eius manus. Bald. *in d. l. cùm à matre,
n.* 10. & ibi Fulgoſ. *de rei vindic.* Ruin. *conſ.* 7. *n.* 29. *lib*...
Surd. *conſ.* 254. *n.* 20. Fuſar. *d. q.* 557. *num.* 12. & hoc fa-
teor veriſſimum eſſe, adeò vt agens teneatur refundere
emptori, ſeu reo conuento quidquid vigore tranſactio-
nis ad eum peruenit.

Verùm hæc nihil nocent etiam quoad hoc dicto acto-
108 ri, quia in caſu noſtro certum eſſe videtur, quod dictus
D. Ludouicus agens vigore dicti fideicommiſſi antiqui,
etiamſi ſit hæres patris, contraueniendo dictæ tranſa-
ctioni nullam aliam pœnam incurrit, niſi quod omnia
ſint, & eſſe intelligantur in priſtino ſtatu, & gradu, in
quo erant ante tranſactionem, vt legitur conuentum
fuiſſe in ipſo tranſactionis inſtrumento: ergo nihil eſt
impedimento actori, quin poſſit agere ad fideicommiſ-
ſum, etiamſi ſimpliciter eſſet hæres patris, quia ſic con-
uentum fuit, *leg. prima*, & ibi Doctores, *ff. de pact.* ſed
dato beneficio inuentarij de nihilo eſt dubitandum.

Accedat, licitum fuiſſe dicto D. Ludouico etiam hæ-
redi ſimpliciter contrauenire dictę tranſactioni ex capi-
te enormiſſimæ læſionis, quia in illa tranſactione Mo-
niales ſibi retinuerunt dictum prædium Gaidæ valoris
ſcutorum aureorum 2070. vt ex inſtrumento venditio-
nis, necnon fructus à die litis conteſtatæ, decem an-
norum, qui conſtituebant ſummam ſcutorum 1035. &
è contra illæ dederunt Caſelliis tantùm ſcuta 200. à li-
bris ſeptem, & ſolid. 4. & ceſſerunt iura, quæ habe-
bant in bonis traditis dicto Zanobio in permutatione
eiuſdem prædij Gaidæ, quæ non ſunt æſtimabilia, cùm
non poſſiderentur à Monialibus, imò lapſi ſunt anni 60.
& vltra, ex quo ſunt penes tertios poſſeſſores ex iuſtis 109
titulis, propter quod omnis actio fuit præſcripta, &
ſecuritas poſſeſſoribus acquiſita, *l. ſicut, C. de præ-
ſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* DD. *in Auth. malæ fidei, C. de
præſcript. long. temp.* ideò cùm æſtimatio horum bono-
rum, ſeu iurium tota pendeat à Iudicis arbitrio, etiam
ſine examine teſtium, vt per Manent. *conſ.* 162. *num.* 40.
*& ſeqq.* certè potiùs damnoſum, quàm vtile iudicandum
eſt experiri actiones huiuſmodi contra tertios poſſeſſo-
res, quia expenſæ ſunt certæ in litigando, & nulla ferè
adeſt ſpes vtilitatis.

Et propterea cùm ad validitatem tranſactionis requi-
ratur dubius litis euentus æqualis ex vtraque parte, Pi-
nell. *in l.* 2. *p.* 2. *c.* 9. *C. de reſcind. vend.* Seraph. *de-* 110
*ciſ.* 861. *num.* 15. hîc autem non aderat iſte dubius litis
euentus, imò quaſi certa erat victoria contra Moniales
ob binas ſententias, & confeſſionem earum, de qua in
inſtrumento tranſactionis: ergo hæc pro dubio litis
euentu non poſſunt computari in æſtimatione. Seraph. 111
*d. deciſ.* 861. *n.* 3. ergo tranſactio nulla eſt propter læſio-
nem enormiſſimam, & reſcindenda. Peregr. *de fidei-
comm. art.* 52. *numer.* 101. Fuſar. *quæſt.* 562. *num.* 5. &
*q.* 708. *in fin.*

Sed demus etiam, quod caſus eſſet dubius, & quæ-
ſtio probabilis, & argumentatiua; adhuc tamen tranſ-
actio poteſt reſcindi ex capite læſionis enormiſſimæ vl-
tra dimidiam valoris, non rei, ſed actionis, deducto
dubio litis euentu, quia ſtante tali læſione videtur ad-
eſſe dolus re ipſa, licèt non ex propoſito, *l. omnes, §.* 112
*Lucius, ff. de his, quæ in fraud. cred.* quod ſufficit ad re-
ſcindendam tranſactionem, per textum *in l. ſi ſuperſtite*,
ibi, *ſanè ſi immodicè læſa es*, vbi gloſſa, Alber. Salyc.
Alex. & Doct. *C. de dol.* DD. *in leg.* 2. vbi Bart. Ang. Cagn.
Pinell. *C. de reſcind. vend.* Corn. *in conſil.* 166. *in* 1. *dub.
vol.* 3. ſic etiam Rom. Ang. Imol. & Caſtr. *in l. latiùs,
§. fin. ad Trebell.* Bart. *in l. ſocietatem, §. arbitrorum, col.
pen. ff. pro ſoc.* Imol. *in cap. Quintauallis, colum.* 19. *de iure-
iur.* Abb. Card. Butr. & Imol. *in cap. cùm cauſa, de empt.
& vend.* Alex. *conſ.* 89. *vol.* 2. Soc. *conſ.* 144. *num.* 24. &
*conſ.* 129. *n.* 48. *vol.* 1. vbi teſtatur de magis communi.
Dec. *conſ.* 203. *col.* 3. & *conſ.* 216. *col.* 2. *&* 3. & *conſ.* 479.
*col. vlt.* Soc. Iun. *conſ.* 129. *n.* 48. & *conſ.* 148. *n.* 34. *lib.* 1.
& *conſ.* 98. *col.* 4. *lib.* 2. Ceph. *conſ.* 346. *n.* 19. Fabian. à
Mont. *tract. de empt. & vend. in q.* 8. *colum.* 4. Trenta-
cinq. *var. reſol. tit. de empt. & vend. reſol.* 3. *n.* 7. *verſ. hac
Doctorum*, vbi docet nullam extare difficultatem, quan- 113
do læſio eſt enormiſſima, vt hic, & Fuſar. *de ſubſt. q.* 562.
*n.* 4. Cyriac. *contr. for.* 182. *n.* 83.

Et quamvis Peregr. *de fideicom. art.* 52. *verſ. horum*,
non admittat hanc opinionem, niſi concurrentibus ali-
quibus coniecturis ſumptis ex perſonarū conditione, ex
quibus fallacia, metus, aut circumuētio aliqua coniectu-
rari poſſit, tamē id poteſt habere locū in lęſione enormi,
quia nō eſt neceſſe hæc interuenire, vbi adeſt enormiſſi-
ma lęſio; tunc enim dolus reipſa contingēs æquiparatur
dolo ex propoſito, *leg. ſi quis cùm aliter*, vbi Alex. & DD.
*de verb. oblig.* Bart. *in dict. leg. ſocietatem, §. arbitrorū, col.* 4. 114
*verſ. quæro vtrum ff. pro ſoc.* Soc. Iun. *conſ.* 144. *n.* 10. 11. *lib.
primo*, & alij præcitati, qui faciunt magis communem
DD.



DD. ſententiam contra Peregrinum, cuius opinio ſi
eſſet vera, deſtrueret quæſtionem de enormiſſima
læſione, propter quam reſcindi poteſt omnis contra-
ctus vltro, citroque obligatorius, & omnis contro-
uerſia reſtringeretur ad dolum ex propoſito, ob quem
non eſt dubium poſſe reſcindi quemcumque contra-
ctum, quia dolus cuique ſuus obeſſe debet, *l. qui
dolo*, vbi Dec. & Cagn. *de reg. iur. l.* 1. *ff. de except.
dol.* & tamen in hoc æquiparantur dolus ex propoſito,
& dolus re ipſa, vt hæc tradunt DD. *in l.* 2. *C. de reſcind.
vendit.*

Nec dubitandum eſt de identitate bonorum; nam
ex proceſſu producto, & olim fabricato inter Ludoui-
cum ſeniorem, & eius filios de Caſelliis cum dictis
Monialibus, conſtat, quod dictus R. D. Paulus Ca-
ſellius fideicommittens inter alia bona acquiſiuit præ-
dium Gaidæ, vt ex tribus inſtrumentis publicis, vt in
proceſſu, *fol.* 47. 61. 64. Et poſt hæc in ſuo vltimo
115 teſtamento fecit hæredes dictos Zanobium, & alios
eius nepotes prænominatos, & fecit legata aliis nepo-
tibus modo ſupradicto, vt in dicto teſtamento, de
quo *fol.* 72. qui hæredes teſtatoris poſteà diuiſerunt
bona hæreditaria, & prædium prædictum Gaidæ obue-
nit dicto Zanobio in parte ſua, vt in inſtrumento, de
quo *fol.* 82. Hoc autem prædium Zanobius partim
vendidit, & partim permutauit dictis Monialibus,
vt in inſtrumento, *fol.* 84. 86. vbi fit mentio illud
fuiſſe acquiſitum à dicto teſtatore; & quod erat ſub-
iectum fidecommiſſo prædicto, *ſol.* 105. 117. 130.
ergo Moniales tenentur ad reſtitutionem, ad tradita
116 per DD. *in l. Marcellus, ff. ad Trebell.* & *in Auth. res
quæ, C. communia de legat.* & vt vidimus.

Et ideò dictus D. Ludouicus iunior agens probauit
neceſſaria ad ſuam intentionem; nam de fideicommiſ-
ſo ſatis conſtat ex verbis teſtamenti, quod bona ad
poſteros peruenire debeant, & quoad agnationem,
familiam, mores, alienationem, natiuitatem, & alia
apparet ex proceſſu tum per ſcripturas publicas, tum
per plures teſtes.

Non obſtat, quod proceſſus non poſſit pro eo fidem
facere, tum quia contrauenit tranſanctioni; tum quia
eſt res inter alios acta, & ipſe non poteſt ex actu im-
pugnato commodum reportare, *l. ex eo, de reg. iur. in* 6.
117 Cyriac. *controu.* 292. *n.* 28.

Nam reſpondetur proceſſum fuiſſe factum à fidei-
commiſſariis cum dictis Monialibus, ideò non poſſe
dici rem inter alios actam, & quatenus talis eſſet,
adhuc probat etiam contra quoſcumque, quia non
quærimus de effectu ſententiarum, ſed an quid factum
ſit; ideò quia ex actis conſtare ſolet, an quid factum
ſit, propterea facta in vno iudicio probant etiam in
alio contra quoſcumque, vt de communi Dec. *in l.* 2. *nu-
118 mero* 51. vbi DD. *C. de edend.* & *in c.* 1. *numero* 24.
*de fid. inſtr.* Natt. *conſ.* 309. *numero* 5. *lib.* 2. Maſcard.
*de prob. concl.* 33. *numero* 34. 35. ideò ſcripturis publi-
cis, & inſtrumentis in eis exiſtentibus, & actis non
poteſt tolli fides circa facta, quomodo proceſſerint,
& maximè quia dictus D. Ludouicus non impugnauit
dictum proceſſum, & quia ex conuentione etiam par-
tium res remanet in priſtino ſtatu, quatenus ſucceſſo-
res tranſigentis nolint tranſactioni acquieſcere. Hæc
ergo videntur ſufficere ad pronunciandum veniſſe ca-
ſum fideicommiſſi. Et ita fuit iudicatum ſub die 11.
Aprilis 1646. vt ex actis Cancellariæ Epiſcopalis Re-
gij, &c.

Benè igitur his, & aliis ad ſatietatem vtrimque ad-
ductis, diu, & attentè conſideratis, in hanc deueni
ſententiam, vt venerit caſus fideicommiſſi ad fauorem
dicti D. Ludouici iunioris, non enim vidi congruum
reſponſum ad ea, quæ pro eius parte allegata fuerunt
contra Moniales prædictas, & præcipuè motus fui ex
adductis per Gratian. *diſc. for.* 828. *per totam*, qui
ſcripſit in caſu valde ſimili, & ſuſtinuit adeſſe fidei-
commiſſum etiam in caſu mortis, ex prohibitione
alienationis cum expreſſa ratione conſeruandi bona
in familia, quia ad poſteros maſculos volebat teſtator
ea peruenire, vt hîc, vbi dum teſtator voluit bona
eius ſtabilia conſeruari in familia ſua, & hæredum,
ac legatariorum, & ad poſteros deuenire, hoc vtique 119
fieri non poteſt, niſi dicamus, per ea verba inductum
fuiſſe nouum, & abſolutum fideicommiſſum recipro-
cum, & perpetuum inter dictos poſteros de familia,
alioquin conſeruatio bonorum in poſteris non poſſet
ſortiri effectum, quia ſi teſtator habuit reſpectum ad
agnationem, ſeu domum maſculinam conſeruandam,
bona non poſſunt conſeruari, niſi ſucceſſiuè tranſeant 120
de vno in alium, vel alios de eadem familia, ad tex-
tum *in l. peto, §. fratre, l. cùm ita, §. in fideicommiſ-
ſario, de legat* 2. ita Bart. *in l. qui Romæ, §. cohære-
des*, vbi Aret. *col.* 3. *verſ. vbi autem*, & *col.* 4. Soc.
*numero* 18. *de verb. oblig.* ad rem Dec. *conſ.* 3. *n.* 2. 3.
& *conſ.* 637. *numero* 8. Pariſ. *conſ.* 90. *numero* 2. 23. 43.
& *conſ.* 42. *numero* 40. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 67. *num.* 36.
& *conſ.* 443. *numero* 19. Rot. *diuerſ. deciſ.* 568. *num.* 1. 2.
& *deciſ.* 698. *numero* 4. *part.* 1. Giouagn. *conſ.* 38.
*numero* 10. 11. 12. 48. 49. 52. 53. *lib.* 1. & de veriori,
ac magis communi teſtatur Gratian. *d. diſc. for.* 828.
*num.* 23. 24. 25. vbi alios allegat, & ſæpè à Rota ſic
deciſum affirmat; & hoc procedit non ſolùm ad fauo-
rem deſcendentium ab inſtitutis, ſed etiam deſcenden- 121
tium ex tranſverſalibus de domo, ſaltem illis deficien-
tibus. Giouagn. *d. conſ.* 38. *numero* 17. ibi, *mox etiam in
tranſuerſalibus, lib.* 1. clariùs Grat. *d. diſc.* 828.
*numero* 23.

Et quamuis dicatur prohibitionem alienationis nu-
dam à cauſa eſſe nullam, per textum *in l. filiusfamilias,
§. Diui*, vbi DD. *de leg.* 1. *l. pater filium, §. Iulius, in
princ. de leg.* 2. tamen id nihil officit in caſu noſtro, quia
prohibitio erat ſatis veſtita, & valida, quia erat facta 122
hæredibus inſtitutis, inter quos aderat præcedens re-
ciproca ſubſtitutio; earum enim fauore ſuſtinebatur, 123
vt per gloſſam *in l. codicillis, §. Inſtitutorum, verb. filiis
ſuis, de leg.* 2. Grat. *conſ.* 21. *n.* 13. *lib.* 2. Petr. Ant.
Anguiſſ. *conſ.* 9. *n.* 7. *in fin. & ſeq. lib.* 6. Petr. *de fideicom.
q.* 1. *n.* 33. *verſ. pro ſolutione*, & *n.* 52. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 685.
*n.* 50. vbi dicit, quod hæc opinio eſt indubitanter te-
nenda, quando ſubſtitutio reciproca fuerat facta inter
ipſos prohibitos, & *n.* 52. idem confirmat; & ideò ad
validandam dictam alienationis prohibitionem non
erat neceſſe exprimere aliquam cauſam vlteriorem; &
propterea cauſa poſtea à teſtatore expreſſa, cùm velit
bona eius ſtabilia ad poſteros eius deuenire, cùm acce-
dat prohibitioni de ſe validæ, importabit fideicom-
miſſum abſolutum, & perpetuum ad fauorem poſtero- 124
rum, non ſolùm in caſu alienationis, ſed etiam mortis,
vt tradunt DD. *in d. §. Diui*, Ruin. *conſ.* 122. *n.* 2. *lib.* 2.
Capr. *conſ.* 93. *n.* 3. 8. Grat. *conſ.* 21. *n.* 9. *& ſeq. lib.* 2.
Ceph. *conſ.* 153. *n.* 56. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 7. *n.* 17. *& ſeqq.*
Surd. *conſ.* 67. *n.* 40. Bellon. Iun. *conſ.* 12. *n.* 16. & *conſ.* 61.
*n.* 20. Peregr. *conſ.* 45. *n.* 16. *lib.* 1. Petr. *d. q.* 5. *n.* 105. Caualc.
*deciſ.* 18. *n.* 63. *p.* 3. vbi dicit hoc maximè verum, quando
verba prohibitionis ſunt prægnantia, vt hîc, Fuſar. *de
ſubſt. q.* 688. *n.* 83. qui licèt *ſub n.* 84. alios in contra-
rium alleget, tamen id inquit pendere ab illa quæſtio-
ne, vtrum prohibitio alienationis reguletur à præce-
denti ſubſtitutione; quod nihil nocet noſtræ intentioni,
quia inferiùs demonſtrabitur hanc de per ſe ſtare, &
non venire conſequutiuè ad præcedentem ſubſtitutio-
nem, quæ fuit de omnibus hæreditariis; hæc autem par-
ticularis de immobilibus tantùm, & bonis ſtabilibus.

Sed aliunde etiam probatur dictam alienationis pro-
hibitionem non fuiſſe inualidam, aut nudam; ſiquidem
in ea allegantur duæ rationes, quarum prima ſufficit ad
validandum prohitionem, altera inducit fideicommiſ-

ſum abſolutum, iuxta tradita per DD. *in dict. §. Diui*, vbi docent, quod ſi prohibitioni validæ addatur ratio, quia teſtator velit bona conſeruari in familia, cenſeri inductum fideicommiſſum etiam in caſu mortis, & abſolutum, ad textum *in leg. quoties, la prima*, & ibi gloſſa, Bart. & Bald. *num.* 8. *C. de fideicom.* Rip. *in dict. §. Diui, num.*4. Dec. *conſil.*38. *num.*5. Soc. Iun. *conſil.*140. *num.*5. *lib.*3. Decian. *conſil.*31. *num.*100. *lib.*1. Rol. *conſil.*23. *num.*24. *lib.*4. Petr. *de fideicomm. quæſt.*11. *num.*549. Surd. *deciſ.*125. *n.*77. Farin. *deciſ. recent.*231. *num.*3. *par.*3. vbi licèt varient DD. in exemplis ad oſtendendum, quando prohibitio dicatur valida, tamen ſi verè valida ſit, & adiiciatur cauſa conſeruandæ familiæ, tunc docent omnes reſultare fideicommiſſum abſolutum.

Hoc autem ſatis verificatur in caſu noſtro, vbi teſtator dixit: *Decernens inſuper, iubens, & mandans ipſe D. teſtator, quòd nullus prædictorum Ludouici, & Petri Ioannis legatariorum, & D. Ioan. Andreæ Zanobij, & Ioan. Iacobi hæredum aliquo tempore alienare poſſit, nec valeat proprietatem dictorum bonorum immobilium legatorum & relictorum, & hæreditatis prædictæ in toto, nec in parte, aliqua ratione, vel clauſa.*

Demus huc vſque nudam, & ſimplicem fuiſſe dictam prohibitionem, quod tamen non eſt, vt vidimus, non veſtitam aliqua ratione, vel cauſa; verùm quia teſtator ſubiunxit hæc formalia verba: *Cum velit, & intendat ipſe D. teſtator dicta bona ſua immobilia in poſteros maſculos domus, & caſatæ ſuæ de Caſellis peruenire*; Vtique ſequitur ſecundum omnes, quod ex hac ſola ratione dicta prohibitio alienationis veſtita dicatur, & valida, vt tradunt DD. *in d. l. filiusfamilias, §. Diui,* 125 *il* 2. *de leg.* 1. ex textu *in l. peto, §. fratre, de leg.* 2. *l. pater, §. fundum, de leg.* 3. Ceph. *conſ.*153. *num.* 25. & *conſ.*259. *num.* 10. & non eſt, qui contradicat, quin hoc caſu ſaltem inductum cenſeatur fideicommiſſum in caſu alienationis, vt probatur *in d. leg. peto, §. frat.* 126 & *d. l. pater, §. fundum*, Peregr. *de fideicom. art.*14. *n.*10. Intrigl. *de ſubſt. cent.*3. *q.*72. *num.*35. Mantic. *de coniect.* 127 *lib.*6. *tit.* 14. *n.*24. Fuſar. *d. q.*688. *num.*1.2.3. vbi alios allegat, quod ſatis eſſet etiam ad auocandum bona à dictis Monialibus, cùm venerit iſte caſus alienationis extra familiam.

Hoc ſtante, cùm teſtator validata iam dicta prohibitione ſuperaddat aliam clauſulam, ſcilicet vt domus, & caſata ipſorum de Caſellis conſeruetur; vtique hæc deſeruiret de vento, niſi ſimplex, & abſolutum fidei- 128 commiſſum importaret, etiam in caſu mortis, cùm ex antecedentibus ſatis eſſet inductum in caſu alienationis: vnde ſequitur, vt per hanc ſecundam clauſulam dicatur inductum fideicommiſſum in caſu mortis, quia prohibitioni validæ adiicitur. Ruin. *conſ.*128. *n.*11.12. & *conſ.* 208. *num.* 17. *iunct. numer.* 15. 16. *lib.* 1. Surd. *conſ.*67. *num.*38. Farin. *dict. deciſ.*203. *num.*3. *part.* 2. & *deciſ.*193. *num.*6. *part.*1. *in recent.* verba enim ſunt apta ad importandum fideicommiſſum, etiam in caſu mortis, *l. vnum ex familia, §. ſi fundum*, & *§. vlt. de leg.* 2. ergo ſequitur, quod familia ſit vocata etiam in caſu mortis, alioquin eſſet in libertate prohibiti alienando deludere familiam, in qua voluit teſtator bona conſeruari. Petr. *de fideicom. q.*5. *num.*132. Menoch. *conſ.*197. *num.*7. *in fin.*

Vnde primò non obſtat illa communis concluſio docens fideicommiſſum relictum ſub conditione, ſi ſine filiis deceſſerit hæres, ipſo decedente cum filiis, licèt 129 poſtea ipſi quoque decedant abſque filiis, vt hîc, nihilominùs locum non fieri ſubſequentibus ſubſtitutionibus, quia illæ regulantur à conditione primæ ſubſtitutionis, iuxta tradita per Oldrad. *conſil.* 21. *n.* 1. Alex. *conſil.*139. *lib.*6. Dec. *conſil.*636. Rot. *diuerſ. deciſ.* 118. *part.*1. & *deciſ.*230. *part.* 2.

Nam reſpondetur illud procedere nullis extantibus coniecturis contrariæ mentis teſtatoris, quod voluerit vlterius ſuum extendere fideicommiſſum etiam ad poſteros, vel alios in præcedentibus non expreſſos; namque ſi extant coniecturæ etiam leues, tunc receditur à dicto conſilio Oldr. velut ſi teſtator voluerit proſpicere agnationi maſculinæ, vel habuit rationem conſeruandæ domus, & familiæ per verba tractum temporis ſi- 130 gnificantia; tunc enim aliter dicendum eſt, quia cenſetur tali caſu teſtator voluiſſe gradatim ordine ſucceſſiuo inducere fideicommiſſum inter illos de familia, ſecundùm Cuman. *conſ.* 2. *ſub. num.* 4. Rip. *in l. hæredes mei, §. cùm ita, num.*17. *ad Trebell.* Iaſ. *conſ.*108. *lib.*4. Crau. *conſ.*113. *in princ.* Dec. *conſil.*227. *in princ. verſ. nam dum*, Curt. Iun. *conſ.*121. *num.*11. & *ſub num.* 15. Sot. Iun. *conſ.*110. *n.*37.39. *lib.*3. Marzar. *conſ.*4. *num.*11. 16. 33. 34. Rim. Iun. *conſ.*456. *n.*32. *lib.*4. Mandel. *conſil.*54. *n.*8. Decian. *conſ.*33. *num.* 88. 102. *lib.*1. Ruger. *conſ.*25. *n.*81. *lib.*1. Surd. *conſ.*96. *n.*34. & *conſ.*241. *n.*45. & *conſil.* 336. *n.*14. & *conſ.*443. *n.*26. Giouag. *conſ.* 38. *n.*24. & *n.*63. *lib.*1. vbi quod Rota ſic cenſuit. Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.*7. *tit.*5. *n.*15. *verſ. ex coniecturis*, Bellon. *conſil.*12. *n.*49. & Barz. *deciſ. Bonon.* 6. *num.*37. Farin. *deciſ. recent.*44. *num.*3. & *deciſ.* 181. *n.*5. *part.* 1. Coccin. *deciſ.*493. *n.*9. Gratian. *diſc. for.* 828. *n.*40.41. quæ ſufficiunt ad obtinendum, quia hîc concurrunt coniecturæ prædictæ. Secundò igitur non obſtat prohibitionem alienationis prædictæ eſſe conſequutiuam, 131 & acceſſoriam ad præcedentem ſubſtitutionem reciprocam, *ſi ſine filiis deceſſerint*; ideò ex ea non oriri nouum fideicommiſſum, iuxta famoſum Dec. *conſil.*636. & latè habetur apud Giouagn. *conſ.*39. *lib.*1. Nam primò reſpondetur, dato quod hoc verum ſit, quod hæc acceſſoria ſit, non tamen negari poteſt, quin ex ea etiam conſequutiuè colligatur intentionem teſtatoris fuiſſe conſeruandi agnationem, & domum maſculinam, vt 132 bona ſua ad poſteros maſculos perueniant, vt pluries cenſuit Rota *diuerſ. deciſ.*479. *n.*2. *in fin. p.*4. ex Gabr. *conſ.*124. *n.*12. *ad fin. lib.*2. Farin. *deciſ. recent.*44. *n.*5. *p.*1. Giouagn. *d. conſ.*38. *n.*65.

Deinde reſpondetur prædictam concluſionem procedere quando in prohibitione alienationis habita eſt ratio conſeruandæ familiæ ſimpliciter, enuntiatiuè, & per verba illatiua, *ita fiet, adeo, vt*, & ſimilia; tunc 133 enim fideicommiſſum non infertur, quia refertur ad præcedentia, iuxta Oldr. *in d. conſ.*21. Ceph. *conſ.*510. *lib.*4. Surd. *conſ.*315. *n.*18. *vſque ad n.*30. Peregr. *conſ.*38. *num.* 30. *lib.* 1. & *de fideicomm. art.*11. *num.* 56. Fuſar. *q.* 683. *num.*20.

Secus dicendum eſſe videtur, ſi per modum rationis, & cauſæ fiat mentio conſeruationis familiæ, & maſculorum deſcendentium, quia vult teſtator bona ſua peruenire ad poſteros maſculos, & deſcendentes, vel conſeruari in familia maſculina; tunc enim nouum, & 134 abſolutum reciprocum fideicommiſſum inter deſcendentes, vel poſteros de familia cenſetur induxiſſe, illudque voluiſſe eſſe repetitum à primo in ſecundum, & alios, *ex l. cùm pater, §. dulciſſimis, de leg.* 2. Bald. *conſ.*473. *lib.*5. & alij plurimi apud Fuſar. *de ſubſtit. q.*480. *n.*20.21. & licèt alleget alios in contrarium, reſidet tamen in hac ſententia, vt *n.*30. *in fin.* ſic etiam Peregr. *de fideicomm. art.*11. *n.*56. & *conſ.*47. *num.*5. *lib.*5. Surd. *conſ.*315. *n.*18. *vſque ad n.* 30. Ceph. *conſ.* 510. *lib.* 4. Menoch. *conſ.*775. *n.*4. Rot. *diuerſ. deciſ.*479. *n.*2. *in fin. part.*4. & qui in contrarium allegantur, ſi benè conſiderentur, non aliter ſentiunt: ſed hic eſt caſus noſter, & in fortioribus, quia verba ſunt ampla, & geminata, quæ oſtendunt enixam teſtatoris voluntatem: ergo non eſt dubitandum, quin verſemur in fideicommiſſario ſimplici, & abſoluto.

Verùm ſi placet etiam alia ſententia, quæ eſt communis, quod ſi alienationis prohibitio fiat etiam cum cauſa conſeruationis familiæ, ſi ſtet acceſſoriè, & conſequtiuè, regu-



reguletur à præcedenti ſubſtitutione, vt per Fuſar. *de ſubſtit. q.*683. *n.*10. Giouagn. *conſ.*37. *num.*12.13. & *per totum.* Gratian. *diſc.*828. *num.*8.

Aliud dicendum eſt in caſu noſtro, vbi dicta prohibitio alienationis fit ſeparatim, & principaliter per ſe ex ratione, & cauſa conſeruandi bona in familia Caſel- 135 liorum; tunc enim non regulatur à præcedenti ſubſtitutione, ſed importat nouum fideicommiſſum reciprocum, & perpetuum inter deſcendentes maſculos de familia ordine ſucceſſiuo. Gabriel. *conſ.*138. *à num.*25. *vſque ad num.*29. *lib.*2. Menoch. *conſ.* 348. *numer.* 43. & *conſ.*900. *num.*17. Rot. *diuerſ. d. deciſ.*568. *in fin. part.*1. latè Fuſar. *d. q.*683. *n.*15. Peregr. *conſ.*57. *n.*11.12. *lib.*5. Odd. *de prohib. alien. p.*3. *q.* 11. *n.*236.238. Giouagn. *d. conſ.*39. *num.*13. Gratian. *d. diſc.* 828. *n.* 8. 9. vbi quod Rota ſemper reſoluit ſub hac diſtinctione prohibitionis acceſſoriæ, vel principalis.

Nec eſt difficile probare, quod in caſu noſtro prohibitio alienationis ſtet de per ſe, & principaliter, ac ſeparatim à præcedenti ſubſtitutione hæredum; nam cùm ea contineat res, & perſonas diuerſas à præcedentibus, vt videbimus, non poteſt dici, quod ſtet conſequutiuè, & acceſſoriè ad præcedentia; ſi enim voluiſſet teſtator eam deſeruire ſolùm pro præcedentibus, in quibus tantùm ſemel, & temporaliter reciprocè ſubſtituerat eius primos hæredes, ſi ſine filiis decederent, vtique non erat neceſſe deſcendere ad apparatum ſic amplum prohibendi alienationem bonorum, vt ad poſteros maſculos deuenirent, & vt domus ipſorum conſeruaretur, quia hæc nihil pertinebant ad illam præcedentem ſubſtitutionem; & ideò impoſſibile eſt verificari mentem ipſius 136 ſine nouo, & perpetuo fideicommiſſo inter maſculos deſcendentes de familia. Giouagn. *d. conſ.*38. *num.* 11. Rot. *d. deciſ.*568. *num.*2. Gratian. *dict. diſc.*828. *num.*24. vbi de communi, & veriori.

Hîc autem tam ex verbis teſtatoris, quàm ex materia ipſa conſtat, dictam prohibitionem alienationis ſtare de per ſe, & principali modo, non autem acceſſoriè. Nam poſt verba principalis ſubſtitutionis reciprocæ inter hæredes teſtator dixit hæc verba: *Inſuper decernens, & mandans*: vbi nota dictionem illam, *Inſuper*, quæ 137 abſque dubio cadit inter diuerſa, per textum *in §. inſuper alia, Inſtit. de donat.* & perinde eſt, ac ſi dixiſſet, *& vltra*, ſeu *vlterius*, ex gloſſa *in l. Seia, ff. de fund. inſtr. & inſtrum. leg. in verb. inſuper*: & propterea de eius natura eſt ampliare priùs diſpoſita, ex Menoch. *conſ.*416. 138 *num.*22. & in terminis, quod per dictionem, *Inſuper*, teſtator dicatur incepiſſe nouam orationem, dixit Giouagn. *d. conſ.*39. *n.*15. *in fin.* Nec mirum, quia hæc vox denotat diuerſum caſum à præcedenti, & ideò qualitas appoſita in antecedenti diſpoſitione non extenditur ad partem ſequentem, quam dicta dictio, *Inſuper*, intermediat, vt per Gemin. *conſ.* 44. *circa princip.* quem ſequitur Marth. *in tract. de clauſ. part.*4. *clauſ.*24. *n.*4. latè Barboſ. *tract. de diction. vſufreq. littera I, verb. inſuper*, vbi etiam, quod hæc dictio diuerſitatem à præcedentibus denotat, & venit addendo ad ſuperiora.

Sed meliùs id probatur etiam ex materia ipſa prohibitionis alienationis, vt non poſſit dici acceſſoria ad præcedentia, quia nec ratione perſonarum ad quas vtraque diſpoſitio refertur, nec ratione bonorum de quibus diſponitur, conueniunt. Si quidem ſubſtitutio principalis reciproca primo loco inter hæredes facta ſonat tamen inter Dominos Ioannem Andream Zanobium, & Ioan. Iacobum nepotes teſtatoris, vti hæredes illius; & comprehendit vniuerſam hæreditatem; ſecunda verò, quæ reſultat ex prohibitione alienationis ad fauorem poſterorum maſculorum, & familiæ, facta eſt non ſolùm dictis hæredibus, ſed nominatim etiam dicto Lu- 139 douico, & Petro Ioanni legatariis, & complectitur etiam bona legatariis relicta, non tamen ſe extendit ad omnia, vt prima ſubſtitutio; ſed ſolùm ad bona immobilia. Ergo hæc prohibitio cum ſuis clauſulis non poteſt dici acceſſoria ad præcedentem ſubſtitutionem, ſed diuerſa, & ſeparata per ſe ſubſiſtens, & apta ampliare primam ſubſtitutionem, & nouum, ac perpetuum inducere fideicommiſſarium, vt vidimus, quia diuerſas res, & perſonas comprehendit, propter quod acceſſoria dici non poteſt, ex Beret. *conſ.*142. *n.*29. *verſ. cum verò*, latè Petr. *de fideicom. q.*6. *n.*26.27. & *q.*11. *n.*560. & *ſeqq.* Curt. Iun. *conſ.*43. *col. pen. verſ. non obſtat.* Paſeth. *conſ.*92. *n.*10. *verſ. hoc tantum*, Ceph. *conſ.* 107. *num.* 11. Menoch. *conſ.*900. *n.*18. *verſ. ſep. imus eſt caſus*, quos ſequitur Fuſar. *de ſubſt. q.*683. *num.*23. vbi quod prohibitio conti- 140 nens alias perſonas non ſe reſtringit ad præcedentia, etiamſi adſit dictio relatiua: pulchrè hoc etiam docuit Gratian. *d. diſcept.*828. *num.*15.16. vbi quod ex diuerſitate perſonarum non datur repetitio præcedentis qualitatis, & ſubſtitutionis.

Et ideò nihil nocet, quod hæc prohibitio alienationis immediatæ, & continuatiuæ incontinẽti ſit appoſita poſt primam ſubſtitutionem; & idcircò videatur ad 141 eam reſpectiua. Nam ſatis conſtat tum ex verbis, tum ex diuerſitate rerum & perſonarum eam eſſe diſpoſitionem per ſe ſtantem, & nouam, adeò vt non poſſit dici ad præcedentem correſpectiua: ſic ex Bart. *in l. Aurelius §. idem quæſiit, in fin. verſ. ſi incontinenti, ff. de liber. leg.* dixit Petr. *de fideicom. d. q.*6. *n.*26.27. & *d. q.*11. *n.*560. pulchrè Gratian. *d. diſc.*828. *n.*18. ſemper enim nouum fideicommiſſum ex prohibitione alienationis validæ inducitur, quoties illa ſine verborum violentia non poteſt reſtringi ad caſus, & ſolas perſonas expreſſas, & comprehenſas in præcedenti ſubſtitutione. Fuſar. *d. quæſt.*689. *n.*19. quod hîc optimè verificatur.

Tertiò igitur nihil obſtat, quod hæc prohibitio alienationis ſit facta ſolùm inſtitutis hæredibus, & legatariis nominatim, ideò non extendatur ad alios. Fuſar. *de ſubſt. q.*679. *num.*1. Nam reſpondetur, in caſu noſtro non oportere extendere hanc prohibitionem, cùm alienans bona prædicta eſſet vnus de inſtitutis, & expreſsè prohibitis, qui alienando in extraneos extra familiam, 142 effecit vt omnes ordine ſucceſſiuo de familia poſſint reuocare alienata, ad textum *in leg. filiusfamilias, §. cùm pater, de leg. primo, leg. peto, §. fratre, de leg.*2. Odd. *de prohib. alienat. q.* 11. *art.* 1. *per totum*, Gratian. *dict. diſc.*828. *n.*1. Peregr. *de fideicom. art.*22. *n.*75. *verſ. verùm circa*, Fuſar. *q.*318. *num.*114. *in fin.* & licèt primo 143 loco admittatur proximior ad reuocandum alienata extra familiam, vt notatur *in l. vlt. §. pen. de leg.*2. *l. cùm ita, §. in fideicommiſſo*, & *d. l. peto, §. fratre, eod.* tamen ſi ille neglexerit reuocare, alij ſequentes in gradu etiam poſtea nati de familia poterunt talem facere reuocatio- 144 nem, per textum *in d. l. peto, §. fratre, iunct. gl. in verb. ex familia, de leg.*2. Petr. *de fideicom. q.*11. *n.*584. Pereg. *eod. tract. artic.*22. *n.*75. Fuſar. *d. tract. q.*318. *n.*107.113. & *q.*739. *n.*7. Magon. *deciſ. Floren.* 102. *num.* 6. Farin. *deciſ. recent.*73. *n.*3. *p.*1.

Deinde reſpondetur, quod dato etiam non poſſe extendi dictam prohibitionem, non tamen ſequitur, quod alij poſtea vocati per fideicommiſſum perpetuum, ex eo quod teſtator voluit bona ſua peruenire ad poſteros maſculos domus ſuæ, vt eius familia conſeruetur, poſſint alienare, quia prouiſio hominum non tollit prouiſionem legis, per quam res ſubiectæ reſtitutioni alie- 145 nari non poſſunt. *Auth. res quæ, C. communia de legat.* 146 vt tradit Corn. *conſ.*69. *ad fin. lib.*1. Dec. *conſ.*386. *n.*6. Ruin. *conſ.*117. *num.*29. *lib.*2. Tob. Non. *conſ.*90. *n.*18. Ceph. *conſ.* 153. *num.*43. *lib.*2. Peregr. *conſ.* 40. *lib.* 1. vbi quod ita fuit iudicatum. Surd. *deciſ.*272. *numer.*19. Fuſar. *q.*675. *n.*1. & *q.* 720. *n.*7.8. & *ſeqq.* vbi reſpondet ad omnia.

Et licèt dici ſoleat, quòd expreſſa hominis prohibitio facit ceſſare prohibitionem legis, *l. cùm ex filio, §.*1. *ff. de* 147 *vulg.* tamen id procedere reſpondetur pro tempore, quo durat

durat illa prohibitio, verùm elapſo tempore, adhuc du-
rat tacita legis prohibitio : ſic in ſpecie reſpondent
Caſtr. *conſ*.263. *dub*.2.*lib*.2.Dec. *in leg*.1.*n*.28.*ff. de off.*
*eius*, & *conſ*.86. *num. primo*, *dub*. 1. pulchrè Fuſar. *d.*
*quæſt*.720. *num*.2. *verſ. reſpondetur ſecundò*; duplex eſt
enim prohibitio, vna legis tacita, vetans bona fidei-
commiſſario ſubiecta alienari, *l. Marcellus*, *§. res quæ*,
*ff. ad Trebell.* altera teſtatoris reſtricta ad tempus ſeu
perſonas prohibitorum. Ergo licèt poſt tempus, ſeu
vitam prohibitorum ceſſet hæc teſtatoris prohibitio,
non tamen ceſſat alia legis tacita, quin eueniente caſu
fideicommiſſi bona alienata poſſint vindicari, per tex-
tum *in leg. vlt. §. ſin autem*, *Cod. communia de legat.* ſic
Fuſar. *d.q*.720.*n*.7. *verſ. Argumenta.*

Inſuper reſpondetur, tunc demùm prouiſionem ho-
148 minis facere ceſſare prouiſionem legis, quando vtra-
que diſpoſitio tendit ad eundem finem, & effectum, ſe-
cus ſi ad diuerſum, *l.vlt. C. de pact. conu.* Menoch.*lib*.4.
*præſ*.189.*n*.115. Fuſar.*d. quæſt*.720. *n*.2. *verſ.reſpondetur*:
ſed hîc prohibitiones tendunt ad diuerſum finem, quia
prohibitio teſtatoris fuit facta fauore hæredum inui-
cem ſubſtitutorum, vt vidimus; tacita verò legis fauore
fideicommiſſariorum, ne bona fideicommiſſario ſub-
iecta alienentur : ergo vna non tollit aliam. Ita Caſtr.
*dict. conſil*. 263. Dec. *conſ*. 386. *num*. 6. Magon. *deciſ.*
*Flor*.149.*n*.30.*verſ. minùs etiam*, Fuſar. *d.q*.675. *n*.3.&
*q*.720.*n*.21 *verſic. reſpondetur huic argumento.*

Præterea poſſet reſponderi, quod licèt alienationis
prohibitio facta videatur ſolùm nominatis à teſtatore,
tamen cùm dixerit, ſe id feciſſe, quia volebat bona
ſua deuenire ad poſteros maſculos eius domus, vt eius
familia, & ipſorum hæredum, & legatariorum con-
ſeruetur, ſequitur, vt huiuſmodi prohibitio ad omnes
porrigatur, & extendatur, ad quos bona peruenerint
de eius familia propter cauſam, & rationem expreſſam
generalem quæ non poteſt reſtringi ad perſonas nomi-
natim prohibitas; ratio enim generalior dicto extendit
149 prohibitionem alienationis ad alias perſonas, vbi non
enuntiatiuè, ſed per modum rationis, & cauſæ fuit
emiſſa, maximè ſi non poteſt reſtringi ad eos tantùm,
ſalua mente teſtatoris, vt hîc; ſic ex diſtinctione Rom.
*conſil*.457. *numero primo*, vbi Mandoſ. *in verb. hæredes*,
Crauet. *conſil*.785.*numero* 18. dicens eam rationem eſſe
tantæ poteſtatis, vt porrigatur ad omnem perſonam, in
qua ratio ipſa locum habet. Peregr. *conſil*.45. *num*.14.
150 & *conſil*. 58. *numero* 5. *libr*. 1. & *de fideicomm. art*. 1.
*numero* 28. & *art*. 11. *numero* 54. Fuſar. *de ſubſt.*
*quæſt*.679. *numer*. 13. vbi infinitos congerit. Mantic. *de*
*coniect. vlt. vol. lib*.8. *tit*.2. *ſub n*.18. *ad fin.* & *n*.20.*verſ.*
*ſimili.*

Et quamvis multi teneant, quod etiamſi ratio prohi-
bitionis ſit generalior dicto, & ſubſtitutione ipſa, ta-
men non extendatur ad alias perſonas, quando fuit no-
minatim facta perſonæ, vel cum certa demonſtratione,
quia tunc prohibito eſt valde perſonalis, & ſic non ex-
tenditur etiam per rationis identitatem. Ruin. *conſ*.127.
*ſub n*.9.*lib*.2.Bero.*conſ*.80. *n*.41.*lib*.2. Beret. *conſ*.55.*n*.2.
Fuſar. *de ſubſt. q*.673. *n*.8.9. & *q*.679. *n*.14.

Nam reſpondetur id procedere, quando ratio illa
conſeruandi bona in familia commodè poteſt reſtrin-
gi ad terminos præcedentis fideicommiſſi, & ad per-
ſonas nominatim prohibitas; velut ſi dictum fuiſſet,
151 quia voluit bona ſemper permanere in ſua familia ſe-
cundùm modum ſupradictum, vel per ſimilia verba;
tunc enim non ampliatur prohibitio, nec extenditur
ad alias perſonas, ſecus eſt, ſi commodè talis reſtri-
ctio fieri non poſſit, vt hîc: ſic ex Alex. *conſ*. 59. *col.*
*pen. verſ. nec obſtat*, *lib*. 3. Dec. *conſ*.291. *col. pen. verſ.*
*non obſtat*, Bero. *conſ*.90.*num*.3. *lib*.2. Rim.Iun. *conſ*.20.
*num*.29. pulchrè Peregr. *de fideicomm. art*. 11. *num*. 55.
& ſenſit Fuſar. *d. quæſt*.679. *num*.13. *in fin.* & *num*. 15.
vbi ſubdeclarat opinionem prædictam quando prohi-
bitio eſt reſtricta ad certas perſonas, & ratio ad eas
poteſt referri, velut ſi dictum ſit: *Prohibens dictos filios*
*ſuos alienare, quia voluit, vt in eis conſeruentur bona*;
tunc enim non extenditur prohibitio ad alias perſonas,
quia commodè ad ſolos prohibitos ratio illa reſtringi-
tur; non ſic eſt in caſu noſtro, vbi poſt factam prohi-
bitionē dixit teſtator; *Cùm velit bona immobilia prædi-*
*cta deuenire ad poſteros maſculos eius domus, vt conſer-*
*uentur in familia Caſelliorum*: non enim eſt poſſibile
poſteros maſculos reſtringere ſolùm ad perſonas tunc
viuentes, quibus ſolis fecit prohibitionem; ergo ne-
ceſſe eſt eam extendere ad quaſcumque alias perſonas,
ad quas fideicommiſſum extenditur, & dicitur eſſe per- 152
petuum, & abſolutum ob vocationem poſterorum maſ-
culorum. Ruin. *conſil*.128. *numero* 11. 12. & *conſ*.208.
*num*.15.16.17.*lib*.1.Surd. *conſ*.67. *n*.38. Fuſar.*quæſt*.688.
*num*.74. Farin. *deciſ. recent*.203.*n*.3. *part*.2. & *deciſ*.193.
*num*.6. *part*.1.

Ideò concludendum eſt, prohibitionem alienatio-
nis dictorum bonorum immobilium eſſe perpetuam, vt
poſſint deuenire ad poſteros maſculos dictæ familiæ,
licèt perſonalis videatur prohibitio; quia illa ratio
generalis, cùm velit bona conſeruari in familia, vel 153
ad poſteros maſculos peruenire, facit prohibitionem
realem, & iniungit grauamen in rem ſcriptum, adeò
vt prohibitio tranſeat ad omnes de familia cùm onere
fideicommiſſi, & non alienandi bona, ex Caſtr.*conſ*.302.
*numero* 3. *lib. primo*, Pariſ. *conſil*.92. *numero* 43. *lib*.2.
Capyc. *deciſ*.103. *numero* 3. Mandel. *conſ*. 54. *num*. 4.
& *conſ*. 93. *numer*. 1. *in princ. verſ. ſuccedunt.* Menoch.
*conſ*. 753. *numero* 3. & *conſ*. 1007. *numero* 101. &
*conſ*. 1029. *numero* 3. & *conſ*. 1099. *numero* 15. &
*conſil*. 1110. *numero quarto*, vbi quòd prohibitio ad
omnes tranſit, ad quos bona ſunt peruentura : idem
Menoch. *de præſ. lib*.4. *præſ*.68. *num*.26. Surd. *conſ*.567.
*numer*. 18. 23. 24. & *conſ*. 96. *ſub numer*. 38. 44. Becc.
*conſ*. 158. *num*.16.17.18. & *conſ*. 236. *num*. 44. Ceph.
*conſ*.478. *num*.45. Craſſ. *in §. fideicommiſſum*, *quæſt*.5.
*num*.11. Fuſar. *d. q*. 673. *num*.5. Peregr. *conſ*. 49. *n*.3.4.
*lib*.3. & *§. de fideicomm. art*. 11. *num*.54. Mantic. *de con-*
*iect. vlt. vol. lib*.8. *tit*.2. *n*.18. Gratian. *diſc*. 285. *num*.5.
Rayn. *deciſ. Bonon*.106.*n*.8. Monach. *deciſ. Flor*.29.*n*.2.
Marth. *de clauſ. part*.3. *clauſ*.4. *n*.10. Viu. *deciſ*.186.*n*.9.
*lib*.1. Farin. *deciſ. recent*.193. *n*.2.4. *p*.1. & quamvis ali-
qui ſentiant contrarium, quando prohibitio eſt nomi-
natim facta perſonæ, vt realis dici non poſſit, vt per
Fuſar. *d. quæſt*.673. *n*.8.9. tamen iam reſponſum eſt, &
viſum hoc procedere, quando ratio ipſa eſt limitata, &
poteſt reſtringi ad præcedentia, vt per Peregr.*d. art*. 11.
*n*.55. Fuſar. *d. q*.679. *n*.13. *in fin.* & *n*.15. ſecus eſt, vbi
non patitur hanc reſtrictionem, vt hîc, vbi cùm teſta-
tor velit bona ſua imobilia deuenire ad poſteros maſ-
culos, & familiam Caſelliorum conſeruari, præſu-
mendum eſt voluiſſe facere fideicommiſſum reale, ſine
quo talem effectum non valuiſſet aſſequi; & quamvis
aliqui dicant hanc eſſe prohibitionem mixtam, hoc
nihil refert, quia ſecundùm regulas reales eſt regulan-
da, vt de communi Odd. *de prohib. alienat. quæſt*. 15.
*art*.10. *n*.217. *iunct. n*.220.223.& ſic ſemper eſt apta fa-
cere fideicommiſſum reale.

Quartò non obſtat conſenſus filij ipſius alienan-
tis, qui erat proximior, & qui ſuccedere debebat alie-
nanti, quaſi quod reuocare bona alienata ad ipſum
ſolùm ſpectaret, non ad omnes deſcendentes, vel de 154
familia, *ex d. l. cùm ita*, *§. in fideicommiſſo*, *de leg*. 2.
Fuſar. *de ſubſtit. quæſt*. 739. *numer*. 6. vbi alios adducit.
Nam reſpondetur, quòd ille conſentiendo alienationi
potuit ſibi præiudicare, non autem aliis de familia
etiam poſtea natis; illi enim quandocumque naſcan-
tur, poterunt reuocare bona alienata, ad textum *in*
*leg*.3.*§. ſed quia*, & *§. ſeq. C. communia de leg.* plenè Rol.
*conſ*.10. *num*.35. *lib*.3. latiùs Fuſar. *de ſubſt. quæſt*. 318.
*num*.



*num*. 107. 113. & *ſeq*. vbi plurimos congerit. Cyriac.
*contr*.532.*n*.40. vbi quòd alienatio facta contra præce-
ptum teſtatoris, eſt ipſo iure nulla, & non poteſt con-
ualidari ex eo, quòd hi qui immediatè vocabantur, re-
nuntiauerint iuri ſuo, quia alter ſubſequens vocatus
cenſetur, ſi ille primus non reuocauit, vt benè etiam
Menoch. *lib*.4. *præſ*.93. *num*. 11. vbi quòd ſi primi non
155 recuperant alienata, alij ſequentes poſſunt recuperare,
ſic etiam Boer. *dec*. 12. & Magon. *dec. Flor*.91. & 92.
vt per Hodiern. *ad Surd. dec*.238. *ſub n*.3. *ad fin.* adeò,
vt nulla in hoc remaneat difficultas.

Quintò non obſtat, quod in caſu noſtro nulla adſint
verba, *in perpetuum*, vel *in infinitum*, aut ſimilia, quæ
poſſint perpetuum inducere fideicommiſſum. Nam re-
ſpondetur hîc non deeſſe verba perpetuitatem impor-
tantia; ſiquidem verbum, *Poſteros maſculos*, id efficit,
cùm complectatur omnes deſcendentes, vel ſuccedentes
156 de familia in perpetuum, ex textu *in l. 4. ff. de iur. im-*
*munit. l. Iuriſconſultus*, *§. parentes*, *ff. de grad.* Bart. *in l.*
*liberorum*, *n*.19. *de verb. ſign.* Natt. *conſ*.137. *num*. 2. &
*conſ*.64. *n*.6.8. Dec. *conſ*.637. *num*.5. Rol.*conſ*.70. *n*.20.
*lib*. 3. Menoch. *conſ*. 895. *num*.5. & *conſ*.1006. *num*. 4.
& *conſ*.1071. *num*.1.5.7. & *præſ*.89. *num*.20. *lib*.4. Fuſar.
*q*.330. *n*.2. Gratian. *diſc*.285. *n*.4.14. Coccin. *deciſ*.193.
*num*.1.2. Farin. *deciſ. recent*. 10. *num*. 14. & *deciſ*. 125.
*num*. 3. & *deciſ*. 193. *num*.2. *part*.1. ex quibus probatur
teſtatorem vocando poſteros, cenſeri admiſiſſe omnes
deſcendentes in infinitum.

Sextò non obſtat, quod fideicommiſſum familiæ re-
lictum etiam in perpetuum non extendatur vltra quar-
tam generationem, ex Nouella Iuſtiniani 59. de qua
*in §. nos igitur*, *in Auth. de reſtit. fideicom.* quaſi quod
157 noſter modernus Ludouic. actor ſit extra caſum quartæ
generationis, & ideò non ſit audiendus.

Nam quatenus concurrant requiſita dictæ Nouellæ,
quæ multa ſunt, reſpondetur non verificari in caſu no-
ſtro, dictum D. Ludouicum eſſe extra quartam genera-
tionem; non enim hîc de gradibus ſecundùm ius ciui-
le quærendum eſt, de quo docemur tot eſſe gradus, quot
ſunt perſonæ, dempto ſtipite; quia Nouella non lo-
quitur de gradibus, ſed de generationibus, & ſatis
conſtat generationem non fieri ex vna perſona, ſicut
gradus; ſed duæ requiruntur, ideò dicta Nouella lo-
quens de quarta generatione, non poteſt adaptari ad
gradus iuris ciuilis; nam duo gradus iuris ciuilis fa-
ciunt vnam tantùm generationem, & quatuor gradus
158 faciunt duas, & propterea graduum computatio fa-
cienda eſt ſecundùm ius canonicum, vt ex Alex. *in*
*conſ*.59. *n*.4. *lib*.3. Soc.Sen. *conſ*.43. *col*.2. *in princ. lib*.3.
dixerunt Soc.Iun. *conſ*.136.*n*.41. & *conſ*.140.*n*.10.*lib*.3.
Fuſar. *de ſubſtit. quæſt*.725. *num*. 4. quo ſtante conſtat
dictum D. Ludouicum eſſe intra quartam generatio-
nem, quia recenſitis perſonis eſt in quarto gradu cum
R. D. Paulo teſtatore ſecundùm ius canonicum.

Deinde reſpondetur aduertendum eſſe, quartam ge-
nerationem, quæ admittitur ad recuperanda bona alie-
nata excluſo poſt ſe veniente, incipiendam eſſe nume-
rari poſt perſonam primi prohibiti, quia quartus gra-
dus reſpicit perſonam prohibitorum alienare, adeò vt
ſi vnus ex his exiſtens fortè in quarto gradu alienet,
locus erit fideicommiſſo in caſu contrauentionis ad fa-
159 uorem eius, qui eſſet de vocatis in quinto gradu, vt
explicant Soc. Iun. *d. conſ*.136. *numer*. 41. & *conſ*. 140.
*num*.10. *lib*.3. Pariſ. *conſ*.78. *n*.13. *lib*.2. Ceph. *conſ*.386.
*numer*. 22. Decian. *conſ*. 89. *numer*.9. *lib*. 3. Menoch.
*conſ*.867. *num*.7. Petr. *de fideicom. q*.8. *num*.505. Fuſar.
*quæſt*.725. *num*. 5. Couar. *var. reſol. lib*.3. *cap*.5. *num*.4.
*verſ. nec magis*, Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib*. 8. *tit*.2.
*num*. 21. *verſ. item aduerte*; quocirca in caſu noſtro
dempto Zanobio alienante, qui fuit primus grauatus,
ſi gradus incipiant numerari à Paulo, qui fuit filius
Ludouici ſenioris, ex cuius perſona vti primo loco
grauata numerari non debet, apparebit dictum D.
Ludouicum iuniorem eſſe intra quartam generatio-
nem.

Denique reſpondetur dictam Nouellam non proce-
dere in fideicommiſſo abſoluto in caſu mortis reſultan- 160
te ex dicta prohibitione alienandi, ex Soc.Iun.*conſ*.136.
*n*.43. *lib*.3. & ex Surd. *conſ*.241. *n*. 8. *lib*. 2. Rim. Iun.
*conſ*.482. *n*.67. & *ſeqq.* ſicut etiam non habet locum in
fideicommiſſo fauorabili relicto pro conſeruanda fami-
lia in poſteris maſculis, quia tunc fideicommiſſum non
reſtringitur ad quartam generationem, ſed in infinitum
protenditur, quoad vſque duret familia, vt ſeruetur
mens teſtatoris, *ex Anch. conſ*.27. *col. pen.* Dec.*conſ*.321.
*col*.1. *verſ. non obſtat.* Pariſ. *conſ*.72. *num*.84. *lib*.4. Soc.
Iun. *conſ*.136. *in fin. lib*. 3. Surd. *conſ*.241. *numero* 50.
Mantic. *de coniect. lib*.8. *tit*.2. *num*.21. *verſ. hoc amplius*,
ibi, *aliud videtur*, vbi vide.

Septimò non obſtat, quod dictus D. Ludouicus iu-
nior non poſſit aſpirare ad hæc bona, etiamſi adeſſet
reciprocum fideicommiſſum, quia legatarius non con-
currit, nec admittitur ad fideicommiſſum reciprocum 161
inter legatarios, & hæredes vniuerſales, etiam poſt
mortem, & in caſu deficientiæ omnium hæredum, quia
non datur inter eos coniunctio, ex doctrina Bart. *in l.*
*Lucius*, *num*.18. *de vulg. & pup.* & in hoc fundamento
pars Monialium tantùm confidit, vt dicat neminem
poſſe contrarium aſſerere, niſi contradicendi ſtudio id
faciat.

Sed verè leue eſt fundamentum; ſiquidem doctrina
Bartoli procedit in caſu dubio, in quo non apparet
teſtatorem ſimul ſubſtituiſſe, ſeu vocaſſe hæredes, &
legatarios; tunc enim præſumitur ſubſtitutionem fe-
ciſſe tantùm inter hæredes, quia ſic patitur ratio recti
ſermonis, vt per Bart. *in d. l. Lucius*, vbi etiam Imol.
& Ang. ſecus eſt quando ſumus in claris, quod teſta-
tor expreſsè ſimul vocauit hæredes, & legatarios, vel 162
ſi ratio recti ſermonis id non patiatur, velut ſi teſtator
inſtituiſſet tantùm duos filios, & vno moriente ſuper-
uiuentes ſubſtituat, quia id verificari non poteſt in vno,
tunc de neceſſitate comprehenditur etiam legatarius in
ſubſtitutione, vt benè ſeipſum declarat Bart. *in leg. fin.*
*num*.2. *verſ. ſed ſi inſtituiſſet*, *ff. ad Trebell.* Caſtr. *in l.*
*coheredi*, *§. qui diſcretas*, *de vulg. & pup.* Alex. *in d. l.*
*Lucius*, *eod.* ad rem Menoch. *lib*.4. *præſ*.60. *num*.14.15.
latè Fuſar. *de ſubſtit. q*.261. *num*. 7. & *num*. 12. vbi alij
allegantur.

Hîc autem verba ſunt clara, & ſecundùm rationem
recti ſermonis vera, & ſine violentia aliter intelligi
non poſſunt, dum mandauit teſtator, quod nullus tam
hæredum, quàm legatariorum nominatim aliquo tem-
pore, vel aliquo modo alienare poſſit proprietatem di-
ctorum bonorum immobilium relictorum, & hæredi-
tatis prædictæ, in tantum vt dicta eius bona in poſteros
maſculos domus ſuæ de Caſelliis velit peruenire, vt do-
mus ipſorum conſeruetur: nam licèt nepotes ſuos alios
fecerit hæredes, alios legatarios, in hac tamen parte
æqualiter eos nominauit, & æquales fecit, & iure me-
ritò, quia domus Caſelliorum poterat conſeruari, tam
in iſtis, quàm in illis; & ſic iuſtum eſt, quod deficiente
linea hæredum, ſuccedat linea legatariorum, alioquin
non conſeruaretur domus Caſelliorum, nec bona deue-
nirent ad poſteros maſculos eius domus iuxta mentem
teſtatoris, qui in hoc omnes parificauit; certum eſt
enim, quod vna determinatio reſpiciens plura determi-
nabilia, debet ea æqualiter determinare, maximè ſi
adſit identitas rationis domus conſeruendæ, vt hîc, *leg.* 163
*iam hoc iure*, *de vulg. leg. quamvis*, *Cod. de impub.* Alex.
*conſil*.50. *col*.1. *lib*.3. Crauet. *conſil*.9. *num*.27. & ſic ad
rem noſtram Aret. *in d. l. Lucius*, vbi Iaſ. *num*. 24. &
Alciat. *num*.46. Ruin. *conſ*. 165. *numer*. 8. *lib*. 2. Me-
noch.*d. præſ*.60. *num*.14. Peregr. *de fideicomm. art*.9.*n*.14.
& *art*.20. *numero* 20. Intrigl. *de ſubſtit. cent*.2. *quæſt*.77.
*numer*.

numer. 13. Fuſar. d. quæſt. 261. numer. 12. & quæſt. 494. num. 6.

Deinde reſpondetur, quod Bart. in d. l. Lucius, loquitur de ſubſtitutione vulgari, nos autem verſamur in caſu ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, quæ non poteſt contineri ſub verbis directis; & eo caſu non poterat idcircò teſtator ſenſiſſe de legatariis, qui non continebantur in dicta ſubſtitutione: ad rem Menoch. d. præſ. 60. n. 12. & n. 67. lib. 4. non enim licet ab vna ſubſtitutione ad aliam argumentari.

Vltimò non obſtat ſecundùm Bart. in d. l. Lucius,
coniunctos eſſe præferendos, & ideò legatarios non
poſſe ſuccedere in portione hæredum. Nam reſpondetur
fortè admitti poſſe coniunctis prælationem deberi,
164 donec extant; verùm illis deficientibus, cæteri ſunt
æqualiter admittendi, ad textum in l. cohæredi, §. qui
diſcretas, vbi DD. & Iaſ. n. 2. de vulg. Peregr. de fideicom.
art. 9. n. 14. Fuſar. de ſubſt. q. 494. n. 1. vbi alios allegat:
quod hîc ſufficit, vbi tamen addi poteſt, quod in caſu noſtro
quoad ſubſtitutionem particularem bonorum immobilium legatarij,
& hæredes fuerunt coniuncti, quia ſimul eos vocauit, ideò ſimul
omnes concurrunt. Fuſ. d. q. 494. n. 8. Cætera vel iam ſublata ſunt,
vel nullius conſiderationis eſſe putaui. Ideò, &c.

---

# CAPVT CCXX.

## EPITOME.

Archipresbyter, & Ordinarius Carpi, an poſſit ſuis Clericis ſubditis conferre primam comæ tonſuram, & quatuor minores Ordines, & dimiſſorias ad ſacros dare.

## SVMMARIVM.

1 Archipreſbyter Carpi eſt Ordinarius, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectus.
2 Abbates, & alij exempti poſt Concilium nequeunt dare Ordines minores, vel dimiſſorias.
3 Clerici Carpenſes ordinantur ab Epiſcopo Mutinæ per modum prouiſionis.
4 Eccleſiæ Carpenſis dignitas.
5 Archipreſbyteri Carpi auctoritas.
6 Ordinariis committi poſſunt litteræ Apoſtolicæ.
7 Carpum eſt Ciuitas Imperialis, & à quo fuerit fundata.
8 Carpum vnde dictum fuerit.
9 Carpa quid ſit.
10 Campi Nacri erant, vbi nunc Carpum eſt.
11 Acerra Ciuitas vbi ſit.
12 Verbum, Carpo, quid importet.
13 Carpenſes à carpiendo dicti ſunt iocosè, vel per liuorem.
14 Mutinenſes dicti ſunt latrones à gloſſa per liuorem.
15 Carpum dictum eſt à Carpino arbore nota.
16 Carpinus quid ſit.
17 Acer campeſtre quid ſit.
18 Carpini qualitates, & quando fructificet.
19 Longobardi vnde dicti ſint.
20 Longobardi quomodo ab Italia eiecti.
21 Carpum nobile Caſtrum appellatur.
22 Carpum à quibus fuerit poſſeſſum.
23 Carpenſes ſex fratres condemnati in 70. millia ſcut. ob violatam confœderationem.
24 Carpum eſt de iuribus Imperij, & feudum Cæſaris.
25 Carpum datur in feudum ſub nomine Principatus.
26 Donata à Principe filiofamilias ſunt peculium quaſi caſtrenſe.
27 Cardinalis de Carpo à quo fuit creatus.
28 Carpum ſpectat ad Sereniſſimam Domum Eſtenſem.
29 Carpum permutatur cum Saxolo.
30 Saxoli caſtrum nobile, & delicioſum.
31 Albertus Pius vbi deceſſerit.
32 Carpi Dominus, & Princeps Sereniſſimus Dux Franciſcus Eſtenſis.
33 Carpi ſitus, qualitates, & laudes.
34 Carpi villæ, & iuriſdictio ſpiritualis.
35 Carpi Ordinario ſubiicitur Eccleſia S. Ioan. Bapt. de Trebbio.
36 Archipreſbyter Carpi poteſt dare Tonſuram, & minores Ordines.
37 Viam ſibi ferro aperit, qui per contraria tranſit.
38 Archipreſbyteri de iure non poſſunt conferre Ordines.
39 Ordinis proprius miniſter eſt Epiſcopus.
40 Abbates exempti de iure poſſunt conferre tonſuram, & Ordines Minores.
41 Priuilegia non admittunt, niſi ſtrictam interpretationem.
42 Cui verba non conueniunt, nec conuenit diſpoſitio.
43 Abbates qui non ſunt, nequeunt Ordines conferre.
44 Dimiſſorias dare ſoli Epiſcopo permiſſum eſt.
45 Dimiſſorias præter Epiſcopum nullus dare poteſt.
46 Ordinatio Clericorum ſæcularium ad ſolos Epiſcopos pertinet.
47 Abbas etiam nullius nequit dare dimiſſorias ſuis Clericis.
48 Dimiſſorias concedere prohibitum fuit à Concilio omnibus, præterquam Epiſcopo.
49 Abbates regulares tantùm ſuis Monachis poſſunt conferre Minores Ordines.
50 Ordinarij locorum exemptorum nequeunt dare dimiſſorias.
51 Abbas ante benedictionem non poteſt conferre Ordines.
52 Epiſcopi viciniores poſſunt conferre Clericis nullius Ordines etiam ſine teſtimonio ſui Ordinarij.
53 Ordines conferre poteſt ſimplex Sacerdos ex commiſſione Papæ.
54 Papa in rebus Eccleſiaſticis poteſt omnia.
55 Abbates Ordinarij poſſunt conferre Ordines Minores.
56 Abbas cognoſcitur ex dignitate, non à nomine.
57 Abbas eſt nomen potiùs ſollicitudinis, & laboris, quàm honoris.
58 Abbatis nomen competit cuilibet Præpoſito collegiorum.
59 Abbates dicebantur Archimandritæ.
60 Abbatum iura habent omnes vtentes iuriſdictione quaſi Epiſcopali, & inſignibus Epiſcoporum.
61 Ordinarius loci dicitur ille, vbi nullus alius extat Antiſtes.
62 Ordinarius quando dicatur habere iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.
63 Abbates ſæculares denominati ſunt exemplo regularium.
64 Carpi Collegiata ſæcularis fuit priùs Regularis Canonicorum Lateranenſium.
65 Abbas dici poteſt Prælatus Ordinarius Clericorum ſæcularium.
66 Ordinarij dignitas cum vſu Pontificalium proxima eſt dignitati Epiſcopali.
67 Prælatus debet manuteneri in quaſi poſſeſſione exercendi Pontificalia.
68 Prælatus habens iura Epiſcopalia, ſeu quaſi, non dicitur de inferioribus Epiſcopo.
69 Abbas cum iuriſdictione quaſi Epiſcopali venit nomine Epiſcopi.
70 Archipreſbytero Carpi, & aliis Ordinariis debent committi litteræ Apoſtolicæ.
71 Ordinariorum appellatione veniunt etiam inferiores Prælati iuriſdictionem habentes.
72 Diœceſani appellatione venit tantùm Epiſcopus, & quando.
73 Diœceſani appellantur abſolutè etiam Prælati cum territorio diſtincto, & iuriſdictione.
74 Diœceſis, & territorium idem important.

74 Archi



74 Archipresbyter Carpi eſt manutenendus in quaſi poſſeſſione conferendi Ordines minores.
75 Manutentio datur etiam in ſpiritualibus in ſtatu de tempore motæ litis.
76 Abbas eſt manutenendus in quaſi poſſeſſione conferendi Ordines.
77 Manutentio datur etiam ex poſſeſſione anteceſſoris.
78 Manutentio datur Abbati ex ſola poſſeſſione de tempore motæ litis.
79 Exempto exiſtenti in poſſeſſione ſuæ exemptionis datur manutentio.
80 Epiſcopus conferens Ordines ſacros ordinato in Minoribus ab Abbate, cenſetur illos confirmare.
81 Exempti quinam ſint, qui minores Ordines conferre non poſſunt.
82 Verbum, Qui, ſtat reſtrictiuè, & declaratiuè.
83 Præcedentia reſtringuntur per ſequentia.
84 Prælatus exemptus etiam nullius poteſt eſſe, quod ſit intra fines alicuius Diœceſis.
85 Qualitatem legis debet probare ſe fundans in lege qualificata.
86 Carpum eſt extra fines Mutinenſes & Regienſes.
87 Diœceſis intra fines, quando oporteat locum eſſe exemptum.
88 Carpum eſt vicinum confinibus Mutinenſibus, & Regienſibus, ſed non intra fines.
89 Intra fines alicuius Diœceſis, quando aliquid eſſe dicatur.
90 Verbum, Intra, non denotat vicinitatem, ſed intrinſecitatem.
91 Dictio, Intrà, quid propriè ſignificet.
92 Eſſe in loco quomodo aliquid dicatur.
93 Domi fieri quomodo aliquid dicatur, ſi fiat in porticu.
94 Concilium loquens de locis exemptis intra Diœceſim, non extenditur ad ea, quæ ſunt extra.
95 Quod non mutatur, ſtare non prohibetur.
96 Terminus terminans, & terminatus terminatus quid ſit.
97 Fines extra exiſtens non comprehenditur in venditione.
98 Exempti intra fines incluſi cenſentur in diſpoſitione Concilij.
99 Archipresbyter Carpi, ſi eſſet Epiſcopus titularis, poſſet ſuos clericos etiam ſacris initiare.
100 Abbas cum territorio diſtincto, & iuriſdictione priuatiuè ad Epiſcopum poteſt clericis ſecularibus dare ordines, & dimiſſorias.
101 Epiſcopus quomodo poſſit vnam Eccleſiam in totum à ſe eximere.
102 Ordinare, & dimiſſorias dare eſt eiuſdem poteſtatis.
103 Archipresbytero Carpi non eſt prohibendum Ordines conferre, & dimiſſorias dare ſubdito.
104 Abbas an poſſit ordinare clericos alienos cum dimiſſoriis ſui Epiſcopi.
105 Ordinarius non Epiſcopus poteſt concedere cuicumque Epiſcopo, vt in ſuo teritorio exerceat Pontificalia.
106 Minores ordines qui conferre poſſint.
107 Abbas quo nomine vocetur, non intereſt.
108 Dimiſſorias dare quis Ordinarius poſſit.
109 Dimiſſorias dandi ius præſcribi poteſt.
110 Abbas etiam non benedictus, & ante benedictionem poteſt ordinari.
111 Abbates exempti habentes ſpeciale priuilegium ordinandi, non comprehenduntur in generali diſpoſitione concilij.
112 Viſitare poteſt loca exempta etiam nullius Epiſcopus vicinior.
113 Archipreſbyter Carpi à nemine poteſt viſitari.
114 Epiſcopus vicinior non poteſt viſitare Eccleſias, quæ haben. proprios Prælatos extra eius diœceſim.
115 Manutentio datur exiſtenti in poſſeſſione vt non viſitetur.
116 Prælatus manutenendus in poſſeſſione cōferendi ordines.
117 Exemptus eſt manutenendus in poſſeſſione ſuæ exemptionis.
118 Exemptus nullius quando nequeat dare dimiſſorias.
119 Abbas exemptus poteſt conferre Ordines Clericis ſæcularibus cum dimiſſoriis ſui Ordinarij.
120 Epiſcopi debent ordinare Clericos exemptorum intra eorum diœceſim exiſtentium.
121 Abbas venit appellatione Pontificis.
122 Ordinario nullius competunt omnia, quæ Epiſcopo.
123 Synodum poteſt facere, & in eo examinatores nominare Ordinarius nullius.
124 Abbas poteſt eligere examinatores in ſua Synodo.
125 Synodum debet Epiſcopus quotannis facere & quare.
126 Synodum congregare poſſunt omnes Ordinarij, qui habent territorium diſtinctum.
127 Synodi Congregatio eſt de lege diœceſana.
128 Synodum facere eſt actus iuriſdictionis.
129 Archipresbyter Carpi vti Ordinarius poteſt Synodum facere.
130 Ordinarij exempti poſſunt omnia, ſicut Epiſcopi, quæ ſunt iuriſdictionis.
131 Iudices Synodales ſaltem quatuor ſunt in Synodo nominandi.
132 Iudices Synodales quales eſſe debeant.
133 Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ non poteſt eſſe Iudex Synodalis, nec delegatus Papæ.
134 Canonici ſolùm Cathedralis poſſunt eligi in Iudices Synodales, non alterius Eccleſiæ.
135 Protonotarius Apoſtolicus poteſt eligi in Iudicem Synodalem, & eſſe delegatus Papæ.
136 Cauſæ Eccleſiæ quibus ſint committendæ.
137 Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ etiam doctiſſimis non poſſunt cauſæ eccleſiaſticæ committi à Sede Apoſtolica.
138 Iudices Synodales eſſe non poſſunt Canonici Collegiatæ etiam Doctores, dato quoque quod in cathedrali non extent idonei.
139 Diſpenſationes Apoſtolicæ debent committi Ordinariis locorum etiam inferioribus Epiſcopo.

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

SÆpè, ac pluries à me quæſitum fuit, an verè Archi-
presbyter inſignis Collegiatæ Carpi Ordinarius,
& immediatè ſubiectus Sedi Apoſtolicæ cum multis
aliis Eccleſiis intra eius territorium exiſtentibus per-
tinens quoad iuſpatronatus ad Sereniſſimum Ducem
Mutinæ, illius etiam ciuitatis Principem, & Dominum
temporalem, poſſit Clericis ſecularibus ſuis ſubditis
conferre primam comæ tonſuram, & quatuor minores
Ordines, & pro ſacris obtinendis concedere dimiſſo- 1
rias ad quemcumque Antiſtitem vigore priuilegiorum
Calliſti II. & Leonis X. & cōſuetudinis immemorabilis,
tam ante Concilium Trid. quàm poſt illud vſque ad an-
num 1609. quo tempore eius quaſi poſſeſſione cœpit
turbari, orto dubio an poſſet ampliùs dicta poteſtate
vti, ſtante Concilio Trid. in c. Abbatibus, ſeſſ. 23. de 2
reform. quo Abbatibus, & aliis exemptis, etiam nullius,
interdicitur conferre dictos Ordines aliis, quàm ſuis
ſubditis Regularibus: & vertente hoc dubio coram S.
C. Eminentiſſimorum & Reuerendiſſimorum DD. Card.
Concil. Trid. interpretum, ad euitandum abſurdum ne 3
Clerici Carpenſes ordinatore careant, per modum
prouiſionis eadem S. C. reſcripſit Illuſtiſſimo, &
Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Mutinæ, quaſi viciniori,
ſub die 15. Ianuarij 1613. vt donec controuerſia di-
rimatur, ipſe conferret ordines iiſdem Clericis Car-
penſibus, provt fecit, & ego quoque dixi controuerſ.
for. 46. numero 23. 14. propter quod dictus D. Archi-
presbyter ceſſauit conferre dictos Ordines, & tonſu-
ram, & ſolum dabat ordinandis litteras teſtimoniales, &

com

commendatitias, & ita obſeruatum eſt vſque ad noſtra
tempora: ego enim quoque ab illuſtriſſimo D.Epiſcopo
Bertuchio recolendæ memoriæ Prælato Mutinæ de an-
no 1620. fui vti Carpenſis Ordinatus vigore dictarum
litterarum S. C. vt legitur in literis patentibus dicti D.
Epiſcopi pro collatione Ordinum, & hoc dubium ad-
huc vertitur ſub Iudice, indeciſumque manet ſilenti-
bus partibus, & nondum volui ex profeſſo, & longo
calamo hanc aggredi prouinciam, quia ante me egre-
gius, & doctiſſimus conciuis meus Vinc. Grilinz. *in
conſ.*142.*per totum*, adamuſſim hoc punctum pertracta-
uit,& diſcuſſit,vt vix ſpicas colligenti reliquerit copiam
manipulum faciendi. Verùm quia iam pertranſierunt
anni plus quàm 30. ex quo ipſe de hoc ſcripſit in iure,
adeò vt poſt illum editi fuerint in lucem auctores claſ-
ſici, qui materiam hanc pertractarunt, exiſtimaui bo-
num eſſe de nouo materiam hanc illuſtrare, ſi non no-
uis rationibus, ſaltem nouis auctoribus, pro honore
ſaltem, & vtilitate Patriæ meæ Carpenſis dilectiſſimæ,
cui plurimùm debeo, & cui omnia bona deſiderio ma-
gno ſemper deſideraui.

Pro huius rei dilucidatione cenſui non eſſe abs re
tantillum exponere, quomodo Ciues Carpenſes digni
fuerunt hoc honore, vt haberent Eccleſiam Abbatia-
lem inſignem nulli ſubiectam Ordinario, immediatè
Sedi Apoſtolicæ obedientem cum ſuis membris, & cum
Prælato ordinariæ iuriſdictionis, & nullius Diœceſis,
4 qui habet vſum Mitræ, & Baculi Paſtoralis, Annuli,
& Inſignium, ac habitus Pontificalis, ac facultatem
gerendi Cappam magnam, & Rochettum, & benedi-
cendi ornamenta Eccleſiæ & Pallas, & dicendi Miſſas
Pontificales, & in Veſperis vel Matutinis benedicendi
populum cum elargitione Indulgentiæ 40. dierum in
5 forma Eccleſiæ conſueta, & conferendi primam tonſu-
ram, & Ordines minores, & ipſe eſt caput Collegiatæ
quatuordecim Canonicorum, & trium Dignitatum, ſci-
licet Archidiaconi, Præpoſiti, & Decani, & quatuor
Manſionariorum, & aliorum Presbyterorum, & eſt in
hac quaſi poſſeſſione, & habet priuilegia ampla Calli-
6 ſti II. Pontif. Max. ſub dat. anni 1123. 4. id.Februa-
rij, & Iulij, 11. anni 1512. Kal. Februarij, & Leon X.
de anno 1515. Kal. Maij, in quibus hæc pleniùs enar-
rantur, & conceduntur, teſte etiam Grilinz. *dicto con-
ſil.*141.*per totum*, & ego aliquid dixi *in contr. for.* 46.
*n.*17.18. & *contr.*67. *n.*1.2.3. & hæc ſunt, quæ conſide-
rantur apud Seraph. *deciſ.*1052. & Gratian. *diſc.*212.ad
conſtituendum verum Ordinarium, cui etiam litteræ
Apoſtolicæ committi debent, & poſſunt,vt per Seraph.
*d.deciſ.*1052.Rot.apud Rubeum. *deciſ.*45.*n.*3.4.*p.*5.

Siquidem Carpum nunc Ciuitas Imperialis non infi-
7 mi gradus,viris litteratis, & nobilibus abundans,fertur
fuiſſe conſtructum ab Ayſtalpho Longobardorum Re-
ge circa annum Domini 751. ante tempora bellorum
Caroli Magni,& Pipini; & creditur à multis hoc ei no-
men Carpi inditum fuiſſe ad ſimilitudinem alterius Car-
8 pi,quæ eſt ciuitas in Africa minore, extans non longe à
flumine Carada,de qua Tolomeus *Geographiæ lib.*4. ver-
ba facit, quia fortè fundator res aliquas fortiter in illis
partibus geſſerit, vel alia ratione, quæ nunc excogitari
non poteſt. Vel potiùs nomen ſumpſit à B. Carpio diſ-
cipulo D.Pauli Apoſtoli,qui de eo meminit 2. *ad Timo-
theum*, *c.* 4. & de eo Eccleſia feſtum celebrat ſub die 13.
Octobris, de quo ſcribunt Beda, Vſuardus, Ado, ac
cæteri Latinorum.Græci verò dicunt fuiſſe etiam vnum
ex numero 72. diſcipulorum, teſte Baronio; veriſimile
enim eſt fundatorem habuiſſe deuotionem erga dictum
Sanctum, & ſic ab eo Caſtrum Carpi denominaſſe.

Vel dicamus Carpum non à Carpione, ſed dictum
fuiſſe à carpa piſce valde noto, quo abundabant valles
9 eiuſdem loci; ſiquidem ſitus ille erat plenus vallibus,&
nemoribus, vt etiam non longè à noſtris temporibus
legimus aliquid de Carpenſibus vallibus apud Alex.
*conſ.*25.*libr.*3. etenim aſſentio cum Volaterrano *lib.*4.
*Geographiæ*, Campos Nacros fuiſſe in loco, vbi nunc
Carpum cernitur, & diſſentio à Fr. Leandro *in deſcri-* 10
*ptione Italiæ, region.*15.*fol.*321. & *fol.*324. vbi hoc non
admittit, ſed putat eò loci fuiſſe Aſeram deſcriptam à
Strabone in his locis; id enim eſſe non poteſt,quia Aſe-
ra eſt vrbs Campaniæ non longè à Neapoli,quam Cla-
nius amnis præterfluit. Vnde Virgil. 2. *Georg. Vacuus* 11
*Clanius,non æquus Aſerris*:& teſtantur Plinius,& Strabo.

Vel, vt alij forſan per iocum dicunt, Carpum fuiſſe
ſic nuncupatum à carpendo,hoc eſt à verbo,*Carpo*,quod
ſignificat rapere, & alienum auferre, idque ob malos
mores hominum locorum prædictorum ſilueſtrium, & 12
ſic à qualitate habitatorum; quia fortè habebant malas
manus,iuxta illud Virg. *eclog.* 9. *Carpent tua poma nepo-
tes.* Sed hoc iocosè, vel per liuorem dictum fuit, ſicut
ex cauſa liuoris Mutinenſes eſſe latrones dixit gloſſa *in* 13
*leg. qui à latronibus*, *ff. de teſtament.* & *qui teſtament. fa-
cer. poſſ.* nam Accurſius fuit Bononienſis, & notæ ſunt
inimicitiæ veteres inter Bononienſes & Mutinenſes. 14

Vel denique (quod verius puto) Carpum dictum eſt
à carpino, arbore nota de aſerum genere, de qua Palla-
dius: *Carpinus vltima arbor.* Ferunt enim Regem prædi-
ctum, aucupij gratiâ vagatum cum ſociis fuiſſe per illa
loca venationibus, & aucupiis apta, & non redeuntem 15
falconem egregium, quem amiſerat, præter ſpem in-
ueniſſe in dicta arbore carpino, vnde præ gaudio, &
fortè ex voto deliberauit eò loci Eccleſiam ſub inuoca-
tione S.Mariæ, & Caſtrum ædificare, vt fecit,& à Pon-
tifice pro dicta Eccleſia priuilegia impetrauit, ne cui-
quam ſubiiceretur Ordinario; & ideò ad confirman-
dam hanc fidem adhuc carpinus vetuſtiſſimus cernitur
prope illum locum, vbi Eccleſia fuit fundata, non exi- 16
guæ magnitudinis, & etiam admirationis, quia in to-
to illo territorio nulla alia ſimilis arbor reperitur; ſi-
quidem potiùs in montanis apud colles fructificat, &
alio nomine dicitur aſer campeſtre, & etiam opulus, 17
quæ licèt in ſepibus planorum locorum, aut colliculo-
rum fructificet; tamen nonnunquam humilis arbuſcula,
adhibito præſertim cultu, grandeſcit in proceram arbo-
rem, vt Carpi factum eſt, grandeſcens, craſſa, ramis
multis brachiata cortice ſpiſſo parum candicante, cor-
pore candido, rariore, quàm aſeris montani, longo, &
vndoſo venarum diſcurſu ornata, foliis latis,quæ quin- 18
que vngulis conſtant, fructu longo, compreſſo, tenui,
auicularum plumis,aut grandium muſcarum alis ſimili,
floret menſe Maio, fructus maturat Septembri, vt hæc
pulchrè leguntur *in lib. Hiſtoriæ generalis Plantarum*,
*lib.* 1. *c.* 28. *verb. Aſer campeſtre.*

Sed quidquid ſit de hoc,ſatis notũ eſt Carpum habuiſ-
ſe ortum à dicto Rege Ayſtulpho,vt in bulla dicti Calli-
ſti,& tradit Grilinz.*d.conſ.*142.*in princ.*& propterea ſuũ 19
principium fuit ante Carolum Magnum,ſiquidem Lon-
gobardi populi Ciſalpinæ Galliæ,à Germanis oriũdi,&
à barbarum prolixitate nuncupati, euocati à ſuo ſolo à
Narſate Iuſtiniani Duce,relicto Oceano,vltimiſque Ger-
maniæ oris Albino duce Italiã ingreſſi ſunt,& breui om-
nes citerioris Galliæ vrbes cepere, ibique cùm ducentis 20
annis,& vltra regnaſſent,à Carolo magno ſuperati fue-
runt,& pulſi,Deſiderio corũ Rege capto,vt dicũt Vola-
terranus,Candidus,Platina,& Capriolus,quod fuit ſecũ-
dùm prædictos vſque ad annum D.N.I.C. 800. circiter.

Verùm licèt Carpum tenue habuerit principium,
poſtea tamen talia recepit incrementa, vt nobile Ca-
ſtrum bis appelletur à Fr. Leandro *in deſcriptione Ita-* 21
*liæ, d.region. n.*11. *fol.*324. qui etiam narrat, quomodo
fuerit ſub Illuſt. familiã DD. de Piis, qui illud occupa-
tũ à Picis,& Toſſabecchis recuperauerunt,& longo tem-
pore poſſederunt, cùm eſſet plenum viris eruditis, &
acuti ingenij,tam in litteris, quàm in armis; & de hoc 22
etiam facit mentionem circa annum 1336. Pigna *in ſua
Hiſtoria*, *libr.* 4. *fol.* 351. 352. vbi quod Franciſcus Pi-
cus auxiliatore Zaccharia de Toſſabecchis Carpum
occupauerat, & commendatum fuit Ser. D. Borſio,
Duci



Duci Ferrariæ de anno 1468.vt apud eundem Pignam *lib.*
8.*fol.*748.& fuerunt quædam confœderationes inter Ga-
lacium de Piis, & Ducem Ferrariæ, ob quarum contra-
uentionem ſex fratres Carpenſes fuerunt condemnati in
23 ſcut.70.millia,vt apud Alex.*conſ.*84.*lib.*3.& conſtat quod
Domini Albertus, Galacius, & Gibertus de Piis fuerunt
Domini Carpi,vt apud eumdem Alex.*conſ.*25.*lib.*7.& hoc
Caſtrum eſt de iuribus Imperij,& feudale Maieſtatis Cæ-
ſareæ,vt colligitur ex Fr.Leandro *dicta region.*15.*fol.*324.
24 *in fin.*& Pign.*lib.*4.*fol.*344.& legitur apud Crau.*conſ.*973.
de quo fecit etiam mentionem Guicciard.*fol.*248.274. &
25 Card.Tuſch.*lit.C.concl.*106.Inde cognoſcitur Carpi nobi-
litas, quia illis etiam temporibus dabatur in feudum ſub
26 nomine Principatus;Nobiles enim de Piis quoad terram
Carpi,& territorium,& homines ſibi ſubditos, habeban-
tur loco Principum,& propterea ab eis donata filiofami-
lias poterant dici bona caſtrenſia,vel quaſi,vt poſt Ang.
Aret.*conſ.*100.*num.*14.*& ſeq.*dixit Tuſch.*d.concl.*106.*n.*2.
27 & ex hac patria ortus eſt Ridulphus Pius Cardinalis de
Carpo,qui à Paulo III.fuit in Purpuratorum numero ad-
ſcriptus, qui vitæ integritate, & rerum gerendarum pru-
dentiâ fuit præſtans,vt inquit Platina *in vita Pauli III.*&
firmat Fr. Leander *dicto loco*, & in Marchia Anconitana
fuit notiſſimus,vbi fuit Legatus,& maximè ob conſtitu-
tiones,quæ dicuntur Cardinalis de Carpo. Hinc orti etiã
fuerunt Leonellus,& Albertus viri doctiſſimi, qui ſcrip-
ſerunt apologiam contra Eraſmum Rotheredamum Hæ-
reſiarcham,& fuerunt ſepulti in Eccleſia S.Nicolai,vt tra-
dit Fr.Franciſcus Gonzag. Epiſcopus Mantuanus, *de ori-
gine Seraphicæ Religionis Franciſcanæ.*

Hinc etiam ortum habuit Beatus Fr. Innocentius de
Carpo, qui Religionem Franciſcanam ingreſſus, & fa-
ctus Sacerdos in Prouincia Bononiæ, fuit ornatus tantis
virtutibus, & tanta perfectione, vt poſt mortem multis
miraculis coruſcauerit, & magna habitus fuerit in ve-
neratione, vt narrat Hiſtoria Chronica dicta de Patre S.
Franc.*part.*4.*lib.*1.*cap.*53.*pag.*98.

Ex eodem loco ortum etiam habuit B. Camilla de
Piis, cuius ſanctitatem comprobat etiam Martyrologium
Franciſcanum,quod ſub die 27.Iulij ſic de ea mentionem
honorificam facit,dicens:*Carpi in Inſubria,B.Camillæ Picæ
Virginis, quæ illuſtri genere nata vitæ ſanctitatem mira-
culis quamplurimis comprobauit.* Et in eo Gloſſator latiùs
eandem B. Camillam laudibus proſequitur dicens, & ex-
ponens verba dicti Martyrologij in verbis illis: *Beatæ
Camillæ Virginis.* Hæc nobiliſſima Heroina Illuſtr. Gilberti
Pici, ſeu Pij à Sabaudia Carpenſis Principis extitit filia,
quæ impetratis ab Innoc.IV.Papa Apoſtolicis litteris an-
no Chriſti 1484. ex conſilio B.Patris Stephani, de quo
27.Apr.Monaſterium S.Claræ ex obueniẽte ſibi pinguiſ-
ſima hæreditate,Carpi erigendum curauit,euocatiſque ex
ſacro Corporis Chriſti Cremonenſi Cœnobio ſex Monia-
libus,4.Iul.1500.huic ſæculo illiuſque illecebris priùs va-
ledicto, ipſum vnà cum illis ingreſſa eſt,atque communẽ
Regulam, viuendique modum ſolemniter profeſſa, quod
reliquum ſibi vitæ fuit, ſanctiſſimè tranſegit. Cúmque
plura edidiſſet miracula, corpus eius honeſtiſſimo loco
reſeruatur,de ea ſcribunt Gonzaga in prædicto Monaſte-
rio Carpi, quod eſt XV. Prouincia Bonon. Barezzus *ſup.
lib.*2.*c.*13. Daza *ſuper c.*31. Hucvſque gloſſator, & latiùs
ferè idem narratur in Chronica S.Franc.*p.*4.*lib.*2.*c.*15.*fol.*
132.vbi etiam dicitur corpus illius fuiſſe ſepultũ in dicto
Monaſterio S.Claræ,& haberi in veneratione,non ſolùm
à Monialibus,& hominibus loci, ſed etiã à vicinis popu-
lis,quia multis miraculis fuit illuſtrata.Hæc fundauit no-
bile Monaſterium S.Claræ Carpi,illudque dotauit multis,
& magnis poſſeſſionibus, vt conſtat ex rogitu D. Chri-
ſtophori Carnoalis, ſub die 4. Iulij 1500. id autem fecit
auctoritate Innocentij VIII. P.M. vt ex eius litteris datis
ſeptimo Septemb.1490. quarum executio fuit commiſſa
Reu.D.Lucæ de Arcimandis, Vic. Generali Epiſcopi Re-
gienſis, qui de anno ſequenti ſe contulit ad terram Car-
pi,& formaliter erexit dictum Monaſterium S. Claræ ſub
regimine Fratrum Minorum de Obſeruantia; & dotem
bonorum competentem declarauit,vt in inſtrumento ere-
ctionis; Eccleſia verò fuit conſecrata ſub die 8. Decem-
bris 1545. à Reuer. Hieronymo Vaſcherio, Carpenſi &
Epiſcopo Guadienſe,& priùs Fratre prædicti Ordinis mi-
norum,corpus verò dictæ B.Camillæ inuẽtum integrum
fuit veſtibus ſericeis indutum,& tranſlatum ad Eccleſiam
interiorem Monialium in arca honorifica,ſub die 23.Mar-
tij 1602. poſthæc verò Vrbanus VIII. dictum Monaſte-
rium, Moniales, & bona liberauit à gubernio,& iuriſdi-
ctione dictorum Fratrum de obſeruantia,& ſubiecit Epi-
ſcopo Mutinenſi pro tempore,vt in Breui Apoſtolico da-
to ſub die 7.Iulij 1629.Verùm quia dictũ Breue fuit ſub-
reptitium, cùm non fuerit narratum illius loci Ordina-
rium eſſe Archipresbyterũ terræ Carpi, & credidit Pon-
tifex illud eſſe ſub iuriſdictione Mutinenſis Epiſcopi;
ideò dictus Papa Vrb. meliùs informatus reuocauit di-
ctum Breue, & prædictas Moniales cum Monaſterio ite-
rum exemit à dictis Fratribus Minoribus,& ſubiecit cor-
rectioni,regimini,& iuriſdictioni prædicti Archipresby-
teri,vt conſtat ex alio Breui facto ſub die 18.Iulij 1637.

Hinc etiam orta Beata Magdalena, ſic vulgò dicta ob
vitæ integritatem,& religioſam caſtitatem, quam ſemper
ſeruauit in Monaſterio S. Sebaſtiani Monialium Carpi,
Ordinis Seruitarum,& ob miraculorum gratiam, in qui-
bus illud fuit inſigne, quando ad vitam reuocauit filium
Com. Alberti Sacrati, Ferrarienſis, tunc Carpi Guberna-
toris,ſub Hercule II.Duce Ferrariæ, ſicut narrat perbellè
Magiſter,& Theologus Fr. Dominicus à Reggio Seruita
*in ſuo compendio hiſtorico ſubſtit.Perl.fol.*212.Sicut etiam ex
eodem loco ortus eſt Pater Bernardinus Realinus, Reli-
gioſus Societatis Ieſu,qui morum integritate,& vitæ ſã-
ctitate fuit inſignis,& ſplẽdor patriæ,& religionis,& obiit
6.Non.Iulij 1616.nõ ſine fama ſanctitatis,cuius laudes,&
vitã latè tractat Pater Iacobus Fuligattus in libro de Vita
Patris Bernardini Realini, ad quem remitto lectorem.

Peruenit autem hæc ciuitas Imperialis ad manus Se-
reniſſimorum Ducum Ferrariæ, ſub Alphonſo I. vt apud
Fr.Leandr. *d.region.*15.*fol.*325. & nunc Sereniſſimi Ducis
Mutinæ,& Regij,vt teſtatur Tuſch.*d.concluſ.*106.*num.*3. 28
*in fin.*Res verò ita ſe habuit,quia de anno 1499.D.Giber-
tus Pius pater dictæ B.Camillæ,eiectus à ſuis patruelibus,
partem ſuam Carpi, & Soleriæ, & iura ſua dedit Herculi
Duci Ferrariæ pro Caſtro Saxoli, vt apud Fr. Leandr. *d.* 29
*reg.*15.*fol.*324.*verſo*,& apud Crauet.*d.conſil.*973. *in princ.
& per totum.* Vnde colligitur valor,& dignitas Carpi pro
cuius portione Eſtenſes tradidere delicioſum Saxolum 30
cùm multis pertinentiis, & ita ex Fr. Leandro Eſtenſes
& Pij poſſidebant Carpum in communi. Verùm quia
Albertus Pius cum fratre partes Francorum ſequeban-
tur, capto apud Ticinum Franciſco I. Gallorum Rege,
Pij tanquam rei læſæ Maieſtatis de anno 1527. à Caro-
lo V. Imp. fuerunt priuati iuribus Carpi, quod ideò fuit
traditum Alphonſo I. Ferrariæ Duci, qui fuit legitimè 31
inueſtitus: Albertus verò deceſſit è vita Pariſiis, cui
ſucceſſit Leonellus eius frater in dominio Meldulæ, &
Sarſinæ, & hoc modo domus de Piis peremptoriè fuit
priuata dominio Carpi, illudque iuridicè tranſlatum in
Sereniſſ. Domum Eſtenſem, quam incolumem ſeruet 32
Deus,& ad maiora extollat, & maximè nunc ſub feliciſ-
ſimis auſpiciis Sereniſſ. Ducis Franc. Eſtenſis,orti nobi-
liſſimis & religioſiſſimis parentibus, cuius excelſa
merita, & egregia facta deſcribenda requirunt alium ca-
lamum.

Hinc igitur iure merito Carpum hodiernis tempori-
ribus Ciuitatis Imperialis nomen acquiſiuit; licèt enim
Sedem Epiſcopalem non habeat, habet tamen quaſi Epi-
ſcopalem, & Abbatialem dignitatem, licèt alio nomine
Archipresbyteratus vocetur, & cui latitudine, ædifi-
ciorum magnificentia, habitatorum nobilitate, ſi- 33
tus amœnitate, & annonæ abundantiâ ciuitatis nomen

congruit,etenim extant plurimæ Ciuitates Epiſcopo ful-
gentes , quæ ei miminè comparari poſſunt , vel coæqua-
ri, & ideò ſic ſub nomine Ciuitatis hunc locum appella-
uit dictus Magiſter Fr. Dominicus *in dicto compend. d.fo-
lio* 212. & Pater Iacobus Fuligatus è Societate Ieſu *in Vi-
ta P. Bernardini Realini,cap.primo,verſ. Hebbe.* Nam Car-
pum in modum fortalitij antiqui fabricatur, & ab Eſten-
ſibus ad meliorem formam redactum ingenti foſſa , &
muro terræ planato circumdatur per circuitum vltra mil-
le paſſus , lares intus habet mille circiter , viros vltra
quinque millia , nobilem habet Eccleſiam quaſi Epiſco-
palem cum Canonicorum, & Dignitatum inſigni Colle-
gio , in quo ſemper adfuerunt viri illuſtres , & ſufficeret
pro Cathedrali ; Palatium Principis , & Curiæ nobiliſſi-
mum Senatum 12. Prouiſorum, cum priore I. C. Mona-
ſteria Regularium intus ſeptem non exigua,duo pro fœ-
minis religioſis,cætera pro maſculis, extra portam ſupe-
riorem habet nobilem Conuentum Capuccinorum,intus
verò quatuor Confraternitates inſignes, Montem Pieta-
tatis,& Farinæ,Hoſpitalia duo infirmorum,& puerorum
expoſitorum,& multas alias Eccleſias & loca pia , deco-
raturque aliis ciuilibus ornamentis,quibus congruè , &
ſine irriſione Ciuitas poteſt appellari ; extra verò muros
habet nobile territorium confinante agro Mutinenſi ,
Regienſi , & Mantuano, in quo ſtatu habet circiter 12.
caſtra diruta,nunc villæ dicuntur,quæ ſunt villa S. Blaſij
de S.Mar. S.Laurentij de Gargallo,Sancti Petri de Limi-
34 te,S.Nicolai de Cortili,S.Iul.de Miarina,S.Mariæ de Pon-
zano,S.Martini de Situla,quæ ſunt perpetuò vnitæ dictæ
Collegiatæ ; necnon Eccleſia Budrioni , Eccleſia Foſſu-
li, Eccleſia Roueretti , Eccleſia Cibeni, Eccleſia Quarti-
roli , quæ in ſpiritualibus cum animarum cura ſubſunt
dicto Archipresbytero , & in temporalibus dominio
Carpi : adſunt etiam aliæ villæ , velut caſtrum Noni,
quod in temporalibus regitur ſub dominio Carpi , licèt
in ſpiritualibus ſubſit Epiſcopo Regij , & villa Gallo-
rum , & alia villa cohærens , quæ in ſpiritualibus ſub-
ſunt Epiſcopo Mutinæ , in temporalibus dominio Car-
pi , & obediunt eius Gubernatori. Hinc cognoſcimus,
Carpum eſſe locum inſignem , nomen Ciuitatis merens,
& ideò dignum tanto honore,vt Pontifices ipſi in dictis
Bullis enunciarunt , in quibus etiam dicto Archipresby-
tero ſubiecerunt Eccleſiam S. Ioannis Baptiſtæ de Treb-
35 bio Plebis nuncupatæ , quæ ſola eſt intra fines Diœceſis
Mutinenſis , longè à territorio Carpenſi : hæc autem di-
cta ſint ſolùm ad finem vt cognoſcatur Summos Ponti-
fices iure meritò fuiſſe motos ad hanc Ciuitatem deco-
randam Sede Abbatiali , ſeu Archipresbyterali , cum
plena poteſtate ordinariæ iuriſdictionis in cauſis ciuili-
bus , & criminalibus , & mixtis , beneficialibus, & ma-
trimonialibus, ſub protectione immediata Sedis Apoſto-
licæ , ita vt ſit nullius Diœceſis , & habeat territorium,
36 ſeu Diœceſim ſeparatam , & Archipresbyter eius poſſit
conferre ſuis ſubditis primam Tonſuram , & minores
Ordines , & dare dimiſſorias ad alios , vt in dictis Bullis,
& Grilinz. *dict. cap.*142. & ego *dicto cap.*46. & *contr.*67.
ad quas remitto lectorem.

Nunc igitur quæſtionem hanc altiùs reaſſumendo,
quia ferro ſibi viam aperit, qui per contraria tranſit, ſe-
37 cundum Bald. *in l. precibus , C. de impub. & aliis ſubſtit.*
primò videre oportet , quænam contradicant dicto Ar-
chipresbytero , ne poſſit primam Tonſuram, & Ordines
conferre,& dimiſſorias dare. Siquidem in primis dicen-
38 dum videtur , dictum Archipresbyterum nullo modo
poſſe prædicta facere , neque de iure communi , neque
de iure Concilij, neque vigore conſuetudinis, aut priui-
legij,quoniam,vt à primo exordiar , in iure non reperitur
diſpoſitum id quod Archipresbyteri poſſint conferre ta-
les Ordines,& quod non eſt ſcriptum in iure,non eſt al-
legandum , maximè in hac materia Ordinum , in qua
munus illos conferendi ſpectat ad Epiſcopum , quia eſt
proprius Ordinis miniſter , vt cenſuerunt *ex c. perlectis,*
25. *diſt. c. quamvis* 68. *diſtinct. cap.* 1. *de ord. ab Epiſcopo,*
gloſſa *in c. extraneo,* 71. *diſt. d. c. Abbatibus* , & Concil.
Trident. *ſeſſ.*23. *de reform.* Bonacin. *de Sacramentis diſpu-* 39
*tat.*8. *quæſt.vnic.part.*4.*num.*1.& Tambur.*de iur. Abb. par-
te* 2.*quæſt.*1.*num.*2.

Et quamvis de iure communi Abbates exempti poſ-
ſint inſignire clericali charactere , & minores Ordines
conferre vſque ad Lectoratum, *ex c.quoniam,diſt.*69. gloſſa 40
*in c. Abbates,*2.*verb.ſi quaſi,* vbi Gemin.*num.*4. Franch.*n.*3.
*de priuileg.in* 6. Turrecrem.*in dict.c.quoniam,num.*6. Card.
*in c.attendentes,§.ſtatuimus,num.* 3. *quæſt.*9.*de ſtat. monach.*
Butr.*conſ.*19.*num.*15. Card.Seraphin.*deciſ.*985.*num.*1. Gra-
tian. *diſc.*791.*num.*1. & *diſc.*871. *num.*4. Tambur. *de iur.
Abb.part.*1.*diſp.*5.*quæſt.*12.*num.*3.& *diſp.*25.*quæſt.*3.*num.*4.
& *part.*2.*diſp.*2.*quæſt.*1.*num.*8. vbi plures alij recenſentur,
tamen hoc non eſt trahendum ad Archipresbyteros, vel
alios Prælatos,quia in priuilegiis fit ſtricta interpretatio, 41
& cui non conueniunt verba legis,nec conuenit eius diſ-
poſitio, *l. ſi ſeruum,§.non dixi,ff.de acquir.hær.* Rom.*conſ.*44. 42
*num.*2. Rot.*in recent.* Farinac.*deciſ.*697 *num.*6.*part.*1. Gra-
tian.*diſc.*930.*n.*10. etenim qui non ſunt Abbates,etiamſi 43
habeant adminiſtrationem rerum Eccleſiæ , non poſſunt
Ordines prædictos conferre, ad textum *in c. monaſterium*
6.*§.tales,de ſtat.monach.* Innoc. *in c.in ſingulis, num.*2.*verſ.
& huiuſmodi,eod.* Card.Tuſch.*litter.A,concluſ.*708.*num.*2.
Gratian. *d. diſc.*871.*num.*7. ergo dictus Archipresbyter,
qui Abbas non eſt , nec appellatur , nullo modo poterit
tales Ordines conferre.

Et ſimiliter non poterit dictus Archipresbyter dimiſ-
ſorias concedere , quia ſoli etiam Epiſcopo id permiſ- 44
ſum eſt,per textum *in c. clericum,diſt.*61.& *d.c. Abbatibus,*
ſtante quod ordinatio ad Epiſcopum tantùm ſpectat ,
gloſſa *in d. c. extraneo, diſt.*71. eius autem eſt dare dimiſ-
ſorias,cuius eſt ordinare, *cap.*1.*diſt.*72. Seraph. *deciſ.*985.
*num.*3. Ergo id non poteſt ad alium etiam Abbatis nomi- 45
ne fulgentem pertinere , dato etiam quod haberet iuriſ-
dictionem quaſi Epiſcopalem, *c. nullus, de tempor. Ordin.
in* 6. Gratian. *diſc.*212. *num.*6. & ideò ſicut concluditur, 46
quod ordinatio clericorum ſæcularium ad ſolos Epiſco-
pos pertinet, *d.cap.*1.*diſt.*72. ita etiam, quod Abbas etiam
nullius , non poterit concedere dimiſſorias ad Ordines
ſuſpiciendos etiam Clericis ſibi ſubditis , provt tenent
Mirand.*in Manual.Prælat.tom.*1.*quæſt.*29. *art.*3. Fr. Ema-
nuel *in ſum.tom.*2.*cap.*14.*num.*9.11. Azor.*inſt.moral.part.*2.
*lib.*3.*cap.*49.*quæſt.*3. Sellius *in ſelect.can.qq.cap.*19.*num.*32.
Barboſ.*ad Conc.Trid.ſeſſ.*23.*cap.*10.*num.*12.*de reform.*

Sin loquimur de iure Conciliari , hoc apertius eſt de-
terminatum in dicto Concilio Trident. *d. c. Abbatibus,* 47
vbi manifeſtè interdicitur omnibus Abbatibus , & aliis,
quamvis exemptis,etiam nullius , ne primam Tonſuram, 48
aut Ordines minores conferant , niſi ſuis ſubditis Regu-
laribus, aut dimiſſorias concedant,non obſtantibus qui-
buſcumque priuilegiis aut conſuetudine,etiam immemo-
rabili , propter quod decretum fuerunt reuocata omnia
priuilegia ſuper hoc Abbatibus,& aliis conceſſa,etſi ſint
clauſa in corpore iuris , provt declaratum fuit, teſte Sua-
rez *de Religion.tom.*4.*tract.*8.*lib.*2.*cap.*29.*num.*19. Gratian.
*diſc.*212.*num.*22. Tambur.*de iur. Abb.part.*2.*diſp.*2.*quæſt.*7.
*num.*1.*verſ.per quod,* Barboſ.*ad Concil.Trident.d.cap.*10.*nu-
mer.*2. vbi alios allegat,adeò vt Abbates Regulares,etiam 49
exempti,& nullius poſſint tãtùm ſuis Monachis profeſſis
dictos Ordines conferre, non etiam clericis ſæcularibus
ſibi ſubditis , ſi fortè habeat populum , & iuriſdictio-
nem quaſi Epiſcopalem.

Nec dicatur Concilium prædictum loqui de Abbati-
bus qui ſunt intra fines alicuius Diœceſis , qui non eſt 50
caſus noſter , quia Carpum non eſt intra fines alicuius
Diœceſis , ſed habet ſuos limites extra quamcumque
Diœceſim , & territorium diſtinctum ; nam replicatur,
quod vigore Concilij loca exempta , & nullius cenſen-
tur intra Diœceſim, ad effectum dandi dimiſſorias. Hen-
riq.*in ſum.lib.*10.*c.*22.*in ſin.in* 6. Grat. *d.diſc.*212.*n.*21.22.

Præterea



Præterea nullo modo videtur concedenda hæc facul-
tas dicto Archipresbytero , quia etiamſi iure Abbatum
vteretur , tamen quia non benedicitur , videtur incapax
huius priuilegij,adeò vt eo vti non poſſit niſi poſt bene-
dictionem , quia nec Abbates ipſi poſſunt ordines con-
51 ferre,niſi fuerint ab Epiſcopo vero benedicti,vt probatur
*in cap.*1.*diſt.*69.*cap.cùm contingat, de ætat.& qualit.* Tam-
bur. *d.tom.*2. *diſp.*2. *quæſt.*2.*num.*1. Campan.*in diuerſ.iur.
can.rub.*6.*cap.*2.*num.*9. Roderic.à Cuña *in comment. ad ca-
put.*1.*num.*6.*diſt.*95. Barboſ.*ad Concil.Trid.cap.*10.*num.*8.&
*de off. Epiſc.part.*3.*alleg.*3.*num.*14. qui docet tria in Abbate
eſſe neceſſaria vt poſſit ordinare,ſcilicet quòd ſit Presby-
ter, quòd benedictionem acceperit per manus Epiſcopi,
& quòd tantùm proprios Monachos ordinet.

Et hæc aperrè deciſa videntur à Sacra Congr. Concil.
Trident.ſub die 22.Febr.1655. teſte Barboſ.*de iur. Eccleſ.
vniuerſ.lib.*1. *cap.*33. *num.*62. quæ reſpondit ſub his ver-
bis : *Sacra Congregatio Concilij cenſuit licere Epiſcopis vici-
nioribus Ordines conferre ſubditis ſæcularibus Abbatum, &
aliorum inferiorum,& nullius diœceſis ſine litteris teſtimonia-
libus eorundem Abbatum , & aliorum inferiorum.* Vbi Bar-
52 boſ.in hoc intelligit teſtimoniales Abbatum non requiri
de neceſſitate,ſed benè de congruentia.

His tamen non obſtantibus , non declarando Conci-
lium, quòd meum non eſt, ſed ad dictam S.C.ſolùm ſpe-
ctat ; verùm ſolùm rationes adducendo pro dicto Archi-
presbytero,& Eccleſia Carpenſi, vt inquit etiam Grilinz.
*d.conſil.*142. *ante n.*1. cui in hoc negotio prima laus debe-
tur,cẽſeo dictum Prælatum poſſe iuridicè primam Tonſu-
ram,& Ordines minores, ac dimiſſorias dare ſuis clericis
ſubditis,nec ei dictum Concilium contradicere,ſaluo ta-
men iudicio , & determinatione S. Rom. Eccleſiæ. Siqui-
dem non eſt nouum , quod etiam inferior Epiſcopo hos
Ordines conferat , & dimiſſorias faciat, vt obſeruat Ab-
bas Nonantulæ,& eius Vic.& Abbas Caſſinenſis & mul-
ti alij, qui faciunt dimiſſorias ad quoſcumque Antiſtites,
provt ego pluries & ſæpiſſimè vidi dimiſſorias Vicarij
Nonantulæ, ſtante abſentia Abbatis , qui ſi reſideret, ad
minores etiam ordinaret,quia hæc à pari procedunt , ſe-
cundùm Seraphin. *d.deciſ.*985.*num.*3. Hoc enim nihil re-
pugnat iuri,& ſacris Canonibus,quia reſpectu Ordinum
53 Minorum poteſt etiam Sacerdotibus non Epiſcopis hæc
poteſtas conuenire ex commiſſione vel priuilegio Papæ,
qui poteſt hoc munus etiam ſimplici Sacerdoti deman-
dare : ſic Bonacin.*de ſacram.diſc.*8.*q.vnic.part.*4.*numero* 3.
*verſ.imò quilibet.* Victor. *de ſacram. num.*222. Henriquez
*lib.*10.*cap.*25.§.1. Bellarm.*lib.*1.*de Cler. cap.*27. Valent.*ad
D.Thom.diſp.*9.*quæſt.*1.*p.*1. Didac.Nuñus *in* 3.*p. D.Thom.
quæſt.*38.*art.*1. Barboſ.*de off. Epiſc.part.*2.*alleg.*3.*num.*4.5.
Tambur.*de iur. Abb.part.*2.*diſp.*2.*quæſt.*1.*num.*3. ſed ſic eſt,
quod Calliſtus II.& Leo X. PP.MM. conceſſerunt facul-
tatem dicto Archipresbytero pro tempore conferendi
54 Tonſuram, & quatuor minores Ordines, & dandi dimiſ-
ſorias ; ergo non eſt dubitandum de tali auctoritate, quia
Papa maximè in ſpiritualibus poteſt omnia , *c. cuncta per
mundum,*1.*quæſt.*9.*Clem.*1.& 2. *de Magiſtr.* Seraphin. *de-
ciſ.*1043.*num.*1. Farinac.*deciſ.*11.*num.*7.& *deciſ.*778.*num...
part.*2. & propterea non eſt mirandum,quod Abbates,&
55 alij Prælati habentes iuriſdictionem ordinariam poſſint
Ordines minores conferre ex priuilegio, ſiue in corpore
iuris clauſo,ſiue extrauaganti,vt *in d.c. Abbates,de priui-
leg. in d.c.quoniam,*69.*diſt. d.c.contingat,* vbi Bellam. Butr.
Card.& Abb.*de ætat. & qualit. cap.*1. vbi gloſſa *in verb. à
non Epiſc. deordin. ab Epiſcopo , cap.*1. vbi gloſſa *de ſuppl.
negl. Prælat.* Nauar.*conſ.*13.*de priuileg.*

Neque obſtat , quod noſter Archipresbyter non ſit
Abbas,nec tali nomine appelletur, & ideò quæ de Abba-
tibus dicuntur , nequeant ad eum extendi , quia ſi non
habet nomen Abbatis,habet tamen dignitatem , & præ-
rogatiuam , & fortè maiorem ; nam ad dignoſcendam
Abbatialem Dignitatem non conſideratur nudum no-
men , ſed ſubſtantia , dignitas , poteſtas, & iuriſdictio,



quæ faciunt nomen Abbatis tranſire in Dignitatem pri-
mam poſt Epiſcopalem ; ſiquidem nudum Abbatis no- 56
men primæua eius origine inſpecta , eſt potiùs nomen
ſollicitudinis , & laboris , quàm ordinis , vel honoris,
ſecundùm gloſſam *in c.tuum,verſ.non aſcendat,* & ibi Abb.
*num.*3.*verſ.in eo , de ætat. & qual.* vbi gloſſa *in c. aſcen-* 57
*dentes,verb. Abbatem,*50.*diſt.* Tuſch.*littera A,concluſ.*3.*nu-
mer.*4. Lotter.*de re benef. lib.*1.*cap.*17. *numer.*2.3.8. Tam-
bur.*de iur. Abb.part.*1.*diſp.*25.*quæſt.*1.*num.*182.183. Rota
apud eum *part.*3. *deciſ.*8.*num.*3. vbi docemur , quod hoc 58
nomen competit etiam cuilibet præpoſito Collegiorum
ſæcularium , & virorum artium , ideò non attenditur,
quomodo iſti Prælati vocentur , ſed an habeant iuriſdi-
ctionem in ſubditos,& præeminentiam, nec conſideratur
tam denominatio verbalis , quàm ſubſtantia : Abbates
enim variis nominibus nuncupantur , nec intereſt,an di-
cantur Abbates , vel Priores , vt apud Seraphin. *deciſ.*
1052. & ab antiquo Abbates Eremi dicebantur Archi-
mandritæ , vt *in l. nos addentes,§.omnes,C. de ſum. Trinit.*
Tuſch. *d.concluſ.*3. *num.*9. Tambur. *d.tract. part.*1.*diſp.*2.
*quæſt.*7. *num.*1. & propterea variis vocantur nominibus, 59
velut Abbatis , Prioris , Præpoſiti , Archimandritæ , &
Archipresbyteri. Tambur. *d. tract. part.*3.*diſp.*9. *quæſt.*3.
*num.*22.

Non ergo intereſt , quo nomine vocentur,ſi in ſub-
ſtantia conueniunt , & habeant ſubditos , & iuriſdictio-
nem quaſi Epiſcopalem , vt hìc,vbi noſter Archipresby-
ter,ſicut Abbates,vtitur inſignibus Epiſcopalibus, & iu-
riſdictione quaſi Epiſcopali,quæ faciunt,vt non conſide-
rato nomine , hi omnes iura Abbatum habere cenſean- 60
tur,ex Innoc.& aliis DD.*in cap. in ſingulis,de ſtat. monach.*
Tuſch.*litter.P.concluſ.*708.*num.*1. Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.
gl.*8.*num.*113. Marſil.*de reddit. Eccleſ.cap.*15.*num.*5.6. *tom.*
15.*tract.part.*2. Gratian.*diſc.*871.*num.*6.8.9.22. vbi latè id
docet : ſicut etiam Tambur.*de iur. Abb.part.*1.*diſp.*25.*q.*1.
*num.*180.193.194.195. & ideò cùm noſter Archipresby-
ter talia habeat , dicitur gaudere iure Abbatum in popu- 61
lum ſibi ſubiectum,quia ſi ibi nullus alius extat Antiſtes,
qui habeat curam animarum illius populi,ille dicitur Or-
dinarius,& habere ius Epiſcopale, & territorium ſepara-
tum,ex Ioan.And.*in c.cùm contingat,num.*4. vbi Butr. *n.*11.
*verſ.fateor,de for.comp.* & docet Rot. apud Rubeum *deciſ.
diuerſ.*45.*num.*6.*part.*5. Nam tunc Prælatus dicitur habe-
re iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, cùm illa ſua iuriſdi-
ctio eſt diffuſa extra Collegium per totum aliquod terri-
torium certis limitibus finitum , ita quod illa vigeat in
Parochos , & Parochianos , vt hìc : ſic docet Lotter.*de
re benefic.lib.*1.*quæſt.*5.*num.*51.*verſ.tunc.*

Benè verum eſt , quod Abbatiarum , & Abbatum no-
mina à Regularibus ad ſæculares Eccleſias delata fue-
runt, adeò vt ferè omnes Eccleſiæ Abbatiales ſæculares,
quæ nunc ſunt,olim Regulares fuerint,teſte eodem Tam- 62
bur.*de iur. Abb.par.*1.*diſp.*2.*quæſt.*6.*num.*1.*verſ.patet igitur,*
vt propriè euenit in hac noſtra Carpenſi Collegiata , &
Archipresbyterali Eccleſia ; ſiquidem illa fuit priùs Col-
legiata regularis Canonicorum Lateranenſium S. Augu-
ſtini , provt ſcriptum inueni apud eorum hiſtorias, quo- 63
niam Gabriel Penett. *in hiſtor. Canonicorum Reg. Sancti
Saluatoris Lateranenſis lib.*2.*cap.*22. *numero tertio* , habet
hæc verba : *In Epiſcopatu Mutinenſi Archipresbyteratus
Oppidi Carpi ab illius fundatione fuit regularis , & ſub
diſciplina Canonica vſque ad noſtra ferè tempora perman-
ſit : Archipresbyter Carpi Capitulo Prouinciali Papienſi
interfuit , vt ex actis patet : nunc Collegium factum eſt
ex regulari ſæculare.* Et hoc credo eſſe veriſſimum ,
quia propè Eccleſiam Sanctæ Mariæ adeſt Mons Pieta-
tis , & domus habitationis cuſtodis , & pulſantis
campanas cum inſigni Campanili , vbi adſunt multa ſig-
na , quod illa erat domus Canonicalis , in qua reſide-
bant Canonici regulares ; ſicut ergo ille Archipresby-
byter Canonicorum Lateranenſium vtens iure Ab-
batum poterat de iure , & ſecundùm priuilegia Reli-



gionis

gionis conferre Ordinens minores,non eſt admirandum,
quod idem permittatur noſtro Archipresbytero ſæcula-
ri ſubrogato in locum illius, maximè accedente exem-
ptione,& priuilegio Calliſti II. & Leonis X.qui iura Epi-
ſcopalia, & proprium territorium cum populo ei tradi-
derunt.

Non eſt ergo incongruum,quod iſte Prælatus vocetur
64 Abbas,etiamſi præſideat Clericis ſæcularibus, & habeat
iura Abbatum,per textum *in c.ex tranſmiſſa*,vbi gloſſa *in*
*verb. Abbatis*, & ibi DD. *de renunciat.* & ita poſſit, ſicut
Abbates, ſuos Clericos minoribus Ordinibus initiare,&
maximè cùm habeat territorium diſtinctum, & exerceat
non ſolùm in Clericos, ſed etiam in populum ſibi ſub-
iectum ſpiritualem poteſtatem & iuriſdictionem quaſi
Epiſcopalem, geſtans etiam inſignia Pontificialia cum
65 Annulo, Mitra, & Baculo paſtorali; & ideò eius Digni-
tas proxima eſt Epiſcopali, & parum ab ea diſtat, vt per
Tambur.*de iur. Abb.part.*1. *diſp.*3. *quæſt.*1. *num.*5.6. latè
Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſ. lib.*1. *cap.*17. *num.*19. vbi
66 alios allegat; & cùm ille ſit in quaſi poſſeſſione talia
exercendi, in ea debet manuteneri, vt per Poſthium *in*
*tract. de manutenend. obſeru.*45. *num.*34. etenim Prælatus
habens iura quaſi Epiſcopalia non dicitur eſſe de infe-
67 rioribus Epiſcopo,ſed venit appellatione Epiſcopi, *ex c.*
*ſi quis deinceps*,16. *quæſt.*7.Lap.*alleg.*84.*num.*11.Franch.*in*
*cap.*2. *ſub num.*5. vbi Prob. *ad Monach. num.*48. *de præ-*
*bend.in* 6. Sarnenſ. *ad reg. de annali, quæſt.*11.*num.*4. Gra-
tian.*diſc.*212.*num* 1.Rot.apud Tambur.*de iur. Abb.part.*1.
*deciſ.*41.*num.*2. Suarez *de cenſ. diſp.*7. *ſect.*3. *num.*5. *verſ.*
*præterea*, & ego quoque dixi *contr. for.*67.*num.*27. & Ga-
uant. *in prax. Epiſcoporum,verb. Abbas,num.*52. vbi dicit,
68 quod nomine Epiſcopi venit Abbas iuriſdictionem quaſi
Epiſcopalem habens,& Vicarius; ideò poſſunt illis com-
mitti executiones diſpenſationum matrimonialium, &
litterarum Apoſtolicarum ſicut Epiſcopis, vt per Sera-
69 phin. *deciſ.*1052. *per totam*, quod & dixit benè Bellarm.
*ad Concil.Trid.ſeſſ.*25.*cap.*10.*in verſ.eos,de reform.* vbi ha-
bet hæc verba ex hoc decreto quinto: *Congregatio cen-*
*ſuit, ſi Archipresbyteratus nullius exiſtat, & omnimodam*
*iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeat, ei diſpenſationes*
*matrimoniales, atque litteras in forma ſignificauit, pro eius*
*ſubditis eſſe committendas*: ſub die quinta Iulij 1699. ideò
multò magis poſſunt dici Ordinarij, & veniunt appella-
tione Ordinariorum.Abb.*in c. vt famæ, num.*6. *de ſentent.*
*excommunicat.*Zabarell. *in Clement.quia regulares,num.*11.
*verſ.octauò quæro,de ſupplend.negl.Præl.*Nauar.*conſ.*9.*de pri-*
70 *uileg.* Flam.Pariſ. *de reſign. benef. lib.*3. *quæſt.*11. Dec.*con-*
*ſil.*121.Eraſm.à Cocch.*de iuriſdict. Ordin.in exempt.part.*
1.*quæſt.*9.10.Rot.*apud Tambur.de iur. Abb.part.*3.*deciſ.*68.
*num.*7.& *deciſ.*127. *num.*1.4. Gratian. *d.diſc.*212.*num.*31.
39.& ego dixi *controuerſ.*46. *num.*19. & *controuerſ.*67.
*num.*7.

Et quamvis ſtrictior videatur ſignificatio Diœceſani,
adeò vt ſtricto vocabulo ſolus Epiſcopus eâ continea-
71 tur, Abb. *in c. Ioannes, numero* 2. *de teſtament.* Zabarell.
*in d. Clement. quia regulares, num.*22. tamen in materia
fauorabili Diœceſani appellatio extenditur etiam ad
quemcumque Prælatum iuriſdictionem quaſi Epiſcopa-
lem, ſeu ordinariam habentem,gloſſa *in Clement.*1. *de vit.*
*& honeſt.cler.* gloſſa *in Clement.de iurepatron.*Iacob.à Ca-
nibus *tract.de execut.vlt.vol.part.*1.*num.*13. *tract. lib.*7.*fol.*
86.Eraſm.*d.quæſt.*1. *num.*8. Nihilominus indiſtinctè poſ-
72 ſunt appellari etiam Diœceſani illi Prælati, qui habent
territorium ſeparatum, quia illud dicitur eſſe nullius
Diœceſis, ita vt nec ſit in Diœceſi, nec ſit de Diœceſi
alterius,ſed eſt propria Diœceſis ipſius Prælati,& per ſe,
reſpectu cuius ipſe quoque Diœceſanus appellatur, ex
gloſſa *in d.Clement.*1.§. *volumus, in verb. Diœceſanis*, & ibi
Card. *in* 4. *quæſt. num.*2. Vitall. *num.*4. Imol. *numero* 38.
Abb. *numer.*25. *de for. competent.* pulchrè Gratian. *diſc.*
212. *numer.*7. 8. pulchrè Rot.apud Tambur. *de iur. Abb.*
*deciſ.*55. *numer.*1. & *deciſ.*69. *numero ſeptimo*, vbi pluri-
mas Rotæ deciſiones allegat: & ego dixi *controuerſ. fo-*
*renſ.*67. *num.*7. Cùm enim dictus Archipresbyter habeat 73
territorium diſtinctum propriè dici poteſt, Diœceſanus,
quia territorium, & Diœceſis idem important,vt probat
benè Eraſm. *de Conſeruator. Eccleſ.part.*2.*quæſt.*53.*num.*1.
*& ſeqq.*

Hinc dicendum eſt, dictum Archipresbyterum Abba-
tiali dignitate fulgentem, diſtinctumque territorium 74
habentem cum iuriſdictione quaſi Epiſcopali fuiſſe, &
eſſe manutenendum in ſua quaſi poſſeſſione conferren-
di Ordines minores, & primam Tonſuram, ac dandi di-
miſſorias ab antiquiſſimo tempore vſque ad tempus con-
trouerſiæ motæ, quo ceſſauit ob litem; & tamen non eſt
priuandus ſua poſſeſſione donec cauſa cognoſcatur, &
ideò interim pendente lite non debet turbari, ſed manu-
teneri in eo ſtatu, in quo reperitur de tempore motæ li-
tis,§. *retinendæ,Inſt.de interdict.c.cùm Eccleſia*,vbi DD. *de* 75
*cauſ.poſſeſſ. & propriet.* Bart. *in l.*1. §. *huius autem,num.*3.
*verſ.ſed ſi.ff.vti poſſid.* Couar. *pract.qq.cap.*17. *num.*5. Me-
noch.*de retin.poſſeſſ.rem.*3.*num.*142.148.Rot. *recent. deciſ.*
752.*num.*2.*part.*1. pulchrè Gratian. *diſc.for.*871. *num.*1.2.
vbi in terminis hoc docet, Abbatem ſcilicet eſſe manu- 76
tenendum in quaſi poſſeſſione conferendi Ordines mi-
nores,& probat etiam, quod in hoc caſu ſufficiat poſſeſ-
ſio quoque Abbatum anteceſſorum,quæ iuuat ſucceſſo- 77
rem,& cum eo in eodem puncto de manutentione quoad
minores Ordines concordat Poſthius *in d. tract.de manu-*
*ten. obſeru.*45. *num.*34. *in fin.* ſic etiam ad rem Rot. apud
Tambur. *de iur. Abb.part.*3.*deciſ.*8.*num.*4. vbi quod ſuf-
ficit ſola poſſeſſio Abbatis de tempore motæ litis in ſum-
mariiſſimo poſſeſſorio manutentionis; & hoc maximè 78
quia non ſolùm dictus Archipresbyter vtitur priuilegio
ſuæ exemptionis, & prærogatiua Calliſti II. & Leon. X.
vt poſſit Ordines conferre,ſed etiam conſtat de eius qua-
ſi poſſeſſione vſque ad tempus litis, ſeu controuerſiæ, 79
quo caſu datur omnino manutentio, *ex cap. perſonæ, de*
*priuileg. in* 6.

Quod tantò magis confirmandum eſt, quia collatio-
nes Ordinum,quas fecit dictus Archipresbyter ſuis Cle-
ricis, fuerunt factæ non ſolùm ſcientibus, & patientibus
Mutinæ Epiſcopis pro tempore vicinioribus, ſed etiam
conſentientibus,& collatos Ordines approbantibus,dum 80
ſic ordinatis contulerunt poſteà ſacros Ordines cum di-
miſſoriis dicti Archipresbyteri, per quorum collationem
cenſentur approbati præcedentes Ordines minores,ita vt
ſtante agnitione poſſeſſoris non poſſint Epiſcopi Muti-
næ,vel alij ampliùs contra illam venire, *ex l.qui precariò*,
vbi Ang.*de probat.* Farinac. *deciſ.recent.*752.*num.*2.*in fin.*
*part.*1.Gratian.*d.diſc.*871.*num.*3.

Nec prædictis videtur vllo modo obſtare, vel contra-
dicere Concilium Trident. *in d.c. Abbatibus*,dum ſtatuit,
quod nullus exemptus,etiam nullius Diœceſis,qui ſit in- 81
tra fines alicuius Diœceſis, poſſit conferre Ordines mi-
nores,vel dimiſſorias dare,niſi ſuis ſubditis Regularibus.
Nam meo ſanè iudicio, ſalua determinatione, & decla-
ratione S.C. prædictum Concilium non loquitur de om-
nibus exemptis,etiam nullius,ſed de iis tantùm, qui ſunt
intra fines alicuius Diœceſis: ſiquidem illud relatiuum, 82
*Qui*, ſtat declaratiuè,& reſtrictiuè, *l. nam quod liquidè*, §.
*ſi ita legetur, ff. de pen. leg. l.ea tamen adiectio*, vbi Bart.
*de leg.*3. Ang. *in* §. *omnium*,vbi Iaſ. *Inſt. de action.* & pro-
batur etiam *in cap. de cætero,de Cleric. non reſid.* & *in ca-*
*pit. nouit.* vbi Abb. *numer.*17. *de iudic.* ſic etiam Lotter.
*de re benefic. lib.*3. *quæſt.*30. *num.*26. etenim rectum eſt,
quod præcedentia reſtringuntur per ſequentia, *l. quæſi-*
*tum*, §.1. & 2. *de leg.*3. propterea Concilium compre-
hendit ſolùm exemptos nullius, qui ſunt intra fines ali-
cuius Diœceſis; non enim repugnat, quod aliquis
exemptus,etiam nullius,ſit intra fines, vt videre eſt apud
Rotam penes Tambur. *de iur. Abb. part.*3. *deciſ.*48. *nu-*
*mer.*7. ideò vt locus ſit Concilio, oportet verificare eius
verba, quod Carpum ſit intra fines Diœceſis, Muti-
nenſis,



nenſis, vel Regienſis, quia ſe fundans in lege quali-
ficata, vel cum moderatione loquente, debet probare
85 omnes illius legis qualitates impletas, *ad l. eius qui, verſ.*
*quoniam, ff. ſi cert. pet. l. non ignorat, C. qui accuſ. non poſſ.*
Gomez. *de delict. lib.*3. *cap.*1. *n.*44. Guttier. *can. qq.lib.*2.
*cap.*19. *num.*20. Seraph. *deciſ.*738. *num.*8. Rim. Iun. *conſ.*
78. *num.*18.19. Laderch. *conſ.*74. *num.*2. Surd. *conſ.*45.
86 *num.*14. & *conſ.*130.*num.*1. *lib.*1. Seraph. *deciſ.* 404. *n.*6.
Carpum verò eſt omnino extra fines Diœceſis Mutinen-
ſis, & Regienſis, quia habet certos limites, qui illud
diſtingunt ab eis, iuxta Seraph. *d.deciſ.*1052.*num.*1.*verſ.*
87 *quod verò*: ideò non poteſt eſſe locus dicto Concilio,
quod requirit locum eſſe intra fines alicuius Diœceſis, vt
per Rot. apud Tambur.*part.*3. *d. deciſ.*45. *num.* 1. *in fin.*
88 & *num.*2. aliud enim eſt, quod locus ſit vicinus, aliud
quod ſit intra Diœceſim, vt per Rotam apud Tambur.
*part.*3. *deciſ.*46. *num.*7.*verſ. & hæc*: poteſt enim verè dici,
89 quod Carpum tempore Concilij eſt vicinum Diœceſi
Mutinenſi & Regienſi, in quarum confiniis extabat, vt
per Grilinz. *d.conſ.*142. *n.*3. ſed nunquam conſtabit,illud
eſſe intra confinia alicuius Diœceſis, tunc enim locus vi-
detur eſſe intra,ſeu intus confines,quando circũdatur limi-
tibus alicuius Epiſcopatus,vt per Rot.apud Tamb. *d.deciſ.*
48.*n.*7.ideò nõ cõueniunt caſui noſtro illa verba Concilij
dum loquitur de exemptis etiam nullius,qui ſunt intra fi-
nes alicuius Diœceſis, quia Carpum non eſt intra fines,
ſed extra,& iuxta,& ſic dicit viciniratem, non autem in-
trinſecitatem, quam Concilium requirit, etenim verbum,
90 *Intra*,propriè non denotat viciniratem, ſed intrinſecitatẽ,
vt per textũ *in l.ſi ſtatuta*, cum gloſſa,*ff.de iniur.l.ſi fiſtula*,
§.*iuxta,de ſeru.vrb.præd.l.inter eos,de acquir.rer.dom.c.ſolitæ*,
*de maior.& obed.* dixit pulchrè Alex. *conſ.*8.*num.*10. *lib.*4.
91 Verè enim dictio,*Intra*,ſeu *intus*, propriè denotat aliquid
eſſe ita incluſum, vt per circuitum ab omni parte conti-
neat incluſum, adeò vt includat etiam extrema, & exclu-
dat ea quæ ſunt extra per circuitum,*d.l.nam quid liquidè*,
§.*ſi ita legatur,ff.de pen.legat.l.*1.§.*initio*, vbi Alber.& Bart.
*ff.de off. Præfect.Vrb.l.quæro,de act.empt.l.æde,*§.*ſacra,de con-*
*trah.empt.l.ſi quis ſic dixerit,de verb.obl.l.vxore,*§.*item quæſi-*
*tum,de legat.*3. *l.intra,de appell.l.*1.*C.vt intra cert.temp.ciu.*
*quæſt.c.fin.de reſtit.ſpol.in* 6.*cap.*1.13.*quæſt.*1.*c.conſtitutus*,&
*c.cùm dilectus,verſ.quod ſi,de Religioſ.dom.* Innoc. *in c. inter*
*alia,in princ.de immun.Eccleſ.*Remig.*eod.tract.ampl.*5. *verſ.*
*paſſus,num.*4.6.Gemin.*conſ.*121.*num.*3.*verſ.& hoc importat*,
pulchrè videndus Soc.*conſ.*211.*in princ.verſ.quia dictio*, &
*num.*4.*lib.*2.in terminis noſtris Grilinz.*d conſ.*142.*num.*2.3.
Tuſch.*littera D,concl.*299.*num.*1.Vulpel.*de Præpoſ.ſignific.*
*Diction.Intra,pag.*48.Bertaz. *clauſ.*26. *gl.*6.*n.*1. vbi etiam
dixit Cened.*poſt lib.pract.& can.qq.ſing.*54.*num.*2.pulchrè
92 Mantic.*de tac. & amb.conuent. lib.*4. *tit.*9.*num.*9. Gratian.
*diſc.*301.*num.*20.Barboſ.*dict.*174.*num.*3.qui dicunt etiam
quod ita cenſuit Rota coram Lancellot. *in Romana ſocie-*
*tatis*,2.*Iunij* 1608.& ſic etiam re intellexiſſe videtur Rot.
apud Tambur.*de iur. Abb.part.*3.*deciſ.*47.*num.*7. vbi verba
dicti Concilij videtur intelligere quando locus exemptus
eſt circundatus Diœceſi alicuius Epiſcopatus.

Vnde apertè cognoſcimus prædictum Concilium non
comprehendere loca exempta extra Diœceſim exiſten-
tia, ſed ea ſolùm, quæ ſunt intra fines propriè, quia ver-
bum illud,*Intra fines*, ſignificat omnimodam intrinſecita-
tatem,vt vidimus ex Grilinz.*conſ.*142.*num.*3.Nam verè il-
lud dicitur eſſe in loco,quod eſt intus, *l.*1.§.*in flumine*, &
ibi Bart. *de flumin.* idem Bart. *in l.Gallus*, §.*fin. de liber.&*
*poſthum.*quem ſequitur Soc.*d.conſ.*211.*n.*4. *lib.*2. vbi ideo
docet, quod non dicitur fieri in domo, quod fit in por-
93 ticu ante domum;& ſic in propoſito locus exemptus non
dicitur eſſe intra fines Diœceſis alicuius Epiſcopi, licèt
ſit iuxta illud,& propterea cùm dictum Concilium ſe re-
ſtringat ad loca exempta, etiam nullius, intra Diœceſim
alicuius Epiſcopi exiſtentia,non debet extendi ad alia lo-
94 ca in circuitu,& extra Diœceſim exiſtentia,per textum *in*
*d.l.nam quod liquidè*,§.*ſi ita legatur*,vbi DD.*de pen.leg.*pul-
chrè Soc.*d.conſ.*211.*ſub num.*7.*lib.*2.& ſic concludi poteſt,
quod ſi dicto Archipresbytero non conueniunt verba
Concilij,nec conuenit eius diſpoſitio,teſte Grilinz. *d.conſ.*
142.*num.*1.*in fin.*& ideò ſicut priùs poterat dictus Archi-
presbyter conferre Ordines minores,& dare dimiſſorias,
ita poterit deinceps etiam poſt Concilium, quia quod
non mutatur, ſtare non prohibetur, *l.*1. *ff. de aur. & arg.* 95
*leg.l.ſancimus,C.de teſt.l.præcipimus,in fin.C.de appell.* ſic *in*
*Auth.de adm.off.*§.*fin.coll.*3.

Carpum igitur, & eius territorium reſpectu Diœceſis
Mutinenſis,& Regienſis ſicut in temporalibus,ita in ſpi-
ritualibus eſt territorium ſeparatum,& diſtinctum, ac ex-
tra fines earum, & propterea dici debet terminus termi-
nans,non terminus terminatus, & ſic nihil pertinet ad il-
las Diœceſes Mutinenſes,& Regienſes in quarum Domi- 96
nio non exiſtit, neque tempore Concilij exiſtebat, per
textum *in l.ſi fines*,vbi Bart.& Bald.& DD.*C.de euict.*idem
Bald.*conſ.*312.*num.*3.*verſ eſt enim duplex terminus*, *lib.*5. & 97
*in l.à calligato,C.de nupt.*Bertaz.*d.clauſ.*26.*gl.*6.*num.*3.5.ibi:
*ſi non ſit in dominio venditoris*; & ad rem ſic concludit
Gratian.*d.deciſ.*212.*num.*7.8.docens dici non poſſe, quod
territorium Abbatis huiuſmodi ſit intra Diœceſim alte-
riùs: firma ergo remanent priuilegia Apoſtolica dicto
Archipresbytero conceſſa, nec eis Concilium derogat,
quia de eo non loquitur,ſed de illis,qui ſunt intra fines,
qualis non eſt ille: & ſanè quotieſcunque Canones, vel
dictum Concilium dat aliquam poteſtatem, vel iuriſdi-
ctionem in loca exempta, etiam nullius, vtique loquitur,
& dicitur intelligi de illis locis, qui ſunt intra Diœce-
ſim,& non aliter eſt locus Concilio, niſi appareat locum
illum eſſe intra fines Diœceſis,vt benè colligitur ex Poſt- 98
hio *in tract. de manuten. obſeru.*45. *num.*15.20. vbi alios
allegat,& Rot.apud eum *deciſ.*71. *num.*6. vbi in hac ma-
teria ſe reſtringit ac exemptos intra fines.

Ideò cùm dictus Archipresbyter ſit exemptus extra
fines,& nullus,ad immediatè ſubiectus Sedi Apoſtolicæ,
& habeat populum, & territorium diſtinctum, & ſit in
poſſeſſione ſuæ exemptionis, poteſt non ſolùm dictos
ſuos Clericos minoribus ordinare,ſed ſi fortè eſſet Epiſ- 99
copus titularis, poſſet ipſe Clericos ſæculares etiam ſa-
cris initiare, & Presbyteros facere abſque dimiſſoriis
Epiſcopi vicinioris, quia habet populum, & iuriſdi-
ctionem: ita Sellius *in ſelect. can. qq.cap.*19.*num.*21. re-
ferens ſic fuiſſe reſolutum die 8. Aug. 1621. & ſequi-
tur eum Barboſ. *ad Concil. Trident. d. cap.*10 .*num.*10.
*ſeſſ.*23. *de reform.*

Et ſanè valdè rationabile videtur, quod prædictum
Concilium *d. cap.*10. non tollat Ordinariis territorium
proprium, & diſtinctum cum populo ſubiecto, iuriſ-
dictione quaſi Epiſcopali, facultatem conferendi pri-
mam tonſuram, & Ordines minores, & dandi dimiſ-
ſorias ad Sacros, maximè ſtante longa conſuetudine id
faciendi,& cum priuilegio Apoſtolico,non enim Conci-
lium prædictum comprehendit illos Prælatos nullius
Ordinarios, qui habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopa-
lem priuatiuè ad Epiſcopum, & habent ius viſitandi, &
Synodum congregandi, maximè ſtante conſuetudine
immemorabili,& indulto Apoſtolico; tunc enim non eſt 100
neceſſe adire viciniorem Epiſcopum pro dimiſſoriis im-
petrandis, quia Concilium non comprehendit huiuſmo-
di Prælatum,vt probat latè Flores Diaz *lib.*3. *qq.var.quæ-*
*ſtion.*24.*num.*32.*vſque ad num.*34. vbi concludit pro Ab-
bate adeſſe veriorem opinionem, licèt dicat etiam opus
eſſe declaratione Pontificis, vel Sacræ Congregationis,
quod etiam ego admitto,& cum ſequitur Bellarm.*ad Con-*
*cil.Trid.d.cap.*10.*in Add.num.*2. & ſic latè etiam defendit
Gratian.*d.diſc.*212.*num.*25.26.27.28. & *num.*48. 49. vbi
reddit rationes, & multos allegat, & eum ſequitur Cam-
panil.*in diuerſ.iur can.rub.*9. *c.*8. *n.*4. Marc.Ant.Genuenſ.
*in prax. Archiep. Neap.cap.*83.*n.*9. *in prima edit.* vbi vide
Barboſ *de off.part.*2.*alleg.*7.*num.*8.& *ad Concil.Trid.d.c.*10.
*num.*16.& *de vniuerſ. iur. Eccleſ. lib.*1. *cap.*17. *numero* 95.

 pulchrè

pulchrè Rot. apud Tambur. *de iur. Abb. p.3. deciſ.* 117.
*n.4.verſ. quantum ad decretum*: vbi in ſpecie ſic declarat
dictum Concilium, vt non tollat conſuetudinem præſcri-
ptam, vel confirmatam à Sede Apoſtolica: ita etiam
Tambur. *de iur. Abb.p.2.diſp.2.q.26.n.2.* vbi etiam docet
ſic fuiſſe deciſum *in vna Salamantina iuriſdictionis, die 9.
Maij*, 1594. coram Seraphino, & docuit Rota *in Nul-
lius, ſeu Squillacenſ. iuriſd. 4. Martij*, 1616. coram Marti-
no Andrea, & in alia coram eodem, 15. Ianuarij 1618.
vbi reſpondetur ad obiectionem, quòd quamvis Epiſco-
pus non poſſit ex toto Eccleſiam à ſe eximere, & alteri
101 ſubiicere, hoc tamen intelligitur, vbi ſolus hoc facit, ſe-
cùs eſt quando confirmatio Apoſtolica intercedit, vt hîc
Calliſti II. Iulij II. & Leonis X. ſic Gratian. *dict. diſcept.*
212.*n.*26.27. & ſic Tambur. *d.q.26.* reſpondet ad omnia;
vnde ſi Concilium non obſtat quoad dimiſſorias dandas,
ita nec obſtabit quoad minores Ordines conferendos,
quia ordinare, & dimiſſorias dare eſt eiuſdem poteſtatis.
102 Seraph. *d.deciſ.*985.*n.*4. Tambur. *de iur. Abb.p.2. diſp.2.
q.27.n.2.* & cùm ſit idem Concilium, ſi non comprehen-
dit huiuſmodi Prælatum in vno, neque comprehendet in
alio, quia eadem eſt ratio.

Non videtur ergo denegandum dicto Archipresbyte-
ro dignitate quidem diuiti, ſed facultatibus Eccleſiaſti-
cis inopi, ſtante quod non eſt intra fines alicuius Diœce-
ſis, & habet territorium diſtinctum cum iuriſdictione
Epiſcopali, quin poſſit Ordines minores conferre, & di-
miſſorias dare, ſaltem ſuis Clericis ſecularibus, vel regu-
103 laribus ei ſubditis, vt benè in terminis docet Grilinz.
*dict. conſ.*142.*num.*52.*in fin. & per totum.* & idem probant
tradita à Butr. *conſ.*19.*n.*15. *verſ. ad quartum, cum ſeq.* Rot.
*in d. Nullius*, 4. *Martij* 1616. & 15. *Ianuarij* 1618. Gratian.
*d. diſc.*791.*num.*7. Barboſ. *d.cap.*33.*num.*62. & Tamburin.
*de iur. Abb. p.2. diſp.2. q.26. num.3.* & Rot. apud eum
*deciſ.*117. *in fin.*

Hinc dicunt Sacram Congregationem Concilij ſub die
18. *Iunij* 1632. reuocaſſe ſuſpenſionem, per quam Priori
Carthuſienſis Monaſterij S. Stephani de Buſcho ab ea-
dem S.C. prohibitum fuerat ſub die 21. Febr. 1631. con-
cedere dimiſſoriales ad Ordines ſubditis propriis; & ſatis
ad rem facere videtur Ioan. Præpoſit. è Societ. Ieſu *in 3.
p. D. Thom. q. vnic. de Sacram. Ord. dub.*13.*n.*127. vbi vi-
detur ſatis tenere, quod liceat Abbati conferre etiam Cle-
ricis ſæcularibus ſubditis, vel alienis cum dimiſſoriis Or-
104 dines minores, ſine etiam conſenſu Epiſcopi loci, ſi con-
ferat eos in loco exempto; nam in terminis Concilij id
videtur prohiberi Abbatibus, & aliis exemptis, quando
ſunt intra fines alicuius Diœceſis; quia tunc licèt non
ſint de Diœceſi, ſunt tamen in Diœceſi, ſecus eſt, quan-
do ſunt extra Diœceſim, quia tunc non fit iniuria alicui
Epiſcopo; & ſi tali caſu Ordinarius exemptus poteſt con-
105 cedere cuicunque Epiſcopo, vt exerceat Pontificalia in
eius territorio, quantò magis ipſe poterit illa exercere
pro Ordinibus Minoribus conferendis: ita etiam ad rem
facere videtur Dian. *mor. p.5. tract.13. miſcell.1. reſol.93.*
vbi difficultatem nullam facere videtur in hoc negotio
quoad ſubditos ordinandos, imò *in verſ. Verùm his*, mul-
tos allegat ad probandum, quod Concilium in generali
illa reuocatione priuilegiorum non deroget ſpeciali pri-
uilegio Abbatibus conceſſo pro conferendis Ordinibus
minoribus: ſed quia in fine non audet proferre quid ſen-
tiat, remittens reſolutionem ad oraculum S.C. ego quo-
que libenter idem facio, ſed ſpero rationibus prædictis
S.C. non aliter facere cenſuram in caſu noſtro fortiori,
vbi tractatur de Prælato exempto extra fines Diœceſis
cuiuſcunque Epiſcopi, populum, & territorium diſtin-
ctum habente, cui non videtur eſſe deneganda manuten-
106 tio in hac quaſi poſſeſſione ordinandi ſuos ſubditos. Gra-
tan. *d. diſc.*871. *num.*1.2.14. & Rot. coram Mantica *in
Conchenſ. iuriſdictionis*, 9. *Decembris* 1592. ſicut faciũt Ab-
bas Nonantulæ, & eius Vicarius, qui paſſim concedunt
dimiſſorias litteras ſuis ſubditis, & pariter Abbas Caſſi-
nenſis ſuis Clericis etiam ſæcularibus, teſte Rot. apud
Rubeum *deciſ. diuerſ.*45. *num.*3. 4. *part.* 5. quod eſt ſi-
gnum eos conferre Ordines Minores, cùm dant dimiſſo-
rias pro ſacris Ordinibus ſuſcipiendis ad quemcunque
Antiſtitem.

Non obſtant in contrarium adducta, & primò ſolum
Epiſcopum eſſe miniſtrum Ordinis, quia hoc eſt verum
de iure communi, verùm ex ſpeciali priuilegio Pontificis
ſaltem quoad minores Ordines id poteſt competere etiam
ſimplici Sacerdoti. Bonac. *de Sacramentis. diſp.8. q. vnic.
p.4.n.3.verſ. imò quilibet.*

Non obſtat ſecundum, quod dictus Archipresbyter
non dicatur Abbas, quia reſponſum eſt habere dignita-
tem, & ſubſtantiam Abbatis, & ideò non eſſe faciendam 107
vim in nomine, ex Gratian. *d. diſc.*871.*n.*6.8.9.22. Tam-
bur. *d. tract. p.1.diſp.25.q.1.n.*180.193. *& ſeqq.*

Non obſtat tertium, quod dictus Prælatus non poſſit
concedere dimiſſorias, quia iam reſponſum eſt, id non
procedere in eo Ordinario, qui eſt extra Diœceſim cu- 108
iuſcunque Epiſcopi, & habet territorium diſtinctum, po-
teſtque viſitare, & Synodum facere, Gratian. *d.diſc.*212.
*n.*25.26.27.48.49. Barboſ. *d.alleg.*7.*n.*8. ſed in caſu noſtro
ſatis etiam eſſet, quod iſte Prælatus præſcripſerit, prout
fecit, hoc ius dandi dimiſſorias, quia verè aduerſus Epiſ- 109
copum id ius præſcribitur ſpatio 40. annorum, *ex c. quan-
ta, de præſcript.* Balb. *eod. tit.* 1.5.*p.q.*12.*n.*4. in terminis no-
ſtris Grilinz. *d.conſ.*142.*n.*49. Gratian. *d.diſc.*212. *in fin.* &
*diſc.*871.*num.*36.37. Farinac. *deciſ. recent.*394.*n.*2 *p.*1. Rot.
apud Tambur. *de iur. Abb.p.3.deciſ.*117. *in fin.*

Non obſtat quartum, quod dictus Archipresbyter non
ſit ſolemniter benedictus, quia non ſolet benedici, nec
iſta benedictio requiritur de eſſentia etiam in Abbate
perpetuo, qui ſolus benedici ſolet, quia etiam ante bene-
dictionem poteſt conferre Ordines minores, & dare di-
miſſorias, prout faciunt etiam Abbates temporales, qui
non benedicuntur, & tamen ordinant: ſic dicendum eſt
de hoc Archipresbytero; etenim etiam ante benedictio- 110
nem hæc ritè, & rectè fieri poſſunt, vt notat Innoc. *in
cap.1. in fin. de ſupplend. negl. Prælat.* Archid. *in d. cap.
quoniam, in fin. diſt.69.* Vgolin. *de off. Epiſc.p.2. §.7. n.1.*
latiſſimè Gratian. *d diſc.*871.*n.*11.12.13.14.20.21.29.30.
33.34. *& ſeqq.* vbi tollit contraria: pulchrè etiam Tamb.
*de iur. Abb.p.2. diſc.2.q.3.n.3.* per totum, vbi multos alios
allegat.

Non obſtant quintò allegata ex dicto Concilio Trid.
quia ſatis reſponſum eſt, ea non procedere niſi in Præla-
tis exiſtentibus intra Diœceſim alicuius Epiſcopi, ex
Grilinz. *d conſ.*142.*num.*3. Gratian. *d.diſc.*212.*num.*6.7. &
vlteriùs dictum eſt, non procedere in illis Prælatis, qui
nituntur ſpeciali priuilegio, & habent populum, & terri-
torium diſtinctum, & faciunt omnia, quæ ad Epiſcopum
pertinent, & ſe gerunt tanquam Epiſcopi, vt hic noſter
Archipresbyter, hi non ſunt de illis, qui includuntur
ſub illa generali Concilij diſpoſitione, vt ex gloſſa *in l.3.* 111
*verb. quælibet, C. de ſeru. fugit.* & Calder. *conſ. 2. de arb.
in fin.* Rim. Iun. *conſ.*19. *n.*54. & *conſ.*46. *num.* 111. &
in ſpecie Flores Diaz *d. lib.3. quæſt.*23. pulchrè Gratian.
*d diſc.*212. *num.*23. & probant Sanchez *in opuſc. tom.2.
lib.7. dub.19. num.20.* Baſil. Pont. *de matr. lib.8. cap.* 19.
*num.*16. Caſtr. Pallau. *mor. lib.1. tract.3. diſp. 4. p.* 21.
*§.4. num.5.* Suarez *de legib. lib.8. cap.38. num.1.* Salas *de
legib. diſp.17 ſect.14. num. 73.* Portel. *de dub. reg. verb.
priuileg.n.7.* & *num.67.* & magis in terminis etiam Barboſ.
*de off. Epiſc.p.2 alleg.7.n.8.* & ad Concilium Trid. *d.c.*10.
*n.*16. & *de vniuerſ. iur. Eccl.lib.1.c.17.n.95.* Tambur. *de iur.
Abb.p.2.diſp.2.q.26.n.2.* ſi enim non ſunt intra fines, non
habent locum diſpoſita à Concilio, vt probatur ex Se-
raph. *deciſ.*1278.*n.1.verſ. contrarium, & per totam*, vbi do-
cet, vt locus ſit Concilio, probandum eſſe, quod locus
exemptus ſit intra fines alicuius Diœceſis.

Et idem eſt dicendum de viſitatione, quia licèt vigore
Concilij Trid. *ſeſſ.24. de reform. c.9.* vicinior Epiſcopus 112
poſſit



poſſit viſitare etiam loca exempta, & nullius; id tamen
procedit, ſi illa ſunt intra fines eius Diœceſis; fuit enim
deciſum, quod Epiſcopus poteſt viſitare locum nullius
Diœceſis, quatenus conſtet eſſe ſitum intra fines ſuæ
Diœceſis; quo caſu ad eundem Epiſcopum ſpectat con-
ferre Ordines, & dimiſſorias dare; & quatenus non ap-
pareat intra cuius fines exiſtat, per viciniorem hæc ex-
plenda ſunt. Aldan. *in compend. canon. reſol.lib.2.tit.8.n.3.*
Barboſ. *ad Conc. Trid. ſeſſ.22.c.8.n.10. de reform.* vbi quod
S.C. Epiſcoporum & Regularium ita decidit ſub die 9.
Septembris 1616. ſed hîc conſtat Carpum, & eius Præ-
latum eſſe extra Diœceſim cuiuſcunque Epiſcopi, & ni-
113 hil pertinere ad alios; ergo non debet ab aliquo viſitari,
prout ſic nunquam fuit viſitatus, cùm ipſe habeat ius
viſitandi, & corrigendi; nam Concilium prædictum dum
loquitur de exemptis etiam nullius, non eſt trahendum
ad Prælatos habentes iura Epiſcopalia extra fines, nec
ad Eccleſias, quæ habent proprios Prælatos cum iuriſ-
114 dictione Ordinaria, & territorio diſtincto, vt pulchrè
cenſuit Rot. apud Tambur. *de iur. Abb. deciſ.*117. *num.*4.
& Grilinz. *d. conſ.*142.*n.*21.22. & propterea debet ma-
115 nuteneri in hac quaſi poſſeſſione, vt à nullo viſitetur
etiam viciniore, vt per Gratian. *diſc.* 870. *n. 6. & ſeqq.*
Poſth. *de manutent. obſ.*45.*n.*35. ideò eodem modo, & ea-
dem ratione, quia hæc loca Concilij ſimiliter loquuntur,
116 debet iſte Prælatus manuteneri in quaſi poſſeſſione con-
ferendi Ordines, & dimiſſorias dandi, prout erat in ea
tempore motæ controuerſiæ, & antea etiam per longiſſi-
mum tempus, *ex c. cùm perſonæ, de priuileg. in 6.* Mareſcot.
*var. reſol. lib.1.c.11.n.44.* Farin. *deciſ. recent.*491.*n.*4.7.9.
*p.1.* Ricc. *deciſ. collect.*13.14.*p.*4. Poſth. *de manuten. obſ.*44.
*n.*49. & *obſ.*45.*n.*17.18.26.34.35.38. vbi cæteri allegan-
tur: qui omnes probant etiam, quod exemptus quando
eſt in poſſeſſione ſuæ exemptionis, debet in ea manute-
neri, etiamſi ei ius reſiſtat, & Epiſcopus habeat pro ſe
117 iuris aſſiſtentiam; quia nemo ſua poſſeſſione priuandus
eſt, niſi cauſa cognita, & negotio plenè diſcuſſo.

118 Non obſtat ſextum votum Seraphin. *d.deciſ.*985. quod
exemptus etiam nullius nequeat Clericis ſæcularibus dare
Ordines minores, etiam cum dimiſſoriis Epiſcopi; tum
quia non eſt certum, an illud votum ſit, vel fuerit ac-
ceptatum, & approbatum; quoniam plurimi DD. aliter
docuerunt, docentes tales Abbates poſſe ordinare Cleri-
cos etiam alienos cum dimiſſoriis proprij Epiſcopi; quia
tunc illis miniſtratur materia ſufficiens, circa quam Or-
dines poſſunt adminiſtrare, dummodò accedat conſen-
ſus illius Epiſcopi, in cuius Diœceſi Ordines conferunt;
& propterea contra Seraphinum fuiſſe declaratum à S.C.
quod Abbates habentes ex priuilegio facultatem defe-
rendi inſignia Epiſcopalia, poſſunt Tonſuram, & minores
Ordines conferre Clericis ſæcularibus Epiſcopi iuriſdi-
119 ctioni ſubiectis, dummodo ipſius Epiſcopi conſenſus ac-
ceſſerit, & ab eo quiſque dimiſſorias litteras impetrauerit;
& hanc eſſe veram opinionẽ tradiderunt, & Sacram Con-
greg. ita determinaſſe dixerunt Quarant. *in ſumm. Bullar.
in verbo, Ordo, verſ. Abbatibus*, ibi, *Ait ipſa Congregatio*,
quem ſequitur Bonacin. *de Sacram. diſp.8. quæſt. vnic. p.4.
num.3. verſ. Præterea Abbates*, in puncto etiam Grilinz.
*d. conſ.*142.*num.*52. Azor. *inſt. mor.p.1.lib.12.cap.20.q.7.*
Capuc. *in annot. ad compend. priuil. mend. verb. Ordines Sa-
cri, n.5.* Ioan. Baptiſta Tiber. *in inſtruct. ordin. c.7. q.48.
verſ. quod ſi Nouitius*, Vaſquez *3. p. tom.3 diſp.243. n.33.*
Suarez. *tom.4. de religion. tract.8.lib.2.cap.49.n.20.* Zerol.
*in prax. Epiſc. p.1. verb. Abbas*, Molfeſ. *in ſumm. tom.1.
tract.2. c.2. n.18.* Fornar. *de Sacr. Ord. c.5. n.8.* Vgolin.
*de off. Epiſc. c.26. §. 19.* Layman. *in qq. canon. de Prælat.
elect.q.3.* Zanard. *in direct. Theol. p.1. de Sacr. Ord. cap.3.*
Aluinus *de poteſt. Abb.c.22.n.18.* Kelliſonius *in 3.p.tom.2.
q.38.art.1.* Hieronym. Venetus *in exam. Epiſc.lib.1.c.12.
num.*62.63. Roderic. Acuña Archiepiſc. Bracharenſ. *in
comment. in 1.p. Decreti, diſt.95. in c. peruenit, n.6.* Layman.
*in ſumm. lib.5. tract.9.c.9.n.1.2.* Lezzana *in ſumm. qq. reg.
cap.14.n.13.* & *c.18.n.66.* Præpoſit. Ieſuita *in tertiam p.
D. Thom. q. vnic. de Sacr. Ord. dub.13. n.127.* Zecch. *de
rep. Eccl. c.25.n.4.* Mercerus *de Sacram. in 3.p. D. Thom. q.
38.art.1.* Moſconius *de Maieſt. milit. Eccl. lib.1.c.9.* Gauant.
*in Manual. Epiſc. verb. Abbas, num. 34.* Barboſ. *de iur.
Eccl. lib.1. c.27.n.28.* & huic ſententiæ adhærere videtur
etiam Dian. *mor.p.5. tract.13. miſc.1. reſol.93. verſ. verùm
his non obſtantibus, vſque ad verſ. quoad ſecundum*, vbi licèt
dicat ſe non proferre quid ſentiat, vt ſolutio relinquatur
Oraculo S.C. tamen ex rationibus, quas adducit, ſatis
comprehenditur, hanc ſibi placere ſententiam, quam
etiam vti veram mordicùs defendit Tambur. *de iur. Abb.
p.2.diſp.2. q.7.n.2.3.4.5. & per totam*, vbi multos allegat,
& docet, ac tradit pleroſque Abbates adhuc perſeuerare
in hac pacifica poſſeſſione conferendi Ordines minores,
tam Clericis ſæcularibus, quàm regularibus, modo præ-
dicto; & licèt dicat etiam, quod aliqui Abbates timidi
abſtinent à collatione dictorum Ordinum erga non ſub-
ditos, ob dubium prædictum à Seraphino excitatum, ta-
men in fine etiam dicit, quod huic voto Seraphini re-
ſpondit Tiberius *d.q.*48. & quod multi DD. eum ſequun-
tur; & conſentire videtur Dian. *d. reſol.93. verſ. vnde ex
his*; vbi quod Domini Rotæ apud Seraph. loquuntur,
quando Abbates vellent conferre Ordines minores ſine
conſenſu Epiſcopi Diœceſani; quod non conuenit huic
caſui, quando eius dimiſſoriæ extant, & conſenſus: ex
quibus apparet, quod contra Seraphinum extat commu-
nis, & pluſquàm communis DD. ſententia.

Tum quia votum illud Seraph. *d.deciſ.*985. loquitur de
illis exemptis etiam nullius, qui ſunt intra fines alicuius
Diœceſis, quia tunc ſpectat ad Epiſcopos ordinare ſub-
ditos Abbatum ſæculares, in quorum Epiſcoporum Diœ-
ceſibus eſt locus dictis Abbatibus ſubditus, vt dixit Ti-
ber. *de ord. d. q.48. in princ. verſ. ſæculares autem*, & ſic 120
videtur ſentire Dian. *d.reſol.93. verſ. vel poſſet, in fin.* &
Tambur. *d. q.7. n.2.3.* ſecùs autem dicendum videtur, ſi
tales exempti ſint extra fines Diœceſis Epiſcopi, per ea
quæ tradit idem Seraph. *deciſ.*1278.*n.*2.3. & per totam,
& propterea non eſt faciendum fundamentum in dicto
voto Seraphini, cui contradicunt tot DD. magnæ aucto-
ritatis, nec S.C. adhuc ei aſſentire videtur; nam teſte
Tambur. *d. q.7.num.5.* Procurator Generalis Cœleſtino-
rum in Curia Romana dubium de hac re in Congregatio-
ne Epiſcoporum, & Regularium facta die 12. Iulij 1613.
proponi curauit; ſed illo tum minimè deciſo, adhuc ſub
Iudice lis eſt. Ergo poſſumus ſuſtinere ſententiam contra
Seraphinum vti veram, nec à S.C. reprobatam. Benè ve-
rum eſt, quod in caſu noſtro votum Seraphini nihil no-
cet, quia Archipresbyter noſter non prætendit nunc
conferre Ordines ſubditis alienis, ſed tantùm propriis;
ideò ceſſare debent omnes difficultates, & omninò ei con-
cedenda eſt manutentio: & Officiales S. Papæ poſſunt
admittere probationes dicti Archipresbyteri factas etiam
ſine Epiſcoporum vicinorum citatione, vt per Seraph.
*d. deciſ.*1278. vbi vide.

Concludendum eſt igitur dictum D. Archipresbyterum
vti poſſe iure Abbatum, & conferre Ordines minores, &
dare dimiſſorias, & id conuenire eius dignitati, cùm ha-
beat ſuam Diœceſim diſtinctam, & ſicut Abbas venit ap-
pellatione Pontificis, ſecundùm Tambur. *de iur. Abb.p.1.* 121
*diſp.1.q.6. n.2.* ita de eo dicendum erit, & ei competunt
omnia, quæ Epiſcopo conceduntur, præter ea, quæ ſunt
Ordinis, & vnctionem requirunt. Seraph. *deciſ.*1386.*n.*3. 122
Trullench. *mor.p.1.lib.2.c.2.dub.38.num.12.* vbi docet tales
Prælatos potiri eadem iuriſdictione qua Epiſcopi, & ideò
poſſe etiam in votis diſpenſare.

Et ideò dictus Archipresbyter ſicut poteſt facere, &
congregare Synodum, ita poterit facere concurſum Ec-
cleſiarum Parochialium, ſi in Synodo examinatores nomi-
nauit, & fecit; & ſi eſt in hac poſſeſſione, manutenendus 123
eſt, vt ſentire videtur Seraph. *deciſ.*1386.*num.*1.2. & benè
Aldan. *in compend. can. reſol. lib.3.tit.9.n.30.* Garc. *de be-
nef.*

*nef.p.9.c.2.n.*131. pulchrè Barb. *ad Conc.Trid.ſeſſ.*24.*c.*18.
*n.*51.*& ſeqq.de reform.* vbi docet, quod ſi Prælatus eſt nul-
lius, & habeat ius congregandi Synodum, tunc poteſt in
ea deputare examinatores Synodales, provt Concilium
requirit, & ita fuiſſe deciſum in cauſa Caſtri Durantis,
*vltima* Aprilis 1611. & *ſub n.*52. dicit, quod ſi Abbatia
eſt nullius Diœceſis, & Abbas habeat ius congregandi
Synodum, & legitimè conſtet illam congregaſſe, ele-
124 giſſeque examinatores in Synodo, poterit concurſum in-
ſtituere, eligere, ponere œconomos, aliaque peragere,
quæ habentur in dicto decreto Concilij, & ita fuiſſe de-
ciſum in cauſa Abbatiæ Farfen. & ita ſeruatur in Abbatia
Nonantulæ: ſic etiam docet Rot. *diuerſ. deciſ.*619. *p.*4.
Caſtr. Pallau. *mor. p.*2.*tract.*13.*diſp.*3.*p.*2.*n.*1. *ad fin.*

Et cum quotannis debeat Epiſcopus congregare ſuam
125 Synodum ad mores Cleri reformandos, & controuerſias
componendas, vt diſponitur in Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *c.*2.
*de reform.* & *cap. quoniam, diſt.*18. ſequitur, quod eandem
Synodum Diœceſanam poſſint congregare omnes illi
Abbates, tam ſæculares, quàm regulares, qui ſunt loco-
rum Ordinarij, & habent Populum, & territorium di-
126 ſtinctum, & id valent exequi eodem iure, quo Epiſcopi.
Rot. *diuerſ. deciſ.*619. *p.*4. provt latè probat Tambur. *de
iur. Abbat. p.*1. *diſp.*24.*q.*7.*n.*2.3. vbi etiam plurimos ſi-
miles Prælatos Epiſcopo inferiores nominat, qui Syno-
127 dum Diœceſanam congregare ſolent, & poſſunt: & ratio
eſt, quia ſiue dicamus Synodi conuocationem eſſe de lege
Diœceſana, vt ex textu *in cap. vlt. diſt.*18. & *cap. con-
querente*, & *cap. dilectus*, vbi gloſ. *ſub verb. de lege, verſ.
ad legem*, vbi etiam Imol. *num.*6. *de off. ordin.* ſentit Ho-
ſtienſ. *in ſumm. de off. Ordin. ſub n.*7. *poſt med.* §. *ſunt autem,
verſ. lex verò*: ſiue, quod veriùs eſt, & receptius, dicamus
128 poteſtatem cogendi Synodum eſſe de lege iuriſdictionis,
vt *ex d. cap. conquerente*, tenet Hoſtienſ. *in d. cap. dilectus,
ſub n.*6. *verſ. quamvis autem*, vbi Ioan. And. *ſub num.* 12.
*de off. ord.* idem Ioan. And. *in d. cap. conquerente, n.*14. vbi
Card. *n.*3. *in* 10. *not.* Gemin. *in c.*1. *col.*1. *verſ. dicit*, vbi
etiam Præpoſ. *n.*2.10.*q.*1. Abb. *in cap. cùm contingat, n.*30.
*verſ. Dominus, de for. compet.* Pauin. *de off. & poteſt. Capit.
p.*1.*q.*7. *ſub n.*3. *verſ. ex præmiſſis.* Henric. Boyc. *de Synod.
Epiſc. in* 1. *part. ex n.*40. *in* 4. *q.* Garz. *de benef. p.*9.*cap.*2.
*n.*64. latè, & pulchrè Lotter. *de re benef. lib.*1.*q.*21. *n.*79.
82.83. & *lib.*2.*q.*31. *n.*76. *verſ. contrarium*, & *n.*79. *verſ.
ego verò*, Tambur. *d.q.*7.*n.*2.3. ſemper dicendum eſt, talem
Ordinarium poſſe Synodum congregare, quia habet ter-
129 ritorium pro Diœceſi, & poteſt ea, quæ permittuntur
130 Diœceſanis, vt vidimus, & quia poſſunt omnia, quæ
ſunt iuriſdictionis, ex gloſſa *in d. Clem.*1. *in verb. proprij,
de reb. Eccl. non alien.* Seraph. *deciſ.*1386.*n.*3. Tamb. *d.q.*7.
*n.*2. & noſter Archipresbyter eſt in hac quaſi poſſeſſione
Synodum congregandi: ad rem pulchrè vide Rot. *deciſ.
diuerſ.*619. *ad fin. p.*4.

Ideò ſicut poteſt in Synodo deputare examinatores,
ita poterit etiam nominare Iudices Synodales, quibus
131 cauſæ ſunt committendæ ad formam Concilij Trid. *ſeſſ.*
25.*cap.*10. *de reform.* quia eſt actus iuriſdictionis, adeò
vt ſaltem quatuor Iudices Synodales pro qualibet Diœ-
ceſi ſint eligendi.

Verùm quia iſti Iudices Synodales debent eſſe perſo-
næ in Dignitate conſtitutæ, & habere qualitates, de qui-
132 bus *in c. ſtatutum, de reſcript. in* 6. difficultas eſt, quod
Ordinarius inferior poterit prouidere de huiuſmodi per-
ſonis, cùm non habeat niſi Canonicos ſuos; & certum eſt
Canonicum Eccleſiæ Collegiatæ, etiam Doctorem peri-
tiſſimum non poſſe eſſe Papæ delegatum, nec in Iudicem
133 Synodalem eligi, vt docent Marc. Ant. Genuenſ. *in pract.
Eccleſiaſt. q.*612.*n.*2. Ioan. Ant. Maſſobr. *de Synod. Diœ-
ceſ. c.*4. *dub.*10. Barboſ. *ad Concil. Trid. d.c.*10.*n.*9 *ſeſſ.*25.
*de reform.* vbi teſtatur ita fuiſſe per Sacram Congr. reſpon-
ſum; idem Barboſ. *in Collect. ad d. cap. ſtatutum, num.*17.
Lotter. *de re benef. lib.*3.*q.*5. *num.* 13.14. Gauant. *in prax.
Epiſc. verb. Iudex Synodalis, n.*3.4. & ideò non benè cen-
ſuit Grilinz. *conſ.*127. dum putauit Canonicum Colle-
giatæ Doctorem poſſe eligi in Iudicem Synodalem, quia
Doctoratus eſt dignitas; nam oportet, quod ſit Dignitas
Eccleſiaſtica, de qua *in d. cap. ſtatutum*, vbi gl. & DD. &
hoc reſtringunt ad Canonicos Cathedralis, quos ſolos
inter Canonicos poſſe eligi in Iudices Synodales dixerunt 134
Gem. *in d.c. ſtatutum, n.*24. *de reſcript. in* 6. Flamin. Pariſ.
*de reſig. benef. lib.*2. *q.*1. *n.*101. Gonz. *ad reg. Cancell. gl.*2.
*num.*39. Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccleſ. reſol.*90.*num.*3.
Maſſobr. *d. tract. de Synod. c.*4.*dub.*13.*n.*23. Barboſ. *de Conc.
d.c.*10.*n.*7. quæ vera ſunt. Gauant. *in prax. Epiſc. verb.
Iudex Synodalis, n.*2.

Sed dictus Archipresbyter poterit eligere in Iudices
Synodales illos, qui habent Dignitatem in ſua Colle-
giata, velut Archidiaconum, Præpoſitum, & Decanum,
qui habent qualitates *d.c. ſtatutum*, & ex priuilegio etiam
dicti Iulij II. & Leonis X. illis cauſæ committi poſſunt,
& poterit etiam eligere Canonicos, qui ſint Protonota- 135
rij Apoſtolici, quia Protonotarius etiamſi non ſit Cano-
nicus, poteſt eligi in iudicem Synodalem, ex Maſſobr.
*d. c.*4. *dub.*13. *n.*34. Barboſ. *ad d. cap.*10.*n.*13. Gauant. *in
prax. Epiſc. in verb. Iudex Synodalis, num.*8. ſatis enim eſt,
quod eligendus in Iudicem habeat Eccleſiaſticam digni-
tatem, vt per gloſſam *in d. c. ſtatutum, in verb. Dignitate,
de reſcript. in* 6. vbi DD. & propterea cùm dicti Archi-
diaconus, Præpoſitus, & Decanus ſint Dignitates Eccle-
ſiæ, ſicut etiam Protonotarius Apoſtolicus, hi poterunt
eſſe Iudices Synodales, & illis committendæ erunt cauſæ, 136
tam à Sede Apoſtolica, quàm à Nuntiis, & Legatis ad
formam dicti *Concilij Trid. ſeſſ.*25. *c.* 10. *de reform.* quod
in ſimplici Doctore, etamſi ſit Canonicus Collegiatæ,
verificari non poteſt, quia Doctoratus non eſt Dignitas
Eccleſiaſtica, ſicut nec Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ,
& etiamſi tales perſonæ ſint doctiſſimæ, & peritiſſimæ,
non poſſunt eligi in Iudices Synodales, vel eis cauſæ à
Sede Apoſtolica, vel Nuntiis delegari. Barboſ. *de off. Epiſc.* 137
*part.*3.*alleg.*106.*n.*12. *in fin.* Gauant. *d. verb. Iudex, num.*4.
& Aldan. *in compend. can. reſol. lib.*3.*tit.*19.*n.*25. vbi teſte
S.C. reſoluit Canonicum Eccleſiæ Collegiatæ eligi non
poſſe in iudicem Synodalem, licèt ſit Doctor, & in 138
Cathedrali non extent Doctores, ſaltem ita idonei: de-
putandi ſunt ergo alij, qui habeant dignitatem Eccle-
ſiaſticam, ſeu qualitates *d. cap. ſtatutum*, quod dictus
Archipresbyter rectè adimplebit, ſi ita, ſicut dictum eſt,
faciat: & ſic faciendo Synodum Diœceſanam perfectè
poterit complere. Ex quibus euidens concluſio reſul-
tat, ſatis iam probata, & enucleata, quod dictus Ar-
chipresbyter Carpi poſſit ſuis Clericis ſæcularibus pri-
mam comæ tonſuram, & minores Ordines conferre, &
dimiſſorias dare ad quemcunque Antiſtitem Catholi-
cum pro prædictis Ordinibus, & aliis etiam Sacris ſuſci-
piendis: & ita ſentio, ſaluo ſemper iudicio, & determi-
natione S.R.E. & S.C. cui hæc cognitio omninò ſub-
mittenda eſt.

Et ideo cùm dictus Archipresbyter ſit nullius, & ha-
beat territorium diſtinctum, ei quoque debent de iure
committi diſpenſationes etiam matrimoniales, & quæ- 139
vis gratiæ exequendæ, quia huiuſmodi cauſæ Ordinarijs
locorum ſunt committendæ, ex Concilio Trid. *ſeſſ.* 22.
*c.*5. *de reform.* Seraph. *deciſ.* 1052. Rot. apud Rubeum
*deciſ. diuerſ.*45.*n.*3.4.*p.*5. Corrad. *in Prax. diſpenſ. Apoſtol.
lib.*7.*c.*4.*n.*63. *verſ. reliquis.*



# INDEX
## RERVM OMNIVM
## Quæ in hoc ſecundo Controuerſiarum Libro continentur.

*Primus numerus paginam, ſecundus numerum marginalem indicat.*

### A


ABBAS an poſſit ordinare Clericos alienos cum dimiſſoriis ſui Epiſcopi. p.428. num.104
Abbas ante benedictionem non poteſt conferre ordines. p.425.n.51
Abbas cognoſcitur ex dignitate, non à nomine. ib. n.56
Abbas cum iuriſdictione quaſi Epiſcopali venit nomine Epiſcopi. p.426.n.68
Abbas cum territorio diſtincto, & iuriſdictione priuatiuè ad Epiſcopum poteſt Clericis Sæcularibus dare Ordines, & dimiſſorias. p.427.n.100
Abbas dici poteſt Prælatus Ordinarius Clericorum Sæcularium. p.426.n.64
Abbas eſt manutenendus in quaſi poſſeſſione conferendi Ordines. ibid.n.76
Abbas eſt nomen potiùs ſolicitudinis, & laboris, quàm honoris. p.425.n.57
Abbas eſt nullius Diœceſis, neque dare poteſt dimiſſorias ſuis Clericis. p.422.n.47
Abbas etiam non benedictus, & ante benedictionem poteſt ordinare. p.428.n.110
Abbas exemptus poteſt conferre Ordines Clericus Sæcularibus, cum dimiſſoriis ſui Ordinarij. p.429.n.121
Abbas poteſt eligere examinatores in ſua Synodo. p.430.n.124
Abbas quo nomine vocetur non intereſt. p.428.n.107
Abbas venit appellatione Pontificis. p.429. n.122
Abbates dicebantur Archimandritæ. p.425.n.59
Abbates, & alij exempti poſt Concilium nequeunt dare Ordines minores. p.419.n.2
Abbates exempti de iure poſſunt conferre Tonſuram, & minores. p.422.n.40
Abbates exempti habentes ſpeciale priuilegium ordinandi, non comprehenduntur in generali diſpoſitione Concilij. p.428.n.111
Abbates Ordinarij poſſunt conferre Ordines minores. p.425.n.55
Abbates qui non ſunt, nequeunt Ordines conferre. p.422.n.43
Abbates Regulares tantùm ſuis Monachis poſſunt conferre Ordines. ibid.n.49
Abbates Sæculares denominati ſunt exemplo regularium. ibid.n.62
Abbatis nomen competit cuilibet præpoſito collegiorum. ibid.n.58
Abbatiſſa non poteſt fieri in manu mulieris. p.305.n.30
Abbatiſſa poteſt acceptare profeſſionem nouitiæ, cui non datur velum nigrum. ibid.n.34
Abbatum iura habent omnes vtentes iuriſdictione Epiſcopali, vel inſignibus Epiſcoporum. p.425.n.60
A boue maiori diſcat arare minor. p.335.n.13
Abſens pro vtilitate Eccleſiæ ſuæ poteſt percipere diſtributiones. p.297.n.37
Abſentia præſumitur, niſi præſentia probetur. p.23.n.16
Abſenti acquiritur ius, & actio, ac hypotheca etiam ante ratihabitionem, acceptante Notario. p.86.n.12
Abſenti ius quæritur etiam ante ratificationem ſtipulante, & acceptante Notario. ibid.n.11
Abſoluere poſſe pendet etiam à cõſuetudine. p.147.n.10
Abſoluere violatores immunitatis Eccleſiæ ſolus Papa poteſt. ibid.n.7
Abſolutio ab excommunicatione quomodo concedenda. p.120.n.43
Abſolutio à caſibus reſeruatis non permittitur etiam in caſu dubio. p.148.n.24
Abſolutio ad cautelam quomodo, & quando impertienda. p.35.n.108
Abſolutio à periurio ad effectum agendi eſt reſeruata Papæ. p.21.n.42
Abſolutio iuramenti ad effectum agendi quomodo danda. p.29.n.49
Abſolutio ab violatam immunitatem ad quem ſpectet. p.180.n.18
Abſolutio violationis Eccleſiæ eſt reſeruata Papæ. p.146.n.3
Abſurda ſunt vitanda. p.12.n.41
Abſurdum eſt vitandum. p.179.n.15
Abſurdum non eſt dicendum. p.369.n.23
Acceptaſſe præſumitur ſciens in fauorabilibus. p.262. n.75
Acceptatio ceſſionis, vel donationis eſt neceſſaria. p.240.n.24
Acceptatum quod eſt, non licet impugnare. p.241.n.6
Acceſſorium eſt ſequeſtrum causâ principalis. p.108. num.6
Acceſſus prohibitio ad Moniales per vnam vicem verificatur. p.1:0.n.34
Accreſcendi ius non habet locum, niſi inter coniunctos. p.111.n.7
Accuſare qui poſſint in delictis priuatis. p.186.n.3
Accuſatore non eſt opus in furto magno, licet domeſtico. ibid.
Accuſatore non extante nemo poteſt condemnare. ibid. num.1
Acer campeſtre quid ſit. p.420.n.17
Acerra ciuitas vbi ſit. ibid.n.11
Acquirens primus an poſſit præiudicare aliis vocatis in emphyteuſi. p.160.n.2

# Index Rerum Notabilium.


Acquirens primus non alienat in damnum vocati nomine proprio. p.160.n.6
Acquirens primus non comprehenditur in ſtipulatione ad ſecundam generationem. p.257.n.14
Acta ciuilia an probent in eadem cauſa criminali. p.187.n.19
Acta in vno iudicio probant in alio contra quoſcumque quando quæritur ſolùm an quid factum ſit. p.413.n.118
Actio ad tradendum tranſit etiam ad hæredes donatarij. p.87.n.28
Actio, & paſſio non cadunt in eodem ſubiectio. p.89. n.62
Actio omnis cedi poteſt. p.14.n.7
Actio omnis præſcribitur ſpatio triginta, vel quadraginta annorum. p.412.n.109
Actio realis trahit ad ſe perſonalem. p.212.n.65
Actiones tranſeunt ipſo iure à primo fideicommiſſario in ſecundum. p.129.n.40
Actore non probante abſoluitur reus, ex ſola negatiua. p.138.n.28
Actore non probante reus abſoluitur. p.172.n.22
Actore non probante reus abſoluitur, etiamſi nihil præſtiterit. p.214.n.5
Actore non probante reus abſoluitur. p.270.n.36
Actor ſequitur forum rei. p.283.n.1.& p.291.n.19
Actus attribuitur mandanti, non exequenti. p.209.n.19
Actus conditionalis non præiudicat. p.66.n.20
Actus etiam nullus declarat mentem. p.259.n.34
Actus factus in articulo mortis cenſetur fraudulentus. p.299.n.4
Actus hominum non euentu, ſed conſilio æſtimandi ſunt. p.54.n.5
Actus *impugnatus non debet impugnanti prodeſſe.* p.413.n.117
Actus incipere non poteſt vbi finiri debet. p.299.n.12
Actus mandanti non exequenti attribuitur. p.362.n.31
Actus ſeu licentia cenſetur data ſecundùm naturam actus. p.262.n.7
Actus ſequens dicitur factus in executionem tractatus præcedentis. p.242.n.19
Actus ſpectat ad vnum tantùm, licet ille non poſſit facere ſine conſenſu alterius. p.111.n.5
Actus tribuentes anſam liti, vel poſt litem, non attenduntur. p.168.n.39
Actus turbatiui non ſunt manutenendi, & quando. *ibid.n.40.*
Actus vnicus patientiæ habetur pro traditione. p.65. num.3
Acta originalia non debent tranſmitti ad iudicem ad quem. p.35.n.106
Adiectio ſolutioni rectè ſoluitur, ſed non habet actionem. p.208.n.17
Adiectus ſolutioni non impugnat ſequeſtrum. pag.209. num.20
Adire hæreditatem ſatis videtur, qui declarat ſuam voluntatem. p.91.n.89
Aditio hæreditatis quomodo probetur. ibid.n.93
Aditio hæreditatis quomodo fiat. p.208.n.14
Aditionis vim habet ſe gerere pro hærede. p.89.n.62
Adiudicatio quando non valeat. p.169.n.48
Adminicula remota non adiuuant nominationem ſocij criminis. p.250.n.52
Adminiculum non recipit quod nullum eſt. p.248.n.58
Adulter præſumitur motus blanditiis adulteræ ad ei legandum. p.273.n.5
Adulter quando ſit irregularis. p.357.n.24
Adulteram filiam, occiſo adultero, an poſſit pater perſequi. p.312.n.3
Adulterij & ſtupri violenta probatio quæ. p.224.n.15
Adulterium dicitur etiam poſt mortem viri, & accuſari poteſt. p.273.n.5
Adulterium, & ſtuprum quomodo probatur. pag.224. num.10
Adulterium & ſtuprum continuatum probatur teſtibus ſingularibus. p.226.n.33
Adulterium fatetur quæ nubit mœcho. p.273.n.3
Adulterium irrogat infamiam. ibid.n.2
Adulterium non punitur ſine accuſatore. p.186.n.11
Adulterium probatur ſi quis frequentat domum mulieris. p.224.n.16
Aduocati criminales an ſint irregulares. p.332.n.12
Affectum non puniri effectu non ſequuto eſt conſuetudo vniuerſalis & notoria. p.350.n.10
Affectus in atrociſſimis punitur pœna ordinaria etiam non ſequuto effectu. ibid.n.11
Affectus punitur quando deuentum eſt ad actum proximum, & irreuocabilem. p.351.n.7
Affinitas extinguitur extincta perſona, per quam contracta fuit. p.202.n.1
Affirmatiua limitata ad tempus inducit negationem poſt illud. p.372.n.57
Agens ex lege qualificata debet probare qualitates legis. p.114.n.18
Agens remedio reintegrandæ, habet ſe pro ſpoliato. p.257.n.3
Agere aliud eſt, aliud agenti conſentire. p.111.n.6
Agnitio debiti efficit vt debitor approbare illud videatur. p.193.n.19
Albertus Pius vbi deceſſerit. p.421.n.31
Alienandi prohibitio quomodo validetur. pag.404. num.7
Alienandi prohibitio non inducit fideicommiſſum, niſi in caſu contrafactionis. ibid.n.8
Alienandum eſt eatenus, quatenus vrget neceſſitas. p.260.n.53
Alienans vel conſentiens non poteſt præiudicare poſteà natis. p.409.n.69
Alienantes bona fideicommiſſi non poſſunt præiudicare naſcituris. p.411.n.103
Alienante prohibito alienare venit caſus fideicommiſſi ob contrauentionem. p.407.n.48
Alienanti bona Eccleſiæ non creditur ſubeſſe cauſam. p.258.n.20
Alienantur bona Eccleſiæ ſine ſolemnitate cauſâ neceſſitatis. p.257.n.7
Alienare dicenti ex neceſſitate non creditur. pag.260. num.47
Alienare emphyteuſim, an liceat primo acquirenti. p.160.n.1
Alienare non valens, nec poteſt alienationi conſentire. p.411.n.102
Alienare prohibitus non poteſt transferre dominium. p.405.n.28
Alienari non debet res magna Eccleſiæ paruo debito. p.260.n.53
Alienari bona Eccleſiæ ex quibus cauſis liceat. p.259. n.45
Alienari non poſſunt bona Eccleſiæ inconſulto Summo Pontifice. p.80.n.14
Alienari non poteſt emphyteuſis, quando Notarius ſtipulatus eſt pro abſentibus. p.161.n.10
Alienari poſſunt Eccleſiæ bona in executione decreti. p.159.n.46
Alienari priùs debent res Eccleſiæ minùs vtiles. p.160. num.51
Alienari quando liceat bona Eccleſiæ ſine licentia Pontificis. p.159.n.43
Alienari res ſtabiles Eccleſiæ quando liceat. pag.159. num.45
Alienata imputantur filio in legitimam, & Trebellianicam. p.343.n.53
Alienata poſſunt reuocare ſolùm nati tempore alienationis ob fideicommiſſum. p.404.n.10


Alienata


Alienata per filium debent imputari in legitimam, & Trebellianicam. p.103.n.108
Alienatio bonorum Eccleſiæ ſine ſolemnitate eſt ipſo iure nulla. p.258.n.20
Alienatio bonorum Eccleſiæ ſuſtinetur quoad tempus permiſſum. p.257.n.13
Alienatio dicitur voluntaria vbi non peruenit neceſſitas. p.260.n.54
Alienatio emphyteuſis poteſt fieri ob clauſulam, *ad habendum.* p.244.n.44
Alienatio omnis bonorum Eccleſiæ ſtabilium prohibetur ſine ſententia Pontificis. p.257.n.18
Alienatio ſine ſolemnitatibus propter neceſſitatem requirit poſteà ratificationem. p.260.n.55
Alienatio ſi nulla, bona à tertiis poſſeſſoribus poſſunt auocari, & auferri. p.408.n.56
Alienationem fuiſſe damnoſam probat Eccleſia. p.257. n.16
Alinationis bonorum prohibitio perſonis non inducit prohibitionem Trebellianicæ. p.188.n.12
Alienationis cauſa etiam notoria ſine ſolemnitate eſt ipſo iure nulla. *ibid.n.17*
Alienationis prohibitio acceſſoria ad fideicommiſſum illud non ampliat. p.404.n.7
Alienationis prohibitio conſecutiuè ad ſubſtitutiones non extendit fideicommiſſum. p.406.n.35
Alienationis prohibitio perſonalis non extenditur ad filios. p.407.n.47
Alienationis prohibitio quando ſtet conſecutiuè ad fideicommiſſum, vel non. p.406.n.37
Alienationis prohibitio quando non extendat fideicommiſſum. p.407.n.51
Alienationis prohibitio quando excedat quartam generationem. p.409.n.70
Alienationis prohibitio quando efficiat fideicommiſſum reale. p.408.n.54
Alimenta dantur in ſubſidium vitæ. p.361.n.16
Alimenta debentur etiamſi nihil ex fundo percipiatur. p.323.n.53
Alimenta debentur purè ſine conditione, & onere. p.361.n.19
Alimenta debent eſſe integra. p.362.n.30
Alimenta debent præſtari ab Eccleſia pro non paupere. p.361.n.3
Alimenta, & penſio non admittunt tranſactionem ſine decreto iudicis. p.330.n.27
Alimenta ex pacto, vel conuentione inter viuos admittunt tranſactionem ſine decreto iudicis. ibid.n.36
Alimenta integra debentur Patrono. p.361.n.15
Alimenta iure naturali filiis debita non poſſunt renunciari. p.330.n.29
Alimenta negare, eſt necare. p.362.n.24
Alimenta poſſunt tradi Patrono aſſignando ei fundum Eccleſiæ patronatæ. p.361.n.13
Alimenta qui præſtare tenetur, etiam tenetur ad onera alimentorum. p.325.n.13
Alimentarius grauatus collectis habet regreſſum contra eum, qui alere tenetur. p.362.n.23
Alimentarius tenetur ad collectas, ſi fundus excedat alimenta. ibid.n.35
Alimentorum cauſâ non poteſt tranſigi ſolùm quando debentur ex vltima voluntate. p.330.n.35
Allocutio ſecreta quando faciat indicium. p.236.n.24
Allodialia præſumuntur eſſe omnia bona, niſi contrarium probetur. p.105.n.32
Alternatiuè ſufficit alteram partem verificari. pag.393. num.24.& p.84.n.28
Ancharanus declaratus. p.163.n.13
Anima cæteris præferenda. p.100.n.34
Animalia inuenta in fundo ſi licet occidere, an liceat perſequi ea extra illum. p.312.n.4
Animæ defunctorum poſſunt detineri in Purgatorio vſque ad diem iudicij. p.110.n.29
Animæ fauore fit interpretatio. p.109.n.17
Animæ liberantur à Purgatorio per ſpatium 100. annorum ſecundùm aliquos. p.110.n.27
Animus, & voluntas attenditur in delictis, non exitus, & veritas. p.54.n.4
Animus, & propoſitum diſtinguunt maleficia. ibidem num.3
Annuum legatum debetur in infinitum. pagin.109. num.19
Appellans an poſſit probare impedimentum per iuramentum ſuum. p.72.n.49
Appellans an habeat ſecundum annum, ſi in primo fuit impeditus tantùm vno die. p.77.n.2
Appellans cauſa inſtructa debet iterum, atque iterum inſtare pro expeditione. p.74.n.84
Appellans debet inſtare pro cauſæ appellatione, aliàs appellatio fit deſerta. p.74.n.73
Appellans debet ſumma ope niti, vt infrà annum cauſa terminetur, alias fit deſerta. p.69.n.24
Appellans debet remouere omne impedimentum. p.74. num.82
Appellans debet adire Superiorem iudicantis. p.283. num.13.
Appellans deſerta appellatione reſtituitur ex iuſta cauſa. p.79.n.23
Appellans dum carceratur, adhuc carcerandus eſt. p.33. num.70
Appellans ſe fundans *in cap. ad hæc,* debet probare appellationem, & grauamen. p.114.n.17
Appellans lapſo primo fatali ex iuſta cauſa habet ſecundum annum ad proſequendum. p.77.n.1
Appellans non poteſt eximi à iuriſdictione iudicis Ordinarij quoad alias cauſas. p.33.n.75
Appellans negligens *nullo modo reſtituitur.* p.78.n.6
Appellans per duos teſtes debet probare impedimentum. p.72.n.52
Appellans quam diligentiam facere debeat. p.70.n.36
Appellans quomodo debeat inſtare pro expeditione cauſæ. p.75.n.92
Appellans quando reſtituatur aduerſus lapſum fatalium. p.78.n.12
Appellans quando poſſit declinare iuriſdictionem iudicis à quo. p.75.n.93
Appellans quoad alias cauſas conuenitur coram Ordinario. p.113.n.4
Appellans quomodo poſſit habere ſcripturas. pag.35. n.104
Appellans quomodo ſit audiendus. p.31.n.46
Appellans ſi non potuit in primo anno expedire cauſam, datur ei ſecundus annus. p.68.n.3
Appellans tenetur coram iudice à quo. p.123.n.22
Appellans tenetur tranſportare acta. p.124.n.43
Appellanti an ſufficiat habere vnum menſem pro cauſa expedienda. p.71.n.41
Appellanti an ſuccurratur appellatione deſerta. pag.77. n.108
Appellanti datur ſecundus annus ſi ſtetur per iudicem ne etiam terminetur. p.69.n.16
Appellanti ex æquitate canonica datur tertius annus. p.68.n.4
Appellanti incumbit tranſportare acta. p.283.n.4
Appellanti non currit fatale, donec diſputatur de aliquo emergenti. p.69.n.12
Appellanti non currit fatale pendentibus feriis. ibid. n.14
Appellanti non datur ſecundus annus, niſi euidenter doceat de impedimento. p.70.n.26
Appellanti non datur ſecundus annus, *niſi* probet iuſtum impedimentum, & cauſam. ibid.n.35
Appellanti non datur ſecundus annus, niſi in primo fuerit impeditus. p.78.n.7

# Index Rerum Notabilium


Appellanti non prodeſt, ſed currit fruſtratoriè conſumptum. p.75.n.86

Appellanti quando detur ſecundus annus abſque allegatione impedimenti. p.70.n.28

Appellanti quando detur ſecundus annus. pagin.71. num.43

Appellanti quando reſtitutio detur ex miſerationis cauſa. p.77.n.4

Appellanti quando ſecundus, & tertius annus concedatur. p.73.n.70

Appellanti qui fuit cauſa impedimenti currit fatale. p.74.n.77

Appellanti ſcripturæ ſunt tradendæ. p.33.n.73

Appellanti ſuccumbenti ſuper emergenti currit fatale. p.74.n.78

Appellanti vltima mora,& negligentia nocet. pagin.71. num.44

Appellare an liceat fiſco à ſententia iudicis pronunciantis reum Eccleſiæ reſtituendum. p.183.n.38

Appellare an poſſit ad Papam grauatus à iudice Sæculari. p.284.n.15

Appellare debet ſpoliatus ſi iudex procedat ſuper petitorio. p.114.n.16

Appellare licet ſi iudex in poſſeſſorio ſummariiſſimo admittat articulos ſuper petitorio. p.290.n.7

Appellare quando liceat ab Epiſcopo ad iudicem Sæcularem. p.284.n.19

Appellari non poteſt à iudice Sæculari ad Eccleſiaſticum. p.283.n.14

Appellatio à Vicario Foraneo, vel ab Archidiacono deuoluit ad Epiſcopum. p.29.n.19

Appellatio ab interlocutoria an ſufficiat ad inhibendum. p.32.n.64

Appellatio an admittatur in poſſeſſorio quoad effectum deuolutiuum. p.46.n.3

Appellatio an ſit deſerta, debet cognoſcere iudex ad quem. p.69.n.17

Appellatio ceſſat vbi non eſt grauamen. p.238.n.1

Appellatio dat iuriſdictionem Archiepiſcopo quoad nullitatem. p.31.n.39

Appellatio datur à decreto de carcerando, & à carceratione. p.32.n.65

Appellatio deſerta an ſit, ad quem iudicem ſpectet cognitio. p.75.n.94

Appellatio datur in poſſeſſorio quando pronunciatur per cedulam. p.46.n.7

Appellatio datur à ſententia appellationem eſſe deſertam. p.70.n.35

Appellatio debet fieri ad Superiorem iudicantis qui habet gradum cum eo. p.283.n.11

Appellatio deuoluit tantum articulum, qui pendebat coram iudice à quo. p.284.n.32

Appellatio efficit vt non videatur iudicatum. ibid.n.29

Appellatio efficit, vt non poſſit dici lis finita. pag.114. num.19

Appellatio eſt prohibita à decreto de manutenendo. p.46.n.1

Appellatio eſt interponenda ad eum, qui habet gradum à iudice. p.284.n.16

Appellatio eſt remedium ordinarium contra ſententiam manutentionis. p.342.n.39

Appellatio eſt proſequenda coram Superiore iudicantis. p.345.n.84

Appellatio & recurſus in quo differant. p.123.n.33

Appellatio fit deſerta per lapſum anni,niſi adfuiſſet impedimentum. p.69.n.25

Appellatio interpoſita eſt coram iudice à quo.pag.133. num.6

Appellatio non admittitur niſi conſtet reum fuiſſe iniuſtè carceratum. p.33.n.72

Appellatio non admittitur vbi non conſtat de grauamine. p.113.n.7

Appellatio non conceditur vni ſi denegatur alteri. p.183.n.42

Appellatio non datur in cauſa inſtitutionis, & morum correctione. p.55.n.105

Appellatio non datur in poſſeſſorio ſummariiſſimo. p.46.n.2

Appellatio non liberat à carcere. p.33.n.71

Appellatio non datur à poſſeſſorio ſi iniuſtitia allegata ſit turbida. p.47.n.15

Appellatio quoad effectum ſuſpenſiuum non datur in poſſeſſorio. p.46.n.4

Appellatio non datur in poſſeſſorio ſummariiſſimo etiam deuolutiuè iure ciuili. p.290.n.1

Appellatio non præſumitur niſi probetur legitimè interpoſita. p.123.n.21

Appellatio quomodo admittenda à grauamine irreparabili. p.33.n.68

Appellatio quomodo, & ad quos deuoluat negotium. p.284.n.18

Appellatio quomodo fiat deſerta. p.70.n.34

Appellatio reducit omnia ad ſtatum, in quo erant tempore litis conteſtatæ. p.284.n.18

Appellatione deſerta an iudex à quo poſſit exequi, reo non citato. p.73.n.66

Appellatione deſerta attentata non reuocantur, ſed fit executio. ibid.n.61

Appellatione deſerta expirat iuriſdictio iudicis ad quem. ibid.n.63

Appellatione deſerta iuriſdictio reuertitur ad iudicem à quo. ibid.n.64

Appellatione deſerta non fit deſerta nullitas. p.69.n.22

Appellatione deſerta quando etiam nullitas deſerta dicatur. p.76.n.102

Appellatione deſerta remanet deſerta nullitas. p.34. n.89

Appellatione ceſſante datur recurſus,& querela.p.123. n.23

Appellatione pendente nihil eſt innouandum. p.68.n.1

Appellatione prohibita cenſetur eſſe prohibita querela. p.123.n.26

Appellationem non dari in poſſeſſorio ſummariiſſimo ſuſpenſiuè certum eſt. p.290.n.3

Appellationem non eſſe deſertam in dubio eſt pronunciandum. p.69.n.19

Appellationes in prima inſtantia non ſunt recipiendæ. p.28.n.3

Appellationis cauſæ quomodo ſolent committi. p.76. n.105

Appellationis in cauſa ille eſt actor, qui fuit in prima inſtantia. p.283.n.7

Appellationis inſtantia eſt diuerſa. ibid.n.5

Appellationis inſtantiæ multæ conceduntur,quæ in prima denegantur. p.284.n.23

Appellationis inſtantia non eſt eadem, nec penitus diuerſa à prima. p.284.n.24

Appellationis in inſtantia proceditur vt in prima. ibid. num.26

Appellationis iudex ſuccedit in locum iudicis à quo. ibid.n.31

Appellationis iudex non poteſt cognoſcere niſi de eo, de quo cognouit prædictus iudex. p.284.n.28

Appellationis medio non poteſt fieri tranſitus ad formam diuerſæ ſpeciei. ibid.n.17

Appellatione pendente non fuit licitum recuſare iudicem ordinarium. p.114.n.26

Appellationis proſequendæ reſtitutio quomodo concedatur. p.78.n.11

Appellationi quando locus elapſo binnio. p.34.n.96

Appellationis regulas ſeruandas præſcripſit Sacra Congregat. p.124.n.39

Appellationis tempus quando currere incipiat. pag. 70. num.32

Appellationum modum, & formam præſcripſit Sacra Congreg. p.29.n.5

Appellatur à delegato Epiſcopi ad Epiſcopum, non ad Archiepiſcopum. ibid.n.20

Appellatur à iudice iniquè arbitrante etiam in arbitrariis. p.72.n.59

Appellatur ab Epiſcopo ad Dominum feudi.p.284.n.20

Arbitrium iudicis debet eſſe regulatum à iure. pag.79. num.26

Arbitrium non habet iudex in his, quæ ſunt à iure expreſſa. p.72.n.58

Archieſpiſcopus an poſſit adiri per viam nullitatis, & appellationis. p.30.n.26

Archiepiſcopus in cauſis Ordinariorum habet iuriſdictionem limitatam ad cauſas appellationis.ibid.n.21

Archiepiſcopus non eſt iudex competens in prima inſtantia ſuffraganei. p.29.n.15

Archieſcopus non poteſt adiri, niſi per viam appellationis. p.30.n.31

Archiepiſcopus non poteſt eximere ſubditum à iuriſdictione Ordinarij. p.33.n.76

Archiepiſcopus poteſt adiri per viam querelæ certis caſibus. p.30.n.30

Archiepiſcopus quoad cauſas ſuffraganeorum non poteſt adiri per viam querelæ. ibid.n.27

Archiepiſcopus,vel Legatus quomodo poſſint ſe ingerere in cauſis Ordinariorum. p.29.n.10

Archiprehybiter Carpi à nemine poteſt viſitari. p.429. n.113

Archipresbyter Carpi eſt manutenendus in quaſi poſſeſſione conferendi Ordines. p.426.n.74

Archipresbyter Carpi eſt Ordinarius, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectus. p.419.n.1

Archipresbyter Carpi poteſt dare Tonſuram, & Ordines Minores. p.422.n.36

Archipresbyter Carpi ſi eſſet Epiſcopus,Titularis poſſet ſuos Clericos etiam Sacris initiare. p.427.n.99

Archipresbyter Carpi vti Ordinarius poteſt Synodum facere. p.430.n.129

Archipresbyter eſt manutenendus in poſſeſſione vt ſibi ſeruiatur pro Diacono, & Subdiacono. p.336.n.18

Archipresbyter,& Canonicus ſolemniter celebrans vtitur Canonicis pro Diacono,& Subdiacono.p.335.n.1

Archipresbyteri Carpi auctoritas. p.420.n.5

Archipresbyteri de iure non poſſunt dare Ordines. p.422.n.38

Archipresbytero Carpi, & aliis Ordinariis debent committi literæ Apoſtolicæ. p.426.n.69

Archipresbytero Carpi non eſt prohibendum Ordines conferre, & dimiſſorias dare ſubditis. p.428.n.103

Arguere à maiori ad minus quomodo liceat.p.317.n.37

Arguere non licet à priuilegio fori ad immunitatem. p.316.n.31

Arguere non licet à verbis DD. ſed legis. p.316.n.33

Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates valet. p.39.n.45

Argumentum à contrario ſenſu valet. p.129.n.31

Argumentum,& acta publica faciunt rem notoriam. p.374.n.78.

Armis ſpoliare ſtantes in Eccleſia eſt negotium prudenter agendum. p.293.n.20

Armorum vſus eſt permiſſus familiaribus & officialibus Sancti Officij. p.13.n.44

Articuli petitorium concernentes non admittuntur in poſſeſſorio. p.290.n.6

Aſperſorium à quo debet porrigi Epiſcopo Eccleſiam ingredienti. p.338.n.37

Aſſaſſinus an dicatur mandatarius morte non ſequuta. p.180.n.17

Aſſaſſinus dicitur ſecundùm ius Canonicum, non ſecundùm Statuta particularia. p.179 n.13

Aſſertioni mariti dicentis adeſſe impedimentum non creditur. p.60.n.15

Aſſertioni partium non ſtatur in materia prohibita,vſurarumque. p.156.n.15

Attentans aliquid contra immunitatem Eccleſiæ,eſt excommunicatus. p.144.n.42

Attentans iudex offendit ius, iudicem, & partem. p.285.n.36

Attentans non dicitur acquirere poſſeſſionem.p.8.n.52

Attenditur quod principaliter agitur. p.299.n.15

Attentata in primis ſunt reuocanda. p.68.n.2

Attentata quando non ſuſpendant curſum fatalis.p.74. num.79

Attentare non dicitur, qui deſerta appellatione exequitur. p.73.n.69

Attinentis præſentia debet probari ab eo, qui eam allegat. p.23.n.10

Auctor laudatus non trahit cauſam ad ſuum forum. p.209.n.22

Auditor Cameræ eſt iudex competens etiam in prima inſtantia vbi eſt obligatio Cameralis. p.34.n.93

Auditores Legatorum quid ſeruare debeant in appellationibus. p.31.n.47

Augmentum dotis videtur factum ad fraudandum Statutum. p.25.n.9

Aduocatio cauſarum à foro Epiſcopi non datur, niſi per viam legitimæ appellationis. p.30.n.23

Auocari non debent cauſæ ab Ordinariis. pagin. 35. num.101


## B


BAnniti bona occupanti conceduntur. pagin. 175. n.61

Banniti bona poſſunt ab omnibus licitè occupari. p.178.n.110

Banniti Ducis Mutinæ ſunt ſicut banniti Imperatoris. p.176.n.71

Banniti feudum deuoluit ad alios. pagin. 174. numero 48

Banniti fratris bona poteſt falter rater occupare. p.175. num 62

Banniti mors naturalis, & ciuilis habet camdem rationem. ibid.n.65

Banniti ob delictum excluduntur ab omnibus, quæ iure communi conceduntur. p.176.n.78

Banniti perdunt iura communia actu, & exercitio. ibid. num.68

Banniti perſona conſideratur, ſicut mortui. pagin.175. n.63

Banniti quomodo acquirere poſſint. ibidem numero 57

Bannitis non poteſt aliquis dari fauor, aut auxilium. p.171.n.11

Bannito an liceat ius reddere. p.177.n.93

Bannito gratiâ à banno conceſsâ non reſtituuntur bona. p.192.n.1

Bannito gratia conceſſa non extenditur. ibid. numero 13

Bannito licet auferre ſucceſſionem. pagin.175.n.58

Bannito non poteſt dari cibus, vel potus. pagin. 171. num.12

Bannito poſſunt auferri bona. p.175.n.54

Bannito reſtituto cauſa reddit ad non cauſam. pag.192. num.9.

Bannitos acceptare non licet. p.176.n.80

Bannitos licet deprædari,& bonis ſpoliare,pag. 175. numero 56

Bannitum aliquem eſſe probatur ex ſententia. pag. 171. num 14

Bannitum licet impunè occidere ſecundùm ſtatuta Carpi, & Ferrariæ. ibid.n.10

Bannitum poſſe offendi idem eſt, ac ſi diceretur in perſona,

ſona, & rebus. p.177.n.96
Bannitum poteſt præuenire alter conſanguineus in capienda hæreditate. ibid.n.101.
Bannitum recuperare bona ſine onere ſoluendi debita eſt impium. p.192.n.11
Bannitus an perdat naturalia. p.174.n.49
Bannitus an ſit indignus. p.175.n.55
Bannitus aliud non recuperat,niſi quod in gratia exprimitur. p.192.n.4
Bannitus banno Imperiali, vel Pontificio perdit iura communia. p.176.n.70.
Bannitus bonis ſpoliatus non reſtituitur. pag. 175. numero 59
Bannitus capitaliter amittit iura commmunia. p. 174. n.46
Bannitus capitaliter habetur pro mortuo. pag. 171. num.8
Bannitus cui denegatur omnis fauor, perdit etiam iura communia. p.176.n.79
Bannitus cum publicatione bonorum eſt incapax etiam de iure communi. p.173.n.37
Bannitus cuius bona ipſo iure confiſcantur, perdit iura communia. p.178.n.112
Bannitus dicitur forenſis, & non poteſt acquirere ſtabilia. p.177.n.102
Bannitus dicitur mortuus ſecundùm proclamata Ducis Mutinæ. p.171.n.9
Bannitus æquiparatur deportato. p.173.n.44
Bannitus æquiparatur excommunicato. pag.176. numero 68
Bannitus eſt inimicus Ciuitatis. p.172.n.34
Bannitus eſt hoſtis & non debet audiri. ibidem numero 35.
Bannituseſt incapax ſucceſſionis. pagin. 173. numero 43
Bannitus & deportatus non ſuccedunt, nec poſſunt teſtari. p.172.n.29
Bannitus ex ſolo banno poteſt impunè occidi. pag.171. num.15.
Bannitus extra territorium bannientis non perdit iura. p.172.n.26
Bannitus habetur pro confeſſo, & conuicto. pag. 171. n.16
Bannitus habetur pro mortuo, nec dicit teſtamentum patris nullum, nec legitimam conſequitur. pag.172. num. 30
Bannitus in contumaciam, vel propter contumaciam non perdit iura communia. pagin.176.numero 73
Bannitus in contumaciam, vel propter contumaciam quis dicatur. ibid.n.74
Bannitus in perpetuum non poteſt teſtari. p.172.numero 28
Bannitus in territorio bannientis perdit iura municipalia, & communia. ibid.n.27
Bannitus licet retineat iura communia, tamen coram iudice non auditur. p.175.n.66
Bannitus multa perdit, & an reſtituatur. pag. 173. n.42
Bannitus non poteſt quemquam trahere ad iudicem. p. 177.n.45
Bannitus non poteſt agere,nec iudicis officium implorare. p.176.n.69
Bannitus non poteſt teſtamentum facere, & perdit iura communia. p.174.n.50
Bannitus non recuperat bona alteri ex fideicommiſſo quæſita. p.192.n.6
Bannitus ſuccedit de iure communi. pag.172. numero 31
Bannitus non tranſmittit ius ſuccedendi. pag.174. numero 47
Bannitus ob delictum perdit etiam iura communia. pagin.176.num.76
Bannitus perdit beneficia municipalia,non autem communia. p.172.n.25
Bannitus perdit ius filiationis. p.175.n.52
Bannitus potiùs toleratur poſſidere bona, quàm habitare. p.177.n.97
Bannitus priuatur etiam bonis acquirendis. pagin. 178. n.111
Bannitus quando perdat iura naturalia. pag. 176. num.82
Bannitus quando quis dicatur ob delictum. ibidem num.75
Bannitus quando retineat iura communia. pagin. 175. num.51
Bannitus quibus bonis priuetur. p.172.n.33
Bannitus quid perdat in territorio bannientis. ibidem num.36
Bannitus quomodo æquiparetur deportato. pag. 176. num.77
Bannitus quomodo poſſit retinere bona. pagin. 175. num.53
Bannitus reſtitutus non recuperat bona in alium tranſlata. p.173.n.38
Bannitus reſtitutus non recuperat bona per ſubſtitutum apprehenſa. p.192.n.5
Bannitus reſtitutus pro rata honorum, tenetur creditoribus. p.193.n.13
Bannitus reſtitutus recuperat bona fideicommiſſo ſubiecta. p.192.n.2
Bannitus ſecundùm communiſſimam, & veram ſententiam perdit beneficia iuris communis. pagin.178. num.110
Bannitus ſubſtitutus non ſuccedit. p.173.n.40
Baptiſmi liber facit fidem ad probandam ciuilitatem. p.125.n.13.
Baptiſmi miniſter poteſt eſſe mulier, & quilibet homo in caſu neceſſitatis. p.318.n.14
Baptiſmus dubius tradit ius Eccleſiaſticæ ſepulturæ. ibid.n.8
Baptiſmus probatur etiam per teſtes infideles, & eius petitio. p.319.n.20
Baptiſmus probatur per vnum teſtem. pagin. 318. numero 17
Baptizata nomine alicuius cenſetur eius filia. pag.225. num.21
Bannum probatur non ſolùm ex ſententia, ſed etiam ex ſcriptura in Archiuis poſita. p.171.n.18
Bartoli ſententia damnatur. p.72.n.146
Baſtardorum nomen non continet filium Sacerdotis. p.220.n.94
Belli impedimentum non indiget probatione, & quando. p.71.n.48
Bellum Alemanum dedit cauſam hoſpitandi Alemanos milites. p.165.n.1
Bellum dicitur caſus fortuitus. p.68.n.7
Bellum facilè probatur. p.69.n.15
Bellum inſolitum nunquam venit in conuentione, niſi ſpecificè dicatur. p.322.n.32
Bellum non eſt caſus inſolitus. ibid.n.34
Bellum præſtat iuſtum impedimentum,ne currat fatale. p.68.n.5
Bellum quando dicatur caſus inſolitus. pagin. 322. num.37
Bellum quando dicatur iuſtum eſſe impedimentum. p.73.n.71
Beneficia conferuntur à Superiore iure deuolutionis, vt conferebat inferior. p.112.n.22
Beneficia ex quibus cauſis poſſint vniri. pagin. 381. num.19
Beneficia familiarium Cardinalium ſunt reſeruata Sedi Apoſtolicæ. p.383.n.1
Beneficia iuriſpatronatus quam ætatem requirant in præſentato præſentato. p.374.n.90
Beneficia ſimplicia,& non curata poſſunt vniri curatis. p.363.n.41
Beneficia ſimplicia non requirunt reſidentiam de generali conſuetudine. p.369.n.13
Beneficia ſunt libera conferenda. p.295.n.15
Beneficiati non ſunt Domini, ſed adminiſtratores.p.323 n.45
Beneficiatus quomodo quis eſſe poſſit in pluribus Eccleſiis. p.45.n.65
Beneficiatus comparatur in vita vſufructuario,in morte vſuario. p.323.n.44
Beneficij collatio licet nulla, bona fide facta, mero iure ſuſtinetur p.369.n.15
Beneficij priuatio eſt cauſa profana. pagin. 321. numero 17
Beneficij priuationis cauſa à ſolo iudice Eccleſiaſtico cognoſcenda. ibid.n.18
Beneficio litigioſo exiſtente, Ordinarius non poteſt conferre, nec patronus præſentare. pagin. 387. numero 3
Beneficiorum collatio deuoluit ad Epiſcopum cum ſuo onere. p.112.n.19
Beneficium conferri poteſt ab Ordinario ſi vnus colligantium cedat, & alius decedat. pagin. 390. numero 55
Beneficium an dicatur Sacerdotale ſi præſentandus ſit Presbyter. p.368.n.5
Beneficium conſumpta diſpenſatione per vacationem reaſſumit naturam ſuam. p.372.n.50
Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt dari non habenti 14.annos. p.368.n.2
Beneficium Eccleſiaſticum poteſt obtinere minor 14.annorum,ſi ita placuerit Fundatori. ibid.n.9
Beneficium eſt Sacerdotale, ſi tale Fundator nominet. p.369.n.18
Beneficium eſt Sacerdotale, ſi pluries Fundator dixit præſentandum eſſe Sacerdotem. ibid.n.20
Beneficium iuriſpatronatus non poteſt obineri à Clerico minore 14 annis. p.371.n.39
Beneficium non dicitur Sacerdotale etiamſi Rectori iunctum ſit onus dicendi Miſſas. pagin. 368. numero 3
Beneficium non eſt Sacerdotale niſi Epiſcopus conſentiat, étiamſi fundator aliter diſponat.pagin. 217. numero 36
Beneficium non efficitur litigioſum,niſi principaliter titulus in litem deducatur. p.389.n.39
Beneficium non efficitur litigioſum quæſtione ſuper expenſis. p.390.n.51
Beneficium non eſt Sacerdotale quando Rector poteſt celebrare per ſe, vel per alium. p.368.n.4
Beneficium Sacerdotale an poſſit conferri clerico minori, diſpenſante Epiſcopo cum conſenſu Patroni. p.372. n.54.
Beneficium Sacerdotale non eſt, ſi ſolet dari ſimplici Clerico. p.368.n.8
Beneficium Sacerdotale cenſetur annexum in dubio,non actu, ſed aptitudine. p.369.n.25
Beneficium Sacerdotale poteſt pro vna vice dari Clerico, diſpenſante Epiſcopo cum Patroni conſenſu. ibid.n.10
Beneficium Sacerdotale non poteſt obtinere,qui non eſt Sacerdos actu,vel aptitudine. ibid.n.26
Beneficium Sacerdotale non requirit Sacerdotium actu, quando verba fundationis non reſpiciunt actum præſentationis, ſed proſecutionis. pagin. 370. numero 28
Beneficium Sacerdotale quando requirat Sacerdotium in actu. ibid.n.27
Beneficium Sacerdotale quomodo requirat Sacerdotium in actu. ibid.n.32
Beneficium Sacerdotale cui dari poſſit, diſpenſante Epiſcopo, vel non. p.373.n.70
Beneficium ſolitum dari Sacerdotibus poteſt dari Clericis. p.368.n.9
Beneplacitum apoſtolicum præſumitur lapſu 30. annorum. p.261.n.70
Benignior pars in dubio eſt ſequenda. pagin. 107. numero 22
Biennium quomodo currat in prima inſtantia. pag. 34. n.94
Biennium ſi ſit lapſum, etiam in prima inſtantia licet adire Superiorem. p.28.n.2
Biroariis dicentibus arreſtaſſe reum extra Eccleſiam non creditur. p.181.n.5
Bona allibrata cenſuum onere grauata minùs æſtimantur. p.48.n.9
Bona conſeruari in familia non poſſunt niſi tranſeant de vno ad alium. p.408.n.62
Bona Clericorum, & Eccleſiarum quomodo differant. p.93.n.6
Bona Clerici ad quorum titulum eſt ordinatus, ſunt exempta. p.94. n.8
Bona Clericorum, & bona Eccleſiarum eodem modo ſunt immunia. p.95.n.23
Bona Clericorum etiam eis donata ſunt exempta.p.96. num.28
Bona Clericorum gaudent priuilegio fori Eccleſiaſtici. p.208.n.4
Bona Clericorum temporalia ſubiiciuntur diſpoſitioni laicorum. p.93.n.3
Bona Clericorum ſunt obnoxia gabellis pro vtilitate publica. p.95.n.25
Bona debent ita æſtimari vt æquale ſit habere rem,vel pretium. p.2.n.6
Bona Eccleſiæ emphyteutica ſunt immunia. pagin. 52. n.46
Bona Eccleſiaſticorum propria eſſe exempta ſicut bona Eccleſiæ tenent omnes. p.95.n.16
Bona Epiſcopi patrimonialia, & Eccleſiaſtica, in quo differant. p.315.n.16.
Bona fideicommiſſa debent reſtitui etiam à tertio poſſeſſore. p.413.n.116
Bona fideicommiſſa non poſſunt præſcribi ante euentum conditionis. p.410.n.85
Bona fideicommiſſa præſcribuntur longiſſimo tempore. ibid.n.86
Bona fideicommiſſa quomodo æſtimentur reſpectu liberorum. p.5.n.50
Bona fideicommiſſa poſſunt alienari pro dote conſtituenda. p.194.n.34
Bona fides cauſatur etiam ex cauſa erronea. pag. 264. num.101
Bona fides datur etiam titulo exiſtente inualido. ibid. num.99
Bona fides non poteſt eſſe in contractu nullo. pag. 261. num.64
Bona fides poteſt dari etiamſi adſit error in iure. p. 264. num.100
Bona fides quando non ſit probanda. pagin.411.numero 100.
Bona laicorum ſi tranſeunt ad Clericos,fiunt immunia, ſicut è contra. p.93.n.2
Bona fides non præſumitur vbi præponderat præſumptio ſcientiæ debiti. p.310.n.47
Bona onerata minoris æſtimantur. pagin. 2. numero 4
Bona patrimonialia Clericorum eximuntur etiam per Bullam Cœnæ Domini. p.94.n.12.
Bonorum maternorum ſucceſſio quomodo deferatur. p.287.n.33
Bona tranſeunt cum ſua cauſa,& qualitate. pagin. 192. num.8

Bona tranſeunt in bannitum reſtitutum cum omni onere, & honore. p.193. n.15
Bonifacius Rex excommunicatus propter extractum reum ab Eccleſia. p.182.n.29
Bulla Cœnæ Domini tollit conſuetudines. pag.145.numer.48
Bulla Gregoriana de immunitate Eccleſiæ vbi habeatur. p.141.n.2
Bulla Gregoriana eſt in viridi obſeruantia. ibidem, num.4
Bulla Gregoriana non eſt trahenda ad cauſas in ea non expreſſas. p.141.n.10
Bulla Gregoriana tollit conſuetudines contrarias.p.142. num.24
Bulla Gregoriana vbique locorum ligat. pag.141. numer.4
Bulla Pij V. de profeſſionibus in infirmitate quomodo intelligenda. p.321.n.26


## C


CAdauera fidelium non ſunt contemnenda. p.318. num.6
Caducitas eſt materia rigoroſa,quæ ceſſat ex leui cauſa. p.37.n.13
Caducitas non incurritur, niſi expreſsè dicatur. p.331. num.42
Caducitas euitatur ex qualibet cauſa. p.80.n.3
Caducitas vt euitetur,ſufficit quælibet cauſa. pag.37. num.12
Caducitatem cauſari per quamlibet cauſam quomodo intelligatur. p.40.n.73
Cameræ Apoſtolicæ obligatio quid efficiat. pag.280. num.69
Campi Nacri erant, vbi nunc Carpum eſt. pag.420. num.10
Canon an correſpondeat fructibus attenditur tempus contractus. p.244.n.36
Canonici an teneantur canere perſonaliter in Choro. p.297.n.43
Canonici non poſſunt concedere abſenti diſtributiones. p.296.n.33
Canonici non poſſunt obire munia ſua per ſubſtitutum. p.297.n.41
Canonici non ſunt aſtringendi ad onera inconſueta. p.336.n.3
Canonici poſſunt ſe inuicem ſubſtituere in functionibus Eccleſiaſticis. p.297.n.44
Canonici quæ munera poſſint per alium obire. ibid. num.42
Canonici quando debeant aſſiſtere celebranti pro canendo Euangelium & Epiſtolam. p.336.n.21
Canonici S.Proſperi poſſunt eligi in Iudices Synodales. p.337.n.30
Canonici ſolùm Cathedralis poſſunt eligi in Iudices Synodales, non alterius Eccleſiæ. p.430.n.134
Canonici ſunt cogendi ad cantandum Euangelium & Epiſtolam. p.336.n.5
Canonici tenentur aſſiſtere Dignitatibus pro Diacono & Subdiacono. ibid.n.2
Canonici vbi non ſunt diſtinctæ præbendæ, quomodo celebranti aſſiſtere debeant. p.337.n.26
Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ etiam doctiſſimis non poſſunt cauſæ Eccleſiaſticæ committi à Sede Apoſtolica. p.420.n.137
Canonicatu vacante poteſt ei onus iniungi, & ita conferri. p.295.n.14
Canonicatuum Carpenſium fructus conſiſtunt in diſtributionibus. ibid. n.20
Canonicorum Capitulum aliquem in Canonicum recipiens de mandato Papæ, ſibi præiudicat. pagin.65. num.7
Canonicus Collegiatæ poteſt eligi in Iudicem Synodalem. p.337.n.29
Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ non poteſt eſſe Iudex Synodalis, nec delegatus Papæ. p.429.n.123
Canonicus magiſtralis lucratur diſtributiones etiamſi non interſit Diuinis, & quando. pagin.296. numero 24
Canonicus S.Proſperi Regij poteſt mitti Romam ad viſitanda limina. p.337.n.28
Canonicus Theologus abſens à Choro quando lucretur diſtributiones. p.296.n.31
Canonicus Theologus,& magiſter in Eccleſiis æquiparantur. ibid.n.30
Capituli conſenſus habetur ſi collegialiter conſentiat maior, & ſanior eius pars. p.382.n.28
Capitulum eſt in poſſeſſione diſtribuendi ſedilia in Eccleſia. p.364.n.1
Capitulum non poteſt ratificare vnionem inualidam. p.382.n.27
Captus in delicto quis dicatur. p.252.n.36
Caput primum de adulteriis declaratur. pagin.227. n.56
Capellanorum diſtributionibus non fiunt vniones vigore Concilij. p.384.n.17
Carcer perpetuus ſucceſſit loco pœnæ detruſionis in Monaſterium. p.352.n.30
Carcerari quando quis debeat,pendet ab arbitrio Iudicis. p.32.n.69
Carceratus debet remanere in carceribus, donec cognoſcatur an iuſtè. p.33.n.69
Cardinalis de Carpo à quo fuit creatus. pagin.421. num.27
Carpa quid ſit. p.420.n.10
Carpenſes à carpiendo dicti ſunt iocosè vel per liuorem. ibid.n.15
Carpenſes, ſeu Fratres condemnati in 70. ſcutis ob violatam confœderationem. p.421.n.23
Carpi Dominus, & Princeps Sereniſſimus D.Franciſcus Eſtenſis. ibid.n.32
Carpi Collegiata ſecularis,fuit priùs regularis Canonicorum Lateranenſium. p.425.n.63
Carpi Ordinario ſubiicitur Eccleſia S. Ioannis de Trebbio. p.424.n.35
Carpi ſitus, qualitates, & laudes. p.421.n.33
Carpi Villæ & Iuriſdictio ſpiritualis. p.422.n.34
Carpini qualitates, & quando fructificet. pagin.420. num.18
Carpinus quid ſit. ibid.n.16
Carpum à quibus fuerit poſſeſſum. ibid.n.22
Carpum datur in feudum ſub nomine Principatus. p.421.n.25
Carpum dictum eſt à carpino arbore nota. pagin.420. num.15
Carpum eſt Ciuitas Imperialis,& à quo fuerit fundata. p.420.n.7
Carpum eſt de iuribus Imperij, & feudum Cæſaris. p.421.n.24
Carpum eſt extra fines Mutinenſes & Regienſes. ibid. num.26
Carpum eſt vicinum confinibus Mutinenſ. & Regienſ. ſed non infrà fines. p.427.n.88
Carpum nobile Caſtrum appellatur. p.420.n.21
Carpum permutatur cum Saxolo. p.421.n.29
Carpum ſpectat ad Sereniſſimam Domum Eſtenſem. ibid.n.28
Carpum vnde dictum fuerit. p.420.n.8
Caſtro infeudato non veniunt bona particularia.p.105. num.30
Caſus fortuitos in ſe ſuſcipiens non tenetur de inſolitis in gradu ſuperlatiuo. p.325.n.5
Caſus inſolitus non venit ſub clauſula generali caſuum fortuitorum. p. 322.n.28





Caſus inſolitus valdè,& damnum irreparabile, & intolerabile requiritur vt penſio remittatur. pag.326. num.31
Caſus valdè inſolitus, & inexcogitatus quis dicatur. p.322.n.36
Catechumenus an debeat ſepeliri in loco ſacro, remiſſiuè. p.319. n.21
Cathedralis Eccleſia eſt magiſtra, & matrix aliarum in Diœceſi. p.336.n.11
Cathedralis Eccleſia eſt Parochia totius Ciuitatis, & Diœceſis. ibid.n.12
Cauſa conuentionis, & reconuentionis debet ſimul terminari. p.194.n.23
Cauſa criminalis an faciat ſilere ciuilem, & è contra. p.187.n.18
Cauſa legati impleta quid efficiat. p.106.n.13
Cauſa limitata producit effectum limitatum.pag.63.numero 56
Cauſa iuſta, & impedimentum in appellatione quomodo probetur. p.72. n.50
Cauſa neceſſaria mutandi voluntatem defuncti quando dicatur. p.373.n.66
Cauſa pia hæres an poſſit falcidiare legata pia, magna eſt quæſtio. p.98.n.13
Cauſa quælibet,etiam beſtialis,excuſat à pœna & à caducitate. p.331.n.44
Cauſa Statuti annullantis iuramentum debet probari. p.20. n.30
Cauſa vt excuſet à mora, & caducitate, qualis eſſe debeat. p.40.n.74
Cauſas coram Ordinariis pendentes non poſſunt Legati, & alij Superiores ad ſe auocare, niſi per viam legitimæ appellationis. p.13.n.3
Cauſæ Eccleſiæ quibus ſint committendæ. p.430. numero 136
Cauſæ omnes Eccleſiaſtici fori coram Ordinariis locorum in prima inſtantia cognoſcendæ. p.28.n.1
Cauſæ omnes in prima inſtantia ſunt cognoſcendæ coram ordinario. p.290.n.10
Cautionem dare debet hæres falcidians legatum, cui ſubſtituta eſt cauſa pia. p.97.n.9
Cedi poſſunt omnia iura. p.14.n.8
Cedi poteſt ius congrui vnà cum re ipſa. pagin.16. num.37
Celebranti inſeruientes debent eſſe eiuſdem Ordinis. p.336.n.22
Cenſura contra extrahentes ab Eccleſia non eſt Papæ reſeruata. p.148.n.21
Cenſura offendentis libertatem Eccleſiæ eſt reſeruata Pontifici. p.46.n.2
Cenſura Eccleſiaſtica quomodo relaxanda à Iudice appellationis. p.35.n.107
Cenſura non dicitur reſeruata Pontifici, niſi expreſsè reſeruetur. p.146.n.1
Cenſuram non incurrit, qui neſcit eam, licet ſciat factum eſſe prohibitum. p.14.n.8
Cenſuræ contra violatores libertatis Eccleſiaſticæ non afficiunt violatores immunitatis. p.148.n.19
Cenſus ad vitam Prælati poteſt imponi ſuper rebus Eccleſiæ. p.81.n.18
Cenſus cauſa eſt ſummaria, & executiua. pagin.239. num.4
Cenſus Dominus in venditione rei aliis eſt præferendus. p.14.n.2
Cenſus Dominus poteſt cogi ab habente quemcunque ſucceſſorem. p.17.n.53
Cenſus Dominus non poteſt cogi habere cenſuarium quem nollet. p.16.n.39
Cenſus Dominus non poteſt cedere iuſpatronatus, niſi cum cenſu ipſo. ibid.n.38
Cenſus Dominus poteſt vendita retrahere. pagin.14. num.3
Cenſus Dominus quomodo poſſit retrahere rem venditam. p.16.n.33
Cenſus emptor poteſt ſoluere pretium minori. pag.309 num.18
Cenſus, & præſtationes annuæ non præſcribuntur, & quare,& quomodo. p.311.n.59
Cenſus executio per quas exceptiones retardetur.p.240. num.22
Cenſus non impedit liberam rei alienationem. pag.17. num.51
Cenſus non præſcribitur cum mala fide. p.310.n.40
Cenſus producit etiam actionem perſonalem, & quando. p.311.n.57
Cenſus quando poſſit conſtitui, & vendi à minore. p.310.n.36.
Cenſus quid ſit, & pro eo datur actio realis. pag.311. num.56
Cenſus tribuit ius retractus, & quomodo. pag.17. numer.50
Cenſus vſusfructus quomodo diuidatur inter hæredem, & vſufructuarij hæredes. p.239.n.19
Cenſu legato cenſetur conceſſa tantùm commoditas fructuum. ibid.n.14
Centum annorum ſpatium liberat à legato annuo. p.108.n.1
Cæremoniale Epiſcoporum ab omnibus eſt ſeruandum. p.336. n.10
Cæremoniale Epiſcoporum debet ſeruari, donec probetur contra illud conſuetudo immemorabilis. p.337. num.33
Cæremoniale quomodo intelligatur. p.336.n.4
Certitudo moralis ex coniecturis deſumitur. pagin.57. num.56
Certitudo mortis quanta requiratur ad ſecundum matrimonium. p.55.n.16
Certitudo mortis viri an debeat eſſe phyſica, vel moralis in matrimoniis. p.57.n.52
Certus nuncius de morte viri deſideratur ad ſecundum matrimonium contrahendum. ibid.n.51
Ceſſante ratione legis ceſſat lex. p.26. num.33.& p.89. num.58
Ceſſio comprehendit tantùm iura ceſſa. pag.239. numero 15.
Ceſſio eſt inutilis ſi non conſtat de iure cedentis. p.16. num.30
Ceſſio extinguit litem adepta poſſeſſione per ceſſionarium. p.387.n.8
Ceſſio non extenditur ad alienam perſonam. pag.239. num.16
Ceſſio non valet ſine titulo, & ſine cauſa. ibidem, num.20
Ceſſio quando finem liti imponat. p.387.n.7
Ceſſionario competit manutentio,ſicut cedenti. p.347. num.22
Ceſſionario debetur manutentio, ſicut cedenti. p.341. num.3
Ceſſionarius poteſt omnia, quæ cedenti licebant. p.14. num.9
Ceſſionarius quando manutenendus.pagin.167. numero 28
Ceſſionarius repellitur exceptione, quæ repellit cedentem. p.18.n.63
Ceſſionarius repræſentat perſonam cedentis.pag.14.numero 4
Charitas prima incipit à ſeipſo. p.42.n.14
Chirographum habens, cenſetur habere mandatum. p.208.n.18
Circunſtantiæ confeſſionis verificari debent. pag.249 n.38
Citandi ſtylus eſt ſeruandus. p.122.n.10
Citari ad domum poteſt qui perquiſitus non reperitur. ibid.n.8

Citatio ad domum habitationis ſufficit. ibidem, numero 7
Citatio ad valuas Eccleſiæ afficit, & quando. pag.184. num.1
Citatio ad videndum ſe excommunicari, debet eſſe perſonalis, & trina. p.122.n.11
Citatio generalis quando ſufficiat. pagin.169. numer.45
Citatio nulla reddit proceſſum nullum. ibid.n.46
Citatio per edictum ſufficit incerto contradictore. p.209.n.30
Citatio per edictum, vel per diligentias non ſufficit niſi prima citatio fuerit perſonalis. pag.141. numero 14
Citatio prima debet eſſe perſonalis. ibid.n.13
Citatio quando inducat litem. p.390.n.58
Citatio quid debeat continere. p.169.n.43
Citatio quomodo debeat intimari. ibid.n.44
Citatio requiritur antequàm inhibeatur. pag.32. numer.59
Citatio requiritur talis, qualis adhiberi ſolet. pag.122. num.14
Citatio vnica ſufficit in declarando aliquem excommunicatum. ibid.n.13
Citatio vnica ſufficit ad domum, quando reus ſe latitat. p.123.n.17
Citationis notitiam habuiſſe præſumitur, niſi probetur legitimè interpoſita. ibid.n.20
Citatus domi bis habetur pro perſonaliter citato. p.185. num.19
Citatus non comparens, habetur pro confeſſo. ibid. num.12.
Ciuilitas propria in ſolo iure originario reperitur. p.125.n.5
Ciuilitatis priuilegium an tribuat veram ciuilitatem. ibid.n.4
Ciuis dicitur etiam ruri natus ex patre ciue. ibidem. num.3
Ciuis efficitur loci vbi baptizatus eſt. p.125.n.12
Ciuis originarius poteſt eſſe in duobus locis. pag.126. num.18
Ciuis originarius propriè dicitur qui natus eſt in ciuitate. p.125.n.9
Ciuis originarius quando dicatur originem deſerere. p.126.n.27
Ciuis non deſinit eſſe illius loci, vbi natus eſt. pag.125. num.11
Ciuis non dicitur loci, vbi per accidens natus eſt. p.126. num.21
Ciuili poſſeſſori competit manutentio. pagin.203. numero 10.
Ciuilis poſſeſſor habet manutentionem etiam reſpectu naturalis ab alio occupatæ. ibid.n.11
Ciuilis quæ dicatur cauſa. p.226.n.42
Ciuilis poſſeſſor intra decennium poteſt recuperare naturalem. p.366.n.51
Ciuiliter poſſidens lapſo decennio, ſi negligens ſit, amittit poſſeſſionem. ibid.n.50
Ciuiliter poſſidens non impeditur à poſſidente naturaliter. p.199.n.38
Ciuium appellatione in fauorabilibus veniunt etiam illi de territorio. p.126.n.26
Clarus reprobatur in materia immunitatis Eccleſiæ. p.142.n.28
Claſſes maritimæ habent ſuos officiales. pagin. 56.numer.25
Clauſula, *ad habendum*, facit emphyteuſin alienabilem. p.160.n.4
Clauſula, *ad habendum*, in executiuis nihil alterat. p.161.n.19.
Clauſula, *ad habendum*, an tranſmittat emphyteuſin ad extraneos. p.243.n.25
Clauſula, *animo continuandi tormenta*, quid operetur. p.252. n.81
Clauſula, *cui dederis*, an faciat emphyteuſim ad extraneos. p.243.n.26
Clauſula, *dummodo non ſit alicui ius quæſitum*, non præſeruat ius legitimè præſentati. p.388.n.17
Clauſula, *& cui dederis*, quid efficiat. pagin.160. numero 5
Clauſula generalis ſequens non refertur ad ea, quibus ſpecialiter prouiſum. p.164.n.27
Clauſula in fine poſita quomodo referatur ad præcedentia. p.254.n.11
Clauſula irritans non tollit vires iuramenti. pag.23. num.7
Clauſula, *& omni meliori modo*, quid operetur. ibid. num.8
Clauſa, *omni meliori modo*, ſuſtinet contractum etiam ſine ſolemnitatibus, & quando. p.24.n.5
Clauſula, *omni meliori modo*, ſuppler omnes defectus. p.23.n.7
Clauſula, *omni meliori modo*, quid operetur in legato dotis. p.191.n.20
Clauſula, *pro iurato*, quid efficiat. p.15.n.27
Clauſula, *pro iurato*, habet vires iuramenti. pag.86. num.7
Clauſula; *pro iurato, ſeu ſincerè*, quando nihil operetur. p.222.n.16
Clauſula, *pro iurato*, habet omnes vires iuramenti. p.330.n.41
Clauſula, *ne plus peti poſſit*, refertur tantùm ad vniformia. p.410.n.77
Clauſula, *pro nunc, & pro hac vice*, quid importet. p.66. num.22
Clauſula, *pro quibuſcumque hæredibus*, facit emphyteuſin ad extraneos tranſitoriam. p.241.n.3
Clauſula, *provt de iure*, quid importet. pagin.77. num.22
Clauſula, *quam, & quas*, efficit beneficium litigioſum, & producit petitorium. p.387.n.2
Clauſula, *quam, & quas*, efficit vt cenſeatur ius deductum tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio. pag.388 num.31
Clauſula, *quam, & quas*, quid efficiat ſuper titulo beneficij. p.389.n.33
Clauſula, *quam & quas*, non poteſt mutare materiam iudicij. ibid.n.34
Clauſula, *quam, & quas*, efficit vt poſſit pronunciare vt in prima. ibid.n.35
Clauſula, *quam, & quas*, quid requirat, & ſuper titulo litem inducat. p.389.n.42
Clauſula, quod nihil plus petere poſſit, non excludit à fideicommiſſo conditionali, & quando. pagin.404. num. 17
Clauſula, quod quis ſit tacitus, & contentus re legata, quomodo intelligatur. p.410.n.75
Clauſula, quod quis ſit tacitus re legata, non refertur ad ea, quæ ſub conditione debentur. ibidem numer.78
Clauſula quod quis ſit tacitus, & contentus re legata, intelligitur rebus ſic ſtantibus. ibid.n.83
Clauſula quod ſit tacitus, & contentus, excludit à fideicommiſſo. p.404.n.16
Cauſula, *rebus ſic ſtantibus*, quid importet. pagin.193. num.21
Clauſula, *rebus ſic ſtantibus*, ſemper ſubintelligitur. p.328.n.60
Clauſula, *ſi & quantum*, quid importet. pagin.181. num.14
Clauſula, *ſicut accepimus*, efficit vt gratia Papæ debeat verificari. p.138.n.19
Clauſula, *ſine præiudicio*, præſeruat ius. pagin.66. num.19





Clauſula, *ſine præiudicio*, quid operetur. pagin.8. numer.51
Clauſula, *ſeu quouis modo*, non habet locum niſi verificata narratiua. p.387.n.11
Clauſula, *ſine præiudicio*, ſiue quouis alio modo, quid importet. p.391.n.62
Clauſula, *ſub vinculo immaculatæ fidei*, habet omnes vires iuramenti. p.85.n.3
Clauſula, *volentes pro iurato*, habet omnes vires iuramenti. p.295.n.9
Clauſulæ, *quam, & quas, cum incidentibus*, non proſunt niſi deducantur ad experientiam, & ad vſum. p.588. num.32
Clauſulæ *quam & quas*, effectus. p.391.n.59
Clerici Carpenſes ordinantur ab Epiſcopo Mutinæ per modum prouiſionis. p.419.n.3
Clerici exempti ſunt à foro laicali vnà cum ſuis ſeruis, & ruſticis. p.274.n.6
Clerici gaudent immunitate tantùm quoad bona mobilia, non ſtabilia, ſecundùm aliquos. p.93.n.1
Clerici hodie in pœnis, vel carceribus mancipantur, vel triremibus deſtinantur. p.352.n.31
Clerici ligantur Statutis, & conſuetudine loci fori, in quo ligant in ordinatoriis. p.340.n.44
Clerici non denunciantis gabellario, an res cadant in commiſſum. p.116.n.17
Clerici non ligantur laicorum ſtatutis, vel gabellis etiam ob publicum bonum. ibid.
Clerici non ligantur ſtatuto de compromiſſis. p.205. num.40
Clerici non tenentur ad gabellas pro rebus, quas emunt pro vſu ſuo. p.115.n.5
Clerici poſſunt damnari ad triremes, non Sacerdotes. p.351.n.47
Clerici primæ Tonſuræ tantùm ſunt exempti, etiam quoad bona patrimonialia. p.95.n.18
Clerici priuilegio de non hoſpitando milites gaudet etiam laicus eius frater. p.205.n.43
Clerici quando contribuere tenentur, non ſunt compellendi à iudice laico. p.96.n.30
Clerici quando non teneantur adire ſummum Pontificem, vt ſubeant onera laicorum. ibid.n.32
Clerici quomodo obligentur ad ea, quæ reſpiciunt commune bonum. p.95.n.27
Clerici quomodo teneantur concurrere ad grauamina laicorum, & quando. p.96.n.31
Clerici recuperare poſſunt damna ſua à mulieribus non denunciando gabellario. p.116.n.24
Clerici ſunt diligentiores in exigendis redditibus, quàm in adimplendis oneribus. p.371.n.44.
Clerici ſunt exempti etiam pro rebus, quas emunt pro vſu ſuæ familiæ. p.115.n.6
Clerici ſunt immunes ab omnibus collectis, gabellis, & angariis. ibid.n.2
Clerici trahunt ſuos malefactores ad forum Eccleſiæ. p.211.n.62
Clerici, & Eccleſiis angarias importantes ſubiiciuntur banno Imperiali. p.94.n.13
Clerico poſſidente cauſa cognoſcenda eſt in foro Eccleſiaſtico. p.209.n.25
Clericorum bona patrimonialia habent exemptionem tantum in caſibus à iure permiſſis. pagin.93. numer.5
Clericorum bona ratione perſonæ habent idem priuilegium, ſicut Eccleſiæ. ibid.n.7
Clericorum exemptio extenditur etiam ad eorum filios, & vxores. p.116.n.10
Clericorum familia gaudet eadem immunitate quâ Clerici ab oneribus. p.281.n.8
Clericos omnes, tam Sæculares, quàm Regulares eſſe exemptos ab omnibus datiis certum eſt. pag.115. num.3
Clericum militare, & ducere vxorem, paria ſunt. p.83. num.10
Clericus an debeat ducere in vxorem virginem ſtupratam. p.227.n.51
Clericus aſſumens militiam renunciare videtur Clericali militiæ. p.83.n.9
Clericus condemnatus reus in pœna ſanguinis, punitur etiam non ſecuto effectu. p.334.n.38
Clericus defenſor neceſſarius trahit cauſam ad ſuum forum. p.209.n.25
Clericus depoſitarius in foro ſæculari debet ſtare illius declarationi. p.306.n.4
Clericus de rebus Eccleſiæ, vel ſuis rectè conuenit laicum in foro Eccleſiæ. p.210.n.44
Clericus dolosè non denuncians Gabellario, perdit illas res, & quando non. p.116.n.19
Clericus ex officio non punitur cognoſcens mulierem honeſtam. p.186.n.12
Clericus foro ſuo renunciare non poteſt. pag.321. num.12
Clericus non deponitur niſi pro furto magno. p.352. num.36
Clericus non incedens in habitu, non facit fructus ſuos beneficij, vel penſionum. p.83.n.18
Clericus non poteſt iudicare cauſas ſanguinis. pag.335. num.39
Clericus non poteſt prorogare iuriſdictionem Iudicis laici. p.169.n.53
Clericus non trahit laicum ad forum Eccleſiæ, niſi data violentia. p.211.n.61
Clericus oſculans, vel amplexans mulierem præſumitur ei benedicere. p.225.n.20
Clericus proferens ſententiam ſanguinis an puniatur. p.335.n.40
Clericus punitur pœna commiſſi, ſi dolosè committit denunciare gabellario. p.116.n.21
Clericus quando teneatur ſeruare ſtatuta laicorum. p.307.n.15
Clericus ſuccedens laico tenetur proſequi litem cœptam coram laico. p.168.n.41
Clericus ſucceſſor laici, ſi proceſſus eſt nullus, non tenetur proſequi litem coram laico cœptam. pag.169. num.52
Clericus turbatus vel ſpoliatus trahit laicum ad forum Eccleſiæ. p.291.n.24
Clericus veniens ad iudicium principaliter trahit cauſam ad ſuum forum. p.209.n.23
Coitus punibilis efficit vt concubina non poſſit petere donata. p.272.n.69.
Collecta an ſit valida non quæritur ſi de facto obſeruatur. 361.n.7
Collecta dicitur imponi per æs, & libram, ſi imponitur iuxta menſuram terreni. ibid.n.9
Collecta eſt onus reale quæ imponitur perſonis pro rebus. ibid.n.8
Collecta eſt ſoluenda ab vſufructuario. pagin.362. num.35
Collecta eſt ſoluenda à colono. p.326.n.41
Collecta in imponenda, & ſoluenda quid ſeruandum. p.53.n.65
Collecta imponitur occaſione belli. p.361.n.6
Collecta materialiter imponitur rebus, formaliter perſonis. p.51.n.39
Collecta non debet ſolui pro alimentis, ſeu rebus alimentorum. p.362.n.22
Collecta non ſoluitur de his quæ habentur proprij vſus cauſâ. p.361.n.17
Collecta ſoluitur ab emphyteuta reſpectu tantùm ſui emolumenti. p.52.n.52
Collectam exigi de facto ſufficit, vt concurrant penſionarij, & alij. p.325.n.11
Collectam plus ſoluit, qui plus poſſidet. p.361.n.10

# Index Rerum Notabilium.


Collectandi onus ad quem ſpectet. p.51.n.38
Collectandi quaſi poſſeſſio acquiritur per actum vnicum. p.65.n.4
Collectari non poſſunt bona emphyteutica Eccleſiæ. p.49.n.16
Collectari non poteſt poſſidens rem immunem à collectis. p.50.n.27
Collectarum materia eſt odioſa. p.52.n.47
Collectarum onus ſpectat ad liuellarium, non ad Dominum. p.51.n.35
Collectarum onus reſpicit fructus. p.53.n.64
Collectas non ſoluit qui non habet ius in re,& iure propoſito non percipit fructus. p.362.n.22
Collectas quales habeat ſubire Eccleſia. p.52.n.50
Collectas ſi Dominus ſoluere non tenetur, nec etiam eius emphyteuta. p.50.n.26
Collectas ſoluere debet maritus pro rebus dotalibus. p.362.n.33
Collectas ſoluens coactè defenditur à cenſuris. p.66. num.12
Collectas ſoluere non tenetur poſſidens nomine alieno,ſed non proprio. p.362.n.32
Collectas ſoluit qui fructus percipit. p.49.n.14
Collectas tenetur ſoluere colonus, & conductor.p.362. num.36
Collectæ & onera ſequuntur poſſeſſorem,& poſſeſſor ad illa tenetur. p.362.n.12
Collectæ imponuntur principaliter perſonis, & ſecundariò rebus. p.48.n.1
Collectæ poſſeſſorem ſequuntur. ibid.n.6
Collectæ quodnam ſit fundamentum. p.51.n.40
Collectæ ſoluuntur per ſubrogatum locum Domini. 361.n.14
Collegiata S. Martini quando erecta, & quomodo. p.336.n.17
Collegiata S. Proſperi dicitur eſſe Cathedralis, & quare. p.337.n.27
Coloni adſcriptitij, & ſerui perpetui, ſunt de foro Eccleſiæ. p.279.n.66
Coloni bonorum patrimonialium Epiſcopi an ſint de foro Eccleſiæ. p.278.n.51
Coloni dicuntur ſocij, & conductores, non familiares p.275.n.15
Coloni Eccleſiarum, & laicorum quoad eorum perſonas ſunt de foro laico. p.276.n.29
Coloni Eccleſiarum regulariter non gaudent priuilegio fori. p.278.n.46
Coloni Eccleſiæ, & Epiſcoporum ſubiiciuntur foro ſæculari quoad eorum perſonas. p.275.n.9
Coloni Eccceſiæ conuenti ratione rerum Eccleſiæ ſunt de eius foro. p.279.n.61
Coloni Eccleſiæ liberti laici ſunt de foro Eccleſiæ. p.280.n.71
Coloni Eccleſiæ obligati in forma Cameræ Apoſtolicæ ſunt de foro Eccleſiæ. ibid.n.68
Coloni Eccleſiæ ſunt de eius foro, vbi habet iuriſdictionem temporalem. ibid.n.70
Coloni Epiſcoporum Domini familiares, & domeſtici. p.274.n.2
Coloni Epiſcoporum vbi ſunt conueniendi. pag.176. num.25
Coloni Epiſcopi, & Eccleſiaſticorum de foro Eccleſiæ quando ea non poſſit commodè vti ſuo priuilegio. p.179.n.62
Coloni Epiſcopi, & Clericorum poſſunt eſſe de foro Eccleſiæ ex priuilegio,& vſu. ibid.n.64
Coloni, & laici adminiſtrantes bona Eccleſiæ ſunt de eius foro. ibid.n.63
Coloni ex debito, vel contractu conueniuntur coram iudice laico. p.276.n.31
Coloni fiſci debent conueniri ſolùm coram iudicibus fiſcalibus. p.277.n.42
Coloni mercenarij dicuntur familiares Domini. p.276. num.22
Coloni non ſolent vocari familiares. ibid.n.23
Coloni partiarij menſæ Epiſcopaliis, ſunt de foro Eccleſiæ. p.274.n.7
Coloni partiarij quando poſſint dici familiares Domini. p.277.n.34
Coloni probant poſſeſſionem pro Domino. p.258.n.31
Coloni quando dicantur domeſtici,& familiares.p.276. num.18
Coloni quomodo poſſint dici ſocij. p.277.n.40
Coloni partiarij Epiſcoporum an ſint de foro Eccleſiæ. p.277.n.35.
Coloni quomodo lucrētur fructus agrorum.p.275.n.14
Coloni tanquam domeſtici non poſſunt teſtificari pro Domino. ibid.n.17
Coloni tenentur ſoluere decimas. p.277.n.32
Coloni ratione rei communis cum Eccleſia non ſunt de foro laico. p.280.n.72
Coloni viuentes expenſis Epiſcopi ſunt de foro Eccleſiæ. p.272.n.58
Colonus aſſimilatur conductori. p.277.n.37
Colonus Eccleſiæ quando poſſit declinare forum ſæculare. p.278.n.45
Colonus eſt impropriè ſocius. p.275.n.16
Colonus eſt de foro Eccleſiæ quando Eccleſia venit ad eius neceſſariam defenſionem. p.279.n.65
Colonus,& inquilinus tenentur perſonaliter,& poſſunt nominare dominum. p.210.n.44
Colonus partiarius non dicitur domeſticus, & quomodo. p.276.n.20
Colonus partiarius non eſt familiaris, & poteſt teſtificari pro Domino. ibid.n.21
Comitatinus quando dicatur natus in ciuitate, & ciuis. p.125.n.15
Comitatinus, & non ciuis dicitur natus etiam in ciuitate, ex patre comitatino. p.125.n.2
Commiſſarij Apoſtolici quod omittunt, denegare cenſentur. p.241.n.4
Commiſſarius cenſetur ſeruarę formam reſcripti.p.242. num.15
Commiſſi pœna non incurritur niſi fraude, vel dolo interueniente. p.116.n.26
Commiſſionis præſentatio quomodo, & quando facienda. p.75.n.89
Commiſſionis tempus attenditur. p.70.n.33
Compeditans reum in Eccleſia incurrit excommunicationem. p.144.n.43
Compenſatio an fiat in legato, quando hæres, & legatarius ſunt dilecti à teſtatore. p.289.n.50
Commodum qui habet,debet ſentire & incommodum. p.193.n.18
Commutationes in rebus ſpiritualibus quotidie fiunt. p.295.n.14
Compatronus decedente compatrono acquiſiuit totum iuſpatronatus. p.111.n.2
Compenſatio an fiat de ſpecie ad genus. p.195.n.45
Compenſatio dicitur ſolutio. p.201.n.65
Compenſatio fit pro concurrenti quantitate. ibid.n.64
Compenſatio non fit in dubio legati cum debito. p.289.n.54
Compenſatio non fit niſi de credito hinc inde puro. p.288.n.39
Compenſatio pecuniæ cum ſpecie legata non fit. ibid. num.40
Compenſationi quando locus ſit. p.195.n.44
Compenſandi animus, an præſumatur ſi legatum ſit maius debito. p.289.n.48
Compenſandi animus in legato creditori facto, quando non præſumatur. p.286.n.12
Compoſitio an poſſit fieri à reo in carceribus detento. p.114.n.15


Compoſitio


Compoſitio cum reo quando ſit licita. p.113.n.9
Compoſitio cum reo tranſit in contractu irreuocabili. p.114. n.22
Compoſitio, & gratia liti finem imponit. ibidem num.20
Compoſitio probat contra producentem. ibid.n.16
Compoſitio ſapit gratiam, & pœnam. p.113.n.13
Compoſitiones quænam requirant. ibid.n.14
Compoſitus reus non poteſt ex nouis indiciis moleſtari. p.114.n.21
Commodum,& incommodum ſpectat ad venditorem,& quando. p.158.n.60
Compromiſſum calumnioſè petens non eſt audiendus. p.203.n.3
Compromiſſum ex ſtatuto inter affines non fit ſoluta affinitate. p.202.n.2
Compromiſſum non fit de bonis alienari prohibitis. p.204.n.30
Compromiſſum non fit de bonis exemptis, & extra Statum. p.205.n.34
Compromiſſum non fit de eo, de quo conſtat per inſtrumentum. p.203.n.18
Compromiſſum non ſit de eo, de quo extat ſententia. p.204.n.23
Compromiſſum non fit de teſtamentis. ibid.n.22
Compromiſſum non petitur niſi inſtrumentum obtenebretur. p.204.n.30
Compromiſſum non poteſt peti contra eum, qui habet pactum ad ingrediendam poſſeſſionem. p.203.n.15
Compromiſſum non poteſt peti ſuper re liquida. ibid. num.16
Compromiſſum quomodo valeat in cauſa alimentorum. p.330.n.30
Compromiſſum ſi non fit ſuper inſtrumento,ita nec ſuper obiectis contra illud. p.204.n.29
Compromiſſum ceſſat in reconuentione ſi non habet locum in conuentione. p.203.n.4
Compromiſſum ſi non fit ſuper principali,ita nec ſuper incidenti. p.206.n.59
Conatus non punitur effectu non ſequuto. pag.351. num.5
Conatus non ſeq uuo effectu, de conſuetudine non punitur, niſi extra ordinem. ibid.n.9
Conatus vt puniatur effectu non ſecuto quæ requirantur, remiſſiuè. ibid.n.12
Conceſſio vniformis in totum annullatur non ſeruata forma. pag.283.num.87
Conceſſo vno, omnia conceduntur per quæ deuenitur ad illud. p.15.num.20
Concilium loquens de exemptis non trahitur ad Ordinarios nullius. pag.359.num.60
Concilium non tollit Epiſcopis facultates antè eis conceſſas. pag.357.num.33
Concilium Tridentinum habet decretum irritans,p.375. num.95
Concilium Tridentinum fauorabile,aut extendendum, aut ampliandum. pag.359.n.51
Concilium Tridentinum non obligat, vbi non eſt receptum. pag.278.n.55
Concordia teſtium admittit etiam multiplicationem actuum. pag.151.n.24
Concubina an poſſit habere ſalarium, vt pediſſequa. pag.271.num.56
Concubina debet eſſe emendata per triennium, vt ſit capax legati. pag.273.n.7
Concubina illicita eſt indigna, & incapax. pag.270. num.44
Concubina illicita non habet actionem ad petendum legata, & donata. p.269.n.22
Concubina licita de iure ciuili habet exceptionem, & actionem ad petendum. pag.270.n.29
Concubina militis, vel Clerici non poteſt petere legata, vel donata. ibid. num.39
Concubina non dicitur emendata, quæ continuat ſecretò conuerſationem adulteri. p.273.n.8
Concubina non emendata, eſt incapax legati. p.269. num.12
Concubina non poſſidens excluditur à legato ab ipſo hærede. pag.271.num.59
Concubina poteſt petere legatum ſibi ab Amaſio factum, & quando. p.272.num.67
Concubina poteſt retinere legata, & donata. pag.269. num.21
Concubina turpis non poteſt petere legata, vel donata. ibid.num.23
Concubinam repellit à legato turpis ſuſpicio. pag.272. num.4
Concubinæ an excludantur à fiſco, vel ab hærede. p.271.num.62
Concubinæ continuanti non licet legare. pag.269. num.11
Concubinæ cuicunque, iure canonico non licet donare. ibid.num.14
Concubinæ donans non obligatur ad traditionem. pag.270.num.24
Concubinæ donata an poſſint reuocari. pagin. 271. num.54
Concubinæ hodie non licet legare, quia concubinatus eſt prohibitus. pag.273.num.11
Concubinæ illicitæ legatum ſolus fiſcus aufert. pag.268.num.3
Concubinæ illicitæ non poteſt teſtator legare aut donare. pag.269.num.15
Concubinæ illicitæ donatio facta eſt irrita. pag.271. num.52
Concubinæ legatum an hæres cogi poſſit ad ſoluendum. p.272.n.65
Concubinæ legatum an valeat ob benemerita. p.271. num.50
Concubinæ legatum factum non aufertur niſi volente fiſco. pag.269.n.17
Concubinæ licitæ iure ciuili licet donare. ibidem num.13
Concubinæ non prodeſt confeſſio adulteri de receptione. pag.271.num.46
Concubinæ, quæ non poteſt eſſe vxor non valet legatum. ibid.num.49
Concubinæ ſuæ poteſt teſtator donare, vel legare. pag.268.num.2
Concubinæ ſunt magis incapaces, quàm eorum filij. pag.270. num.32
Conditio poſita in odium Religionis tanquam turpis reiicitur. p.400.n.46
Conditionem ſi ſine filiis, ſpurius non facit deficere. p.220.num.83
Conditionale an ſit legatum quantitatis ſoluendum quando nupſerit. pag.190.num.8
Conditionale legatum tranſmittitur ad hæredes. ibid.
Conditiones debent verificari in forma ſpecifica.p.399. num.39
Conditionem verificari neceſſe eſt vt agatur ex actu conditionali. pag.44.n.54
Conductio quando in totum annulletur. pagin. 269. num.90
Conductor ad modicum tempus non tenetur ad onera. pag.363.num.50
Conductor modicum damnum æquo animo ferre debet. p.327.n.44
Conductor non tenetur ad collectas, ſed dominus. p.362.n.39
Conductor ſuſcipiens in ſe omne periculum, ſibi imputare debet. pag.322.n.31
Conductor ſi ſolueret collectas, repetit à locatore. p.363.n.48

# Index Rerum Notabilium.


Conductores fiſcalium vbi ſunt conueniendi. pag.278. num.44
Conductori an fiat remiſſio attenditur tempus collectionis fructuum. p.327.n.54
Conductori fit remiſſio mercedis ob caſum valdè inſolitum, & quando. p.325.n.8
Conductori non fit remiſſio niſi ex caſu inſolito, & damno intollerabili. p.326.n.32
Conductori quando fiat remiſſio ob quodcumque damnum etiam leue. ibid.n.38
Conductori quomodo fiat remiſſio, ſi damnificetur ex caſu inſolito. p.327.n.56
Confeſſarij poſſunt approbari etiam ab Ordinariis Epiſcopo inferioribus. p.358.n.46
Confeſſarius tenetur ſequi opinionem pœnitentis probabilem. p.148.n.17
Confeſſio cenſetur ſimulata, vbi eſt ſuſpicio vſuræ. p.156.n.16
Confeſſio debitoris non valet circa intereſſe in mutuo. p.157.n.42
Confeſſio emanata propter ſuggeſtionem indicij nihil valet. p.253.n.94
Confeſſio etiam iurata in prohibitis nihil probat ad inducendum caſum licitum. p.357.n.43
Confeſſio extraiudicialis probat copulam. pag.225. num.23
Confeſſio extraiudicialis abſente parte ſemiplenè probat. p.105.n.35
Confeſſio in tortura indebita nihil nocet. pag.252. num.86
Confeſſio in tortura non ratificata nihil nocet. ibidem num.93
Confeſſio in tortura ſine indiciis præcedentibus nihil nocet etiam ratificata. p.251.n.66
Confeſſio inueriſimilis non afficit. p.250.n.51
Confeſſio in tortura exceſſiua nihil nocet. pag.251. num.68
Confeſſio minoris cum ſolemnitate præſumitur vera. p.230.n.14
Confeſſio minoris poteſt eſſe ſine læſione, & ſine errore. ibid.n.17
Confeſſio minoris quando teneat etiam ſine ſolemnitatibus. ibid.n.20
Confeſſio non iuſtificatis eis qualitatibus nihil probat. p.249.n.37
Confeſſio partis contrariæ probat poſſeſſionem petentis manuteneri. p.42.n.9
Confeſſio patris nihil nocet filio ad minuendam legitimam. p.200.n.50
Confeſſio patris quando nihil probet. pagin.156. num.23
Confeſſio probat contra confitentem. pag.62.n.35
Confeſſio quando cenſeatur facta vi tormentorum. p.248.num.34
Confeſſio ſine indiciis non probat etiam coram iudice brachij regij. p.251.n.67
Confeſſio ſocij criminis ob torturam immoderatam nihil nocet ei vel nominato. p.247.n.11
Confeſſio rei ab Eccclesia extracti eſt inefficax.p.181. num.12
Confeſſio rei in non prohibitis diuidi non poteſt.p.132. num.27
Confeſſio rei inueriſimilis, vel impoſſibilis nihil nocet. p.253.n.95
Confeſſio vbi conſtat de interfectore non nocet. 253.n.98
Confeſſio in parte erronea, in totum cenſetur erronea. ibid.n.100
Confeſſiones partium nihil probant in mortuo circa intereſſe. p.156.n.14
Confeſſo reo nihil reſtat niſi vt condemnetur. p.246. num.1
Confeſſores pro peccatis abſoluendis approbare, eſt munus Epiſcoporum. p.360.n.70
Confeſſus habetur pro iudicato. p.62.n.36
Confeſſus illegitimè, an poſſit torqueri ſub alio iudice. p.253.n.103
Confeſſus in tortura reſtituitur in integrum ex capite minoris ætatis. ibid.n.99
Confeſſus vi tormentorum non ſibi præiudicat. p.252. num.77
Confinium mutatio non præſumitur. p.232.n.10
Confugientes ad Eccleſiam an poſſint eiici ſi ſint irriuerentes, vel immodeſti. pag.292.n.1
Confugientes ad Eccleſiam non debent eiici, ſed defendi. ibid.n.3
Confugientem ad Eccleſiam non licet in ea obſidere. p.182.num.21
Confugientem ad Eccleſiam ſi quis eiiciat, facit contra iuſtitiam. p.292.num.5
Confugiens ad Eccleſiam cum armis an poſſit eiici, vel ſpoliari eis. p.293.n.17
Confugiens ad Eccleſiam poteſt eiici ſi abutatur immunitate. p.292.n.6
Confugiens ad Eccleſiam poteſt puniri ab Epiſcopo ſi in ea delinquat. p.293.num.8
Confugiens ad Eccleſiam quando poſſit ab ea expelli à Clericis. ibid.n.10
Confugiens ad Eccleſiam ſi malè tractet habitatores Eccleſiæ poteſt eiici. ibid.n.14
Confugiens ad ſacram Euchariſtiam vbique eſt ſaluus. p.315.n.22
Confugiens ad Statuas Principis fuit immunis ſecundùm ethnicos. pag.313.num.30
Coniecturæ ad veritatem nos perducunt. p.242.n.10
Coniecturæ an ſufficiant ad probandum mortem viri in matrimoniis. p.57.num.57
Coniecturæ ceſſant vbi in verbis non eſt ambiguitas. ibidem.
Coniecturæ in occultis ſunt liquidiſſimæ probationes. p.242.n.11
Coniecturæ ſolùm habent locum in caſu dubio.p.102. num.12
Coniecturæ ſufficiunt in his quæ ſunt difficilis probationis. p.259.n.41
Coniecturis non eſt opus in verbis claris. pagin.102. num.11
Coniecturis probatur diſſenſus in matrimonio. pag.62. num. 36
Coniecturis mors probatur arbitrio iudicis. pagin.58. num.64.
Coniugibus dicentibus non habuiſſe animum contrahendi matrimonium creditur arbitrio iudicis. pag.61.num.20
Coniugum diſſenſus quomomo ob probetur.p.60.n.17
Coniuncti per capita omnes vocantur in portionem defuncti. p.129.n.34
Coniunctus præſumitur informatus de facto coniuncti. pag.90.num.85
Conſanguinei intereſt, ne conſanguineus donet extraneo. pag.24.n.1
Conſcientiæ in foro debet obſeruari donatio inualida, ſed vera. p.27.n.43
Conſenſum negans in matrimonio quam fidem habeat. p.61.num.21
Conſenſus Capituli an præſumatur ex lapſu 30. annorum. p.381.n.30
Conſenſus deficit ceſſante eius fundamento. pag.243. num.29
Conſenſus, & beneplacitum Superioris præſumitur ex curſu 30. annorum. p.365.n.20
Conſenſus non præſumitur, niſi expreſsè probetur. p.383.n.39
Conſentiendi ius habens non dicitur habere partem in iure præſentandi. pag.112.num.13
Conſentiens cenſetur renunciare iuri ſuo. pagin.244. num.42
Conſentire irrationabiliter iuribus. ibid.n.39
Conſtare de non iure agentis quot modis dicatur. p.8. num.56
Conſtitutio Ægidiana non eſt trahenda extra caſum ſuum. p.25.n.18
Conſtitutio Synodi Regij intelligenda eſt ſecundum ius commune. p.366.n.39
Conſtitutiones de alienationibus vetitis debent probari eſſe vſu receptæ. p.257.n.11
Conſtitutiones quæ non ſunt in viridi obſeruantia non obligant. p.45.n.60
Conſuetudo collectandi Eccleſiam eſt improbata.p.51. num.44
Conſuetudo contraria immunitati Eccleſiaſticæ eſt inualida. p.142.n.25
Conſuetudo contra immunitatem Eccleſiæ non valet. p.51.n.45
Conſuetudo contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam non eſt attendenda. p.144.n.46
Conſuetudo contra ius Canonicum præſcribitur ſpatio 40. annorum. p.297.n.40
Conſuetudo eſt optima legum interpres. pagin.119. num.24
Conſuetudo eſt quid facti, & non præſumitur niſi probetur. p.142.n.19
Conſuetudo excuſat à confeſſione inſtrumenti. p.394. num.44
Conſuetudo immemorabilis eſt legitimè probanda. p.337.n.32
Conſuetudo immemorabilis non tollitur à cæremoniali, & quando. ibid.n.31
Conſuetudo immemorabilis præſumitur eſſe cum authoritate Summi Pontificis. p.420.n.21
Conſuetudo localis non poteſt extendi extra locum. p.421.n.29
Conſuetudo localis non trahitur extra ſuum locum. p.51.n.42
Conſuetudo ſoluendi collectas quomodo præiudicet Eccleſiæ. p.51.n.41
Conſuetudo ſubſcribendi à ſolo Epiſcopo licentias pro Monialibus eſt ſeruanda. p.119.n.30
Conſuetudo mala non eſt conſuetudo, ſed frequentia peccandi. p.144.n.47
Conſuetudo quando debeat eſſe præſcripta, vel non. p.52.n.57
Conſuetudo quando non requirat præſcriptionem. p.11.n.22
Conſuetudo non valet quando dantur diſtributiones abſentibus. p.197.n.40
Conſuetudinem adeſſe Doctori atteſtanti an credatur. p.51.n.43
Contradictio non admittitur eodem puncto. pag.164. num.26
Contradictor legitimus non eſt qui non habet parem titulum. p.387.n.13
Contradictores reddunt inueriſimilem inculpationem. p.24.n.45
Contradictoria non poſſunt eſſe ſimul vera. pag.250. num.50
Contractui non aliter conſentiunt aliqui propter intereſſe. p.263.n.91
Contractum illicitum non poſſunt partes facere licitum. p.156.n.8
Contractum minoris, vel mulieris impugnans quid probare debeat. p.23.n.1
Contractus eſt nullus non ſeruata forma Statuti. p.2. num.11
Contractus factus contra formam Statuti eſt nullus. p.14.n.14
Contractus habet vires ex vltimo partium conſenſu. p.232.n.13
Contractus innominatus tollitur per exiſtentiam. p.44. num.52
Contractus nullus nullum poteſt producere effectum. p.19.n.3
Contractus plures inter eoſdem eodem die facti, cenſentur facti vnus gratiâ alterius. p.309.n.27
Contractus quando non poſſit pro parte valere, & pro parte non. p.159.n.71
Contractus quomodo dicatur indiuiduus. ibidem num.70
Contractus quid ſit. p.44.n.49
Contractus quid operetur. p.114.n.23
Contractus ſi appareat verus, & non doloſus, debet ſeruari, etiamſi deficiat ſolemnitas. pag.27. num.45
Contractus ſine ſolemnitatibus Statuti præſumitur damnoſus. p.14.n.15
Contractus duo poſt breue tempus facti præſumuntur correſpectiui. p.309.n.26
Contractus reſciſſio datur ſi non ſeruatur in ſubſtantialibus. p.159.n.77
Contractus ab initio ſunt voluntatis, & poſt factum neceſſitatis. p.287.n.35
Contrahentes tenentur ſeruare ſolemnitates loci contractus, non originis. p.15.n.21
Contraueniens voluntati teſtatoris hæres ipſo facto priuatur commodo hæreditatis. p.39.n.55
Contumacem contra omnia iura clamant. pagin.123. num.25
Contumaces non appellant. p.184.n.2
Contumaces permanentes in contumacia non ſunt audiendi. ibid.n.3
Contumaciæ pœna quæ ſit. p.185.n.17
Contumacis appellatio, & inhibitio non attenditur durante contumacia. p.120.n.42
Contumax dicitur citatus bis ad domum. pagin.122. num.6
Contumax fictus poteſt appellare, & quando. pag.122. num.4
Contumax fictus quando non poſſit appellare. p.123. num.29
Contumax habetur pro præſenti in præiudicium. p.73. num.68
Contumax habetur pro confeſſo. p.120.n.40
Contumax an habeatur pro confeſſo. p.350.n.54
Contumax habetur pro præſente. p.123.n.13
Contumax quando dicatur citatus ad domum. p.123. num.15
Contumax non poteſt appellare. p.122.n.3
Contumax verus non dicitur, qui non fuit perſonaliter citatus. ibid.n.5
Contumax verus dicitur ſi citatio ad domum venit ad eius notitiam. p.123.n.19
Contumax verus non eſt audiendus, nec poteſt appellare. p.120.n.41
Contumax verus non poteſt appellare à decreto de exequendo. p.73.n.67
Contumax verus non poteſt appellare, nec ſupplicare p.123.n.24
Contumax verus quis dicatur. p.184.n.2
Conuentio diu obſeruata multò magis debet obſeruari. p.295.n.18
Conuentio informis non obligat. p.14.n.13
Conuerſæ ſunt propriè Religioſæ ſi velint emittere profeſſionem. p.306.n.37
Conuerſi, & conuerſæ gaudent priuilegiis perſonarum Eccleſiaſticarum. p.305.n.36
Conuerſatio non inducit indicium. p.250.n.60
Copula probatur euidenter ex filiis natis. pagin.225. num.22

# Index Rerum Notabilium.


Copula probatur ſi quis viſus eſt cum muliere in eodem lecto. p.224.n.13
Corrigij Statutum de citandis forenſibus eſt ſeruandum. p.343.n.45
Creditor debet probare verum creditum, vt præferatur Fiſco. p.230.n.19
Creditor non eſt propriè qui rem ſuam petit. pag.310. num.54
Criminoſus occultus an teneatur abſtinere à celebrando. p.357.n.22
Cui non conueniunt verba legis, nec conuenit legis diſpoſitio. p.314.n.5
Cui non conueniunt verba, nec conuenit diſpoſitio. p.165.n.32.& p.422.n.42
Culpa grauior in committendo, quàm in omittendo. p.38.n.27
Cùm de vno quærimus, cætera ſupponuntur habilia. p.143.n.36
Curatus Regularis ſubiicitur Epiſcopo, & quomodo. p.290.n.13
Cuſtodia diligens probat metum. p.182.n.30

D

Damna debentur quando ſunt ſtipulata, etiamſi aliàs non deberentur. p.222.n.12
Damna, & intereſſe quando debeantur euicta re ex cauſa fideicommiſſi. ibid.n.7
Damna ſtipulata debentur. p.221.n.2
Damnatus ad triremes fugiens ad Eccleſiam tutus eſt. p.312.n.13
Damno de vitando qui tractat, præfertur tractanti de lucro captando. p.99.n.28
Damnum an probetur iuramento creditoris. pag.157. num.40
Damnum emergens quomodo probetur. pagin.222. num.20
Damnum enorme eſt quod tranſcendit dimidiam. p.326. num.39
Damnum, & lucrum debet probari in mutuo, alioquin non præſumitur. p.156.n.9
Damnum intolerabile quid efficiat, & quando adeſſe dicatur. p.326.n.36
Damnum quando debeatur in mutuo. pagin.157. num.31
Damnum re vera debet adeſſe, vt liceat petere intereſſe. p.156.n.12
Datum ex turpi cauſa non poteſt retineri. pag.270. num.26
Debita Eccleſiæ debent probari aliunde quàm ex aſſertione alienantis. p.259.n.44
Debiti confeſſio an noceat filio. p.200.n.51
Debitor deponens deſinit eſſe reus. p.322.n.21
Debitor dicitur à quo inuito exigi poteſt. pag.286. num.6
Debitum legale dicitur quod à lege introducitur ſine facto hominis. p.287.n.26
Debitum neceſſarium dicitur à cauſa originali. p.286. num.16
Debitum neceſſarium in teſtatore eſt etiam neceſſarium in hærede. ibid.n.15
Debitum neceſſarium non compenſatur cum legato in diem, & non puro. p.288.n.38
Debitum non dicitur neceſſarium quod habet originem à matrimonio. p.286.n.18
Debitum omne poteſt dici neceſſarium. ibid.n.4
Debitum voluntarium etiam dicitur quod partim à lege, partim à contractu prouenit. pagin. 286. numer.19
Declarans nihil de nouo facit. p.243.n.32
Declaratoria excommunicationis non requirit trinam citationem. p.120.n.38
Declaratoria ſententia requiritur etiamſi pœna ipſo iure imponatur. p.83.n.16
Declarationes Congregationis ſacræ an ſemper obligent. p.278.n.50
Declinatoria fori laici non datur colonis Eccleſiæ ex contractu, vel delicto. p.277.n.33
Decreta ſacræ Congregationis debent eſſe authentica, vt probent. p.278.n.49
Decreta ſacræ Congregationis non obligant, niſi conſtet de eis publicatio. p.149.n.26
Decretum Clement. VIII. de caſibus reſeruatis quomodo intelligatur. p.148.n.23
Decretum de manutenendo eſt reuocabile. pagin.47. num.12
Decretum de canonicis celebranti aſſiſtentibus quomodo intelligatur. p.337.n.25
Decretum, & inſtrumentum habet pro ſe præſumptionem. p.23.n.6
Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem. p.258.n.20
Decretum irritans quomodo annullet actum. pag.90. num.71
Decretum irritans ſequitur naturam actus principalis. ibid.n.72
Decretum iudicis efficit vt omnia præſumantur rectè facta. p.308.n.12
Decretum iudicis eſt indiuiduum. p.344.n.68
Decretum iudicis in contractu minoris habet præſumetionem pro ſe. p.308.n.10
Decretum iudicis tollit omnem ſuſpicionem. pag.230. num.4
Decretum manutentionis non retractatur per ſcripturas poſteà productas. p.47.n.17
Decretum manutentionis admittit appellationem quoad vtrumque effectum. p.46.n.6
Decretum præſumitur interpoſitum ex cauſa iuſta, & vera. p.393.n.21
Decretum prouiſionale non admittit appellationem. p.65.n.5
Decretum ſacræ Congregationis circa appellationes obſeruandum. p.29.n.12
Decretum ſacræ Congregationis non vſu receptum an obliget. p.336.n.6
Deductiones faciendæ in alio iudicio non impediunt ſententiæ executionem. p.345.n.78
Defenſio probatur coniecturis, & præſumptionibus. p.154.n.50
Defenſio probatur etiam per dubias probationes. ibid. num.49
Defenſor tenetur defendere reum in eodem foro, & iiſdem terminis. Vide verb. *Reus.*
Deflorans non tenetur præcisè ducere defloratam. p.227.n.55
Defloratio probatur ex dicto defloratæ, & quomodo. p.224.n.12
Degradatio actualis an requiratur in damnato ad triremes. p.354.n.54
Degradatio quando ſit neceſſaria. ibid.n.55
Delicta excepta quando admittant iura tranſgredi. p.249.n.43
Delicta occulta non habent vltorem in hoc ſæculo. p.356.n.19
Delicta occulta non inducunt irregularitatem. ibidem num.18
Delictum commiſſum in loco campeſtri eſt difficilis probationis. p.235.n.5
Delictum nullum eſt priuatum de iure canonico. p.186.n.13
Delinquens, & homicidium faciens in Sacriſtia, an gaudeat immunitate. p.141.n.15
Delinquens in Eccleſia à quo ſit puniendus. ibidem num.12


Delinquens


Delinquens in Eccleſia non gaudet eius immunitate. p.141.n.5
Delinquens in Eccleſia, priuatur eius immunitate. p.292.n.7
Delinquens in Eccleſia, vel cæmeterio quando gaudeat immunitate. p.141.n.9
Delinquens leuiter in Eccleſia, non priuatur ea, & non punitur. p.293.n.9
Delinquens ſecutus ab executoribus fugiens ad Eccleſiam non eſt immunis. p.312.n.2
Delinquens ſub ſpe immunitatis an ea gaudeat. p.141. num. 14
Demonſtrationes duæ ſufficiunt ad probandam perſonæ indentitatem. p.56.n.38
Denunciare omittens per errorem non committit in commiſſum. p.116.n.20
Deponitur Sacerdos fur pro furto, latro acriùs punitur. p.352.n.25
Deportatus, & bannitus an ſint ſimiles. pagin.173. num.41
Depoſitario non creditur iuranti ſibi rem fuiſſe ablatam. p.150. n.4
Depoſitario viro bono creditur cum iuramento, ſi dicat rem fuiſſe ſublatam, & quando. pagin. 151. num.18
Depoſitarius an teneatur pecuniam abſcondere. ibid. num.16
Depoſitarius cogendus eſt à ſuo iudice ad reſtituendum depoſitum. p.306.n.2
Depoſitarius executiuè & in conſequentiam conſtringitur. p.307.n.10
Depoſitarius generalis tenetur de omni caſu, quia eſt dominus. p.150.n.2
Depoſitarius iudicialis non gaudet priuilegio fori, & cogitur à iudice depoſiti. p.306.n.3
Depoſitarius non poteſt appellare. p.307.n.18
Depoſitarius non poteſt ſoluere creditori in cauſa ſpoliorum. p.209.n.32
Depoſitarius non tenetur de caſu fortuito. pagin.150. num.7
Depoſitarius non tenetur niſi de dolo, & lata culpa. ibid.n.4
Depoſitarius poteſt nominare dominum. pag. 210. num.39
Depoſitarius quando compellatur reſtituere. pag.307. num.12
Depoſitarius quando à ſuo iudice ſit cogendus ad reddendum. p.307.n.21
Depoſitarius quando teneatur actione reali, & vero depoſito. p.210.n.42
Depoſitarius ſi cœpit vti pecunia depoſitata, tenetur de caſu fortuito. p.150.n.14
Depoſitarius ſine figura iudicij cogitur ad reſtituendum depoſitum. p.307.n.9
Depoſitarius ſoluens de mandato iudicis liberatur. p.209.n.29
Depoſitarius ſpeciei tenetur probare rem fuiſſe deperditam. p.150.n.3
Depoſitarius ſpontè ſoluens de mandato iudicis liberatur. p.209.n.29
Depoſitarius tenetur rem reſtituere, ſummariè. p.149. num.1
Depoſiti actio datur antequam depoſitarius vtatur pecunia depoſitata. p.151.n.15
Depoſiti, & degradati plures fuerunt reſtituti. pag.356. num.8
Depoſitio eſt ab Altaris Miniſterio perpetua remotio. p.352.n.32
Depoſitio poteſt fieri à ſolo Vicario, degradatio à ſolo Epiſcopo. p.352.n.35
Depoſitio verbalis quomodo fiat, & quid requiratur. ibid.n.34





Depoſitionis pœna imponitur pro furto, & homicidio. p.351.n.4
Depoſitionis pœnam raró iudices Eccleſiaſtici imponunt. p.353.n.45.
Depoſitionis pœna quomodò procedat in fure, & latrone. p.352.n.23
Depoſitum confeſſionatum an gaudeat priuilegiis veri depoſiti. p.307.n.17
Depoſitum debet fieri coram iudice deponentis debitoris, non creditoris. p.321.n.19
Depoſitum eſt valdè priuilegiatum. p.307.n.16
Depoſitum liberat debitorem. p.239.n.6
Depoſitum pecuniæ numeratæ aſſimilatur mutuo. p.150.n.8
Depoſitum non integrum nihil releuat. p.322.n.22
Depoſitum pecuniæ numeratæ quando remaneat depoſitum. p.150.n.10
Depoſitum præſumitur factum gratia dantis. ibidem, num.11
Depoſitum ſi fiat vt tantummodò reddatur, transfertur dominium. ibid.n.13
Depoſitum ſi fiat gratia dantis, non tenetur quis niſi de dolo, & lata culpa. p.150.n.6
Depoſitum quando debeat fieri. p.239.n.10
Depoſitum verum eſt, quod fit cauſa cuſtodiæ. p.210. num.43
Depoſitus Clericus non deſinit eſſe ſub iuriſdictione Eccleſiæ. p.352.n.33
Depoſitus ob grauiora delicta, à Papa ſolùm reſtituitur. p.356.n.11
Depoſitus, vel degradatus à ſolo Papa poteſt reſtitui. ibid.n.6
Depoſitus verbaliter tantum poteſt reſtitui ab Epiſcopo, non degradatus. ibid.n.10
Deſcendentes in infinitum vocati, cenſentur etiam vltrà quartum gradum, & quando. pagin. 409. num.71
Deſcendentia debet probari ab eodem ſtipite. pag.215. num.10
Deſcendentiam ſatis eſt probari ab eo, qui fuit quaſi in poſſeſſione præſentandi. p.138.n.23
Deſcendentibus vocatis, vel familia proximior ordine ſuccedit. p.127.n.7
Deſcendentis, vel poſteri nomen comprehendit omnes naſcituros in infinitum. p.409.n.72
Deſcriptio vniuerſalis omnium bonorum ſaluat Trebellianicam. Vide verb. *Trebellianica.*
Deſerta appellatione licèt remaneat nullitas, ſententia tamen exequenda eſt. p.76.n.99
Deſerta fit appellatio ob negligentiam appellantis. p.73.n.60
Deſerta appellatio à quo iudice decidenda. pag.76. num.96
Deſertio appellationis confirmat primam ſententiam. p.73.n.62
Deſertio appellationis, vt euitetur, quid agendum. p.70.n.35
Deſertionem inſtantiæ aduerſus ſolus Princeps reſtituit. p.78.n.18
Deſtructio facilior quàm conſtructio. pagin. 329. num.19
Detentio continuat in hæredem vigore Statuti. p.198. num.22
Detentio non tollitur per decretum irritans. pag.43. num.41
Detractiones legitimæ, & Trebellianicæ non fiunt niſi hærede volente. p.344.n.75
Detractiones non debentur niſi petantur. pag.349. num.42
Detractiones non fiunt ex legato, vel fideicommiſſo particulari. p.348.n.34
Detractiones ſunt proponendæ, ſi hæres vult retarda-




re

re executionem à fideicommiſſario petitam. pag.549. num.47
Detractiones vt fiant debet hæres ſe declarare. p.344. num.76
Detruſionis in Monaſterium,& perpetui carceris pœnæ æquiparantur. p.352.n.30
Detruſionis in Monaſterium pœna receſſit ab Aula. ibid.
Deuolutio fit ad Epiſcopum cum qualitatibus beneficij. p.712.n.17.
Deuolutio non fit ad Epiſpopum cum damno Plebani. ibid.n.18
Deus etiam ex propria auctoritate obligatur. pag.295. num.5
Dianæ opinio de Palatio Epiſcopi refellitur. pag 314. num.3
Dies an interpellet pro homine,ſi tractatur de priuando hærede ipſa hæreditate. p.39.n.51
Dies interpellat pro homine, etiam in pœnalibus. p.38.n.39.
Dies interpellat pro homine, & quando. pagin.29. num.12
Diligentia quanta requiratur in appellante. pagin.75. num.88
Dictio, *aliàs*, eſt relatiua, & repetitiua. p.164.n.23
Dictio, *dummodò*, importat modum, & conditionem reſolutiuam, non ſuſpenſiuam. p.88.n.50
Dicto, *inſuper*, quid importet. p.406.n.43
Dictio, *nunc*, eſt demonſtratiua præſentis temporis. p.66.n.23
Dictio, *provt*, quid importet. p.164.n.24
Dictio, *ſolus*, eſt limitatiua, & inducit diuerſum ius. p.88.n.47
Dictio, *ſtatim*, eſt ſignificatiua latæ ſententiæ, & ipſo iure. p.39.n.60
Dictio. *ſtatim*, quid importet. ibid. n.59
Dimiſſorias concedere prohibitum fuit à Concilio omnibus præterquam Epiſcopo. p.422.n.48
Dimiſſorias dandi ius præſcribi poteſt. pagin.428. num.109
Dimiſſorias dare quis Ordinarius poſſit. ibid.n.108
Dimiſſorias dare ſoli Epiſcopo permiſſum eſt. pag.422. num.44
Dimiſſorias præter Epiſcopum nullus dare poteſt. ibid. num.45
Diœceſani appellantur abſolutè etiam Prælati cum territorio diſtincto, & iuriſdictione. pagin.426. num.77
Diœceſani appellatione venit tantùm Epiſcopus, & quando. p.426. n.72
Diœceſis, & territorium idem important. ibidem num.73
Diœceſis intra fines quando oporteat locum eſſe exemptum. p.427.n.87
Directus Dominus laicus tenetur ad collectam reſpectu penſionis. p.52.n.54
Diſpenſare vt poſſit Epiſcopus circa voluntates vltimas quid requiratur. p.373.n.67
diſpenſatio in irregularitate defectu lenitatis quando requiratur. p.333.n.24
Diſpenſatio vt beneficium Sacerdotale detur non Sacerdoti pertinet ad Papam. p.373.n.75
Diſpenſationes Apoſtolicæ debent committi Ordinariis locorum etiam inferioribus Epiſcopo. p.430. num.139
Diſpenſationes vltimarum voluntatum multùm parcè facit Pontifex. p.374.n.84
Diſpoſitio omnis intelligitur rebus ſic ſtantibus. p.193. num.20
Diſpoſitioni *l. fin. §. Emptor, C. Communia de legat.* non poteſt renunciari. p.222. n.14
Diſpoſitionis ſignificatio latiſſima comprehendit omnem poſſidendi modum. p.384.n.13
Diſtinguere quando licet, vbi lex non diſtinguit. p.315. num.15
Diſtributiones admittunt iuſtum pactum cum Capituli conſenſu, & auctoritate Ordinarij. p.297.n.38
Diſtributiones dandæ ſunt abſenti pro vtilitate Eccleſiæ,ſtante conſuetudine. ibid.n.36
Diſtributiones poſſunt concedi à Capitulo abſenti ex iuſta cauſa. p.296.n.34
Diſtributiones percipiendi quaſi poſſeſſio, ſufficit ad manutentionem. p.47.n.14
Diſtributiones poſſunt dari abſentibus ex rationabili cauſa, & conſuetudine. p.297.n.39
Diſtributiones tenues quæ negliguntur, ſufficiunt pro cauſa ad vnionem. p.381.n.21
Diſtributionum percipiendarum quaſi poſſeſſori danda eſt manutentio. p.42.n.4
Diuiſa re euicta agitur ad intereſſe. p.221.n.3
Diuiſio an reformetur ſolùm ob læſionem vltra dimidiam. p.4.n.45
Diuiſio bonorum non remittit fideicommiſſum. pag.5 num.52
Diuiſio debet reduci ad æqualitatem. p.2.n.9
Diuiſio eſt reformanda in parte,in qua minor eſt læſus. ibid.n.3
Diuiſio eſt ſpecies tranſactionis. p.4.n.41
Diuiſio facta per arbitros reformatur ſi adſit læſio in ſexta parte. ibid.n.46
Diuiſio habet vim emptionis. p.221.n.4
Diuiſio habet vim permutationis. p.2.n.1
Diuiſio inter minores non poteſt fieri ſine decreto Prætoris. ibid.n.8
Diuiſio inter maiores dicitur valida, niſi adſit læſio vltra dimidiam. p.4.n.33
Diuiſio non retractatur, licèt vnus receperit bona obnoxia,alter libera. ibid.n.32
Diuiſio per ſortes quando poſſit reſcindi. pagin. 3. num.26
Diuiſio per ſortes valet, nec reſcinditur propter læſionem. ibid.n.25
Diuiſio requirit etiam ſolemnitates Statuti inter Minores. p.2.n.13
Diuiſio vniuerſitatis bonorum quomodo admittat læſionem. p.3.n.29
Diuiſioni non contradicit qui fideicommiſſum petit. p.5.n.51
Diuiſionis reformatio datur in parte, vbi eſt læſio. p.4.n.43
Diuitiæ non tollunt priuilegia pupillis & minoribus. p.206.n.57
Doctor cenſetur ſequi opinionem pœnitentis probabilem. p.148.n.16
Doctori diſtinguenti ſtandum eſt. p.199.n.24
Doctoribus de conſuetudine teſtantibus non creditur niſi reſpectu loci vbi verſati ſunt. p.142.n.20
Doctoris dictum debet intelligi iuxta doctrinas ab eo allegatas. p.12.n.35
Dolum præſumi in contractu quid operetur. pag.27. num.35
Dolo carens dicitur etiam in bona fide. pagin.264. num.102
Dolo & fraude ceſſante delictum, neque mulcta dari poteſt. p.54.n.2
Dolus debet conſtare vt Monaſterium priuetur ſucceſſione nouitij. p.301.n.36
Dolus,& fraus non præſumitur. p.168.n.33
Dolus,& fraus quando præſumatur. p.300.n.19
Dolus,& lata culpa ſolùm veniunt in depoſito. p.151. num.17
Dolus non eſt ſine ſcientia. p.233.n.20
Dolus ſi præſumatur in iuramento,an præſumatur etiam in contractu. p.27.n.36
Dolus vt
Dolus, vt pœna incurratur,requiritur. p.37.n.11
Domeſtici teſtes probant pro non ſubdito. pag.226. num.37
Domicilium fuiſſe retentum oſtendit domus retentio. p.64.n.66
Domicilium poteſt haberi in duobus locis. pag.205. num.36
Domicilium præſumitur ex habitatione per 10. annos. p.63.n.5
Domicilium proprium eſt, vbi quis moratur pro maiori parte anni. p.64.n.67
Domicilium quando ruri non acquiritur. p.63.n.51
Dominij ius vt poſſit opponi in poſſeſſorio debet eſſe indubitatum. p.104.n.27
Dominij negotium non poteſt retractari in remedio reintegrandæ. ibid.n.18
Dominij quæſtio non poteſt opponi agenti poſſeſſorio reintegrandæ. p.103.n.8
Dominij quæſtio poteſt ſpoliato opponi duobus concurrentibus. p.104.n.23
Dominij reſeruatio permiſſa eſt venditori, donec pretium ſoluatur. p.158.n.48
Dominij reſeruatio quid operetur in venditione. p.159. num.61
Dominium bonorum Eccleſiaſticorum eſt penes Chriſtum, & Eccleſiam. p.362.n.33
Dominium emphyteutæ dependet ab Eccleſia. p.51. num.34
Dominium non acquiritur donatario abſenti ante ratificationem ſtipulante Notario. p.86.n.10
Dominium quæritur infantibus, & pupillis per ſtipulationem Notarij. p.88.n.45
Dominium rei fideicommiſſo ſubiectæ tranſit abſque reſtitutione. p.129.n.38
Dominium vtile emphyteutæ ſubeſt Domino temporali. p.51.n.32
Dominium vtile eſt ſeparatum à directo. p.48.n.2
Dominus tenetur ad collectas bonorum pro rata. p.362. num.29
Domus Epiſcopi qualis eſſe debeat vt gaudeat immunitate. p.314.n.7
Domus Epiſcopi quare gaudeat immunitate. pag.315. num.11
Donans non poteſt delinquendo præiudicare donatario. p.88.n.40
Donata à Principe filiofamilias, ſunt peculium quaſi caſtrenſe. p.421.n.26
Donatarij hæres an poſſit ratificare donationem illi abſenti factam. p.87.n.26
Donatarij ius tranſit ad eius hæredes, etiam ante ratificationem. ibid.n.27
Donatario quando ius acquiratur ante ratihabitionem. p.86.n.14
Donatarius primus eſt præferendus primo, & quando. p.88.n.42
Donatarius poteſt renunciare ius ſibi quæſitum. pag.87. num.20
Donatarius quando poſſit agere ad bona donata in alium tranſlata. p.88.n.43
Donatas res conſequendi actio tranſit ad hæredes. p.87. num.31
Donatio abſenti facta eſt valida, etiam antequam acceptetur ab eo. p.88.n.49
Donatio ante inſinuationem dicitur actus conditionalis,& ſtat in ſuſpenſo. p.89.n.66
Donatio antequam inſinuetur eſt imperfecta, & non transfert dominium. ibid.n.67
Donatio dicitur pura, etiam priùs quam ab abſente ratificetur. ibid.n.69
Donatio dicitur valida ex nunc provt ex tunc, ſecuta ratihabitione. ibid.n.70
Donatio ex cauſa dotis non dicitur contractus læſiuus. p.26.n.28
Donato eſt irreuocabilis etiam ante ratihabitionem donatarij. p.86.n.16
Donatio eſt perfecta antequam ratificetur. pag.89. num.68
Donatio eſt prohibita inter Patrem, & filium, niſi accedente iuramento. p.86.n.2
Donatio facta abſenti an poſſit acceptari poſtquam donator mutauit ſtatum. p.90.n.73
Donatio facta abſenti poteſt reuocari ante ratihabitionem. p.86.n.7
Donatio facta abſenti quando poſſit reuocari. p.161. num.17
Donatio facta concubinæ non confirmatur iuramento. p.271.n.55
Donatio facta Titio, vt poſt eius mortem tranſeat ad Eccleſiam,an poſſit reuocari. p.160.n.3
Donatio iurata debet adimpleri. p.27.n.41
Donatio magna, & imprudens non poteſt dici ſine dolo. p.26.n.29
Donatio mulieris ex cauſa dotis eſt valida ſine ſolemnitatibus Statuti. p.24.n.4
Donatio indiſcreta quando non poſſit dici. pagin. 26. num.25
Donatio eſt ſine inſinuatione, quæ ſubſequentia facit etiam valere ex nunc. p.89.n.64
Donatio non poteſt reuocari, ſi pro abſente Notarius ſtipuletur, & acceptet. p.86 n.8
Donatio non habet totalem perfectionem ante acceptationem donatarij abſentis. ibid.n.15
Donatio ob matrimonium ſecuto matrimonio eſt irreuocabilis. p.27.n.40
Donatio poteſt quæcunque per donatarium ratificari. p.87.n.21
Donatio poteſt ratificari etiam poſt mortem donantis. p.86.n.10
Donatio prudens quando dicatur. p.26.n.26
Donatio quando dicatur læſiua. ibid.n.27
Donatio ſtipulata à Notario in fauorem abſentis non poteſt reuocari. p.161.n.19
Donationem acceptandi ius tranſit ad hæredes. p.87. num.29
Donationem pro infante poteſt pater acceptare, & iurare. p 89.n.60
Donationem reuocandi ius non tranſit in Fiſcum. p.88. n.38
Donationes non valent, niſi vterque iuret eſſe veras, & non fictas. p.88.n.46
Donationis in contractu non conſideratur læſio, ſed an ſit dolus,vel fraus. p.26.n 21
Donationis inſinuatio, & ratificatio quomodo æquiparentur. p.89.n.65
Donationis ratificatio inducitur ex certa ſcientia & ſola animi declaratione. ibid.n.57
Donatore mortuo an donatarius poſſit ratificare donationem. p.87.n.23
Donatoris hæredes an poſſint reuocare donationem abſenti factam. ibid.n.24
Donatoris hæres tenetur ſeruare donationem abſenti factam. p.87.n.33
Donatum videtur quod nullo iure cogente conceditur. p.212.n.2
Dos deſtinata dicitur patrimonium puellæ. pag.189. num.5
Dos eſt debitum legale, & neceſſarium erga filias. p.287.n.21
Dos eſt ſoluenda à patre filiæ profitenti in Religione. p.302.n.38
Dos, & bona materna ſpectant ad filios hæredes. p.287. n.32.
Dos, & bona Nouitiæ infirmæ profeſſæ iuxta annum probationis, ſpectant ad Monaſterium. p.300.n.23

Dos materna debet à Patre reſeruari filiis. pag.187. n.25

Dos mulieris tranſmittitur ad hæredes. ibid.n.29

Dos non eſt ſine matrimonio, & quomodò id intelligatur. p.189.n.4

Dos non compenſatur cum legato, niſi expreſsè dicatur. p.286.n.10

Dos non minùs dicitur data pro nuptiis ſpiritualibus, quàm carnalibus. p.398.n.30

Dos non poteſt dari pro matrimonio ſpirituali ſine ſimonia. ibid.n.29

Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio. p.27.n.38

Dos poſt matrimonium poteſt augeri. p.107.n.15

Dos puellæ monachandæ debet deponi in ſuſceptione habitus. p.197.n.14

Dos purè cenſetur relicta non facta alimentorum mentione. p.191.n.21

Dos purè legata cenſetur vbi eſt conſuetudo dotem deſtinatam dici dotem. ibid.n.22

Dos quando debeatur ſtupratæ. p.228.n.59

Dos relicta nubenti danda eſt etiam Religionem ingredienti ex præſumpta mente teſtatoris. pag.397. num.18

Dos relicta per verbum præteriti temporis cenſetur pura. p.171.n.23

Dos reſpectu viri, & vxoris dicitur debitum voluntarium. ibid.n.22

Dos ſolet referri ad matrimonium carnale. pag.398. num.18

Dos ſpiritualis, & matrimonij carnalis æquiparantur. p.300.n.21

Dos ſuccedens loco alimentorum ſortitur eorum naturam. p.362.n.27

Dos ſuccedit loco legitimæ. p.393.n.26

Dos vulgariter dicitur etiam, quæ datur Monialibus. p.398.n.35

Dotans mulierem cum minori dote quàm legauit ab hæredibus, peti non poteſt. p.106.n.5

Dotem tenetur Pater dare filiæ nubenti, vel Religionem ingredienti. p.300.n.10

Dotes licitè dantur Religionem profitentibus pro alimentis. p.398.n.33

Dotis augmentum gaudet iis priuilegiis quibus dos. p.24.n.6

Dotis causâ eſt priuilegiata ne requirat ſolemnitates Statuti. ibid.n.3

Dotis cauſa poſſunt alienari bona fideicommiſſa. p.194. num.29

Dotis confeſſio quando valeat. p.200.n.52

Dotis debitum compenſatur in legato filiæ, vel vxori facto. p.286.n.2

Dotis debitum dicitur voluntarium. ibid.n.9

Dotis debitum eſt neceſſarium. ibid.n.1

Dotis fructus communicantur inter fratres ſocios. p.234. num.11

Dotis ius in bonis fideicommiſſorum tranſmittitur ad hæredes. p.194.n.30

Dotis legatum eſt conditionale. p.189.n.1

Dotis legatum ex coniecturis minuitur, ſi ita ex præſumptionibus apparet. p.107.n.17

Dotis legatum pro nuptiis quare debeatur etiam ingredienti Religionem. p.398.n.37

Dotis legatum titulo inſtitutionis relictum tranſit ad hæredes. p.190.n.19

Dotis lucrum quando inter ſocios communicetur. p.234.n.7

Dubium iuris probabile quando dicatur. p.204.n.26

Dubia res dici non poteſt, quæ à iure deciditur. p.410. num.79

Duo matrimonia ſimul contrahere, punibile eſt. p.64. n.69


## E


Eccleſia alienans debet probare non poſſe aliter ſibi ſubueniri. p.260.n.48

Eccleſia an poſſit falcidiare legata. p.98.n.16

Eccleſia compellit vicinum ad vendendum ſolùm pro fabrica neceſſarium. p.157.n.17

Eccleſia poteſt conuenire poſſeſſorem, vel emptorem bonorum malè alienatorum. p.158.n.21

Eccleſia dans immunitatem confugienti quid conſideret. p.312.n.15

Eccleſia debet ſubire iudicium iudicis ad quem, ſicut iudicis à quo. p.277.n.43

Eccleſiâ egrediens metu dicitur extractus. pag.182. num.33

Eccleſia eſt manutenenda in quaſi poſſeſſione exigendi legatum pro Miſſis. p.111.n.39

Eccleſia eſt reſtituenda ad bona malè alienata. p.256. num.1

Eccleſia, & clericus poſſunt conuenire ſuum ſpoliatorem in foro Eccleſiæ. p.111.43

Eccleſia, & Fiſcus à pari procedunt, & quando. p.277. n.43

Eccleſia, & Fiſcus in materia collectarum æquiparantur. p.50.n.21

Eccleſia extractus à priuata perſona adhuc gaudet immunitate. p.182.n.24

Eccleſia extractus debet reſtitui. ibid.n.22

Eccleſia extractus debet reſtitui Epiſcopo, vel alteri Eccleſiæ. p.183.n.36

Eccleſia extrahentes reum tenentur ad eius damna. p.182.n.26

Eccleſia finito iudicio coram ſæculari debet poſteà conueniri coram Eccleſiaſtico. p.285.n.38

Eccleſia habet fori electionem contra ſuum emphyteutam caducatum. p.283.n.2

Eccleſia non debet obſideri. p.181.n.7

Eccleſia non incidit in commiſſum, ſi res eius non fuerunt denunciatæ. p.117.n.27

Eccleſia non deſinit poſſidere ob contractum Prælati nullum. p.261.n.68

Eccleſia non tenetur reſtituere pecunias habitas in contractu nullo. p.264.n.104

Eccleſia ob ſpolia prætenſa poteſt occupare hæreditatem Clerici. p.108.n.16

Eccleſia poteſt compellere vicinum ad vendendum ſibi ſeruitutem. p.254.n.16

Eccleſia poteſt egredi liberè confugiens ad eam. p.180. num.1

Eccleſia quando reſtituatur in integrum. pagin. 259. n.79

Eccleſia ruralis gaudet immunitate intra ſpatium 30. paſſuum. p.181.n.19

Eccleſia quænam vetet fieri in ea. p.193.n.13

Eccleſia tenetur alere non ſolùm Patronum, ſed etiam eius familiam. p.361.n.5

Eccleſia tenetur ad plena alimenta Patrono pauperi, deductis omnibus expenſis. p.361.n.20

Eccleſia terminata per ſententiam cauſa ad ſuum fauorem, an poſſit declinare forum. p.284.n.27

Eccleſiam intra exiſtenti non eſt denegandus vſus victualium. p.182.n.20

Eccleſiam poteſt vendere cum pacto exemptionis. p.116.n.14

Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt de foro Eccleſiæ. p.94.n.10

Eccleſiaſtici non debent adiuuare reos, vt fugiant ab Eccleſia. p.142.n.22

Eccleſiaſtici poſſunt expellere irreuerentes Eccleſiæ, vel eos turbantes. p.272.n.2

Eccleſiaſtici poſſunt reſiſtere laicis volentibus extrahere reos ab Eccleſia. ibid.n.4


Eccleſiæ


Eccleſiæ appellatione non veniunt muri exteriores. p.322.n.5

Eccleſiæ atrium gaudet eius immunitate. pag. 313. n.24

Eccleſiæ beneficio non gaudet, qui ſpontè exit Eccleſiâ. p.181.n.6

Eccleſiæ bonorum exemptio eſt realis. p.50.n.20

Eccleſiæ Carpenſis dignitas. p.420.n.4

Eccleſiæ cauſa eſt fauorabilior, quàm Fiſci. pag.50. num.19

Eccleſiæ competit reſtitutio ad bona inualidè alienata. p.258.n.27

Eccleſiæ debet reſtitui reus ab Eccleſia extractus, etiam in notoriis. p.179.n.3

Eccleſiæ inexiſtens non debet moleſtari. p.142.n.29

Eccleſiæ non poſſunt laici præiudicare etiam per indirectum. p.50.n.31

Eccleſiæ opinio fauens eſt magis tenenda. pag.109. num.18

Eccleſiæ priuilegio gaudent loca Religioſa publica. p.255.n.19

Eccleſiæ priuilegium reale tranſit etiam ad liuellarios. p.50.n.23

Eccleſiæ parietes exteriores gaudent immunitate. p.313. n.22

Eccleſiæ quando denegetur reſtitutio in integrum. p.78. num.9

Eccleſiæ porta gaudet eius immunitate, & oſtium ipſum etiam clauſum. p.313.n.25

Eccleſiæ res an ſit ſterilis, attenditur tempus alienationis. p.325.n.10

Eccleſiæ reſtituendus eſt reus ab ea extractus non ſeruata forma Bullæ. p.179.n.6

Eccleſiæ tectum gaudet eius immunitate. p.313.n.23

Eccleſiæ in templo exiſtens non debet moleſtari. p.181. num.18

Ædes ſuas cuilibet licet eleuare vſque ad cœlum. p.254. num.4

Ædificare non licet in ſuo ſi lege, aut pacto prohibeatur. p.253.n.2

Electio debet eſſe pura, & ſine pacto. p.44.n.55

Electio non tenet ſi pactum aliter exprimatur quàm à iure ineſt. ibid.n.59

Electionis, & præſentationis eadem eſt ratio. pag. 112. n.15

Electus non poteſt obligari fortiùs quàm eſſet obligatus. p.45.n.61

Emendata mulier probat in cauſa criminali ciuiliter mota. p.226.n.41

Emendatio concubinæ qualis eſſe debeat, vt capiat legatum adulteri. p.273.n.10

Emergentia impediunt fatale. p.74.n.74

Emphyteuſis cenſetur ad extraneos tranſitoria ob reſeruationem dominij. p.243.n.44

Emphyteuſis conceſſa pro hæredibus tranſit tantùm ad hæredes ſanguinis. p.241.n.1

Emphyteuſis contra legem in totum annullatur. p.263. n.93

Emphyteuſis Eccleſiæ in dubio cenſetur hæreditaria. p.241.n.8

Emphyteuſis Eccleſiaſtica non admittit fœminas ſtantibus maſculis, & quando. p.245.n.46

Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro ſe, & hæredibus tranſit ad extraneos ex coniecturis. p.241.n.9

Emphyteuſis, & locatio ad longum tempus non differunt. p.262.n.83

Emphyteuſis facta tranſitoria ad extraneos, ſemper talis remanet. p.244.n.38

Emphyteuſis in totum eſt nulla, ſi detur vltra tempus permiſſum. p.262.n.84

Emphyteuſis non poteſt alienari à primo acquirente in damnum filij emancipati. p.161.n.14

Emphyteuſis non poteſt alienari à primo acquirente in præiudicium vocati. p.160.n.7

Emphyteuſis non tranſitoria ad extraneos, tranſit tamen conſentiente rectore. p.245.n.47

Emphyteuſis non valet vltra duas generationes ex Gregoriana. p.264.n.104

Emphyteuſis probatur per ſolutionem canonis 10.annis. 258.n.27

Emphyteuſis perpetua an tranſeat ad extraneos. p.243. num.24

Emphyteuſis pro deſcendentibus admittit fœminas poſt maſculos ſtante ſtatuto. p.162.n.24

Emphyteuſis pro deſcendentibus dicitur ex pacto, & prouidentia. p.161.n.20

Emphyteuſis pro filiis, & deſcendentibus continet etiam fœminas. ibid.n.21

Emphyteuſis quoad filios in poteſtate cenſetur profectitia p.161.n.11

Emphyteuſis quando nequeat, vel poſſit alienari à primo acquirente. p.160.n.9

Emphyteuſis quando poſſit alienari propter clauſulam, *ad habendum*. p.243.n.27

Emphyteuſis quando ſuſtineatur pro tempore permiſſo. p.263.n.88

Emphyteuſis ſolita alienari poteſt transferri ſine beneplacito Apoſtolico. p.245.n.48

Emphyteuſis ſi fiat cum ſolemnitate poteſt tranſire ad extraneos. p.241.n.12

Emphyteuſis ſine aſſenſu Apoſtolico quando fieri poſſit. p.260.n.59

Emphyteuſis tranſit ad extraneos conſentiente rectore, etiamſi talis non ſit. p.244.n.37

Emphyteuſis tranſit ad extraneos ſi canon correſpondet fructibus. p.244.n.35

Emphyteuſis vltra duas generationes, quando non valeat. p.262.n.79

Emphyteuſis vltrà tempus permiſſum quando ſuſtineatur. p.262.n.81

Emphyteuta ceſſans per biennium, cadit à liuello Eccleſiæ. p.76.n.97

Emphyteuta Clericus, vel Eccleſia non tenetur ad collectas. p.52.n.58

Emphyteuta Eccleſiæ à quo Principe collectandus. p.51. n.36

Emphyteuta Eccleſiæ eſt immunis à muneribus ſordidis. p.53.n.59

Emphyteuta Eccleſiæ, & priuati quomodo differant. p.51.n.37

Emphyteuta Eccleſiæ non ſoluit collectam impoſitam à Principe recognoſcente Superiorem. p.53.n.62

Emphyteuta Eccleſiæ non ſoluit collectam ſi eius bona non ſunt in æſtimo. ibid.n.61

Emphyteuta Eccleſiæ non ſoluit collectam merè realem. ibid.n 63

Emphyteuta Eccleſiæ ſecundùm veram, & communem opinionem tenetur ad collectas laicorum. pag. 49. num.11

Emphyteuta Eccleſiæ poteſt conueniri coram iudice laico, vel Eccleſiaſtico pro caducitate. p.283.n.3

Emphyteuta Eccleſiæ quare non poſſit collectari à Domino temporali. p.50.n.30

Emphyteuta Fiſci eſt immunis à collectis. ibid.n.17

Emphyteuta naturaliter poſſidet. p.48.n.5

Emphyteuta non cadit, niſi per biennium ceſſauerit à ſolutione canonis. p.80.n.1

Emphyteuta non poteſt collectari niſi deducto canone. p.52.n.51

Emphyteuta non ſoluit collectas, ſtante ſolito non ſoluendi. ibid.n.56

Emphyteuta nunquam tenetur ad collectas, quando redundat in damnum Eccleſiæ. ibid.n.55

Emphyteuta poteſt conſtituere vſumfructum ſuper re


emphyteu

# Index Rerum Notabilium.


emphyteutica in vita ſua. p.81.n.19

Emphyteuta poteſt imponere ſeruitutem ſuper re Emphyteutica. ibid.n.20

Emphyteuta priuatiuè tenetur ad collectas. pag.48. num.8

Emphyteuta priuatiuè tenetur ad collectas, etiamſi ſoluat magnum canonem. p.49.n.13

Emphyteuta ſoluens magnum canonem non tenetur ad Collectas, aliàs ſecus. ibid.n.12

Emphyteuta tenetur ad collectas, non autem Dominus directus. p.53.n.67

Emphyteuta Eccleſiæ poteſt collectari à Domino ſpirituali, non temporali. p.50.n.29

Emphyteutæ vltimi proximiores quando Dominus inueſtire teneatur. p.16.n.42

Emptor à Fiſco tenetur ad gabellam. p.116.n.12

Emptor lucratur fructus. p.233.n.30

Emptor non eſt empturus rem ſine alia vendita. p.159. num.69

Emptor non tenetur ad pretium ſi venditor non expleuit ex parte ſua. ibid.n.64

Emptor non tenetur ad vſuras pretij non ſoluti ſi ex re fructus percipere non potuit. p.158.n.53

Emptor poteſt ſupplere pretium, vel rem reſtituere data læſione. p.233.n.32

Emptor quando poſſit diſcedere ab emptione. pag.159. n.75

Emptor quando teneatur ad fructus ob pretium non ſolutum. p.158.n.52

Emptor re vendita ſibi euicta regulariter agit ad damna, & intereſſe. p.221.n.5

Emptor ſciens qualitatem rei, ſibi imputet. pag.222. num.8

Emptor ſoluens alicui de pretio rei cenſetur ſoluere de pecuniis creditoris. p.17.n.49

Emptorem ſequuntur commoda, & incommoda. p.158. n.56

Emptori faciliùs minuitur pretium, quàm augeatur venditori. p.232.n.16

Emptori non licet frui re, & pretio. p.158.n.45

Emptoris hæres tenetur ſeruare pactum de retrouendendo. p.14.n.10

Emptoris lucrum eſt, ſi res vendita ſit maioris quantitatis. p.232.n.17

Emptoris quando ſit periculum rei venditæ. pag.158. num.57

Enunciatiua in inſtrumento non probat in præiudicium tertij. p.15.n.30

Enunciatiua inſtrumentorum non probat niſi ſint duo & centum anni. p.215.n.13

Enunciatiua verba diſponunt. p.62.n.39

Enunciatiua vnica non probat, ſi non ſumus in antiquis. p.157.n.10

Enunciatiuæ quando dicuntur eſſe in antiquis. ibid. num.11

Enunciatiuis Ordinariorum probatur iuſpatronatus, & quare. p.177.n.20

Epiſcopi debent ordinare Clericos exemptorum intra eorum diœceſim exiſtentium. p.429.n.120

Epiſcopi domus, ſiue capella vltra 40. paſſus an gaudeat immunitate. p.316.n.25

Epiſcopi, & Ordinarij an poſſint ſuper reſidentia diſpenſare. p.359.n.64

Epiſcopi familia, & palatium quare ſint priuilegiata. p.316.n.29

Epiſcopi familiares laici ſunt de foro Eccleſiæ etiamſi delinquant extra officium ſuum. p.281.n.2

Epiſcopi Officiales ſunt de foro Eccleſiæ etiamſi non viuant eius expenſis. p.279.n.59

Epiſcopi Palatium extra ſuam Diœceſim non gaudet immunitate. p.315.n.8

Epiſcopi Palatium gaudet immunitate etiamſi Epiſcopus ſit abſens, vel mortuus. ibid.n.10

Epiſcopi poſſunt diſpenſare in furto, & adulterio, & aliis delictis minoribus. p.357.n.34

Epiſcopi poſſunt diſpenſare in omnibus irregularitatibus, niſi eis ſpecialiter ſit prohibitum. pag.356. num.3

Epiſcopi poſſunt leges, & ſtatuta condere ſine conſenſu Cleri. p.360.n.66

Epiſcopi ſolent, & poſſunt admittere reorum compoſitiones. p.113.n.10

Epiſcopi ſunt quaſi in poſſeſſione faciendi gratiam de omnibus delictis. ibid.n.11

Epiſcopi viciniores poſſunt conferre Clericis Nullius Ordines etiam teſtimonio ſui Ordinarij. pag.245. num.52

Epiſcopi Palatium quandoque dat iuriſdictionem Epiſcopo. p.30.n.34

Epiſcopi Titularis palatium non gaudet immunitate. p.314.n.2

Epiſcopo celebranti quomodo Canonici aſſiſtere debeant pro Diacono, & Subdiacono. p.336.n.9

Epiſcopis multa conceduntur, quæ aliis denegantur. p.281.n.10

Epiſcopis multa indulgentur, quæ cæteris denegantur. p.275.n.11

Epiſcopus adit hæreditatem pauperibus, vel captiuis relictam. p.99.n.30

Epiſcopus admittens rei compoſitionem dicitur facere miſericordiam cum ſubdito. p.113.n.8

Epiſcopus an poſſit diſpenſare furem ad Ordines. p.357. num.28

Epiſcopus an poſſit diſpenſare irregularem qui tranſegit cum cura ſuper delicto. p.358.n.41

Epiſcopus concedens 100. dies indulgentiæ nihil facit. p.262.n.82

Epiſcopus conferens beneficium deuolutum debet ſeruare omnes qualitates fundationis. Vide verb. *Beneficium.*

Epiſcopus conferens Ordines Sacros ordinato in Minoribus ab Abbate, cenſetur illos confirmare. pag.426. n.80

Epiſcopus debet quot annis celebrare Synodum. p.359. n.55

Epiſcopus dare poteſt legatum pium omnibus comprehenſis ſub genere legati. p.398.n.26

Epiſcopus debet examinare moniales etiam exemptas antequam profiteantur. p.303.n.2

Epiſcopus diſpenſat ſolùm in irregularitatibus ex delicto oculto. p.358.n.5

Epiſcopus diſpenſat ſolùm in irregularitate facti. ibid. num.15

Epiſcopus eſt executor piarum diſpoſitionum. pag.400. num.48

Epiſcopus eſt iudex in ſolidum in tota ſua Diœceſi. p.34. num.99

Epiſcopus etiam cum conſenſu hæredum Fundatoris non poteſt mutare voluntatem eius. pagin. 373. num.63

Epiſcopus eſt manutenendus in poſſeſſione cognoſcendi cauſas clericorum Officialium S. Officij. pag.10. num.8

Epiſcopus etiam cum Patroni conſenſu nequit etiam pro vna vice alterare fundationem beneficij, & dare beneficium Sacerdotale non Sacerdoti. pag. 372. num.59

Epiſcopus gaudet immunitate quoad vnicam domum. p.316.n.35

Epiſcopus olim habebat iuriſdictionem etiam in omnes Regulares. p.11.n.28

Epiſcopus habet fundatam intentionem cognoſcendi cauſas omnium clericorum. p.10.n.10

Epiſcopus Inquiſitor ordinarius dicitur. p.12.n.32

Epiſcopus

Epiſcopus in caſu pœnali poteſt inducere pœnam ipſo iure. p.118.n.5

Epiſcopus manutenendus eſt in poſſeſſione iuriſdictionis ex ſola iuris aſſiſtentia. p.291.n.18

Epiſcopus manuteneri debet in quaſi poſſeſſione decidendi cauſas omnium Clericorum, & Sacerdotum. p.10.n.12

Epiſcopus non poteſt abſoluere extrahentes per vim aliquem ab Eccleſia. p.147.n.6

Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt beneficium detur non attingenti quatuordecim annos. p.371.n.38

Epiſcopus non poteſt teſtari de bonis Eccleſiæ. p. 314. num.6

Epiſcopus non tenetur probare poſſeſſionem pro manutentione iuriſdictionis. p.10.n.13

Epiſcopus poteſt abſoluere extrahentes vi aliquem ab Eccleſia. p.147.n.13

Epiſcopus poteſt commutare voluntates Fundatorum cum conſenſu primi Fundatoris. p.373.n.62

Epiſcopus poteſt diſpenſare in delictis etiam poſt ſententiam, & remittere pœnam. p.356.n.14

Epiſcopus poteſt diſpenſare irregularitatem etiam in foro contentioſo poſt punitionem. p.358.n.40

Epiſcopus poteſt gratificare cui vult circa ſedilia in Eccleſia. p.6.n.2

Epiſcopus poteſt conferre beneficium iuriſpatronatus poſt quadrimeſtre. p.219.n.66

Epiſcopus poteſt inquirere contra exigentes gabellas à Clericis etiam ſponte ſoluentibus. p.115.n.4

Epiſcopus poteſt legata pia commutare, quæ non poſſunt impleri vt ordinatum fuit. p.400.n.49

Epiſcopus poteſt mutare voluntates teſtatorum, & Fundatorum ex cauſa neceſſaria. p.373.n.64

Epiſcopus poteſt prohibere, ne quis accedat ad Monaſteria Monialium exempta. p.118.n.12

Epiſcopus poteſt punire familiares Sancti Officij, & quomodo. p.12.n.39

Epiſcopus poteſt vnire beneficia ſine conſenſu alicuius ex conſuetudine ſecundùm aliquos. p.382.n.24

Epiſcopus poteſt vnire beneficia affecta, & reſeruata, quando vnit vigore Concilij Tridentini. p.384.n.8

Epiſcopus propoſitus quoad Ordines dicitur tam propriæ quàm paternæ originis. p.126.n.20

Epiſcopus quando facilè diſpenſet in irregularitate ex defectu lenitatis. p.332.n.14

Epiſcopus quando poſſit diſpenſare in irregularitate. p.333.n.22

Epiſcopus quando poſſit ſtare proceſſui iudicis ſæcularis facti an te controuerſiam. p.143.n.41

Epiſcopus quomodo diſpenſet infamiam iuris, & irregularitatem in delicto etiam non occulto. p.356.n.16

Epiſcopus quomodo poſſit vnam Eccleſiam in totum eximere. p.428.n.101

Epiſcopus quid poſſit circa caſus occultos. p.357.n.30

Epiſcopus reſtituere poteſt Sacerdotem verbaliter depoſitum. p.356.n.12

Epiſcopus Regienſis eſt exemptus. p.34.n.97

Epiſcopus ſicut Inquiſitor poteſt pocedere in cauſis fidei. p.12.n.38

Epiſcopus ſi nulliter, & iniquè iudicet, ad quem recurrendum. p.31.n.37

Epiſcopus ſolus poteſt diſpenſare irregularem, non inferiorem Prælati. p.358.n.44

Epiſcopus Titularis retinet ordinem, & dignitatem. p.274.n.3

Epiſcopus vicinior non poteſt viſitare Eccleſias, quæ habent proprios Prælatos extra eius Diœceſim. p.429.n.114

Epiſtolæ probant factum antecedens. p.225.n.26

Epiſtolæ quomodo verificentur. ibid.n.25

Æqualitas eſt ſeruanda in diuiſione. p.2.n.10

Æqualitas ſeruanda inter Fratres. p.107.n.23

Æquiparatorum eadem diſpoſitio, vbi eſt eadem ratio. p.178.n.109

Æquiparatorũ eadem eſt natura, & diſpoſitio. p.40.n.64

Æquiparatorum idem ius, etiam quoad legem nouam. p.50.n.20

Æquipollentium quid fiat non refert. p.397.n.20

Ergaſtulorũ cõſtitutio quomodo obſeruetur. p.353.n.51

Ergaſtulorum edictum pro carceratis ſuſtinendis Religioſis. p.354.n.59

Erectio Patronatus Buſſolorum. p.214.n.3

Error potiùs præſumitur quàm voluntatis mutatio. p.61. n.26

Error quomodo probetur adeſſe. p.230.n.16

Error quomodo probetur. p.244.n.40

Erubeſcimus ſine lege, vel ratione loqui. p.353.n.43

Eſſe in loco quomodo aliquid dicatur. p.427.n.92

Æſtas incipit ab æquinoctio vernali. p.120.n.45

Æſtas quamdiu duret. ibid.n.46

Æſtimo non aſcribuntur bona exempta. p.105.n.38

Ætas ad beneficium ante Concilium Tridentinum erat 7. annorum. p.224.n.12

Ætas 14. annorum cœptorum requiritur in beneficiis, & ſatis eſt quod deficiat vnus dies. p.371.n.40

Ætas 12. annorum inceptorum requiritur ad obtinendum beneficium Eccleſiaſticum. p.370.n.37

Ætas 12. annorum non requiritur pro obtinendo beneficio de iurepatronatus laicorum. p.369.n.14

Ætas 14. ann. non requiritur ſi Fundator dixit poſſe præſentari clericum Minorum ordinum. p.374.n.92

Ætatem plenè probat fides Baptiſmi facta à Curato. p.370.n.36

Euicta re venditor tenetur ad intereſſe intrinſecum, non extrinſecum. p.223.n.21

Euicta res eſſe videtur, quæ vẽditur obnoxia. p.159.n.80

Euictio in diuiſione quomodo debeatur, eueniente caſu fideicommiſſi. p.222.n.6

Euictio non dicitur ſequuta niſi facta reali executione. ibid.n.17

Euẽtus poſterior firmatur à primordio tituli. p.286.n.17

Exactio rei donatæ non datur concubinæ illicitæ. p.270. n.28

Examen pro concurſu, & Moniali poteſt per Vicarium fieri, Epiſcopo etiam non impedito. p.304.n.21

Exceptio reſpiciens merita cauſæ non attenditur in manutentione. p.168.n.34

Exceptio altioris indaginis quæ dicatur. p.202.n.68

Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. p.216.n.28

Exceptio, Non es filius, ſemper opponitur. p.215.n.15

Exceptio non implementi habet locum etiam in obligatione in forma Cameræ. p.81.n.22

Exceptio non implementi obſtat etiam ob rem minimam. p.159.n.66

Exceptio non implementi poteſt ſemper opponi. p.81. num.21

Exceptio notoria non eſt, quæ diſputationem recipit. p.240.n.23

Exceptio notoria quæ non dicatur eſſe. p.80.n.12

Exceptio probat regulam in contrarium. p.88.n.48

Exceptiones altioris indaginis non admittuntur in ſummariiſſimo poſſeſſorio. p.45.n.71

Exceptiones iuridicæ, an faciant ceſſare rem eſſe claram. p.204.n.27

Excipiens contra regulam debet probare. p.302.n.47

Excommunicari quis poteſt ex teſtibus, lite etiam non conteſtata examinatis. p.120.n.36

Excommunicatio non fertur ſine perſonali citatione. p.185.n.18

Excommunicatio ſi incurratur ipſo iure, non requiritur trina monitio. p.120.n.37

Excommunicatus debet remitti pro abſolutione ad ſuum Ordinarium. p.122.n.1


Excommu

Excommunicatus ipſo iure eſt citandus antequam declaretur. p.120.n.39
Excommunicatus iuſtè debet remitti ad iudicem à quo pro abſolutione. p.120.n.44
Exculpatiuo dicto priori ſtatur, non ſecundo inculpatiuo. p.247.n.12
Ex diuerſis nihil infertur. p.145.n.50
Ex diuerſis non fit bona illatio. p.316.n.30
Ex diuerſis non fit illatio. p.309.n.32
Executio conſummata non poteſt impediri vigore reſtitutionis in integrum. p.82.n.36
Executio dat finem iudiciis, & ab ea non appellatur. p.283.n.6
Executio denegatur ſententiis notoriè iniuſtis. pag 80. num 4
Executio facta appellatione pendente, vel termino ad appellandum, eſt reuocanda. p.284.n.5
Executio in parte inualida in totum viciatur. pag.341. num.18
Executio incipienda à mobilibus, non à ſtabilibus. p.169. n.47
Executio non impeditur per querelam. p.34.n.87
Executio ſententiæ fieri non poteſt antequam tranſiuerit in rem iudicatam. p.284.n.34
Executio ſententiæ fit deſerta appellatione, niſi probetur iuſtum impedimentum. p.64.n.72
Executiuè proceditur in legatis, & fideicommiſſis. Vide *Fideicommiſſum*.
Executores deputati ad maritandas puellas, non poſſunt dare aliquid Religionem intrantibus. p.395.n.1
Exempla multùm mouent. p.336.n.8
Exemplis non eſt iudicandum. ibid.n.7
Exemplum inſtrumenti non facit fidem, & quando. p.132.n.26
Exempta aliqua perſona, cenſetur exempta eius familia. p.274.n.5
Exempta perſona exempta ſunt etiam eius bona. p.94. n.14
Exemptio ab oneribus non comprehendit caſus valdè inſolitos. p.325.n.4
Exemptio à collectis non importat exemptionem à foro. p.276.n.26
Exemptio eccleſiaſticorum procedit etiam quoad patrimonialia. p.275.n.8
Exemptio non eſt facilè concedenda. p.33.n.80
Exemptiones clericorum ab Ordinariis ſublatæ ſunt. p.10.n.11
Exemptiones ſunt de reſeruatis Papæ. p.33.n.79
Exemptiones ſunt præiudiciales. ibid.n.78
Exemptioni Penſionarij quomodo derogandum cenſeatur. p.323.n.59
Exempti intra fines incluſi cenſentur in diſpoſitione Concilij. p.427.n.98
Exempti quando teneantur Synodo Epiſcopi interuenire. p.359.n.58
Exempti quinam ſint, qui Minores Ordines conferre poſſunt. p.421.n.28
Exempto exiſtenti in poſſeſſione ſuæ exemptionis datur manutentio. p.426.n.79
Exemptus à gabellis non cenſetur exemptus pro familia. p.115.n.8
Exemptus eſt manutenendus in poſſeſſione ſuæ exemptionis. p.429.n.117
Exemptus, & Eccleſia tenentur denunciare gabellario. p.116.n.16
Exemptus, & Prælatus nullius, quomodo differant. p.422.n.49
Exemptus non denuncians punitur in duplicata gabella. p.116.n.18
Exemptus nullius quando nequeat dare dimiſſorias. p.429.n.118
Exemptus quomodo reſtituatur contra gabellarium rebus non denunciatis. p.116.n.25
Exhæredatus quando retineat emphyteuſim. pag.160. num.8
Expreſſum dicitur quod continetur ſub generalitate verborum. p.145.n.51
Expreſſum dicitur quod ſub verbis vniuerſalibus continetur. p.119.n.23
Expreſſum plus operatur, quàm tacitum. pag. 385. num.13
Expurgatiuo dicto quando potiùs ſtandum ſit. pag.247. num.13
Extenſio ceſſat, vbi ceſſat extenſionis ratio. pag.100. num.37
Extenſio fit ex identitate rationis. p.145.n.49
Extenſio fit, vbi eſt eadem ratio, non verò ſi ſit diuerſa. p.315.n.20
Extenſio non eſt quando aliquid comprehenditur ſub generalitate verborum. p.145.n.50
Extenſio quando non fiat. p.278.n.52
Extenſio quomodo fiat in fauorabilibus. p.315.n.19
Extractus metu Eccleſiâ debet ei reſtitui. p.182.n.27
Extrahens ab Eccleſia non incidit in excommunicationem Papæ reſeruatam. p.147.n.14
Extrahentes aliquem ab Eccleſia ſunt ipſo iure excommunicati. p.146.n.4
Extranei non ſuccedunt in emphyteuſi Eccleſiaſtica. Vide verb. *Emphyteuſis*.

F

FAbricans Eccleſia quid poſſit contrà vicinum. p.254. num.18
Facta non præſumuntur. p.345.n.83
Factum attenditur magis quàm dictum. p.60.n.12
Factum cenſetur quod fieri debuit. p.243.n.30
Factum Principis dicitur caſus fortuitus, & inſolitus. p.322.n.38
Falcidia ceſſat in legato pio, etiamſi non ſit immediatè tale. p.97.n.6
Falcidia deducitur de legatis piis, etiam Deo factis iure antiquo. ibid.n.1
Falcidia deducitur de legato pio non ratione loci, ſed ratione cauſæ piæ. p.98.n.12
Falcidia deducitur de fideicommiſſo particulari. p.348. num.33
Falcidia, & Trebellianica non deducuntur de legatis piis. p.349.n.39
Falcidiam hæres deducit ex legatis prophanis, etiam pro legatis piis. p.101.n.2
Falcidia in dubio cenſetur non prohibita. pagin.102. num.27
Falcidia non deducitur deducta legitima, nec concurrit cum ea. p.349.n.38
Falcidia non deducitur de legato magis pio, quàm ſit pia cauſa hæres. p. 00.n.32
Falcidia non deducitur ex legato pio, etiamſi nihil remanet hæredi. p.97.n.4
Falcidia non deducitur de legato, quod teſtator facit pro anima ſua. p.100.n.33
Falcidia poteſt deduci de legato pio ad certum vſum facto in exceſſu. p.97.n.11
Falcidia quando ceſſet in legato pio, hærede exiſtente pio. p.100.n.40
Falcidia quare introducta. p.98.n.17
Falcidia quomodo tacitè prohibita dicatur. pag.102. num.26
Falcidia quomodo impediat præſtationem legati. p.105. num.31
Falcidia reſecat ipſo iure. p.97.n.4
Falcidiam an deducat hæres ſubſtituta pia cauſa antequam veniat caſus ſubſtitutionis. ibid.n.7
Falcidiam deducit pia cauſa hæres ex legato pio, ex magis communi. p.98.n.19
Falcidiam executor non deducit. p.100.n.31
Falcidiam integram an habeat hæres, ſi vnà facta ſunt legatum pium, & legatum non pium. p.101.n.6
Falcidiam non deducit cauſa pia ſi legatum eſt magis pium. p.102.n.28
Falcidiam non prohibet teſtator, qui onus iniungit hæredi. ibid.n.24
Falcidiam patiuntur legata prophana tantùm pro ſua rata, non etiam pro legatis piis. p.101.n.5
Falcidiam poteſt teſtator prohibere expreſsè, & tacitè. p.102.n.25
Falcidiæ prohibitiones quando ceſſent. p.99.n.25
Falcidiæ rationes extenduntur ad trebellianicam. p.100. n.36
Fallaciis inductus Eccleſiâ exiens, an priuetur immunitate. p.103.n.37
Falſa ſcriptura vtens, neſciens eſſe talem, non punitur. p.56.n.34
Falſitas in vno, arguit eamdem in omnibus. pag.249. n.35
Falſum nemo committere velle præſumitur. pag.56. num.33
Fama an faciat indicium ad torturam. pagin. 237. num.39
Fama eſt res fallax. p.131.n.15
Fama in his quæ ſunt difficilis probationis facit indicium ad torquendum. p.237.n.41
Fama probabilior attenditur. ibid.n.40
Familiares Epiſcoporum ſunt de foro Eccleſiæ, etiamſi delinquant extra officium ſuum. p.275.n.10
Familia gaudet priuilegio Domini. p.281.n.18
Familia Clerici ex iuſta cauſa abſentis eſt immunis, ſicut ſi Clericus adeſſet. p.281.n.9
Familia vocata, ſuccedunt proximiores. p.128.n.17
Familiares Epiſcopi ei neceſſarij multi enumerantur. p.282.n.27
Familiares Epiſcopi etiam laici gaudent priuilegio fori. p.281.n.1
Familiares Epiſcoporum etiam laici ſunt immunes à Gabellis. p.282.n.23
Familiares Epiſcopi gaudent priuilegio fori Eccleſiæ. p.274.n.1
Familiares Epiſcopi gaudent priuilegio quandiù ſunt in eius ſeruitio. p.282.n.28
Familiares Epiſcopi qui non ſunt ei neceſſarij, non gaudent priuilegio fori. ibid.n.26
Familiares Epiſcopi ſine quibus non poteſt commodè exercere ſuum officium ſunt de foro Eccleſiæ. p.282. n.21
Familiares Epiſcoporum ſunt de foro Eccleſiæ, etiamſi delinquant extra officium ſuum. p.275.n.10
Familiares Epiſcoporum gaudent priuilegio fori. p.10. num.6
Familiares familiarium Epiſcopi non gaudent priuilegio. p.282.n.29
Familiares Inquiſitorum quando puniri poſſunt à iudicibus laicis. p.10.n.3
Familiares non probant. p.226.n.44
Familiares quoad delationem armorum iudicantur ab Inquiſitoribus. p.12.n.36
Familiares S. Officij laici an abſolutè eximantur à iuriſdictione ſui iudicis. p.12.n.40
Familiares S. Officij quomodo gaudeant priuilegio fori. ibid.n.37
Familiares S. Officij ſunt ſubiecti Inquiſitoribus tantùm in Hiſpania. p.10.n.1
Familiaribus competit eadem gabellarum exemptio, quæ Domino. p.281.n.12
Familiaribus Epiſcoporum an aliquis canon immunitatem tribuat. p.281.n.3
Familiaris dicitur, qui eſt continuus commenſalis. pag.383.num.3
Familiaris Cardinalis dicitur, qui eſt deſtinatus ad ſeruitium certum, & viuit eius expenſis. p.383.n.5
Familiaris Epiſcopi quis dicatur, vt gaudeat priuilegio fori. p.281.n.11
Familiaris Epiſcopi titularis gaudet priuilegio fori. p.274.n.4
Familiaris, & domeſticus dicitur cui imperari poteſt. p.276.n.19
Familiaris vt quis dicatur Cardinalis, requiritur mens, & dens. p.384.n.6
Familiaritas Cardinalis eſt plenè probanda, vt beneficia ſint affecta. p.383.n.4
Familiaritas importat quandam ſubiectionem. pag.276. n.24
Familiaritas ſolita non producit malum indicium. p.250.n.6
Familiaritatis iure quæ fiunt, non tribuunt ius. p.6.n.7
Familiaritatis titulus non præſumitur, niſi quando alius titulus excogitari non poteſt. p.9.n.63
Familiarium Cardinalis beneficia etiam ante familiaritatem obtenta ſunt affecta. p.383.n.2
Familiarium Cardinalis beneficia ſunt reſeruata diſpoſitioni Pontificis. p.384.n.12
Familiarium S. Officij forum quidnam ſit. p.11.n.18
Familiæ competit idem priuilegium, quod Domino conceſſum eſt. p.281.n.18
Familiâ Epiſcopi quinam contineantur. p.275.n.12
Familiæ omnes maſculi poſſunt auocare alienata per fideicommiſſum. p.409.n.65
familiæ præſumitur eſſe ſtallum, cui impreſſa ſunt illius inſignia. p.405.n.30
Familiæ, vel domus appellatio quando continuè intelligatur. ibid.n.27
Famula ſalariata non probat pro domino. pag.220. num.88
Famulis ſcholarium quomodo competat priuilegium DD. p.281.n.17
Fatale non currit ſi ſtetit per iudicem. p.69.n.15
Fatale quomodo non currat appellanti. p.68.n.6
Fatalia non currunt pendente articulo attentatorum. p.69.n.13
Fatalium curſui quodnam tempus ſubducatur. pag.75. n.85
Fauore quæ inducta ſunt, non retorquentur in odium. p.195.n.46
Fauori ſuo quilibet poteſt renunciare. p.194.n.33
Fœmina non ſuccedit in emphyteuſi Eccleſiaſtica. p.241.n.7
Fœmina nupta extra familiam adhuc dicitur de familia. p.139.n.40
Fœmina quando impediatur à ſtatuto ſuccedere in emphyteuſi. p.161.n.23
Fœminæ in materia odioſa non comprehenduntur in electionibus p.305.n.27
Fœminæ ſuccedunt in emphyteuſi Eccleſiaſtica hæreditaria p.244.n.45
Fœminæ turpes incapaces ſunt legatorum magis quàm filij. p.271.n.44
Feneſtra fieri non poteſt ſi competat ſeruitus eam non faciendi. p.254.n.4
Fœneſtra poteſt fieri etiamſi priùs non adfuiſſet. ibid. num.10
Fœneſtram in ſuo muro aperire licet vicino. ibidem num.3
Fera fugiens è manibus venatoris quando cenſeatur in in libertatem. p.311.n.1
Fera, quæ incidit in laqueum, an fiat domini illius laquei. p.312.n.8
Fera vulnerata an efficiatur vulnerantis. ibid.n.9
Feriæ ordinariæ an ſint iuſtum impedimentum. pag.75. n 91

# Index Rerum Notabilium.


Feriarum impedimentum an ſit iuſtum, ne currat tempus appellanti. ibid. n.90
Feriarum tempus ſubducitur de fatali appellationis. p.75.n.87
Feudalia an præſumantur bona infeudata proxima. p.105.n.34.
Feudalia bona poteſt poſſidere mulier donec.pag.104. n.21.
Feudalia non præſumuntur prædia. p.105.n.31
Feudalia præſumuntur bona in æſtimo deſcripta, & quomodo. ibid.n.37
Feudatarius Eccleſiæ tenetur ad onera laicorum. p.48. num.4
Feudum aperitur Domino finita linea feudatarij. p.219. n.73
Feudum eſt æs alienum hæreditatis. p.201.n.57
Feudum non tranſit ad legitimatos. p.220.n.78
Feudum quando imputetur in legitimam. pag. 101. num.56
Fictio non attenditur, quæ repugnat voluntati teſtatoris. p.125.n.7
Fictio non cadit vbi veritas reperitur. ibid.n.6
Fictio quando operetur ſicut veritas. p.175.n.64
Fideicommiſſa ex ratione ſunt amplianda. pag. 407. num.50
Fideicommiſſarij poſſeſſio capta non citato hærede, eſt nulla. p.348.n.27
Fideicommiſſarij poſſeſſio eſt confirmanda, ſi certum eſt hæredi detractiones non competere. ibid.n.31
Fideicommiſſarij poſſeſſio omnis de manu hæredis non capta eſt vitioſa. p.341.n.6
Fideicommiſſario an dari poſſit immiſſio antequam fiant detractiones. p.344.n.73
Fideicommiſſario an ſit neceſſaria reſtitutio re, vel verbo. p.342.n.30
Fideicommiſſario competunt remedia poſſeſſoria facta reſtitutione vel habita pro facta à iure. pag.349. num.46
Fideicommiſſario, & legatario quæ actiones competant. p.348.n.26
Fdeicommiſſario fauorabilis ſententiæ executio quando non poſſit retardari. p.349.n.48
Fideicommiſſario immiſſio data, eſt nulla non citato hærede. p.341.n.10
Fideicommiſſario non poteſt dari immiſſio, niſi priùs factis detractionibus. p.344.n.67
Fideicommiſſario poteſt dari immiſſio pro indiuiſo cum hærede. ibid.n.71
Fideicommiſſario quando denegetur immiſſio. p.348. num.29
Fideicommiſſario ſufficit probare poſſeſſionem fideicommittentis. ibid.n.25
Fideicommiſſarium non debet deludere hæres differendo reſtitutionem. p.342.n.31
Fideicommiſſarius ante reſtitutionem re, vel verbo nullum ius habet. p.341.n.5
Fideicommiſſarius debet accipere de manu hæredis. p.198.n.21
Fideicommiſſarius, & poſſidens non eſt legitimus contradictor contra hæredem per detractiones. pag.346. num.7
Fideicommiſſarius immiſſus ſuſtinet partes rei, hæres verò actoris. p.350.n.50
Fideicommiſſarius, in quibus locis poſſit conuenire hæredem. p.342.n.41
Fideicommiſſarius iudicis auctoritate immiſſus eſt manutenendus. p.348.n.30
Fideicommiſſarius non à iudice, ſed ab hærede capere poteſt. p.341.n.7
Fideicommiſſarius non eſt legitimus contradictor contra heredem immitti petentem. ibid.
Fideicommiſſarius non poteſt immitti hærede non citato. p.342.n.27
Fideicommiſſarius poteſt opponere ceſſionario hæredi, quod non poterat hæredi. p.346.n.4
Fideicommiſſarius parte citata, & iudicis auctoritate debet adipiſci poſſeſſionem. p.342.n.28
Fideicommiſſarius poſſidens an ſit legitimus contradictor aduerſus hæredem pro legitima. p.344.n.70
Fideicommiſſarius poteſt agere contra hæredem, vt ſibi dimittat poſſeſſionem. p.342.n.29
Fideicommiſſarius poteſt agere contra hæredem actione perſonali, & reali. p.342.n.40
Fideicommiſſarius poteſt auocare bona alienata à quocunque. p.408.n.55
Fideicommiſſarius poteſt immitti in poſſeſſionem citato hærede. p.342.n.32
Fideicommiſſarius poteſt auctoritate iudicis, & parte citata adipiſci poſſeſſionem bonorum. p.348.n.28
Fideicommiſſarius ſine reſtitutione acquirit omnia iura, ſi ſit locus pius, vel Eccleſia. p.349.n.45
Fideicommiſſarius tenetur capere de manu hæredis. p.346.n.6
Fideicommiſſarius vniuerſalis habet fundatam intentionem in omnibus locis, etiam pro legitima.p.344.n.74
Fideicommiſſi bona emens ſcienter non habet actionem niſi ad pretium recuperandum. p.411.n.95
Fideicommiſſi bona etiam poſteà nati poſſunt reuocare. p.409.n.68
Fideicommiſſi ſucceſſio differtur ſecundum ordinem legalem. p.128.n.15
Fideicommiſſi vt non præſcribantur bona quid requiratur. p.411.n.90
Fideicommiſſo ob contrauentionem locus eſt omnino ſecuta alienatione extra familiam. p.409.n.66
Fideicommiſſo purificato, tranſeunt actiones ipſo iure in alium p.129.n.39
Fideicommiſſum abſolutum inducitur ex prohibitione alienationis cum ratione, & quando. p.405.n.32
Fideicommiſſum ad fauorem familiæ quando dicatur inductum. p.409.n.65
Fideicommiſſum conditionale quomodo purificetur. p.403.n.1
Fideicommiſſum domus poſſunt petere omnes de familia ſucceſſiuè. p.409.n.64
Fideicommiſſum factum ſi ſine filiis, expirat, ſi grauatus moriatur cum filiis, licèt poſtea decedant. p.407.n.45
Fideicommiſſum ob prohibitionem alienationis, an excludat à fideicommiſſo conditionali, & quando. p.404.n.18
Fideicommiſſum non poteſt dici inductum de linea ad lineam ex ratione conſeruandi bona in familia. p.405.n.21
Fideicommiſſum nouum quando cenſeatur inductum ex alienatione. p.406.n.38
Fideicommiſſum nouum quomodo inducatur. ibidem num.39
Fideicommiſſum nouum præſcribitur ſpatio triginta annorum. p.405.n.21
Fideicommiſſum reciprocum, & perpetuum inter maſculos vnius lineæ quando ad aliam inducatur.p.408. n.61
Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum, quando cenſeatur inductum ob mentionem maſculorum. ibid. n.58
Fideicommiſſum ſimplex quomodo inducatur ex probitione alienationis valida. p.406.n.34
Fideicommiſſum ſucceſſiuum quando inducatur prohibita alienatione extra familiam. p.407.n.46
Fideicommiſſum abſolutum quando inducatur vocatis deſcendentibus maſculis. p.408.n.58
Fideicommiſſum ſucceſſiuum quando inducatur vocatis omnibus maſculis. ibid.num.59.





Fides non facit fidem. p.63. n.44
Filiafamilias poteſt habere hæredem in dotem. p.287. n.31.
Filiatio non præſumitur, niſi probetur. p.215.n.14
Filiatio non probatur per legitimationem. pag.139. n.33
Filiatio non præſumitur per legitimationem .p.220.n.90
Filiatio non probatur per teſtes ſingulares. ibidem num.89
Filiationem non probat teſtis deponens ſolùm de alimentis præſtitis. ibid.n.87
Filij an ſuccedant in capita ſimul cum patre. p.127. num.1
Filij cenſentur ſubſtituti ordine ſucceſſiuo poſt patrem. p.127.n.6
Filij ex damnato coitu ſunt odioſi. p.220.n.79
Filij Fratrum an ſuccedant in ſtirpes. p.128.n.10
Filij in conditione poſiti cenſentur vocati factis multis gradibus ſubſtitutionum. p.188.n.8
Filij in conditione poſiti cenſentur vocati in vulgari, & fideicommiſſaria ſubſtitutione. ibid.n.6
Filij in conditione poſiti quando vocentur ad portionem patrui, & patris. ibid.n.3
Filij ius profectitium reſidet in Patre. p.161.n.12
Filij poſiti in conditione, an ſint vocati, ardua eſt quæſtio. p.187.n.1
Filij nominatio, & tractatus non probat contra tertiam filiationem. p 220.n.85
Filij quomodo ſuccedant ex perſona propria, vel patris. p.129.n.28
Filij ſunt matris hæredes etiam in dote. p.287.n.30
Filiorum appellatione in teſtamentis veniunt filiæ.p.188. n.9
Filiorum appellatione veniunt filiæ in teſtamento mulieris. ibid.n.10
Filium ſe debet probare patroni qui vult ſuccedere in gentilitio. p.139.n.32
Filium ſe dicens probare debet. p.220.n.84
filius an teneatur ad onera in loco originis propriæ, vel paternæ. p.126.n.19
Filius excepta legitima habetur pro extraneo, & pœna ab eo exigi poteſt. p.37.n.24
Filius in legitima iudicatur vt creditor. p.200.n.53
Filius inobediens teſtatori non priuatur legitima, ſed reſiduo hæreditatis. p.37.n.18
Filius non ſequitur originem patris, qui deſeruit domicilium, quando filius natus eſt. p.125.n.16
Filius non ſuccedit ex perſona propria, niſi mortuo patre. p.129.n.29
Filius præſumitur deliquiſſe de mandato patris concurrentibus coniecturis. p.236.n.8
Filius Sacerdotis an ſuccedat in patronatu beneficij à patre obtenti p.221.n.99
Filius ſequitur originem patris, & quando. pag.125 num.8
Filius, vel ſeruus non præſumitur deliquiſſe de mandato patris, vel domini. p.235.n.2
Fines extra exiſtens non comprehenditur in venditione. p.427.n.97
Finis attenditur in delictis in fauorem rei, non principium. p.313.n.28
Fiſcalis eſt tanquam accuſator. p.187.n.21
Fiſci iura nemo allegare poteſt niſi fiſco volente.p.268. num.4
Fiſco ad Eccleſiam non valet argumentum, ſi diuerſa ſit ratio. p.278.n.48
Fiſcus, & quilibet de populo poteſt deprædari bona banniti. p.175.n.60
Fiſcus non poteſt retinere bona donata etiam non acceptata. p.88.n.41
Fiſcus non poteſt reuocare donationem factam abſenti antequam deliquerit. ibid.n.37





Fiſcus non ſuccedit in iurepatronatu. p.111.n.12
Fiſcus reuocat à concubinis legatum eis factum. Vide Verb. *Concubina.*
Fiſcus ſolus adducit iura ſua. p.270.n.34
Fiſcus ſolus poteſt ab indigno legatum auferre, & quando. p.271.n.31
Fiſcus ſuccedit delinquenti non vt hæres, ſed quaſi hæres. p.88.n.35
Fiſcus ſuccedit in bonis delinquentis titulo vniuerſali. ibid.n.34
Fiſcus tenetur ſeruare donationem à delinquente factam ante delictum. ibid.n.36
Forenſes ligantur ſtatutis loci iudicij in ordinariis, non in deciſiuis. p.342.n.43
Forenſes ligantur ſtatutis loci rei ſitæ, ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam. p.343.n.49
Forenſes non ligantur ſtatutis loci ex defectu poteſtatis ſtatuentium. p.341.n.15
Forenſes quando obligentur ſtatutis. p.350.n.53
Forenſis debet citari vbi habitat. p.341.n.12.
Forenſis ratione bonorum reputatur tanquam ſubditus. p.343.n.51
Fori priuilegium competit etiam ſociis non priuilegiatis. p.205.n.46
Fori priuilegium non poteſt trahi ad priuilegium immunitatis. ibid.n.4
Forma eſt indiuidua. p.262.n.80
Forma ſtatuti non ſeruata contractus eſt nullus. p.19. num.2
Forma non ſeruata nullus eſt actus. p.304.n.6
Formæ inobſeruantiâ quando non vitietur contractus. p.26.n.34
Fortuiti caſus appellatione venit etiam inſolitus.p.326. n.28
Fortuiti caſus inſoliti dicuntur, qui ex facto Principis procedunt. ibid.n.26
Fortuiti caſus inſoliti ſimpliciter, & in gradu ſuperlatiuo differentia an detur. ibid.n.27
Fortuiti caſus ſuſceptio non liberat à caſu valde inſolito, & quando. ibid.n.29
Fortuitum caſum vt quis euitare poſſit, quot requirantur. p.322.n.38
Frater eſt debitor neceſſarius dotis erga ſorores. p.286. n.13
Frater fratri ſuccedit ab inteſtato filiis non exiſtentibus. p.392.n.9
Fraudibus via non eſt aperienda. p.200.n.54
Fraus præſumitur ex magno exceſſu. p.393.n.14
Fructus non dicitur niſi deductis expenſis. p.159.n.63
Fructus non reſtituuntur in remedio reintegrandæ. p.257.n.15
Fructus quando emptor teneatur ſoluere pretio non ſoluto. p.158.n.54
Fructus rerum Eccleſiæ malè alienatarum debent reſtitui. Vide verb. *Eccleſia.*
Fructus ſoliti percipi cenſentur percepti. pagin. 259. num.40
Fructus vt ſoluatur, donec pretium ſoluatur, valet pactum. p.158.n.46
Fruſtra precibus à Principe impetratur, quod iure conceditur. p.335.n.42
Fruſtra precibus impetratur, quod iure communi conceditur. p.300.n.19
Fundatio, & dotatio beneficij præſumitur ex præſentationibus multiplicatis in antiquis. p.377.n.25
Fundatoris lex eſt ſeruanda, & ab ea non eſt recedendum. p.137.n.17
Fundator non acquirit iuſpatronatus, nec tranſmittit, niſi Epiſcopus conſentiat. p.216.n.32
Fundator non videtur vocaſſe ſpurios. p.220.n.87
Fundator poteſt in fundatione apponere quaſcumque licitas conditiones. p.374.n.88

Fundatores beneficiorum ſæpè loquuntur impropriè. p.137.n.8
Fundatoris legem etiam Papa cenſetur velle ſeruare. p.373.n.68
Fugæ Rei in Eccleſia exiſtentis quomodo prouideatur. p.143.n.34
Fur an poſſit diſpenſari ab Epiſcopo ad Ordines.p.356.n.4
Fur non diffamatus an poſſit ordinari ſine diſpenſatione. ibid.n.17
Fur quando ſit detrudendus in Monaſterium ſi eſt Eccleſiaſticus. p.352.n.22
Fur Sacerdos incurrit infamiam. ibid.n.26
Fur ſi eſt Clericus, deponitur, & beneficiis priuatur. p.354.n.57
Fur, vel adulter an poſſit ordinari ante ſententiam. p.357.n.25
Fures Eccleſiaſtici an ſint degradandi. pag.352. numero 20
Furti conuictus eſt infamis. p.356.n.3
Furti duplex actio, priuata, & publica. p. 187. numero 14
Furti pœna in Clerico,& Sacerdote eſt depoſitio.p.352.n.16
Furtum an ſit magnum, vel enorme,remittitur arbitrio iudicis. ibid.n.12
Furtum domeſticum non punitur ſine accuſatore.p.186.num 5
Furtum domeſticum quando poſſit ex officio puniri. p.186.n.8
Furtum domeſticum quodnam dicatur .pag.187.numero 22
Furtum de porco factum ruſtico pauperi dicitur magnum. p.353.n.42
Furtum eſſe magnum arbitratur iudex. ibidem numero 40
Furtum generat infamiam, & quando. pag.352.numero 27
Furtum in genere probatur ex querimonia furtum paſſi. p.153.n.42
Furtum in genere probatur per famam. ibidem numero 43
Furtum in genere quomodo probetur, & quid poſſit hæc probatio. p.151.n.19
Furtum graue domeſticum an puniatur, & quomodo. p.187.n.15.
Furtum magnum dicitur graue delictum. pagin.352. n.18
Furtum magnum dicitur reſpectu paupertatis illius,cui factum eſt furtum. p.353.n.41
Furtum numeratur inter grauia delicta. pag.352.numero 17
Furtum probari in genere, & per coniecturas quando poſſit. p.151.n.21
Furtum probatur ex qualitate negotij. pagin. 154. n.45
Furtum vnius paris vaccarum, an dicatur magnum. p.353.n.39
Furtum vnum magnum quomodo puniatur. pag.353. n.43

G

GAbellam an ſoluere debeat emens ab Eccleſia, & quando. p.116.n.13
Gabellam qui ſoluere non tenetur pro ſe, nec tenetur pro familia ſua. p.115.n.9
Gabellam ſoluere tenetur qui emit ab exempto. p.116. num.11
Gabellarij controuerſia cum Clericó à quo iudice dirimenda. p.117.n.32
Gabellario debent denunciare Eccleſia, & Clerici res, quas tranſportant. p.116.n.15
Gabellarium contra in dubio eſt iudicandum. pag.117. n.36
Gabellarius debet ſtare iuramento Clerici, vel eius famuli, res eſſe Clericorum. ibid.n.35
Gabellarius non confiſcat res Clerici minoris. ibidem n.31
Gabellarius non poteſt mittere manum ad res Eccleſiæ, vel Clericorum, niſi iudex Eccleſiaſticus declarauerit incidiſſe in commiſſum. pagin.117. numero 29
Gabellaurm ſtatutis non ligantur niſi ſubditi. pag.281. n.13
Gabellas non debet defraudare Eccleſia, aliàs cadit in commiſſum. p.117.n.28
Gabellas qui exigunt à Clericis, ſunt ipſo iure excommunicati. p.115.n.1
Gabellæ exemptio pro vſu ſuo extenditur etiam pro vſu familiæ ſuæ. p.282.n.25
Geminatio oſtendit enixamvoluntatem.pag.369.numero 19
Geminatio verbi, *In perpetuum*, multùm operatur. p.110.n.31
Generare ſeipſum nemo poteſt. p.263.n.95
Generatio quando comprehendat acquirentem. ibidem n.96
Generatio vnde incipiat in emphyteuſi. ibid.numero 94

H

HAbilitas proximioris probanda eſt. pagin. 22.numero 5
Habitus ſæcularis delatio facit vacare penſiones. p.83. n.12
Hebræorum pueri an ſint baptizandi inuitis parentibus. p.318.& 319.n.3.& 23
Hæredem obtemperaſſe teſtatori ante litis conteſtationem ſufficit. p.39.n.52
Hæredes abſoluendi ſunt ab iniqua petitione legati facti concubinæ. p.271.n.51
Hæredis portio defuncti ante teſtatorem, vel ante agnitionem accreſcit cohæredi. p.392.n.60
Hæreditas Clerici ſi auferatur ab indigno hærede, cui applicetur. p.208.n.11
Hæreditas continet vniuerſum ius defuncti. ibid. numero 15
Hæreditas euidenter lucroſa poteſt adiri à pupillo.p.91. n.87
Hæreditas quomodo auferatur ab hærede condemnato. p.208.n.13
Hæreditas repræſentat perſonam defuncti. ibidem numero 19
Hæreditas transfertur ad ſubſtitutum data inobedientia hæredis, & quando. p.40.n.64
Hæreditas tranſit cum ſuis oneribus, & pertinentiis. p.392.n.11
Hæres an poſſit iurare de voluntate defuncti. pag.90. n.83
Hæres cadens à poſſeſſione,re adepta amplius non petit admitti, ſed reſtitui. p.341.n.2
Hæres cauſa pia quomodo ſit priuilegiata circa falcidiam. p.98.n.14
Hæres cenſetur adire petendo creditum hæreditatis. p.91.n.90
Hæres contraueniens voluntati teſtatoris habetur pro mortuo. p.40.n.62
Hæres conuenitur à legatario actione reali,& perſonali. p.194.n.32
Hæres cum beneficio legis, & inuentarij poteſt contrauenire facto defuncti, & quomodo. pag.412.numero 107

Hæres

Hæres cum inuentario quomodo teneatur ex facto defuncti. ibid.n.108
Hæres debet immitti ſecundum formam l. fin. C. de edict. D.Adr. toll. p.341.n.1
Hæres debitor voluntarius. p.286.n.8
Hæres donatarij poteſt acceptare donationem ei factam. p.90.n.80
Hæres & legatarius tractant de lucro captando. p 99. n.29
Hæres habet iuſtam ignorantiæ cauſam facti defuncti. p.310.n.52
Hæres habet titulum etiam in re alteri legata.pag.269. num.7
Hæres immiſſus in poſſeſſionem bonorum defuncti debet in ea manuteneri. p.341.n.2
Hæres inobediens teſtatori ſine interpellatione incurrit pœnam. p.38.n.42
Hæres inſtitutus tanquam filius debet probare ſe eſſe filium. p.215.n.16
Hæres non poteſt contrauenire facto defuncti. p.405. n.20
Hæres non poteſt contrauenire menti teſtatoris. p.374. n.82
Hæres non poteſt denegare concubinæ præſtationem legati. p.269.n.18
Hæres non poteſt diſpenſare circa voluntatem defuncti, ſed eam adimplere. p.374.n.81
Hæres patris non poteſt eius facto contrauenire. p.412. n.106
Hæres poteſt à teſtatore priuari hæreditate, ſi non obediat eius mandato. p.37.n.15
Hæres poteſt retinere bona, donec vſufructuarius caueat. p.269.n.10
Hæres præſumitur habere ſcientiam teſtamenti, qui ſoluit legata. p.39.n.47
Hæres priuatus hæreditate poteſt detrahere legitimam, & Trebellianicam. p.40.n.69
Hæres pro rata ſua tenetur ſoluere legata, & debita. p.194.n.27
Hæres quomodo repræſentet perſonam defuncti.p.374. n.80
Hæres qui non paruit voluntati teſtatoris, priuandus eſt hæreditate. p.37.n.26
Hæres qui priuatur poſt aditam hæreditatem, cenſetur fideicommiſſo grauatus. p.40.n.71
Hæres qui tenetur dare decem in termino, ſi nouem tantùm dederit,incurrit pœnam. p.38.n.32
Hæres reuocat legata vltra dodrantem facta. pag.102. n.23
Hæres ſi caueat, poteſt falcidiare, vbi pia cauſa eſt vocata. p.97.n.8
Hæres ſuccedit in iurepatronatu, & iure ſedilium. p.366.n.40
Hæres ſuccedit in vniuerſum. p.90.n.82
Hæres tenetur implere mandatum teſtatoris, quàm primum poteſt id facere. p.39.n.50
Hæres vt incurrat pœnam à teſtatore impoſitam, requiritur ſcientia ſpecifica. p.37.n.3
Homicida Clericus damnatur ad triremes de conſuetudine. p.352.n.14
Homicida ex propoſito non priuatur immunitate Eccleſiaſtica. p.131.n.9
Homicida per inſidias non gaudet immunitate Eccleſiæ. p.130.n.2
Homicida punitur effectu non ſecuto, ſi peruenit ad actum externum. p.351.n.6
Homicida tenetur ſemper ad damna partis offenſæ. p.352.n.15
Homicidium præmeditatum poteſt ſtare ſine proditione. p.131.n.11
Homicidium proditorium dicitur vbi ſimulabatur amicitia. p.132.n.20



Homicidium proditorium eſt alienum ab immunitate Eccleſiæ. p.130.n.3
Homicidium voluntarium quodnam dicatur. pag.333. n.23
Homicida tenetur tantùm de vulnere, ſi mors non ſequatur. p.352.n.13
Hoſpitale admittit iuſpatronatus, & præſentationem ad formam Clem. *Quia contingit*. p.378.n.43
Hoſpitale an cadat ſub conſtitutione de publicandis reſignationibus. ibid.n.45
Hoſpitale annexum beneficio poteſt à rectore adminiſtrari durante eius vita. p.379.n.55
Hoſpitale datur in titulum ſi datur iuxta formam Clem. *Quia contingit*. ibid.n.74
Hoſpitale eſt Religioſum ſi Epiſcopus prouidet de Rectore. p.378.n.48
Hoſpitale largo modo dici poteſt beneficium. ibid. n.44
Hoſpitale eſſe poteſt de iurepatronatu laicorum. p.379. n.49
Hoſpitale priuatum, & laicale eſt ſub dominio laici Patroni. p.378.n.46
Hoſpitale quando dicatur eſſe laicale. pag.376.numero 4
Hoſpitale quando dicatur Religioſum,& publicum; & quando priuatum. p.379.n.51
Hoſpitale quando ſortiatur naturam beneficij. pag.379. n.56
Hoſpitale Religioſum, & Eccleſiaſticum probatur ex Eccleſia, & Campanili. p.379.n.57
Hoſpitalis qualitas cognoſcitur ex vltimo eius ſtatu. p.379.n.57
Hoſpitalis regimen non conceditur niſi ad triennium. ibid.n.53

I

IDentitas perſonæ præſumitur, ne delicta multiplicentur. Vide verb. *Delictum*.
Identitas pecuniæ præſumitur in inſtrumentis eodem die,& iiſdem teſtibus factis. p.309.n.23
Identitas pecuniæ ſolutæ quomodo probetur. ibid. n.19
Identitas rei quomodo probetur. p.232.n.9
Ignorantia excuſat ab incurſu cenſurarum. pag. 147. num.9
Ignorantia iuris non excuſat mulierem ſecundò nubentem. p.55.n.14
Ignorantia non excuſat eum qui tenetur inueſtigare. p.244.n.41
Ignorantia probabilis excuſat creditorem à præſcriptione. p.310.n.51
Ignorantia probabilis non cadit in facto proprio.p.310. num.42
Ignorantia ſupina non admittitur. ibid.n.45
Ignorari non præſumitur, quæ communiter ſunt nota. p.350.n.51
Illegitimi ſuccedunt in iurepatronatu vocante deſcendentes, & quando. p.220.n.77
Illegitimi, & naturales poſſunt à patre hæredes inſtitui non extantibus legitimis. p.378.n.36
Illegitimi excluſi ab hæreditate excluduntur etiam à iurepatronatu. ibid.n.33
Illegitimi non ſuccedunt in patronatu gentilitio. ibid. n.38
Illegitimus poteſt ſuccedere in iurepatronatu ſi ſit hæres. p.377.n.29
Immiſſio, & manutentio ſunt remedia contraria.p.346. num.9
Immiſſio datur hæredi ex continuatione poſſeſſionis defuncti in eum. ibid.n.2
Immiſſio Iudicis tollit poſſeſſionem naturalem, & ciui-



lem

lem poſſidentis. p.347.n.14
Immiſſio tantùm ſemel ab hærede peti poteſt, & obtineri. p.347.n.23
Immiſſio vt detur hæredi ſufficit, quod ei poſſit competere aliqua defenſio. p.346.n.4
Immiſſionem non retardant detractiones turbidæ. p.349.n.43
Immitti, & manuteneri non poteſt peti. p.342.n.35
Immitti petens non poteſt manuteneri, quia fatetur ſe non prouidere. p.347.n.21
Immunis eſt, qui habet rem ad liuellum ab exempto. p.49.n.15
Immunitas conceditur tantùm Eccleſiis, vbi aſſeruatur Sanctiſſima Euchariſtia. p.312.n.7
Immunitas conceditur reo inſecuto à miniſtris iuſtitiæ fugienti ad Eccleſiam. ibid.n.10
Immunitas datur confugienti ad Eccleſiam fractis carceribus. p.312.n.18
Immunitas deſeruit non ſolùm pro Clericis, ſed etiam pro eorum famulis. p.115.n.7
Immunitas Eccleſiæ denegatur homicidæ deliberato, & appenſato. p.130.n.1
Immunitas Eccleſiæ per Bullam Gregorij eſt reducta ad vnam formam. p.131.n.10
Immunitas Eccleſiæ tranſit etiam ad emphyteutas. p.50.n.24
Immunitas Eccleſiæ vſquequò extendatur. pag.180. num.3
Immunitas eſt danda reo confugienti ad Eccleſiam, & ſecum trahenti executores. p.312.n.16
Immunitas, & libertas Eccleſiaſtica quomodo differant. p.148.n.18
Immunitas ob numerum duodecim filiorum prodeſt etiam eius Fratri. p.205.n.44
Immunitas non datur reo delicti excepti, qui fractis carceribus fugit ad Eccleſiam. pagin. 312. n.19
Immunitas Palatij Epiſcopi: vide verb. *Palatium.*
Immunitas quomodo violetur, ſi reus in Eccleſia compediretur. p.143.n.33
Immunitate an priuetur delinquens penes Eccleſiam. p.141.n.13
Immunitate Eccleſiæ non gaudet, qui blandis verbis ea egreditur. p.180.n.3
Immunitate Eccleſiæ non priuatur occidens proditoriè inimicum reconciliatum. p.132.n.23
Immunitate Eccleſiæ nemo priuatur, niſi plenè probetur caſus exceptus. p.131.n.12
Immunitate Eccleſiæ priuatur ſolùm occidens, vel mutilans in Eccleſia, vel in Cæmeterio. p.141.n.8
Immunitate Eccleſiæ quis priuatur ſeptem tantùm caſibus. p.131.n.8
Immunitate gaudet homicida delinquens extra muros cæmeterij. p.141.n.16
Immunitatem Eccleſiaſticam debent ſeruare Principes. p.94.n.15
Immunitatem Eccleſiæ violantes non excuſantur opinionibus DD. p.131.n.10
Immunitatem Eccleſiæ violat iudex laicus ligans reum in Eccleſia. p.141.n.17
Immunitatem templis Deorum conceſſerunt Ethnici. p.313.n.31
Immunitati Eccleſiaſticæ non poteſt derogare Princeps. ibid.n.29
Immunitati Eccleſiæ renunciari non poteſt, & quando. p.182.n.35
Immunitatis beneficio ſe ſpoliat, qui egreditur Eccleſia. p.180.n.2
Immunitatis Eccleſiæ cauſa eſt fauorabilis. pag.52. num.48
Immunitatis materia ſumit interpretationem à iure Canonico. p.179.n.14.
Immunitatis priuilegium conceſſum Domino, extenditur etiam ad eius familiam. p.281.n.6
Immunitatis priuilegium eſt fauorabile, & an ſit extendendum. p.315.n.18
Immunitatis priuilegium eſt reale, vel mixtum. ibid. num.9
Immunitatis priuilegium non debet eſſe cum damno Eccleſiaſticorum. p.293.n.15
Immunitatis priuilegium non eſt perſonale. pag.50. num.23
Impedimenta debent probari in ſpecie, non in genere. p.72.n.56
Impedimenta mendicata non proſunt. p.74.n.83
Impedimenti loco quid ſtylus ſupponat in appellante. p.70.n.30
Impedimentum iuramento probatur. p.72.n.47
Impedimentum non fuit quo ceſſante adhuc appellans tacuit. p.71.n.42
Impedimentum notorium an debeat ſaltem allegari. p.70.n.30
Impedimentum notorium, vt bellum, non eſt probandum. p.68.n.8
Impedimentum per duos teſtes eſt probandum. p.72. num.51
Impedimentum quando conjecturis, vel iuramento probetur. p.72.n.54
Impedimentum quale eſſe debeat, ne appellatio fiat deſerta. p.70.n.27
Impedimentum quale eſſe debeat, vt appellanti detur ſecundus annus. p.71.n.45
Impedimentum quale requiratur ad reſtituendum, ad proſequendamque appellationem. p.78.n.13
Impedimentum quomodo probetur in appellante. p.71. num.37
Impeditus impedimento notorio non tenetur proteſtari. p.69.n.9
Implementi exceptio quando obſtet. p.159.n.67
Implementum obligationis debet probari ab allegante. p.81.n.24
Implere debet quis ex parte ſua antequam agat. ibid. num. 23
Impoſſibilitas confeſſionis quomodo probetur. p.253. num.96
Impræſtiti impoſitio an pertineat ad penſionarium. p.324.num.2
In alternatiuis ſufficit alteram partem adimpleri. p.55. num. 20
In alternatiuis ſufficit alteram partem verificari. p.126. num. 24
Incapacitatem legatarij etiam hæres allegare poteſt. p.271.n.60
Incertitudo inter delinquentes facit, vt omnes abſoluantur. p.132. num.17
In conditione poſiti cenſentur vocati ob reciprocam ſubſtitutionem. p.188.n.4.
Incontinenti quid factum eſſe dicatur. p.309.n.24
Incorporalium iurium aliquis finis eſſe debet. p.108.n.10
In claris depoſitionis verbis nihil vlterius eſt quærendum. p.329 n.1
In claris non eſt locus conjecturis. Vide verb. *Conjecturæ.*
Incluſio vnius eſt excluſio alterius. p.11.n.26
Inculpatio eſt inueriſimilis ob variationem. p.248.n.33
Inculpatio inueriſimilis neminem afficit. p.249.n.39
Indignitatis exceptio à ſolo Fiſco opponi poteſt. p.272. n.66
Indigno legatum ſolus Fiſcus reuocat. p.269.n.19
Indefinita oratio æquipollet vniuerſali. p.384.n.15
Indignus debet manuteneri in poſſeſſione, donec à Fiſco excludatur. p.269.n.20
Indignus eſt commoditatibus Eccleſiæ, qui Eccleſiam malè tractat. p.293.n.18
Indignus, & incapax legati excluditur ab hærede. p.270. n.40


Indignus


Indignus quando repellendus à legato. ibid.n.35
Indicia eliduntur cõtrariis præſumptionibus. p.252.n.74
Indicia grauiſſima purgantur per torturam, ſi reus fuit ſufficienter tortus. p.351.n.2
Indicia leuiora in occultis ſufficiunt ad torquendum. p.235.n.6
Indicia purgantur per torturam. p.252.n.73
Indicium remanet executiuum ſi contradictor non ſit legitimus. p.387.n.14
In dubio iuris quis non reputatur irregularis. pag.334. n.34
Infinitas de mente teſtatoris non eſt abſurda. p.110. n.24
Infinitas eſt euitanda. p.108.n.8
Infinitas toleratur in vltimis voluntatibus. p.110.n.25
Infinitatis euitandæ cauſâ multa inducuntur, quæ non inducerentur. p.108.n.9
Infinitum dicitur, quando grauantur hæredes hæredum in perpetuum. p.110.n.32
Inhiberi non poteſt ſi ſola nullitas proponatur. pag.34. n.88
Inhiberi quando poſſit ſine alia cognitione. pag.32. n.62
Inhibitio canonica quid requirat. ibid.n.57
Inhibitio ceſſat deſerta appellatione. p.79.n.25
Inhibitio debet fieri cum cauſæ cognitione. pag.32. n.60
Inhibitio iudicis ad quem quando poſſit ſperni. p.113. n.5
Inhibitio nihil operatur niſi ſit canonica. pagin.32. num.56
Inhibitio non debet fieri niſi parte citata. ibidem num.58
Inhibitio non iuris actis relaxata eſt nulla, & impunè ei non paretur. p.29.n.11
Inhibitio quando non liget manus iudicis. pag. 32. num.84
Inhibitio quando ſit timenda, vel non. ibid.n.55
Inhibitio vigore cap. *ad hæc*, il primo, de appellatione, quomodo procedat. p.113.n.1
Inhibitionibus quando liceat non parêre. pag. 32. num.53
Inhibitiones in prima inſtantia ſunt nullæ. pag.124. num.37
Inhibitiones nimis ſunt familiares, & fiunt ſine cauſæ cognitione. p.29.n.6
Inhibitiones non debent fieri in prima inſtantia. p.28. num.4
Inhibitiones non debent relaxari niſi iuris actis. p.113. num.2
Inhibitiones non ſeruata forma iuris ſunt nullæ. p.29. n.9
Inhibitiones poſt appellationem, quomodo concedendæ. p.32.n.63
Inhibitiones quando ceſſare debeant. p.34.n.91
Inhibitiones quando, & quomodo concedendæ. p.32. num.52.
Inhibitiones quando ſperni debeant. p.35.n.103
Inhibitiones quomodo relaxandæ in cauſa carcerationis. p.33.n.67
Inimicitia capitalis dicitur arbitrio iudicis. pag.236. num.16
Inimicitia capitalis facit indicium ad torturam. ibid. num.12
Inimicitia capitalis oritur ex minis capitalibus. ibid. num.15
Inimicitia capitalis ſuppletur per aliud indicium. p.236. num.26
Inimicitia facit ceſſare delictum proditionis. pag.132. num.24
Inimicitia facit indicium ad torturam in occultis. p.236. num.11
Inimicitia grauior attenditur ad faciendum indicium. ibid.n.19
Inimicitia grauis eſt in Eccleſia aliquem nominatim redarguere. ibid.n.20
Inimicitia non arguit mandatum quando conſtat de occiſione. p.237.n.28
Inimicitia oritur ex percuſſionibus. p.236.n.10
Inimicitia non ſpecifica, & ſine cauſa non facit indicium. ibid.n.18
Inimicitia quando facit indicium. p.250.n.54
Inimicitia quando repellat teſtem. p.226.n.45
Inimicitiæ cauſa ſufficit ad arguendam ipſam inimicitiam. p.236.n.9
Inimicorum pluralitas tollit indicium ex inimicitia. ibid.n.17
Inimicitia æſtimatur reuocatione ad animum, & ex cauſa putatiua. ibid.n.14
Iniuria eſt maior, quæ fit coram multis aſtantibus. p.236.n.21
Iniuſtitia, & læſio aliqualiter probari debet, vt obtineatur reſtitutio. p.81.n.31
Iniuſtum notoriè non dicitur quod recipit aliquam difficultatem. p.43.n.35
Inobediens teſtatori priuatur hæreditate. pagin.38. num.30
Inobediens vt puniatur quando requiratur monitio. ibid.n.34
Inquiſitores cognoſcunt cauſas ſuorum familiarium quoad abuſum armorum. p.39.n.45
Inquiſitores, & Epiſcopi quoad priuilegia æquiparantur. p.37.n.7
Inquiſitores Lombardiæ an ſint in poſſeſſione cognoſcendi cauſas familiarium. ibid.n.15
Inquiſitores poſſunt cognoſcere cauſas ſuorum Officialium, & familiarium. ibid.n.2
Inquiſitores quando habeant iuriſdictionem in ſuos familiares. p.37.n.3
Inquiſitoribus data poteſtas, non derogat poteſtati Epiſcoporum. ibid.n.9
Inquiſitorum familiares à ſecretis gaudent priuilegio fori in ciuilibus. ibid.n.4
In re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter. pag.232. num.5
Inſidiæ ſolæ non probant homicidium proditorium. p.132.n.19
Inſtantia appellationis eſt eadem cum prima. pag.284. num.21
Inſtantia appellationis ſequitur naturam cauſæ principalis. ibid.n.25
Inſtantia appellationis renaſcitur ſicut prima ſine vlla gratia. ibid.n.22
Inſtantia data corruit argumentum. p.278.n.47
Inſtantia perempta laicus factus Clericus poteſt declinare forum laici. p.285.n.40
Inſtantia prima eſt relinquenda ordinario intra biennium. p.33.n.81
Inſtantia prima fori Epiſcopalis non poteſt cognoſci ab Auditore Cameræ. p.29.n.17
Inſtantia prima ſpectat ad Epiſcopum, vel eius Vicarium priuatiuè quoad alios. ibid.n.18
Inſtantiæ peremptæ Princeps poteſt inſufflare ſpiritum vitæ. p.285.n.39
Inſtitutio eſt nulla ſi beneficium Sacerdotale detur non Sacerdoti, & non habenti ætatem ad Sacerdotium. p.405.n.23
Inſtrumenta faciunt rem liquidam, & notoriam. p.194. num.28
Inſtrumenta faciunt rem notoriam. p.200.n.44
Inſtrumenta incontinenti facta vnicum factum eſſe videntur. p.309.n.25
Inſtrumenti confectio dicitur executio actus, non concluſio. p.242.n.23


 Inſtrumenti

# Index Rerum Notabilium.


Inſtrumenti exhibitio. p.81.n.28
Inſtrumentum dicitur probatio probata, & manifeſta. p.86.n.1
Inſtrumentum dicitur probatio probata. pagin. 238. num.3
Inſtrumentum,& teſtamentum æquiparantur,& faciunt rem liquidam. p.204.n.21
Inſtrumentum facit rem certam, & manifeſtam. p.19. num.4
Inſtrumentum facit rem liquidam. p.204.n.20
Inſtrumentum facit rem notoriam. p.81.n.26
Inſtrumentum facit probationem probatam. p.211. num.52
Inſtrumentum habet pro ſe præſumptionem validitatis. p.310.n.34
Inſtrumentum non facit rem notoriam, ſi aliquid releuans illi opponatur. p.47.n.16
Inſtrumentum non probatur niſi producatur, & integraliter exhibeatur. p.132.n.25
Inſtrumentum non probat vbi vſuræ eſt ſuſpicio.p.156. num.17
Inſtrumentum non probat intereſſe taxatum. p.157. num.30
Inſtrumentum non tribuit ius,ſed probationem.p.242. num.22
Inſtrumentum præſumitur verum, & ſolemne. pag.19. num.6
Inſtrumentum productum parte non citata nihil probat. p.168.n.38.
Inſtrumentum publicum dicitur probatio probata, & euidens.p.230.n.1
Inſtrumentum publicum probat, & facit rem manifeſtam. p.308.n.1
Inſtrumentum quidquid continet, habetur pro vnico actu. p.27.n.39
Inſtrumentum vt probet quid requiratur. p.81.n.27
*Inſuper*, dictio quid importet. p.406.n.43
Intellectus ad l. ſi vſusfructus. ff. de vſufructu legat. p.107.n.15
Intentio reprehenſibilis non eſt facienda. p.27.n.37
Interdictum, *vti poſſidetis*, habet vim etiam recuperandæ. p.258.n.24
Intereſſe an repellat teſtem. p.226.n.74
Intereſſe conuentum an petere liceat. p.156.n.24
Intereſſe debet liquidari. p.222.n.19
Intereſſe debet verificari per veras probationes, non per confeſſionem partis. p.156.n.11
Intereſſe non probatur per confeſſionem partis. p.156. num.26
Intereſſe nunquam debetur,niſi probetur. ibid.n.10
Intereſſe poteſt ab initio taxari,etiam in mutuo, ſi de eo conſtat,vel eſt veriſimile. ibid.n.4
Intereſſe poteſt taxari in materia, vbi illud certum eſt ſui naturâ interuenire. p.157.n.35
Intereſſe proprium facit ceſſare præſumptionem mandati. p.249.n.48
Intereſſe quomodo debeat probari. p.222.n.18
Intereſſe ſoluendum eſſe in genere, valet pactum, non taxatio. p.156.n.21
Intereſſe taxatio non valet etiam in moroſo,ſed probari debet. ibid.n.20
Intereſſe veriſimile poteſt taxari. p.156.n.23
Intereſſe vniformis taxatio quando admittatur. ibid. num.27
Interlocutoria non admittit appellationem. pag.239. num.11
Interpellatio quando non ſit neceſſaria, vt hæres impleat mandatum teſtatoris. p.38.n.40
Interpellatio requiritur vt pœna incurratur. pag.37. num.6
Interpretatio debet fieri, vt actus valeat, non pereat. p.362.n.38
Interpretatio fit contra eum, qui clariùs dicere potuit. p.254.n.8
Interpretatio fit contra eum, qui clariùs paciſci potuit. p.331.n.41
Interpretatio ſtricta fit contra eum qui ſibi legem clariùs dicere potuit. p.397.n.16
Intra fines alicuius diœceſis quando aliquid eſſe dicatur. p.427.n.89
Intruſus quis dicatur. p.375.n.94
Inuentarij exceptio non retardat agentem rei vindicatione. p.206.n.61
Inuentarij non confecti exceptio quando proſit. p.206. num.60
Inuentarij omiſſio an faciat ceſſare beneficium Falcidiæ, & Trebellianicæ. p.188.n.13
Inuentarij omiſſio quando noceat Tutori, & actis per eum. p.394.n.40
Inuentarium ad conficiendum poſt lapſum temporis an detur reſtitutio. p.188.n.14
Inuentarium hæreditatis Clerici fit à iudice Eccleſiaſtico. p.208.n.12.
Inueriſimilitudo confeſſionis cognoſcitur à cauſa. p.253.n.97
Irregulares ex delicto etiam manifeſto quomodo poſſint ab Epiſcopo diſpenſari. p.357.n.27
Irregulares iudices, & Notarij criminales,ſed ante effectum ab Epiſcopo diſpenſantur. p.332.n.13
Irregulares quandiu remaneant criminoſi. pagin. 357. n. 36
Irregulares ſunt fundentes ſanguinem humanum. p.332.n.2
Irregulares ſunt iudices, & alij miniſtri iuſtitiæ ob ſanguinis ſententiam. ibid.n.8
Irregularis eſt ferens ſententiam ſanguinis, etiam non ſecuto effectu. p.332.n.11
Irregularis eſt qui mortem rei accelerat. ibid.n.10
Irregularis in dubio facti quis præſumitur. pagin.334. num.25
Irregularis in dubio iuris non cenſetur. ibid.n.26
Irregularis non eſt iudex condemnans reum ad triremes,condemnatus ſic. p.354.n.53
Irregularis non eſt proferens ſententiam ſanguinis effectu non ſecuto. p.335.n.41
Irregularis non poteſt habere beneficium Eccleſiaſticum. p.332.n.7
Irregularis non poteſt initiari prima Tonſura, nec ad ordines etiam minores. ibid.n.3
Irregularis poteſt celebrare domi ad euitandum infamiam. p.334.n.36
Irregularis poteſt in caſu occulto diſpenſari, etiam ab ordinariis inferioribus Epiſcopo. p.358.n.47
Irregularis qui fuit abſolutus in iudicio,poteſt diſpenſaſari ab Epiſcopo. ibid.n.43
Irregularis ſuſcipiendo ordines, vel exercendo, an incurrat nouam irregularitatem. p.334.n.32
Irregularitas ex defectu lenitatis diſpenſatur à Papa ſolo etiam ante effectum. p.332.n.15
Irregularitas ex defectu lenitatis niſi ſecuto effectu non incurritur. p.333.n.16
Irregularitas eſt impoſita homicidio perpetrato,non attentato. 333.n.18
Irregularitas an poſſit diſpenſari ab Epiſcopo poſt iudicium finitum. p.357.n.33
Irregularitas excuſatur ſi quis bona fide operatur, & quomodo. p.334.n.21
Irregularitas ad forum contentioſum deducta, non diſpenſatur ab Epiſcopo. p.358.n.39
Irregularitas ex defectu lenitatis non diſpenſatur ab Epiſcopo. p.333.n.21
Irregularitas ex quibus delictis incurratur. p.357.n.35
Irregularitas impedit quamdiu remanent criminoſi. p.332.n.6


Irregularis


Irregularis in dubio iuris quis non cenſetur. pag.334. num.26
Irregularitas lenitatis non incurritur exercendo iuſtitiam per alium. ibid.n.30
Irregularitas lenitatis quando, & quomodo incurratur ex cooperatione. ibid.n.29
Irregularitas lenitatis quare introducta. ibid.n.28
Irregularitas non inducitur ex delicto etiam enormi,niſi ſit notorium. p.357.n.21
Irregularitas non incurritur, niſi actu interficiatur homo. p.333.n.17
Irregularitas non incurritur, niſi actu externo perfecto. p.334.n.37
Irregularitas non incurritur per argumentum à ſimili, vel à fortiori. p.333.n.20
Irregularitas non incurritur niſi in iure clarè exprimatur. ibid.n.19
Irregularitas quando ceſſet ſine diſpenſatione.pag.358. num.37
Irregularitas requirit actum conſummatum. pag.334. num.35
Irregularitas tollitur ſublata infamia. p.357.n.29
Italia nunquam erit in pace. p.322.n.35
Iudæorum filij poſſunt baptizari inuitis parentibus in articulo mortis. p.318.n.13
Iudæorum infantes baptizati ſunt ab eis ſeparandi. pagin.317.n.12
Iudæorum infantes inuitis parentibus baptizati, ſunt eis reſtituendi. ibid.n.3
Iudex an poſſit criminaliter procedere pendente cauſa ciuili. p.187.n.17
Iudex an poſſit ſequi opinionem minùs probabilem. p.58.n.67
Iudex appellationis quando non poſſit ſuper nullitate ſententiare. p.76.n.104
Iudex à quo, deſerta appellatione, an poſſit reaſſumere iuriſdictonem. p.69.n.20
Iudex à quo an poſſit exequi deſerta appellatione, etiamſi ſuper hoc non ſit pronunciatum. p.73.n.65
Iudex à quo non poteſt exequi, niſi iudex ad quem pronunciauerit ſuper deſertione. p.69.n.18
Iudex à quo non poteſt impediri à iudice ad quem, quoad alias cauſas. p.114.n.29
Iudex Eccceleſiaſticus cognoſcit an res ſit empta de pecuniis Eccleſiæ. p.211.n.57
Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit cauſas iuriſdictionis inter laicum, & Eccleſiaſticum. p.181.n.17
Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit cuius ſit iuriſdictio. pagin.185.n.15
Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de qualitate tribuente iuriſdictionem. p.211.n.55
Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit non ſolùm de iuramento, ſed etiam de contractu principali. p.208.n.8
Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit ſi inter ipſum, & laicum eſt contentio de iuriſdictione. p.111.n.44
Iudex cui commiſſa eſt cauſa, provt de iure, non poteſt recedere à regulis iuris. p.79.n.27
Iudex Eccleſiaſticus debet cognoſcere, quando dubium eſt an res ſit Eccleſiæ. p.211.n.58
Iudex Eccleſiaſticus debet cogere Clericum ad reddendum depoſitum. p.306.n.6
Iudex in dubio debet abſtinere à repetitione torturæ. p.252.n.80
Iudex diſcretus non prouocatur ex appellatione.p.114. num.27
Iudex Eccleſiaſticus eſt adeundus à gabellario contra Clericum fraudantem gabellas. p.117.n.33
Iudex Eccleſiaſticus eſt adeundus ſi ſit controuerſia inter Clericum, & gabellarium. p.95.n.19
Iudex Eccleſiaſticus eſt competens, vbi tractatur, an reus ſit captus in Eccleſia. p.180.n.4
Iudex Eccleſiaſticus eſt ſolus competens ſi controuertatur de viribus iuramenti. p.22.n.47
Iudex Eccleſiaſticus non tenetur, nec poteſt ſtare proceſſui iudicis laici. p.143.n.40
Iudex Eccleſiaſticus poteſt ex officio procedere in quocunque crimine. p.186.n.10
Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui iudicis ſæcularis. p.185.n.11
Iudex Eccleſiaſticus poteſt reum in Eccleſia cuſtodire, & ligare. p.143.n.32
Iudex Eccleſiaſticus poteſt ſpoliare armis confugientes ad Eccleſiam. p.293.n.19
Iudex Eccleſiaſticus quando inhibeat laico. pag.212. n.68
Iudex Eccleſiaſticus ſolus cognoſcit an reus ſit priuandus immunitate. p.179.n.7
Iudex Eccleſiaſticus ſolus eſt competens quando actio eſt præiudicialis actioni propoſitæ in foro Eccleſiæ. p.212.n.67
Iudex efficitur ratione dependentiæ etiam connexitatis, qui non erat. p.307.n.11
Iudex, & fiſcus ſuccedunt loco accuſatoris. pag.187. num.20
Iudex laicus ad bonum finem extrahens reum ab Eccleſia adhuc eſt excommunicatus. p.179.n.9
Iudex laicus debet parêre inhibitioni iudicis Eccleſiaſtici. p.211.n.60
Iudex laicus debet remittere cauſam ad forum Eccleſiæ, poſſidente Eccleſia. ibid.n.53
Iudex laicus de conſuetudine ſolet ligare reos in Eccleſia in caſibus exceptis. p.142.n.18
Iudex laicus de licentia Epiſcopi poteſt reum in Eccleſia compeditare. ibid.n.25
Iudex laicus excommunicatus eſt contraueniendo immunitati Eccleſiaſticæ. p.141.n.1
Iudex laicus extrahens reum ab Eccleſia peccat mortaliter, & eſt excommunicatus. p.179.n.8
Iudex laicus nequit interrogare, aut torquere reum ab Eccleſia extractum. p.180.n.16
Iudex laicus non debet tangere reum, donec diſputetur an ſit ad Eccleſiam remittendus. pagin.185. num.14
Iudex laicus non poteſt adiri etiamſi Eccleſiaſticus malè iudicaret. p.209.n.26
Iudex laicus non poteſt cogere Clericum depoſitarium, vel ſequeſtrarium. p.321.n.20
Iudex laicus non poteſt cognoſcere neque principaliter, neque incidenter de cauſa ſpirituali. pag.211. num.60
Iudex laicus non poteſt extrahere ab Eccleſia armatum, nec armis ſpoliare. p.293.n.18.
Iudex laicus ſi denegat iuſtitiam, quando poſſit recurri ad Epiſcopum. p.283.n.12
Iudex laicus tenetur ad damna extracti ab Eccleſia. p.179.n.10
Iudex laicus tenetur admittere rem iudicatam à iudice Eccleſiaſtico. p.209.n.33
Iudex in primis debet conſiderare poteſtatem ſibi attributam. p.76.n.105
Iudex non eſt incompetens, qui fuit legitimus ab initio. p.283.n.10
Iudex non impertitur officium niſi petenti. pag.344. num.58
Iudex non poteſt moueri ex iis, quæ ſunt extra acta. p.345.n.86
Iudex non poteſt procedere ex officio in delictis priuatis. p.186.n.4
Iudex non poteſt quemquam priuare poſſeſſione, ſi rectè non proceſſit. p.341.n.8
Iudex non poteſt ſe informare extra acta. pagin.81. num.29
Iudex non tenetur in ſyndicatu iudicans ſecundùm opinionem probabilem. p.58.n.68


Iudex

# Index Rerum Notabilium.


Iudex ordinarius remanet index quoad alias cauſas, excepta appellatione. p.114.n.25
Iudex poſſeſſorij eſt etiam petitorij. p.292.n.28
Iudex poteſt ſe de notorio informare, etiam in Camera. p.394.n.43
Iudex poteſt ſe de notorio informare etiam in cubiculo. p.42.n.15
Iudex poteſt procedere ex officio in cauſa furti,.& aliis. p.186.n.6
Iudex præſumitur feciſſe quod de iure debuit facere. p.23.n.22
Index priuat poſſeſſorem poſſeſſione ritè procedendo. p.341.n.16
Iudex promittens immunitatem, vel impunitatem exiſtenti in Eccleſia tenetur ſeruare. p.181.n.15
Iudex regularis vtens arbitrio in re arbitraria, non eſt redarguendus. p.58.n.66
Iudex ſæcularis de conſuetudine poteſt ligare reum in Eccleſia donec,&c. p.141.n.6
Iudex ſæcularis poteſt cognoſcere de penſione temporali. p.321.n.4
Iudex ſæcularis in cauſa depoſiti habet poteſtatem etiam in Clericos. ibid.n.6
Iudex ſæcularis non poteſt ab Eccleſia reum extrahere etiamſi notoriè non gauderet illius immunitate. p.143.n.37
Iudex ſæcularis violat immunitatem, ſi punit ab Eccleſia extractum à priuilegiata perſona. p.182.n.25
Iudex ſuperior qui non poteſt adiri per viam querelæ, non poteſt eſſe per viam nullitatis. p.30.n.30
Iudex vt det licentiam contrahendi ſecundum matrimonium, quid requirat. p.58.n.61
Iudex quando non poſſit reum poſſeſſione priuare. p.347.n.20
Iudicandum eſt in dubio pro Eccleſia. p.110.n.30
Iudicem fuiſſe circumuentum falſis allegationibus pupillus probare debet. p.395.n.22
Iudicem Superiorem adire per viam querelæ quid ſit. p.30 n.28
Iudices Eccleſiæ cognoſcunt an res ſit Eccleſiaſtica. p.211.n.59
Iudices, & Notarij criminales ſunt irregulares. p.333. num.9
Iudices Synodales eſſe non poſſunt Canonici Collegiatæ etiam Doctores, dato quoque, quod in Eccleſia non extent idonei. p.430.n.138
Iudices Synodales quales eſſe debeant. ibid.n.32
Iudices Synodales ſaltem quatuor ſunt in Synodo nominandi. ibid n.31
Iudici laico licet reum in Eccleſia obſidere extra locum ſacrum,& quando. p.142.n.27
Iudicis decretum facit præſumere vtilitatem minoris. p.230.n.3
Iudicis laici acta non probant coram Eccleſiaſtico. p.131.n.14
Iudicio quaſi contrahitur. p.307.n.13
Iura perſonalia non tranſeunt in hæredem. pag.199. n.25
Iura producta debent eſſe in forma probanti, vt releuent. p.81.n.30
Iuramenti de non contraueniendo qui ſint effectus. p.19.n.12
Iuramenti habilitatio an requirat partis citationem. p.22.n.48
Iuramenti obſeruantia eſt de iure diuino. pag. 20. n.25
Iuramenti obſeruantiâ non poteſt impediri recurſus ad Epiſcopum. p.22.n.46
Iuramenti relaxatio quando petenda. pagin. 19. numer.13
Iuramenti vires habet clauſula, *Pro iurato.* pag.231. num.22
Iuramenti vires non poteſt tollere ſtatutum. pag.19. num.14
Iuramento abſoluto adhuc tenetur illud ſeruare, & quando. p.22.n.50
Iuramento appellantis ſuper impedimento non ſtatur. p.72.n.53
Iuramento contraueniens an poſſit abſolui, & quomodo. p.21.n.43
Iuramento contraueniens fit periurus antequam habilitetur. p.19.n.15
Iuramento contraueniẽti denegatur audientia,ſi agat antequam abſoluatur. p.21.n.40
Iuramento creditoris ſtandum eſſe circa damna, validum eſt pactum. p.157.n.39
Iuramentum contra bonos mores naturales non obligat. p.21.n.39
Iuramentum contra bonos mores ciuiles eſt obligatorium. ibid.n.38
Iuramentum depoſitarij rem fuiſſe oblatam non admittitur. p.151.n.20
Iuramentum dolo præſumptum adhuc obligat ante abſolutionem. p.20.n.27
Iuramentum doloſum poteſt ſperni, & quomodo intelligatur. p.21.n.36
Iuramentum facit acquirere ius abſenti etiam ante ratificationem. p.86.n.13
Iuramentum facit contractum irreuocabilem. pag.27. num.42
Iuramentum facit præſumi omnia fuiſſe ſolemniter facta. p.23.n.21
Iuramentum metu, & dolo extortum an ſit obligatorium. p.19.n.14
Iuramentum nihil operatur in iis, quæ non pendent à voluntate iurantis. p.222.n.15
Iuramentum non eſt obligatorium quando præſumitur dolo extortum. p.20.n.22
Iuramentum non ligat, ſi non ſolum iuramentum, ſed etiam contractus præſumatur doloſus. pag.21.n.35
Iuramentum non obligat ſuper contractu, quia præſumitur à ſtatuto doloſus. p.15.n.28
Iuramentum non poteſt deferri ex officio. pag.154. num.48
Iuramentum non poteſt probari per inſtrumentum. p.15.n.29
Iuramentum non poteſt tolli per ſtatutum expreſsè. p.21.n.31
Iuramentum poteſt ſanare plures defectus. pag. 86. num.6
Iuramentum primum teſtis, an ſecundum attendi debeat. p.63.n.47
Iuramentum quando ſanet plures defectus. pag. 19. num.8
Iuramentum ſemper eſt ſeruandum quoties poteſt ſeruari ſine diſpendio ſalutis æternæ p.22.n.51
Iuramentum ſuper impedimento à ſolo iudice præſtandum. p.72.n.48
Iuramentum tollit defectum inſinuationis donationis. p.86.n.5
Iuramentum validat contractus nullos. pagin. 15. num.26
Iuramentum viri boni probat rem ſibi fuiſſe furto ſublatam. p.154.n.46.
Iurandi facultas tranſmittitur ad hæredes. pag. 90. num.84
Iurans nulliter tamen contraueniens fit periurus. p.20. num.23
Iurans ſeruare contractum poteſt conueniri coram Epiſcopo pro obſeruantia. p.21.n.44
Iurans tenetur ſeruare contractum etiam inualidum. p.20.n.18
Iuranti ſuper impedimento non ſtatur,niſi aliàs ſit idoneæ fidei. p.72.n.57


Iuris


Iuris communis beneficia perdunt banniti. pag.173. num.39
Iuriſdictio reuertitur ad iudicem à quo,deſerta appellatione. p.75.n.95
Iuriſdictionem in Eccleſia laici exercere non poſſunt. p.145.n.52
Iuriſdictionem tribuit ſolitum, & conſuetudo. pag.11. num.17
Iuris gentilitij ſunt incapaces qui non ſunt de familia. p.9.n.60
Iuriſpatronatus erectio debet fieri cum Epiſcopi conſenſu. p.216.n.34
Iuriſpatronatus erectio plus attenditur quàm fundatio. ibid.n.35
Iuriſpatronatus ex fundatione,& ex priuilegio differentia. p.163.n.19
Iuriſpatronatus fundatio præſumitur ex antiquitate temporis. p.377.n.24
Iuriſpatronatus immemorabilis poſſeſſio non prodeſt quando conſtat ex priuilegio. p.164.n.21
Iuriſpatronatus pertinentia debet probari, alioquin præſentatio non admittitur. p.215.n.9
Iuriſpatronatus qualitas attenditur ex fundatione. pagin.215.n.11
Iuriſpatronatus quæſtio non facit beneficium litigioſum. p.388.n.21
Ius accreſcendi datur inter coniunctos verbis. pag.87. num.32
Ius accreſcendi habet locum etiam inter fideicommiſſarios. p.129.n.33
Ius accreſcendi non procedit in contractibus. pag.90. num.76
Ius accreſcendi quomodo locum habeat in diſpoſitionibus inter viuos. ibid.n.79
Ius antiquum relictum in ius nouum debet ſeruari. p.227.n.57
Ius congrui quomodo tranſeat in alium. p.17.n.55
Ius fiſci quomodo poſſit allegari. p.270.n.38
Ius noſtrum ſine facto noſtro à nobis auferri non poteſt. p.129.n.41
Ius perſonale non tranſit ad hæredem. p.8.n.57
Iuſpatronatus an admittat ſpurios. p.217.n.38
Iuſpatronatus an ſit hæreditarium,vel gentilitium pendet ab obſeruantia. p.137.n.13
Iuſpatronatus an tranſeat ad legitimatos. pagin.163. num.18
Iuſpatronatus caſatæ illorum de Buſſolis Regienſium. p.213.n.1
Iuſpatronatus conceditur laicis ex gratia. pag. 365. num.32
Iuſpatronatus conceſſum, vt ſit ex dotatione, an dicatur ex priuilegio. p.162.n.3
Iuſpatronatus debet probari ex dotatione, vel fundatione. p.376.n.1
Iuſpatronatus deficientibus maſculis tranſit ad fœminas,& extraneos. p.163.n.9
Iuſpatronatus de ſui natura tranſit etiam ad hæredes extraneos. p.137.n.4
Iuſpatronatus deuoluit ad Epiſcopum eo modo, quo erat apud patronum. p.111.n.11
Iuſpatronatus deuoluit ad ordinarium, ſiue per negligentiam, ſiue per extinctionem patronorum. ibid. num.8
Iuſpatronatus dicens eſſe gentilitium,debet id probare. p.137.n.5
Iuſpatronatus dicitur ex priuilegio, etiamſi in conceſſione dicatur ex vera fundatione. p.162.n.2
Iuſpatronatus eſt diuiſibile. p.111.n.3
Iuſpatronatus eſt indiuiduum,& apud omnes inſolitum. p.138.n.25
Iuſpatronatus, & feudum parificantur in modo ſuccedendi. p.219.n.71
Iuſpatronatus ex priuilegio quamdiu duret. p.163.n.6
Iuſpatronatus ex priuilegio dicitur, quando non æquipollet conceſſioni. p.162.n.1
Iuſpatronatus ex priuilegio quando ceſſet. pag.163. num.14
Iuſpatronatus ex priuilegio ſunt reuocati. ibid.n.20
Iuſpatronatus extincta familia,an tranſeat ad extraneos, vel ad Ordinarium. p.111.n.11
Iuſpatronatus extinguitur linea extincta. pagin. 163. num.5
Iuſpatronatus fama multùm probatur. p.377.n.18
Iuſpatronatus familiare non admittit ſpurium etiam legitimatum. p.217.n.48
Iuſpatronatus fit diuiduum per concurſum patronorum. p.138.n.27
Iuſpatronatus fundatur ex ſolis præſentationibus in antiquis. pag.377.n.26
Iuſpatronatus gentilitium admitit fœminas deficientibus maſculis. p.138.n.21
Iuſpatronatus gentilitium extincta familia tranſit ad extraneos. p.378.n.41
Iuſpatronatus gentilitium extincta familia tranſit ad hæredes extraneos. p.365.n.32
Iuſpatronatus gentilitium non egreditur familiam, & quando. ibid.n.30
Iuſpatronatus hæreditarium admittit etiam fœminas. p.138.n.20
Iuſpatronatus hæreditarium eſt quod ſeruatur pro hæredibus, & ſucceſſoribus. p.30.n.1
Iuſpatronatus hæreditarium quandoque dicitur familiare,donec eſt in familia. p.157.n.6
Iuſpatronatus hæreditarium tranſit ad legitimatum à Papa. p.379.n.61
Iuſpatronatus hoſpitalis datur, & quomodo procedat. ibid.n.50
Iuſpatronatus in dubio præſumitur hæreditarium, non gentilitium. p.137.n.3
Iuſpatronatus in dubio præſumitur hæreditarium, & ad extraneos tranſitorium. p.378.n.40
Iuſpatronatus in priuatis non requirit maiorem probationem nunc, quàm faceret ante Concilium Tridentinum. p.376.n.13
Iuſpatronatus laicis ex gratia conceditur. pagin. 216. num.30
Iuſpatronatus maſculorum deficientibus maſculis tranſit ad fœminas. p.365 n.32
Iuſpatronatus non acquiritur ex dotatione, vel fundatione ſine Epiſcopi conſenſu. p.216.n.33
Iuſpatronatus non acquiritur niſi ſecundùm diſpoſitionem fundatoris. p.216.n.26
Iuſpatronatus probatur præſentationibus effectum ſortitis per 40.annos. p.376.n.15
Iuſpatronatus non cadit in iurepatronatu laicali, & priuato. ibid.n.5
Iuſpatronatus non tranſit ad filios niſi hæredes. p.378. num.34
Iuſpatronatus non tranſit in hæredem inſtitutum in rè certa,& quando. p.139.n.29
Iuſpatronatus non vacat extante aliquo hærede.p.366. num.35
Iuſpatronatus pendet à conceſſione Eccleſiæ.pag.216. num.31
Iuſpatronatus perditur extincta linea, excluſo fiſco. pag.219.n.69
Iuſpatronatus poteſt remitti in totum, vel in parte. p.164.n.22
Iuſpatronatus præſumitur potiùs hæreditarium quàm gentilitium. pag.365.n.31
Iuſpatronatus probatur duabus enunciatiuis,non vnica. pag.377.n.21
Iuſpatronatus probatur enunciatiuis in antiquis. ibid. n.19


Iuſpatronatus

Iuſpatronatus probatur ex præſumptionibus centum annorum. p.376.n.2
Iuſpatronatus probatur literis inſtitutionis Epiſcopi. p.377.n.22
Iuſpatronatus probatur ſententiis,& confeſſionibus ordinariis. p.377.n.23
Iuſpatronatus pro maſculis tantùm, an admittat fœminas. p.138.n.29
Iuſpatronatus pro maſculis tantùm ceſſat maſculis non extantibus. p.163.n.10
Iuriſpatronatus qualitas vltima attenditur. pagin.165. num.31
Iuſpatronatus quomodo tranſeat ad legitimos. p.377. num.30
Iuriſpatronatus ſucceſſio fit in ſtirpes,non in capita.pagin.137.n.12
Iuriſpatronatus titulus præſumitur in præſentationibus effectum ſortitis per centum annos. p.376.n.17
Iuſpatronatus tranſit ad hæredes extraneos, etiam ſine diſpenſatione Apoſtolica. ibid.n.12
Iuſpatronatus tranſit ad hæredes vltimi de linea extincta. p.163.n.8
Iuſpatronatus tranſit etiam ad fœminas. pagin.365. num.28
Iuſpatronatus tranſit de ſui natura ad hæredes etiam extraneos. ibid.n.27
Iuſpatronatus vacat mortuo patrono ſine hærede.p.366. num.34
Ius præſentandi datur in hoſpitali Religioſo. pag.379 n.52
Ius in inuitum redditur. p.177.n.94
Ius quæſitum præſeruatum cenſetur. p.388.n.18
Ius quæſitum quomodo impediat tranſmiſſionem in alterum.p.87.n.32
Ius quomodo ſit reuocabile ex parte acceptantis, non dantis. ibid.n.18
Ius retrahendi eſt perſonale, & poteſt cedi. pagin.16. n.36
Ius ſedilium tranſit etiam ad fœminas. p.365.n.29
Ius ſtatim quæritur ſubſtituto per contrauentionem hæredis. p.40.n.61
Ius ſuperueniens ex cauſa de præterito prodeſt áctori. p.80.n.8.
Ius tertij quando poſſit allegari. p.271.n.57

L

Laici ex gratia poſſunt habere vſum ſedilium in Eccleſia ad inſtar iuriſpatronatus. p.365.n.23
Laici an in Eccleſia poſſint dicere, Iſte locus eſt meus. p.365.n.25
Laici non poſſunt habere ius ad ſedendum in ſcamnis, aut ſtallis Eccleſiæ. p.6.n.1
Laici non poſſunt onera imponere bonis Clericorum patrimonialibus. p.94.n.17
Laici non poſſunt præiudicare Eccleſiæ primariò, neque ſecundariò. p.53.n.66
Laici poſſunt grauare bona patrimonialia Clericorum. p.93.n.2
Laici ſunt incapaces iuris ſedendi in Eccleſia, & in eo manutenendi. p.8.n.54
Laicus conuenitur in foro Eccleſiæ, etiam ratione perſonæ. p.211.n.49
Laicus eſt manutenendus in vſu ſtalli in Eccleſia.p.365. num.17
Laicus gaudet beneficio Clerici in connexis. pag.205. num.41
Laicus iudex non poteſt ſequeſtrare bona Clerici. p.208.n.3
Laicus nominans Clericum in Dominum liberatur. p.210.n.35
Laicus non conuenitur in foro Eccleſiæ,ſi negatur rem eſſe Eccleſiæ. p.211.n.50
Laicus non eſt iudex competens inter Clericum & gabellarium. p.117.n.34
Laicus ligatur ſtatuto ſæculari reſpectu iuris vniti cum Clericis. p.205.n.42
Laicus non poteſt Iuriſdictionem in Eccleſia exercere. p.143.n.38
Laicus poteſt cogi à iudice Eccleſiaſtico ad reddendum depoſitum. p.306.n.8
Laicus poteſt ſe ſubmittere iuriſdictioni iudicis Eccleſiaſtici. ibid.n.7
Laicus quando conueniatur in foro Eccleſiæ per actionem realem,vel perſonalem. p.211.n.63
Latitare reus præſumitur quando factâ diligentiâ non reperitur. p.123.n.18
Latro plus deliquit quàm fur. p.352.n.24
Latro ſi ſit Sacerdos, degradari debet. ibid.n.21
Lector ſacræ Scripturæ, vel Magiſter Grammatices debet eſſe in Eccleſiis. p.296.n.24
Legata ab hæredibus ſunt implenda, & perſoluenda. p.102.n.16
Legata admittunt latam interpretationem. pag.397. num.17
Legata ad pias cauſas valent, hæreditate etiam non adita. p.98.n.18
Legata alicui pro dote an poſſint cedi, ſi illa puella ingrediatur Monaſterium. p.397.n.13
Legata annua tot ſunt, quot ſunt anni. pag. 102. num.17
Legata diminuuntur ad ratam, ſi hæreditas non eſt ſoluendo. p.189.n.18
Legata ſi abſorbeant longè hæreditatem, an etiam pia ſint diminuenda. p.97.n.10
Legatarij priuilegium non debet redundare in damnum hæredis. p.101.n.1
Legatario an poſſit denegari executio legati occaſione falcidiæ. p.102.n.30
Legatarios ſatis eſt proprio falcidiæ onere grauari. p.101.n.9
Legatarius pro conſequendo legato habet executionem paratam. p.102.n.29
Legati cauſa ceſſante, ceſſat legatum. p.106.n.4
Legati de latere habent limitatam iuriſdictionem ad cauſas appellationis. p.31.n.44
Legati, & alij non poſſunt ad ſe auocare cauſas Ordinariorum. p.31.n.48
Legati, & alij quid ſeruare debeant in admittendis appellationibus,& inhibendis. p.29.n.7
Legati magna poteſtas, & an poſſit adiri per viam querelæ. p.124.n.34
Legati non debent præiudicare Ordinario ex ſua iuriſdictione. p.53.n.66
Legati non poſſunt cauſas Ordinariorum in prima inſtantia ad ſe auocare. p.124.n.38
Legati reſiduum peti poteſt poſt mortem teſtatoris. p.106.num.7
Legati ſoluendi onus ſpectat ad hæredem. p.392.n.8
Legato cauſam adiectam ſufficit ſemel impleri. p.106. num.3
Legato à latere datur appellatio. p.124.n.41
Legatum ad pias cauſas an diminuatur cum aliis, deficiente hæreditate. p.189.n.19
Legatum alicui pro carnali matrimonio debetur etiam Monaſterium intranti. p.396.n.7
Legatum an compenſetur in legato,quando neceſſe eſt alienare ſtabilia. p.289.n.51
Legatum annuum debetur etiam ab hæredibus ſubſtitutis. p.102.n.18
Legatum annuum debet ſolui de fructibus hæreditatis. p.110.n.34
Legatum annuum Eccleſiæ factum non extenditur vltra 100.annos. p.108.n.11



Legatum annuum, & vſusfructus pacificantur. ibid.n.4
Legatum annuum Miſſarum quandiu duret. pag.110. num.35
Legatum annuum perpetuum durat per infinita ſæcula. p.107.n.12
Legatum cenſetur factum animo compenſandi ob clauſulam, quod ſit tacitus legato. p.410.n.76
Legatum certæ quantitatis non minuitur per adiectionem cauſæ. p.106.n.8
Legatum concubinæ factum remanet penes hæredem. p.286.n.11
Legatum cum tempore an præſumatur conditionale. p.190.n.10
Legatum dotis cenſetur extinctum, ſi teſtator viuens mulierem ſic dotauit. p.107.n.16
Legatum confirmatur, non tollitur per implementum cauſæ. p.106.n.9
Legatum dotis cuius ſit conditionis ſecuto matrimonio. p.107.n.14
Legatum dotis in pecunia non compenſatur cum legato ſpeciei. p.288.n.44
Legatum dotis integrum debetur etiamſi mulier in vita teſtatoris ſe dotauerit. p.107.n.20
Legatum dotis quando cenſeatur ſubrogatum loco legitimæ. p.190.n.18
Legatum dotis ſtante ſtatuto an tranſmittatur ad hæredes. ibid.n.17
Legatum æquale debito voluntario compenſatur in eo. p.289.n.49
Legatum eſt diminutio hæreditatis. p.102.n.20
Legatum factum ab vxore marito computatur ei in lucrum dotale. p.287.n.20
Legatum factum alicui ſi Religionem ingredietur, non dabitur nubenti carnaliter. p.400.n.52
Legatum factum Claritiæ habitanti in tali Parochia, cui debeatur. p.56.n.39
Legatum factum concubinæ illicitæ an ſit ipſo iure nullum. p.270.n.27
Legatum factum concubinæ illicitæ an ſit ipſo iure nullum. p.168.n.3
Legatum factum creditori ex cauſa voluntaria an admittat compenſationem. p.287.n.24
Legatum factum de bonis teſtatoris non compenſatur cum credito legatarij. p.288.n.45
Legatum factum Eccleſiæ vel ciuitati, in ſingulos annos extinguitur centum annis. p.108.n.2
Legatum filiæ factum compenſatur cum dote ei debita. p.286.n.1
Legatum hæredibus hæredum eſt infinitum. pagin.110. n.33
Legatum Miſſarum an ſit infinitum, cognitio eſt iudicis Eccleſiaſtici. p.110.n.38
Legatum integrum dotis non poteſt conſequi mulier, quæ fecit finem generalem. p.107.n.21
Legatum factum incertis pro matrimonio non differt à legato facto certæ perſonæ. p.397.n.10
Legatum mille factum puellæ ſi nupſerit, & quinque ſi non maritabitur, valet vt ſonat. p.396.n.5
Legatum mille ſub conditione nubendi non poteſt dari ei, cui 500. ſunt relicta ſi monachabitur.pag.399. num.45
Legatum nouum cenſetur nouum onus hæredibus impoſitum. p.102.n.21
Legatum non compenſatur cum debito perſonæ coniunctæ. p.288.n.46
Legatum non compenſatur cum debito plurium quando in vno teſtator mandauit compenſari. pag.289. num.52
Legatum non fit conditionale, ſi tempus non adiicitur ſubſtantiæ legati. p.190.n.6
Legatum ob cauſam, cauſa finita extinguitur. p.106.n.1
Legatum perſonæ etiam incertæ pro nuptiis poteſt dari etiam nubenti ſpiritualiter. p.396.n.9
Legatum pinguius compenſatur cum debito voluntario,& quando. p.288.n.47
Legatum pium ad cuius damnum exigit falcidiam. pagin.101. num.8
Legatum pium quod poteſt impleri in forma ſpecifica non poteſt ab eo commutari. p.400.n.50
Legatum pro dotanda ſic intelligitur de matrimonio ſpirituali,ſicut de carnali. p.397.n.12
Legatum pro dote peti poteſt etiamſi mulier fuerit dotata cum minori dote. p.106.n.6
Legatum pro dote quando tranſmittatur ad hæredes. p.190.n.9
Legatum pro maritandis puellis non poteſt dari virgini Religionem profitenti. p.396.n.8
Legatum pro maritanda puella, & legatum pro dote quomodo differant. p.106.n.11
Legatum pro Miſſis quotannis in perpetuum celebrandis,ſemper durat. p.107.n.15
Legatum pro maritanda puella vel dote ipſius nihil differunt. p.395.n.3
Legatum pro nuptiis non poteſt applicari Religionem ingredienti propter coniecturas. p.400.n.47
Legatum puellæ relictum ſi nupſerit,ei debetur ſi Religionem ingrediatur. p.396.n.6
Legatum quid ſit. p.102.n.14
Legatum ſi non nupſerit intelligitur de matrimonio carnali. p.400.n.51
Legatum ſpeciei non computatur cum credito pecuniæ. p.288.n.41
Legatum vniuerſale, an dicatur relicta vna parte bonorum vni, & altera alteri. p.349.n.40
Legatum vnius monetæ non compenſatur cum credito alterius monetæ. p.288.n.41
Legatum factum pauperibus poteſt dari Eccleſiæ pauperi. p.398.n.26
Legatus de latere an poſſit adiri per viam querelæ. p.31.n.43
Legatus, & alij Superiores debent obſeruare caput *Romana*, de appellat. ibid.n.45
Legatus,& Metropolitanus quomodo debeant recipere appellationes. ibid.n.51
Legatus non poteſt adiri,niſi per viam legitimæ appellationis. p.124.n.35
Legatus non poteſt eximere ſubditum Ordinarij ab eius iuriſdictione. p.33.n.77
Legatus non ſtatuit contra ius, nec tollit appellationem. p.124.n.42
Legatus tenetur ſeruare Concilium Tridentinum de appellatione. ibid.n.36
Legem non comprehendere aliquem caſum ſufficit ad eam euitandam. p.315.n.13
Legem violat qui verbum ſeruat, & mentem contemnit. p.114.n.20
Leges ſunt intelligendæ ex mente, & ratione. ibidem num.22
Legis caſus quando habetur, nihil vlteriùs eſt quærendum. p.385.n.4
Legiſlatoris voluntas elicitur etiam ex coniecturis. pagin.119.n.19
Legitima an poſſit peti in aliis bonis, quàm alienatis. p.343.n.54
Legitima debetur vnà cum fructibus. p.393.n.27
Legitima eſt petenda etiam à fideicommiſſario vniuerſali. p.344.n.60
Legitima eſt velut æs alienum. p.344.n.63
Legitima etiam debita in pecunia debet ſolui cum fructibus. p.393.n.28
Legitima, & Trebellianica etiam non petita tranſmittitur ad hæredes. p.344.n.61
Legitima non debetur niſi petatur. ibid.n.59
Legitima non poteſt grauari. p.189.n.3

# Index Rerum Notabilium.


Legitima non poteſt detrahi de rebus alteri ſpecialiter legatis. p.348.n.35
Legitima non priuatur, qui contrauenerit menti teſtatoris. p.37.n.19
Legitima præſcribitur 30. annis abſque ſpe reſtitutionis. p.344.n.65
Legitima ſi non petatur, præſcribitur ſpatio 30. annorum. ibid.n.62
Legitimam vt filius conſequatur an poſſit inuadere poſſeſſionem hæreditatis. ibid.n.57
Legitimandi facultas pendet à priuilegio. pagin.218. num.60
Legitimandi facultatem reuocauit Pius V. quoad filios Clericorum. p.218.n.54
Legitimans non concedit plus quàm ſit in eius facultatibus. ibid.n.61
Legitimatio filiorum an fiat in matrimonio contracto *in articulo* mortis. p.302.n.41
Legitimatio in ampliſſima forma non prodeſt non legitimè natis, & quando. pag.219.n.63
Legitimatio non habet effectum antequam legitimatus probet ſe filium. p.215.n.10
Legitimatio non habet effectum, niſi legitimatus probet ſe filium eſſe legitimantis. p.139.n.34
Legitimatio non poteſt fieri ita, quod legitimatus non probet filiationem. ibid.n.35
Legitimatio Papæ tollit omnem maculam. pag.379. num.62
Legitimatio per reſcriptum eſt odioſa. p.219.n.65
Legitimatio probat contra legitimatum. p.215.n.19
Legitimatio ſecunda non valet, niſi faciat mentionem primæ. p.218.n.58
Legitimatio tollit omne obſtaculum iuris, vel facti. pagin.378.n.35
Legitimationis clauſula, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, quid operetur. p.220.n.90
Legitimatus ad hæreditatem ſuccedit etiam in iurepatronatu. p.377.n.32
Legitimatus à Papa, vel ab eius dependentibus, ſuccedit etiam in iurepatronatu. p.379.n.60
Legitimatus à Principe an ſuccedat in iurepatronatu. p.220.n.91
Legitimatus à Principe ſæculari an ſuccedat in patronatu. p.139.n.38
Legitimatus à Principe ſæculari per indirectum ſuccedit etiam in iurepatronatu Eccleſiaſtico. p.377.n.31
Legitimatus debet probare ſe filium, & à tali onere non poteſt liberari. p.215.n.17
Legitimatus excluditur vocatis legitimis, & naturalibus legitimè deſcendentibus. p.216.n.29
Legitimatus filius Clerici an ſuccedat in patronatu, vel aliis bonis. p.139.n.39
Legitimatus per conſequentiam ſuccedit in patronatu. p.218.n.52
Legitimæ conſequendæ cauſa datur retentio. pag.343. num.56
Legitimæ detractio an impediat immiſſionem fideicommiſſarij. p.344.n.72
Legitimæ, & Trebellianicæ detractio quando competat. p.348.n.32.
Legitimè nati, & legitimè deſcendentes idem ſunt. pagin.219.n.64
Legitimus contradictor in beneficialibus quandò dicatur. p.389.n.43
Læſio debet eſſe certa, vt minor reſtituatur. pag.230. num.12
Læſio in diuiſione quando conſideretur reſpectu rerum particularium. p.30.n.30
Læſio magna efficit, vt reformetur etiam diuiſio per ſortes. ibid.n.28
Læſio modica non conſideratur. p.230.n.13
Læſio non conſideratur in donatione. p.235.n.28
Læſio non datur vbi obligatio, vel remiſſio eſt reciproca. p.231.n.24
Læſio quanta eſſe debeat, vt detur minori reſtitutio, eſt iudici arbitrarium. p.4.n.44
Læſio vltra dimidiam, & in quantitate citra dimidiam non reſcindit contractum. p.232.n.6
Læſio vt cognoſcatur debet conſiderari totus contractus. ibid.n.7
Læſio vt probetur, debet conſiderari totus contractus. p.231.n.25
Læſionis enormiſſimæ effectus. p.412.n.113
Læſionis ratio in quibus contractibus non habeatur. pag.26. n.23
Læſus non dicitur, qui ſuo facto damnum ſentit. p.233. num.18
Lex exorbitans non extenditur. p.17.n.54
Lex accommodatur ad ea, quæ frequentiùs accidunt. p.385.n.8
Lex extenditur per rationem generalem. p.399.n.42
Lex fauorabilis eſt extendenda, & latè interpretanda. p.359.n.59
Lex generaliter loquens indiſtinctè eſt intelligenda. p.385.n.6
Lex inobedientem teſtatori non punit, niſi præuia monitione. p.:8.n.3
Lex ipſo facto ligans quando obliget ante ſententiam iudicis. p.83.n.17
Lex non ligat niſi fuerit vſu recepta. p.278.n.53
Lex perſonalis non extenditur de caſu ad caſum. p.56. num.37
Lex poteſt acceptari in vna parte, & in alia non. p.278. num.54
Lex præſumitur vſu recepta. p.262.n.74
Lex, *ſicut emptio*, §. fin. ff. locat. quomodo intelligatur. p.158.n.55
Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, etiam in pœnalibus. p.119.n.16
Lex vbi non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus. p.315.n.12
Libera res omnis præſumitur. p.254.n.6
Libertati beneficiorum fauendum eſt. p.165.n.33
Licentia alloquendi Moniales à ſolo Epiſcopo ſubſcribenda de conſuetudine. p.120.n.32
Licentia concedendi ſecundum matrimonium quid requirat. p.58.n.62
Licentia conſumitur prima vice. p.121.n.48
Licentiæ forma non ſeruata totus actus corruit. p.262. num.78.
Licentia Ordinarij de contrahendo matrimonio inducit bonam fidem. p.55.n.10
Licentia pro Monialibus data conſanguineis quamdiu duret. p.121.n.54
Licentia vbi requiritur, debet actum præcedere. pag.62. num.34
Limitata cauſa limitatum producit effectum. pag.277. num.39
Linea non durante maſculorum, non admittuntur illi alterius lineæ. p.408.n.63
Liquida res non admittit compromiſſum niſi ſit expreſſum. p.203.n.17
Liquidatio intereſſe eſt neceſſaria. p.157.n.57
Liquidatio ſuſtinet illicitam intereſſe taxationem. ibid. num.39
Liquidum dicitur, de quo extat res iudicata. pag.204. num.25
Liquidum negotium dicitur ſi conſtat per inſtrumentum. p.203.n.18
Lis dicitur eſſe ſuper titulo, & proceditur in prima inſtantia vigore clauſulæ, *quam*, *& quas*. pagin.388. n.30
Lis dicitur extincta per ceſſionem factam ad fauorem poſſeſſoris, vel adepta poſſeſſione per ceſſionarium. pagin.390. num.50
Lis dicitur introducta per ſolam citationem legitimè executam. p.387.n.1
Lis extinguitur per mortem collitigantis. p.389.n.45
Lis extinguitur per ceſſionem, & renunciationem litis etiam abſente parte. ibid.n.44
Lis finitur per mortem vtriuſque litigantis. pag.390. num.52
Lis finitur per ſententiam, & rem iudicatam, & quando. p.387.n.5
Lis finitur vna parte cedente, & altera moriente. p.390. n.53.
Lis inter præſentantes non facit beneficium litigioſum, ſed benè ſuper titulo beneficij. p.388.n.19
Lis inter compatronos, quando non efficiat beneficium litigioſum. ibid.n.20
Lis non finitur per ceſſionem vnius ex collitigantibus. p.387.n.6
Lis quando non finiatur per ceſſionem, vel ſic. pag.390. num.56
Lis quādo ſuper titulo beneficij eſſe dicatur. p.389.n.40
Lis ſuper iure præſentandi non facit beneficium litigioſum. p.388.n.29
Lis ſuper præſentatione facit beneficium litigioſum. p.388.n.24
Lis ſuper ſtatu beneficij non facit illud litigioſum, ſed ſuper titulo, & proprietate. ibid.n.23
Lis vt finiatur per ſolam ceſſionem oportet quod poſſeſſio acquiratur ceſſionario. p.390.n.54
Litteræ miſſiuæ quomodo probentur, & recognoſcantur. p.225.n.24
Litteræ quædam Eminentiſſimi Cardinalis Galli declarantur. p.148.n.25
Lite exiſtente inter compatronos, mortuo vno ex præſentatis licet alium præſentare. p.388.n.22
Lite exiſtente inter præſentatos non licet patronis alium præſentare in locum mortui. ibid.n.25
Lite exiſtente inter præſentatos, ius præſentantis rapit ius præſentati. p.389.n.36
Lite extincta per ceſſionem vnius, & mortem alterius, Ordinarius poteſt conferre. ibid.n.46
Lite pendente nihil eſt innouandum. p.254.n.13
Lite principaliter extincta inter patronos, acceſſus præſentatorum, non facit beneficium litigioſum. p.388. num.26
Liti renuncians præſumitur nullum ius fouere. pag.391. num.66
Litigans in vno loco debet ſeruare ſtylum, & ordinationes illius loci. p.342.n.42
Litigioſi vitium ceſſat lite exiſtente inter patronos. pagin.389.n.41
Litigioſum non fit beneficium præſentatis ad litem patronorum acceſſoriè venientibus. p.388.n.28
Liuellarius tenetur oſtendere confines rei liuellatæ. p.261.n.71
Locatio longa eſt eadem cum emphyteuſi. pag.263. num.85
Locatio vltra tempus permiſſum, an in totum annulletur. p.262.n.79
Locationis, & emphyteuſis eadem ratio. pagin.263. num.86
Locator, vel dominus tenetur ſoluere collectas. p.363. num.47
Locator non tenetur remittere penſionem niſi per damnum intolerabile. p.326.n.35
Locus publicus in iis, quæ fieri ſolent ſecretò, arguit falſitatem. p.249.n.42
Longobardi quomodo ab Italia eiecti. p.420.n.20
Longobardi vnde dicti ſint. ibid.n.19
Lucra omnia quando communicentur in ſocietate. pagin.234.n.10
Lucrum an debeatur in mutuo ante moram. p.155.n.2
Lucrum dotis debet communicari inter ſocios vniuerſales. p.234.n.2
Lucrum poteſt recipi etiam in mutuo ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis. p.155.n.1
Lucrum quando liceat initio taxare. p.156.n.8


## M


MAgiſter abſens quando priuetur diſtributionibus. p.295.n.17
Magiſter Canonicus quomodo per alium docere poſſit. p.298.n.46
Magiſter ſcholæ in abſentia poteſt percipere diſtributiones. p.297.n.37
Maioratus in ſuccedendo æquiparatur iuripatronatus. p.219.n.72
Maior vigintiquinque quomodo in integrum reſtituatur. p.78.n.8
Mala fides vera nunquam poteſt purgari. pagin.411. num.99
Mala fides vera oritur ex ſcientia iuris alieni. ibidem num.100
Maledicere certæ perſonæ eſt iniuria. p.236.n.22
Mandans in atrocioribus punitur etiam ſi verè non conſtet de mandatario. p.237.n 43
Mandans non poteſt inquiri, niſi verè, & plenè conſtet de mandatario. ibid.n.42
Mandans ſolet inquiri etiamſi planè non conſtet de mandatario. p.238.n.45
Mandanti non exequenti actus tribuitur. pagin.17. num.47
Mandatarij an probent contra mandantem. pagin.15. num.19
Mandatarius poteſt facere etiam vicina, vel contigua mandato. p.399.n.44
Mandatarius ſi ignoretur, an poſſit procedi contra mandantem. p.237.n.44
Mandati fines non excedit qui illud pinguius non adimplet. p.397.n.19
Mandati iudicium ceſſat, ſi non adeſt cauſa delicti. pagin.247.n.10
Mandati præſumptio excluſiua. p.249.n.41
Mandatum ad vnguem eſt ſeruandum. p.397.n.15
Mandatum de manutenendo conceditur etiam in rebus incorporalibus. p.42.n.2
Mandatum de manutenendo eſt de poſſeſſoriis leuioribus. p.46.n.10
Mandatum de ſubrogando habens quomodo ſuccedat in ius defuncti p.388.n.16
Mandatum generale, & ſpeciale quale dicatur. pag.3. n.20
Mandatum in delictis non præſumitur niſi probetur. p.235.n.1
Mandatum inter patrem, & filium ad delinquendum ſecretò dari ſolet. ibid.n.3
Mandatum non cenſetur datum illi, qui habet propriam occidendi cauſam. p.247.n.9
Mandatum non cenſetur datum niſi coniuncto maxima amicitia. p.249.n.46
Mandatum non important verba *hortatoria*. pag.247. num.8
Mandatum non præſumitur. p.246.n.3
Mandatum non præſumitur datum ei, qui erat aliter facturus. p.249.n.47
Mandatum poteſt adimpleri per æquipollens. p.398.n.21
Mandatum quando faciat indicium ad torturam. p.238. num.47
Mandatum quomodo præſumatur propter inimicitiam. p.237.n.27
Mandatum vt præſumatur ex inimicitia tria copulatiuè requiruntur. p.236.n.23
Manutenendus eſt beneficiatus etiam ſine oſtenſione

ſione tituli. pag.42. num.3
Manutenendus eſt etiam qui precariò poſſidet. p.337. num.24
Manutenendus eſt hæres in poſſeſſione illarum rerum, quarum tenutam cœpit. p.365.n.21
Manutenendus eſt patronus in quaſi poſſeſſione præſentandi. p.376.n.7
Manutenendus eſt qui à iudice immiſſus eſt. pag.345. num.81
Manutenendus eſt ſimplex detentor. p.43.n.40
Manuteneri debet quis in poſſeſſione ſtalli, vel ſcabelli in Eccleſia. p.364.n.13
Manuteneri petens cenſetur allegare titulum adminiculatiuè. p.6.n.12
Manuteneri petens eſt reus ſi obtineat. p.291.n.22
Manuteneri petens probare debet ſe fuiſſe in poſſeſſione tempore litis, vel antè. p.42.n.6
Manuteneri petens non præſumitur ſe habuiſſe pro ſpoliato. p.43.n.28
Manutentio an detur ſucceſſori. p.167n.22
Manutentio concedenda poſſeſſori qui ſe non habuit pro ſpoliato. p.166.n.2
Manutentio conceditur etiam iniuſto detentori. p.342. num.25
Manutentio cui detur. p.167.n.21
Manutentio datur Abbati ex ſola poſſeſſione de tempore motæ litis. p.426.n.78
Manutentio datur ei, qui ſuam poſſeſſionem probauit per vnicum teſtem. p.166.n.6
Manutentio datur etiam in rebus ſpiritualibus, & iuribus incorporalibus. p.336.n.19
Manutentio datur etiam in ſpiritulibus in ſtatu de tempore motæ litis. p.426.n.75
Manutentio datur etiam ſucceſſori percipiendi diſtributiones. p.42.n.5
Manutentio datur exiſtenti in poſſeſſione, vt non viſitetur. p.429.n.115
Manutentio datur ex poſſeſſione anteceſſoris. pag.426. n.77
Manutentio datur hæredi ex ſolo ſtatuto de conſeruanda poſſeſſione. p.268.n.5
Manutentio datur laicis ſedendi in Eccleſia. pag. 6. num.9
Manutentio datur poſſeſſori etiam in ſpiritualibus. p.369.n.12
Manutentio datur proprietario, vbi conſtat de eius bono iure. p.200.n.45
Manutentio eſt danda nudo etiam poſſeſſori, & detentori. p.341.n.20
Manutentio etiam datur pro iis, quæ veniunt in conſequentiam. p.7.n.28
Manutentio, & quatenus opus ſit, immiſſio poteſt peti. p.342.n.34
Manutentio non cadit in actibus facultatiuis. p.364. num.7
Manutentio non competit ei, qui ſe habuit pro ſpoliato. ibid.n.11
Manutentio non datur ei, de cuius non iure liquet. ibid. num.8
Manutentio non datur exceptionem ſententiæ paſſo, niſi grauamen iniuſtum ſit. p.342.n.38
Manutentio non datur paſſo executionem ſententiæ, etiamſi ſit dubium, an ea iuſta ſit. p.345.n.79
Manutentio non datur poſſeſſori, ſi euidenter conſtat de vitio poſſeſſionis, & titulo iniuſto. p.373.n.72
Manutentio non datur prædoni, ſi conſtat eſſe prædonem. ibid.n.74
Manutentio non datur niſi poſſidenti. p.364.n.10
Manutentio non eſt lis, ſed litis præparatorium. p.203. n.6.
Manutentio non impeditur ex iuribus non liquidis, & non notoriis. p.44.n.47
Manutentio non impeditur niſi exceptio ſt aruti probetur. p.201.n.67
Manutentio non impeditur per decretum. pag.43. num.39
Manutentio non impeditur per iura turbida. pag.269. num.8
Manutentio non poteſt dari ei, qui petit immiſſionem. p.342.n.36
Manutentio poſſeſſionis datur propter vnicam etiam ſolutionem. p.171.n.5
Manutentio quando non poſſit expediri, niſi cum negotio principali. p.345.n.80
Manutentio quomodo detur ciuili poſſeſſori. p.203. n.13
Manutentio tractat de modico præiudicio. pag.42. num.21
Manutentio, vt detur poſſeſſori, ſufficit, vt in petitorio poſſit docere de iuribus ſuis. p.44.n.44
Manutentio vt impediatur quomodo de iniuſta poſſeſſione appareat. p.43.n.37
Manutentio vt obtineatur ſufficiunt leuiores probationes. p.42.n.16
Manutentionem non impediunt detractiones faciendæ. p.345.n.77
Manutentionem non impediunt exceptiones turbidæ & altioris indaginis. p.201.n.66
Manutentionem petens præſumitur iura produxiſſe ad colorandum. p.7.n.20
Manutentionis ad effectum ſufficit vnus teſtis. pag.426 num.17
Manutentionis decretum admittit appellationem quando eſt notorium iniuſtum. p.47.n.13
Manutentionis decretum per modum interlocutoriæ eſt inappellabile. p.46.n.8
Manutentionis decretum trahit ſecum executionem. ibid.n.5
Manutentionis in iudicio non admittuntur exceptiones contra teſtes. p.42.n.19
Manutentionis iudicium non retardatur per exceptiones petitorium concernentes. p.171.n.6
Manutentionis mandatum datur proprietario, mortuo vſufructuario. p.197.n.10
Manutentionis remedium habet mixtam naturam retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis. ibid.n.12
Manutentionis effectus quomodo impediatur. p.290. num.8
Maritus de iure communi mortua vxore non lucratur dotem. p.287.n.28
Maritus non conuenitur ab vxore vltra quàm facere poſſit. p.99.n.26
Maritus tenetur ad onera rei dotalis. p.325.n.14
Maritus tenetur alere vxorem, & filios. pagin.325. n.15
Maſſarius Collegij quid poſſit. p.42.n.10
Mater an poſſit diſponere de dote inter filios, non obſtante ſtatuto. p.194.n.26
Mater non poteſt præiudicare filiis in emphyteuſi ab ea pro eis etiam empta. p.161.n.16
Matrimonij contrahendi licentiam petens cenſetur priùs non contraxiſſe. p.62.n.33
Matrimonij eſſentiam non reſpiciunt publicationes. p.64.n.61
Matrimonio quomodo Parochus, & teſtes debeant eſſe præſentes. p.61.n.29
Matrimonio ſpirituali magis fauendum, quàm temporali. p.398.n.23
Matrimonium carnale, & ſpirituale æquiparantur à iure. ibid.n.22
Matrimonium carnale factum in articulo mortis non valet. p.298.n.3
Matrimonium coram Parocho, & teſtibus eſt validum, etiam ſine publicationibus. p.63.n.59
Matrimonium contrahentes ſine publicationibus & ſine ritu Eccleſiæ ſunt puniendi. p.60.n.6
Matrimonium dicitur contrahere, qui Monaſterium ingreditur, ſicut nubens carnaliter. p.398.n.32
Matrimonium eſt genus comprehendens matrimonium carnale, & ſpirituale. ibid.n.31
Matrimonium eſt nullum, deficiente conſenſu. pag.60. n.16
Matrimonium eſt validum etiamſi teſtes, & Parochus diſſentiant. p.64.n.60
Matrimonium eſt, vbi dicitur: *Accipio te in virum meum.* p.60.n.4
Matrimonium facit conſenſus, non copula. pagin.302. num.40
Matrimonium in articulo mortis factum, an excludat ſubſtitutum. p.300.n.17
Matrimonium in articulo mortis legitimat filios in conſequentiam neceſſariam. p.302.n.42
Matrimonium non præſumitur quis contrahere ſine ſolemnitatibus. p.60.n.11
Matrimonium ſecundum contrahendum cum bona, vel mala fide, quomodo tractandum. p.55.n.11
Matrimonium ſecundum contrahens primo non reſoluto Inquiſitoribus an ſubiiciatur. p.58.n.72
Matrimonium ſecundum eſt punibile etiamſi primum inualidum fuerit. p.60.n.5
Matrimonium ſecundum fuiſſe contractum durante primo, ad quem ſpectet cognitio. ibid.n.71
Matrimonium ſecundum ſi contrahitur cum licentia Ordinarij quid dicendum. p.55.n.8
Matrimonium ſecundum vt contrahi poſſit, certum requiritur de morte viri nuncium. p.54.n.1
Matrimonium tam carnale, quàm ſpirituale in articulo mortis factum validum eſt. p.300.n.13
Matrimonium vel potiùs ſponſalia velle contrahere, quomodo præſumatur. p.62.n.32
Medium inhabile impedit extrema coniungi. pag.214. num.4
Melioramenta, & damna quando debeantur re euicta. p.222.n.11
Melioramentorum in liquidatione quid attendendum. p.200.n.49
Meliorationes quando dent ius retinendi. ibid. numer.48
Melius eſt nihil operari, quàm quod abſurdum ſequatur. p.410.n.82
Meliùs qui facit, nihil diuerſum facere videtur. p.398. num.25
Menochius de bannitis loquens declaratur. pag.174. num.45
Menochius declaratur. p.199.n.27
Menſura non poteſt fieri poſt tempus conuentum. pagin.233.n.24
Menſura regulatur à partium conuentione. ibid.n.25
Menſura terræ venditæ intra tempus quantum fieri poſſit. p.232.n.11
Menſuratio terræ debet fieri parte citata ſuper loco differentiæ. ibid.n.8
Menſurationi fiendæ poteſt renunciari. p.232.n.12
Menſuræ poteſt renunciari tacitè. p.233.n.23
Merita donatariæ quomodo probentur. p.26.n.30
Meretrix an habeat actionem ad mercedem. pag.272. num.68
Metropolitanus non habet iuriſdictionem in cauſis Suffraganeorum, niſi in appellatione. p.31.n.36
Metropolitanus non poteſt ad ſe auocare cauſas Ordinariorum. p.30.n.22
Metropolitanus nullo caſu poteſt adiri per viam querelæ. p.30.n.35
Metus probatur coniecturis. p.182.n.32
Metus probationes ex quibus inducantur. ibid.n.31
Metus qualis requiratur in egrediente Eccleſiâ, vt retineat immunitatem. pag.182.num.28
Miles eſt incapax penſionis. p.83.n.13
Militari habitu vtens priuatur poſſeſſione. ibid.n.6
Militia aſſumpta facit vacare beneficia. ibid.n.7
Militis concubina eſt incapax. p.270.n.43
Minarum cauſa probata ſolet etiam deueniri ad torturam. p.237.n.37
Minas an quis ſolitus ſit exequi ſuppletur ex alio adminiculo. ibid.n.35
Minas ſolere exequi, vel poſſe parificantur. ibid.n.33
Minæ adminiculatæ faciunt indicium ad torturam. p.237.n.30
Minæ cum adminiculis ſunt indicium ad torquendum. ibid.n.34
Minæ de re graui faciunt indicium non de re leui. ibid. num.31
Minæ de vindicta facti faciunt indicium. ibidem numer.35
Minæ in occultis quomodo probent. p.237.n.38
Minæ multùm nocent ſi ſequatur delictum minatum. ibid. n.36
Minæ quando faciant indicium ad mandatum. p.236. num.27
Miniſtros S. Officij gratis ſeruientes, congruum fuit priuilegio fori decorari. p.10.n.5
Minor contrahens ſolemniter obligatur. p.308.n.7
Minor contractum ſuum impugnans quid probare debet. p.22.n.3
Minor cum ſolemnitate alienat validè cenſum. ibid. num.9
Minor cum ſolemnitate fideiubens obligatur. ibid. num.11
Minor, & Eccleſia reſtituitur docto aliqualiter de læſione. p.81.n.32
Minor factus maior, lapſo quinquennio cenſetur ratificaſſe contractum. p.309.n.28
Minor ius ſuum ignorare præſumitur. p.3.n.27
Minor negligenter non vtens reſtitutione, an ſit iterum reſtituendus. p.385.n.7
Minor non debet locupletari cum aliena iactura. p.307 num.15
Minor non poteſt alienare niſi ex neceſſitate, & vtilitate. p.308.n.8
Minor non poteſt diuidere ſine ſolemnitate ſtatuti, nec permutare. p.2.n.14
Minor non poteſt in eodem iterato reſtitui niſi ex noua cauſa. p.385.n.2
Minor non poteſt per ſe ſuam cauſam dicere. pag 206. num.55
Minor non poteſt ſuper bonis ſuis conſtituere cenſum. p.308.n.5
Minor non reſtituitur contra ſecundam negligentiam. p.385.n.10
Minor non reſtituitur quando malitioſè ſe geſſit. ibid. num.5
minor petens reſtitutionem debet docere de bono iure. ibid.n.15
Minor poteſt alienare pro domo reperanda, & redimenda. p.309.n.14
Minor poteſt reſtitui in integrum ad hæreditatem adeundam. p.91.n.94
Minor pluries eſt reſtituendus ſuper diuerſis articulis, non in eodem puncto. p.385.n.16
Minor quando reſtituatur aduerſus alium minorem p.4.n.31
Minor quando teneatur probare nullitatem contractus, & inſtrumenti. p.310.n.35
Minor reſtituitur ad proſequendam appellationem. p.82.n.35
Minor reſtituitur etiamſi læſio non perueniat ad dimidiam. p.4.n.34
Minor reſtitui volens aduerſus ſuam confeſſionem,

quid probare debeat. pag.230.num.15
Minor ſemper magis læditur ex ratificatione actus inualidi. p.3.n.17
Minor ſi contrahit cum alio minore, adhuc ſeruari debent ſolemnitates. p.2.n.12
Minor ſolemniter vendens, tenetur probare pretium non fuiſſe verſum in eius commodum. p.309.n.17
Minor ſuccedens in ius alterius habet iuſtam ignorantiæ cauſam. p.4.n.38
Minor tenetur ſeruare actum iuratum. p.230.n.21
Minor non tenetur ad reſtitutionem, niſi probetur factus locupletior. p.231.n.27
Minor validè obligatur cum auctoritate curatoris, & decreto iudicis. p.230.n.2
Minor vigintiquinque annis gaudet priuilegio electionis fori. p.206.n.53
Minor vt reſtituatur in integrum tria probare debet. p.230. n.9
Minores non poſſunt ſe prouocare ad diuiſionem, nec minor maiorem. p.2.n.7
Minores ordines qui conferre poſſint. p.428.n.106
Minori datur reſtitutio etiam in contractu diuiſionis. p.3.n.23
Minori incumbit probare ſe læſum. p.230.n.11
Minori non nocet ſcientia malè facti. p.4.n.36
Minori poſt vigintiquinque annos lapſo quadriennio non datur reſtitutio. p.309.n.30
Minoris bona non poſſunt alienari niſi ære alieno vrgente. p.308.n.3
Minoris bona poſſunt alienari ob æs alienum vel ſimilem cauſam. ibid.n.13
Minoris contractus per procuratorem geſtus quando valeat ſine ſolemnitate. p.3.n.19
Minoris hæres poteſt allegare nullitatem contractus. p.15.n.18.
Minoris in vtilitatem verum eſſe pretium quis probare debet. p.309.n.16
Minoris iuramentum an teneat ſi à ſtatuto præſumatur doloſum. p.21.n.33
Minoris contractus per procuratorem eſt nullus ſine ſtatuti ſolemnitate. p.3.n.19
Minoris vtilitas non poteſt conſiderari in generali mandato. ibid.n.21
Minoris ratificatio requirit omnes ſolemnitates, quæ requiruntur in ipſo contractu. ibid.15
Miſerabilis perſona dicitur, quæ ſuam cauſam dicere non poteſt. p.206.n.54
Miſerabiles perſonæ quæ dicantur. ibid.n.52
Miſſarum legatum pro animabus Purgatorij eſt valdè pium. Vide verb. *Legatum.*
Miſſarum oneri rectè per alium ſatisfieri poteſt. p.371. n.46
Miſſarum onus quomodo impleatur ab hæredibus. p.110.n.36
Miſſas celebrare in perpetuum pro vno defuncto non eſt abſurdum. p.110.n.23
Mobilia, & immobilia æquiparantur quoad forum acquirendum. p.210.n.38
Modica læſio quando conſideretur. p.233.n.19
Modus non impedit tranſmiſſionem. p.191.n.24
Modus quando impleri debeat. p.89.n.51
Molendinum non eſt de regalibus. p.105.n.40
Molendinum præſumitur feudale, & quando. ibidem n.39
Monacha poteſt petere reſiduum legati pro dote, licet monachata fuerit cum minori dote. p.106.n.12
Monachi quomodò ſint exempti ab Ordinario. p.291. n.23
Monachorum bona ſpectant ad Monaſterium. p.305. n.15
Monaſteria exempta ſtatutum prohibens accedere non comprehendit. p.181.n.11
Monaſteria Monialium frequentantes non excommunicantur ipſo iure communi. ibid.n.3
Monaſterium non poteſt recipere aliquid à profitentibus. p.301.n.33
Monaſterium quando priuetur ſucceſſione Monachi. ibid.n.35
Monaſterium quomodò ſuccedat profeſſo in infirmitate. p.301.n.31
Monaſterium ſuccedit in hæreditate Monaci. pag.302. n.39
Moniales alloquendi dare licentiam eſt de odioſis. p.121. num.52
Moniales alloquendi licentia conceditur ab Epiſcopo, & Superiore regulari. p.119.n.29
Moniales alloqui ſine licentia peccatum eſt graue. p.118.n.8
Moniales exemptas alloquentes ſine licentia Epiſcopi poſſunt ab ipſo Epiſcopo puniri. ibid.n.10
Moniales exemptas alloqui licet non obſtante edicto Epiſcopi, & quomodo. p.119. n.28
Moniales exemptas inuiſere an liceat ſine licentia Epiſcopi. p.118.n.9
Moniales inuiſendi licentia conceſſa miniſtris earum neceſſariis, durat quoties caſus euenerit. p.121.n.53
Moniales inuiſens vna vice incurrit excommunicationem ſi non habet licentiam. p.120.n.35
Moniales comprehenduntur decreto Sixti V. de ſumendis informationibus. p.305.n.26
Moniales ſuccedunt in bonis Monialium profeſſarum. p.306.n.39
Moniales viſitandi licentia intelligitur pro vna vice. p.121.n.47
Monialium clauſuram cuſtodire pertinet ad Epiſcopum. p.118.n.7
Monialium Monaſteria ne adeantur cura eſt Epiſcopi. ibid.n.6
Monialium Monaſteria Regij ex conſuetudine nemo adire poteſt ſine licentia Epiſcopi. p.118.n.1
Monitio ad incurrendam pœnam non requiritur vbi pœna ineſt obligationis. p.38.n.41
Mora an poſſit purgari ab hærede inobediente. pag.39. n.53
Mora debitoris ei non prodeſſe, ſed nocere debet. pagin.195.n.47
Mora de iure cononico ſemper purgari poteſt re integra. p.37.n.8
Mora non poteſt purgari poſt commiſſam pœnam in vltimis voluntatibus. p.38.n.37
Mora non poteſt purgari niſi intra breue tempus. p.40. num.65
Mora non poteſt purgari, vbi eſt pactum reſolutiuum. ibid.n.68
Mora ſemel commiſſa perpetuò durat. p.39.n.57
Morbo elaborans, vel ſenex, eſt inhabilis ad Religionem. p.299.n.2
Moræ purgatio fundatur in æquitate, quæ ceſſat lapſo longo tempore. p.40.n.66
Moræ purgatio non admittit reſtitutionem in integrum. ibid.n.67
Moræ purgatio non datur in contractibus vbi dies, & pœna expreſſa eſt. p.38.n.44
Moriturus cenſetur extra patriam poteſtatem in ſui fauorem. p.318.n.10
Moroſus inobediens teſtatori priuatur eius hæreditate. p.38.n.33
Moroſus non poteſt poſteà adimplere, & euitare pœnam teſtatoris. p.39.n.56
Moroſus quando dicatur retrouendere debens. pag.14. num.12
Mors adminiculis an probetur. p.57.n.50
Mors alterius coniugis probatur arbitrio iudicis benè regulato. p.58.n.63





Mors eſt difficilis probationis, & quando. p.57.n.44.
Mors in loco vicino, vel remoto quomodo probetur. ibid.n.49
Mors non probatur diuturnâ abſentiâ. ibid.n.47
Mors non probatur famâ, & quomodo id procedat. ibid.n.48
Mors omnia ſoluit. p.301.n.34
Mors omnia reſoluit. p.318.n.9
Mors cuncta diſſoluit. p.364.n.3
Mors per certum nuncium probatur. p.55.n.17
Mors primi viri probatur per litteras Ducis. pag.56. num.29
Mors remigantis probatur ex libro nauis. ibid.n.24
Mors viri, vel mulieris in materia matrimonij quomodo probanda. p.55.n.19
Mors viri vt probetur quid requiratur in iudice, quid in coniuge. p.57.n.59
Mortis eadem certitudo requiritur in muliere ſecundò nubente, quæ in iudice licentiam concedente. p.58. num.60
Mortis, & contrauentionis caſus parificantur in hærede. p.40.n.63
Mortuorum Officia ſuper cadaueribus debent fieri à Regularibus in eorum Eccleſiis. p.338.n.45
Mortuum eſſe primum virum vnde iudex credere poſſit. p.57.n.55
Mortuorum officia an poſſint celebrari in choro feſtis primæ claſſis. ibid.n.36
Mulier extra locum ſtatuti poteſt ſe liberè obligare. p.15.n.22
Mulier contrahens ſecundum matrimonium factis publicationibus an ſit punienda. p.55.n.9
Mulier de iure non prohibetur donare. p.25.n.11
Mulier donando pro dote neptis cum reſeruatione vſusfructus prudenter facit. p.26.n.28
Mulier excuſatur à polygamia, ſi habuit licentiam ab Ordinario nubendi. p.54.n.7
Mulier an poſſit dotare extraneam ſine ſolemnitatibus. p.25.n.8
Mulier ex ſtatuto Mutinæ non poteſt ſe obligare ex cauſa dotis. p.25.n.12
Mulier faciliùs ſe obligat, quàm donet. p.25.n.19
Mulier in cauſa ciuili, & matrimoniali eſt integræ fidei. p.319.n.19
Mulier in dubio debet ſe abſtinere à ſecundis nuptiis. p.58.n.69
Mulier minor non poteſt donare ex cauſa dotis. pag.25. num.10
Mulier non debet remanere indotata pro reſiduo legati, quod non habuit. p.106.n.10
Mulier non eſt ſeparanda à ſecundo viro, non conſtito de vita primi. p.59.n.73
Mulier nupta extra territorium non dicitur ſubdita. p.18.n.62
Mulier paſſa ſe cognoſci ab vno tantùm, adhuc dicitur honeſta ad finem. p.224.n.3
Mulier poteſt cedere ius dotis in bonis fideicommiſſi. p.195.n.38
Mulier præſumitur in mala fide ſi ſecundum matrimonium contrahat ſine certo nuncio mortis mariti. p.55.n.13.
Mulier quando cenſeatur fraudare ſtatutum dum contrahit extra locum ſtatuti. p.15.n.24
Mulier quando fidem faciat. p.226.n.38
Mulier quando non ligetur iuramento propter ſtatutum. p.20.n.16
Mulier quando non poſſit donare ex cauſa dotis ſine ſolemnitatibus. p.25.n.7
Mulier quomodo excuſanda poſt ſecundas nuptias ſuperſtite primo viro. p.59.n.74
Mulier reſtituenda eſt primo viro. p.60.n.2
Mulier ſi confiteatur contractum eſſe verum etiamſi ſit nullum, tenetur obſeruare. p.27.n.44
Mulier tranſiens ad ſecunda vota habito nuncio de morte viri non punitur. p.54.n.6
Mulier tranſmittit ad hæredes ius dotis. p.194.n.31
Mulieres turpes ex ſtupro, vel adulterio ſunt incapaces legati. p.271.n.45
Mulieri neganti contraxiſſe per verba de præſenti quando credatur. p.62.n.37
Mulieris, & viri dicentis adeſſe impedimentum an ſit fides probabilis. p.60.n.18
Mulieris teſtimonium debile. p.318.n.16
Mulierum genus auariſſimum, & non ſolet donare. p.26. n.20
Mulierum in obligationibus conſideratur tantùm, an vera ſit cauſa obligationis. ibid.n.21
Multiplicatæ præſentationes Domini, ſi duæ ſaltem fuerint. p.377.n.28
Munera ſordida quæ remiſſiuè. p.53.n.60
Mutanda non ſunt, quæ ſemper certam habuerunt interpretationem. p.279.n.57
Mutare voluntatem non præſumitur quiſquam in continenti. p.61.n.25
Mutatio perſonæ non efficit, vt denegetur manutentio. p.43.n.38
Mutinenſes dicti ſunt latrones à gloſſa per liuorem. p.420.n.14
Mutuum date nihil inde ſperantes, an ſit conſilium, an præceptum. p.156.n.7
Mutuum eſt ſubiectum, ſeu obiectum vſuræ. ibidem num.18
Mutuum non admittit, vt teneatur ab initio intereſſe, & lucrum. ibid.n.19


N


NAti ex concubina illicita ſunt incapaces. p.270. num.30
Nati ex damnato coitu non merentur appellari filij. p.220.n.80
Naturales non ſuccedunt etiam poſt legitimos, ſi nati ſunt ex damnato coitu. p.217.n.44
Naturales quando ſuccedunt in patronatu. p.139.n.37
Naturales ſi ſuccedere poſſunt in hæreditate patris, ſuccedunt etiam in iurepatronatu. p.378.n.37
Naturales ſuccedunt deficientibus legitimis. pag.217. num.43
Naturalis, vel ſpurius quando cenſeatur vocatus ad iuſpatronatus. p.216.n.22
Natus ex accidenti in aliquo loco, vbi acquirat domicilium. p.63.n.54
Natus ex damnato coitu non ſuccedit in patronatu. p.220.n.78
Natus in ciuitate an ſit ciuis, ſi habet domicilium ruri. p.125.n.14
Natus in tranſitu loci, an dicatur ciuis originarius. pagin.126.n.23
Nauigantes nec inter viuos, nec inter mortuos recenſentur. p.56.n.31
Neceſſitas Eccleſiæ in alienationibus qualis eſſe debeat. p.259.n.42
Neceſſitas extrema excuſat ne requiratur conſenſus Pontificis. p.260.n.50
Neceſſitas extrema quid operetur. p.261.n.69
Neceſſitas non habet legem. p.374.n.87
Neceſſitas requirens celeritatem requiritur in alienationibus. p.260.n.49
Negatio rem eſſe Eccleſiæ, debet eſſe probabilis. p.211. num.54
Negatio ſolius rei conuenti excludit iuriſdictionem Eccleſiæ, non tertij. ibid.n.51
Negatiua coarctata loco, & tempore probat innocentiam rei. p.248.n.31

Negatiua debet probari ab eo, cuius intentionis eſt fundamentum. p.23.n.15
Negatiuam vt nullus extet de familia, quando quis teneatur probare. p.374.n.89
Negatiuæ inhærens,& in ea ſe fundans,debet eam probare. p.394.n.35
Negligens parêre voluntati teſtatoris priuatur hæreditate. p.38.n.31
Negligentia præſupponit ſcientiam, & faciendi potentiam. p.310.n.49
Nemo dat quod non habet. p.128.n.22
Nemo donat quod non habet. p.139.n.30
Nemo debet duplici onere grauari. p.48.n.7
Nemo plus iuris alteri dare poteſt quàm ipſe habeat. p.15.n.25.
Nemo præſumitur iactare ſuum. p.243.n.29
Nobilitas tollit ſuſpicionem criminis famoſi. ibidem num.25
Nomen ſingulare, & rarum probat identitatem perſonæ. p.56.n.35
Nominans Dominum liberatur, & cauſa remittitur ad forum nominati. p.210.n.34
Nominatio Domini admittitur tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio. ibid.n.47
Nominatio Domini habet locum in actionibus mixtis. ibid.n.46
Nominatio Domini habet locum in actione reali. pagin.210.n.45
Nominatio Domini habet locum tam iure immobili, quàm mobili. ibid.n.37
Nominatio Socij criminis quàm fidem faciat. p.247. num.20
Nominato ſuſcipiente iudicium nominatus debet abſolui. p.210.n.36
Nomine proprio non alieno quando aliquid factum dicatur. p.9.n.62
Nominis mutatio non præſumitur. p.56.n.42
Nominis ſingularis eiuſdem rarò inueniuntur homines. ibid.n.43
Non entis nullæ ſunt qualitates. p.64.n.70
Non entis nullæ dantur qualitates. p.127.n.5
Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. p.4.n.40
Non probat hoc loco, quod ab hoc contingit abeſſe. p.23.n.12
Non ſunt mutanda, quæ ſemper habuerunt certam interpretationem. p.310.n.49
Notarij non participantes non poſſint fieri veri familiares Pontificis. p.163.n.4
Notario acceptante pro abſente,donatio non poteſt reuocari in præiudicium donatarij. p.87.n.19
Notarius Epiſcopi eſt eius officio neceſſarius. p.282. num.22
Notarius Epiſcopi, & alij miniſtri ſunt de foro Eccleſiæ. p.175.n.13
Notarius, & procurator non poteſt retinere proceſſum pro ſuo ſalario. p.201.n.59
Notarius, & Vicarij foranei ſunt de foro Eccleſiæ. p.279.n.60
Notoriè aliquid conſtare quomodo dicatur. p.45.n.66
Notoriè conſtare quomodo dicatur. p.43.n.36
Notorij informationem poteſt ſumere iudex in cubiculo. p.250.n.56
Notorium dicitur, quod nullo modo celari poteſt. pagin.80.n.11
Notorium facti permanentis non indiget probatione. p.55.n.22
Notorium iuris ſufficit ſpoliari, vt audiri poſſit. p.104. num.26
Notorium quando verificari debeat. p.141.n.40
Nouellariæ Coloni Epiſcoporum gaudent priuilegio fori Eccleſiaſtici. p.279.n.56
Nouitia antequam profiteatur debet acceptari per vota ſecreta,& ſumi informationes de eius voluntate.p.304. num.6
Nouitia ſolet admitti à maiori parte Monialium. ibid. num.7
Nouitia debet admitti à maiori parte Monialium, & Abbatiſſa. p.305.n.25
Nouitia infirma poſt annum probationis validè profitetur. p.304.n.9
Nouitia Monialis debet bis examinari ab Ordinario antequàm profiteatur. p.303.n.1
Nouitia non poteſt diſpenſari ad habitum ante duodecimum annum. p.304.n.14
Nouitia non poteſt examinari à Vicario, niſi Epiſcopo impedito. p.303.n.4
Nouitia non poteſt profiteri, niſi poſt annum probationis, & annum decimumſextum. p.299.n.5
Nouitia ordinis mendicantium infirma non poteſt profiteri ad lucrandas Indulgentias. ibid.n.9
Nouitia poteſt examinari non ſolùm ab Ordinario,ſed etiam ab eius deputato. p.304.n.15
Nouitia quoties examinanda ſit antequam profiteatur. ibid.n.11
Nouitiam admitti ad profeſſionem à Monialibus viua voce ſufficit. p.305.n.24
Nouitiæ ſuccedunt parentes, non profeſſæ. pag. 302. num.39
Nouitiæ voluntas quomodo exploranda. p.304.n.20
Nouitij profeſſi ſucceſſio ſpectat ad Monaſterium. pagin.301.n.32
Nouitius toto anno probationis infirmus, poteſt profiteri. p.299.n.8.
Nubere dicitur etiam qui in Chriſto nubit. pag.399. num.40
Nullitas actus eſt pœna contrafacientis formæ. pag.89. num.53
Nullitas altioris indaginis non retardat. p.76.n.111
Nullitas an poſſit per ſe deduci coram Archiepiſcopo. p.31.n.42
Nullus contractus minoris attenditur quatenus minor velit. p.15.n.17
Nullitas contractus non poteſt allegari,niſi ab ipſo minore contrahente. p.3.n.22
Nullitas eſt probanda ab eo, qui querelat. pag.34. num.85
Nullitas, & iniuſtitia qualis requiratur contra ſententiam,ne priuet aliquem poſſeſſione. p.342.n.37
Nullitas non poteſt allegari niſi ab eo in cuius fauorem directa eſt. p.91.n.92
Nullitas notoria quando retardet executionem ſententiæ p.6.n.100
Nullitas ſententiæ poteſt proponi coram ipſo Ordinario, vel eius ſuperiore. p.30.n.25
Nullitas ſortitur naturam appellationis. p.31.n.49
Nullitas quomodo deuoluat negotium principale. pagin.34.n.90
Nullitas quomodo eſt proponenda. p.77.n.107
Nullitas remanet deſerta appellatione. p.76.n.98
Nullitate contractus ſtante quomodo iudex condemnare debeat. p.258.n.29
Nullitatem contractus mulieris allegans ob defectum proximiorum quis probare debeat. p.22.n.4
Nullitatem inſtrumenti allegans debet plenè probare. p.19.n.7
Nullitatis iudex debet procedere, vt in appellatione. p.31.n.50
Nullitatis remedium æquipollet appellationi. pag.34. num.84
Nullum quod eſt, nullum præſtat impedimentum.p.15. num.16
Nuncium certum de morte viri requiritur, vt ſecundum matrimonium iniri poſſit. p.55.n.12
Nuncius Apoſtolicus non poteſt cognoſcere cauſas in prima inſtantia. p.29.n.15
Nuptiarum conditio impletur per ingreſſum Religionis. p.399.n.41


## O


OBlatio debitoris debet eſſe cum pecuniis in manu. p.238.n.8.
Oblatio non ſufficit quando creditor eſt paratus recipere. ibid.n.9
Obligatio non eſt, vbi non adeſt pactum. pagin.44. n.51
Obligatio perſonalis fundum non ſequitur. pag.323. n.56
Obligatio quid ſit. p.286.n.5
Obligationis conditio ex perſona hæredis non immutatur. p.288.n.37
Obſcura conuentio nocet venditori. pagin.233.numero 26
Obſeruantia declarat emphyteuſim ad extraneos tranſitoriam. p.243.n.33
Obſeruantia declarat quid ab initio fuerit actum.p.119. n.26
Obſeruantia eſt interpres voluntatis teſtatoris, & tollit ambiguitates. p.126.n.25
Obſeruantia immemorabilis habet vim priuilegij. p.11. n.20
Obſeruantia in dubio declarat an beneficium ſit Sacerdotale. p.372.n.51
Obſeruantia interpretatiua non eſt neceſſe quod fuerit legitimè præſcripta. p.119.n.27
Obſeruantia nihil operatur ſi conſtat de vitio tituli, & præſentatione. p.372.n.53
Obſeruantia non attenditur ſi conſtat de vero ſtatu beneficij. ibid.n.52
Obſeruantia optima interpres. p.11.n.19
Obſeruantia prodeſt in dubio, non autem ſi clarè conſtat de fundatione. p.137.n.15
Obſeruantia quomodo inducatur. ibid.n.14
Obſeruantiæ argumentum non admittitur in claris. ibid.n.18
Obſeruantiæ effectus. p.119.n.25
Occidere quis præſumitur ob proprium intereſſe.p.247. n.4.
Offendens aliquem poſt pacem præſumitur motus ex noua cauſa. p.133.n.37
Offenſio leuis cenſetur vindicari alia leui. pag.236. n.13
Offenſionis nomine intelligitur de perſonali. pag.177. n.99
Offenſæ appellatione quando intelligatur etiam de reali. ibid.n.100
Officiales laici S. Officij coram quo iudice conueniendi. p.11.n.30
Officiales S. Officij quomodo conueniri poſſint de iis, quæ pertinent ad eorum officium. ibid. numero 24.
Officiali creditur in pertinentibus ad eius officium. p.184.n.7
Officiali an credatur in pertinentibus ad eius officium. p.304.n.17
Officiali præſtanda eſt fides in pertinentibus ad eius officium. p.66.n.26
Officialium S. Officij priuilegia. p.11.n.23
Officialis libro eſt credendum. p.67.n.27
Officialis præſumitur rectè functus officio ſuo.p.184. n.10
Omne qui dicit nihil excludit. p.384.n.14
Onera à laicis impoſita beneficiis de facto, dicuntur extraordinaria. p.322.n.19
Onera quænam ſpectent ad conductorem, & quæ ad locatorem. p.363.n.49
Onere duplici nullus debet grauari. pagin. 50. numero 28
Onerum ſolutiones quomodo præiudicent ſoluenti. p.66.n.26
Onus extraordinarium quodnam dicatur. pagin. 326. n.40
Onus Miſſarum cenſetur hæredibus iniunctum. p.102. n.15
Opinio Eccleſiæ fauorabilis eſt amplectenda. pag.52. n.49
Opinio probabilis excuſat omiſſa probabiliori. p. 148. n.15
Opinionem probabilem ſequens non dicitur eſſe in dubio. p.58.n.70
Opinionem probabilem ſequens non eſt pœnâ dignus. ibid.n.71
Oraculum viuæ vocis per teſtes poteſt probari. p.382. n.34
Oratio vniuerſalis omninò omnia includit. pagin. 118. num.13
Oratoria priuata non gaudent immunitate,ſed publica. p.316.n.28
Ordinans irregularem ſuſpendendus eſt,& ordinatus eſt ſuſpenſus. p.334.n.33
Ordinare, & dimiſſorias dare eſt eiuſdem poteſtatis. p.428.n.102
Ordinari an poſſint criminoſi emendati ſine diſpenſatione. p.337.n.26
Ordinari quando poſſit delinquens, & criminoſus. p.356.n.20.
Ordinarij ab Epiſcopis ſola conuerſatione differunt. p.359.n.50
Ordinariij appellatione veniunt etiam Prælati inferiores. p.359.n.62
Ordinarij dignitas cum vſu Pontificalium proxima eſt dignitati Epiſcopali. p.426.n.65
Ordinarij æquiparantur Epiſcopis. p.352.n.52
Ordinarij exempti poſſunt omnia ſicut Epiſcopi, quæ ſunt iuriſdictionis. p.430.n.30
Ordinarij inferiores an differant ab Epiſcopis.pag.358. n.45
Ordinarij inferiores poſſunt dici Diœceſani. pag.359. n.58
Ordinarij in iuriſdictionalibus quid poſſint. ibidem num.54
Ordinarij locorum exemptorum nequeunt dare dimiſſorias. p.422.n.59
Ordinarij non poſſunt in iure communi diſpenſare. p.356.n.7
Ordinarij poſſunt facere Synodum. p.359.n.56
Ordinarij non poſſunt commutare voluntates teſtatorum. p.372.n.58
Ordinarij nullius poſſunt approbare Sacerdotes ad confeſſiones audiendas. p.360.n.69
Ordinarij nullius poſſunt condere leges, & ſtatuta. ibid.n.67
Ordinarij nullius poſſunt viſitare, inſtituere, & alia facere, quæ poſſunt Epiſcopi. ibid.n.68
Ordinarij tenentur accedere ad Concilium Prouinciale. p.359.n.57
Ordinariis committi poſſunt litteræ Apoſtolicæ. p.420. num.6
Ordinariis debet iuriſdictio illæſa conſeruari. pag.34. n.98
Ordinariis iudicibus debitus honor eſt exhibendus. p.122.n.2
Ordinario nullius competunt omnia quæ Epiſ-


Nuncius

copo.

copo. p.429.n.22
Ordinariorum appellatione veniunt etiam inferiores Prælati iuriſdictionem habentes. pagin. 426. numero 70
Ordinarius cenſetur informatus de qualitate beneficiorum. p.298.n.49
Ordinarius Eccleſiæ ſolus eſt competens in prima inſtantia. p.29.n.13
Ordinarius loci dicitur ille, vbi nullus alius extat Antiſtes. p.425.n.61
Ordinarius non Epiſcopus poteſt concedere cuicunque Epiſcopo, vt in ſuo territorio exerceat Pontificalia. p.428.n.105
Ordinarius non poteſt concedere diſtributiones abſenti. p.295.n.18.
Ordinarius non poteſt conferre ſi beneficium ſit litigioſum. p.387.n.9
Ordinarius nullius non eſt in Diœceſi, neque de Diœceſi alicuius Epiſcopi. p.359.n.63
Ordinarius quando dicatur habere iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. p.425.n.62
Ordinarius ſemper poteſt abſoluere, quando Papa ſibi non reſeruat. p.147.n.11
Ordinarius ſi eſt negligens per biennium in cauſis expediendis datur recurſus ad Superiorem. pagin. 34. n.95
Ordinarius vt concedat contrahi ſecundum matrimonium, quantam certitudinem habeat de morte primi viri. p.55.n.18
Ordinatio Clericorum ſæcularium ad ſolos Epiſcopos pertinet. p.422.n.46
Ordinatoria iudicij regulantur ſecundum ius fori, in quo litigatur. p.343.n.47
Ordines conferre poteſt ſimplex Sacerdos ex commiſſione Papæ. p.425.n.53
Ordinis proprius Miniſter eſt Epiſcopus. pagin.422. num.39
Ordo ſucceſſiuus ſemper attenditur vocatis deſcendentibus. p.128.n.8
Orphanus dicitur ſine patre, & ſine matre. pag.206. n.51
Orphanus quis, & quo priuilegio vtatur. pag. 205. num.49
Originarius Ciuis an dicatur fortuitò natus in loco. p.126.n.22
Originarius Ciuis quis dicatur. p.125.n.10
Os non eſt alligandum boui trituranti. pagin.226. numer.23


P


PAcem ſub pœna minor facere non poteſt ſine ſolemnitatibus. p.133.n.29
Pacis fractor non dicitur offendens ex noua cauſa. ibid. num.36
Pacis fractura inducit iacturam fidei, & honoris. p.131. num.4
Pacta ſeruabo, ait Prætor. p.232.n.1
Pacta ſeruare nihil magis congruit humanæ fidei, & æquitati. p.295.n.7
Pacta ſuper fideicommiſſis quamdiù durent. pag.130. num 42
Pacta ſunt ſeruanda. p.80.n.2
Pactiones omnes inter electum, & electores præſumuntur iniuſtæ. p.44.n.57
Pactum ante electionem non valet inter electum, & electores. 45.n.62
Pactum Dei obſeruatur à Deo. pagin. 295. numero 6
Pactum de re ſpirituali cum ſpirituali valet. ibid.n.13
Pactum, & conuentio requirunt duorum conſenſum. p.44.n.48
Pactum etiam de re licita non valet in collationibus. ibid.n.56
Pactum extrahendi non prodeſt tertio. pag.177.numero 105
Pactum improbatum reiicitur firmo manente actu. p.263.n.89
Pactum inter Canonicos, vt commutentur eorum beneficia inuicem, an valeat. p.294.n.1
Pactum iuratum facit valere quod erat inualidum. p.295.n.10.
Pactum iure ciuili non producit actionem ſi ſit nudum. ibid.n.3
Pactum nudum de iure Canonico producit exceptionem, & actionem. ibid.n.4
Pactum pro lege ſeruari debet. p.294.n.2
Pactum quod ineſt à iure in electione fieri poteſt. p.44. num.58
Pactum redimendi rem venditam tranſit ad hæredes, & poteſt cedi. p.14.n.5
Pactum retrouendendi an poſſit cedi, & ius retractus proximitatis. ibid.n.6
Pactum ſtipulatum parit actionem. pagin. 295. numero 8
Pactum ſubſtantiale ſi non ſeruatur, totum reſoluitur. p.159.n.78
Palatia Cardinalium quomodo immunitate perfruantur. p.317.n.39
Palatia Prælatorum habentium iura Epiſcopalia an gaudeant immunitate. p.316.n.31
Palatium Cardinalis ſine titulo an gaudeat immunitate. ibid.n.30
Palatium Epiſcopi gaudet immunitate. pagin. 314. num.1
Palatium Epiſcopi ſub nomine dignitatis gaudet immunitate. ibid.n.4
Palatium Epiſcopi titulare, quarè gaudeat immunitate. p.315.n.21
Palatium Epiſcopi vltrà quadraginta paſſus ab Eccleſia gaudet immunitate propter Capellam. ibid. num.24
Papa in rebus Eccleſiaſticis poteſt omnia. pagin. 425. num.54
Papæ licentia requiritur in commutandis legatis piis. p.398.n.24
Papa non habet iuriſdictionem limitatam. pag.31. num.38
Papa non præſumitur voluiſſe præiudicare patronis laicis. p.390.n.48
Papa poteſt diſpenſare ab omnibus irregularitatibus. p.356.n.1
Papa poteſt omnia in negotiis Eccleſiaſticis. pagin.34. num.92
Papa reſtituit ad famam, & locum maiores dignitates. p.356.n.9
Papa ſolus diſpenſat circa voluntates teſtatorum. p.373. n.65
Par in parem non habet imperium. pagin. 359. numero 61
Parentes malè faciunt accuſantes filios de furto. p.187. num.16
Parificatorum idem eſt iudicium. pagin. 194. numero 24
Parochi contradictio non inualidat matrimonium. p.64. n.63
Parochi neceſſaria eſt præſentia in matrimonio. pag.63. n.49
Parochi præſentia etiam caſualis ſufficit ad matrimonium. p.64.n.62

Parochi


Parochi qualis præſentia requiratur in matrimonio. p.61.n.30
Parochi reclamatio magis oſtendit contractum fuiſſe matrimonium. p.64.n.68
Parochorum cauſæ tractandæ coram Ordinario. p.290. n.11
Parochus Eccleſiæ regularis in concernentibus curam animarum, ſubditus eſt Epiſcopi. p.291.n.15
Parochus habitationis requiritur in matrimonio. p.63. num.58
Parochus Monachus eſt de foro Epiſcopi in his, quæ veniunt in conſequentiam curæ animarum. p.291.numero 17
Parochus quis dicatur proprius habentis duo domicilia. p.63.n.52
Parochus regularis in dependentibus etiam à cura animarum ab Epiſcopo puniri poteſt. pag.291.numero 16
Parochus ruralis an dicatur proprius. pagin.63.numero 50
Parochus tam ſponſi, quàm ſponſæ ſufficit ad matrimonium. p.64.n.64
Parochus vnius Eccleſiæ quando poſſit lucrari diſtributiones in alia. p.44.n.43
Parum, & nihil pro eodem reputantur. pagin. 296. n.34
Pater, & filij cenſentur ſimul vocati, vbi attenditur ſolus charitatis ordo. p.127.n.2
Pater eſt debitor neceſſarius pro dote materna. pag.286. num.14
Pater eſt vſufructuarius bonorum aduentitiorum filij. p.196.n.1
Pater non poteſt alienare, vel obligare bona filij in aduentitiis. p.199.n.34
Pater non præiudicat in emphyteuſi emancipatis. p.161. n.15
Pater poteſt diſponere de emphyteuſi ſtipulata etiam pro filiis. ibid.n.13
Pater poteſt excepta legitima vocare extraneos, ſi filius non ſeruat eius voluntatem. p.37.n.21
Pater poteſt ſuam hæreditatem relinquere filiis ſuis ſub conditione. ibid.n.23
Pater quodnam ius habeat in bonis maternis. pag.287. n.36
Pater tenetur filiis ſeruare dotem maternam. pag.286. num.13
Pater tenetur reſeruare filiis proprietatem bonorum maternorum. p.287.n.27
Pater vocans filios recedit à ſtatuto. pagin. 190. numero 15
Patria poteſtas non attenditur in ſpiritualibus, & circa ſepulturam. p.318.n.11
Patrias diuerſas quis poteſt habere. pagin.205. numero 37
Patrimonium Clerici datum in titulum eſt exemptum, & quomodo. p.95.n.24
Patris confeſſio non præiudicat filio in aduentitiis. p.199.n.33
Patroni linea finita ſine hærede, beneficium fit liberum. p.219.n.68
Patroni lite pendente non poſſunt præſentare. p.391. num.60
Patroni lapſo quadrimeſtre ius deuoluit ad Ordinarium. p.111.n.9
Patrono pauperi debentur integra alimenta. pag.361. num.4
Patronorum extincta familia ius præſentandi deuoluit ad Ordinarium. p.111.n.10
Patronus debet probare ſe eſſe hæredem eius qui dicitur fuiſſe patronus. p.139.n.31
Patroni Eccleſiæ minùs principalis feſtum quomodo debeat celebrari. p.139.n.38
Patronus dicitur ille ſolus, qui habet ius præſentandi, non ille, cuius conſenſus requiritur. pagin. 111. num.4
Patronus non poteſt præſentare, dum litigatur ſuper beneficio. p.387.n.4
Patronus non recipit præiudicium, ſi conferat pro hac vice Papa. p.66.n.25
Patronus poteſt præſentare lite extincta per ceſſionem vnius, & mortem alterius. p.390.n.47
Patronus quando poſſit moram purgare. pagin.219. num.67
Patronus quot modis ab Eccleſia alimentari poſſit. p.362.n.25
Pauper non præſumitur pro ſe velle retrahere. pag.17. n.46
Pauper quis dicatur, & quam fidem faciat. pagin.153. n.38.
Pax eſt ſtricti iuris, & non trahitur ad non nominatos. p.132.n.28
Pax non obligat abſentes niſi ratificetur. pagin. 133. num.30
Pax non ratificata non obligat etiam præſentes ante ratificationem abſentium. ibid. n.32
Pax pro adhærentibus quomodo obliget. ibidem numero 31
Pecunia numerata non ſemper transfertur dominium. p.150.n.12
Pecunia quando cenſeatur res immobilis. pagin.178. num.107
Pecunia ſterilis eſt, & non parit fructus, niſi vſurarios. p.156.n.6
Pecunias reſtituit Eccleſia in eius vtilitatem conuerſas. p.264.n.105
Pœna euitatur, ſi omiſſum executioni demandetur. p.37.n.10
Pœna, & dies ſi ſint à teſtatore expreſſa incurritur pœna ſine interpellatione. p.38.n.43.
Pœna incurritur ſi hæres non obediat teſtatori, tam committendo, quàm omittendo. pagin.38.numero 28
Pœna mitigatur ob rei modicitatem. pagin. 353. numero 28
Pœna non incurritur ſi factum reuocetur propter quod. p.37.n.9
Pœna priuationis à teſtatore impoſita per inobedientiam committitur. p.37.n.16
Pœna triremium quibus non infligatur. pagin.253. num. 58
Pœnæ locus eſt ſine purgatione moræ, quando dies eſt appoſitus obligationi. p.38.n.38
Pœnitentiaria reducebat onera Miſſarum. pagin.214. num.2
Penſio an ſit exempta ab oneribus à laicis de facto impoſitis. p.322.n.27
Penſio an ſit remittenda, attenditur tempus damni illati. p.327.n.53
Penſio an ſit remittenda, fit compenſatio anni ſterilis cum fertili. ibid.n.55
Penſio aſſignata loco alimentorum poteſt cedi, & caſſari ſine iudicis decreto. p.330.n.32
Penſio Eccleſiaſtica non ſubiacet fortunæ, neque caſui fortuito. p.325.n.12
Penſio Eccleſiaſtica quæ ſit, & dicitur annexa rei ſpeciali. p.321.n.14
Penſio eſt quid profanum, & ſeparatum à beneficio. ibid.n.3
Penſio eſt ſoluenda in ſpecie monetæ, in qua eſt reſeruata. p.202.n.2

Penſio

# Index Rerum Notabilium.


Penſio eſt ſoluenda non obſtante pendentia litis. p.329. n.6
Penſio eſt vnum integrale quod non poteſt pro parte valere. p.84.n.23
Penſio etiam exempta tenetur concurrere ad onera inſolita. p.321.n.9
Penſio exempta ab ordinariis, & extraordinariis quid comprehendat. p.322.n.30
Penſio exempta ab ordinariis oneribus, non eximitur ab inſolitis, & extraordinariis p.322.n.26
Penſio exempta non eſt exempta ab onere inſolito. p.326.n.42
Penſio exempta non eſt exempta ab onere extraordinario. ibid.n.43
Penſio extincta non reuiuiſcit per reaſſumptionem habitus Clericalis. p.84 n.20
Penſio extinguitur per militiam, & per matrimonium. p.83.n.11
Penſio hodie non eſt prophana. ibid.n.14
Penſio mediante pecunia an poſſit priuata auctoritate tolli. p.330.n.22
Penſio non diminuitur niſi conductor penſionem ſoluens ſit læſus vltra dimidiam. p.326.n.33
Penſio non poteſt extingui pecunia, vel anticipatis ſolutionibus ſine conſenſu Papæ. p.330.n.23
Penſio nudo conſenſu penſionarij poteſt reduci, & remitti in totum, vel in parte. p.329 n.11
Penſio non poteſt reduci ad minorem ſummam ſine conſenſu Papæ. p.329.n.5
Penſio nulla in obolo, in totum vitiatur. pagin.84. numero 22.
Penſio per longiſſimum tempus non exacta cenſetur extincta. p.136.n.27
Penſio eſt onus, & ſeruitus beneficij. p.329.n.17
Penſio poteſt reduci, & extingui gratis etiam per ſchedulam penſionarij. ibid.n.12
Penſio poteſt remitti, & reduci ad tempus, vel in perpetuum ſine auctoritate Superioris. ibidem numero 13
Penſio eſt odioſa. p.329.n.16
Penſio pro alimentis eſt fauorabilis. p.325.n.17
Penſio pro alimentis cenſenda eſt fauorabilis. pag.330. n.33
Penſio pro alimentis non admittit tranſactionem ſine decreto iudicis, ſicut alimenta. p.329.n.7
Penſio prophana iudicatur à iudice Eccleſiaſtico. p.321. n.16
Penſio quando non extinguatur per non delationem habitus. p.83.n.3
Penſio quando remittatur ad ratam. pagin.326.numero 34
Penſio quando ſolui debeat nullis etiam fructibus perceptis. p.325.n.19
Penſio poteſt caſſari, & etiam in quantitate minui ſine conſenſu Papæ. p.330.n.28
Penſio poteſt caſſari liberè ſine aſſenſu Sedis Apoſtolicæ. p.329.n.14
Penſio reſeruata metu proprio Papæ, ſimilis eſt vltimis voluntatibus. p.331.n.28
Penſio reſeruata ſi vitietur in partem, in totum corruit. p.84.n.26
Penſio ſapit naturam alimentorum. p.323.n.51
Penſio ſpiritualitati eſt annexa, & reſeruatur ſolùm Clericis. p.321.n.15
Penſio ſuſtinetur illa in parte, quæ non excedit tertiam partem fructuum. p. 84.n.24
Penſio temporalis, & prophana quæ dicatur. pag.321. num.13
Penſio vt quis commodiùs ſubſtentari valeat, cenſetur pro alimentis reſeruata. p.325.n.24
Penſione reſeruata ducatonorum ſexaginta ipſo facto non incedenti, in habitu. p.83.n.5
Penſione libera exiſtente Rector debet ſoluere omnia onera. p.322.n.25
Penſione remiſſa an ſit locus pœnitentiæ. pagin.329. num.15
Penſionem maiorem reſeruans cenſetur etiam voluiſſe reſeruare minorem. p.84.n.25
Penſionem obligatus ſoluere ex fundo, non liberatur etiam fundo alienato. p.325.n.20
Penſionem pendit qui tanto tempore incedit ſine habitu, vt laicus reputetur. p.83.n.4
Penſionem ſoluere quomodo cogatur titularis. p.321. n.11
Penſiones diuiduntur ſicut fructus. p.201.n.63
Penſiones æquiparantur contractibus. pagin. 325. num.23
Penſiones profanæ non aſſignantur Clerico. pag.83. n.15
Penſioni obligatur perſona, ſed non beneficium. p.325. n.18
Penſionibus priuatur miles effectus. p 83.n.8
Penſionis cauſa an ſit Eccleſiaſtica. p.321.n.2
Penſionis cauſa ſemper tractanda coram iudice Eccleſiaſtico, excluſo laico. ibid.n.10
Penſionis extinctio eſt fauorabilis. pagin. 330. numero 21
Penſionis extinctio eſt fauorabilis magis, quàm reſeruatio. p.330.n.34
Penſionis impoſitæ tempus eſt attendendum. pag.325. num.9
Penſionis remiſſio pro rata non fit niſi damnum ſit intolerabile. p.326.n.37
Penſionis renunciatio facilè admittenda. pag. 329. n.18
Penſionis reſeruatio an comparetur contractibus, vel vltimis voluntatibus. p.331.n.37
Penſionarij ad fauorem agendum eſt executiuè. p.322. n.32
Penſionarij dicere ſolent: *Solue, & repete.* pag.323. n.54
Penſionario an competat exemptio ab oneribus, competit cognitio ad Eccleſiaſticum. pagin.322. numero 23
Penſionario datur actio realis, & perſonalis titulari. p.325.n.22
Penſionario debet præferri titularis, & quando. p.323. n.49
Penſionario non minuitur penſio ſi congrua remanet Rectori. p. 327.n.55
Penſionario quid profit obligatio perſonalis titularis. p.323.n.55
Penſionarius an teneatur concurre ad onera à laicis impoſita. p.324.n.2
Penſionarius ad onera quando concurrere debeat. p.362.n.21
Penſionarius agens contra eum qui conſenſit penſioni non tenetur iuſtificare gratiam. pag.327.numero 50
Penſionarius debet ſoluere collectam de facto à ſæcularibus impoſitam. 321.n.18
Penſionarius de natura penſionis debet concurrere ad onera. p.324.n.1
Penſionarius eſt ad inſtar vſufructuarij. pag.323.numero 42
Penſionarius, & locator æquiparantur. pagin. 327. n.54
Penſionarius exiſtens in quaſi poſſeſſione agendi in poſſeſſorio, non tenetur iuſtificare ſuam gratiam, ibid.n.51
Penſionarius ex vi alimentorum an teneatur ad onera. p.325.n.25
Penſionarius habet actionem perſonalem contra titularem, qui conſenſit penſioni. ibid.n.21
Penſionarius non poteſt exigere penſionem, ſi omnes fructus beneficij amiſſi fuerint. pagin. 325. num.7
Penſionarius non tenetur ad onera impoſita à domino temporali, & quando. p.327.n.45
Penſionarius non tenetur ad onera inſolita. ibidem num.46
Penſionarius non tenetur ad onera inſolita, niſi fructus immodicè ſint diminuti. ibid.n.47
Penſionarius poteſt teſtari de penſione exacta, ſed maturata. p.323.n.42
Penſionarius quando ad onera concurrere debeat. ibid. num.48
Penſionarius quando tenetur ferre habitum clericalem. p.82.n.2
Penſionarius ſtante clauſula, *dummodo*, tenetur iuſtificare eius Bullas. p.326.n.30
Penſionarius tenetur ad ratam pro oneribus beneficij impoſitis. p.322.n.24
Penſionarius tenetur concurrere ad onera, quando Pontifex derogauit exemptioni. p.323.n.58
Penſionarius tenetur concurrere ad onus fructibus beneficij impoſitum. p.321.n.7
Penſionarius tenetur remiſſionem facere, ſi titulari contingant caſus inſoliti, & damnum intolerabile. pagin.323.n.40
Penſionarius valdè exemptus non tenetur ſoluere aliquam contributionem. p.323.n.57
Periculum pecuniæ numeratæ ſpectat ad depoſitarium. p.150.n.9
Periurij exceptio eſt dilatoria, & quando. pagin.19. num.10
Periurij exceptio vſque ad ſententiam opponi poteſt. ibid.n.11
Periurium incurrit agens antequam abſoluatur à iuramento, & repellitur ab agendo. ibid.n.9
Periurus non poteſt amplius habilitari. pagin.21. numer.41
Permiſſum ad tempus cenſetur poſt tempus prohibitum. p.81.n.25
Permutationis partes debent eſſe æquales, aliàs minori datur reſtitutio. p.2.n.2
Perpetuum legatum durat vltra 100.annos. p.109.n.20
Perpetuum non excedit 100.annos. p.108.n.6
Perpetuum propriè dicitur infinitum. pagin.109. numer.14
Perpetuum propriè dicitur ſine præfinitione temporis. p.109 n.16
Perſona quomodo ſatis demonſtratur. pagin.56. numer.41
Pertinentiarum nomine non veniunt molendina in territorio feudi exiſtentia. p.164.n.29
Pertinentiarum nomine non veniunt prædia. pag.104. n.28
Petitorij cum poſſeſſorio datur cumulatio in corporalibus. p.7.n.16
Petitorij cumulatio non datur vbi vterque manuteneri petit. p.6.n.14
Petitorio intentato, an liceat redire ad poſſeſſorium. pagin.7.n.18
Pia cauſa an poſſit falcidiare legata pia. pagin.102. num.19
Pia cauſa non poteſt adimpleri per alium pium vſum. p.395.n.2
Pia legata quomodo falcidiam patiantur. p.101.n.7
Pietate cauſæ æquali falcidia deducitur de legato pio. p.100.n.42
Piæ cauſæ fauore non fit extenſio contra aliam piam cauſam. ibid.n.38
Pius V. ſuſtulit omne dubium, an filius Clerici ſuccedere poſſit. p.218.n.55
Plebs Bibiana Regij nobilis, & opulenta. pag.321. num.1
Pluralitas perſonarum, & nominum non præſumitur. p.56.n.40
Pluralitas reſoluitur in ſingularitates. pag. 304. numer.18
Pluralitas titulorum præſumitur ad fauorem rei. p.257. num.10
Polygamia quid ſit. p.60.n.1
Polygamia crimen adeſt, vbi ſunt ſimul duo matrimonia. ibid.n.3
Ponens cenſetur fateri. p.172.n.21
Ponens quomodo poſitiones poſſit eligere pro confeſſis. p.74 n.81
Pontifici maximo omnes Chriſtiani obedire debent. p.144.n.45
Pontifex ſolus eſt ſupremus Princeps in Eccleſia. pagin.124.n.40
Portio deficiens accreſcit coniuncto. p.90.n.74
Poſſeſſio an ſit iuſta, vel iniuſta, remittitur ad petitorium. p.45.n.68
Poſſeſſio anterior etiam reſpectu horum præfertur. pagin.8.n.36
Poſſeſſio anterior præſumitur continuata vſque ad tempus litis. p.37.n.24
Poſſeſſor anterior qui ſe non habuit pro ſpoliato, manutenendus eſt. p.8.n.37
Poſſeſſio antiquior continuata præfertur iuniori etiam titulatæ. p.8.n.41
Poſſeſſio antiquior quando manutenenda. pagin.167. num.24
Poſſeſſio bonorum Eccleſiæ eſt penes Eccleſiam, non Prælatum. p.261.n.62
Poſſeſſio bonorum Eccleſiæ non amittitur ex contractu nullo. ibid.n.63
Poſſeſſio bonorum Eccleſiæ non poteſt interuerti ab eiuſdem Prælato. p.158.n.22
Poſſeſſio bonorum pupilli tranſit in emptorem, & ex contractu nullo. p.395.n.50
Poſſeſſio ciuilis ſufficit ad manutentionem contra eum, qui naturalem occupauit. p.8.n.46
Poſſeſſio capta pendente appellatione, vel termino ad appellandum, eſt attentata. p.284.n.33
Poſſeſſio ciuilis trahit ad ſe naturalem. pagin.366. numer.47
Poſſeſſio cladeſtina non dicitur in eo, qui palam facit, & bona fide p.347.n.11
Poſſeſſio data à iudice eſt manutenenda, excluſo antiquo poſſeſſore. ibid.n.15
Poſſeſſio defuncti continuat in hæredem ex ſtatuto Ferrariæ. p.197.n.2
Poſſeſſio defuncti non continuat in hæredem in præiudicium proprietarij. p.198.n.16
Poſſeſſio donantis, & cedentis tranſit in ceſſionarium. p.166.n.11
Poſſeſſio, & dominium non transfertur ratione incertitudinis. p.169.n.49
Poſſeſſio etiam iniuſta manutenenda. pagin.167. numer.18
Poſſeſſio, & iuſtus titulus probatur ex actis. pagin.200. n.43
Poſſeſſio exigendi acquiritur ex vnica ſolutione. p.171. num.4
Poſſeſſio exigendi acquiritur per vnicum actum, & quando. p.65.n.2
Poſſeſſio exigendi non acquiritur, niſi per ſpontaneam ſolutionem. p.66.n.8

# Index Rerum Notabilium.


Poſſeſſio iunior cenſetur clandeſtina, & vitioſa. p.103. n.7
Poſſeſſio iunior attenditur, quando antiquior fuit interrupta. p.8.n.40
Poſſeſſio iunior quando ſit manutenenda. pagin.347. num.13
Poſſeſſio iunior titulata non præfertur antiquiori non titulatæ. p.167.n.27
Poſſeſſio facti quomodo probetur. ibid.n.19
Poſſeſſio manutenenda etiam capta propria auctoritate. ibid.n.27
Poſſeſſio manutenibilis probatur per reſponſionem poſitionibus datam. p.42.n.11
Poſſeſſio naturalis conſolidatur cum ciuili mortuo vſufructuario. p.197.n.7
Poſſeſſio naturalis vſufructuario mortuo acquiritur proprietario etiam ignoranti. ibid.n.5
Poſſeſſio non acquiritur niſi per ſpontaneam ſolutionem. p.65.n.6
Poſſeſſio non acquiritur ſine ſcientia. p.168.n.35
Poſſeſſio non amittitur per abſentiam, vel non vſum. p.366.n.43
Poſſeſſio an detur ei, cui reſiſtit iuris præſumptio. p.364. num.9
Poſſeſſio non manutenenda quæ dedit cauſam liti. p.167.n.30
Poſſeſſio non pacifica an ſufficiat, vt vnio dicatur effectum ſortita. p.383.n.37
Poſſeſſio optimè probatur per partis confeſſionem. p.42.n.7
Poſſeſſio per conſtitutum eſt manutenenda. pag.167. n.29
Poſſeſſio poſterior præſumitur clandeſtina, & cedit antiquiori. p.8.n.35
Poſſeſſio poſterior præſumitur clandeſtina, & turbatiua. p.166.n.10
Poſſeſſio poſterior præſumitur vitioſa, & clandeſtina. p.42.n.23
Poſſeſſio poſterior quando manutenenda. pag.167. num.26
Poſſeſſio probatur ex decreto de manutenendo. p.200. n.46
Poſſeſſio probatur in reo ex ſuſtentatione litis. p.261. n.60
poſſeſſio probatur per ſolutionem canonis 10. annorum. p.258.n.32
Poſſeſſio proprietarij eſt manutenibilis contra hæredes vſufructuarij. p.197.n.8
Poſſeſſio quæritur per vnicum actum in corporalibus. p.7.n.27
Poſſeſſio rei ab alio poſſeſſæ non poteſt continuare in hærede. p.9.n.59
Poſſeſſio pupilli magna non eſt diſtrahenda ob modicum æs alienum. p.393.n.13
Poſſeſſio remanet fideicommiſſario immiſſo, & credita ſoluuntur hæredi ad euitandos circuitus. pag.349. num.44
Poſſeſſio ritè datur fideicommiſſario citato hærede. ibid.n.41
Poſſeſſio ſaltem ciuilis præſumitur animo retenta. p.8. n.45
Poſſeſſio ſummariiſſima probatur etiam per teſtes inhabiles. p.42.n.20
Poſſeſſio titulata faciliùs eſt manutenenda. pagin.7. n.23
Poſſeſſio transfertur ex contractu nullo. pagin. 257. num.6
Poſſeſſio vera ficto tamen modo transfertur per conſtitutum. p.167.n.19
Poſſeſſio vſufructuarij non tranſit ad eius hædes. p.197. num.9
Poſſeſſionem ad colorandum licet producere iura ſuper petitorio. p.7.n.21
Poſſione antiquiore probata ſatis probata dicitur violentia noui poſſeſſoris. p.103.n.6
Poſſeſſione ciuili, & naturali poteſt priuari poſſeſſor à iudice ritè, & rectè procedente. p.347.n.19
Poſſeſſione non priuatur quis per ſequeſtrum iudicis. p.8.n.50
Poſſeſſione non videtur priuatus niſi fuerit prohibitus, & acquieuerit. ibid.n.49
Poſſeſſionem capiens ab alia manu, quàm hæredis, incidit in pœnam. p.341.n.11
Poſſeſſionem eſſe notoriè iniuſtam quomodo conſtare poſſit. p.43.n.33
Poſſeſſionem non perdit etiamſi quis vadat in longinquam regionem, ſi animo retineat. pagin.366. numer.44
Poſſeſſionis cauſam non licet mutare ex eodem iure. p.171.n.19
Poſſeſſionis manutentionem non impedit tertius. p.168. num.36
Poſſeſſor antiquior eſt manutenendus, quia noua poſſeſſio cenſetur clandeſtina vel violenta. pag.365. num.15
Poſſeſſor antiquior eſt manutenendus, quia poſſeſſio iunior cenſetur clandeſtina. p.346.n.5
Poſſeſſor antiquior manutenendus eſt, ſi non ſe habuit pro ſpoliato. p.166.n.3
Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos. pagin.233. num.31
Poſſeſſor citandus eſt ante immiſſionem. pagin.347. num.12
Poſſeſſor citatus eiicitur auctoritate iudicis. pag.344. num.66
Poſſeſſor ciuilis poteſt expellere naturaliter poſſidentem. p.198.n.14
Poſſeſſor ciuilis quando manutenendus ſit. pagin.166. num.5
Poſſeſſor eſt manutenendus vſque ad declaratoriam, etiamſi ſit priuatus ipſo iure. p.45.n.69
Poſſeſſor etiam iniuſtus non debet priuari commodo ſuæ poſſeſſionis. ibid.n.67
Poſſeſſor lite pendente debet manuteneri. p.166.n.13
Poſſeſſor anterior manutenendus, & quando. ibid. n.14
Poſſeſſor malæ fidei nunquam præſcribit. pag.310. numer.39
Poſſeſſor manutenendus, de cuius poſſeſſione conſtat. p.167.n.23
Poſſeſſor non creditur ſe habuiſſe pro ſpoliato, niſi probetur. p.166.n.4
Poſſeſſor non eſt amouendus ſine cauſæ cognitione. p.216.n.27
Poſſeſſor non poteſt dici ſe habuiſſe pro ſpoliato, dum ſuſtinuit litem. p.8.n.43
Poſſeſſor amiſſa naturali poſſeſſione, quando præſumatur etiam amiſiſſe ciuilem poſſeſſionem. pag.347. num.17
Poſſeſſor poteſt à iudice ritè, & rectè pendente lite priuari poſſeſſione. p.342.n.33
Poſſeſſor prior eſt manutenendus. p.168.n.41
Poſſeſſor priuatus detentione non præſumitur ſe habere pro ſpoliato. p.43.n.26
Poſſeſſor quis ſit in primis quærendum, & ille manutenendus eſt. p.41.n.1
Poſſeſſor turbatus poteſt habere ſe pro ſpoliato, & intentare remedium recuperandæ. p.8.n.39
Poſſeſſor verus efficitur quis ex pacifica poſſeſſione per annum, & diem cum perceptione fructuum. pagin.349.n.44
Poſſeſſorem poſſe repelli vt ſuſpicetur, ſufficit auctoritas iudicis. p.349.n.19


Poſſeſſorij


Poſſeſſorij decretum trahit ſecum executionem. p.290. n.4
Poſſeſſorij meri natura non alteratur ex productione tituli. p.7.n.22
Poſſeſſorij ſummariiſſimi damnum eſt reparabile. p.47. n.11
Poſſeſſorij ſummariiſſimi decretum, an ſit nullum examinatis teſtibus ſine citatione. p.291.n.25
Poſſeſſorij ſummariiſſimi decretum poteſt reuocari, & non dat damnum irreparabile. pagin.290.numero 5
Poſſeſſori non eſt danda manutentio, de cuius iniuſta poſſeſſione conſtat. p.43.n.31
Poſſeſſoris ſucceſſor poteſt iuuari poſſeſſione anteceſſoris, & quando. p.8.n.42
Poſſeſſorio, & petitorio intentato pronunciandum eſt ſuper eo, de quo magis liquet. p.7.n.24
Poſſeſſorio, & petitorio ſimul intentato quodnam priùs ſit terminandum. ibid.n.19
Poſſeſſorio in iudicio iudicem adiens non perdit poſſeſſionem, & vrbaniùs agit. p.291.n.21
Poſſeſſorio in iudicio non attenduntur actus turbatiui. p.42.n.22
Poſſeſſorio in iudicio ſufficit quod titulus ſit poſſibilis. p.9 n.64
Poſſeſſorio in ſummariiſſimo agitur principaliter ne quis turbetur. p.6.n.11
Poſſeſſorio in ſummariiſſimo non cognoſcitur de iuſtitia poſſeſſionis. p.167.n.17
Poſſeſſorio in ſummariiſſimo ſufficiunt probationes leues, & per coniecturas. p.7.n.25
Poſſeſſorio commiſſo non licet tranſire ad petitorium. p.6.n.15
Poſſeſſorium eſt priùs terminandum. pagin.7. numero 17
Poſſeſſorium excludit petitorium. p.45.n.73
Poſſeſſorium merum intentaſſe præſumuntur, qui petunt ſe manuteneri. p.6.n.13
Poſſeſſorium non poteſt cumulari cum petitorio, & quando. p.45.n.72
Poſſeſſorium ſummariiſſimum de iure canonico, an admittat appellationem controuertentibus. pagin.290. num.2
Poſſeſſorium ſummariiſſimum terminatur officio iudicis. p.167.n.16
Poſſeſſorius actus dicitur clandeſtinus, & non manutenibilis parte non citata. p.166.n.15
Poſſidens in cauſa non vera, & non legitima adhuc manutenendus eſt. p.171.n.7
Poſſidens auctore Prætore eſt manutenendus. pag.341. n.21
Poſſidens auctoritate iudicis non tenetur reſtituere poſſeſſionem. p.343.n.52
Poſſidens ciuiliter rectè tractat beneficium manutentionis. p.199.n.37
Poſſidens ciuiliter recuperat faciliùs naturalem per viam manutentionis. ibid.n.48
Poſſidens etiam per modicum tempus eſt manutenendus. p.341.n.23
Poſſidens fauore Eccleſiæ quomodo adiuuetur. p.344. n.69
Poſſidens naturaliter turbat ſi non admittit ciuiliter poſſidentem. p.200.n.40
Poſſidens non tenetur docere de iure ſuo. pag.214. num.6
Poſſidens per annum, & diem eſt verus poſſeſſor manutenendus. p.341.n.24
Poſſidens præſumitur dominus. p.234.n.14
Poſſidens ſuſtinet partes Rei, non Actoris. pagin.172. num.20





Poſſidens tenetur ad collectas. p.362.n.41
Poſſidenti ciuiliter datur manutentio, quoad recuperanda naturali poſſeſſione. p.366.n.46
Poſſidere dicitur qui ſe non habuit pro ſpoliato. pag.8. n.38
Poſſidere quis præſumitur iure proprio, non familiaritatis. p.9.n.61
Poſſidere ſi duo prætendant quid agendum. pag.167. n.20
Poſſidere quis præſumitur ex titulo præambulo. p.261. n.73
Poſiti in conditione ſi alicubi vocantur, cenſentur diſpoſitiuè vocati. p.188.n.2
Poſiti in conditione an cenſeantur vocati, attenditur quid euenire potuerit. ibid.n.5
Poſiti in conditione filij, & filiæ cenſentur diſpoſitiuè vocati. ibid.n.1
Poſitio cui reſpondeatur per verbum, *credit*, cenſetur acceptata. p.171.n.1
Poſitio probat contra ponentem. ibid.n.2
Poſteri, & deſcendentes ſunt nomen collectiuum comprehendens etiam naſcituros in perpetuum. p.405. n.22
Poſteris vocatis omnes etiam naſcituri veniunt ordine ſucceſſiuo. ibid.n.26
Poſterorum appellatione qui veniant. ibid.n.23
Poſterorum conditio non poteſt lædi à viuentibus in fideicommiſſis. p.411.n.43
Præhenda Canonicatuum Carpenſium eſt duorum ducatonorum. p.295.n.20
Precaria conceſſio quæ dicatur. p.364.n.6
Præcedentia declarantur à ſequentibus. pagin.243. num.28
Præcedentia declarant ſequentia. p.242.n.16
Præcedentia reſtringuntur per ſequentia. pagin.426 n.83
Præceptum cum clauſula, *& ſi ſenſerit*, per comparitionem ipſo iure reuocatur. p.74.n.75
Præceptum de non alienando nondum eſt inualidum. p.404.n.6
Præceptum teſtatoris implere etiam poſt tempus ſufficit. p.37.n.7
Præceptum teſtatoris quomodo ſe habeat non implens ibid.n.1
Præceptum quando reſoluatur in vim ſimplicis citationis. p.74.n.76
Preces probant contra Oratorem. p.131.n.6
Preces plenè probant contra ſupplicantem. pag.230. num.7
Prædia cenſentur libera, niſi aliud probetur. pagin. 105. n.4
Prædia quomodo probentur venire ſub nomine pertinentiarum feudi. ibid.n.33
Prædia ruſticalia ſui naturâ cenſentur libera. ibid.n.43
Prædium cenſetur emptum ex pecunia ſtatim habitâ. p.309.n.20
Prædium quando dicatur venditum ad corpus. p.232. n.14
Prædo etiam eſt manutenendus, & ſpoliatus debet reſtitui. p.395.n.51
Prædo etiam manutenendus eſt, & quando. p.373.n.33
Prædo etiam manutenendus eſt. p.172.n.21
Prædo non ſemper eſt manutenendus. p.200.n.47
Prælati inferiores an poſſint diſpenſare, ſicut Epiſcopi. p.359.n.48
Prælationis ius an ſit ceſſibile. p.16.n.41
Prælationis ius quod habet Dominus cenſus procedit, ſi velit rem pro ſe. ibid.n.40
Prælatus debet manuteneri in quaſi poſſeſſione exercendi Pontificalia. p.426.n.66


Sſ 2 prælatus

# Index Rerum Notabilium.


Prælatus & emphyteuta ſine ſolemnitate poſſunt facere pactum ad vitam eorum. p.81.n.16
Prælatus exemptus etiam nullius, poteſt eſſe quod ſit intra fines alicuius Diœceſis. pagin. 426. numero 84
Prælatus habens iura Epiſcopalia ſeu quaſi, non dicitur de inferioribus Epiſcopo. ibid.n.67
Prælatus malè alienans bona Eccleſiæ poteſt ea repetere. p.258.n.23
Prælatus malè alienans poteſt reuocare non obſtante iuramento. p.261.n.67
Prælatus manutenendus in poſſeſſione conferendi ordines. p.429.n.116
Prælatus non poteſt alterare naturam emphyteuſis Eccleſiæ. p.243.n.31
Prælatus non poteſt formam antiquæ inueſtituræ alterare. p.80.n.15
Præparantis cauſæ iudex eſt etiam iudex cauſæ præparatæ. p.208.n.7
Præpoſiti Eccleſiarum Conuentalium ſunt dignitates. p.336.n.16
Presbyter latinè accipitur pro Sacerdote. pagin. 372. n.48
Presbyter nomen eſt æquiuocum, & poteſt conuenire etiam laicis. p.368.n.6
Presbyteri non præſumuntur mentiri. p. 247.n.18
Præſcriptio centum annorum omnia iura ſubuetit. p.108.n.7
Præſcriptio eſt impiiſſimum remedium. pagin. 310. num.37
Præſcriptio eſt præſidium iniquiſſimum. pag.410.numero 84
Præſcriptio in remedio recuperandi bona Eccleſiæ non currit niſi triginta annis. p.258.n.25
Præſcriptio omnis requirit bonam fidem formalem, & poſitiuam. p.310.n.38
Præſcriptio ſtatutaria non comprehendit cenſum, & quare. p.311.n.58
Præſcriptio ſtatutaria non procedit contra eum qui iuſtè ignorauit creditum. p.310.n.48
Præſcriptio ſtatutaria non procedit cum ſcientia rei alienæ. ibid.n.43
Præſcriptio ſtatutaria tollit ius creditoris. pag.308. num.6
Præſcriptio ſtatuti contra creditores non afficit actionem realem, vel in rem ſcriptam. pagin.311. numero 55
Præſcriptio ſtatuti non datur in eo, qui primò confeſſus eſt cenſum. p.310.n.46
Præſcribi non poſſunt vllo tempore bona fideicommiſſi contra non volentem agere. p.410.n.87
Præſcribitur nomen venditoris ſpatio triginta annorum. p.344.n.64
Præſcriptio bonorum fideicommiſſi etiam longiſſima requirit bonam fidem. p.407.n.46
Præſcriptio centum, vel mille annorum, quando non habeat locum. p.411.n.92
Præſcriptio decurſa contra patrem non nocet filiis in fideicommiſſis. ibid.n.91
Præſcriptio non currit contra ignorantem. ibidem numero 93
Præſcriptio non currit nondum natis, nec agere non volentibus. p.410.n.87
Præſcriptionem hæres non poteſt inchoare ex perſona ſua, & quando. p.411.n.101
Præſcriptioni longiſſimi temporis ſemper ineſt bona fides præſumpta. ibid. n.97
Præſens an cenſeatur conſentire proteſtationi. pag.181. num.9
Præſentandi commoditas eſt apud quemlibet patronum inſolidum. p.138.n.26
Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur vnico actu. p.376.n.8
Præſentandi quaſi poſſeſſio quando tranſeat ad hæredem. ibid.n.11
Præſentari non poteſt laicus. p.140.n.42
Præſentati ius æſtimatur ex perſona præſentantis.p.389. n.38
Præſentatio à maiori parte dicitur habere conſenſum omnium. p.139.n.41
Præſentatio facta à non patrono, vel non exiſtente in poſſeſſione præſentandi nullum ius tribuit.pag.215. n.8
Præſentatio facta contra voluntatem fundatoris eſt nulla. p.374.n.34
Præſentatio venit nomine electionis. p.112.n.14
Præſentatio vnica quando ſufficiat, vt denuò Patronus præſentare poſſit. p.376.n.9
Præſentationes multiplicatæ quando dicantur. p.377. n.27
Præſentationis pars dicitur ille, ſine cuius conſenſu fieri non poteſt. p.111.n.1
Præſentationis ratio ſi viget debet ſeruari etiam in collatione. p.112.n.15
Præſentatus ſi moriatur ante inſtitutionem beneficium vacat vt priùs. p.387.n.10
Præſumptio cadit ſuper caſu dubio p.21.n.37
Præſumptio eſt contra reum, vt delinquat ſine mandato. p.247.n.6
Præſumptio excluſiua delicti attenditur. pagin.251. n.62
Præſumptio pro Religione, & cauſa pia præualet aliis. p.110.n.26
Præſumptio ſtat in dubio pro ſententia, & pro iudice. p.341. n.22
Præſumptiones graues iunguntur ad fidem faciendam. p.224.n.9
Præſumptiones ſufficiunt ad condemnandum ad pœnam extraordinariam. ibid.n.16
Præſumptiones violentæ in occultis ſufficiunt ad condemnandum. ibid.
Præſuppoſito non verificato, non habet locum diſpoſitio. p.366.n.36
Pretium non eſt propriè res immobilis. pagin.178. num.108
Pretium quando habeatur pro re immobili. p.177. n.103
Pretium ſolùm reſtituitur re euicta ex cauſa fideicommiſſi data ſcientia. p.222.n.13
Præuentio iudicis efficit, vt eius iuriſdictio perpetuetur, & ſemper præferatur. p.283.n.8
Præuentio vnius iudicis ligat manus alerius. ibidem n.9
Prima Tonſura non eſt Ordo. p.332.n.4
Prima Tonſura ſapit naturam Ordinum, & non datur irregulari. ibid.n.5
Primogenituræ pretium debet reinueſtiri. p.171.numero 16
Primogenitus bannitus aperit locum ſecundogenito. p.176.n.72
Principaliter quod agitur attenditur, non in conſequentiam. p.388.n.27
Principium, & cauſa originalis attenduntur. pag.406. n.37
Princeps dicitur propriè ſupremus, à quo non datur appellatio. p.123.n.32
Princeps an præſumatur velle derogare iuri quæſito. p.301.n.30
Princeps poteſt ſibi reſeruata alteri demandare. p.78. n.21


Princeps


tiam. ibid.n.20
Princeps ſæcularis legitimat quoad prophana. pag.216. n.20
Princeps ſæcularis quare non poſſit gabellare bona Clericorum. p.95.n.22
Priuatio hæreditatis non incurritur niſi hæres detractet implere teſtamentum. p.39 n.49
Priuationis pœna non habet locum, niſi exprimatur. p.331.n.43
Priuatiua in materia dies non interpellat pro homine. p.37.n.5
Priuatus beneficio ipſo iure non eſt remouendus vſque ad ſententiam. p.45.n.70
Priuilegia non admittunt niſi ſtrictam interpretationem. p.422.n.41
Priuilegia Ordinis S. Dominici competunt omnibus mendicantibus. p.301.n.25
Priuilegia quomodo conquaſſentur inuicem. p.99.n.23
Priuilegia ſunt ſtrictè interpretanda. p.163.n.15
Priuilegiatus contra priuilegiatum non gaudet priuilegio. p.206.n.58
Priuilegiatus magis præfertur in concurſu priuilegiato. p.100.n.39
Priuilegiatus quomodo excludat priuilegiatum. pag.99. num.27
Priuilegiatus ſpecialiter quomodo vtatur priuilegio contra priuilegiatum in genere. ibid.n.25
Priuilegij exhibitio non ſufficit niſi exemptionis quaſi poſſeſſio probetur. p.10.n.14
Priuilegij extenſio à Domino ad eius familiam permittitur. p.282.n.24
Priuilegij forma non poteſt tranſgredi. pagin. 163. num.7
Priuilegio abutens illud perdit. p.293.n.16
Priuilegio non iuuatur qui non habet qualitates priuilegij. p.163.n.17
Priuilegium amittitur per non vſum. p.11.n.16
Priuilegium conceſſum Epiſcopis, competit etiam eius ſeruitoribus. p.281.n.20
Priuilegium conceſſum hoſpitali competit etiam ei ſeruientibus. ibid.n.19
Priuilegium dotis *ex Auth. res quæ, Cod. commun. de legat.* eſt reale. p.195.n.35
Priuilegium fauorabile latè extendendum. pag.301. n.29
Priuilegium finitur vna vice in pœnalibus, ſecus in fauorabilibus. p.121.n.49
Priuilegium fori competit etiam litis conſorti. pag.205. n.45
Priuilegium immunitatis Eccleſiæ eſt mixtum. p.315. n.17
Priuilegium non debet eſſe inutile. p.296.n.28
Priuilegium non extenditur. p.163.n.16
Priuilegium non trahitur de perſona ad perſonam.p.12. n.33
Priuilegium piæ cauſæ ceſſat alia pia cauſa hærede inſtituta. p.99.n.20
Priuilegium Pontificis determinatur à quantitate in eo poſita. p.163.n.12
Priuilegium perditur ob detrimentum enorme ſuperueniens. p.326.n.30
Priuilegium profitendi in infirmitate, an ſit reuocatum. p.301.n.24
Priuilegium tollitur mutatione perſonæ. pagin.12. num.54
Probabilis ignorantiæ exemplum. pagin.310. numero 53
Probatio eſt difficilis de his, quæ fiunt in mari. p.57. n.46
Probatio euidens vbi requiritur, non ſufficit adducere præſumptam. p.300.n.13





Probatio mortis viri in matrimoniis, an debeat eſſe plena, vel probabilis. p.57.n.54
Probatio plena dicitur etiam ex pluribus præſumptionibus. p.225.n.27
Probatio præſumptiua ſufficit, vbi plena haberi non poteſt. p.57.n.58
Probatio ſemiplena ſufficit in poſſeſſorio ſummariiſſimo. p.42.n.18
Probatio ſufficiens quæ dicatur. ibid.
Probatio veriſimilis quando æquipolleat plenæ, & concludenti. p.57.n.53
Probationes concludentiſſimæ requiruntur in materia obiectiua. p.82.n.1
Probationes imperfectæ iunguntur in occultis, & difficilis probationis. p.224.n.7
Probationes leuiores ſufficiunt in his, quæ ſunt difficilis probationis. p.57.n.45
Probationes vniuerſæ quoad factum ſunt in arbitrio iudicis. p.58.n.65
Proceſſus iudicis ſæcularis non probat in foro Eccleſiæ. p.131.n.13
Proceſſus ſæcularis an probet in foro Eccleſiæ. pag.143. n.39
Proclamata Ducis Mutinæ contra bannitos. pag.176. n. 84
Procurator non admittitur in cauſis criminalibus. p.184.n.5
Proditio non probatur probato homicidio. pag. 132. n.18
Proditio quomodo cognoſcatur. ibid.n.22
Proditionis nomen ceſſat ceſſante amicitia. ibidem num.21
Proditor an dicatur occidens inimicum reconciliatum. p.133.n.34
Proditor dicitur, qui fidem frangit de non offendendo. p.131.n.5
Proditor non dicitur qui interficit inimicum à tergo, & per inſidias. p.132.n.23
Profeſſio an poſſit fieri in manibus Abbatiſſæ. pag.305. n.29
Profeſſio emiſſa in infirmitate, valida eſt. pag.299. num.6
Profeſſio in articulo mortis ad quid ſuffragetur. p.302. n.37
Profeſſio in articulo mortis facta parit omnes actus veræ profeſſionis. ibid.n.48
Profeſſo in articulo mortis moriente, eius bona ſpectant ad Monaſterium. p.299.n.10
Profeſſio emiſſa à ſtatim morituro valida eſt. ibidem num.9
Profeſſio in articulo mortis quando non valeat. p.300. n.14
Profeſſio monialis non poteſt fieri in manibus Abbatiſſæ. p.304.n.8
Profeſſio Monialis non poteſt fieri antequam examinetur ab Epiſcopo. p.303.n.3
Profeſſio non poteſt fieri in manu mulieris. pagin.305. num.31
Profeſſio Nouitiæ, an proſit ſolùm quoad indulgentias. p.304.n.10
Profeſſio Nouitiæ eſt valida etiam ſine præuio examine Epiſcopi. p.305.n.23
Profeſſio Nouitiæ infirma intra annum probationis quid operetur. p.300.n.22
Profeſſio Nouitij ſine informationibus non eſt inualida. p.305.n.28
Profeſſio poteſt fieri in manibus ſimplicis Sacerdotis de commiſſione Superioris. ibid.n.32
Profeſſio requirit ſanitatem mentis. pagin.298. numero 7
Profeſſi bona dolo inducti ad Religionem, ad quem




ſpectent,

# Index Rerum Notabilium.


ſpectent. p.300.n.18
Profeſſis etiam in infirmitate ſuccedit monaſterium. p.301.n.27
Profeſſionem morboſi admittens peccat. pag. 300. num.11
Profeſſionem poteſt laicus acceptare ex commiſſione Superioris. p.305.n.33
Profeſſionis in infirmitate quis ſit finis. pagin.302.numero 44
Prohibita alienatione intelligitur tam ex teſtamento quàm ab inteſtato. p.408.n.57
Prohibita fiunt licita in caſu neceſſitatis. pagin.293. num.12
Prohibitio alienandi perſonalis non extenditur ad alias perſonas. p.404.n.13
Prohibitio alienationis extinguitur cum fideicommiſſo. p.403.n.3
Prohibitio alienationis perſonalis extenditur propter rationem generalem. p.407.n.49
Prohibitio alienationis quando dicatur realis, vel perſonalis. p.407.n.53
Prohibitio alienationis quando correſpectiua ſit ad fideicommiſſum. p.406.n.36
Prohibitio alienationis ratione veſtita eſt valida. p.406. n.33
Prohibitio perſonalis non extenditur ad deſcendentes. p.410.n.80
Prohibitum directò non debet per indirectum permitti. p.123.n.28
Proles Religioſorum eſt deteſtabilior aliis. pag.216. n.20
Promittens debet ſeruare verbum oris ſui. pagin.295. num.12
Promittens matrimonium poteſt à iudice Eccleſiaſtico conſtringi. p.229.n.82
Proprietarij poſſeſſio mortuo vſufructuario non eſt noua poſſeſſio. p.197.n.4
Proprietario non obſtat ſtatutum de continuanda poſſeſſione. p.198.n.10
Proprietarius manutenendus eſt ſi naturalis poſſeſſio apud alium exiſtat. p.203.n.12
Proprietarius mortuo vſufructuario ſine reſtitutione acquirit poſſeſſionem. p.197.n.6
Proprietarius poteſt naturaliter poſſeſſionem iungere ſuæ ciuili mortuo vſufructuario. p.197.n.11
Proprietatis defectu probato ampliùs de poſſeſſione non ambigitur. p.43.n.42
Prorogat iuriſdictionem iudicis, qui illius examini ſe ſubmittit. p.290.n.9
Pro ſpoliato an quis ſe habuerit, pendet ab animo, & ſtatur eius aſſertioni. p.366.n.43
Pro ſpoliato in dubio non præſumitur quod quis ſe habuerit. ibid.n.42
Pro ſpoliato nemo præſumitur ſe habere in dubio. p.8. num.44
Pro ſpoliato ſe quem non habuiſſe ſignis probatur. p.366.n.41
Proteſtatio acceptata non poteſt dici contrariè facta. p.181.n.12
Proteſtatio admiſſa ſi, & in quantùm, dicitur ſimpliciter admiſſa. ibid.n.13
Proteſtatio an, & quando includat pactum. pag. 181. num.11
Poteſtatio coadiuuat metus probationem. pag. 182. num.33
Proteſtatio cui contradicitur non prodeſt. pag. 331. num.40
Proteſtatio cui contradicitur non releuat. pagin.181. num.16
Proteſtatio eſt neceſſaria in eo qui ſoluit coactè. pag.66. num.13
Proteſtatio eſt vtilis ad metum probandum, ſed non neceſſaria. ibid.n.16
Proteſtatio non requiritur vbi conſtat de mandato Domini. ibid.n.14
Proteſtatio poſt factum non releuat. p.331.n.39
Proteſtationi præiudiciali tacens non videtur conſentire. p.8.n.48
Proteſtatio quando non ſit neceſſaria. pagin.66.numero 15
Proteſtatio quando non ſit neceſſaria impedito. p.69. n.10
Proteſtatio tollit mortem à facto, & conſeruat ius proteſtantis. p.181.n.8
Proteſtatio tollitur per actum contrarium. pagin.44. n.54
Proteſtationi non contradicens, cenſetur conſentire. p.181.n.10
Protonotarij non poſſunt legitimare contra Bullas Pij Quinti. p.218.n.59
Protonotarij non ſunt exempti ab Ordinario. pag.114. n.24
Protonotarius Apoſtolicus poteſt eligi in iudicem Synodalem, & eſſe delegatus Papæ. pagin.430.numero 135
Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, & quomodo. p.99.n.22
Prouiſiones Apoſtolicæ non mutant ſtatum beneficij, ſed conſeruant. p.379.n.58
Proximior ſi contractui non interuenerit, probandum eſt eum fuiſſe maiorem vigintiquinque annis. p.23. n.11
Proximiores finita emphyteuſi inueſtiri debent. p.16. n.43
Proximiores ſuccedunt ab inteſtato, & in fideicommiſſis. p.128.n.16
Publicatio bonorum non eſt neceſſaria, vt bannitus perdat iura communia. p.178.n.114
Publicatio legis quando præſumitur. p.177.n.91
Puella ante duodecimum annum non poteſt admitti ad habitum regularem. p.304.n.12
Puellæ voluntas an poſſit à Vicario explorari ante profeſſionem. p.305.n.22
Puer Hebræorum inuito patre baptizatus, & mortuus an ſit exhumandus. p.318.n.1
Pupilli bona alienare, vel obligare an magis expediat conſiderandum eſt. p.393.n.16
Pupilli bona non poſſunt vendi niſi factis ſubhaſtationibus. p.394.n.46
Pupilli bona ſtabilia poſſunt vendi ex cauſa æris alieni cum decreto iudicis. p.392.n.6
Pupilli bona ſtabilia vendi poſſunt pro ſoluendo ære alieno fructifero, etiamſi creditores vrgeant. p.393. n.23
Pupilli bona ſtabilia vt vendantur neceſſe eſt quod creditores vrgeant. ibid.n.18
Pupilli bonis ſtabilibus venditis pretium debet dari creditoribus. ibid.n.19
Pupilli priuilegium de foro competit etiam minori 25. annis. p.206.n.50
Pupillo quæritur ius per ſtipulationem Notarij etiam ante acceptationem. p.88.n.44
Pupillus an poſſit adire hæreditatem ſine tutore. p.91. n.86
Pupillus debet probare ſe læſum, ſi vult dolere, & reſtitui. p.393.n.12
Pupillus, & vidua habent electionem fori. pag.205. num.47
Pupillus finita tutela tenetur ratificare geſta per tutorem bona fide. p.392.n.7
Pupillus non comprehenditur ſtatuto, niſi de eo fiat ſpecialis mentio. p.89.n.59





Pupillus obligatur ex contractu nullo, quatenus factus eſt locupletior. p.392.n.2
Pupillus pro habili habetur in concernentibus eius fauorem. p.89.n.56
Pupillus ſupra infantiam poteſt vtiliter contrahere ſine ſolemnitatibus. ibid.n.57
Pupillus tenetur reſtituere pretium, quod verſum eſt in eius vtilitatem, & cum fructibus. p.392.n.3
Pupillus, vidua, & minor diuites gaudent iis priuilegiis. p.206.n.56
Purgatorium quanto tempore purget animas. pag.110. num.28


## Q


QValitas adiecta verbo, debet interuenire de tempore verbi. p.405.n.30
Qualitas in fine poſita qualificat omnia præcedentia. p.163.n.11
Qualitas quando in referente non inualidatur. pag.147 num.12
Qualitas quando non poſſit dici repetita. p.25.n.15
Qualitas ſequens refertur ad præcedentia. ibid.n.14
Qualitatem legis debet probare ſe fundans in lege qualificata. p.427.n.85
Qualitatem legis probare debet ſe iuuans in lege qualificata. p.45.n.64
Quartam integram ex aliis an poſſit hæres deducere ſi prohibita ſit in aliquibus. p.101.n.4
Quaſi poſſeſſio acquiritur per vnicum actum. pag.336. num.20
Quaſi poſſeſſio exigendi non acquiritur, vbi ſoluitur de mandato Superioris. p.66.n.9
Quaſi poſſeſſio in corporalibus acquiritur duobus concurrentibus. p.67.n.27
Quaſi poſſeſſio in corporalibus non eſt aliud, niſi aduerſarij patientia. p.66.n.10
Quaſi poſſeſſio iuris ſedendi in Eccleſia acquiritur per vnicum actum. p.6.n.6
Quaſi poſſeſſio non acquiritur per actum factum ſine præiudicio. p.66.n.21
Quaſi poſſeſſio præſentandi non tranſit in hæredem ſine noua apprehenſione. p.376.n.10
Quaſi poſſeſſio ſedendi in loco Eccleſiæ requiritur per vnicum actum. p.364.n.14
Quaſi poſſeſſionem habens ſedendi in ſcamno, vel alia faciendi, poteſt ſe defendere etiam armis. pagin.6. num.10
Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. p.193. n.22
Quæ in continenti fiunt, ineſſe videntur. pagin.309. num.22
Quæ poſſunt trahi in bonum & malum, interpretantur in bonum. p.250.n.58
Querela deuoluit totum negotium, & quando. pag.33. num.82
Querela eſt propriè, quoties cauſa defertur ad iudicem ſine appellatione. p.30.n.32
Querela & nullitas ſunt idem. ibid.n.26
Querela non permittitur prohibita appellatione. pagin.123.n.27
Querela quid ſupponat, & quomodo procedat. p.33. num.82
Querela ſupponit errorem in iudice, vel parte. p.124. num.44
Querelæ via admittitur recurrendo ad Principem. pagin.123.n.31
Querelæ viâ procedere quid ſit. p.34.n.86
Qui declarat nihil addit. p.316.n.34
Qui malè agit odit lucem. p.133.n.35
Qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur. p.304. num.16
Qui vult conſequens, vult etiam antecedens. pag.407. num.52
Quod non mutatur ſtare non prohibetur. p.11.n.27
Quod non mutatur, non prohibetur. p.216.n.27
Quod non mutatur ſtare permittitur. p.427.n.95
Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, facilè concedendum. p.17.n.52
Quot ſunt perſonæ tot ſunt portiones, computato etiam patre. p.127.n.5


## R


RAdice ex infecta deſcendens quando excludatur, vel non. p.405.n.21
Ratificandi ius quomodo tranſeat ad hæredes. pag.87. num.27
Ratificatio actum validum efficit vt valeat prout ex tunc. p.89.n.54
Ratificatio confeſſionis rei debet fieri extra tormenta. p.252.n.92
Ratificatio debet fieri re integra. p.87.n.22
Ratificatio donationis ſemper fieri poteſt, & ſemper res dicitur eſſe integra. p.88.n.39
Ratificatio lapſo quinquennio præſumitur in minore facto maiore. p.309.n.29
Ratihabitio non requiritur ſtipulante, & acceptante Notario pro abſente. p.86.n.9
Ratio legis ſi vnica aſſignari poteſt, pro expreſſa habetur. p.399.n.43
Rationem naturalem allegare ſufficit ad deciſionem cauſarum. p.393.n.17
Reciprocum fideicommiſſum vt inducatur quid requiratur. p.404.n.10
Reciproca ſubſtitutio non extenditur ad aliam lineam. ibid.n.11
Reciproca ſubſtitutio vt inducatur quid requiratur. pagin.408.n.60
Reconciliatio tollit indicium ex inimicitia. pagin.249 n.39
Rector Eccleſiæ non poteſt amouere ſcabella ad libitum. p.365.n.18
Rectores Eccleſiarum poſſunt amouere ſedilia iuxta indigentiam Eccleſiæ. p.366.n.37
Recurſus ad Principum non denegatur prohibita alienatione. p.123.n.30
Recuſationis iudicis cauſæ debent cognoſci ab arbitris iuris. p.114.n.28
Regij Synodus circa ſedilia Eccleſiæ. p.6.n.3
Regula de iure quæſito quando obſtat. p.390.n.49
Regulares debent concurrere pro cauſa ergaſtulorum. p.354.n.60
Regulares in cura animarum ſubſunt Epiſcopo. pag.13. n.43
Regulares poſſunt alienare ſine licentia Pontificis. pagin.257.n.12
Regulares ſunt immunes à iuriſdictione Epiſcopi. pagin.13.n.42
Regulares tenentur recuperare bona malè alienata. pagin.258.n.28
Regularis extra curam animarum eſt puniendus à Superioribus ſuis. p.291.n.14
Regulæ inhærendum ſicut carrocio. p.264.n.103
Regulæ ſtandum eſt, donec de exceptione doceatur. p.302.n.46
Relatio fit ad proximiora in teſtibus. p.166.n.8
Relatio non fit ad ea, quæ habent certam prouiſionem. p.164.n.25
Relatio non fit ſi præcedens diſpoſitio redderetur

inutilis. ibidem num.29
Relatio non fit ſi ſequatur abſurdum. ibid.n.30
Relatio quando non fiat ad omnia præcedentia. pagin.166.n.9
Relatio quando non fiat ad præcedentia. p.164.n.28
Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus. p.143.n.35
Relatum in referente non includitur expreſsè, ſed tacitè. p.148.n.22
Religioni ratio quæ fauet maxima eſt. p.392.n.38
Religioſus præſumitur qui bonus. p.354.n.47
Rei partes ſunt fauorabiliores. p.194.n.27
Reintegrari ante omnia debet ad poſſeſſionem., qui ex ea fuit eiectus. p.103.n.4
Reintegrandæ poſſeſſionis remedium ex forma agendi cognoſcitur. ibid.n.1
Reintegrandæ remedium pinguius prouidet cæteris poſſeſſoriis. ibid.n.2
Reintegrandæ remedium non competit poſt triginta annos. p.257.n.9
Reintegrandæ remedium quot requirat. ibid.n.2
Reintegrandæ remedio vtens quid probare debeat. pagin.103.n.5
Reintegrari quando poſſit cadens ex facto proprio à re ſua. p.261.n.66
Reintegratio non datur ei qui culpâ ſuâ poſſeſſionem amiſit. p.257.n.5
Reintegratur Eccleſia conſtito de eius antiquiori poſſeſſione,& recentiori eius aduerſarij. p.258.n.26
Rem eſſe Eccleſiæ, poteſt probari coram Eccleſiaſtico. p.211.n.56
Rem, & pretium retinere iniquum eſt. p.392.n.1
Rem iudicatam aduerſus ſolus Princeps reſtituit. p.78. num.19
Remedium reintegrandæ non datur contra ſucceſſorem iuſto titulo,& bona fide poſſidentem. p.357.n.4
Remigandi pœna ſuccedit loco damnationis ad metallum. p.353.n.49
Remigantem mortuum fuiſſe veriſimile eſt. pagin.55. num.23
Remiſſio non fit conductori tractanti de lucro captando. p.323.n.47
Remiſſio ſemper eſt facienda ſi damnum contingat in ſubſtantia. ibid.n.41
Remotior in gradu non admittitur extante proximiore. p.128.n.19
Renuncians ad fauorem adhuc dicitur poſſidere, donec reſignatarius acceptet. p.128.n.23
Renuncianti iura ſua non datur regreſſus. p.230.n.5
Renunciatio eſt donatio. p.233.n.27
Renunciatio habet vim pacti de non petendo.pag.230. num.6
Renunciatio iurium ſuorum facilè non inducitur.p.104. n.15
Renunciatio non præſumitur facta promiſſis in tractatu. p.242.n.21
Renunciatio quando non teneat. p.128.n.24
Renunciatio ſuſtinetur in vim pacti. p.233.n.29
Reo ſufficit ſola poſſeſſio pro defenſione. p.172.n.23
Repetitio datur pro donatis concubinæ. p.271.n.53
Repetitio legati concubinæ præſtiti an detur hæredibus. p.272.n.71
Repetitio tormenti non fit ſine nouis indiciis. pag.252. num.83
Repetitio torturæ tertio fit à iudicibus carnificibus. ibid.n.88
Repudians abſtinet à ſucceſſione. p.128.n.20
Repudians habetur pro mortuo. p.127.n.4
Repudians non poteſt repudiare niſi portionem ſibi delatam. p.129.n.36
Repudiantis filij an ſuccedere poſſint. p.129.n.30
Repudiare, & renunciare in quo differant. pagin.128. num.21
Repudiata pars habetur pro derelicta. p.129.n.35
Repudiata pars hæreditatis accreſcit cohæredi. ibidem num.32
Res facilè reuertitur ad naturam ſuam. p.192.n.10
Res facilè reuertitur ad priſtinum ſtatum. p.329.n.20
Res iudicata habetur pro veritate. p.78.n.14
Res minoris valet ratione oneris adiecti. pagin.4. num.47
Res ſemper perit domino. p.158.n 47
Res tranſit cum onere ſuo. p.110.n.37
Res vendita cum pacto redimendi minoris valet in quarta parte. p.4.n.48
Reſcripti forma debet ſeruari. p.208.n.8
Reſcripti natura eſt vt petitioni adaptetur. pag.242. num.14
Reſeruatio iurium ſolet fieri in decreto de manutenendo. p.46.n.9
Reſeruatio beneficij debet eſſe patens, vt detur immiſſio ſubrogata in ius defuncti. p.391.n.64
Reſtitutio ad purgandam moram quomodo concedatur. p.76.n.15
Reſtitutio aduerſus rem iudicatam vt detur quid requiratur. ibid.n.10
Reſtitutio an detur poſt petitam executionem ſententiarum. p.82.n.37
Reſtitutio an teneatur pro lucro amiſſo, ſicut pro damno. p.189.n.16
Reſtitutio conceditur ad proſequendam appellationem ex læſione leui. p.80.n.5
Reſtitutio datur etiam maiori 25. annis ex cauſa. p.77.n.3
Reſtitutio datur minori ſolùm in parte, in qua fuit læſus. p.3.n.24
Reſtitutio ex miſerationis cauſa à ſolo Principe conceditur. p.78.n.17
Reſtitutio in integrum eſt remedium pinguius quàm lex 2. de reſcindenda venditione. p.4.n.35
Reſtitutio minori ſemel tantùm concedenda eſt in eodem articulo. p.385.n.1
Reſtitutio non datur iterum minori qui negligenter eſt vſus reſtitutione. ibid.n.9
Reſtitutio non datur maiori, niſi docto de legitimo impedimento. p.77.n.5
Reſtitutio non datur minori, niſi petatur, p.385.n.11
Reſtitutio quomodo detur maiori 25. annis. pag.82. num.33
Reſtitutione tacitè denegata poteſt iterum peti. p.385. num.14
Reſtitutionis beneficium ad inuentarium faciendum tranſmittitur ad hæredes. p.189.n.17
Reſtitutus à banno cum bonis obligatur omnibus creditoribus. p.193.n.14
Reſtitutus bannitus quæ non recuperet. p.192.n.7
Reſtitutus ex gratia, quid recuperet,attenduntur verba reſtitutionis. p.178.n.118
Reſtitutus per gratiam non recuperat bona per tertium apprehenſa. ibid.n.119
Reſtitutus ſemel non eſt ampliùs reſtituendus. p.385. num.3
Retentio datur etiam poſt ſententiam. p.195.n.41
Retentio datur hæredi de re concubinæ legata. p.272. n.64
Retentio eſt fauorabilor quàm petitio. p.195.n.43
Retentio faciliùs datur quàm actio. p.271.n.58
Retentio non conceditur concubinæ illicitæ. ibid.n.47
Retentio non datur niſi pro debito liquido. pag.201. num.61



Retentio non datur niſi pro expenſis factis in re. ibid. num.58
Retentioni pecuniæ, aut ſpeciei an ſit locus. pag.195. num.40
Retentioni quando ius, quando locus ſit. ibid.n.39
Retinendi ius ſuſpendit executionem. ibid.n.42
Retrahens an teneatur iurare rem pro ſe velle. p.17. num.56
Retrahendi ius habens poteſt renunciare tali iuri.ibid. num.57
Retrahendi ius renunciare videtur, qui fructus perceptos recipit in cenſu. p.18.n.61
Retrahere an quis velit pro alio quomodo cognoſcatur. p.17.n.45
Retractus competens Domino cenſus æquiparatur retractui iure vicinitatis, vel conſanguinitatis. pag.16. num.32
Retractus ius ex vicinitate, vel conſanguinitate, an poſſit cedi. ibid.n.34
Retractus ius habens poteſt retrahere pro ſeipſo tantùm,non pro alio. p.17.n.44
Retractus renunciatio quomodo inducatur. pagin.18. num.58
Retrouendere qui tenetur,ad fructus etiam obligatur ſi eſt in mora. p.14.n.11
Reuocare bona fideicommiſſi alienata poteſt ſolùm proximior. p.410.n.88
Reus ab Eccleſia extractus debet duci ad carceres Epiſcopales. p.179.n.4
Reus ab Eccleſia indebitè extractus. ibid.n.1
Reus antequàm carceretur non eſt plenè ſub poteſtate Curiæ. p.312.n.17
Reus à quo iudice poſſit in Eccleſia ligari. pagin.142. num.21
Reus aufugiens à manibus executorum, & confugiens ad Eccleſiam eſt tutus. p.312.n.11
Reus cenſetur occidiſſe ex propria cauſa. pagin.247. num.5
Reus conuentus nominans Dominum liberatur ab inſtantia iudicij. p.210.n.41
Reus declarans teſtes habere pro rectè examinatis, ſaluat à defectu citationis. p.291.n.27
Reus eſt in poſſeſſorio qui poſſidet rem controuerſam. p.292.n.29
Reus etiam ligatus catenis fugiens ad Eccleſiam, immunis eſt. p.312.n.14
Reus exiſtens in Eccleſia poteſt liberè exire ad exonerandum corpus. p.142.n.30
Reus in caſibus exceptis ſtante timore fugæ quomodo abducatur ab Eccleſia. p.141.n.7
Reus in Eccleſia non poteſt compeditari à iudice laico. p.142.n.31
Reus non poteſt damnari, niſi ſit conuictus, vel legitimè confeſſus. p.246.n.2
Reus non poteſt extrahi ab Eccleſia ſine licentia Epiſcopi, etiam in caſibus exceptis. p.179.n.2
Reus non poteſt priuari bonis, niſi à iudice homicidij. p.168.n.42
Reus non priuatur immunitate, niſi homicidium faciat in Eccleſia, vel cæmeterio. p.141.n.11
Reus poteſt ab Eccleſia extrahi à iudice laico,denegata licentia ab Epiſcopo. p.179.n.5
Reus poteſt ex indiciis violentis condemnari in pœnam extraordinariam. p.229.n.81
Reus poteſt ſe defendere exceptionibus etiam contrariis. p.172.n.24
Reus trahens ſecum executores in Eccleſia gaudet immunitate. p.312.n.12
Romæ quid factum ſit, non inſpicitur, ſed quid fieri debuit. p.144.n.44
Ruſticus an poſſit contrahere matrimonium coram Parocho rurali. p.63.n.53
Ruſtici Clericorum ſunt de foro Eccleſiæ, niſi agatur de bonis Eccleſiaſticis. p.277.n.41
Ruſtici Eccleſiarum coram quo iudice ſint conueniendi. p.276.n.30
Ruſtici Eccleſiæ quando poſſint conueniri coram iudice Eccleſiaſtico. p.277.n.36

S

SAcerdotale beneficium non poteſt dari ſaltem non habenti ætatem ad Sacerdotium neceſſariam. pa-p.368.n.1
Sacerdotale beneficium non poteſt dari Sacerdoti in actu. p.373.n.61
Sacerdotale beneficium quomodo cognoſcatur. p.371. num.43
Sacerdotale eſſe beneficium actu quæ verba indicent. p.370.n.29
Sacerdotale non eſt beneficium,etiamſi Fundator dicat Rectorem debere celebrare Miſſas. p.371.n.41
Sacerdotium actu quando requiratur in collatione beneficiorum. p.372.n.47
Sacerdotium aptitudine quando requiratur ad obtinendum beneficium Sacerdotale. p.370.n.35
Sacerdotium in actu requiritur quando præſentandus eſt Sacerdos. p.370.n.31
Sacerdotium quod poſſit eſſe annexum beneficio. pagin.369.n.24
Sacrificiorum multitudine non propitiatur Deus. pagin.381.n.12
Saluiani remedium eſt adipiſcendæ, non retinendæ. pagin.199.n.30
Saluiano agens quid probare debeat. ibid.n.31
Saluianum non datur ſine hypotheca. ibid.n.32
Saluator abſoluit mulierem non exiſtente accuſatore. p.186.n.2
Scholares, & Clerici non denunciantes gabellario, quam pœnam incurrant. p.1[illegible]6.n.22
Scholares ſunt immunes,& multis priuilegiis fruuntur. p.281.n.15
Scholaris eſt exemptus, ſed tenetur denunciare gabellario. ibid.n.23
Scholarium priuilegium extenditur etiam ad eorum famulos. p.281.n.16
Scientia fideicommiſſi debet eſſe ſpecifica in diuiſione. p.4.n.42
Scientia fideicommiſſi præſumitur facta illius mentione. p.222.n.9
Scientia in genere an ſufficiat in facto. p.4.n.36
Scientia probatur coniecturis. p.222.n.10
Scientia quando inducat ratificationem. p.18.n.60
Scientia ſcripturæ productæ non inducitur ex præſentia productionis. p.104.n.14
Scientia teſtamenti inducitur ex ſolutione legatorum. p.39.n.48
Scientia teſtamenti requiritur vt hæres inobediens priuetur hæreditate. ibid.n.46
Scire,vel ſcire debere paria ſunt ad præſcriptionem impediendam. p.310.n.44
Scriptura priuata etiam non recognita facit aliquam præſumptionem. p.154.n.44
Scriptura priuata non eſt liquida probatio. pag.44. num.45
Scriptura priuata non recognita fidem non facit. pagin.239.n.21
Scriptura priuata non recognita non impedit manutentionem. p.44.n.46
Scriptura quomodo recognoſcatur. p.231.n.26

# Index Rerum Notabilium.


Scripturæ plenè probant contra producentem. p.138. num.24
Scripturæ quomodo dari debeant appellanti. p.33.n.74
Scriptor poteſt retinere quinternos pro mercede. p.201. num.60
Scuta aurea quomodo recipiant functionem. pag.288. num.43
Sedendi ius ſicut iuſpatronatus, & ſepulturæ non tranſit in fideicommiſſum. p.6.n.5
Sedendi ius, ſicut ſepulturæ tranſit ad hæredes extraneos. ibid.n.4
Sedilia habere in Eccleſia nemo poteſt inuito Epiſcopo. p.364.n.2
Sedilia ius habendi eſt irreuocabile,& Rector non poteſt tollere vni,& dare alteri. p.366.n.38
Sedilia vt habeantur in Eccleſia ſufficit tacitus conſenſus Rectoris. p.365.n.19
Sedilium, & ſcabelli vſus in Eccleſia laicis permiſſum eſt. p.6.n.8
Sedilium ius eſt reuocabile ex Synodo Regij. p.364.n.5
Sedilium ius hebendi in Eccleſia tranſit ad quoſcumque hæredes, ſicut iuſpatronatus. p.365.n.26
Sedilium ius præſumitur potiùs gentilitium. p.7.n.29
Secreta allocutio ſuppletur per aliud adminiculum. pagin.236.n.12
Senex quando poſſit torqueri. p.234.n.44
Sententia contumacialis nihil probat, niſi iuſtificetur ex actis. p.171.n.17
Sententia declinatoria in pœnis quando non requiratur. p.83.n.19
Sententia eſt exequenda deſerta appellatione. pag.345. num.85
Sententia eſt exequenda lapſo fatali. p.82.n.34
Sententia, & res iudicata æquat quadrata rotundis. p.80.n.7
Sententia executioni demandatur deſerta appellatione. ibid.n.6
Sententia lata à Nuncio Apoſtolico in prima inſtantia eſt nulla. p.29.n.14
Sententia non confirmatur niſi lapſo biennio appellanti. p.69.n.11
Sententia nondum lata non licet appellare ad Superiorem. p.35.n.102
Sententia non probat niſi iuſtificetur ex actis. pag.137. num.9
Sententia notoriè iniuſta vel nulla non tranſit in iudicatum. p.341.n.9
Sententia quando poſſit proferri ſuper diuerſis à petitorio. p.80.n.10
*Sententia tollit ambiguitatem.* ibid.n.13
Sententiam deſerta appellatione partes cenſentur approbaſſe. p.79.n.24
Sententiæ nullitas coram quo iudice proponi poſſit p.31.n.41
Sæpè minùs ſcriptum quàm dictum. p.242.n.13
Sepeliendus eſt in loco ſacro baptizatus baptiſmo dubio. p.318.n.7
Sepeliri debet filius etiam Hebræi expenſis patris. ibid. num.2
Sepulchrorum, & ſedilium ius gubernatur ſicut iuſpatronatus pro laicis. p.365.n.24
Sepulturæ Eccleſiaſticæ ius habent omnes Chriſtiani. p.318.n.5
Sepulturæ poteſt pater tradere filios vbi voluerit. pagin.318.n.4
Sequeſtrare non poteſt bona, qui non poteſt citare reum. p.208.n.5
Sequeſtrum de rebus Clerici debet liquidari apud iudicem Eccleſiaſticum, etiamſi fuerit factum à iudice laico. ibid.n.2
Sequeſtrum de rebus Clerici debet fieri à iudice Eccleſiaſtico penes laicum. ibid.n.1
Sermo de prima vice intelligitur. p.121.n.50
Serui mercenarij Eccleſiaſticorum, an ſint de foro Eccleſiæ. Vide verb. *Colonus*.
Serui perpetui Eccleſiæ ſunt de eius foro. Vide verb. *Epiſcopus*.
Seruitus limitata non extenditur. p.254.n.7
Seruitus non debetur niſi expreſsè dicatur. ibidem num.12
Seruitutis poſſeſſio ſufficit ad manutentionem. ibidem num.15
Sigillum publicum non ſolet tradi niſi viro probo, & legali. p.56.n.28
Sigillum publicum quam fidem faciat. p.55.n.21
Simonia eſt extinguere penſionem ſine Papa, mediante pecunia. p.130.n.24
Simul geſta præſumuntur vel omnia vera, vel omnia falſa. p.159.n.72
Simulatio ceſſat in minore, & aliis ſimilibus. pag.92. num.103
Simulatio excluditur coniunctione ſanguinis. ibidem num.106
Simulatio non præſumitur. p.92.n.101
Simulatio præſumptionibus euacuatur. ibid.n.105
Singula, quæ non proſunt, nec vnita iuuant, & quando. p.374.n.83
Singularitas adminiculatiua non nocet fidei teſtium. p.226.n.31
Singularitas obſtatiua quando non tollat penitus fidem teſtibus. p.152.n.27
Singularitas nominis quomodo probet perſonam. pagin.56.n.36
Societas an ſit contracta omnium bonorum tacitè ſtatur iuramento. p.234.n.12
Societas omnium bonorum an facilè præſumatur. ibid. num.3
Societas quæſtus potiùs præſumitur, quàm omnium bonorum. p.234.n.4
Societas ſimplex non communicat donata. ibid.n.5
Societas tacita omnium bonorum communicat tantùm quæſtuaria, non donata. ibid.n.6
Societatis expreſſæ, & tacitæ, an ſit differentia. pag.234. num.8
Societatis vniuerſalis omnium bonorum inter fratres quæ ſint ſigna. ibid.n.1
Socij criminis dictum non adiuuatur niſi adminiculis valdè grauibus. p.250.n.53
Socij criminis quid probent contra perſonam bonæ vitæ. p.247.n.21
Socij criminis, qui patiuntur plures defectus, nihil probant. p.248.n.22
Socij criminis ſingulares non probant. p.249.n.40
Socij criminis vt probent quid facere debeat iudex. pagin.248.n.29
Socius criminis de ſe confeſſus non probat contra laicos. p.247.n.16
Socius criminis inimicus nihil probat. p.246.n.2
Socius criminis in vno falſus, cenſetur in aliis falſus. p.248.n.32
Socius criminis luſor dicitur pati plures defectus. p.248. num.23
Socius criminis non facit indicium contra nominatum bonæ vitæ, & famæ. ibid.n.27
Socius criminis non probat niſi eius confeſſio ſit veriſimilis. ibid.n.30
Socius criminis patiens plures defectus, non probat etiam cum adminiculis. p.246.n.2
Socius criminis quos non nominat, exculpare cenſetur. p.247.n.7





Socius in vna re an ſit domeſticus, & repellatur à teſtificando. Vide verb. *Teſtis*.
Socius ſocij mei non eſt meus ſocius. p.288.n.38
Solemnitas extrinſeca ex quanto tempore præſumatur. p.23.n.17
Solemnitas extrinſeca præſumitur adfuiſſe ſtante decreto iudicis. p.388.n.20
Solemnitas in alienandis bonis Eccleſiæ quando præſumatur. p.259.38
Solemnitates ex decreto iudicis præſumuntur adhibitæ in contractu mulieris. p.23.n.23
Solemnitates præſumuntur ex obſeruantia contractus ob lapſum triginta annorum. p.244.n.43
Solemnitates præſumuntur ex tempore arbitrio iudicis. p.257.n.8
Solemnitates quando non præſumantur fuiſſe adhibitæ. p.23.n.24
Solemnitatis omiſſio, quæ ſemper debet adeſſe, actum non vitiat, ſed reſoluit. p.89.n.52
Soluens de mandato iudicis liberatur. p.239.n.7
Soluens de pecuniis alienis pro alio non poteſt reportare ceſſionem ad ſui commodum. p.17.n.48
Soluens de ſua pecunia præſumitur. p.239.n.12
Soluens præſumitur ſoluere ex titulo præcedenti. pagin.66.n.18
Sollicitator an poſſit teſſe eſtis. p.227.n.47
Solutio coacta collectarum non tribuit poſſeſſionem exigendi. p.69.n.11
Solutio de eadem pecunia quando præſumatur facta. p.309.n.21
Solutio poſſeſſionis quando poſſit fieri in alia moneta quàm ſpecifica. p.329.n.3
Solutio quomodo faciat acquirere poſſeſſionem exigendi. p.67.n.28
Solutioni adiectus non agit poſt litem conteſtatam. p.209.n.21
Solutum pro fructibus in mutuo imputatur in ſortem. p.156.n.13
Specialia non ſunt multiplicanda. p.281.n.5
Sperelli laudes. p.70.n.28
Sperellus Prælatus magnæ exiſtimationis. pagin.120. num.31
Spolians an poſſit vnquam excipere de dominio. p.103. num.11
Spolians non debet audiri in petitorio antequam ſpoliatus reſtituatur. ibid.n.12
Spolians non eſt audiendus niſi facta reſtitutione. pagin.183.n.41
Spolians poteſt excipere de dominio antiquo, & quando. p.104.n.22
Spolians poteſt opponere de meritis ſi notoriè conſtet de iure ſuo. ibid.n.24
Spolia præſumuntur bona Clerici, Eccleſia poſſidente. p.209.n.28
Spoliati proteſtatio ne procedatur in petitorio, an ſufficiat. p.104.n.19
Spoliato an poſſit opponi, quod non potuerit prouidere. ibid.n.20
Spoliato competit remedium recuperendæ manutentionis. p.364.n.12
Spoliato denegatur reſtitutio, ſi conſtat de eius titulo vitioſo. p.373.n.77
Spoliator non poteſt opponere ſpoliato, quod non ſit dominus. p.103.n.12
Spoliatum non habere ius quomodo notoriè conſtare dicatur. p.104.n.25
Spoliatum ſe non habere pro ſpoliato, credendum eſt eius aſſertioni. p.43.n.27
Spoliatus dicitur poſſidere in odium ſpoliatoris. ibid. num.41
Spoliatus non tenetur reſpondere in petitorio, donec fuerit reſtitutus. p.43.n.29
Spoliatus poteſt agere remedio reintegrandæ. pag 111. num.42
Spoliatus quando ſibi præiudicat ſi iudex procedat ad vlteriora in petitorio. p.104.n.17
Spoliatus ſine violentia quando reſtituatur. pagin.103. num.10
Spoliatus ſi permiſit tractari cauſam petitorij non eſt reſtituendus ante omnia. p.104.n.13
Spolij actio datur etiam ſine violentia. p.261.n.61
Spolij cauſa admittere an debeat appellationem. p.183. num.40
Spolio quando ſit locus. p.258.n.30
Spoliorum cauſa eſt Eccleſia. p.209.n.27
Spolium non eſt ſi manuteneri petens adeat iudicem ad tollendas perturbationes. p.43.n.30
Sponſa oſculata lucratur dimidium antefati, & quando. p.302.n.43
Sponſalia clandeſtina, an ſint licita. p.228.n.73
Sponſalia conditionalia purificantur per copulam. ibid.n.70
Sponſalia diſſoluuntur ob odium capitale. pagin.64. num.73
Sponſalia etiam iurata diſſoluuntur ex noua cauſa. p.229.n.78
Sponſalia etiam tacitè contrahuntur. p.228.n.66
Sponſalia ex quibus contrahantur. ibid.n.65
Sponſalia ex quibus probentur. ibid.n.62
Sponſalia inualida quando ſint ſeruanda. pagin.229. num.76
Sponſalia iurata ſunt ſeruanda. p.228.n.74
Sponſalia non ſoluunt ſubſequens matrimonium, ſed ſoluuntur. p.64.n.72
ſponſalia probantur etiam ex imperfectis probationibus. p.224.n.8
Sponſalia probantur per denominationem in ſponſam. p.228.n.71
Sponſalia probantur per teſtes, etiam non omni exceptione maiores. ibid.n.73
Sponſalia ſine teſtibus de iure communi ſunt valida. ibid.n.61
Sponſalia ſine teſtibus ſunt nulla ex Synodo Regij. pagin.228.n.72
Sponſalia ſunt mutua matrimonij promiſſo acceptata. ibid.n.67
Sponſalibus contractis non præſumitur ſtatim matrimonium contractum. p.61.n.23
Sponſalibus etiam plenè probatis abſtinendum eſt à coactione. p.229.n.79
Sponſæ dicenti ſe conſenſiſſe non creditur. pagin.60. num.14
Sponſi an per oſculum, & iungendo dexteram contraxerint. p.61.n.28
Sponſi in ſponſalibus dicens, *Accipio te in meam*, an ſit matrimonium. p.60.n.10
Spurij an ſuccedant legitimis deficientibus. pagin.217. num.42
Spurij Clericorum non ſuccedunt patri, etiam quoad patrimonialia. p.218.n.53
Spurij Clericorum poſſunt ſuccedere de iure communi, non ſpeciali. ibid.n.56
Spurij, & naturales non vocantur per verba ciuilia. pagin.216.n.23
Spurij ex damnato coitu non ſuccedunt in patronatu etiam per verba naturalia. p.217.n.37
Spurij non habent actionem ad petendum legatum. p.270.n.33
Spurij non cenſentur vocati in iurepatronatu. p.220. n.31

# Index Rerum Notabilium.


Spurij non ſuccedunt in patronatu gentilitio. p.217. n.41
Spurij nullo modo poſſunt patri ſuccedere. pag. 217. num.45
Spurij quomodo poſſint ſuccedere in iurepatronatu. p.217.n.39
Spurij veniunt appellatione deſcendentium, vel conſanguineorum. p.221.n.97
Spuriorum filij non poſſunt ſuccedere pluſquam eorum pater. p.217.n.46
Spurius,& illegitimus eſt capax iuriſpatronatus. p.378. num.42
Spurius eſt odibilis legibus, & canonibus. pagin.379. num.59
Spurius, & naturalis non iuuatur legitimatione. p.218. num.50
Spurius excluditur à patronatu gentilitio. p.139.n.36
Spurius ex damnato coitu non venit ſub nomine deſcendentium. p.220.n.93
Spurius ex Sacerdote cæteris eſt magis odioſus. ibidem num.94
Spurius legitimatus non venit vocatis legitimè natis. p.218.n.62
Spurius legitimatus ſuccedit in iurepatronatu hæreditario. ibid.n.49
Spurius legitimatus ſuccedit patri. p.217.n.47
Spurius non ſuccedit in iurepatronatu. pagin.376. numer.3
Spurius quando dicatur ſuccedere de iure ſpeciali. pagin.218.n.57
Spurius Sacerdotis eſt incapax iurium ſpiritualium. pagin.216.n.21
Spurius Sacerdotis legitimatus ſuccedit patri in patrimonialibus extra ſtatum Eccleſiæ. p.219.n.75
Spurius Sacerdotis nunquam ſuccedit patri in bonis ab Eccleſia recognitis. ibid.n.76
Stallum in Eccleſia an quis habere poſſit inuito Epiſcopo. p.365.n.16
Status vltimus attenditur in cognoſcendo qualitatem beneficij. p.369.n.11
Statuendi poteſtas inter ſubditos non arctatur territorio. p.15.n.23
Statuta Carpi quomodo interpretentur à ſtatutis Ferrariæ. p.178.n.115
Statuta Carpi recipiunt interpretatiooem. pag.175. num.66
Statuta de continuanda poſſeſſione non procedunt in rebus ad hæredes tranſitoriis. p.198.n.19
Statuta laicorum non habent locum in hæreditate Clericorum. p.208.n.10
Statuta ſunt ſtrictè intelligenda. p.310.n.33
Statuti caſum habentes nihil aliud quærere debemus. p.343.n.48
Statuti caſum ſi habemus,nihil vlterius eſt quærendum. p.25.n.13
Statutis Carpi deficientibus,recurritur ad ſtatuta Ferrariæ. p.176.n.85
Satutis ligari, & forum ſortiri paria ſunt. pagin.281. num.14
Statutis vbi res eſt ſita non ligantur forenſes. p.341. n.17
Satuta laicorum, non ſubeunt perſonæ Eccleſiaſticæ. ibid.n.16
Statutum ab inteſtato loquens, ceſſat teſtamento. pagin.190.n.11
Statutum Carpi contra bannitos. p.176.n.81
Statutum Carpi de dotibus declaratur. pagin. 190. num.11
Statutum Carpi non priuat bannitum bonis ipſo iure. p.178.n.113
Statutum confirmatum à Papa poteſt tollere iuramentum. p.21.n.34
Statutum continuans poſſeſſionem in hæredem, veram dat poſſeſſionem. p.346.n.1
Statutum contra creditorem negligentem non comprehendit ignorantem. p.310.n.50
Statutum de compromiſſis, an habeat locum in remediis poſſeſſoriis. p.203.n.14
Statutum de compromiſſis in bonis extra locum ſtatuti ſitis. p.205.n.33
Statutum de compromiſſis non habet locum de re iudicata. Vide verb. *Compromiſſum.*
Statutum de compromiſſis non habet locum in Clerico. p.205.n.39
Statutum de compromiſſis non habet locum in bonis, quæ non poſſunt alienari. p.205.n.32
Statutum de continuanda poſſeſſione eſt correctorium iuris communis. p.197.n.3
Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredem quomodo procedat. p.203.n.2
Statutum de continuanda poſſeſſione in hæredem declaratur. p.197.n.15
Statutum de continuanda poſſeſſione facit hæredem præferri donatario. Vide verb. *Hæres.*
Statutum de continuanda poſſeſſione procedit tantùm in vero,& vniuerſali hærede. p.199.28
Statutum de contractibus mulierum, an reſpiciat vtilitatem publicam. p.20.n.20
Statutum de lite,vel cauſa loquens,non habet locum in manutentione. p.203.n.5
Statutum dum loquitur, nihil vlteriùs eſt quærendum. p.176.n.83
Statutum, & lex ex antiquitate præſumitur publicata. p.177.n.90
Statutum, & lex præſumitur vſu receptum. ibid. num.88
Statutum exorbitans non extenditur de caſu ad caſum. p.25.n.17
Statutum excludit fœminas, ſi pater velit. pagin.190. num.14
Statutum Ferrariæ de compromiſſis quando ceſſet. pagin.203.n.7
Statutum Ferrariæ de compromiſſis quomodo intelligatur. p.204.n.28
Statutum Ferrariæ de continuanda poſſeſſione in hæredem declaratur. p.197.n.15
Statutum in alieno foro eſt authenticè producendum. p.343.n.50
Statutum loquens de modo citandi reſpicit ordinatoria. p.343.n.46
Statutum Mutinæ *lib.2. rubr.*110. declaratur. pag.23. num.9
Statutum ne mulieres contrahant ſine ſolemnitatibus, quare factum. p.26.n.31
Statutum non continuat in hæredem poſſeſſionem rei alteri relictæ. p.199.n.35
Statutum non continuat poſſeſſionem in legatarium, vel fideicommiſſarium. ibid.n.29
Statutum non extenditur extra iuriſdictionem ſtatuentis. p.205.n.35
Statutum non loqui in hoc caſu ſufficit dicere. pag.25. n.16
Statutum non poteſt diſponere de iuramento etiam indirectè. p.20.n.24
Statutum non poteſt impedire iuramenti obſeruantiam. ibid.n.21
Statutum odioſum non extenditur, & provt ſonat intelligitur. p.311.n.60
Statutum poteſt offuſcare ius commune, ne habeat effectum. p.172.n.32
Statutum poteſt præſumere dolum ſuper contractu, non ſuper iuramento. p.20.n.29
Statutum poteſt tollere fidem inſtrumento. pag.21. num.32
Statutum præſcribens formam circa abſentiam attinentium probandam eſt, ſeruandum. pagin. 23. num.14
Statutum præſumens iuramentum dolo extortum, vt valeat quid requiratur. p.20.n.28
Statutum præſumens iuramentum vi, vel dolo extortum,non tollit vires iuramenti. ibid.n.26
Statutum priuans bannitos bonis communibus valet. pag.171.n.13
Statutum propter maſculos excludens fœminas procedit etiam in emphyteuſi. p.161.n.22
Statutum quod filia ſit contenta dote ſibi relicta,quomodo intelligatur. p.190.n.16
Statutum quod forenſes citentur ad portum, validum eſt, & ſeruatur. p.350.n.52
Statutum, ſeu lex exiſtens in archiuio, ligat etiàm non publicata. p.177.n.92
Statutum ſimpliciter loquens non habet locum in actu iurato. p.228.n.75
Statutum ſtrictè intelligitur, vt minùs recedatur à iure communi quàm fieri poſſit. pagin.177. num.98
Statutum vbi ſunt bona debet ſeruari. pagin.104. num.28
Stipulatio quid requirat. p.44.n.50
Stuprans tenetur dotare, vel ducere. pagin. 227. num.53
Stuprata debet à ſtupratore dotari in foro externo. p.228.n.58
Stupratæ mulieri creditur contra ſtupratatem, iunctis adminiculis. p.224.n.11
Stuprator ad quid teneatur. p.227.n.52
Stuprator cum promiſſione matrimonij tenetur præcisè ducere ſtupratam. p.228.n.60
Stupri pœna ordinaria in Clerico quænam ſit. p.229. num.80
Stuprum an probetur teſtibus domeſticis. pag.226. num.36
Stuprum non purgatur continuatione, ſed augetur. p.224.n.4
Suprum præſumitur probata copula cum muliere honeſtæ conditionis. ibid.n.5
Stuprum probatur coniecturis, & præſumptionibus. ibid.n.6
Stuprum probatur conuerſatione. p.224.n.18
Stuprum probatur publica voce, & fama. ibidem num.17
Stuprum quomodo probetur ad condemnandum. ibid.num.14
Stuprum vnicum an probetur teſtibus ſingularibus. p.226.n.32
Stylus Romæ non debet extendi ad alia loca. pag.70. num.29
Subditus efficitur in iudicio qui non erat ratione comparitionis, & contractus. p.307.n.14
Subhaſtatio in vendendis bonis pupilli præſumitur interueniſſe ex decreto iudicis. p.394.n.47
Subhaſtatio reſcinditur ob læſionem. p.169.n.50
Subhaſtationes an de iure fieri debeant in venditione bonorum pupilli. p.394.n.49
Subhaſtationes de conſuetudine non fiunt in vendendis bonis pupilli. ibid.n.48
Subſequentia declarant præcedentem voluntatem.pagin.61.n.31
Subſidium charitatiuum poteſt peti ab Epiſcopo, & Ordinariis. p.359.n.65
Subſtitutio cenſetur facta hæredibus quoad hæredes, & legatariis quoad legatarios. pag.404.num.14
Subſtitutio cenſetur facta ordine ſucceſſiuo. p.128. num.9
ſubſtitutio compendioſa continet in ſe tres alias.p.92. num.92
Suſtitutio concubinæ excludit fiſcum. pagin. 272. num.70
Subſtitutio facta poſt mortem quid operetur. pag.91. num.96
Subſtitutio quomodo cenſeatur eſſe facta in vna linea, & alia. p.409.n.74
Subſtitutio reciproca non inducitur niſi inter copulatiuè vocatos. p.404.n.15
Subſtitutio reciproca, *Si ſine filiis*, expirat filiis ſuperſtitibus, licet poſteà deficientibus. pagin.403. num.2
Subſtitutio ſecunda ob prohibitionem alienationis ceſſat deficiente prima fideicommiſſaria. pag 404. num.15
Subſtitutio vulgaris non datur poſt agnitam hæreditatem. p.92.n.97
Subſtituti purificata conditione poſſunt vindicare res ſingulas. p.129.n.37
Subſtitutus ingreditur omnes obligationes eius, in cuius locum ſubſtituitur. p.193.n.12
Subrogandus in ius defuncti non impedit Ordinarium conferre, vel per patronum præſentare. pag.388. num.17
Subrogatio in ius defuncti quando dicatur gratioſa, & quando rigoroſa. p.387.n.15
Subrogatio fit cum iiſdem modificationibus. pag.112. num.21
Subrogationis gratioſæ, & rigoroſæ differentia. pagin.390.n.57
Subrogatum non ſapit naturam eius, in cuius locum, &c. ſi diuerſa ſit ratio. p.362.n.28
Subrogatum ſapit iùs eius,in cuius locum ſubrogatur. p.405.n.31
Subrogatum ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur. p.296.n.27
Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur,& quando. p.362.n.26
Subrogatus gratioſè quid probare debeat ad obtinendam immiſſionem. p.391.n.63
Succeditur in fideicommiſſis eo ordine,quo ab inteſtato. p.128.n.14
Succeſſio Monialis profeſſæ in infirmitate datur Monaſterio. p.302.n.45
Succeſſiones admittunt ſolam cauſam proximam. pagin.128.n.18
Succeſſor vtitur ſolùm iuribus eius,cui ſuccedit. ibid. num.25
Superior an poſſit adiri per viam querelæ in prima inſtantia. p.30.n.24
Superiores quando debeant inhibere,vel non.pag.32. num.61
Superueniens ius quando ſufficiat ad obtinendum.pagin.80.n.9
Supponens nihil diſponit. p.357.n.31
Suppoſitum niſi verificetur,non habet locum diſpoſitiuum. ibid.n.32
Suſpectus allegatus iudex poteſt cauſam alteri non ſuſpecto delegare. p.114.n.30
Suſpectus in cognoſcendo non eſt ſuſpectus in committendo. ibid.n.31
Suſpicio turpis ſufficit ad excludendam concubinam à legato. p.273.n.9
Syndicus vniuerſitatis poteſt reſpondere poſitionibus. p.42.n.12
Synodi congregatio eſt de lege diœceſana. pag.430. num.127

ynodum congregare poſſunt omnes O rdinarij, qui habent territorium diſtinctum. ibid.n.126
Synodum debet Epiſcopus quotannis facere, & quare. ibid.n.125
Synodum facere eſt actus iuriſdictionis. pagin.429. num.120
Synodum poteſt facere, & in ea examinatores nominare Ordinarius nullius. ibid. n.123
Synodus Epiſcopi Regij prohibet adire parlatoria Monialium ſine licentia. p.118.n.21

T

TAcens, & ſciens quando conſentire videatur. p.18.n.59
Taciti, & expreſſi an ſit par virtus. pagin.364. numer.4
Taciti, & expreſſi non eſt ſemper eadem virtus. pagin.234.n.9
Taculorum Nobilium Regienſium de iurepatronatus eſt Eccleſia ſancti Iacobi Zebedæi. pagin.361. num.1
Taxatio intereſſe ab initio quando valeat. pag.156. num.21
Taxatio qualis requiratur in exigendo intereſſe. pagin.157.n.38
Temporis limitati lapſus inducit renunciationem. p.39.n.58
Tempus fatalium quomodo retardetur, vel non. p.74. num.80
Tempus quando cenſeatur adiectum ſubſtantiæ legati, vel executioni. p.190.n.7
Tempus triginta annorum requiritur ad præſumendam ſolemnitatem extrinſecam. p.13.n.19
Tenuta data ſine præiudicio non præiudicat. p.199. num.36
Terminus terminans, & terminus terminatus quid ſit. p.427.n.96
Tertiaria poteſt conſequi legatum pro maritandis puellis. p.400.n.53
Tertij ius quando poſſit allegari ab actore. pag.270. num.37
Tertius petens admitti ad cauſam, facit acta ſua, & iudicem competentem. Vide verb. *Iudex*.
Tertius quando audiatur in iudicio manutentionis. p.168.n.37
Teſtari an poſſit filia de dote deſtinata. pagin.190. num.12
Teſtari vnuſquiſque poteſt de bonis ſuis liberè, excepta legitima. p.37.n.22
Teſtator cenſetur ſe iuri conformare in non expreſſis. p.128.n.12
Teſtator confitendo debitum quando probet. p.201. num.55
Teſtator noluiſſe præſumitur quod non expreſſit. pagin.128.n.11
Teſtator non mutans teſtamentum ſi poteſt, cenſetur perſeuerare in eadem voluntate. p.107.n.18
Teſtator non poteſt vltra dodrantem relinquere. pagin.102.n.22
Teſtator poteſt de rebus ſuis ad libitum diſponere. p.396.n.4
Teſtator poteſt diſponere ad libitum de rebus ſuis. p.268.n.1
Teſtator poteſt in eodem teſtamento hæreditatem dare, & adimere. p.37.n.17
Teſtator poteſt obligare hæredem ad ratificandum eius teſtamentum. p.37.n.20
Teſtator præſumitur mutaſſe voluntatem, ſi dedit minus quàm legauit. p.106.n.2
Teſtator ſi ignorat mulierem in eius vita nupſiſſe, cenſetur reuocaſſe legata de dote. p.107.n.19
Teſtatoris mandatum, vt lex ſeruari debet. pag.37. num.14
Teſti vnico non creditur. p.8.n.47
Teſtes contrarij in ſubſtantia perſonarum non poſſunt concordari. p.151.n.22
Teſtes contrarij repelluntur. p.152.n.29
Teſtes de auditu, & de credulitate non probant. p.131. num.15
Teſtes debent coadiuuari. p.152.n.28
Teſtes dicuntur concordes in minori ſumma. p.153. num.36
Teſtes diſcordes in formalitate verborum non probant. p.62.n.38
Teſtes diuerſi in perſona occiſoris quomodo concordentur. p.152.n.25
Teſtes domeſtici probant ſponſalia. p.228.n.64
Teſtes domeſtici quando fidem faciant. p.153.n.37
Teſtes domeſtici quando probent. p.226.n.35
Teſtes habere pro ritè, & rectè examinatis, ſaluat à defectu citationis. p.191.n.26
Teſtes inducti à Curia plenè probant contra eam. pagin.250.n.55
Teſtes inhabiles poſſunt mouere animum iudicis. pagin.225.n.29
Teſtes inhabiles quam fidem faciant. pagin. 153. num.41
Teſtes non diſcordantes in ſubſtantia, probant. p.251. num.65
Teſtes non probant à non ſuo iudice examinati. pagin.168.n.31
Teſtes periuri fidem non ſupplent inuicem. pag.247. n.15
Teſtes qui patiuntur plures defectus, nihil probant. p.152.n.31
Teſtes ſingulares probant actus iterabiles concurrentibus coniecturis. p.226.n.34
Teſtes ſingulares quando admittantur. pagin.152. numer.26
Teſti deponenti pro honeſtate magis creditur. p.226. num.40
Teſti ſubdito, & pauperi diminuitur de fide. pag.105. num.36
Teſtibus falſis vtens non punitur, ſi neſciat falſitatem. p.59.n.75
Teſtis attenditur ſecundum dictum iudiciale. pag.226. num.45
Teſtis conſanguineus quando fidem faciat. pag.153. num.40
Teſtis criminoſus quando probet. p.226.n.43
Teſtis dictum extraiudiciale quando attendendum. p.69. num.46
Teſtis domeſticus, & pauper non probat. p.152.n.30
Teſtis inueriſimilia deponens non probat. pag.227. num.50
Teſtis adductus ad concordiam non probat. pag.168. num.32
Teſtis vilis quomodo probet. p.153.n.39
Teſtis vnicus de facto proprio deponens plenè probat. p.319.n.18
Teſtis vnicus fidem non facit, & quando. pagin.318. num.15
Teſtis vnicus probat contra inducentem. pag.364. num.4
Teſtis vltroneus dici non poteſt à iudice examinatus. p.251.n.64
Teſtis vnicus probat in poſſeſſorio. p.7.n.26
Teſtium concordia ad quem finem facienda. pag.152. num.34
Teſtium contrarietas quando non noceat. ibid.n.35
Teſtium defectus quomodo ſuppleantur. p.252.n.28



Teſtium dicta debent benignè concordari, etiam vt probent. p.151.n.23
Teſtium dicta quomodo referantur, ne videantur contraria. p.152.n.33
Teſtium duo tantum defectus tollunt eis fidem, & quando. ibid.n.32
Theologo, vel magiſtro debet aſſignari præbenda etiamſi tota conſiſtat in diſtributionibus. pag.296. num.23
Theologus canonicus legens lucratur etiam diſtributiones, licet non interſit diuinis. ibid. n.28
Theologus dum legit, lucratur fructus præbendæ. ibid. num.27
Theologus non lucratur diſtributiones illius diei, quo legit quoad horas, in quibus legit. ibidem numero 29
Titularis percipit fructus titulo oneroſo, penſionarius non. p.327.n.52
Titularis tenetur ad collectas, & onera, non penſionarius. p.325.n.16
Titulo vitioſo vtens, dicitur eſſe in mala fide. p.375. num.93
Titulus habetur pro non titulo, ſtante decreto irritanti. p.261.n.65
Titulus quando oſtendi debeat. ibid.n.72
Tortura etiam illata à iudice incompetenti purgat indicia. p.351.n.3
Tortura mediæ horæ eſt grauis. p.251.n.69
Tortura non debet de facili inferri denegatis defenſionibus. p.252.n.90
Tortura non poteſt repeti ſine nouis indiciis. ibidem num.75
Tortura non purgat periurium. p.257.n.14
Tortura non purgat plures defectus ſociorum criminis, vel teſtium. p.248.n.26
Tortura purgat indicia. p.251.n.71
Tortura purgat omnia indicia etiam indubitata. pagin.351.n.1
Tortura ſemel tantùm inferenda eſt in proceſſu informatiuo. p.252.n.89
Tortura ſufficiens quando dicatur. ibid.n.85
Tortura tertiò repetita non eſt licita. ibid.n.76
Tortura vnius, vel mediæ horæ ſupponit indicia grauia, & plenè probata. p.251.n.72
Torturæ remedium eſt fallax, & multi mentiuntur in ea. p.253.n.101
Torturæ repetitio debet fieri interpolatis diebus. pagin.251.n.70
Tortus illegitimè, & confeſſus an iterum poſſit torqueri. p.253.n.102
Tortus leniter iterum torquetur. p.252.n.84
Tortus quarta vice non poteſt ampliùs torqueri. ibid. num.93
Tortus ſi perſiſtat ſemper in negatiua non poteſt tertiò torqueri. ibid.n.87
Tortus ſufficienter non poteſt iterum torqueri. ibid. num.82
Tractatus debet fieri per inſtrumentum ſpeciale. p.260. num.58
Tractatus declarat concluſionem. p.242.n.18
Tractatus eſt neceſſarius in alienandis bonis Eccleſiæ. ibid.n.57
Tractatus inter filium, & patrem ad delinquendum ſolet eſſe ſecretus. p.235.n.4
Tractatus non attenditur, ſed concluſio. p.241.n.5
Tractatus non probat filiationem in materia ſuſpecta, & in coitu damnato. p.220.n.86
Tractatus quando ſit attendendus. p.242.n.17
Tractatus quomodo influat in concluſionem ex interuallo ſequentem. ibid.n.20
Traditio pecuniæ quid efficiat. p.263.n.92



Tranſactio damnoſa penſionario, vel alimentario non valet. p.329.n.8
Tranſactio eſt nulla ab enormiſſimam læſionem. pagin.412.n.111
Tranſactio imponit finem liti. p.358.n.42
Tranſactio in fideicommiſſis, & aliis reſcinditur ſemper ob enormiſſimam læſionem. p.412.n.112
Tranſactio in fideicommiſſis non valet in præiudicium poſterorum. ibid.n.107
Tranſactio ſuper alimentis nec validatur iuramento. p.329.n.10
Tranſactio ſuper bonis fideicommiſſi non valet niſi adſit dubius litis euentus. p.411.n.101
Tranſactio ſuper bonis fideicommiſſi valet. pag.405. num.19
Tranſactio ſuper penſione ſine Papæ conſenſu non valet. p.329.n.4
Tranſactio ſuper penſione valet, quamdiu placet penſionario. ibid.n.10
Tranſactionis validitas requirit dubium litis euentum æqualem hinc indè. p.412.n.110
Tranſmiſſio eſt ſucceſſionis prorogatio. pagin.128. num.26
Tranſmittitur ad hæredes beneficium Authent. *res quæ*. p.195.n.37
Tranſmittitur hæreditas delata, non acquiſita. p.129. num.27
Tranſmittuntur ad hæredes ſine agnitione, quæ titulo ſingulari acquiruntur. p.87.n.30
Tranſverſales ſuccedunt omnes, qui ſunt in pari gradu. p.128.n.13
Trebellianica an cenſeatur prohibita per vetitam alienationem bonorum. p.188.n.11
Trebellianica cenſetur prohibita, ſi bona debent libera reſtitui. p.135.n.10
Trebellianica habetur pro ære amiſſo, ſicut pro damnô. p.189.n.15
Trebellianica in dubio cenſetur prohibita. ibid.n.14
Trebellianica non deducitur de fideicommiſſo, vel legato particulari, ſed tantùm vniuerſali. pag.348. n.36
Trebellianica non poteſt tacitè prohiberi filiis primi gradus. p.134.n.4
Trebellianica poteſt prohiberi etiam tacitè, & coniecturis. ibid.n.2
Trebellianica quando cenſeatur prohibita ob priuationem hæredis. p.40.n.72
Trebellianica regulariter cenſetur prohibita, alienatione vetita. p.135.n.8
Trebellianica ſemper deducitur, niſi prohibeatur. ibid. num.1
Trebellianicam perdunt extranei ob non confectionem inuentarij. p.135.n.12
Trebellianicæ imputantur fructus medio tempore percepti. ibid.n.15
Triremibus addicti rarò domum reuertuntur. pag.56. num.32
Triremium pœna eſt cognita etiam de iure canonico. p.353.n.46
Triremium pœna in foro Eccleſiaſtico imponitur etiam Sacerdotibus de conſuetudine. ibidem numero 50
Triremium pœna quando poſſit imponi. pagin.354. num.56
Tutor ante confectionem inuentarij non adminiſtrat, & acta valent. p.394.n.33
Tutor ante deſertam tutelam adminiſtrat de generali conſuetudine. ibid.n.31
Tutor de conſuetudine validè adminiſtrat, etiam non confecto inuentario. p.394.n.37
Tutor habetur loco patris, & domini, & habet man-

datum cum libera. pag.392.num.4
Tutor habitus pro vero tutore validè contrahit. pagin.394.n.41
Tutor liberatus à confectione inuentarij tenetur ſaltem facere deſcriptionem bonorum. ibid.n.34
Tutor non confecto inuentario incurrit pœnas legales. ibid.n.38
Tutor non confecto inuentario poteſt vti ſuſpectus remoueri, ſed valent geſta per eum. ibidem numer.39
Tutor non poteſt alienare bona pupilli ſine decreto iudicis, & niſi pro ære alieno. p.392.n.5
Tutor non poteſt adminiſtrare antequam à iudice ſibi decernatur. p.393.n.29
Tutor præſumitur feciſſe inuentarium. pagin. 394. n.36
Tutor qui ſe gerit publicè pro tutore, præſumitur feciſſe omnia, ad quæ tenebatur. ibid.n.30
Tutor ſi vendat aliquid de pluri quàm ſit debitum pupilli, venditio non reſcinditur. p.393.n.15
Tutor teſtamentarius non tenetur dare fideiuſſionem. p.394.n.45
Tutori non vero tenet facta ſolutio, ſi communiter habebatur pro legatario. ibid.n.42
Tutoris geſta ante decretam adminiſtrationem tenent. ibid.n.31

## V

VAlor rei æſtimatur deducto onere. p.52.n.53
Variatio circa non ſubſtantialia non nocet. p.251.n.63
Variatio inducit præſumptionem falſitatis. pag.249 num.36
Vaſſallus vaſſalli non eſt meus vaſſallus. pag.282. num.31
Vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. p.328.n.57
Venator quando efficiatur dominus feræ vulneratæ. p.313.n.20
Venditio ad corpus non ſuppler, ſi prædium ſit maioris quantitatis. p.232.n.15
Venditio de re aliena non valet. p.159.n.74
Venditio non eſt perfecta, ſi non tranſit dominium. p.158.n.58.
Venditio quando dicatur vnica. p.159.n.68
Venditio quando reſoluatur in locationem. pag.158. num.51
Venditio retento dominio, in quem contractum tranſeat. ibid.n.50
Venditionis eſt omne damnum, reſeruato ſibi dominio. ibid.n.59
Venditor præſumitur ſcire qualitatem, & quantitatem rei venditæ. p.232.n 4
Venditor quando poſſit à venditione recedere. p.159. num.76
Venditor quæ poſſit ſibi reſeruare. p.158.n.49
Venditor rei obnoxiæ nulliter agit. ibid.n.79
Venditor ſiccus non poteſt allegare læſionem. p.233. num.21
Venditor tenetur rem liberam tradere. pagin.159. num.65
Verba, *Accipio te in vxorem*, quando importent ſponſalia. p.60.n.8
Verba debent accipi ſecundùm communem vſum loquendi, & quando. p.398.n.34
Verba debent intelligi ſecundùm ſubiectam materiam. p.137.n.7
Verba de præſenti quomodo interpretentur in futurum. p.62.n.42
Verba legis debent intelligi ſimpliciter, non ſecundùm quid. p.315.n.14
Verba, *pro hac vice*, quid importent. pagin. 66. num.24.
Verba, *pro hæredibus, & ſucceſſoribus*, comprehendunt etiam extraneos. p.137.n.2
Verba ſecundùm ſubiectam materiam diuerſam ſignificationem important. p.62.n.40
Verba ſubſequentia ex præcedentibus intelliguntur. p.60.n.9
Verborum communi intelligentiæ eſt ſtandum. ibidem num.13
Verborum propriæ ſignificationi ſtandum eſt in foro exteriori, & quomodo. p.62.n.41
Verbum, *Carpo*, quid importet. p.420.n.12
Verbum, *cuiuſlibet*, quid importet. p.90.n.78
Verbum, *in perpetuum*, non debet eſſe fruſtratorium. pagin.109.n.21
Verbum, *inſuper*, aliquid diuerſum ſemper nobis affert. p.406.n.42
Verbum, *inſuper*, non venit continuatiuè, ſed addendo. ibid.n.40
Verbum, *intendat*, facit fideicommiſſum. p.405.n.30
Verbum, *intra*, non denotat vicinitatem, ſed intrinſecitatem. p.427.n.90
Verbum, *liberè*, idem eſt, quod ſine diminutione. p.135. num.11
Verbum, *non poteſt*, inhabilitat perſonas. pagin.270. num.42
Verbum, *peruenire*, poteſt inducere fideicommiſſum. p.405.n.31
Verbum, *poſſe*, tribuit facultatem, non importat neceſſitatem. p.397.n.11
Verbum *poſteri*, vel *deſcendentes*, quos comprehendat. p.405.n.24
Verbum *poſteros*, eſt latius quàm *deſcendentes*. ibidem num.25
Verbum, *præſumpſerit*, importat dolum. pagin.149. num.27
Verbum, *qui*, ſtat reſtrictiuè, & declaratiuè. pag.426. num.82
Verbum, *volo*, inducit fideicommiſſum. pagin.405. num.29
Verbum, *vtrique*, attribuit actum cuilibet inſolidum. p.90.n.77
Veriſimile attenditur in interpretanda voluntate teſtatoris. p.369.n.23
Veriſimile quod eſt, habet imaginem falſi. pagin.61. num.27
Veriſimile quod non eſt, habetur pro falſo. pag.193. num.17
Viam quam elegiſti hæc tibi pateat. p.31.n.40
Viam ſibi ferro aperit qui per contraria tranſit. p.424. num.37
Vicarij Epiſcopi ſententia præſumitur iuſta. pag.185. num.21
Vicario non creditur ſine ſpeciali mandato in requirentibus. p.382.n.33
Vicarius an poſſit examinare Nouitias Epiſcopo non impedito. p.304.n.19
Vicarius Epiſcopi poteſt mandare Prætori vt reum relaxet. p.185.n.16
Vicarius Foraneus dicitur delegatus. ibid.n.8
Vicarius Foraneus dicitur Officialis Epiſcopi. ibidem num.9
Vicarius Generalis Epiſcopi non poteſt facere vniones beneficiorum ſine ſpeciali mandato. pagin.382. num.31
Vicarius non poteſt commutare vltimas voluntates, & quando. p.374.n.85
Vicarius vt poſſit diſpenſare voluntates teſtantium, quid requiratur. ibid.n.86
Vicecomiti triremium quomodo credendum. pag.56. num.30
Vicinus conſanguineus non poteſt cedere ius retractus extraneo. p.16.n.35
Vidua gaudet priuilegiis mariti, & dicitur de eius familia. p.7.n.32
Vigiliæ tormentum crudele, & à paucis ſuſtinetur. p.252.n.79
Violatores immunitatis Eccleſiaſticæ incidunt in Bullam Cœnæ Domini. p.146.n.5
Violatores libertatis Eccleſiaſticæ incidunt in Bullam Cœnæ Domini. p.148.n.20
Violentia facit laicum de foro Eccleſiæ. pagin.212. num.64
Violentiam probare non eſt neceſſe in remedio reintegrandæ. Vide verb. *Reintegrandæ.*
Virginitas eſt ſecunda dos. p.227.n.54
Virginitas præſumitur, & creditur mulieri dicenti ſe virginem. p.224.n.1
Virgo præſumitur etiam in criminalibus. ibid.n.2
Viridarium licet facere ſuper ædes, etiamſi noceat vicino. Vide verb. *Feneſtra, Ædes.*
Viro dicenti non conſenſiſſe in matrimonio, quando non credatur. p.61.n.19
Viſitare poteſt loca exempta etiam nullius Epiſcopus vicinior. p.428.n.112
Vitium ex coniuratione procedens totum vitiat. pagin.159.n.73
Vitium eſt grauius in cauſa, quàm in cauſato. p.270. num.31
Vltima derogant primis. p.341.n.19
Vltimus ſtatus attenditur in beneficialibus, & quando. p.373.n.69
Vltimus ſtatus attenditur in iudicio manutentionis. p.8.n.53
Vltimus ſtatus attenditur in iudicanda qualitate beneficij. p.376.n.16
Vltimus ſtatus conſideratur tantùm in eo, qui eſt in poſſeſſione. p.67.n.29
Vltimus ſtatus eſt attendendus, & ſufficit vnicus. pagin.337.n.23
Vltimus ſtatus excauationis fluminum attendendus. p.65.n.1.
Vltimus ſtatus in beneficialibus eſt attendendus in dubio, non in claris. p.137.n.16
Vltimus ſtatus non attenditur ſi conſtat de veritate antiquioris ſtatus. p.373.n.70
Vna determinatio recipiens plura determinabilia debet æqualiter determinare. p.409.n.73
Vnio beneficij affecti, & reſeruati non habet effectum in ceſſante affectione. p.384.n.10
Vnio facta ab Epiſcopo ſine conſenſu Capituli non valet. p.382.n.23
Vnio beneficiorum an ſuſpendatur, vt tollatur affectione, & reſeruatione. p.384.n.9
Vnio beneficiorum diſpoſitioni Pontificis reſeruatorum penitus eſt nulla. ibid.n.11
Vnio beneficiorum facta ſine Capitulo valet ſi Capitulum non contradicat. p.382.n.25
Vnio beneficiorum non poteſt fieri Capellaniis etiam tenuibus vel ſacriſtiæ. p.381.n.18
Vnio beneficiorum poteſt fieri ab Ordinario præbendis ſingulorum, non Menſæ Capitulari. ibid. n.17
Vnio beneficiorum poteſt fieri ab Ordinario præbendis tenuibus. p.380.n.1
Vnio beneficiorum poteſt reuocari ceſſante cauſa vnionis. p.381.n.8
Vnio beneficiorum pro augendo cultu diuino pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ valet. p.380.n.3
Vnio beneficiorum pro forma requirit conſenſum Capituli, & ſine eo non valet. p.382.n.26
Vnio beneficiorum quando dicatur effectum ſortita. p.383.n.36
Vnio etiam in clauſulis ampliſſimis reuocatur per regulas Cancellariæ. ibid.n.38
Vnio poteſt fieri ſolùm ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ euidentis. p.381.n.10
Vnio præbendis Canonicorum quomodo fieri poſſit. p.381.n.16
Vnio quomodo euertatur oſtendendo cauſam non fuiſſe veram. ibid.n.11
Vnio vigore Concilij facta tenet non obſtante affectione. p.384.n.16
Vniones beneficij effectum non ſortitas reuocauit Vrbanus VIII. p.383.n.35
Vniones beneficiorum poſt Concilium Tridentinum factas Epiſcopus poteſt reuidere. pagin. 380. numer.5
Vnionis cauſa non exiſtente vera, vnio eſt nulla ipſo iure, vel irrita. p.382.n.22
Vniones factæ vigore Concilij non reuocantur per regulas Cancellariæ. p.383.n.59
Vniones quando fieri poſſint obſtante affectione beneficiorum. p.380.n.2
Vniones vigore Concilij non poſſunt fieri Capellaniis, neque fabricæ, vel Sacriſtiæ indigentibus. p.383.n.40
Vnionis beneficiorum cauſæ debent verificari. p.380. num.6
Vnionis cauſa an probetur ex aſſertione vnientis. pagin.381.n.14
Vnionis cauſa quomodo poſſit eſſe defectus miniſtrorum. p.381.n.13
Vnionis cauſæ debent ex proceſſu apparere. ibidem num.15
Vnionis neceſſitas, vel ſubtilitas quomodo probetur. ibid.n.20
Vnionis pro cauſa non attenditur quod quis commodiùs viuere poſſit. p.381.n.9
Vnionis tempus non attenditur, ſed vacationis, quia valet ſolùm provt tunc. ibid.n.7
Vnire beneficia affecta, vel reſeruata non poteſt Epiſcopus. p.384.n.7
Vniuerſalis locutio quæ comprehendat. pagin.119. num.15
Voluntas declaratur magis verbis, quàm factis. p.118. num.10
Voluntas declaratur etiam ex actu nullo. p.91.n.91
Voluntas & poteſtas in omni actione requiruntur. pag.119.n.18
Voluntas teſtatoris expreſſa, & clara non admittit interpretationem. p.102.n.13
Voluntas teſtatoris ſequenda eſt. p.369.n.21
Voluntatis mutatio præſumitur facta in continenti, maximè in deterius. p.15.n.24
Vſufructuarij hæredibus non competit detentio. p.198. num.20
Vſufructuarij hæres non contradicit proprietario. p.199.n.26
Vſufructuarij morte vſusfructus conſolidatur cum proprietate. p.197.n.3
Vſufructuarius ex cauſa luctatiua tantùm tenetur ad collectas. p.362.n.40
Vſufructu extincto proprietarius ſtatim eſt dominus. & poſſeſſor. p.197.n.13
Vſufructuarius luctatur ſolùm fructus pendentes. pagin.201.n.62
Vſufructuarius non poteſt frui, niſi data cautione. pagin.269.n.9
Vſufructuarius non præiudicat poſſeſſioni proprietarij. p.200.n.41

# Index Rerum Notabilium.


Vſufructuarius poteſt locare. p.362.n.37
Vſufructuarius tenetur ſoluere collectas,& onera. pagin.361.n.11
Vſusfructus cedi non poteſt extraneo,ſed tantùm commoditas. p.362.n.36
Vſusfructus finitur morte. p.239.n.17
Vſusfructus legatum ceſſat poſt 10. annos. p.108.n.5
Vſusfructus legatum quomodo differat à legato annuo. p.110.n.22
Vſusfructus non tranſit de perſona ad perſonam. pa. p.239.n.18
Vſusfructus per quæ verba videatur conceſſus. p.49. num.13.
Vſusfructus quid ſit. p.323.n.26
Vſusfructus relictus Ciuitati extinguitur centum annis. p.108.n.3
Vſura eſt exigere intereſſe taxatum, & non probatum, p.157.n.37
Vſura eſt quidquid datur, vel promittitur vltra ſortem. pag.156. num.15
Vſura quando permiſſa, & quis teneatur ad eam ſoluendam. p.157.n.32
Vſuram licet ſoluere propter domum reſtauratam. pa- p.157.n.36
Vſurarius non tranſmittit ad hæredes ius vtendi. p.7. num.33
Vſuræ damni reſtauratiuæ ſunt licitæ. p.155.n.3
Vſus communis loquendi quando non attendatur. p.398.n.36
Vtile dominium habet prærogatiuam directi.pag.51. num.33
Vtile per inutile non vitiatur. p.84.n.21
Vtilitas non manifeſta requirit, vt poſſint alienari bona Eccleſiæ. p.259.n.37
Vxori pauperi debetur quarta in bonis mariti diuitis. p.287.n.34


*FINIS.*

D. IOAN. BAPTISTÆ

# CIARLINII,

CARPENSIS, V. I. D.

# CONTROVERSIARVM FORENSIVM IVDICIORVM

## PARS TERTIA.

# INDEX SINGVLORVM CAPITVM HVIVS TERTII LIBRI.

## In quo quælibet Controuerſiæ compendioſè continentur.


CAP. CCXXI.

IN concurſu duorum fideicommiſſorum, quodnam ſit præferendum. p.1.

CAP. CCXXII.

In maioratibus an detur tranſitus de vna linea ad alteram, in qua adſit ſenior, non extincta linea vltimi poſſeſſoris. p.8.

CAP. CCXXIII.

Liber æſtimi probat contra deſcriptum, & quando detur manutentio Communitati contra ſoluentem ſemel taxas, & collectas. p.15.

CAP. CCXXIV.

Vtrùm verum ſit, quod offenſus teneatur facere pacem in ſcriptis, etiam eius inimico veniam petenti, & congruam ſatisfactionem offerenti, vel poſſit in conſcientia id negare, dimiſſo tamen odio, & rancore. p. 18.

CAP. CCXXV.

Iuſpatronatus gentilitium tranſit in Monaſterium durante vita Monachi, ſed Monachus præſentare non poteſt, quia id ſpectat ad Superiorem cum Capituli conſenſu. p.22.

CAP. CCXXVI.

Vtrum mortuus ex cauſa peſtis, dicatur periiſſe naturaliter, vel violenter, adeo vt per talem mortem venerit caſus diſpoſitionis de morte violenta loquentis. p.26.

CAP. CCXXVII.

Diſtributiones quotidianæ an debeantur Canonico non reſidenti, quia reſidere non permittitur facto Domini temporalis. p.33.

CAP. CCXXVIII.

Reus an poſſit citari, & carcerari ad ſolam partis querelam, & minimè ſi ſit Clericus, & an valeat proceſſus, ſi aliter fiat. p.36.

CAP. CCXXIX.

Recipiens banniros quomodo poſſit excuſari à pœna, quam imponunt proclamata. p.42.

CAP. CCXXX.

Abrogatis per Principem gabellis alicui Communitati conceſſis, an etiam cenſeatur abrogata locatio de eis facta, & an Conductores poſſint prætendere non ſolùm intereſſe damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis. p. 43.

CAP. CCXXXI.

In legato fructuum dando per hæredem, an veniant fructus ciuiles, & an hæres poſſit locare bona, & tradere penſionem loco fructuum, & an ſalarium prætendere poſſit. p. 50.

CAP. CCXXXII.

Pactum cum Mercatore initum de aſſecurando capitali, & certo lucro, an valeat. p.53.

CAP. CCXXXIII.

Adiudicatio bonorum debitoris vt rectè fiat, quid requiratur, & ſi ſit nulla, an poſſit ratificari. p.59.

CAP. CCXXXIV.

Inſignia familiæ alicuius corrumpens, vel amouens quomodo ſit puniendus, & an ea liceat habere in Eccleſia, & ſi Clericus poſt delictum fiat laicus, an poſſit puniri ab Epiſcopo, vel ſit remittendus ad forum ſæculare. p.68.

CAP. CCXXXV.

Vtrum vnicus teſtis denuncians impedimentum matrimonij, ſufficiat ad illud impediendum, & ad diſſoluenda ſponſalia etiam iurata, & an communis opinio & probabilior ſit omnino ſequenda, omiſſa etiam probabili. p.71.

CAP. CCXXXVI.

Cedens alicui cenſum an poſſit poſtea cenſuarium liberare, & an in redemptione cenſus ſufficiat confeſſio de pretio recepto. p.77.

CAP. CCXXXVII.

Hæres quando immittendus ſit in poſſeſſionem bonorum hæreditatis non obſtante aliquo contradictore, *ex l.fin.C. de Edict.D.Adr.toll.* p.80.

CAP. CCXXXVIII.

Si certa ſpecies monetæ ſit in obligatione, an debeat ſolui eius æſtimatio tempore ſolutionis ſecundum Edicta, vel curſum communem. p.81.

CAP. CCXXXIX.

Minor quatuordecim annis an poſſit habere beneficium ſimplex, vel Canonicatum ex mente fundatoris. p.84.

CAP. CCXL.

Simulationis exceptio an admittatur, vbi contractus eſt firmatus iuramento aſſertorio, & confirmatorio. p.87.

CAP. CCXLI.

Permutatio bonorum fideicommiſſi, vel maioratus an ſit valida, ſtante prohibitione teſtatoris de non alienando, & permutando. p.95.

CAP. CCXLII.

Statutum aſtringens omnes colonos, & laboratores ad ſoluendum triticum pro ſalario Prætoris, an comprehendat colonos Eccleſiaſticorum. p.98.

CAP. CCXLIII.

Statutum de executione inſtrumentorum ad inſtantiam creditorum, an proſit mulieribus, vel habeat locum in credito conditionali. p.100.

CAP. CCXLIV.

Statutum pro creditoribus non comprehendit fœminas, ſi ad litteram debeat intelligi, & ſtylus Iudiciorum non probatur, niſi fuerit obtentum in contradictorio iudicio in deciſiuis, ſecus in ordinatoriis. p.102.

CAP. CCXLV.

Gabella non poteſt imponi ſuper re aliàs onerata, & emphyteuta Eccleſiæ non tenetur ad collectam, ſeu gabellam Laicorum pro alienatione vtilis dominij. p.106.

CAP. CCXLVI.

Fœminæ dotatæ quomodo excludantur à Statutis, & hæreditas non agnita tranſmittatur ad hæredes. p.108.

CAP. CCXLVII.

Reſponſum Antonij Mariæ Rodulphi, Iuris vtriuſque Doctoris. p.113.




# D. IOAN. BAPTISTÆ CIARLINII, CARPENSIS, V.I.D. CONTROVERSIARVM FORENSIVM IVDICIORVM LIBER TERTIVS.

## CAPVT CCXXI.

### EPITOME.

In concurſu duorum fideicommiſſorum quodnam ſit præferendum.

### SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi caſus venit, mortuis quibus facta eſt ſubſtitutio.*
2 *Teſtamentum à Notario rogatum plenè probat, etiamſi mortui ſint teſtes.*
3 *Deſcendentia probatur ex libro Baptiſmatis.*
4 *Curati liber probat mortem, & natiuitatem, & deſcendentiam.*
5 *Deſcendentia probatur ex teſtibus de auditu.*
6 *Deſcendentia probatur per indicia, & coniecturas.*
7 *Inſtrumentum facit probationem manifeſtam, & euidentem.*
8 *Inuentarium factum à grauato, probat bona fuiſſe teſtatoris.*
9 *Mortuum aliquem eſſe abſque filiis, probatur ex eo quod non conſtat habuiſſe filios.*
10 *Reſtitutio fideicommiſſi rectè fit abſque impulſu Iuſtitiæ*
11 *Fideicommiſſa hodie de neceſſitate ſunt reſtituenda.*
12 *Hæres hæredis eſt etiam hæres primi teſtatoris.*
13 *Hæredes etiam dicuntur, qui per longam ſucceſſionem ſuccedunt.*
14 *Fideicommiſſi onus tranſit ad quoſcunque hæredes, & poſſeſſores.*
15 *Hæredi grauato quod nocet, etiam eius ſucceſſori nocere debet.*
16 *Hæreditas codicillis, neque dari, neque tolli poteſt.*
17 *Subſtitutio vulgaris non habet locum adita iam hæreditate.*
18 *Subſtitutio vulgaris in codicillis reſoluitur in fideicommiſſariam.*
19 *Fideicommiſſarij tenentur capere de manu hæredis.*
20 *Fideicommiſſum antiquum eſt prius deducendum, ſicut æs alienum.*
21 *Fideicommiſſum antiquum non includitur in recentiori.*
22 *Quod ſit iure permittente, pœnam non meretur.*
23 *Res inter alios acta aliis non præiudicat.*
24 *Appellatio ſuſpendit iudicatum, donec fuerit cognitum de iuribus appellantis.*
25 *Appellatio reponit cauſam in priſtinum ſtatum.*
26 *Appellans non deductum, & non probatum poteſt deducere, & probare.*
27 *Sententia inter alios lata non præiudicat tertio, etiam ſcienti.*
28 *Fideicommiſſarius poſſidens cum iuſto titulo eſt legitimus contradictor.*
29 *Fideicommiſſariis pluribus concurrentibus, quis ſit præferendus.*
30 *Fideicommiſſarius, quando manutenendus ſit in poſſeſſione.*
31 *Petitur doloſè, quod ſtatim reſtituendum eſt.*
32 *Hæres factis detractionibus non poteſt fideicommiſſarios moleſtare.*
33 *Fideicommiſſum quot modis reſtituatur.*
34 *Colluſio non præſumitur.*
35 *Sententia quando noceat ſingulari ſucceſſori.*
36 *Fraus, & ſimulatio non præſumitur.*
37 *Fraudulenter factum non poteſt dici id, ad quod faciendum agens cogi poterat.*
38 *Fideicommiſſarius non ſuccedit hæredi grauato, ſed fideicommittenti.*
39 *Executio ſententiæ quando fiat contra ſingularem ſucceſſorem.*
40 *Agens ex teſtamento dicitur agere actione perſonali.*
41 *Litigioſa non efficiuntur bona, ſi actum fuerit actione perſonali.*
42 *Tranſactio debet eſſe de re dubia, alias non valet.*
43 *Tranſactio non fit, nec dicitur fieri, vbi non litigatur.*
44 *Denominatio contractuum non fit à verbis, ſed ab effectu.*
45 *Alienare prohibitus poteſt alienare ex cauſa neceſſaria, vel legali.*

46 *Alienans præſumitur alienare ex cauſa neceſſaria.*
47 *Alienans ex neceſſitate, non dicitur alienare iudicij mutandi cauſa.*
48 *Tranſactio in cauſa fideicomſſi ex bona fide eſt licita.*
49 *Fideicommiſſi bona poſſunt alienari pro ære alieno ſoluendo.*
50 *Legatæ rei, vel fideicommiſſo relictæ dominium quando tranſeat in legatarium.*
51 *Litigioſi vitium non impedit diuiſionem, aut debiti reſtitutionem.*
52 *Pacto qualificato non poteſt quis vti, niſi verificata qualitate pacti.*
53 *Pactum factum cum vno non prodeſt, nec nocet alteri.*
54 *Diſpoſuiſſe quilibet præſumitur de rebus ſuis, non de alienis.*

Ne ſcribam vanum, Duc pia Virgo manum.

SIne dubio perilluſt. DD. Iulius, & Septimius Iaculi
de Maſinis contra perilluſtr. D. Alexandrum de
Iaculis optimè fundatam habent intentionem ex fidei-
commiſſo reſultante ex teſtamento D. Flaminij Iaculi,
confecto ſub die vltima Iulij 1572. in quo vſufructua-
riam facit D. Aldam Calcaneam, & hæredes inſtituit
DD. Alexandrum, & Iulium eius filios; quibus dece-
dentibus quandocumque abſque filiis, & deſcenden-
tibus legitimis, & naturalibus idem teſtator ſubſtituit
filios maſculos legitimos, & naturales dicti D. Maſini
Zanoti eius auunculi, & deſcendentes maſculos legi-
timos, & naturales. Nam cùm non negetur, immò
concedatur mortuos fuiſſe prædictos Alexandrum, &
Iulium abſque filiis, & deſcendentibus, & id liquidò
1 conſtet ex proceſſibus factis, vtique certum remanet ve-
niſſe caſum fideicommiſſi ad fauorem filiorum, & deſ-
cendentium dicti D. Maſini, ad textum *in l. qui duos*, vbi
Caſtr. *ff. de vulg. & pup. l. heredes mei, §. cùm ita, in fin. ff. ad Treb.* vbi Caſtr. Alex. Rip. & latè Zanch. & DD.
communiter pro indubitato tradunt defunctis, vel de-
ficientibus omnibus inſtitutis fieri locum ſubſtitutis, &
per fideicommiſſum vocatis.

Neque dubitandum eſt de prædicto teſtamento,
de quo conſtat ex rogitu publici Notarij coram ſeptem
teſtibus rogati, cui fides plena eſt adhibenda, etſi nunc
mortui ſint teſtes, ob virtutem publici inſtrumenti, vt
argumento textus *in l. in exercendis, C. de fid. inſtr. l. in*
2 *donationibus, C. de don.* gl. *in l. heredes palam, in verb. heredes, verſ. alij contra, ff. de teſtam.* & *tit. qui teſt. fac. poſſ.* & *in l. fin. in verb. oſtenditur, verſ. alij dicunt iure, verſ. & hæc opinio, C. de fideic.* vbi Iaſ. *n.* 19. dicit de hoc
non eſſe ambigendum. Modeſt. Piſtor. *conſ.* 31. *n.* 36. §.
*reſpondeo*, vbi quod Notario creditur. Rot. coram Cocc.
*in vna Regienſ. die* 27. *Feb.* 1636. *verſ. ſtante, ad fin.* Alto-
grad. *conſ.* 50. *n.* 7. vbi multos allegat.

Similiter non eſt dubitandum quando prædicti Do-
mini Maſini deſcendant à prædicto D. Maſino Zanoto,
quia id liquet ex proceſſibus, & fide libri baptiſmatis
canonicè ſumpta, ſiquidem dictus D. Maſinus habuit
quatuor filios, Alexandrum, Franciſcum, Hippolytum,
& Annibalem, vt conſtat ex proceſſu deſcendentiæ in
hac cauſa producto ſub die 22. Auguſti 1645. & vlti-
mò ex fide baptiſmali conſtat ſub die 6. Auguſti 1551.
prædictum D. Franciſcum fuiſſe legitimè natum ex di-
cto D. Maſino Zanoto, & fides huiuſmodi fuit producta
in actis præſentis cauſæ ſub die 23. Ianu. 1647.

Ex prædicto autem D. Franciſco ſub die 14. 1604. na-
tus eſt prædictus D. Iulius Maſinus, & ſub die 8. Fe-
bruarij 1607. pariter natus eſt dictus D. Septimius, vt
ex fide Baptiſmatis, de qua in proceſſu appellationis
*fol.* 31. ergo conſtat ſatis de deſcendentia prædicta; ſi-
cut enim mors, ita natiuitas, & deſcendentia probatur ex
3 libro Curati, ſeu Plebani, vel alterius officialis Eccle-
ſiaſtici deſcribentis nomina baptizatorum, ſi contineat
diem, & annum, & nomen, ac ſuſceptores baptizati: ſic
Maurit. *in tract. de reſtit. in integr. c.* 321 *per totum*, &
poſt Rebuff. *in comment. Conſtit. reg. Gallic. tract. de regiſt. gl.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 673. *n.* 12. & *concl.* 1086.
*num.* 7. Monald. *conſil.* 154. *n.* 13. *lib.* 2. Genua *in tract. de ſcript. priu. lib.* 5. *tit. de libr. Curator. quæſt.* 2. *concl.* 3.
*num.* 2. Farinac. *in fragm. in lit. Æ, num.* 141. & idem Fa-
rin. *deciſ. recent.* 132. *num.* 2. & *deciſ.* 481. *num.* 4. *p.* 2.
& *deciſ.* 647. *num.* 5. *eadem p.* 2. vbi quod ex libro Curati
probatur ætas, natiuitas, & deſcendentia, & Cyriac. 4
*contr. for.* 451. *n.* 35. 36. 37. 38. *& ſeq.* vbi concordat cum
prædictis.

Et hæc probatio deſcendentiæ coadiuuatur ex pro-
ceſſu deſcendentiæ in his actis exhibito ſub die 22. Au-
guſti 1645. & maximè ex poſitionibus Maſinorum, &
reſponſionibus D. Petri Aloyſij Iaculi, patris dicti D.
Alexandri, qui licèt reſpondeat circa deſcendentiam
prædictam hæc credere de auditu, hoc ſufficit, quia
deſcendentia probatur etiam ex teſtibus de auditu. Aret. 5
*conſ.* 37. *n.* 2. Rol. *conſ.* 82. *num.* 47. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 512. *n.* 8. ad rem Rim. Iun. *conſ.* 203. *n.* 4.
vbi quod hæc reſponſio de auditu plenè probat, & ideo
D. Hippolytus Maſinus fuit admiſſus in diuiſionibus
cum D. Alda Iacula à Domino Petro Aloyſio vti deſ-
cendens à dicto Domino Zanoto in negotio fideicom-
miſſi D. Iulij ſenioris, vt in proceſſu Calcaneor. *fol.* 32.
ex quibus, & aliis ex proceſſibus reſultantibus bo- 6
nus Iudex poteſt eſſe certus de prædicta deſcenden-
tia, quæ etiam per indicia, & coniecturas poteſt proba-
ri. Maſcard. *d. concl.* 512. *n.* 10.

Denique de identitate bonorũ dicti D. Flaminij fidei-
committentis non poteſt dubitari, quia de illis conſtat
ex inuentario confecto ſolemniter à D. Alda vti tu-
trice DD. Alexandri, & Iulij filiorum dicti D. Flaminij,
ſub die 25. Septembris 1572. ex inſtrumento publico
de quo in proceſſu deſcendentiæ, *fol.* 8. quod facit pro-
bationem probatam, & euidentem. Bald. *in l.* 2. *C. de* 7
*edict. D. Adrian. toll.* cum aliis latè adductis per Tiraq.
*de retract. lignag.* §. 2. *gl.* 1. *num.* 20. vbi etiam quod ille
dicitus incontinenti probare, qui habet inſtrumentum
præ manibus, & latiùs tradit Fuſar. *de ſubſtit. q.* 618. *n.* 1.
vbi multos allegat, probans ex inuentario facto à gra-
uato probari bona fuiſſe teſtatoris. Altograd. *conſ.* 50.
*n.* 8. 9. vbi quod inſtrumentum inducit probationem ma-
nifeſtam, liquidam, & notoriam, & hoc etiam facta æſti-
matione liquidè conſtat ex ſententia Illuſtr. Conſilij 8
Iuſtitiæ Mutinæ, quam legendo, & ponderando faci-
le eſt cognoſcere æſtimum valoris dictæ hæreditatis, &
bonorum.

Nec Maſini habent neceſſe probare prædictos Ale-
xandrum, & Iulium de Iaculis abſque filiis, & deſcen-
dentibus deceſſiſſe, quia ex quo non apparet eos pro-
creaſſe filios, ſatis præſumitur abſque filiis deceſſiſſe, ex
Cuman. *in l. is poteſt*, vbi Alex. *n.* 15. Iaſ. *n.* 58. *ff. de ac-* 9
*quir. hær.* Durand. *deciſ.* 428. *n.* 4. 5. *p.* 2.

Iuremeritò igitur Illuſtr. DD. Comites Calcanei,
vti hæredes prædictæ D. Aldæ conſignauerunt, & re-
ſtituerunt pærdictis DD. Maſinis hæreditatem, & bona
prædicti D. Flaminij, retenta detractione legitimæ, &
Trebellianicæ prædictorum DD. Alexandri & Iulij,
agnoſcentes bonam fidem, ne ſuper liquido fideicom-
miſſo expenſis ſuperfluis litigando fruſtarentur, & ami-
cabiliter tranſtulerunt omnes actiones actiuè, & paſſiuè
in prædictos DD. Maſinos, ad textum *in l. reſtituta, ff. ad* 10
*Trebell.* & §. *reſtituta, Inſtit. de fideicom. hær.* Peregr. *de fi-
deicom. art.* 2. *n.* 49. 50.

Hæc igitur reſtitutio à DD. Calcaneis facta non eſt di-
cenda colluſio, ſed actus neceſſitatis, ad quem de iure tã-
quam hæredes grauati mediante D. Alda, cogi, & com-
pelli poterant, cum hodiè fideicommiſſa inducãt neceſſi-
tatẽ reſtituendi bona fideicommiſſario, per textum *in* §.
1. *&* §. *ſed quia, verſ. ſed & id, Inſt. de fideic. hær.* cùm enim
dictus



dictus D. Flaminius grauauerit fideicommiſſo prædicto
ad fauorem Maſinorum prædictum D. Iulium eius fi-
lium, relicta vſufructuaria dicta D. Alda, & deinde di-
ctus D. Iulius in ſuo teſtamento confecto ſub die 26.
Auguſti 1603. hæredem inſtituerit dictam D. Aldam
eius matrem, ad ipſam ſpectabat vti hæredem grauati,
reſtituere fideicommiſſum prædictis Maſinis, ſed quia
erat vſufructuaria bonorum eiuſdem teſtatoris durante
eius vita non, potuit cogi ad reſtitutionem prædictam;
cùm verò ipſi Calcanei fuerint hæredes vniuerſales di-
ctæ D. Aldæ, debuerant Maſini à manu illorum capere
bona fideicommiſſaria, & ipſi Calcanei tenebantur ea
12 illis reſtituere, quia hæres hæredis, eſt quoque hæres
teſtatoris, ad textum *in l. fin. C. de hæred. inſtit. l.* 3. §. *ſed & Titio, ff. de petit. hær. l. hæredis appellatione,* & *l. ſciendum, ff. de verb. ſignific.* & ideò etiam grauati intelligun-
tur, qui per ſucceſſionem, quamvis longiſſimam defun-
cto hæredes extiterunt, & non minùs hæredes intelli-
guntur, quàm qui perſonaliter hæredes fuerunt, *l. qui*
13 *per ſucceſſionem*, vbi Dec. & Cagn. *de reg. iur.* Peregr. *de fi-
deicom. art.* 33. *n.* 31.

Igitur omnes hæredes ſucceſſiuè grauati intelliguntur
ad reſtituendum bona hæreditatis dicti D. Flaminij præ-
dictis Maſinis, ad quos trãſierunt cum eodem onere fi-
14 deicõmiſſi, ad textum *in l. annuã, ff. de ann. leg. l. in annalibus, C. de leg.* Corn. *conſ.* 69. *lib.* 4. *per totum*, Peregrin.
*de fideicommi. art.* 32. *num.* 67. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 34. *n.* 1. Et-
enim quidquid nocet hæredi grauato, nocet etiam eius
ſucceſſori etiam mediato, ſiue vniuerſali, ſiue particu-
lari, ſi poſſideat bona fideicommiſſo ſubiecta, quia non
15 poteſt referre quæſtionem dominij, & non debet eſſe
melioris conditionis, quàm ſit eius auctor, *arg. text. in l. fin.* §. 1. *ff. ad Velleian. l. in omnibus,* §. *non debet, de regul. iur.*
Caſtr. *conſ.* 94. *in fin. lib.* 2. Soc. *conſ.* 89. *n.* 16. *in fin. lib.* 1.
Ruin. *conſ.* 128. *n.* 19. *lib.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 44. *n.* 6.
Fuſar. *de ſubſtit. q.* 618. *n.* 50.

Nec obſtat, quod de anno 1603. prædictus Dominus
Iulius Iaculus in aliqua parte mutauerit ſententiam
condendo codicillos, in quibus voluit, quod poſt mor-
tem dictæ D. Aldæ eius Matris, & hæredis inſtitutæ,
in ſuo teſtamento ſuccederent, & ſuccedere deberent
in dimidia bonorum ſuæ hæreditatis dictus D. Petrus
Aloyſius, ſi ſuperuixerit, ſin minus eius filij legitimi, &
naturales, quos in dicta dimidia ſubſtituit vulgariter, &
per fideicommiſſum, vt in proceſſu.

Nam per hoc non ceſſauit dicta D. Alda eſſe hæ-
res vniuerſalis dicti D. Iulij, cùm hæreditas codicillis
16 neque dari, neque tolli poſſit, ſed trahitur ad fideicom-
miſſum, §. *vlt. Inſt. de codicill. l.* 2. *C. eod. l. hæreditas, C. de his, quibus vt indign. l. Scæuola, ff. ad Trebell.* quod hîc
tantò magis dicendum eſt, vbi dictus Iulius non ſub-
ſtituit abſolutè dictum D. Petrum Aloyſium in dimi-
dia hæreditatis, ſed poſt mortem dictæ D. Aldæ eius
17 matris, quo caſu, vulgaris ſubſtitutio non poteſt ha-
bere locum adita iam hæreditate per matrem, ad tex-
tum *in l. poſt aditam, C. de impub. & aliis ſubſtit.* DD.
omnes *in l.* 1. vbi Rip. *num.* 174. *ff. de vulg.* & ſic reſtat,
quod ſola ſubſtitutio fideicommiſſaria locum habere
potuerit, & maximè quia vulgaris in codicillis non po-
18 teſt poni, & poſita reſoluitur in fideicommiſſariam: latè
Fuſar. *de ſubſtit. q.* 19. vbi alios allegat, & propterea non
poteſt dictus D. Alexander vocari hæres, ſed ex ſolo
fideicommiſſo poteſt aſpirare ad dimidiam hæreditatis
prædicti D. Iulij, & ſolius fideicommiſſarij nomen me-
retur.

Vnde prædicta D. Alda directò hæres inſtituta à di-
cto D. Iulio, & poſt eam dicti DD. Com. Calcanei, eius
hæredes tenentur ad reſtitutionem duplicis fideicom-
miſſi, primò ordinati à dicto D. Flaminio ad fauorem
DD. Maſinorum, deinde alterius conſtituti ad fauo-
rem dicti D. Alexandri, & vtrique eorum tenentur
tanquam fideicommiſſarij capere de manu hære-



dis, *d.* §. *reſtituta, Inſtit. de fideicomm. hær. l. non
eſt dubium*, vbi gl. Bart. Ang. Imol. Caſtr. Alex. 19
& communiter DD. *C. de leg.* & *l. Paulus, la* 1. vbi
DD. *ff. ad Trebell.* Farin. *deciſ. recent.* 115. *numero* 3.
*part.* 1.

Cùm ratione, & iuſtè dicti DD. Calcanei ſequendo
legis præceptum reſtituerunt dictis DD. Maſinis id,
quod fuit ordinatum ex fideicommiſſo D. Flaminij
antiquiori priuſquam fieret reſtitutio dicto D. Alexan-
dro; cùm enim ſatis conſtaret de vtroque fideicom-
miſſario ex teſtamentis, cùm dicti D. Flaminij, tum di-
cti D. Iulij iunioris, clarum eſt, quòd prius facienda
erat reſtitutio dictis DD. Maſinis, ſiquidem quotieſ-
cumque conſtat de duplici fideicommiſſo, & vtrumque
eſt clarum, tunc vocatus ex fideicommiſſo antiquo
eſt præferendus, & eſt legitimus contradictor, & prius
illi facienda eſt reſtitutio, quia fideicommiſſum anti-
quum deducitur tanquam æs alienum, vt probatur 20
ex *l. irritum, C. ad l. Falcid. l. Lucius, la* 2. §. *fin. ff. de leg.* 2. *l. cùm pater*, §. *Titio, eod.* ſic dixit in termi-
nis Argel. *in tractat. de legitim. contradict. quæſt.* 10.
*artic.* 22. *num.* 278. vbi docet, quod ſi vtrumque fidei-
commiſſum eſt æquè clarum, & apertum, & de vtro-
que incontinenti poſſit apparere, & appareat, vt
hic, tunc fideicommiſſarium primi defuncti opti-
mum eſſe contradictorem, & excludere alium à benefi-
cio immiſſionis, quia prior tempore potior eſt in
iure.

Et ſanè in hoc caſu ſtante fideicommiſſo dicti D. Fla-
minij, ob mortem dicti Domini Iulij eius filij abſque
filiis, & aſcendentibus, non poterat dictus D. Iulius
teſtari, aut fideicommiſſum facere ad fauorem DD.
Iaculorum, niſi reſpectu ſuæ legitimæ, & Trebel-
lianicæ, & ideò dum in codicillis vocauit Iaculos
ad dimidium ſuæ hæreditatis, hoc intelligendum eſt
de bonis ſuis, quatenus medietas legitimæ eius, &
Trebellianicæ important, non autem extenditur, aut
comprehendit bona ex fideicommiſſo dicti D. Fla-
minij relicta dictis Maſinis, quia quæ debentur ex
cauſa fideicommiſſi antiquioris, non includuntur in 21
fideicommiſſo recentiori, etiam vniuerſali, per textum *in
d. l. irritum*, & *in l. vnum ex familia, in princ.* & §. 1. *de
leg.* 2. & *in d. l. Lucius, la* 2. §. *fin. l. ſequens quæſtio, ff.
eod.* Alciat. *conſil.* 31. *num.* 6. *lib.* 9. Mantic. *de coniect.
vlt. vol. lib.* 9. *titul.* 6. *num.* 8. pulchrè Peregr. *de fideic.
art.* 6. *num.* 8. & *conſil.* 37. *num.* 14. 17. *lib.* 1. latè Fuſar. *de
ſubſtit. quæſ.* 649. *num.* 1. 2. 3. vbi teſtatur de communi,
& quod opinio contraria eſt communiter reprobata,
& quod vidit ſemper practicari fideicommiſſa antiqua
deduci, quando fit reſtitutio vigore noui fideicommiſſi,
& loquitur etiam in caſu, quando vocatus ex antiquo
fideicommiſſario fuit hæres, etiam noui fidei commit-
tentis, ideò multò magis hoc dicendum eſt in caſu
noſtro, vbi DD. Maſini non fuerunt aliqua ex parte hæ-
redes D. Iulij iunioris, & ideò poſſunt liberè eius di-
ſpoſitionem impugnare: *Auth. multò magis, C. de Sa-
croſ. Eccl.* ergo rectè, & ritè facta fuit reſtitutio fidei-
commiſſi à dicto D. Flaminio ordinari prædictis Ma-
ſinis, & non eſt, de quo poſſit dictus D. Alexander
conqueri, ſtante quod retenta fuit legitima, & Tre-
bellianica, in quibus ſolum ipſe ius prætendere poterat,
vigore fideicommiſſi prædicti D. Iulij, quod fit iure per- 22
mittente, immò cogente, vt hic, nullam pœnam mere-
tur, *l. Gracchus, C. de adulter.* Crauet. *conſil.* 873. *n.* 5.
*verſ. rurſus.*

Nec obſtant ſententiæ excellentiſſimorum Doctorum
Minghellij, & Rotiliæ non dirimentes hunc articulum,
cùm fuerint latæ inter dictum D. Alexand. & DD. Com.
Calcaneos: tum quia res inter alios iudicata aliis non
præiudicat, *l.* 2. *C. quibus res iudic. non noc. l. ſæpè, ff.
de re iudic. l.* 1. *ff. de except. rei iudic. cap. quamvis, de ſen-* 23
*tentia, & re iudic.* tum quia admiſſa, & commiſſa fuit ap-

Pellatio DD. Maſinorum ab Illuſtriſſimo Conſilio Si-
gnaturæ Illuſtr. Domino Gubernatori Regij ; cum con-
ſilio Conſultoris partibus non ſuſpecti quoad bona per
dictos DD. Maſinos poſſeſſa, vt in proceſſu appellationis
fol. 12. & propterea non eſt curandum de prædictis
ſententiis, quia appellatio ſuſpendit, & extinguit iudi-
24 catum, donec cognitum fuerit de iuribus appellantis,
l. fin. in fin. ff. ad Turpil. c. paſtoralis, §. præterea, de offic.
deleg. c. venientes, de iureiur. c. 1. de re iud. & cauſam re-
ponit in ſtatu, in quo erat in prima inſtantia ante ſen-
25 tentiam poſt litem conteſtatam, ad textum in l. ſcien-
dum, ff. de appellat. recip. & in l. appellatione, C. de ap-
pellat. adeò vt Maſini appellantes poſſint, & potuerint
non deducta, & non probata in aliis inſtantiis in cauſa
appellationis deducere, & probare, ex vulgari regula,
26 Non deductum deducã, non probatum probabo, per textum
in l. per hanc, vbi Bart. & DD. C. de tempor. appell. & in l.
eos, §. ſi quid autem, C. de appellat. cap. fraternitatis, de
teſtib. latè Scacc. de appell. quæſt. 5. art. 1. num. 1. verſ. fuit,
vbi quod ex hac ſola ratione poteſt appellari à ſenten-
tia diffinitiua, quantumcumque iuſtiſſima, ad finem, vt
ſuppleantur omiſſa: & latiùs in q. 11. num. 84. vbi pluri-
mos congerit.

Nec tamen neceſſaria erat appellatio, quia etiamſi
Maſini habuerint ſcientiam litis agitatæ inter dictum
D. Alexandrum, & DD. Calcaneos, ſententiarum inter
dictas partes latarum, tamen nihil eis præiudicant,
quia ipſi non potuerunt impedire dictum D. Alexan-
drum, quin ſuo iure vteretur contra DD. Calcaneos,
neque ipſi vindicant bona ab eis poſſeſſa eo iure, quo
Calcanei victi ſunt, ob fideicommiſſum D. Iulij iunioris,
cùm illi veniant ex fideicommiſſo D. Flaminij, quo ca-
ſu ſententia inter alios lata non præiudicat alteri etiam
27 ſcienti, vt probatur in l. ſæpè, verſ. diuerſa, de iudic. quæ
retorquetur.

Sed cùm appellatio fuerit admiſſa, vt viſum eſt, non
eſt perdendum tempus; ſuper hoc ſolùm videndum eſt,
an dicti Maſini ſint legitimi contradictores ad impe-
diendam immiſſionem à dicto D. Alexandro petitam,
de quo ſanè non videtur eſſe dubitandum, eo quod di-
cti Maſini poſſident bona per dictum D. Alexandrum
prætenſa, & poſſeſſionem acceperunt de manu hære-
dis grauati, quo caſu admittunt omnes fideicommiſſa-
rium ſic poſſidentem eſſe legitimum contradictorem ad
impediendam immiſſionem non ſolùm fideicommiſſa-
rij, ſed etiam ipſius hæredis, quia iuſtè poſſidet, & cum
28 titulo habili, ſi incontinenti paratus eſt docere de iure
ſuo, & hoc non habet contradictorem: ſic ex Bart. in l.
fin. num 22. vbi Albert. n. 15. Corn. n. 43. Dec. n. 48. Zuc-
card. n. 423. C. de edict. D. Adrian. toll. Caſtr. conſ. 137.
num. 1. lib. 1. poſt multos Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ.
rem. 4. n. 634. 635. Bellon. conſ. 0. n. 6. Peregr. de fidei-
comm. art. 47. num. 37. 76 latè Fuſar. de ſubſtit. q. 613. n. 13.
14. vbi alios allegat, fusè Argel. in tract. de legitim. con-
tradict. q. 10. art. 3. num. 49. 50. 51. vbi multos allegat,
& reddit ratioñe, & arbitrio Iudicis remittitur, quando
dicatur incontinenti probatum de iure fideicommiſſa-
rij. Surd. deciſ. 335. n. 9. vbi alios adducit, & quoties
29 concurrunt duo fideicommiſſarij, ille præferendus eſt,
qui allegat titulum potentiorem, & ſi vterque parem
haberet titulum, ille præfertur, qui in poſſeſſione eſt.
Peregr. de fideicom. art. 48. n. 23. 24. Sed ſic eſt quod Ma-
ſini iam docuerant de iure ſuo potentiori ex teſtamen-
to prædicti Domini Flaminij, & ſunt in poſſeſſione bo-
norum illius: ergo in ea ſunt manutenendi excluſo dicto
D. Alexandro, per ea, quæ tradit Menoch. de adipiſc.
30 rem. 4. num. 634. 635. & à contrario ſenſu benè probat
Poſthius in tract. de manut. obſ. 47. n. 1. vbi alios allegat,
Argel. d. q. 10. art. 3. num. 50.

In caſu autem noſtro hæc veriora ſunt, & ſine ſcru-
pulo poſſunt admitti, quia DD. Calcanei non reſtitue-
runt dictis Maſinis totam hæreditatem D. Flaminij, ſed
retinuerunt debitas detractiones, ſcilicet legitimam, &
Trebellianicam, quæ medietatem hæreditatis abſorbue-
runt, in qua ſolùm dictus Dominus Alexander præten-
dere poteſt vigore fideicommiſſi dicti D. Iulij iunioris,
& quam iam habuit à dictis DD. Calcaneis vigore ſen-
tiarum contra eos latarum: ergo dictus D. Alexander
non eſt audiendus, quia dolosè dicitur petere, quod
ſtatim oporteret reſtituere. l. dolo, ff. de except. dol. l. 2. C. de 31
edict. D. Adrian. toll. l. incerti, C. de interdict. Argel. d.
tractat. de legitim. contradict. quæſt. 10. art. 9. numero 138.
139.

Et ideò cùm iam ſint factæ detractiones legitimæ, &
propterea euidenter conſtet, nullas eſſe faciendas, quia
ſemel tantùm fieri debent, iure merito prædicti DD.
Maſini fideicommiſſarij ſunt legitimi contradictores ad
impediendam immiſſionem, quam petit dictus D. Ale-
xander, etſi eſſet hæres directus; quia circuitus inuti-
les ſunt euitandi, cùm teneretur ſtatim dictus D.
Alexander reſtituere dictis Maſinis, quod ab eis recu- 32
peraſſet, ex Dec. in l. fin. n. 28. vbi Zuccard. num. 428.
verſ. tempora, C. de edict. D. Adrian. toll. Thob. Nonius
conſil. 80. num. 15. 16. Menoch. d. remed. 4. num. 461. &
conſil. 722. numero 6. & conſil. 742. num. 6. 7. Fuſar. de ſub-
ſtit. q. 613. num. 19. 20. Gratian. diſc. 954. num. 22. Lu-
douic. deciſ. 206. num. 12. Cyriac. controu. 12. num. 15. 17.
in fin. Poſthius de manutent. obſeru. 47. num. 8. latè Ar-
gel. de legitimo contradict. quæſt. 10. articul. 9. numero
134. 135. 136. 137. & ſeqq. vbi reddit rationes, & re-
ſoluit omnia.

Prudenter igitur, & bona fide fecerunt Comites
Calcanei reſtituendo hæreditatem dicti D. Flaminij
prædictis Maſinis, retentis detractionibus; nihil enim
egerunt fraudulenter, & in damnum dicti D. Alexan-
dri venientis ex fideicommiſſo prædicti D. Iulij, &
vtile fecerunt negotium; nec expectandum erat, vt
iuſtitia cogente pulſarentur, hoc enim non eſt neceſſe,
quia fideicommiſſum poteſt reſtitui etiam ſolo nutu, 33
vel patientia, nedum verbis aut factis, vt in d. l. reſtituta,
vbi DD. ff. ad Trebell. & cùm poſſent cogi ad reſti-
tuendum, & reſtitutionem fecerint vtilem, non poteſt
dici, quod colluſionem fecerint, quæ fraudem ſemper
implicitam habet, & cùm colluſio in dubio non præ- 34
ſumatur, per textum in l. fin. C. ad l. Iul. repet. Bald. in
conſ. 396. num. 2. lib. 3. hæc ex aduerſo erat probanda, l. in
bello, § factæ, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. §. fin. Inſt. de
fideiuſ. c. cùm Io. §. vtrùm, de fid. inſtrum. c. in iure, de offic.
deleg.

Et propterea nihil obſtat in caſu noſtro Rot. Ge-
nuenſis deciſ. 184. num. 1. 2. & ſeq. docens, ſententiam la-
tam inter alios, præiudicare etiam ſingulari ſucceſſori; 35
quia in eo caſu ſupponitur pro vero, contractum fuiſſe
ſimulatum, & fraudulentum in præiudicium credito-
rum, & propterea non eſt mirum, ſi ſententia lata
contra principalem nocet etiam eius ſingulari ſucceſ-
ſori, qui eſt particeps fraudis; hic autem nulla fraus,
nulla ſimulatio interuenit, & qui aliter dicit, proba-
re tenetur, quia hæc non præſumuntur, l. meritò, ff. pro 36
ſoc. l. patronus, § qui dolo, ff. de probat. l. ſi Prætor, §. Mar-
cellus, ff. de indic. immò cùm dicti Domini Comites
Calcanei potuiſſent cogi ad reſtituendum dictis Maſi-
nis fideicommiſſum dicti Domini Flaminij, §. ſed quia,
Inſtitut. de fideicom. hær. ceſſat omnis ſuſpicio fraudis,
quia vbi actus eſt neceſſarius, & talis quod pars cogi
poterat ad illum faciendum, fraudulentum eſſe dici non 37
poteſt. Gabriel. conſ. 58. num. 23. vol. 2. Surd. deciſ. 214.
n. 89.

Nec etiam poteſt dici, quod Maſini ſint ſingulares
ſucceſſores dictorum Comitum Calcaneorum, aut quòd
ab eis cauſam habeant, cum in hoc reſtitutionis ne-
gotio Calcanei ſint puri Miniſtri, ſeu executores volun-
tatis dicti D. Flaminij; ſiquidem fideicõmiſſarius non ſuc-
cedit hæredi grauato, ſed teſtatori fideicommittenti, ad 38
textum



textum in l. cohæredi, §. cùm filiæ, de vulg. l. vnum ex fa-
milia, §. 1. de leg. 2. Bart. in l. 1. num. 5. C de pact. Imol. in l.
hæredes mei, § cum ita, col. pen. vbi Rip. num. 130. Zanch.
num. 1117. ff. ad Trebell. Petr. de fideicom. q. 11. n. 63. Peregr.
eod. tract. art. 20. num. 1. Intrigl. de ſubſt. cent. 3. q. 38. num. 4.
Fuſar. in tract. de ſubſtit. quæſt. 242. num. 97. & q. 274. n. 1.
& numer. 8. apud quem alij plurimi allegantur, ſicut
39 etiam Altograd. conſ. 99. num. 7. Vbi quod in fideicom-
miſſis ſucceditur teſtatori, & in eius bonis, non autem
grauato.

Non obſtat, quod lite pendente cum D. Iaculo prædi-
cti DD. Comites reſtituerint dictam hæreditam dictis
DD. Maſinis, quod fieri non poterat ſine vitio litigioſi,
quia lite pendente non licet poſſeſſori rem litigioſam
alienare, vel per tranſactionem cedere, alioquin lata
ſententia contra eum acquirentem fit executio ſine alio
proceſſu, l. fin. C. de litigioſ. Statutum Regij lib. 2. cap. 49.
Boer. deciſ. 182. n. 51. Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 6. num. 20.
Gail. obſeru. 118. n. 2.

Nam primò reſpondetur, hæc procedere, quando fi-
deicõmiſſarius, ſeu actor agit actione reali, vel mixta, vt
in dicto Statuto, & legibus allegatis; ſecus eſt vbi actũ eſt
actione perſonali, vt hic fecit dictus D. Alexander, qui
petiit reſtitui ſibi hæreditatem, & bona dicti D. Iulij pro
medietate, vigore codicillorum prædictorum; agens
40 enim contra hæredem grauatum ex teſtamento, vel vl-
tima voluntate, dicitur agere actione perſonali, vt in §.
noſtra, vbi gl. in verb. actione, Inſt. de legat. l. 1. vbi DD. C.
commun. de leg. Bona autem non efficiuntur litigioſa, &
non impeditur alienatio, ſi actione perſonali petantur.
41 Bart. & DD. in l. 2. C. de litigioſ. Rip. in c. cùm M. Ferra-
rienſ. n. 193. verſ. quod ergo, de conſtit. de communi Rom.
conſ. 270. num. 2. Crauet. conſ. 279. n. 1. Seraph. deciſ. 1134.
num. 4. in fin. pulchrè Burat. deciſ. 76. num. 22. & deciſ. 133.
n. 8. vbi bene Ferent. in verb. litigioſa, & deciſ. 204. n. 2.
vbi multos allegat, & docet non impediri alienationem,
etiam lite pendente, ſi actum eſt actione perſonali.

Deinde reſpondetur hanc nõ potuiſſe dici tranſactio-
nem, tum quia fideicommiſſum D. Flaminij eſt clarum,
& certum ad fauorem DD. Maſinorum, & tamen tranſ-
42 actio debet eſſe de re dubia, aliàs nõ valet, l. ex plurib. in
princ. ff. de ſolut. l. ſi ita quis, §. fin. de verb. oblig. l. ſi de re
certa, vbi DD. C. de tranſact. Tum quia inter Calcaneos,
& Maſinos non erat lis, neque controuerſia ſuper fidei-
43 commiſſo, & tamen vbi non ligatur, ibi non tranſigitur,
l. 1. ff. de tranſact. l. ſub prætextu, C. eod. Dec. conſ. 351. nu-
mero 3. Natt. conſ. 548. num. 34. Surd. deciſ. 132. num. 19.
20. & dec. 185. num. 9. 10. Quod procedit, etiamſi partes
dixiſſent ſe velle tranſigere, quia contractus denomina-
tio non fit à verbis, ſed ab effectu, vel à cauſa, l. in pro-
mittendo, ff. de iur. dot. l. ſi vno, in princ. ff. locat. & latè ego
44 dixi contr. forenſ. 9. numer. 5. 6. & ex aduerſo id etiam ad-
mittitur.

Tertiò reſpondetur, hanc non fuiſſe alienationem
per quam dominium transfertur, ſecundum Alexand.
conſil. 41. in fin. lib. 6. quia cùm D. Calcanei non haberent
dominium hæreditatis prædicti D. Flaminij, reſtituendo
eam fideicommiſſariis, non poſſunt dici alienaſſe, & qua-
tenus eſſet alienatio, tanquã legalis, & neceſſaria, ex quo
tenebantur fideicommiſſariis Dicti D. Flaminij reſtitue-
re talia bona, d. §. 1. & §. ſed quia, Inſt. de fideicomm. hær.
45 non erat eis prohibita, quia prohibitus alinare, poteſt
ex cauſa neceſſaria, & legali alienare, l. alienationes, ff.
fam. erciſc. l. peto, §. prædictum, ff. de legat. 2. leg. cùm pater, §.
cùm inter, ff. de leg. 3. l. 2. iunct. gl. & ibi DD. C. de fund. dot.
l. non ſolùm, §. 1. ff. de alien. mut. iud. cauſ. leg. cùm fides, ff.
de fideicomm. libert. latè Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 12.
num. 11. vbi multos congerit. Peregr. de fideicom. art. 14.
n. 26. Tuſch. litt. A, concluſ. 262. num. 18. Cephal. conſ. 261.
num. 20. 21. Burſat. dec. 749. num. 6. Mart. de ſucceſſ. legal.
pag. 4. quæſt. 23. art. 7. numer. 4. vbi alios multos al-
legat.

Et in dubio dicendum eſt, prædictos DD. Calcaneos
feciſſe talem alienationem ex cauſa neceſſaria, non vo-
luntariè, quia ità pro eis ſtat iuris præſumptio. Bald.
conſ. 35. col. 2. lib. 2. Rom. conſ. 247. col. 2. Abb. conſ. 116. in 46
fin. lib. 2. Crauet. conſ. 304. num. 5. vbi quod actus præſu-
mitur factus ex cauſa neceſſaria, & cui erat faciendus,
& cui faciens erat obligatus, Tuſch. littera A, concl. 149.
numer. 1. 2. 4. Marth. de ſucceſſ. legal. pag. 4. quæſt. 18. art. 6.
num. 9.

Et ſanè nemo ſani iudicij dicere poteſt, gratis eos alie-
naſſe tot bona valoris ſcutorum 1500. niſi ex cauſa ne-
ceſſaria reſtituendi vigore fideicommiſſi, cùm nemo
præſumatur, velle iactare ſuum, non autem iudicij mu-
tandi cauſa; & propterea qui reſtituit, quod debet, vel
facit id ad quod eſt obligatus, non dicitur alienare iu-
dicij mutandi cauſa, nec tenetur ſtatuto, vel edicto de
non alienando, ſic probatur in l. ex hoc edicto, §. 1. in fin. 47
& leg. quia, & l. nam & ſi obligatus, ff. de alien. mut. iud.
cauſ. & cùm nulla fraus, aut dolus DD. Calcaneorum
fuerit probatus, ceſſant leges, quæ de tali alienatione
loquuntur, quia dolum, & fraudem expreſsè requirunt,
ad textum in l. 1. vbi DD. ff. eod. & dato etiam, quod poſ-
ſet dici hanc fuiſſe tranſactionem, cùm fuerit facta bo- 48
na fide, immò exiſtente vna cauſa fideicommiſſi dicti
D. Flaminij, valida cenſenda eſt, nec tranſigenti quid-
quam eſt imputandum, per l. cùm hæreditas, ad Trebell.
l. fin. de tranſact. Imol. in l. ante reſtitutam, ad fin. ff. de ſolut.
pulchrè Cephal. conſ. 261. num. 35. Fuſar. de ſubſtit. q. 554.
num. 14.

Et quia fideicommiſſum antiquum eſt deducendum
priùs, ſicut æs alienum, l. irritum, Cod. ad l. falcid. licita
fuit etiam alienatio, ſeu tranſlatio prædicta, quia bona
poſſunt alienari pro ære alieno ſoluendo; l. peto, §. præ-
dium, de leg. 2. l. pater filium, de leg. 3. l. in imponenda, C. ad
l. falcid. Burſat. deciſ. 929. num. 3. cum multis adductis per
Marth. de ſucceſſ. legal. p. 4. quæſt. 21. art. 10. num. 87. vbi
etiam quod alienatio eſt ſemper permiſſa in cauſam ve- 49
tuſtiorem, ſed fideicommiſſum D. Flaminij fuit anti-
quius fideicommiſſo dicti D. Iulij iunioris: ergo licuit
Calcaneis alienationem prædictam facere ad fauo-
rem Maſinorum; ſi tamen alienatio dicenda eſt; quia
verè non eſt alienatio, ſed legitima fideicommiſſi reſti-
tutio.

Et licèt hæc ſufficiant ad tollenda omnia dubia, tamen
addi poteſt, bona prædicta ad DD. Maſinos peruenta, &
eis reſtituta vigore fideicommiſſi dicti D. Flaminij non
cadere ſub vitio litigioſi, quod non conſideratur, niſi ſu-
per dominio rei fuerit lis aduerſario mota, l. litigioſa, C.
de litigioſ. ſed prædictus D. Alexander non mouit litem
ſuper hæreditate dicti Domini Flaminij, ſed ſuper medie-
tate hæreditatis dicti D. Iulij: ergo hæreditas D. Flaminij
remanet libera à vitio litigioſi, & potuit reſtitui dictis
DD. Maſinis veris fideicommiſſariis, ad quos dominium
bonorum eis relictorum pertinet à die purificatæ con-
ditionis; ſiquidem dominium rei legatæ, vel fideicõmiſſo
relictæ recta via tranſit in legatarium, vel fideicommiſ- 50
ſarium, ſaltem data mora hæredis in tradendo, l. fin. §. ſin
autem ſub conditione, vbi Salic. C. communia de legat. Soc.
Iun. conſ. 182. num. 20. libr. 2. l. ſi tibi homo, §. cùm ſeruus, de
leg. 1. l. facta, ff. ad Trebell. Peregr. de fideic. art. 49. n. 104.
& ideò vitium litigioſi ſicut non impedit, quin fiat
diuiſio bonorum controuerſorum, ſic non efficit, quod
fideicõmiſſa non poſſint reſtitui, ad textum in l. cenſemus, 51
in fin. C. de litigioſ. & in Auth. eod. tit. §. quando, & §. hoc
autem: & ſanè cùm ſatis demonſtratum ſit fideicommiſ-
ſum antiquum eſſe priùs deducendum, & non compre-
hendi in fideicommiſſo iuniori, vanum eſt quærere, an
vitium litigioſi potuerit impedire, quando fiat reſtitutio
fideicommiſſi antiqui prædictis Maſinis habentibus cau-
ſam vetuſtiorem, & titulum potentiorem; lis enim D.
Alexandri non potuit eis præiudicare, vel eos facere de-
terioris conditionis, quàm eſſent ante litem motam.
A 4 quia

quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.

Non obſtat pactum initum inter dictos Maſinos, & Calcaneos in actu reſtitutionis, quod Maſini debeant defendere bona relaxata ſuis ſumptibus,ita vt ſi facienda ſit executio , fiat contra Maſinos , perinde ac ſi bona extarent penes Calcaneos. Nam nondũ venit caſus huius pacti , quia reſpectu bonorum, quæ poſſident Maſini,admiſſa , & commiſſa fuit appellatio , quæ remittit cauſam ad priſtinum ſtatum , vt vidimus,propter quod Maſini poſſunt defendere bona prædicta , & docere de iuribus ſuis , & tanquam legitimi contradictores impedire,immiſſionem,ſeu executionem petitam à dicto D. Alexand.& ſic non verſamur in caſu faciendæ executio-
52 nis ; & propterea , cùm non verificantur qualitates pa-
cti prædicti,non poteſt dictus D.Alexander id allegare, vel eo vti, *l. Fulcinius* , §. *hoc edictum* , vbi Bart. *ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eat.* Alexand. *conſ.* 224. *numero* 3. *lib.*2. Pacian. *conſ.* 32. *numero* 3. & ego dixi *contr.* 2. *numero.* 33.

Deinde hoc pactum fuit ſtipulatum fauore Calcaneorum, ne reſtitutio prædicti fideicommiſſi aliquod damnum eis afferre poſſet provt iuſtum , & congruum fuit, ideò non prodeſt quidquam prædicto D.Alexandro,quia
53 pactum factum cum vno,non prodeſt, aut nocet alteri,
*l. ſi vnus*, §. *ante omnia*, *ff. de pact. l. heredi*, §. *fin. ff. eod. l. Imperatores, in princ. ff. de transact.* Caſtr. *in l. planè*, §. *ſi duobus*, *ff. d. leg.* 1. Caſtr. Alexand. Iaſ. & DD. *in l. ſi actione, Cod. de pact.* cum vulgaribus, Crotr. *conſil.* 89. *n.* 9. Ruin. *conſil.* 11. *n.* 8. *lib.* 1.

Cùm igitur dictus D.Alexander nequeat prætendere niſi medietatem hæreditatis dicti D.Iulij iunioris , non eſt trahenda eius petitio etiam ad bona dicti D. Flaminij, per *d. l. irritum, C. ad l. falcid. l. cùm pater*, §. *Titio, de leg.* 2. *l. Lucius*, §. *vlt. de. leg.* 3. nam præſumendum eſt,
54 quod dictus D.Iulius voluerit diſponere de rebus ſuis,
non autem de alienis, *l. verbis legis, ff. de verb. ſignific.* Peregr. *de fideicom. art.* 6. *n.* 14. Fuſar. *de ſubſtit. d. quæſt.* 649. *num.* 1. 2. & *num.* 3. *verſ. vidi enim ſemper in pace* ; ergo dimittendi ſunt Maſini , nec moleſtandi ſunt à dicto D. Alexandro ſine calumninæ nota , cùm debeat vnuſquiſque contentus eſſe ſuo fideicommiſſo,& abſtinere à portione ad alterum ſpectante.

Hæc puto ſufficere ad tollendas omnes difficultates, quia ex prædictis omnis exceptio ceſſat, non enim ſigillatim ad omnia reſpondeo,ne volumen efficiam.

Et ita,&c. Saluo, &c.

---

## CAPVT CCXXII.

### EPITOME.

In maioratibus an detur tranſitus de vna linea ad alteram,in qua adſit ſenior,non extincta linea vltimi poſſeſſoris.

### SVMMARIVM.

1 *Mortuum aliquem eſſe ſine liberis præſumitur , niſi aliter probetur.*
2 *Iuſpatronatus pro ſeniore familiæ illorum de Benedictis.*
3 *Primogenitura, & maioratus , vbi ſunt ingreſſa vnam lineam,non fit ſaltus ad aliam,ea non extincta.*
4 *Iuſpatronatus admittit ſucceſſionem fœminæ , etiamſi ſit inſtitutum in modum maioratus.*
5 *Iuſpatronatus ſucceſſio regulatur ad inſtar feudorum.*
6 *Feudi argumentum trahitur etiam ad iuſpatronatus.*
7 *Primogeniti filius excludit patruum , & quemcumque alium.*
8 *Filius eſt præferendus in feudis, & patronatibus , ſicut pater præferebatur.*
9 *Primogenitus, & maior natu ſunt idem, & non differunt niſi in nomine.*
10 *Maiore natu vocato cenſetur prædilecta eius poſteritas.*
11 *Maior natu cenſetur vocatus comparatiuè ad fratres intra eandem lineam.*
12 *Fundationis tenor eſt attendendus.*
13 *Baptiſmi liber probat ætatem, & filiationem.*
14 *Filiatio probatur ex nominatione, & inſtitutione.*
15 *Deſcendentia probatur ex duobus teſtamentis , vel Inſtrumentis.*
16 *deſcendentia probatur leuioribus probationibus in antiquis.*
17 *Filiatio, & deſcendentia probatur ex enunciatiuis duorum inſtrumentorum in antiquis.*
18 *Deſcendentia probatur ex fide baptiſmi, & enunciatiuis inſtrumentorum.*
19 *Filiatio probatur coniecturis, & præſumptionibus in antiquis.*
20 *Natus quis non præſumitur ex nefario coitu.*
21 *Iuſpatronatus probatur enunciatiuis in antiquis.*
22 *Beneficium eſſe de iurepatronatus laicorum, difficilè admittunt Ordinarij.*
23 *Præſentatio licet ſit ſingularis , tamen attenditur cauſa vniuerſalis.*
24 *Deſcendentia probata reſpectu vnius fratris, cenſetur probata etiam reſpectu alterius.*
25 *Natiuitas, & deſcendentia quomodo probetur.*
26 *deſcendentiam in iurepatronatus ſufficit probare ab vltimo præſentante.*
27 *Præſentandi poſſeſſionem qui habet, non tenetur probare deſcendentiam.*
28 *Maior natu dicitur , qui primò natus eſt , & maiorem habet ætatem.*
29 *Maiore natu vocato intelligitur de maiore ætate, & ſeniore.*
30 *Proximitas non conſideratur in maioratu, ſed ſenioritas, & ætas.*
31 *Iurepatronatus relicto ſeniori familiæ , fit tranſitus ab vna linea ad aliam , in qua adſit ſenior, excluſo filio vltimi ſenioris.*
32 *Patronatu relicto parentelæ ſeniori , non tranſit ad filium ſenioris, ſed ad alium ſeniorem.*
33 *Seniore vocato ad iuſpatronatus, quomodo ſuccedatur.*
34 *Senioris qualitas ſola attenditur in relicto ſeniori familiæ facto.*
35 *Familiæ ſignificatio quid contineat.*
36 *Familiæ appellatio propriè intelligitur de deſcendentibus.*
37 *Familiæ relinquere, vel deſcendentibus idem eſt.*
38 *Filius ſenioris non ſuccedit vocato ſeniore, ſed alius maioris ætatis.*
39 *Maiore natu ex deſcendentibus vocato quis ſuccedat.*
40 *Iuriſpatronatus pertinentia probatur leuioribus probationibus, data illius exiſtentia.*
41 *Obſeruantia declarat omnem ambiguitatem, & facit rem certam.*
42 *Obſeruantia eſt regina omnium interpretationum.*
43 *Poſſeſſio defuncti non tranſit in hæredem ſine apprehenſione, & actu facti.*
44 *Qualitas debet præcisè probari , quando eſt cauſa , quod quis obtineat.*
45 *Manutentio non datur, niſi ad limites poſſeſſionis.*
46 *Proprietas cauſæ abſorbet cauſam poſſeſſionis.*
47 *Præſentandi poſſeſſio quando non ſuffragetur.*
48 *Maioratus non conſiderat proximitatem, ſed maiorem ætatem.*
49 *Primogenitura, & maioratus non ſunt idem, ſed valdè differunt.*
50 *Linea in maioratu cenſetur vocata reuocabiliter , ſi ſenior veniat in alia linea.*



51 *Maioratus ſucceſſio quomodo fiat , & conſideretur.*
52 *Primogeniti filius quando non ſuccedat.*
53 *Maioratus ſucceſſio eſt ambulatoria.*
54 *Antiquior quando ſuccedere debeat.*
55 *Maioratus ſucceſſio quomodo deuoluatur à linea ad aliam.*
56 *Proximior quando excludatur à ſeniore.*
57 *Nepos an præferatur patruo in feudis, & maioratibus.*
58 *Senior excludit filium vltimi ſenioris.*
59 *Primogenitus, & maior natu quando ſint idem, & quando differant.*
60 *Opinio diſtinguens tenenda eſt, vti proximior veritati.*
61 *Maioratus, & primogenituræ ſucceſſio diuerſimodè fit.*
62 *Qualitas requiſita in actu requiritur tempore actus.*
63 *Qualitas requirit perſeuerantiam, vt ſit durabile implementum.*
64 *Proximitas non attenditur in maioratu , ſed maior ætas.*
65 *Vocatus propria vocatione quis dicatur.*
66 *Ætas non tranſmittitur ad hæredes.*
67 *Ætas non poteſt repræſentari.*
68 *Repræſentatio non datur in legatis particularibus.*
69 *Qualitas requiſita in aliquo extenditur etiam ad eius deſcendentes.*
70 *Qualitas in connexis repetita cenſetur.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1649. die 13. Septembris, D. Andreas de Benedictis in ſuo vltimo teſtamento inſtituit , & fundauit duo beneficia,alterum ſub vocabulo S. Agnetis, & alterum ſub titulo S.Antonij de Vienna,& patronos dicti beneficij S.Agnetis nominauit his verbis, quæ ſequuntur. [Patronos autem dicti Beneficij S.Agnetis,& eos , ad quos ſpectat electio Sacerdotis , & Rectoris dicti beneficij pro temporibus futuris fecit , & reliquit D.Gaſparinam eius vxorem toto tempore vitæ ſuæ,ſi vitam vidualem, & honeſtam duxerit , & in domo ipſius teſtatoris ſteterit, & Antoniam , ac Iſabellam ipſius teſtatoris filias legitimas , & naturales toto tempore vitæ ipſarum,& ipſis decedentibus,filios,& filias ipſarum,videlicet maiorem natu cuiuſlibet ipſarum , ſi haberent plures,& deſcendentes ex ipſis, & caſu quo altera decederet ſine filiis , vel filiabus , filij , ſeu filiæ alterius ſint patroni, videlicet maior natu , & caſu quo ex ipſis non eſſent deſcendentes , ſeniores ex deſcendentibus maſculis trium eius ſororum.] Et vt in eo.

Defuncta dicta D.Gaſparina,& ſimiliter dicta D. Iſabella eius filia abſque filiis,& deſcendentibus, per quod linea ipſius extincta eſt , ius maioratus prædicti totaliter tranſiuit ad lineam, ſeu lineas dictæ D. Antoniæ, &
1 cùm nullus prætendat ſe venire ex linea dictæ Iſabellæ,
non eſt de illa controuertendum , quia quilibet præſumitur deceſſiſſe ſine liberis , quia in facto hoc conſiſtit, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi. Bart. *in l. ex facto*, §. *ſi quis autem, ff. ad Trebell.* Alex. *conſ.* 17. *num.* 10. *lib.* 7. Maſcard. *de prob. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 1. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 436. *num.* 3. & *ſeqq.*

Conſtat autem ſaltem per binos actus , Illuſtriſſ. D. Com.Eleonoram Valiſineriam de Malegutiis cum effectu præſentaſſe ad dictum beneficium dictum D.Com.Claudium eius filium,& eò renunciante R. D. Baſilium Boſſium Sacerdotem,qui obtinuit dictum beneficium vſque ad annum 1647. quo tempore diem clauſit extremum.

Vacante igitur dicto beneficio Illuſtr. D. Com. Anna filia ſenior prædicti D. Claudij credidit ſibi competere ius præſentandi,quia cùm dictus D.Com. Claudius eſſet filius primogenitus prædictæ D. Com.Eleonoræ, & ſenior , ad eam tranſiuit iuſpatronatus ſiue iure transmiſ-
2 ſionis, ſiue iure proprio vigore teſtamenti prædicti An-
dreæ,& per ea illa præſentauit R.D.Dominicum de Auguſtis Sacerdotem.

Verùm Illuſtr.D.Com. Franciſcus Valiſinerius alter filius ſecundogenitus dictæ Com.Eleonoræ,cùm tempore mortis dicti Rectoris iam defunctus eſſet dictus D. Com.Claudius longè poſt mortem dictæ eius matris, exiſtimauit ius præſentandi ad ſe ſpectare, & excludere dictam eius neptem ex fratre, cùm ſit maior ætate , quàm illa,& ſic præſentauit R. D. Alexandrum Carretam , & D.Com. ſacratum cumulatiuè.

Sed tertio loco comparuit M. Excell. D. Vincentius Pariſetus , qui ſimiliter credidit eſſe verè patronus dicti beneficij, dicens ſe deſcendere mediante dicta Antonia, à fundatore,& cùm ſit ſenior ætate prædictis DD.Com. Franc. & Anna, præſentauit R. D. Hyacinthum de Caſtris Sacerdotem. Vnde quæritur quis eorum iuſtiùs induat arma, & quis ex præſentatis ſit præferendus.

Et ſanè ardua eſt quæſtio , quæ extorſit ingenia noſtrorum Doctorum, & pro nepte ad excluſionem patrui & aliorum , ſtante quod maioratus eſt ingreſſus eius lineam,cum poſt mortem dictæ D.Com. Eleonoræ ius illud tranſierit in Com. Claudium, & deinde in ipſam D. Com. Annam illius filiam maiorem, & hæredem , cùm
enim ius primogenituræ , vel maioratus eſt ingreſſum 3
vnam lineam , ab ea non recedit , & non fit ſaltus ad aliam , donec illa fuerit extincta , tenuerunt in ſpecie Caſtr. *conſ.* 164. *num.* 2. *verſic. & ſi diceretur, lib.* 2. Anch. *conſ.* 82. *in fin.* Dec. *conſ.* 443. *numer.* 29. *verſ.* 5. *non obſtat.* Berret. *conſ.* 134. *numer.* 27. 28. & *num.* 30. Grat. *conſ.* 6. *numer.* 19. 23. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 442. *num.* 10. & *conſ.* 98. *numer.* 34. & per totum , vbi vide, quia latè materiam tractat. Surd. *conſ.* 403. *numer.* 16. Intringl. *de feud. cent.* 1. *art.* 36. *num.* 193. Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſſ.* 19. *num.* 64. Gamma *deciſ.* 93. *num.* 3. Peregr. *conſ.* 39. *in fin. iunct. n.* 15. *lib.* 1. Couar. *pract. qq. c.* 38. *num.* 9. *verſ. etenim.* Bardelon. *conſ.* 60. *num.* 23. & *per totum*, Fuſar. *conſil.* 41. *num.* 84. 139. Franc. Mar. Prat. *diſc.* 38. *numer.* 52. *verſ. adſtipulatur*, Cyriac. *contr.* 414. *numer.* 16. & ad rem facit Rot. *diuerſ. deciſ.* 209. *numer.* 1. *p.* 2. & *recent. deciſ.* 681. *numer.* 1. *p.* 2. vbi citat Alciat. *in conſ.* 8. *numer.* 2. loquentem de maioratu.

Nec conſiderandum eſt,quod dicta D.Com. Anna ſit mulier, quia fœmina ſuccedit in iurepatronatu, etiam in modum maioratus inſtituto , ita quod ad vnum dumta-
xat deueniat , nempe primogenitum , ſeu proximorem, 4
niſi expreſsè fuerit excluſa,quia in eo ſuccedittur,ſicut in maioratibus , & eodem ordine. Couar. *d. cap.* 38. *numer.* 13. Molin. *de primog. Hiſpan. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 26. 27. & *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 41. & *cap.* 7. *num.* 19. Pater Molin. *de iuſt. & iur. tom.* 3. *diſp.* 627. *num.* 13. quos ſequitur , & alios allegat Garz. *de beneſic. p.* 5. *cap.* 9. *n.* 145. 146.

Et ſanè in iurepatronatu ſucceditur ſicut in feudis, & quoad modum ſuccedendi valet argumentum à feudo ad
iuſpatronatus,vt poſt Card. tenent pluries Lambert. *de* 5
*iurepatron. lib.* 1. *p.* 1. *quæſt.* 3. *princ. art.* 8. Decian. *conſ.* 32. *n.* 17. *lib.* 1. Rot. apud Ricc. *de nouiſſ. prob. iuriſp. reſol.* 164. *ſub num.* 3. *verſ. nec obſtat , in fin.* cùm valeat argumentum de feudo ad iuſpatronatus.

Sed ſic eſt,quod in feudis non fit tranſitus ab vna li- 6
nea ad aliam, donec extat aliquis de linea , in quam ingreſſa eſt primogenitura,& maximè quãdo primogenitus
fuit admiſſus, tunc enim eius filius ſemper excludit pa- 7.
truum, & quemcumque alium, vt notatur *in cap.* 11. *de nat. ſucc. feud.* Anch. *conſ.* 82. *in fin.* Oſaſch. *deciſ.* 23. *numer.* 34. Couar. *d. cap.* 38. *num.* 6. Molin. *de primog. Hiſp. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 14. & *cap.* 9. *num.* 30. 32. Gamm. *deciſ.* 93. *num.* 1. Menoch. *conſ.* 981. *numer.* 7. 10. 42. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 27. *num.* 24. latè Bellon. *conſil.* 11. 23. 24. vbi multos allegat. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 387. *n.* 36. & *conſ.* 40. *num.* 30.

Ergo idem dicẽdum eſt in ſucceſſione iuriſpatronatus, per quod D.Com. Anna dicitur ex ſua linea primogenita, & maior natu,& ſicut pater eius ſucceſſit, & fuit admiſſus, ita debet admitti eius filia, quia caro patris cenſetur

ſetur viuere in filio, & ſi pater præfertur, ita præferri de-
8 bet & filius, ex l. cùm ſcimus, ad fin. C. de agric. & cenſit. la-
tè, & pulchrè Caſtr. conſ. 164. n. 2. 3. 4. 5. 6. p. 2. Barbat.
conſ. 10. n. 24. lib. 2.

Et hoc tantò magis videtur dicendum, quia in effectu
idem ſunt primogenitura, & maioratus etiam ſecundùm
ius commune, & non differunt, niſi in nomine primo-
9 genitus, & maior natu, ſeu ſenior, ex Bald. in l. cum in
antiquioribus, numer. 15. verſic. & primò præmitto, Cod. de
iur. delib. Abb. conſ. 85. num. 3. in fin. lib. primo. Caſtr. dict.
conſil. 164. per totum. Alexand. in l. is poteſt, numer. quarto,
de acquir. hæred. & conſil. quarto, numer. 9. verſ. ſed ſi nepos,
libr. 4. Anchar. conſ. 82. num. 6. Barbat. d. conſ. 10. numer. 7.
Soc. Sen. conſ. 252. num. quarto, lib. 2. Iaſ. in d. l. is poteſt, nu-
mer. 29. 45. Pariſ. conſil. 72. num. 80. 90. lib. 4. Couar. dict.
car. 38. numer. 7. & variar. reſol. libr. 3. cap. 5. num. 1. 2. & de
primog. num. 12. 14. 93. Io. Lecirier eod. tract. lib. 1. quæſt...
numer. 2. Molin. de primog. Hiſp. lib. 3. cap. 8. num. 19. vbi
veriſſimum dixit. Abbas conſil. 60. num. 2. 3. Berett. con-
ſil. 134. numer. 23. Bolognin. conſil. 62. num. 3. Gratian. con-
ſil. 6. num. 13. lib... Rim. Iun. conſil. 544. num. 61. Menoch.
conſil. 318. num. 17. conſil. 915. num. 41. & latè in conſ. 98.
num. primo, vbi de communi teſtatur, & conſil. 1006. nu-
mer. 37. vbi manifeſtum, & vulgatum dicit, & conſil. 1127.
num. 6. vbi quod maioratus, & primogenitura ſunt ſy-
nonyma, & conſil. 1171. num. 1. & ſeq. Peregrin. conſil. 33.
numer. 18. & conſ. 64. num... libr. 2. Intrigl. de feud. cent. ſe-
cunda, art. 32. num. 1. Dec. conſ. 443. numer. 24. Fuſar. dict.
quæſt. 387. numer. 46. vbi de magis communi: ergo ſi-
cut in primogenituris non fit tranſitus de linea ad li-
neam, niſi ea deficiente, ſic dicendum eſt in maioratibus,
quia eodem modo verificatur mens teſtatoris, qui ſicut
10 magis dilexit primogenitum, ſeu maiorem natu, ita
cenſetur dilexiſſe eius poſteritatem, ad textum in l. cùm
accuſ. de cond. & demonſtr. Theſ. qq. libr. 2. quæſt. 12. nu-
mer. 50. Molin. dict. tract. lib. 3. cap. 9. numer. 12. verſic. hoc
etiam probatur, Fuſar. quæſt. 484. numer. 17. Fontanell.
deciſ. 35. numer. 15. Rot. recent. deciſ. 681. numer. 3. & de-
ciſ. 639. part. 2.

Hoc autem multò magis dicendum eſt in caſu noſtro,
vbi teſtator vocauit quidem ſeniorem filiorum, & filia-
rum, ſed reſpectu deſcendentium non qualificauit ſuam
diſpoſitionem cum qualitate ſenioritatis, & ſic illa clau-
ſula, videlicet, maiorem natu, ſtat quodammodo abſolu-
tè abſque vlla expreſſa relatione ad deſcendentes, ideò
capienda eſt interpretatio, quod teſtator ſenſerit de eo,
11 qui fuerit in ſe maior natu ſui patris comparatiuè ad
fratres in eadem linea exiſtentes, non autem ad tranſ-
uerſales, vt in ſimili conſuluit videndus Ruin. conſ. 13.
n. 11. verſ. tertiò, lib. 1.

Nihilominus in caſu noſtro aliter videtur ſentien-
dum, & exiſtimo dictum D. Pariſetum vti remotiorem
ex deſcendentibus dictæ Antoniæ habere meliora, &
potiora iura, qui idcirco enixè probauit ſuam deſcen-
dentiam à dicta Antonia, vt frui poſſit beneficio fun-
dationis, cuius tenor ſemper eſt attendendus, vt per
12 Roch. de Curt. in tr. de iurepatr. in verbo, ipſe, vel is à
quo, numer. 19. Viuian. eod. tract. lib. 4. cap. 2. numer. 3.
Farin. deciſ. recent. 112. numer. 1. p. 1. & ego dixi contr. 107.
num. 43.

Siquidē dictus Andreas fundator duo beneficia in eo-
dem teſtamento ſimul fundauit, alterum ſub titulo San-
ctæ Agnetis, & alterum ſub titulo Sancti Antonij de
Vienna, & patronos reliquit Antoniam, & Elizabetam
ſuas filias, & poſt eas ipſarum filios, & filias, videlicet
maiorem natu cuiuſlibet ipſarum, & deſcendentes ex
ipſis, & vt dictum eſt.

Deceſſit dicta Elizabeta ſine filiis, & ſic ex prædicta
D. Antonia, & D. Bernardino Malegutio eius viro natus
eſt D. Io. Ludouicus Malegutius ſub die 7. Aprilis, an-
no 1470. vt ex fide Baptiſmi authentica, de qua in pro-
ceſſu, fol. 21. quæ filiationem, & ætatem probat, ex
Maurit. de reſtit. in integrum, cap. 421. per totum. Maſcard. 13
de probat. concl. 673. num. 1. 2. Farin. frag. littera E, nu-
mer. 141. latè Genua de priuat. ſcript. lib. 5. de lib. pleb. q. 1.
num. 1. 2.

Et filiatio etiam eiuſdem Io. Ludouici ex dicta Anto-
nia probatur ex teſtamento, & Codicillis ipſius Anto-
niæ factis de anno 1491. 1492. in quibus ab ea hæres in-
ſtituitur, ex qua nominatione, & inſtitutione filiatio ſa- 14
tis probatur, vt per Natt. conſil. 231. num. 1. Maſcard. de
probat. concl. 793. num. 5. Surd. conſ. 1. num. 49. verſic. ſepti-
mò, Genua de verb. enunciat. lib. 2. quæſt. 27. numer. 29. &
Veral. deciſ. 337. num. 2. pag. 3. Seraph. deciſ. 489. nume-
ro 1. pulchrè, & in terminis de probanda deſcendentia 15
ex duobus teſtamentis, vel inſtrumentis, Melch. Lotter.
de re benef. lib. 2. quæſt. 11. numer. 112. 113. vbi vide,
quia ſufficit ad propoſitum noſtrum. Ricc. de nouiſſ.
probat. iuriſp. recol. 157. numer. 4. vbi quod in antiquis
deſcendentia probatur ex enunciatiua duorum inſtru-
mentorum antiquorum, etenim deſcendentia probatur 16
leuioribus probationibus, quando verſamur in anti-
quis, vt hic. Gloſſa ordinaria in l. 1. ff. de probat.
Ceph. conſil. 137. numer. 45. lib. 1. Genua in prax.
Archip. Neap. cap. 28. numero 1. Ricc. d. reſ. 157.
num. 3.

Ex Domino autem Iò. Ludouico prædicto nata eſt
D. Ioāna Malegutia, vt ex fide Baptiſmi ſub die 12. Octo-
bris 1496. in proceſſu, fol. 27. & pro eius filia enuncia-
tur in vno inſtrumento anni 1526. in proceſſu, fol. 25. &
in alio inſtrumento anni 1527. in proceſſu, fol. 22. & in
alio inſtrumento anni 1528. in proceſſu, fol. 28. ex qui-
bus enunciatiuis ſaltem in duobus inſtrumentis anti- 17
quis factis, probatur filiatio, & deſcendentia, iuxta do-
ctrinam. Bald. in l. cùm antiquis, vbi Iaſ. num. 7. C. de iur.
delib. Alex. conſ. 75. n. 3. lib. 4. Maſcard. de prob. concl. 790.
num. 56. & concl. 794. num. 11. vbi quod hoc procedit
etiam contra tertium. Rim. Iun. conſil. 339. num. 4. Peregr.
de fideicommiſſ. art. 43. n. 83. 84. Genua de verb. enunciat.
lib. 2. quæſt. 27. num. 9. 17. Caſſador. deciſ. 3. num. 3. de pro-
curat. Puteus deciſ. 209. lib. 2. pulchrè Ricc. d. reſol. 157.
num. 4. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 11. num. 110. in fin.
& num. 112. verſ. quod intelligitur, & num. 113. & ego dixi
contr. 25. num. 5. 10. 11. 35.

Ex prædicta autem Ioanna, & D. Vincentio Maria
Pariſetto ortus eſt D. Antonius Maria Pariſettus ſub die
24. Iunij 1527. vt ex fide Baptiſmi, de qua in proceſſu fol.
27. & enunciatur pro filio in duobus inſtrumentis anni
1582. & 1588. vt in proceſſu, fol. 31. Ergo etiam exinde
probatur ſufficienter deſcendentia prædicta. Ricc. reſol. 18
157. num. 4. Lotter. d. quæſt. 11. num. 110. in fin. Coccin.
deciſ. 105. num. 6. 7. 8. hæc enim inuicem ſe adminicu-
lantur, & cum adminiculis certum eſt plenam facere fi-
dem. Coccin. d. deciſ. 105. in fin. Lotter. d. cap. 11. ſub nu-
mero 104.

Et quamvis in prædictis inſtrumentis, ac fide Baptiſ-
mi Antonius Maria prædictus non enuncietur pro filio
dictæ Ioannæ, tamen cùm filiatio probetur coniecturis, 19
& præſumptionibus, maximè antiquis, cap. afferte, de
præſumpt. c. per tuas, de probat. Surd. conſ. 1. nu. 34. 40. Maſ-
card. de probat. concl. 787. num. 8. & ego dixi contr. 7. nu-
mer. 12. adeò, vt in ea probanda duæ coniecturæ ſuffi-
ciant, & ſimul coniungantur, gloſſa in l. 2. §. 1. verb. le-
gitimos, ff. de excuſat. tut. Pariſ. conſil. 10. num. 68. lib. 2.
Surd. conſil. 1. num. 53. 54.

Hic autem plures concurrunt coniecturæ ad proban-
dum dictum Antonium Mariam fuiſſe filium dictæ Ioan-
næ. Nam ipſa Ioanna fuit in vxorem promiſſa dicto D.
Vincentio Mariæ de anno 1526. ſub die 1. Octobris, vt
in inſtrumēto, de quo in proceſſu, fol. 21. & D. Ant. Maria
natus eſt die 24. Iulij 1527. & ſic intra decimum menſem
à die ſponſaliorum, vt in fide Baptiſmi, & dicta D. Ioan-
na viuebat de anno 1527. ſub die 22. Iunij, vt ex inſtru-
mēto, de quo in proceſſu, fol. 22. vbi ipſa enunciatur vxor
dicti



dicti D. Vincentij Mariæ, & clariùs in alio inſtrumento
anni 1528. die 17. Februar. vt in proceſſu, fol. 24. 25. 26.
Cùm igitur impoſſibile fuerit dictum D. Vincentium
Mariam eodem tempore duas habuiſſe vxores, conclu-
dere oportet, quod ex dicta Ioanna ſuſceperit dictum
Antonium Mariam, niſi velimus dicere, eum fuiſſe natum
ex nefario coitu, quod non præſumitur, leg. in concu-
20 binatu, ff. de concub. l. merito, ff. pro ſoc. Cæpol. cautel. 118.
n. 2. Paleot. de noth. & ſpur. c. 20. Grat. conſ. 6. n. 9. lib. 2.

Et quod Antonius Maria prædictus natus fuerit ex
prædicta D. Ioanna, probatur etiam ex alio inſtrumento
anni 1582. die 11. Iulij, de quo in proceſſu, fol. 27. vbi
dictus D. Ant. Maria tanquam patronus beneficij S. An-
tonij præſtitit conſenſum R. D. Proſpero Quintauallio
tunc dicti beneficij Rectori, vt poſſet permutare quædam
bona de iuribus eiuſdem beneficij, & alterius de anno
1593. vbi idem D. Ant. Maria enuntiatur patronus dicti
beneficij, & tanquam patronus præſtat ſuum conſenſum
pro exigendis quibuſdam pecuniis in fabrica pro ſeruitio
dicti beneficij, ex quo arguitur, non ſolùm ipſum deſ-
cendiſſe à dicta D. Ioanna, verum etiam fuiſſe patronum
dicti beneficij, ſtantibus enuntiatiuis de quibus in dicto
21 inſtrumento, & proceſſu tunc in Cancellaria generali
facto; cum enim ſimus in antiquis, iuſpatronatus pro
D. Antonio Maria prædicto probatum remanet: ſic ex
Crauet. conſ. 322. num. 2. Burſat. conſ. 324. num. 9. Maſcard.
de probat. concl. 959. num. 29. Achil. de Graſſ. deciſ. 7.
alias 320. num. 1. 2. de iurepatr. clarè Rot. apud Farin. dec.
rec. p. 1. vbi probat hoc maximè procedere, quando aſſer-
22 tio fit coram Epiſcopo, de cuius præiudicio agitur, ſtan-
te quod Ordinarij ſolent eſſe difficiles in admittendo,
quod beneficium ſit de iurepatronatus, maximè laico-
rum: ſic etiam Rot. apud Ric. de nouiſſ. prob. iuriſp. re-
ſol. 213. num. 1. vbi ad rem idem confirmat.

Et quamvis in dicto inſtrumento & proceſſu non fiat
mentio, niſi de beneficio S. Antonij de Vienna, non au-
tem de beneficio S. Agnetis, de quo nunc agimus, quia
tamen illud fuit ab eodem teſtatore vnico actu, & eo-
dem teſtamento fundatum, & vtriuſque fecit patronos
eaſdem perſonas eodem modo, & forma, ſequitur, quod
ex probatione patronatus vnius ad fauorem dicti D. An-
tonij Mariæ, probetur etiam iuſpatronatus alterius; quia
apertum eſt, quod pluribus beneficiis vnico contextu,
23 & ſub eadem forma fundatis, eo ipſo, quod quis docet
de quaſi poſſeſſione præſentandi reſpectu vnius, cenſetur
etiam eſſe in poſſeſſione præſentandi quoad alia, quia
licet præſentatio ſit ſingularis, tamen magis attenditur
cauſa illius, quæ eſt vniuerſalis ad alia quoque benefi-
cia, ex Bald. in l. vlt. ſub num. 24. verſic. tu dic, C. de eman-
cip. liber. pulchrè Melchior Lotter. de re benef. lib. 2. q. 10.
n. 20. verſ. hacque eadem concluſio. Rot. dec. rec. 273. num. 3.
Poſthius de manutenend. obſ. 73. n. 148.

Sicut etiam videmus, quod in materia iuriſpatrona-
tus probata deſcendentia vnius fratris, cenſetur proba-
ta etiam alterius, quia prouenit ex eadem cauſa; reſpectu
24 quoque aliorum vtrimque coniunctorum, ex doctrina
Ang. in §. 1. verſ. ad hæc, in fin. in Auth. vt lic. matr. &
auiæ. Alexand. in l. ſæpe, n. 51. verſ. idem etiam, de re iud.
Tiraq. de nobil. c. 17. num. 3. ſic pulchrè, & latè Ricc. in
tract. de nouiſſ. prob. iuriſp. reſol. 156. num. 1. 2. & per totam.
Coccin. deciſ. 105. num. Ergo eodem modo probata per-
tinentia iuriſpatronatus beneficij S. Ant. erit etiam pro-
bata pertinentia beneficij S. Agnetis, quia vtriuſque
iidem ſunt patroni.

Ex Domino autem Ant. Maria prædicto natus eſt præ-
dictus D. Vincentius Pariſettus modernus nunc præſen-
tans ſub die 3. Iunij 1576. vt ex fide baptiſmi, de qua
in proceſſu, fol. 35. & pro tali enuntiatur in inſtrumen-
to anni 1597. die 22. Septembris, & in alio inſtrumento
25 anni 1624. die 23. Ianu. vt in proceſſu, fol. 37. provt etiam
deponit D. Paulus Ancharanus, vt in proceſſu. fol. 39.
quæ ſatis probant eius natiuitatem, & deſcendentiam.
Maſcard. dict. concl. 637. n. 12. Genua d. q. 1. n. 1. 2. Farin.
d. littera E, n. 141.

Et exinde colligitur dictum D. Vincentium eſſe anti-
quiorem ex deſcendentibus dictæ Antoniæ, quia ex fide
Baptiſmi, de qua in proceſſu fol. 46. apparet prædictum
D. Com. Franciſcum Valiſinerium fuiſſe natum die 3.
Auguſti 1599. & dicta D. Com. Anna fuit nata die 27.
Auguſti 1618. vt ex fide Baptiſmi in proceſſu, fol. 56.
& ſic dictus D. Vincentius eſt illis longè ſenior.

Non fuit autem neceſſe pro parte dictorum DD. Com.
Franciſci, & Annæ probare deſcendentiam à dicta D.
Ant. per gradus diſtinctos, eò quod deſcendant à præ-
dicta D. Com. Eleonora, quæ vltimo loco præſentauit
ad dictum beneficium cum effectu; non enim eſt neceſ-
ſe exordiri probationem deſcendentiæ à perſona funda- 26
toris, ſed ſufficit, eam articulare per graduum diſtinctio-
nem, à perſona vltimi poſſeſſoris præſentantis cum effe-
ctu, quia ex ea reſultat probatio pertinentiæ. Farin. dec.
recent. 337. ſub n. 3. p. 2. Beltram. ad Ludouiſ. dec. 417. ſub
num. 14. verſ. nihilominus, & Rota cenſuit in Mediolan.
iuriſpat. 18. Iunij 1618. coram Pirouano: ita eleganter do-
cet Melch. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 11. num. 114. 115.
118. 119. & ad rem facit Ricc. de nouiſſ. prob. iuriſp. reſol.
158. per totam, vbi quod probatio deſcendentiæ non eſt 27
neceſſaria in eo, qui ſtat in quaſi poſſeſſione præſen-
tandi, ergo ſufficit probare deſcendentiam ab eo, qui
vltimo loco cum effectu præſentauit. Ric. d. tract. re-
ſol. 151. per totam.

His ita in facto ſubſiſtentibus ſequitur, quod pro hac
vice præſentandi ius præſentandi ad dictum beneficium
pertineat ad D. Vincentium Pariſettum, natum de an-
no 1576. cùm ætate præcedat prædictos DD. Com.
Franciſcum, & Annam Valiſineriam; ille enim maior
natus dicitur qui primo natus eſt, & maiorem habet æta- 28
tem, & plures annos, l. ſi pater, in fin. ff. de adopt. l. eum
qui, in princ. ff. de interd. & releg. Alexand. conſ. 4. num. 2.
lib. 4. Decian. conſ. 443. num. 21. in fin. Surd. conſ. 468. n. 1.
lib. 4. ſi enim vocatus eſt maior natu, hæc verba tollunt
omnem dubitationem, adeò, vt omnino intelligatur de 29
maiore ætate, & ſeniore, c. lex eſt, diſt. 2. Soc. Sen. conſ. 252.
n. 4. lib. 4. Pariſ. conſ. 119. num. 124. & ſeqq. lib. 2. Hond.
conſ. 70. num. 12. 13. libr. 2. & ideò non requiritur, quod
teſtatori, vel grauato ſit proximior, ſed ſufficit, quod 30
ſit ſenior. Peregr. conſ. 47. num. 15. 17. lib. 2. & conſ. 34.
num. 17. lib. 3. & de fideicom. art. 13. num. 86. verſ. quod ſi
maior. Fuſar. de ſubſt. q. 358. ſub num. 24. & quæſt. 383.
num. 1. & ſeqq. Surd. conſ. 455. num. 14. Theſaur. Iun. qq.
for. 35. num. 45. lib. 1. & q. 20. à num. 3. vſque ad fin. lib. 2.
Bellon. Iun. conſil. 11. n. 33. ad fin. & ſeqq. & n. 44. ad fin.
Hōded. d. conſ. 70. n. 15. 41. lib. 2. idem Fuſar. de ſubſt. q. 387.
n. 38. in vltim. edit. vbi plures congerit, & ſe ipſum corri-
gendo, & recedendo ab iis, quæ in prima editione dixe-
rat, teſtatur, re vera hanc eſſe magis receptam ſenten-
tiam, & conſ. 39. n. 30. & conſ. 41. n. 143. hoc dilucidius, &
clarius docet.

Et ſanè in terminis iuriſpatronatus hoc ſine contradi-
ctore tranſit, vt quando ad illud vocatus eſt maior na-
tu, vel antiquior, aut ſenior de familia, ſeu parentela,
aut domo, ſeu deſcendentibus teſtatoris, vel grauati,
tunc res eſt ambulatoria de vna linea ad aliam, in qua
adſit ſenior, non attento, quod iuſpatronatus ad vnam li-
neam deuentum fuerit, quia mortuo vltimo ſeniore, ius
illud non tranſibit ad eius filios, ſed ad alium antiquio- 31
rem, ſeu natu maiorem, quamvis alterius lineæ, quia
fundator ſic vocando ſeniorem hanc rem præſumitur ta-
liter intellexiſſe: ita ex Calder. conſ. 4. incipit: Titius ha-
bens, de iurep. & Card. Zabarell. conſil. 448. incipit:
Quidam nobiles, dixit benè, & clarè Lambert. in tract. de
iurep. p. 2. lib. 1. q. 2. princ. art. 8. n. 1. & art. 32. n. 4. in fin. vbi 32
tradit relicto patronatu parentelæ, ſeu domus ſeniori, ſi
ſenior moriatur, illud non tranſire in filium eius, ſed ad
alium ſeniorem de domo: ſic etiam docet Gratian.
deciſ.

d·ſ. *for.* 218. *num.* 83. vbi quod iuſpatronatus relictum
ſeniori de parentela, decedente ſeniore, in quo ſemel ha-
buit effectum, non tranſit in eius deſcendentes, ſed re-
uertitur ad alium ſeniorem: idem Gratian. *diſc.* 456.
*n.*83.& *diſc.*645.*n.*7.8 9.& *diſc.*695. *n.*2.3.8.& per to-
tum, ſic etiam in terminis iuriſpatronatus Theſ.Iun. *q.*
*for.lib.*1.*q.*35.*ſub n.*·7.*ad fin.*vbi tradit Senatum ita cen-
ſuiſſe ſub die 21. Maij 1613. in vna de Caramuellis, vbi
33 ad patronatum erant vocati ſeniores de familia, & de-
ſcendentes fundatoris: ſic etiam Viu. *de iurepat. lib.* 4.
*c.*9.*num.*55. tradens quod decedente ſeniore de familia
vocato, iuſpatronatus non tranſit ad eius deſcendẽtes, ſed
reuertitur ad alium de dicta familia ſeniorem pro tem-
pore: ſic etiam Melch.Lotter.*de re beneſ.lib.*2.*q.*11.*n.*93.
vbi docet, ſeniore, in quem ſemel fuit ingreſſum iuſpa-
tronatus, decedente, illud non tranſire ad eius deſcen-
dentes, ſed reuerti ad alium ſeniorem de familia.

Et hoc pulchrè deſumptum eſt ex deciſione Rot.
Rom. *in Ianuenſ.iuriſp.*25.*Iun.*1560.*coram Lancelloto,in*
*verſ.ſic iuriſpatronatus*, vbi legitur, quod licet iuſpatro-
34 natus relictum ſeniori de parentela, competat parente-
læ, quia tamen deſiderat qualitatem ſenioris, ſi ſenior, in
quem ſemel ingreſſum fuit, decedat, non tranſit in eius
deſcendentes, ſed reuertitur ad alium de parentela, in
quo concurrat illa qualitas ſenioris. Quo nihil clarius,
& quis in re tam clara in materia iuriſpatronatus audebit
contra iudicium Rotæ iudicare?

Nec obſtat, quod hic teſtator non vocauerit hic ſe-
niorem de familia, ſeu parentela, ſed ſeniorem ex de-
ſcendentibus dictæ Antoniæ. Nam quoad præſentem
quæſtionem nulla eſt differentia, ſi iuſpatronatus relin-
quatur parentelæ, ſeu familiæ, aut deſcendentibus, li-
35 cet enim poſſit eſſe, quod nomen familiæ latiùs pateat,
quam deſcendentes, ſi contentiuè accipiatur, ad tradita
*in l.pronunciatio,* §. *familiæ,ff. de verb. ſign l.fin. C. eod.*
tamen propriè debet accipi pro familia effectiuè.& pro-
pterea ſi agimus de fideicommiſſo familiæ relicto, il-
36 lius nomine deſcendentes continentur, quia regulariter
familiæ appellatio intelligitur ſolùm de deſcendentibus,
*d l.pronunt.*§.*famil.* vbi Rebuff. *in verb. natura declarat,*
& probat textus *in l.cùm ita*.§. *in fideic.l. peto*, §.*fratre,*
*de leg.* 2.*l.ſi chorus, in princ.de leg.*3.ad rem Pariſ. *conſ.*1.
*n.*60.& *conſ* 47.*n.*53.*vol.*3.Decian.*conſ.*86.*num.*27.*vol.*3.
Menoch. *conſ.* 706. *num.*7. *vol.* 8. Mantic. *de coniect. vlt.*
*vol.lib.*8.*tit.*13.*num.*17.Peregr.*de fideic.art.*22. *n.*27.Rot.
*rec. dec.*193. *num.*10.*p.*1. pulchrè Marth. *de ſucceſſ. leg.*
*p.*4 *q.*21. *art.*5.*num.*1.2.3.4.29. vbi probat idem eſſe re-
37 linquere familiæ, & legare deſcendentibus, & in terminis
iuriſpatronatus Ric. *de nouiſſ. prob. iuriſp. reſol.*164.*n.*1.
vbi pro eodem vſurpat vocare familiam, & vocare de-
ſcendentes. Et certè cum hic non agatur de latitudine
familiæ, ſed an ſenior vnius lineæ poſſit tranſmittere ius
præſentandi ad eius filium, vel an potius tranſeat ad ſe-
niorem alterius lineæ, nihil intereſt, an vocatus ſit ſe-
nior familiæ, vel ſenior ex deſcendentibus, quia quoad
præſentem inſpectionem, idem eſt vocare ſeniorem de-
ſcendentium, & ſeniorem parentelæ, ad finem, vt detur
tranſitus de vna linea ad aliam, in qua adſit ſenior,
excluſo filio vltimi ſenioris admiſſi; in hac enim ma-
teria DD. promiſcuè vtuntur vocabulo familiæ, &
38 voce deſcendentium, & idem ſemper iudicant, vt
excludatur filius vltimi ſenioris, ſi ipſe non ſit
ſenior: ſic ex Calder.*d. conſ.* 4. *in princ.* Alex *d conſ.*4.
*n.*4. benè Theſ.Iun.*qq.for.lib* 5.*c.*35.*ſub.n.*17.*ad fin.*Rot.
*in d.Ianuenſ.patr.die* 25. *Iun.* 1607.*in verſ.ſic iuſpatr.*Grat.
*diſc.* 456 *n.*83.84.& *diſc.* 695. *n.* 1.vbi loquitur de lega-
39 to facto ſeniori ex deſcendentibus: ſic etiam Hond. *d.*
*conſ* 70.*n.*30.& *n.*42.*verſ.parum lib.*2.vbi loquitur, quan-
do vocatus eſt maior natu ex deſcendentibus, & Marth.
*d art.*5.*n.*2.3.vbi quod familiæ appellatio ad deſcenden-
tes tantùm ſignificationem producit. Ric. *in d. tr.de no-*
*uiſſ.prob. iuriſp. recol.* 154. vbi etiam in argumento hæc
pro eodem vſurpat, & propterea in vtroque caſu in hac
materia DD. ſolùm inquirunt, an detur tranſitus de vna
linea ad aliam priori non extincta, vt ſenior ætate cæteris
præferatur, etiam illis, qui deſcendunt ex vltimo ſeniore,
provt iuri eſt conforme. Bellon.*d.conſ.*11.*n.*39. *& ſeq.*vbi
multos allegat. Cum ergo habeamus tot authoritates, &
Rotæ deciſionem, & rationes optimas ex mente præſum-
pta teſtatoris, nihil vlteriùs eſt quærendum.

Hoc autem multò magis dicendum eſt in caſu noſtro
propter obſeruantiam ſubſecutam, quæ eſt optima am-
biguitatum interpres; ſiquidem ipſa D. Com. Eleonora
ſemper præſentauit vti ſenior ex deſcendẽtibus dictę D.
Antoniæ, & tanquam talis in ſe tranſtulit ius præſentan-
di, quod erat penes ſeniorem alterius lineæ; nam de
anno 1572. conſtat hoc ius præſentandi fuiſſe penes
D.Iuliam Maleguttiam, quæ ideò præſentauit R.D.Pro-
ſperum Quintauallium, & priùs fuerat penes D.Ant.Ma- 40
ria Pariſettum, in proceſſu, *fol.* 27. 33. quoſt facilè cre-
dendum eſt, quia vbi conſtat de exiſtentia iuriſpatrona-
tus, ad probandam illius pertinentiam ſufficiunt leuio-
res probationes, & ſatis eſt oſtendere, quod in familia
obſeruatum ſit. Gratian.*diſc.*521.*c.*26.27. Ricc.*d.tract.*
*reſol.*158.*n.*1.3.Achil.*deciſ.c.*5.*n.*3.*de iurep.* idem Ricc.
*in prax.for.eccl.reſol.*143.*n.*3. vbi quod vnicus actus, &
leuior probatio ſufficit.

Cùm ergo in caſu noſtro iuſpatronatus alias tranſiuerit
de vna linea ad aliam, omiſſo filio ſenioris morientis, non
eſt ambigendum, quin etiam nunc idem fieri debeat, quia 41
obſeruantia declarat omnem ambiguitatem, & facit rem
certam, *c. cùm dilectus, de conſuet l.minimè,l.ſi de interpr.*
*ff. de legib.* Franch. *in c.*1. *n.*5. *de iurep.* in 6. Abb. *in c.*
*querelam, n.* 9. *in fin.de elect.*Feder. de Sen. *conſ.*234.*n.*3.
Ferret. *conſ.*293.*n.*4.*lib.*2 Crauet. *conſ.*101. *n.*3.Farin.*de-*
*ciſ.recent.*482.*n.*6.*p.*2. latè Bellon.Iun. *d.conſ.*11.*num.*44.
Rot.apud Ricc.*de nouiſ.prob.iuriſp.reſol.*202.*verſ.demùm*
*concurrit.*Grat.*diſc.for.*521. *n.*26.& *diſc.*695. *n.* 10. benè
etiam Viuian. *de iurep. lib.*4. *c.*9. *n.*29.30. vbi quod ob- 42
ſeruantia eſt regina omnium interpretationum.

Neque prædicti DD. Com.Franciſcus, & Anna poſ-
ſunt allegare aliquam quaſi poſſeſſionem præſentandi,
quia nunquam præſentauerunt, ſed tantùm poſſunt addu-
cere præſentationem dictæ D. Com. Eleonoræ matris, 43
& auiæ eorum reſpectiuè, quæ illis non prodeſt, quia
poſſeſſio defuncti non tranſit in hæredem ſine apprehen-
ſione, & actu facti, ad textum *in l. cùm hæredes, in princ.*
vbi DD. & *in l.qui vniuerſa,* §. *per colonum.ff. acq.poſſeſſ.*
Menoch.*de retinend. poſſeſſ. rem.*3. *n.* 57. Honded, *conſ.*
18.*n.*11. *lib.*2. Achil. *deciſ. vlt.de poſſeſſ.* Veral. *dec.* 420.
*p.*2.Rot.apud Ricc. *de nouiſſ.prob iuriſp.recol* 155.*num.*2.
*verſ.Neque etiam,* & ego dixi *contr* 107. *n.*27. vbi vide,
quia alia tolluntur, quæ in contrarium allegari poſſent
circa tranſlationem poſſeſſionis.

Et multò minùs poſſunt ſe iuuare præſẽtationibus per
dictam D.Com.Eleonoram factis, quia illius poſſeſſio fuit 44
qualificata, cùm illa ſemper præſentauerit vti ſenior, vel
natu maior, vnde ipſi quoque ad obtinendam manutẽtio-
nem debebant probare ſe eſſe ſeniores, & maiores natu,
& ſic docere de qualitate, ex qua poſſeſſio cauſatur, nam
qualitas debet præciſè probari, quando illa eſt cauſa,
quod quis obtineat. Curt.Iun.*conſ.*124.*num.*1. Pariſ.*conſ.*
152.*n.*5. *lib.*4.Ceph.*conſ.*256.*in fin.* Farinac. *dec.rec.*402.
*num.* 4. *ad fin.p.*2.& *dec.* 409. *num.*2.*p.*2. ad rem Grat.
*diſc.*645.*num.* 15. etenim manutentio non datur, niſi 45
ad limites poſſeſſionis in qua quis reperitur, ac niſi in eo
ſtatu, & eo modo, quo apparet aliquem poſſediſſe. Fa-
rin. *dec.*409.*n.*1.*p.*2. Giouag.*conſ.*8.*n.*24. *lib.*2. Poſthius
*de manutent.obſ.*73.*n.*6. & *n.* 51. *& ſeqq.*ideò cùm dicta
D Eleonora fuerit in poſſeſſione ſolum ob qualitatem
ſenioris, non poteſt ea poſſeſſio tranſire, niſi ad ſeniorem.

Verùm cùm ex tenore fundationis ſatis conſtet de iu-
repatronatus, & quod illud pertinet ad ſeniorem, non eſt
quærendũ de aliqua poſſeſſione, quia cauſa proprietatis,
de



de qua conſtat, abſorbet cauſam poſſeſſionis, iuxta tex-
tum *in c. cùm dilectus, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & *in c.*
46 *conſultationib.*vbi Abb.*num.*9.*verſ.quod ego, de iurepatr.*
Dec.*conſ.*149 *num.*2. *verſ.& retenta,* & Farin.*deciſ.*374.
*n.*4.*p.*1.Poſthius *obſ.*32.*num.*8 *in vlt.edit.*Rot.apud eum
*dec.*332.*num.* 5. 6. & *deciſ.*333. *num.*2. pulchrè Ric. *de*
*nouiſſ.prob. iuriſp. reſ.*217. *n.*4. vbi quod licèt quis ſit in
quaſi poſſeſſione præſentandi, ſi tamen conſtet præſen-
tationem ad alium ſpectare ratione proprietatis, dicta
quaſi poſſeſſio non ſuffragatur, & ita fuiſſe reſolutum
47 ait in Rota in vna Compoſtellana 16. Ianu.595. coram
Blanchetto.

Hoc autem ſatis euidenter oſtenſum eſt, quia in fun-
datione vocatur ſenior ex deſcendentibus dictæ D.An-
toniæ, quo caſu fit tranſitus de vna linea ad aliam, in
qua eſt ſenior, excluſis filiis vltimi ſenioris præſentan-
tis, quia in maioratibus, & ſenioratibus non attenditur
proximitas teſtatoris, vel grauati, ſed ſola antiquitas, &
ſenectus, & quod quis ſit maior natu, vt poſt multos
tradit Grat.*diſc.*645.*n.*7.8.9. vbi vide, quia loquitur in
48 terminis de iurepatronatu ſenioris: ita etiam pulchrè
Bell.*conſ.*11.*n.*38.39.& *n.*44. *verſ. neque obſtant,* & *n.*15.
vbi plurimos congerit.

Nec eſt arguendum à primogenitura ad maioratum,
quia in ea attenditur proximitas grauati, & ſucceditur
ordine ſucceſſiuo, in maioratu autẽ ſecundum prærogą-
tiuam maioris ætatis, non proximitatis, & ideò ſecun-
dum veram, & magis communem DD.ſententiam, pri-
mogenitura, & maioratus non ſunt idem, ſed valde dif-
49 ferunt: Theſ.Iun.*d.q.*34.*n.*4. & *ſeqq.*Fuſar.*conſ.*39. *n.*30.
25.vbi teſtatur hac opinionem eſſe magis communem,
& in foro ac praxi receptam, & pro ea allegat quinqua-
ginta DD.& Bellon.*d.conſil.*11.*n.*48. vbi plurimos con-
gerit.

Et quamvis nobis non ſit neceſſe ingredi aliam ma-
teriam quàm iuriſpatronatus, in qua concordant omnes,
& iudicauit Rota, vt ſeniore vocato decedente cum fi-
liis, iuſpatronatus non tranſeat ad eius filios, ſed ad alium
ſeniorem alterius lineæ, quia linea ſenioris non cenſetur
vocata perfectè, & irreuocabiliter, ſed quatenus non
extet alius ſenior, & ideo ſuperueniente ſenioritatis qua-
50 litate linea illa ſemel admiſſa excluditur, & ſucceſſio ad
aliam tranſmittitur, ex doctrina Bald. *in l.* 2. *C. de liber.*
*præter.*Bart.*in leg.fin.*§.1 *num.*1.*ff.ad Tertyll.* pulchrè vi-
dendus Gratian.*diſc.*695.*num.*17.18. ad rem Rot. *diuerſ.*
*deciſ.*100.*num.*6.*p.*2.& eadem Rot. *in Ianuenſ. iuriſp.*25.
*Iun.*1607. *coram Lacellotto in verſ.ſublata*, vbi quod ita
fuit reſolutum, & allegat Mol. hoc idem ſentientem, ta-
men ſi placet hanc rem latiùs repetere, cõſtabit etiam id
verius eſſe, & receptius in aliis diſpoſitionibus hominis,
tam in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus, vt
maioratus ſit ambulatorius ab vna linea ad aliam, vbi ſit
ſenior, excluſis filiis vltimi ſenioris admiſſi, & nunc mor-
tui; ſi enim teſtator diſponat, quod hæreditas vadat ad
maiorem, hoc intelligitur de maiori natu perpetuò, ita
quod ſi maior natu moritur relictis filiis, non ad eos, ſed
ad eum qui erit maior natu ex vocatis à teſtatore, licèt
alterius lineæ ſit, deuoluatur: ſic ex Anch. *conſil.*27.*n.*6.
51 *verſ.quid iuris,*pulchrè Alex.*conſ.*4.*n.*4.5.*lib.*4.vbi quod ſi
natu maior decederet cum liberis minoribus ætate aliis
illius fratribus, non tranſmitteret ius maioritatis in filios
ſuos minores, ſed in alium antiquiorem, & pro eo fuiſſe
iudicatum teſtatur Barb.*conſil.*10.*num.*31.*in fin.lib.*2. ſe-
quitur, & iiſdem verbis vtitur Cardin. Tuſch. *litt. P,*
*concl.*658.*num.*15.Alciat *conſil.*138.*num.*11.*lib* 5.vbi di-
cit magnam eſſe differentiam, an quis in teſtamento con-
ſtituat primogenituram, an verò maioratum in ea, quia
filius primogeniti excludit patruum, ſecundum magis
52 communem opinionem, in maioritate verò attenditur
tempus, quo dies fideicommiſſo cedit, vt qui tunc ſit
maior natu, ſuccedat, & ſic ius deuoluitur illi qui ſit
maior natu, non autem ei, qui ſit minor natu, quamvis
filius primogeniti, idem Alciat.*conſil.*115.*num.*6.7.*lib.*9.
vbi quod in maioratu ſucceſſio eſt ambulatoria ſemper
in maiorem natu, & patruus excludit filium primogeni- 53
ti.Idem Alciat. & Peregr. *lib.*8. *cap.*15. ſic etiam Bero.
*conſil.*71.*num.*23.*lib.*1.vbi ſequitur Alex.*in d.conſil.*4. &
latè probat mortuo maiore natu, ſuccedere antiquiorem
excluſo etiam filio primogeniti: ſic etiam Menoch. *con-* 54
*ſil.*442.*num.*19.& *num.*23.*verſ. at vocando,* vbi ſequitur
Alex. *in d. conſil.*4. & pro eo citat decem DD. & bene
diſtinguit inter primogenituram, & maioratum, ideo vi-
deatur, quia rem bene declarat ad fauorem ſenioris Idem
Menoch.*conſil.*269.*n.*31.& *conſil.*886.*n.*14.*& ſeqq.* be-
nè etiam Surd.*conſil.*403.*num.*40.*& ſeqq.* vbi pro eadem
ſententia allegat multos DD.& plures rationes, & *con-*
*ſil.*445. *n.*14. vbi ſequitur eandem ſententiam pro ma-
iore natu. Hier.Gabriel.*conſ.*107.*n.*9.*lib.*1. Peregr. *de fi-*
*deicommiſſ.art.*13.*num.*86.*verſ.quod maior,*vbi concordat
cum Alex. & reddit rationem differentiæ inter maiora-
tum, & primogenituram. Idem Peregr. *conſil.*39. *lib.*1.
*conſil.*64.& *conſil.*93.*lib.*2.& *conſil.*34.*n.*17.*lib.*3.pulchrè
Honded. *conſil.*70. *ad fin. lib.*2. vbi vide in terminis de
maioratu, & tranſitu de linea ad lineam, & teſtatur hanc
opinionem eſſe veriorem, & communem, & in conclu-
dendo, & iudicando ſequendam, ſic etiam pulchrè vi-
dendus Gaſp.Theſ.*qq.for.lib.*1. *q.*35. *num.*17.35.37.41. 55
45.qui plures refert DD. & multas allegat rationes, &
teſtatur de communi *lib.* 2. *q.* 20. vbi teſtatur de magis
communi, & ita fuiſſe iudicatum ſedentibus tribus Præ-
ſidibus & vndecim Senatoribus: & Rot.Rom. ita cen-
ſuiſſe teſtatur Mangil.*de imputat.q.*77.*n.* 169. pulchrè vi-
dendus Iun.Bellon.*conſil.*11.*num.*39.*& ſeqq.* vbi ſecun-
dùm hanc ſententiam clarè teſtatur, quod etiamſi ſe-
nior fuerit admiſſus ad ſucceſſionem, tamen eius filius,
qui ætate eſt iunior excluditur à ſeniore, quoties fidei-
cõmiſſum fuit relictum ſeniori, aut maiori natu, ſiue anti-
quiori, & multos allegat, & rem benè dilucidat, & reſpon-
det contrariis Cancer.*var.reſol.lib.*1.*cap.*21. *num.*303.*&*
*ſeqq.*Barret.*conſil.*134.*n.*25 *& ſeqq.*vbi teſtatur de magis
communi: latè Fuſar.*de ſubſt. q.*358. *num.*24. vbi quod
quando eſt antiquior de familia, tunc non proximior,
ſed qui eſt ætate maior, admittitur, & *q.*383.*num.*4.5.vbi
in idem multos allegat, & *q.*387.*num.*38.39.40.48 in vl- 56
tima editione de anno 1633. vbi plurimos congerit
DD.& teſtatur de magis recepta ſententia, & recedit ab
eis, quæ dixerat in prima editione, idẽ Fuſ. *q.*39.*n.*30.vbi
ſimiliter ſe retractat ab iis, quæ dixerat in prima editio-
ne, & pro contraria ſententia dixit ſtare viginti tres Do-
ctores, pro hac autem pro ſeniore ad executionem filij
maioris natu, vt non ſuccedat patri, ſi eo extet alius ſe-
nior licet diuerſæ lineæ, allegat quinquaginta DD. &
docet hanc ſententiam eſſe frequentiùs receptam in iu-
diciis, & validioribus rationibus, & plurium DD.aucto-
ritatibus munitam, idem Fuſar.*conſ.*40.*n.*32.33.vbi pari-
ter plurimos congerit, & reſpondet ſigillatim DD.con-
trariam opinionem tenentibus, & *conſil* 41. *n.*143. vbi
quod quæſtio noſtra non eſt conſtituta in illo procello-
ſo mari primogenituræ, an nepos præferatur patruo, quia
maxima illa diſputatio procedit, quando teſtator voca-
uit primogenitum, at quando vocauit maiores natu, vt 57
in caſu noſtro, tunc DD. aliter ſentiunt, & magis com-
muniter tenent patruum ſeniorem eſſe præferendum
nepoti iuniori, licet filio vltimi ſenioris morientis, &
multos allegat, & adducit rationem diuerſitatis perbellè
Ludouic.Peguer. *deciſ.*114.*numer.*29.vbi rationes con-
cludentes adducit, ſic etiam pulchrè tenet Gratian.
*diſc.*645. *numer.*7.8.9. & meliùs *diſc.*695.*num.*2.3.4.5.6.
7.8.& per totum, vbi plenè probat, quod ſtante alio ſe-
niore excluditur filius vltimi poſſeſſoris tanquam non
habens qualitatem ætatis, quæ ad eum non tranſmitti-
tur, & teſtatur de magis communi: hoc etiam latiſ-
ſimè docuit Franciſcus Maria Pratus *diſc. forenſ.*38. *nu-* 58
*mer.*33. *verſ.* & *ſic, & ſeqq.* vbi plurimos cumulat, &

reſpondet contrariis: concordat Marth. *de ſucceſſ. legal. par.4.quæſt.21. art.1. num.58.* vbi infinitos congerit, & teſtatur hanc concluſionem in pluribus tribunalibus receptam fuiſſe, his etiam addi poſſunt Viuian. *de iurep. lib.4.cap.9.num.55.* Lotter. *de re benef.lib.2. quæſt.11. numer.93.* Rot. *in d.Ianuenſ.iuriſp.25.Iun.*1606.*coram Lancelloto*, qui docent in relicto ſeniori de familia non ſuccedere filium illius vltimi ſenioris, qui deceſſit, ſed alium ſeniorem, licet ſit alterius lineæ, ex quibus conſtat hanc eſſe veram, & magis communem DD. ſententiam.

Nec obſtat idem eſſe vocare primogenitum, & maiorem natu, quia id verum eſt, ſi agatur inter plures fratres, ſeu filios eiuſdem, quia non poteſt dari, vt quis ſit maior natu, quin ſit etiam primogenitus, ſecus eſt,
59 ſi agatur reſpectu tranſverſalium, quia tunc poteſt eſſe, vt quis ſit primogenitus, & tamen non ſit maior natu, vt in caſu noſtro, & tunc valde differunt, quia maior natu, & ſenior excludit filium vltimi poſſeſſoris; ſic diſtinguit Menoch. *in d. conſil.*442. *num.*20.21.22.23.24. quem ſequitur Honded. *dict. conſil* 70. *numer.*42. *lib.*2. Fuſar. *dict. quæſt.*387. *numer.*48. & *conſil.*40. *numer.*4. & *num.*5. Mangil. *de imput. quæſt.* 77. *num.* 170. & Menochium ſequitur Surd. *d. conſ.*468. *num.* 13. & *conſ.* 455. *num.*14. Theſaur. *d.quæſt.*35.*num.*4.5. & clariùs Prat. *dict. contr.*38.*numer.*44. alios multos allegat, & hæc opinio vti diſtinguens cenſetur magis appropinquare veritati;
60 & ideò tenenda eſt, ad textum *in l. adeò, §. cùm quis, ff. de acq. rer. dom.* gl. & Salic. *in l. apud antiq. C. de furt.* Grat. *conſ.*63. *num.*26. *lib.*1. Borgn. *de vſufruct. mul. relict. numer.*2. Bertaz. *in repet. l. ſi quis maior. n.*54. *C. de tranſact.* Rim. Iun. *conſil.*363. *num.*156. & *conſ.*476. *num.* 15. 20. Barz. *deciſ.*130. *num.*60. Amat. *deciſ. Ferr.*5. *num.*27. ad rem noſtram Iac. Berett. *d. conſ.*234. *num.*27. & in prædictis terminis intelligendi ſunt, & loquuntur DD. qui dicunt primogenitum, & maiorem natu idem eſſe, quia de fratribus hoc ſolummodo poteſt verificari.

In aliis enim tranſverſalibus, & diuerſæ lineæ, & qui non ſunt fratres, verius eſt, & receptius in effectu aliud eſſe maioratum, aliud primogenituram, & diuerſo modo in eis ſucceditur, cùm in maioratu detur tranſitus de linea ad lineam, donec perueniatur ad ſeniorem, quod
61 non procedit in primogenitura, vt apud Bellon. Iun. *d. conſ.*11. *num.*48. Theſ. Iun. *d. quæſt.*35. *num.*4. Fuſar. *d. conſ.*40. *n.*4. Marth. *de ſucceſſ. legal. p.*4. *q.*21. *art.*11. *n.*56. Prat. *d. contr.*38. *num.*16.33. Gratian. *d. diſc.*95. *per totam*, qui alios allegant, ideo ſuper hoc non eſt contendendum.

Et ſanè hæc opinio veriſſima, & receptiſſima valde eſt rationabilis, quia cùm teſtator vocauerit maiorem natu, ſeu ſeniorem ad dictum iuſpatronatus, ad hoc, vt quis ſuccedat, debet habere hanc qualitatem maioris ætatis inter omnes deſcendentes, ſeu vocatos tempore mortis
62 vltimi poſſeſſoris, quia quando aliqua qualitas requiritur actu, illam adeſſe oportet ſecundum tempus actus, *l. Titius, ff. de teſtam. mil. l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal.* Menoch. *conſil.*442. *num.*38. *lib.*5. Marth. *p.*4. *de ſucceſſ. leg. q.*21. *art.*13. *n.*50.51. quod multò magis procedit, vbi qualitas requirit perſeuerantiam; tunc enim non ſufficit qualitatem à principio extitiſſe, quia vbi conditio, ſeu diſpoſitio eſt adiecta per verba tractum ſucceſſiuum habentia, non ſufficit momentaneum, ſeu non durabile implementum, *l. ſi quis ita legauerit, ff. de cond. & dem. l. ſi à te, ff. ſi ſeru. vendic.* Bald. *in l. humani-*
63 *tatis, n.*28. *Cod. de impub. & aliis ſubſt. l. fin. C. de indict. vid. toll.* ſed opus eſt, quod duret vſque ad tempus mortis vltimi poſſeſſoris, per textum *in l. in ſubſtitutione*, vbi DD. *ff. de vulg. & pupill.* Alex. *conſil.*53. *in fin. libr. ſexto*, ſed in caſu noſtro qualitas maioratus requirit perſeuerantiam, quia habet tractum de futuro, quando venit caſus legati, ſeu nouus Rector eſt præſentandus ad beneficium, & maioratus non poteſt explicari ſeu exerceri ab aliquo, niſi expectata morte ipſius poſſeſſoris ſenioris: ergo licet hæc qualitas olim fuerit in dicta Com. Eleonora, quando alio tempore præſentauit, cum tamen propter eius obitum ceſſauerit hæc qualitas maioris natu, nec ea reperiatur in dicto D. Com. Franciſco eius filio, neque in dicta D. Com. Anna eius ex filio primogenito nepte, ſed in dicto D. Doctore Pariſetto ſeniore, ſequitur purificatam eſſe fideicommiſſi conditionem ad eius fauorem, quia in ſucceſſione maioratus non attenditur proximitas, ſed maior ætas ſuperſtitis de tempore mortis vltimi poſſeſſoris excluſo filio, vel nepote ipſius iuniore. Bald. *in l.* 3. *C. de ſuis, & legitim.* Alex. *d. conſil.*4. *num.*10. *vol.*4. Surd. *d. conſil.*403. *n.*35. Ruin. *conſil.* 181. *num.*2. *& ſeqq. vol.*2. Rim. Iun. *conſil.*27. *num.*1. *vol.*1. latè 64
Marth. *de ſucceſſ. leg. p.*4. *quæſt.* 21. *art.* 13. *numer.* 51. 56.57.58.

Verùm dato, quod in aliis caſibus, vbi tractatur de ſucceſſione, vel fideicommiſſo vniuerſali, poſſit controuerti, an vocato maiore natu detur tranſitus de linea ad lineam, in qua ſit ſenior excluſo filio vltimi morientis, tamen omnis controuerſia ceſſat in caſu noſtro, vbi tractatur de legato, & fideicommiſſo particulari, & ſingulari ſolius iuriſpatronatus, nam in fideicommiſſis, & legatis particularibus admittunt omnes DD. filium non repræſentare perſonam patris, & ſi vult venire ex perſona propria, non poteſt, quia cùm non ſit ſenior, non dicitur à teſtatore vocatus propria vocatione, ex Marth. *de ſucceſſ. legal. par.*4. *quæſt.*21. *art.*13. *numer.*4. non enim dicitur vocatus, quia non habet qualitatem ſenioris, vel 65
maioris natu, quem ſolum teſtator ad dictum iuſpatronatus vocauit, ſic latè Gratian. *d. diſc.* 545. *numer.*7.8. & *diſc.*695. *numer.*4.5. Bellon. *d. conſil.*11. *numer.*44. *in fin.* Prat. *d. cap.* 38. *numer.* 52. Marth. *d. quæſt.* 21. *numer.* 51. 52. vbi quod ſuccedere volens tenetur probare ſe eſſe maiorem ætate, tempore mortis vltimi poſſeſſoris.

Si verò vult venire iure tranſmiſſionis, non poteſt, quia ætas, & ſenioritas tanquam res perſonaliſſima non tranſmittitur ad hæredes, vel ſucceſſores, Bald. *in l. cum* 66
*antiquioribus, col. pen. verſic. ſecundo ſic, C. de iur. deliber.* Alex. *d. conſil.*4. *num.*8. Peregr. *conſil.*34. *num.*27. *lib. tertio*, Theſ. Iun. *d. q.*20. *num.*12. Surd. *conſil.*403. *num.*41. Fuſar. *d. conſil.*39. *num.*13. vbi videndus Marth. *de ſucceſſ. legal.* 67
*p.*4. *quæſt.*21. *art.*13. *n.*50. *& ſeqq.* vbi pulchrè Gratian. *d. diſc.*695. *n.*5.8.

Sin autem vult venire iure repræſentationis, hoc etiam ei minùs permittendum eſt, tum quia ætas non poteſt repræſentari: latè Fuſar. *d. conſil.*40. *num.*27.28. vbi alios allegat. Prat. *dict. diſc.*38. *num.*57.58. Gratian. *d. diſc.*695. *numer.*14. vbi teſtatur, quod ita concludunt omnes Do- 68
ctores, tum quia in legatis & fideicommiſſis particularibus non datur ius repræſentationis, adeò vt filius non repræſentet patrem, ex Bart. *in Auth. poſt fratres, C. de leg. hær.* Ang. *in §. reliquum, Auth. de hær. ab inteſt.* Cum. *in leg. cùm ita, §. in fideicommiſſo*, & ibi DD. *de leg.*2. Gam. *deciſ. Luſitan.*59. *numer.*3. Valaſc. *de iur. emph. q.* 50. *num.*22. 23. 32. 43. & pulchrè in maioratibus Fuſar. *de ſubſt. in vltima edit. d. q.*387. *n.*51. *verſ. limitatur decimò*, & *conſ.*40. *num.*24. & *conſil.*41. *num.* 96. in quibus locis plurimos congerit.

Non oſtat, quod teſtator noſter vocando deſcendentes non expreſſerit qualitatem maioris ætatis: nam illud verbum, *& deſcendentes*, ſtat in eadem oratione, & eodem constructu continuatiuè loquendo, ideo intelligitur poſitum cum eadem qualitate, tum quia qualitas requiſita in aliquo extenditur etiam ad eius deſcendentes, vt per Rot. *diuerſ. dec.* 10. *num.* 9. 69
*p.* 2. tum quia illa verba intelliguntur cum repetitione eiuſdem qualitatis maioratus, & ſenioritatis, quam teſtator etiam in vlterioribus conſiderauit, vt ad rem dixit Prat. *d. contr.* 38. *num.* 58. *verſ. nec prædictis.*





Nam verè admittunt omnes, quod qualitas appoſita primæ ſubſtitutioni, cenſetur repetita etiam in ſequenti, maximè in copulatis, & coniunctis, vt hic; & ideò copulata cenſentur præcedentia cum ſequentibus ſub vniformi terminorum qualitate ob repetitionis præſum-
70 ptionem, ad textum *in leg. Seia, §. Caio, ff. de fund. inſtruct.* gl. *in §. item lapilli, Inſt. de rerum. diuiſ.* Anch. *conſil.* 137. *numero ſecundo*, Pariſ. *conſil.* 18. *numero* 28. *libr. ſecundo*, Menoch. *lib. quarto, præſ.* 78. *numero* 30. Odd. *conſil.* 95. *numero* 52. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 450. *numer.* 1. 2. 3. Gratian. *diſc.* 773. *numero* 17. in terminis Prat. *dict. controu.* 38. *numer.* 58. *verſ. nec prædictis*, & ita cenſui, & iudicaui, & partes omes acquieuerunt meæ ſententiæ, quæ habuit effectum, & dict. R. D. Hyacintus Caſtrus præſentatus à ſeniore alterius lineæ pacificè obtinuit beneficium, poſt tamen longas diſputationes.

---

# CAPVT CCXXIII.

## EPITOME.

Liber æſtimi probat contra deſcriptum, & quando; & datur manutentio Communitati contra ſoluentem ſemel taxas, & collectas.

## SVMMARIVM.

1 *Libera præſumitur quælibet res.*
2 *Seruitutem ſufficit negare actore non poſſidente.*
3 *Manutentio datur exiſtenti in libertate pro ea.*
4 *Res tranſit cum ſuo onere, & bona tranſeunt cum onere collectarum.*
5 *Iuri publico pactis priuatorum derogari non poteſt.*
6 *Cataſtrum & liber æſtimi pro eodem vſurpantur.*
7 *Liber æſtimi probat pro fiſco in materia collectarum, & bona deſcripta ſunt obligata pro eis.*
8 *Æſtimi liber probat contra ſubditos, non contra forenſes.*
9 *Cataſtrum probat bona deſcripta eſſe obnoxia oneribus, & quando.*
10 *Liber æſtimi non probat in præiudicium tertij, ſed ad fauorem fiſci.*
11 *Æſtimi liber probat bona oneribus obnoxia.*
12 *Liber æſtimi probat, etiamſi non ſit deſcriptus à perſona publica.*
13 *Æſtimi liber probat contra conſentientem deſcriptioni, non contra alios.*
14 *Cataſtrum non probat contra non ſubditum, vel clericum.*
15 *Liber exactoris collectarum à publico deputatus probat, etiamſi ille non ſit Notarius.*
16 *Exactoris publici liber fidem facit.*
17 *Officialis libro plena fides adhibetur, etiamſi non ſit Notarius.*
18 *Officialium libris creditur in his, quæ pertinent ad eorum officium.*
19 *Liber æſtimi probat non ſolùm contra deſcriptos, ſed etiam eorum hæredes, & ſingulorum ſucceſſores.*
20 *Succeſſori ſingulari nocent probationes, quæ nocent authori.*
21 *Bona accataſtrata in libro æſtimi tranſeunt cum ſuo onere.*
22 *Liber æſtimi probat plenè ad fauorem fiſci.*
23 *Liber æſtimi probat contra negantem conſenſiſſe, vel identitatem bonorum.*
24 *Deſcriptus in libro æſtimi præſumitur conſenſiſſe.*
25 *Cataſtrum quomodo fidem faciat.*
26 *Liber æſtimi plenè probat contra poſſidentem, vel dominium habentem.*
27 *Ciuis loci præſumitur, qui deſcriptus eſt in libro æſtimi.*
28 *Bona deſcripta ſunt obligata pro oneribus.*
29 *Fiſcus occupat bona non ſoluentis collectas.*
30 *Forenſes collectari poſſunt pro bonis territorij.*
31 *Forenſis quando teneatur ad onera.*
32 *Collectas etiam præteritas tenetur ſoluere emptor rei obnoxiæ.*
33 *Singularis ſucceſſor tenetur ad onera.*
34 *Clericus, & Eccleſia tenetur ad onera pro bonis acquiſitis.*
35 *Res affecta tranſit cum ſuo onere in quemcumque.*
36 *Eccleſia, & clericus non tenetur ad onera extraordinaria pro bonis acquiſitis.*
37 *Onera extraordinaria an tranſeant ad Eccleſiam.*
38 *Poſſeſſio exigendi acquiritur ex vnica ſolutione.*
39 *Exigendi quaſi poſſeſſio acquiritur etiam ex ſolutione facta à tertio.*
40 *Poſſeſſio non acquiritur ex actu, qui dedit cauſam liti.*
41 *Poſſeſſio non acquiritur ex ſolutione partis debiti, & quando.*
42 *Poſſeſſio non acquiritur ex ſolutione facta ad euitandam executionem.*
43 *Poſſeſſio non acquiritur ex ſolutione cum proteſtatione.*
44 *Solutio partis debiti quando conſtituat in quaſi poſſeſſione exigendi.*
45 *Proteſtatio niſi fiat in actu ſolutionis, non impedit poſſeſſionem exigendi.*
46 *Liber communitatis probat poſſeſſionem exigendi.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1647. Communitas Lozzariæ petiit executionem contra M. R. D. Hyppolitum Cyprianum pro taxis multorum annorum, in rationem librarum 518. ſingulis annis pro bubulcis 148. terræ, quas ipſe poſſidebat in regione, & pro quibus dum erat laicus, ſoluit libras 300. coactus à Iudice ſæculari, ſed factus Clericus recuſabat ſoluere, quia pater eius emerat dictas terras liberas, & immunes, & habet præſumptionem pro ſe, quod quælibet res præſumitur libera. Abb. *in cap. quia veriſimile, numer.* 2. *de præ-* 1
*ſumpt.* Dec. *conſ.*105. *numer.*4. Crauet. *conſil.* 98. *num.* 3. Seraph. *deciſ.*1262. *num.* 5. & *deciſ.* 1422. *num.* 13. vbi quod ſufficit actori etiam non poſſidenti negare ſeruitutem aduerſario competere; niſi enim ille probet 2
ius ſeruitutis, reus eſt abſoluendus, *l. qui accuſare, C. de edend.*

Et maximè quia ipſe D. Cyprianus erat in quaſi poſſeſſione libertatis, cùm per annos decem, & vltra non fuerit prouocatus ad ſolutionem, & bona patri ſuo vendita fuerint ſine onere, & libera, ideò in tali libertate eſt manutenendus. Rot. apud Poſthium *de manutenend. deciſ.*589. *num.*2.

His tamen non obſtantibus cenſui, prædictum D. Cyprianum teneri ad taxas ordinarias, & extraordinarias vſque ad tempus, quo ſe clericum fecit per reaſſumptionem habitus clericalis, ratione bonorum, quæ poſſidet, 3
quia obnoxia taxis, & oneribus ordinariis, & extraordinariis tranſeunt ad quemcumque cum ſuo onere, ad clericum verò cum onere ordinario; id enim apud omnes pro indubitato admittitur, quod res tranſit cum onere ſuo, & cum ſua cauſa, *l. ſi conuenerit, §. ſi fundus,* 4
*ff. de pignor. act. leg. alienatio, de contrah. empt. leg. tertia, §. fin. ad Trebell. leg. ſua, §. ſi fundus, de ſeruit. ruſtic. præd. §. ſi*

quis autem, in Auth. de hæred. & falcid. Ceph. conſ. 281.
n.7. Menoch. conſ. 2. num. 31. Gratian. diſc. for. lib. 4.
c.705. n.11. & ego ad rem dixi contr. for. 103. n. 21. vbi
vide, n.25. & ſeqq.

Et propterea cùm bona empta per D. Cyprianum
eſſent taxis obnoxia, antequam ad ipſum peruenirent,
vt ex libro æſtimi, & cataſtro Communitatis, ad ip-
ſum transferunt cum eodem onere, etiamſi illi liberè
5 vendita ſint, & exempta, quia pactis priuatorum iuri
publico derogari non poteſt, l. ius publicum, l. inter de-
bitorem, ff. de pact. l. fin. de ſuis, & legit. l. quod de bo-
nis, §.1. ad l. falcid. l.3. de teſtam. cap. ſi diligenti, de for.
compet. cum vulgaribus.

Vnde ſatis fundata erat intentio Communitatis in li-
bro æſtimi, ſeu cataſtro (hæc enim pro eodem vſur-
pantur. Bald. in rep. l. placet, num. 16. C. de Sacroſ. Eccl.
6 Feſtas de æſtim. & collect. c.1. num.1.3. Tuſch. litt. E, con-
cluſ. 674. numer. 4. Maſcard. de probat. concl. 273. num. 1.
Genua in tract. de priuat. ſcript. lib. 5. de libr. æſtim.
in rub. quæſt. 1. vbi quod liber æſtimi eſt idem, quod
cataſtrum) in quo deſcribantur eius bona, apparet
enim ex libris Communitatis, bona dicti D. Cypria-
ni prius ab aliis poſſeſſa fuiſſe taxis prædictis obnoxia,
vt ex relatione dicti D. Rubei, qui teſtatur vidiſſe ca-
taſtra, & prædicta eſſe vera: nemini autem dubium eſt,
quod liber æſtimi, ſeu cataſtrum fidem faciat pro
Communitate, ſeu fiſco in materia taxarum, & colle-
7 ctarum, adeò vt eo ipſo quod bona ſunt deſcripta in
æſtimo, ſunt obligata Communi, ſeu fiſco pro oneri-
bus, ad textum in l. cenſus, ff. de probat. Auth. ad hæc,
C. de fid. inſtrum. l. 1. C. in quibus cauſ. pign. tac. contrah.
l. 1. in fin. C. ſi propter public. penſitat. puchrè in terminis
de libro æſtimi Bald. in l. exemplo, num. ſecundo, Cod. de
8 probat. vt probet pro Communitate inter perſonas eiuſ-
dem territorij, non contra forenſes; vbi etiam Salic.
hoc idem confirmat, provt etiam Alex. in Auth. ſi
quis in aliquo, numero 8. C. de edend. Roman. conſ. 102.
in fin. latè Soc. conſil. 187. column. 6. verſ. ſed præmiſſa,
libr. ſecundo. Feſtas in dicto tract. de æſtim. & collect. part. 1.
cap. 1. numer. 66. vbi docet, quod iſte Codex probat
bona deſcripta eſſe oneribus obnoxia inter perſonas
9 eiuſdem territorij; ſi auctoritate publica ſit confectus,
& ſeruatus à perſonis à publico conſtitutis: pulchrè
Roland. conſil. 4 numero 18. lib. 2. vbi quod licet iſte
liber non probet ad præiudicium tertij, tamen probat
10 ad fauorem fiſci collectas exigentis. Maſcard. de probat.
concl. 273. numer. 3. & concl. 674. numer. 10. vbi eadem
cum Feſtaſio tenet: pulchrè etiam Tuſch. litt. E, con-
cluſ. 674. num. 26. 27. vbi dicit, quod liber æſtimi pro-
bet ad fauorem communis, & bona in eo deſcripta ſunt
pro oneribus Communi obligata, & litt. L, concl. 345.
11 numer. 33. Genua in tract. de ſcript. priuat. lib. 5. tit. de li-
bris æſtimi quæſt. 1. numer. 2. & numer. 6. 7. & quæſt. 9. in
Miſcell. numer. 5. & numer. 15. vbi poſt Burſat. conſ. 186.
12 numer. 18. lib. 2. & Ioan. de Amicis conſ. 186. num. 19.
inquit, quod hodie libris æſtimi plenè credi-
tur, etiamſi non ſint deſcripti ab aliqua perſona pu-
blica.

Sed ex aduerſo reſpondebatur primò, hunc non
fuiſſe librum æſtimi, ſed exactoris taxarum, qui fit ſin-
gulis annis, & ideo non habere eandem vim proban-
di, ex diuerſis enim non fit bina illatio, l. illud, ad l.
Aquil. Secundò reſpondebatur librum æſtimi probare
contra conſentientem deſcriptioni bonorum, ſeu fa-
13 cientem ſe deſcribere, non contra alios, l. Cenſualis,
C. de donat. Tuſch. litt. C, concl. 128. numer. 8. Genua d.
tit. de libris æſtimi, quæſtione 1. numer. 22. & quæſtione 2.
num. 15. ſed D. Cyprianus nunquam conſenſit de-
ſcriptioni prædictæ ergo: liber ille contra illum fidem
non facit.

Tertiò reſpondebatur, quod ipſe eſt forenſis, & etiam
clericus, & ſic non eſt ſubditus dicti Communis: ergo
liber æſtimi non probat contra eum vti non ſubditum.
Bald. in l. exemplo, num. 1. 2. C. de probat. Feſtas de æſtim.
d. c. 1. numer. 66. Maſcard. d. concl. 664. num. 10. latè Ge- 14
nua d. tit. quæſt. prima, numer. 20. vbi alios multos al-
legat.

Sed ad primum replicatum fuit, exemplum libri exa-
ctoris fuiſſe ſumptum ex libro æſtimi, & bona poſſeſ-
ſa per dictum D. Cyprianum fuiſſe in eo deſcripta
ſub nomine multorum, à quibus ipſe cauſam habet, vt
conſtat ex relatione dicti Rubei periti electi: & qua-
tenus etiam ille codex exhibitus poſſit dici liber exa-
ctoris Communitatis, adhuc fidem facit, & plenè pro-
bat contra deſcriptum vel poſſidentem bona deſcri-
pta, quia eſt Officialis de publico deputatus, etiam-
ſi non ſit Notarius, ex Bart. in d. l. quædam, §. nummu-
larios, ff. de edend. Bald. in rub. C. de fid. Inſtr. numer. 60. 15
verſ. reſpondeo, ibi: Nam ſatis. Alex. conſ. 136. col. 2. verſ.
Item etiam, lib. 2. & in terminis ſic probat Feſtas in d.
tract. de æſtim. & collect. par. 3. quæſt. 6. numero 31. 32. 33.
34. 35. 36. 37. vbi quod in hac materia executionis col-
lectarum, & aliis plena fides adhibetur libro executo-
ris, ſi talis Officialis auctoritate publica ſit electus.
Crauet. de antiquit. temp. part. 1. ſect. quartò limitatur,
numer. 92. latè Becc. conſil. quinto, ſub numer. primo,
Maſcard. de probat. concluſ. 652. numer. 9. & concl. 673. 16
numer. 20. & concl. 676. num. 35. bene etiam Cyriac. contr.
512. num. 11. & contr. 537. num. 4. vbi quod libris Offi-
cialis de publico deputati plena fides adhibetur, etiamſi
non ſit Notarius. Ruin. conſil. 53. num. 9. lib. 4. Seraph.
deciſ. 431. num. 6. & deciſ. 442. num. 1. & deciſ. 1245. n. 8. 17
& deciſ. 1390. num. 2. vbi quod libris Officialium à pu-
blico deputatorum plenè creditur in his, quæ pertinent
ad eorum officium. Cùm ergo exactor iſte ſit deputatus 18
à prædicta Communitate, & eius libri aſſeruentur penes
archiuium Communitatis, ſequitur, quod eis creden-
dum ſit in his, quæ pertinent ad exactionem taxarum, &
collectarum.

Ad ſecundum reſponſum fuit, librum æſtimi,
ſeu cataſtrum fidem facere, & plenè probare non ſo-
lùm contra conſentientes deſcriptioni, vel facientes
ſe accataſtrare; ſed etiam contra eorum hæredes, &
ſingulares ſucceſſores, vt latè dixit in terminis Tuſch. 19
lit. L, concluſ. 345. numer. 14. vbi alios allegat, nec
mirum, quia probationes, quæ nocent authori, nocent
etiam ſingulari ſucceſſori reſpectu rei, in qua ſuccedit;
ſecundùm Bart. in l. ſi mater, §. fin. ff. de except. rei iud.
& in leg. ſi ſuperatus, de pign. Ioannes Andreas ad 20
Spec. tit. de teſte, §. nunc tractemus, in add. magna.
Soc. conſil. 266. column. 2. verſ. præterea, libr. ſecundo;
pulchrè Ruin. conſil. 50. numer. 13. libr. 1. Tuſch. d.
concl. 345. numer. 14. in fin. Sed ſic eſt, quod terræ, qui-
bus fruitur dictus D. Cyprianus, erant priùs cataſtratæ
ad partitam, & nomen DD. Ioannis Franciſci Tara-
batij, Pauli Cazati, Anton. Lenzoni, Franciſci Tho-
maſij, & poſtea deuenerunt ad manus authorum, vt
ex relatione dicti Rubei ſempta ex ipſis cataſtris, &
& libro æſtimi: ergo fides dicti libri probat etiam
contra dictum D. Cyprianum; ſiquidem res accata- 21
ſtratæ, tranſeunt in quemcumque cum onere ſuo,
Bart. in l. reſcripto, ff. ad municip. Tuſch. litter. E,
concluſ. 674. numer. 26. in fin. Curt. Iun. conſilio 42. nu-
mer. 5. Feſtas de collect. part. 2. quæſt. An, & quand. forenſ.
num. 1.

Augetur ius reſponſionis, quia dictus D. Cyprianus
non ſolum ſucceſſit in locum eorum, qui fuerunt de-
ſcripti, & accataſtrati, ſed etiam ipſe fuit deſcriptus in
libris dictæ Communitatis pro bubulcis 148. vt ex dicta
relatione: ergo liber ille contra deſcriptum plenè probat 22
ad fauorem fiſci, ſi illud non probetur, ex Alex. conſ. 10.
n. 5. lib. 4. & aliis probat Maſcard. de probat. concluſ. 273.
num. 3. Tuſch. litter. C, concluſ. 674. num. 27. vbi vide,
Soc. Iun. conſil. 61. numer. ſecundo, libr. tertio, Menoch. de
retinend.



retinend. rem. 3. num. 570. verſ. declaratur primò. Bertaz.
conſ. ciu. 52. num. 36. 37. Genua de ſcript. priu. lib. 5. tit.
de libr. æſtim. quæſt. 1. num. 2. q. 2. n. 15. & quæſtione 4. nu-
mero 10.

Et hoc adeò verum eſt, vt procedat, etiamſi deſcri-
ptus negaret, quod ipſe dederit partitam, quia contra
23 eum præſumitur, & etiamſi negaret identitatem bono-
rum, quia pluralitas non præſumitur, niſi probetur,
& ſemper præſumitur pro cataſtro, niſi probetur, quod
tempore accataſtrationis bona per alium eſſent poſ-
ſeſſa: ita in verbis Tuſch. litt. C. concl. 128. num. 9. 10.
vbi alios allegat, & facit benè doctrina Bald. in rub. C.
de fid. inſtr. num. 60. ad fin. vbi dicit ſatis eſſe, quod ita
reperitur ſcriptum, nec requiritur, quomodo ſcriptum
fuerit; etenim qui in dicto libro Communi ſcriptus re-
peritur, conſenſiſſe præſumitur, ex Alex. conſ. 147. lib. 5.
24 Zaſ. conſ. 128. lib. primo. Barb. conſ. 82. lib. 4. Dec. conſ.
428. in fin. Pariſ. conſ. 53. libr. 1. Tuſc. d. litt. C, concl. 128.
num. 16. & ſic liber ille probat contra deſcriptum quo-
ad onera ſoluenda in fauorem fiſci, licèt fortè tertio
25 non præiudicaret, ex Aret. conſ. 15. numero 49. & ſeq.
verſ. nec etiam obſtat. Tuſch. litt. L, concl. 345. nume-
ro 23.

Confirmatur reſponſio, quia quando deſcriptus
poſſidet bona accataſtrata, vel habet eorum domi-
nium, non eſt dubitandum de fide libri æſtimi, & exa-
ctoris, quia fiſcus non ſolutis collectis occupat bona
cataſtri, & grauat poſſeſſorem, & propterea liber ple-
26 nè probat contra poſſidentem, vel bonorum domi-
nium habentem, ex Caſtr. l. ſi pater, C. de act. empt.
Socin. l. 5. n. 6. ff. de acquir. poſſeſſ. Maſcard. de probat.
concl. 273. numero 10. Tuſch. littera E, concl. 674. nu-
mero 21. Zuccard. conſ. 61. numero ſecundo, Rol. conſ. 4.
numero 17. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 44. numero 9.
Genua d. loco, quæſt. 1. numero 3. & quæſt. 3. numero 13. 14.
ſed ſic eſt, quod D. Cyprianus poſſidet bona deſcripta
in æſtimo, & illorum dominus reputatur: ergo tene-
tur ſoluere taxam pro eis ſoluendam, vt in relatione
dicti Rubei.

Ad tertium fuit reſponſum, dictum D. Cyprianum
non poſſe dici forenſem, vel non ſubditum reſpectu
temporis, quo laicus erat, cum habitaret Luzzariæ, &
poſſideret bona immobilia, quod forenſibus non licet,
& cùm ſit ſcriptus in libro æſtimi, ex hoc ſolùm pro-
27 batur eſſe loci illius ciuem, vt ex Ceph. conſ. 246. n. 7.
lib. 2. tradit Genua d. libr. 5. tit. de libr. æſtimi, poſt quæſt. 9.
in Miſcell. n. 16.

Et dato etiam, quod forenſis, & non ſubditus dici
poſſet, tamen reſpectu bonorum, quæ in territorio Luz-
zariæ poſſidet, dicitur ſubditus, & poteſt collectari, &
bona iam taxis, & collectis obnoxia deuenerunt in eum
etiam forenſem cum ſuo onere, & cauſa; cum enim
bona omnia ſint obligata pro oneribus & collectis in-
28 dicendis, l. Imperatores, ff. de public. l. murileguli, C. de
murileg. lib. 11. forenſe non ſoluente collectas, fiſcus
29 occupabit bona ſibi ſubiecta, vt per Feſtaſ. de collect.
p. 2. dict. quæſt. an, & quando forenſ. num. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
13. vbi quod ſic ſtatuta contra bona diſponunt, non
30 autem perſonam forenſis tangunt: & in praxi quotidie
videmus, quod forenſes reſpectu bonorum, quæ in ter-
ritorio poſſident, obligantur ad taxas, & collectas, quæ
pro rebus imponuntur ad ratam bonorum. Surd. con-
ſilio 48. numero 15. lib. 1. & propterea ſi forenſis ac-
quirat prædium regiſtratum in cataſtro, ſeu libro Codi-
31 cis, tenetur ſoluere illa onera. Bald. in l. 1. §. quod ſi ne-
mo, q. 2. & 3. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. Caſtr. Alex.
& Iaſ. in l. apud. Iulianum, §. 1. de leg. primo, Iaſ. conſ. 83.
col. 1. vol. 3.

Et hoc adeò verum eſt, vt emptor teneatur ad onera
realia, non ſolum futura, ſed etiam præterita, & impo-
ſita, antequam bona ad eius manus peruenirent, ratio-
ne hypothecæ, quæ competit fiſco, vel Communi con-



tra quemlibet rei poſſeſſorem, per l. Imperatores, vbi
gl. & Caſtr. ff. de publican. l. inter debitores, de pact. l. 1.
C. de cenſ. lib. 11. l. in venditione, ff. de act. empt. l. om- 32
nes, vbi Salic. C. ſine cenſu, vel reliq. Archid. in cap. ſi quis
loca 17. quæſt. 1. Abb. in c. Paſt. num. 5. de decim. Barbat.
conſ. 84. col. 4. verſ. præterea, vol. 3. Natt. conſ. 71. n. 2. pul-
chrè videndus Afflict. deciſ. 95. n. 3. 4. 5. vbi quod obli-
gatio ſoluendi onus rei impoſitum, afficit quemlibet
ſingularem ſucceſſorem. Pinell. l. 1. p. 2. n. 72. C. de bon. 33
matern. Capyc. deciſ. 20. n. 26.

Et eadem ratione non obſtat, quod poſtea dictus D.
Cyprianus factus ſit clericus, quia iam liber fidem fece-
rat contra eum exiſtentem laicum, nec amittit fidem
ſuam ob mutationẽ ſtatus perſonæ; etenim ſi bona cum
collectis, ſeu taxis, aut oneribus certis, & ordinariis
perueniant ad Clericum, vel Eccleſiam, ipſa tenebitur
præſtare onus impoſitum, c. ſi tributum 11. quæſt. 1. c. 34
tributa 23. q. 8. cap. placet, 16. q. 1. Bart. & DD. in l. pla-
cet, Cod. de ſacroſ. Eccl. Rom. in leg. ſi publicanus, §. pri-
mo, ff. de public. Bald. in tit. de pace conſtantiæ, in princ.
numero 16. vbi dicit, quod ſi onus eſt certum, & bona
iam ſunt cataſtrata, clericus illa acquirens tenebi-
tur ſoluere; & ego dixi d. contr. for. 103. numero 21.
25. res enim affecta aliquo onere, tranſit cum eo 35
in quemcumque poſſeſſorum, l. alienatio, ff. de con-
trah. empt. c. cùm in tua, & cap. paſtoralis, vbi Abb.
de decim. c. ex litteris, ad fin. de pign. gl. in c. 1. in verſ.
bonorum, vbi Ioann. And. Archid. Gemin. & Anch.
de immunit. Eccl. in 6. & ego dixi dict. controu. 103. nu-
mero 38. 39.

Benè verum eſt, quod hoc procedit tantum reſpectu
onerum ordinariorum, quæ ſunt certa, & inuariabilia,
vt in his terminis loquuntur iura prædicta, & DD. alle-
gati, ſecus eſt reſpectu onerum extraordinariorum, quia
ſunt incerta, & obligationi incertæ non poteſt hypo-
theca accedere, & propterea clerici, vel Eccleſia
emens bona cataſtrata, non tenetur amplius ad onera
extraordinaria, vt optimè declarat Bart. in conſ. 180. 36
num. 4. vol. 1. Bald. in tit. de pac. Conſtant. in verb. Im-
perialis clementia, numero 16. ad fin. vbi quod ſi bona
perueniunt ad perſonam priuilegiatam, onus non du-
rat, quia incertæ obligationi hypotheca accedere non
poteſt, & poſt Archid. Ioann. And. & Ioann. de Li-
gnan. dixit Abb. in c. fin. num. 12. de vit. & honeſt.
cler. vbi docuit, Eccleſiam non teneri ad onera extra-
ordinaria pro bonis, quæ aliàs, dum eſſent laicorum, 37
erant in regiſtro aſcripta, quia cùm talia onera non
ſint certa, nec perpetua, ſed variabilia, non poſſunt
dici prædiis annexa. Alciat. conſ. 168. numero 5. latè
Barbat. conſ. 1. column. 9. verſ. cùm ergo, vol. 3. Soc.
conſ. 243. in princ. vol. 2. Natt. conſ. 328. numer. 2. pulchrè
Surd. conſ. 262. num. 31. Oſaſch. deciſ. Pedem. 91. n. 22.
& ego dixi dict. contr. 103. num. 18. 19. 20. 40. pulchrè
Feſtaſ. de collect. part. 4. c. 1. num. 4. vbi dixit, quod
etiamſi bona ad clericos peruenta fuiſſent priùs in ca-
taſtro deſcripta, & pro eis laici fuiſſent ſoliti ſoluere
collectas, non erunt clerici amplius obligati ſoluere
in futurum, ſed tantùm pro præterito, immo talia bona
ab æſtimo eximuntur, poſtquam ad clericos peruene-
re, & teſtatur de communi ſubiungens, quod etiamſi per
aliquod tempus ſoluiſſent, hoc illis non nocet, quia
nulla conſuetudine poteſt induci contrarium, vt fiſco
opituletur: & ſic D. Cyprianus hoc lucratur ex cle-
ricatu, quod ampliùs non tenebitur ad onera extraor-
dinaria.

Sed reſpectu onerum Ordinariorum dictus D. Cypria-
nus non poteſt euitare ſolutionem tam pro tempore fu-
turo, quàm præterito, non ſolùm ex prædictis, ſed etiam
quia ad computum ſoluit iam libras 300. & ſic agnouit
debitum; & ideò Communitas eſt manutenenda in
quaſi poſſeſſione exigendi, in annuis enim præſtationi- 38
bus acquiritur quaſi poſſeſſio exigendi, etiam per vni-

cum actum ſolutionis,per textum *in c. Eccleſia Sutrina,*
vbi gl. & DD. *de cauſ.poſſ. & propriet.* Bart. *in l. hoc in-*
*terdicto, n.3.ff. de itin. actuque priu.* Rom. *conſ.311. nu-*
*mer.* 17. Alex. *conſ.74. n. 16. lib.* 4. Ludouiſ. *deciſ.* 313.
*n.*1. vbi quod ſæpiùs ita fuit reſolutum,latè Poſthius *in*
*tract.de manutent. obſ.*18. *n.*26.27. *& ſeqq.* vbi quod ad
effectum manutentionis, quaſi poſſeſſio exigendi ac-
quiritur per vnicum actum ſolutionis : & Rot. poſt
39 eum *deciſ.*141.*n.*4. & *deciſ.* 142. *n.*5. vbi quod etiam in
incorporalibus ex vnica ſolutione quaſi poſſeſſio exi-
gendi acquiritur manutenibilis.

Et hoc procedit etiamſi vnica ſolutio facta fuerit à
tertio de ordine debitoris, de quo conſtet, quia hoc
ſufficit ad acquirendum quaſi poſſeſſionem exigendi.
Rot. *diuerſ. deciſ.*436 *n.*1.*p.*4. Poſthius *d.obſ.* 18. *n.* 33.
& *obſ.*35. *n.*66. & in hoc æquiparantur ſolutio, & de-
poſitum, quia etiam ex depoſito acquiritur quaſi poſ-
ſeſſio exigendi. Rot. apud Cenc. *de cenſ. deciſ.* 233. *ſub*
*num.*1.& *deciſ.*250.*in fin.* Poſthius *d.tract.obſ.*35. *nume-*
*ro* 4.5.

Sed ex aduerſo multis modis reſpondebatur; & pri-
mò quod dictus Cyprianus ſoluit dictas libras 300.cau-
ſa euitandi executionem quam fecerat Communitas
tollendo per executores eius animalia prædiorum ru-
ſticorum, propter quod dedit cauſam huic liti, & pro-
pterea nulla poſſeſſio poteſt dici acquiſita dictæ Com-
40 munitati ex actu ſic recente, & liti cauſam dante, maxi-
mè ſi ille primus venit ad iudicium : latè Poſthius *in d.*
*tract. de manutent. obſeru.* 17. *n.*44. *&. n.* 51. Rot. apud
eum, *deciſ.* 213. *n.*2.& *dec.*229.*n.*14.Cancer. *var.reſol.*
*p.*3.*c.*14.*n.*75. *& ſeqq.*quem ſequitur Fontanell. *de pact.*
*nupt.cl.*7.*gl.* 3.*p.*10.*num.*56.57.

Seundò reſpondebatur, ſolutionem prædictam pro
parte debiti factam non releuare quoad aliam partem,
nec ex ea acquiri poſſeſſionem exigendi pro ſingulis
41 annis, niſi ſoluens habuerit animum agnoſcendi totum
debitum,& pro aliis annis. Gratian. *diſc.for.* 485. *in fin.*
*&* 426.*n.*11. Poſthius *dicto tract.obſ.*18.*n.*39.40.

Tertiò reſpondebatur, proteſtationem factam per di-
ctum Cyprianum de ſoluendo ad euitandam executio-
nem,ſanare hunc defectum, & efficere, quod creditori
42 non acquiratur quaſi poſſeſſio exigendi. Ludouiſ. *deciſ.*
365.*n.*2.4. Mareſcot.*var.reſol. lib.*1. *c.*22. *n.*22.Gratian.
*diſc.*310.*n.*38.& *n.*46. Poſthius *d.tract.conſ.*35.*n.*37.38.
*& ſeqq.*

Nam ad primum fuit replicatum, allegata nihil ob-
ſtare, quia licèt vera ſint, non tamen applicantur benè
ad caſum noſtrum; procedunt enim in actis, & factis
per eum, qui prætendit manutentionem ex facto ab eo
de recenti, & qui dedit cauſam liti; non enim quis di-
citur poſſidere tempore litis motæ, propter aliquem
actum, quem ipſe fecerit propria auctoritate,ſuper quo
ſtatim ac ſciuiſti, iudicialiter conqueſtus fuiſti : ſic
Cancer. *var.reſol p.*3.*c.*4.*n.*95.& *c.*14.*n.*72. vide Po-
ſthium *d.tract.de manuten.obſ.*17.*n.*49.

Non ſic eſt, quando manutentionem petens non ſe
fundat in facto proprio, ſed in actu per aduerſarium
geſto, vt hic in ſolutione facta per D. Cyprianum ad
euitandam executionem, hæc non dicitur dediſſe cau-
ſam liti,cum tendat potius ad tollendam obligationem,
& propterea ſolutio facta in executione mandati iudi-
cis, ſiue iuſti, ſiue iniuſti conſtituit creditorem in qua-
ſi poſſeſſione exigendi, & manutenendus eſt, ſi ſoluens
43 in actu ſolutionis non fuerit proteſtatus, ſe metu cenſu-
rarum, vel mandati executiui ſoluere : ſic Rota penes
Achill. *deciſ.*10. *de decim.* & Rot. *diuerſ.deciſ.*196.*n.*3.
*p.*1. Seraph. *deciſ.* 1407.*n.*11.vbi quod pluries Rota ſic
cenſuit. Farin. *deciſ.recent.* 241. *num.* 6. *p.* 1. vbi dicit
hoc eſſe notum, & quotidie practicari in Rota. Gra-
tian. *diſc.*310. *numero* 38.39. Mareſcot. *var.reſol. lib.*1.
*c.*23. *num.*21.22. Lotter. *de re benef.tom.*1.*lib.*1.*quæſt.*38.
*numero* 208.209. pulchrè Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ.*
365. *n.*4. Poſthius *d. tract.obſ.*35.*n.*36. & Rot. poſt eum
*deciſ.*202.*n.*7.

Ad ſecundum fuit replicatum, tunc ex ſolutione par-
tis debiti annui non acquiri quaſi poſſeſſionem exigen-
di totum, vel ſingulis annis portionem, ſi ſoluens ha-
buit animum agnoſcendi debitum pro parte tantum,
& de hoc conſtet, quia verè animus ſoluentis atten-
dendus eſt. Gratian. *d. deciſ.* 426. *n.* 11. Verùm ſi non
conſtet de eius voluntate, quia ſe non declarauit, nec
adſunt adminicula, quod pro parte tantum voluerit de-
bitum agnoſcere, & ſic verſamur in dubio, tunc ex
ſolutione etiam vnica vnius termini, vel partis credi-
ti acquiritur quaſi poſſeſſio exigendi totum, ſeu an-
nuam penſionem,ſeu præſtationem : ſic Rot.apud Farin.
*deciſ.recent.*547.*num.*8.*p.*1. Gratian. *diſc.*426. *num.* 2. 3.
Poſthius *d. obſ.*17. *n.*38. ſed in caſu noſtro non apparet,
quod dictus D. Cyprianus voluerit agnoſcere debitum
tantùm pro parte, immò contrarium deducitur ex fide
eius, qui ſoluit dictas libras 300. eius nomine, dum
deponit ſoluiſſe ad computum taxarum Communita-
tis, pro terris dicti D. Cypriani, vt in proceſſu, *fol.*24.
Ergo ſi ſoluit ad computum, dicitur agnouiſſe totum
debitum, non autem pro parte tantum ſoluta;ad acqui-
rendam enim poſſeſſionem non debet attendi actus
exactionis particularis, ſed cauſa exigendi, quæ cùm ſit
vniuerſalis habendi totum, creditor dicitur conſtitutus
in quaſi poſſeſſione exigendi totam annuam præſtatio-
nem, licèt partem tantum habuerit, per textum *in l.*3.
*ff. de acquir. poſſeſſ.*Bart. *in l.* 1. §. *ſi quis hoc interdicto,*
*n.*1. *verſ.nam probata, ff. de itin.actuq. priu. Bald. in l.* 1.
*num.* 29. *verſ. tu dic, C. de emanc. liber.* Seraph. *dec.*
1047.*num.*2.Tuſch. *littera Q. concl.*34.*num.*17. Lotter.
*de re benef.lib.*1. *q.* 38. *num.*123. Caualer. *deciſione* 379.
*num.*34.Poſthius *d. tract.obſ.* 17.*n.*37. & apud eum Rota
*deciſ.*188.*n.*4.5.6.

Ad tertium fuit reſponſum,non ſatis conſtare de pro- 44
teſtatione dicti D. Cypriani, quia teſtis adductus pro
hac probatione eſt vnicus, & non legitimè examinatus,
& proteſtatio non ſe refert ad metum executionis, ſed
an iuſtè compulſus fuerit,vt in proceſſu,*fol.* 36.& quod
magis vrget, non fuit facta in actu ſolutionis, ſed poſt,
vt conſtat ex fide ſoluentis nomine ipſius, qui ſol- 45
uit Communitati ſine aliqua proteſtatione, vt *d.fol.*24.
Ergo proteſtatio, quæ non fuit facta in ipſo actu ſolu-
tionis, nihil releuat, & non impedit, quin poſſeſſio
exigendi acquiratur creditori, ſiue mandatum iudicis
ſit iuſtum, vel iniuſtum, Seraph. *deciſ.* 1047. *num.*11.
Farin.*deciſ.recent.*241.*num.*6.*p.*1.Mareſcot. *d.c.*23.*n.*21.
*&* 22. Gratian.*d.diſc.*318.*n.*38.Lotter. *d.lib.*1.*q.*38.*num.*
205. Ludouiſ. *d. dec.*365. *n.*2. & *num.*4. vbi allegantur
aliæ Rotæ decisiones. Poſthius *d. obſ.*35. *n.* 37. Rot. *di-*
*uerſ.deciſ.*196.*n.*3.*p.*1.

Cùm ergo ex libris Communitatis appareat dictum
Dominum Cyprianum ſoluiſſe libras 300. ad compu-
tum taxarum prædictarum, & fides libri adminiculetur
atteſtatione Syndici montis Pietatis, dicentis eum illas
ſoluiſſe ad computum taxarum, & ipſe non neget ſolu-
tionem, ſequitur,quod ex libro ſuo dicta Communitas
ſatis probauerit ſuam quaſi poſſeſſionem exigendi,
etiamſi ſolutio probetur per vnicum teſtem. Rot. *di-* 46
*uerſ.d. deciſ.*196. *n.* 4.5.*p.*1.Soc.*conſ.*161.*n.*3. *lib.*2. Gra-
tian. *diſc.*310. *n.*61. Poſthius *d.obſ.*35. *n.* 31. & ita fuit
iudicatum.

---

## CAPVT CCXXIV.

### EPITOME.

Vtrum verum ſit,quod offenſus teneatur facere pacem in ſcriptis, etiam eius inimico veniam petenti, & congruam ſatisfactionem offerenti, vel poſſit in conſcientia id negare, dimiſſo tamen odio, & rancore.



### SVMMARIVM.

1 *Gratiam facere de omni delicto poteſt Princeps.*
2 *Epiſcopus,& Epiſcopalia iura habens poteſt facere gratiam de omni delicto.*
3 *Principes non ſolent gratiam facere de delicto, niſi parte concordata.*
4 *Princeps faciens gratiam de delicto parte non concordata, peccat mortaliter.*
5 *Gratiam facere non licet de delicto, niſi obtenta pace offenſi, vel hæredum.*
6 *Princeps peccat contra conſcientiam, ſi facit gratiam, pace non obtenta ab offenſo.*
7 *Pax debet conſtare per publicum inſtrumentum, vt obtineatur gratia à Principe.*
8 *Pax quomodo procuretur ad gratiam obtinendam.*
9 *Diligendi ſunt inimici.*
10 *Pacem facere in ſcriptis inimico veniam petenti tenemur.*
11 *Inimicus tenetur remittere odium,& rancorem erga inimicum.*
12 *Inimicus non tenetur facere pacem in ſcriptis,nec remittere actionem iniuriarum.*
13 *Rancor bonus, quo quis appetit per iudicem caſtigari delictum.*
14 *Rancorem bonum non tenemur dimittere.*
15 *Inimico veniam petenti non tenemur remittere actionem iniuriarum.*
16 *Confeſſarij debent abſoluere eum, qui recuſant remittere actionem iniuriarum.*
17 *Moribundus dimiſſo odio, & rancore non tenetur remittere actionem iniuriarum.*
18 *Vindicta iuſta eſt opus virtutis.*
19 *Accuſationem ex affectu iuſtitiæ nemo tenetur dimittere.*
20 *Punitionem iuſtam delinquenti ſine prauo affectu licet petere.*
21 *Accuſatio non calumnioſa licita eſt.*
22 *Vindicatio auctoritate publica, eſt actus virtutis, & permiſſus.*
23 *Offenſus tenetur ad dimittendum ſolum rancorem, non actionem iniuriarum.*
24 *Offenſus in ſacramento pœnitentiæ remittens iniuriam, non ſe priuat iure accuſandi.*
25 *Odium, & rancorem ſolum tenemur remittere ex præcepto Euangelico, non actionem iniuriarum.*
26 *Inimicus, an teneatur remittere odium, ſi id non petatur.*
27 *Odium, & rancorem tenemur dimittere etiamſi id non petatur.*
28 *Odij motus in parte ſenſitiua ſine conſenſu voluntatis non impedit abſolutionem.*
29 *Mihi vindictam, & ego retribuam; quomodo intelligatur.*
30 *Punitio delinquentium eſt actus virtutis.*
31 *Vindicatio auctoritate publica non eſt contra legem Dei.*
32 *Iuſtus lætatur, cùm videt vindictam.*
33 *Vindicta quando ſit prohibita,vel permiſſa.*
34 *Inimico tenemur oſtendere ſigna amoris, & quæ.*
35 *Amoris ſigna ſpecialia non tenemur exhibere inimico, niſi in caſu neceſſitatis.*
36 *Inimico veniam petenti tenemur exhibere ſigna ſpecialia amoris.*
37 *Inimico offerenti ſatisfactionem tenemur concedere pacem.*
38 *Pax an ſit facienda inimico veniam petenti, & ſatisfactionem offerenti.*
39 *Pœnitens eſt hortandus ad pacem extrinſecam, non cogendus.*
40 *Vindictam poſtulare zelo iuſtitiæ, non ex odio, difficile eſt.*
41 *Vindictam petens zelo iuſtitiæ, & non ex odio,abſoluendus eſt.*
42 *Pacem facere viro peſſimo, & malæ naturæ non tenemur.*
43 *Inimico quando liceat pacem denegare,& odio eum proſequi.*
44 *Pacem facere nemo cogendus, niſi ex cauſa iuſta à Principe.*
45 *Confeſſarij non debent facilè denegare abſolutionem iniuriatis vindictam petentibus.*
46 *Abſolutio non eſt deneganda pœnitenti opinionem minùs probabilem ſequenti.*
47 *Confeſſarius peccat mortaliter pœnitenti ſequenti opinionem minùs probabilem denegans abſolutionem.*
48 *Opinionem minùs probabilem licet ſequi,etiam tempore mortis.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

SÆpè quæritur, an offenſus ſaltem oblata ſibi con-
grua ſatisfactione teneatur offendenti facere pacem
in ſcriptis, vel in forma probanti ad finem, vt poſſit il-
lam oſtendere Principi, & ab eo obtinere gratiam,
vel abſolutionem delicti, aut compoſitionem. Nam li-
cèt poſſit iudex ſupremus, & Principatum tenens, qui
ſuperiorem non recognoſcit gratiam facere de omni
delicto, & pœnas remittere, & indulgere, ad textum
*in l.*1. *C. de ſent. l. fin. C. de generali abolit.* gl. commu- 1
niter approbata *in l.*2. *verb.concedi, C.de in ius voc.*Clar.
*in pract. crim.* §. *fin. quæſt.*59.*num.* 1.2. Pariſ. *conſil.* 59.
*lib.*4. Farin. *quæſt.* 6. *numer.* 1. Odd. *de reſtit. in integr.*
*lib.*2. *quæſt.*91.Caball.*reſ.crim. caſ.*58. *numer.*4.5. *cent.*1.
Theſ. *dec.* 27. *numer.* 1. latè Guaz. *defenſ.* 2. *cap.* 9. *nu-*
*mer.* 1. 2. vbi quod aliter dicere eſſet ſacrilegium,
quia non licet diſputare de poteſtate Principis ſu-
premi.

Immò hoc procedit etiam in Epiſcopo, vel iura
Epiſcopalia habente; nam de generali conſuetudine li-
cet Epiſcopis de omni delicto componere, & gratiam 2
facere,vt latè per Genuam *in prax. Archiep. Neap. c.*49.
ſic etiam Guaz.*defenſ.*34.*n.*6.& ego latiùs dixi *contr.for.*
*p.*1.*c.*145.*n.*11.

Tamen non ſolent Principes, vel Epiſcopi indulgere
pœnas,& gratiam facere delictis, maximè ſi non ſunt le-
uia, niſi parte concordata, vel pace ſequuta, adeò vt de
hoc requirere etiam ſoleant probationes per inſtrumen-
tum pacis,ſiquidem creditur hoc eſſe de iure diuino,vt
ſine remiſſione partis non fiat gratia delinquenti; & ſi 3
fiat,non valeat,& Princeps aliter faciens peccat morta-
liter,ad textum *in d.l. fin.verſ.niſi fortè, C.de abolit.l.pen.*
*ad Turpil* gl. *in l.venia,C.de in ius vocand.*Innoc.& DD.
*c.niſi,de off.deleg.*& *in c.noſtra,de iniur.* pulchrè Gramm. 4
*vot.*35.*n.*8.9.10.vbi alios allegat,vbi etiam teſtatur,quod
Princeps aliter faciens peccaret mortaliter,cùm id non
iure,ſed de abſoluta poteſtate faceret.Bald. & Plot.*conſ.*
*crim.diu.*6.*t.*2*om.*idem Pl.*conſ.*78.*n.*52.*& ſeqq.* vbi quod
eſt de iure diuino,vt requiratur pax offenſi, vel hæredũ:
ſic etiam Clar.*in d.*§.*fin.quæſt.*58.*num.*1.& *quæſt.*59.*nu-*
*mer.*4.*verſ.cæterùm ego,*vbi quod ita ſemper vidit ſeruari
pro lege : latè Bai. *ad Clar.d.quæſt.*59. *n.*38.39.*& ſeq.*ex 5
D. Thom.1.2. *quæſt.*63. *art.*4. *verſ. ſed Princeps,* & aliis
Tuſch.*verb.grat.concl.*54.*num.*3. latè Farin.*de inquiſ.q.*5.
*num.* 11. & *quæſt.* 6. *num.*18.19. vbi quod Princeps ali-
ter faciens peccat mortaliter, & peccat contra con-
ſcientiam : idem Farin.*conſ.*46. *per totum,lib.*1. vbi quod 6

 ex hoc

ex hoc poſſunt oriri mille ſcandala. Caualc. *de brach.*
*reg. p.4. n.205.* vbi quod Princeps aliter faciens peccat
mortaliter: ſic etiam pulchrè Guazzin.*defenſ.34. cap.3.*
*n.12.& ſeqq.* & latiùs *in tract.de pace, & caut.q.38.n.2.*
*3.4.* vbi plurimos congerit, vbi quod hæc concluſio
non ſolum de iure, ſed etiam ex laudabili conſuetudine
vbique approbata eſt, vt Princeps gratiam non fa-
ciat de delictis, niſi habita pace, vel ſeruato exi-
lio à loco delicti, vbi offenſus, vel eius hæredes com-
morantur.

Et licèt pax multis modis probari poſſit, de quibus
Maſcard. *de probat. concl.* 1161. tamen ad finem prædi-
ctum obtinendi gratiam oportet, quod de pace conſtet
per publicum inſtrumentum, vt ex gl.*in d.l.venia,C.de in*
7 *iùs voc.* cũ ibi notatis dixit Grammat.*d.vot.35.n.7.*Clar.
*in d.§.fin.q.68.n.40.verſ.ſcias etiam,*quod tamen fundatur
in conſuetudine, quæ non eſt trahenda ad alia loca, vbi
non viget. Guazzin.*d.defenſ.34.c.3.n.2.in fin.* Verùm quia
talis conſuetudo viget etiam hic, & ferè vbique loco-
rum,& difficile eſt alio modo probare pacem,quàm per
iuſtitiam,coram Principe,qui ſolet in hoc requirere pa-
8 cem liquidam,& de qua non poſſit dubitari;ideò offen-
dentes,qui vel ſunt carcerati, vel banniti, & deſiderant
gratiam Principis, totis viribus conantur impetrare pa-
cem à parte offenſa, vt faciliùs delictorum abolitionem
à Principe conſequi valeant: & quia ſæpe offenſus, aut
eius hæres difficilis eſt in pace facienda, habetur recur-
ſus ad Parochos, vel Patres ſpirituales, vt diſponant of-
fenſum ad illam,minitantes illi etiam denegationem ſa-
cramentorum,ſi recuſet,quorum receptione ſe indignum
reddere videtur, dum odium retinet contra inimicum,
nec vult illi benefacere, cum offerat debitas ſatisfa-
ctiones, aduersùs præceptum Chriſti Domini dicentis:
9 *Diligite inimicos veſtros, benefacite iis, qui oderunt vos,*
vt apud S.Matth *c.5.*&non debemus diligere lingua,&
verbo,ſed opere & veritate. S.Ioan. *c.3.* & ſcriptum eſt:
*Mea eſt vltio,& ego retribuam*, vt legitur in libro pſal-
morum: & ſimiliter ſcriptum eſt: *Si venerit inimicus*
*tuus,ciba illum; ſi ſitit, potum da illi.* S.Paul.*ad Rom.c.12.*
& quotidie dicimus: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut &*
*nos dimittimus debitoribus noſtris*: & ad rem facit *c.con-*
*triſtatus; diſt.90.*

Et ſanè cùm Dominus dixerit, *Quæcũque vultis, vt fa-*
*ciant vobis homines, eadem vos facite illis,* videtur omni-
nò dicendum, nos teneri ad faciendam pacem proximo,
& inimico noſtro veniam petenti,etiam in ſcriptis, quia
ſicut vnuſquiſque cupit ſibi ſubueniri in neceſſitate; ita
10 debet aliis ſubuenire, & proptera concludendum vide-
tur,offenſum teneri parti offendenti,veniam tamen mox
humiliter petenti,& ſatisfacere volenti ſpecialia amoris
ſigna oſtendere,eique omnem iniuriarum actionem con-
donare, & pacem etiam in ſcriptis facere; & ſi renuat,
non poſſe à Confeſſario abſolui: ſic ex verbis Domini
apud S.Lucam *c.17.Si reuerſus fuerit ad te,dicens:Pœni-*
*tet me dimitte illi*: & ex *c. placuit diſt.90.* & aliis multis
probat P. Ludouicus de Beia *in reſponſ. caſ. conſc. p.1.*
*caſ.10.per totum,* vbi adducit multas rationes,& aucto-
ritates,quas hic repetere ſuperfluũ eſt. Genuenſis *in Pra-*
*xi Archiepiſc.Neap.c.24.n.6.* vbi vide Sylueſt. *in ſumm.*
*verb charitas,quæſt 6.* Malder.*ad D.Thom.2.2.q.25.art.7.*
Azor.*mor.p 3.lib.12. c.13. q.8.* Filiuc. *mor.p.2. tract.28.*
*c.1.n.25.* ſic etiam gl.*in § fin.in verb.non reuocauerit,Inſt.*
*de iniur.* vbi quod iſte non poteſt benè pœnitere, ſi non
remittit iniuriam irreuocabiliter: ſic etiam pulchrè.
Ioan.B.Corrad.*in reſp. caſ.conſc.q.197.verſ. reſpondetur,*
vbi quod offenſus tenetur in ſcriptis facere pacem ini-
mico ſatisfacere parato: ſic etiam Henric. Villalobus
*in ſumm. tom. 2. tract.3. diffic.6. numer.11.* vbi latè hoc
probat. Sic etiam Guazzin.*in tract. de pace, p.1. quæſt.4.*
*num.8.*

Verùm præualet altera ſententia, quod offenſus non
teneatur ſub pœna peccati mortalis facere pacem in
ſcriptis inimico ſuo etiam humiliter petenti, nec etiam
ei remittere actionem iniuriarum,quia ſolùm tenetur ei
remittere odium, & rancorem, *c. fin. de pœnit. diſt.5.* &
ideò poteſt ſine odio,& rancore ius ſuum proſequi vſque 11
ad vltimum ſupplicium, ſi de iure offendens veniret pu-
niendus, quia nemo tenetur iniuriam remittere ſine ſa-
tisfactione legali præ ſua,& ſi intentio feratur principa-
liter ad aliquod bonum, velut ad pacem ſuam, & alio-
rum,ad zelum,& conſeruationem iuſtitiæ,vindicatio po-
teſt eſſe licita,ſatisfactionem enim iniuriæ non tenemur
dimittere, immo benè facit, qui ſine odio proſequitur
iniuriam ſibi illatam, nam reipublicæ intereſt pœnas
non facilè dimitti, & ſic offenſus poterit non ſolùm ab-
ſolui,ſed etiam ſi abſolutus fuerit,& in ſacramento pœ-
nitentiæ dimiſerit iniuriam, rancorem, & odium, ad-
huc poterit agere actione iniuriarum, quia hanc in du-
bio non cenſetur remiſiſſe, nec tenetur remittere: ſic 12
bene probat gl.*in c. ſi is qui Prælatus, in verſ. poſſumus,*
*& in c.ſi illi,c.23.q.4.* vbi vide,*c.ſi quis contriſtatus,*
vbi gl. *diſt. 90. c. & qui emendat, diſt.45.* gl. *in c.1. de*
*maledic.*ad rem Card. Caiet. *ad D.Thom.2. 2. quæſt.25.*
*art.9. in 2. & 3. dub.* ſic pulchrè Nauar. *conſil.1. de ac-*
*cuſat.tom.2.* vbi in terminis loquitur de muliere,cuius fi-
lius fuit occiſus, contra interfectorem querelam expo-
nente apud Curiam ſecularem,vt ille puniretur,& ſine
odio, & rancore volebat ius ſuum proſequi vſque ad vl-
timum ſupplicium: & reſpondet, quod eſt tuta in con-
ſcientia, ſubiungens quendam Ordinarium fuiſſe à
S. Congr. Cardinalium reprehenſum eo quòd cuidam
mulieri recuſanti dare pacem in ſcriptis, iis, qui occide-
rant eius filium, aſſerenti ſe odio prædictos homicidas
non proſequi,mandauerat denegari Sacramentum con-
feſſionis, & communionis; idem Nauar. *conſil. 3. de*
*pœnit.& remiſſ. tom.2.* vbi reſpondet in iiſdem terminis,
ideò videatur idem Nauar. *in Manual. cap.14.numer.25.*
vbi etiam docet offenſum non teneri ad eiiciendum il- 13
lum rancorem bonum, qui naſcitur ex ira, qua quis ap-
petit,vt per iudicem caſtigetur delictum, immo tenetur
aliquando illum concipere: ſic etiam Add. ad Foller.
*in prax.crim.can.cap.4.n.24.25.* Tuſch.*litt. P, concl.172.*
*num.21, 22.* pulchrè Maſcard. *de probat.concl.1161. nu-*
*mer.34* vbi benè hæc eadem confirmat, docens, quod
non tenemur dimittere illum bonum rancorem: ſic
etiam docet Fab. *in d.§.fin.Inſt. de iniur.* vbi quod zelo
iuſtitiæ poſſumus proſequi iniurias; pulchrè in termi-
nis Sfort. Odd.*de reſtitut.in integr. quæſt.85. art.6. n.54.* 14
*55. 56.* vbi quod ſacerdos tenetur abſoluere confiten-
tem, qui ex corde remiſit iniuriam, licèt nolit perue-
nire ad actum exteriorem pacis. Benè etiam Iacob. à
Graff.*aur. dec. cap.1. lib.2. cap.72. numer. 4.5. 6.7.* vbi
rem dilucidat, & probat, quod accepta iniuria tenetur
offenſus dimittere rancorem, & indignationem, ſi ran-
cor ſit in voluntate, quia de ſenſu non poteſt ad libi-
tum expelli, ſicut nec amor, ſed non tenetur offenſus
condonare offenſori ſatisfactionem iniuriæ, quæ in iu-
dicio peti poteſt,& ita etiam in terminis docet latiſſimè
Paul.Comit.*in reſponſ. mor. lib 4. quæſt.32.* qui reaſſumit,
examinat, diſcutit,& ponderat rationes ſententiæ nega-
tiuæ, eaſque aliis rationibus, & auctoritatibus reſpuit:
concordat Leſſius *de iuſt. & iur. cap.47. dub.4.* Valent.
*tom.3. diſp.3. quæſt.3. punct.2. verſ. ſecundò quæritur.* Tolet.
*lib.4. cap.10 in fin.* Reginald.*p.2.lib.17.cap.12.num.124.*
Layman.*mor.lib.2.tract.3.c.4. num.2.verſ.* deinde actio-
nem, vbi pulchrè loquitur, & ſequitur Nauarrum. Ioan.
Valer.*tom.different. inter vtrumque forum, verb.remiſſio,*
*diff.3.* Filiuc.*mor.p.2.tract.28. cap.1. n.22.* vbi cum præ-
dictis concordat,& malè ex aduerſo allegatur: ſic etiam
Homobon.*de examin. Eccl.p.1.tract.6.cap.25.quæſt.113.*
latè Bonacin. *in Decalog. diſp.3. quæſt.4.punct.3. num.5.*
*verſ. hinc,* vbi tradit inimico veniam humiliter petenti,
aut offerenti ſufficientem ſatisfactionem pro iniuria illa-
ta læſum non teneri actionem coram iudice remittere, 15
quia



quia non tenetur magis hanc ſatisfactionem, quàm
aliam acceptare, & ſicut iudex poteſt pœnam, & com-
putationem præſcribere, ita læſus poteſt à iudice petere
depoſito odio, vt ſibi compenſatio iuridicè fiat: ſic
etiam Emanuel Sà *verb.Iniuria,num.1.* Bañes,& Aragon
*in 2.2. quæſt.25. art.9.* Sayrus *in Claui Regia lib.11. c.8.*
*num.11.* Mancin. *in pract.viſit. infirm. pract.7. dub.5. nu-*
*mer.7.* vbi dicit non bene agere aliquos confeſſarios
ſcrupulis pœnitentes affligendo, dum dicunt illos non
16 poſſe ſaluari niſi etiam coram Iudice actiones iniuria-
rum remittant, cùm hoc ſiquidem falſum ſit concordat
cum prædictis P.Diana *mor. p.5. tract.3. reſol.103.* con-
cludens abſolutè, & de rigore offenſum teneri quidem
ad remittendum odium, & rancorem, non autem ad re-
miſſionem iniuriarum; & loquitur in moribundo, qui
maximè tenetur ſe coniungere Deo per charitatem: ita
17 etiam tradit expreſsè Suarez *diſp.5.de Charitat.ſect.5. in*
*fin.* Coninch. *diſp. 14. dub.6. numer.103.* Lorca *ſect. 3.*
*diſp.25.num.5.* pulchrè Ioan. Sanchez *diſp.2. ſelect. nu-*
*mer.11.* vbi addit quoque licitum eſſe non ſolum coram
Iudice petere vindictam iniuriantis, & punitionem de-
bitam, ſed etiam à Deo, dummodo non excedas meri-
tum culpæ,quia petis opus virtutis, ſcilicet delinquentis
punitionem factam ab eo, qui poteſtatem habet pu-
niendi: ſic etiam perbellè R. P. Ferdinand. de Caſtro
18 Palao *mor.p.1.tract.6.de charitate,diſp.1.punct.6. num.9.*
*verſ.fateor,* vbi tradit, quòd ſi non ex affectu vindictæ,
ſed iuſtitiæ accuſationem inſtituas; vrgendus non es,
vt deſiſtas; neque ob id eſt tibi deneganda abſolutio, &
concludit hoc non eſſe contra præceptum, neque con-
19 tra conſilium Chriſti, ſi ratio boni adſit: concordat
Ioan Ægid.Trullench.*mor. p.1. c.6.dub.2. n.14.* vbi do-
cet ſine prauo affectu licere petere à Iudice, vt pœna
delinquenti infligatur, quam ex iuris diſpoſitione iuſtè
poteſt infligere. Ergo ſi offenſus poteſt hæc facere le-
gitimè,& ſine offenſa Dei, non eſt cogendus ad pacem
20 faciendam ſiue in ſcriptis, ſiue oretenus; ſed ſolùm ad
ad dimittendum odium, & rancorem, & obligandus eſt
ſolùm ad officia communia charitatis, non particularia;
nec ei deneganda eſt abſolutio, nec cogendus eſt, ſed
bene hortandus, & benignè monendus, vt etiam hunc
perfections actum adimpleat, remittendo amore Dei
actionem iniuriarum,& faciendo pacem etiã in ſcriptis;
vt proximo ſuo magis proſit,& beneficium faciat; hoc
enim gratiſſimum erit Deo, ſi alia ratione non expe-
diat Reipublicæ virum pernicioſum, & ſeditioſum, ac
ſceleſtum dignas luere pœnas; tunc enim expedit pacem
in ſcriptis non exhibere. Corrad.*in reſp.caſ.conſc.q.197.*
*verſ.ſi autem,*& cum prædictis concordat Molfeſ.*in ſum.*
*tract.11.c.6 n.36.*vbi vide.

21 Non eſt ergo arguendus de peccato mortali qui ſine
calumnia agit coram Iudice ad punitionem rei, quia li-
cita eſt accuſatio,non calumnioſa, ſi principalis intentio
accuſatoris ſit recta, licèt humana fragilitate alicuius
animus in affectum aliquem labatur, etenim vindicatio
auctoritate publica; & accuſatio eſt actus iuſtitiæ,& vir-
tutis,qui non eſt prohibitus: ſic notant *in c.accuſaſti,* vbi
gl. Innocent. Abb. Aret. & alij communiter, *de accuſ.*
22 *c. cùm miniſter 23. quæſt.5. c.ea vindicta 25.quæſt.4. c. ſi*
*quis contriſtatus.* vbi gl. *diſt.90.* gl.*in c.2.de homicid.in 6.*
D.Thom.& Caiet. *2. 2. q.68. art.1.* & *quæſt.108. art.1.*
*& 2.* Medin. *de contract. q. 29.* & pulchrè Couar. *var.*
*reſol.lib.2.cap.10.n.7.* vbi vide Ioan. Sanch.*d. diſp.2. nu-*
*mer.11.* Caſtr.Palaus *d.p.6. numer.9. ad fin.* Trullench.*d.*
*dub.2.n.14.*

Et in hoc concordant omnes Legiſtæ, & Canoniſtæ;
qui communiter tradunt offenſum teneri ſolùm ad di-
mittendum odium,& rancorem,non ad cedendum actio-
ni iniuriarum, & propterea ſatis apertè conſtat non eſ-
23 ſe remiſſum ius accuſandi, & iniuriam deferendi, vel
proſequendi apud Iudicem exteriorem, ex eo, quod in-
iuriam in animæ iudicio confeſſario ſimpliciter di-
miſerit, & condonauerit, niſi in forma ampla ceſſerit
etiam huic iuri, quia ea remiſſio ad odium, & rancorem
dimittendum pertinet, non ad ius accuſandi, *ex l. ſi do-* 24
*mus, de ſeruit.vrb.præd. d. c.accuſaſti,* vbi DD. *de accuſ.*
Bart.*in l.non ſolùm.§ iniuriarum, num.3. de iniur. & fam.*
*libell.* vbi Alex.pulchrè diſtinguit: idem Bart.*in l. ſi tibi,*
*§.quædam, n.3. de pact.* Bald.*in l.2. ad. Syllan.* vbi etiam
Rom. Abb.*in c.1.de maledic.* Iaſ.*in l.huiuſmodi, §. ædes,de*
*leg.1.* Felin. *in c.de his criminib.col. vlt. de accuſat.* benè
Couar.*var.reſol.lib.2.c.10. num.7.verſ.Tertium. & verſ.ſic*
*iniuriam,* latè Clar.*in pract.crim.§.fin. q.58. num.39.* vbi
reddit rationem,quia ex præcepto Euangelico quis non
tenetur remittere,niſi rancorem, & odium, Baiard. alios
allegat. Farin. *q.105.n.376.* benè etiam Maſcard. *de pro-*
*bat.concl.1165.n.26.* Card.Tuſch.*litt. P, concl.172.n.22.* 25
vbi de communi. Sebaſtian. Guazzin.*in tract.de pace,p.1.*
*q.9. num.55.* meliùs, & clariùs Odd. de *reſtit. in integr.*
*q.85 art.7.n.54.*

Et quamvis Bart.*in d.l.non ſolùm,§ iniuriarum,n.3.* vi-
deatur poſſe allegari in contrarium, dum dicit, quod
non teneor tibi remittere,ſi à me non petis: ergo ſi pe-
tis, remittere teneor, & ſic videtur, quòd teneamur re-
mittere actionem iniuriarum, ſi inimicus petat. Nam
reſpondetur ſenſum Bart. eò loci fuiſſe nos non teneri 26
remittere etiam rancorem, & odium; niſi hoc petatur,
vt *in verſ.Ego reperi*: & cum eo ſenſerunt Ioan. Anania
*in cap.1. num.13. de maledic.* Ant. Burg.*in c.1.col.pen. de*
*empt.& vendit.* exiſtimantes iniuriam paſſum non tene-
ri dimittere odium, & rancorem, niſi offendens veniam
petierit,ſed hoc falſum eſt, & Bart. circa hoc non pro-
batur; quia ex præcepto Euangelico tenemur dimittere
odium,& rancorem,etiamſi non petatur,ex D.Thom.2.
*2.q.25.art.9.* pulchrè Couar.*var.reſol.lib.2.c.10. ſub n.7.* 27
*in verſ. Tenetur,* ibi: *Hoc tamen falſum eſt.* Graff.*deciſ.aur.*
*p.1.lib.2.c.72.num.5.* vbi quod ſtatim homo tenetur re-
mittere rancorem. Laym.*d.c.4.n.2.* & omnes admittunt
contra Bartolum communiter non teneri remittere
odium, & rancorem, etiamſi non petatur; & oportet,
quod ſentiat offenſus à voluntate abeſſe ſua omninò
prauum affectum; benè verum eſt motum odij in parte
ſenſitiua ſine conſenſu voluntatis, non impedire abſo-
lutionem peccatorum, nec item inclinationem volunta- 28
tis ad odium ex recordatione iniuriæ ſi conſenſus deſit:
ita his verbis Reginald. *in prax. for.pœnit. vol.2. lib.17.*
*c.12.ſect.2.n.117.verſ.Aduerte.*

Non obſtat, quod dicitur: *Mihi vindictam,& ego re-*
*tribuam.* Nam reſpondetur, quod iudex eſt miniſter Dei; 29
& dum offenſus recurrit ad iudicem pro vindicando de-
licto,non ex odio,ſed ſecundum leges,& zelum iuſtitiæ,
non dicitur contrauenire præcepto Dei, quia vindicatio
eſt pars iuſtitiæ,& virtus appellatur,per quam vis,& in-
iuria,& quod ignominioſum eſt,vlciſcendo propulſatur;
& propterea ſicut punitio peccatorum ſecundum quod
pertinet ad publicam iuſtitiam,eſt actus iuſtitiæ commu-
tatiuæ, ſecundum autem quod pertinet ad immutatio-
nem alicuius perſonæ ſingularis, qua iniuria propulſa- 30
tur,pertinet ad virtutem vindicationis: ſic D. Thom. *in*
*ſum.2.2.q.108.art.2.* ad rem Nauar. *in Manual.c.14. ſub*
*n.25.* Regin.*d.lib.17.n.122.* & propterea huiuſmodi vin- 31
dicatio non eſt contra legem Dei,vt dixit Propheta *in*
*Pſalm.57.verſ.11.* in illis verbis: *Lætabitur iuſtus,cùm vi-*
*derit vindictam, manus ſuas lauabit in ſanguine peccato-*
*ris,* de quo Molfeſ.*in ſumm. tract.11.c.6.n.34.* Reginald. 32
*d.lib.17.n.120.* prohibita eſt enim vindicta, quæ propria
auctoritate ſumitur, non quæ auctoritate publica in- 33
fertur, ſi non ex odio, ſed zelo iuſtitiæ petatur. Molfeſ.
*d.c.6.n.34.*

Non obſtat etiam, quod teneamur oſtendere inimico
ſigna amoris,& beneuolentiæ, iuxta illud: *Benefacite illis,*
*qui oderunt vos.* Nam reſpondetur, hoc pertinere ad per- 34
fectionem charitatis, non ad neceſſitatem præcepti,
& propterea tenemur exhibere inimico ſigna,& benefi-
cia

cia dilectionis in communi, vt in oratione pro Populo,
& in iis, quæ ad plures ſe habere ſolent, ſecus in ſignis
particularibus, velut ſalutare inimicum, & eum hoſpi-
tio recipere, vel cibare, hæc enim inimicis exhibere
35 non eſt de neceſſitate ſalutis, niſi in caſu neceſſitatis, vel
ad vitandum ſcandalum, vel ratione iuſtitiæ, vt inter pa-
trem, & filium: ſic ex D.Thom. *in ſumm.2.2.q.25.art.9.*
Nauar. *d.cap.14.num.25.* Reginald. *d.lib.17.num.22.* pul-
chrè Molfeſ. *d.tract.11.cap.6.num.32.33.* perbellè etiam
Filiuc. *d.loco.tract.11.cap.1.num.18.19.* vbi hoc admittit,
dummodo odium internum deponatur. Benè etiam
Laym. *d.lib.2.tract.3.cap.4.num.2.* vbi declarat, quæ ſint
ſigna communia, & quæ particularia. Bonac. *d. diſp.3.*
*quæſt.4. p.3. num.3.* Graff. *d.cap.72.num.5.* Dian. *mor.p.1.*
*tract.15.reſol.62.*

Nec obſtat hæc procedere, & obſeruari poſſe erga
inimicum formaliter, & qui non ceſſat ab inimicitia, ſe-
cus verò eſſe in inimico pœnitente, veniam petente,
& parato in omnibus ſatisfacere, & exoptante ami-
36 cum fieri; huic enim etiam ſpecialia amoris ſigna exhi-
benda ſunt, & pax in ſcriptis concedenda, ex D.Thom.
*in 3. ſent. diſt.30 quæſt.1. art.2.* Beia *d. caſ.10.* Conrad.
*d. quæſt.197. verſ. reſpondetur.* vbi in terminis lo-
quitur.

Nam reſpondetur prædicta procedere etiam in inimi-
co veniam petente, & ſatisfactionem arbitrio boni viri
offerente, quia non tenemur acceptare quamcumque ſa-
tisfactionem, ſed depoſito odio, poſſumus poſtulare
eam, quæ legibus conceditur, etiamſi ſit vltimi ſuppli-
cij, praua ceſſante intentione, & ſic non tenemur remit-
37 tere actionem iniuriarum, vel pacem facere in ſcripis
inimico etiam veniam petenti, & ſatisfactionem offe-
renti, & in his terminis loquuntur Nauar. *lib.2. d.conſ.1.*
*de accuſ.* & *d. conſ.3. de pœnitent* vbi loquitur de inimico,
qui in die Paſchæ cum omni ſubmiſſione, & humilitate
veniam petebat, & erat paratus omnem pœnitentiam
ſubire: ſic etiam Graſſ. *d. c. 72. num. 4.* vbi loquitur
de inimicis veniam petentibus, & veraciter paratis
38 emendare. Bonacin. *d. punct.3. num.5. verſ. hinc ſequitur,*
vbi loquitur de inimico veniam petente, & ſatisfactio-
nem offerente. Caſtr. Palaus *d.diſp. 1. p.6. num.8.9.* vbi
loquitur de inimico veniam petente, & ſe offerente
pro debita ſatisfactione; apud quos alios videre licebit,
& eiuſdem ſententiæ ſunt omnes, qui Nauarrum ſe-
quuntur.

Animaduertendum tamen eſt, perſuadendum pœni-
tentibus offenſis, vt pacem faciant inimicis veniam pe-
tentibus, etiam in ſcriptis, oblata ſatisfactione, & deſi-
39 ſtant proſequi actiones iniuriarum, quia difficile eſt ha-
bere rectam intentionem, & non odio, ſed zelo iuſtitiæ
vindictam poſtulare, & ideo confeſſarij debent exami-
nare quo illi animo id faciant, nec illos abſoluere, ſi in-
ueniantur prauam intentionem habere. Benè verum eſt,
quod motus odij in parte ſenſitiua ſine conſenſu volun-
tatis non impedit abſolutionem: ſic pulchrè Reginald.
40 *d.lib 17.num.117.* Nauar. *d.conſ.3. n.5. de pœnit.* Laym. *d.*
*tract.3.c.4. ſub num.3. verſ. quamvis,* vbi tradit paucos re-
quiri, qui hæc ſincero animo tractant. Bonac. *d. punct.3.*
*num.5. verſ. hinc ſequitur, in fin.* Trullench *d. dub.3. n.14. in*
*fin.* Molfeſ. *d. tract.11. c.6. num.36.* vbi tamen ſubiungit,
quod ſi pœnitens diceret ſe id facere, non liuore vindi-
ctæ, ſed zelo iuſtitiæ, poteſt, & debet abſolui, quia Deus
reliquit modum puniendi prauos homines; debet enim
41 confeſſarius pœnitenti credere ſe habere bonam inten-
tionem, & ei poteſt dicere: *De ore tuo te iudico,* & in hac
materia vide Ioan. Sanch. *d. diſp.2. n.11.* qui te liberabit
à multis ſcrupulis, & probat multa videri aliquibus pec-
cata, quæ non ſunt.

Hoc autem apud omnes pro indubitato videtur ad-
mitti, nos nõ teneri ad ſigna particularia amoris pro ini-
mico, ſed ad ſolum rancorẽ dimittendum, ſi veniam non
petat, nec velit ſufficienter ſatisfacere. Nauar. *d. cap.14.*
*num.9.* & *num. 25. verſ. maximè quando,* Beia *dicto loco.*
Bonac. *d.n.5.* ſicut etiã quando offenſor eſſet homo peſ-
ſimæ naturæ, & valde inſolens, & aſſuetus facinora com-
mittere, qui magis punitione, quàm indulgentia egeat, 42
de quo offenſus timeat, ne ad nouas iniurias procedat,
vel quietem eius perturbet; & licèt veniam petat, id ta-
men faciat potius, vt ſe à carcere, vel à bando liberare
poſſit, quam vt quietè viuere velit, tunc enim zelo iu-
ſtitiæ, & illius emendationi expedit ei denegare pacem
in ſcriptis, vt iuſtitiæ rigorem in eum ſeueriùs Iudex ex- 43
plere poſſit, hoc modo enim licet inimicum vitioſum
odiſſe, non reſpectu naturæ, ſed vitij, vt ex D.Thom. *2.2.*
*quæſt.34. art.3.* dixit in verbis dictus Corrad. *d.quæſt.197.*
*verſ. ſi autem offenſor,* & *verſ. iterum replico.* Filiuc. *d.tract.*
*28. cap.1. num.24. in fin.* vbi quod hoc aliquando expe-
dit, alioquin Reſp. eſſet plena peruerſis hominibus. Caſtr.
Palaus, *d.tract.6. diſp.1. p.6. num.9. verſ. Adde ſæpe;* tunc
enim cum Propheta *in Pſal. 103.* poteſt dici: *Deficiant*
*peccatores à terra iſta, vt non ſint.* Laym. *d.lib.2.tract.3.c.4.*
*num.1.*

Conſulendi igitur ſunt offenſi, & hortandi, vt pacem
etiam in ſcriptis faciant, & iniurias remittant, & in foro
pœnitentiali tenentur remittere odium, & rancorem, &
exhibere ſigna communia amoris, ſed in foro externo
certum eſt, quod Iudex, ſeu Officialis non poteſt cogere
quemquam, vt iniuriam remittat, & pacem faciat; & ideò 44
Iudex debet ſuadere, non cogere ſubditos, vt pacem
faciant, licèt Princeps id aliquando perficere valeat ex
iuſta cauſa ob quietem Reip. ex Bald. *in l.1. §. quies, nu-*
*mer.2. ff. de off. Præfect. Vrb.* Marſil. *conſ.98. numer.6.8.*
Vulpel. *in tract. de pac. quæſt.3.* Clar. *§. fin. quæſt.58. n.41.*
vbi Baiard. *num.75.* latè. Farin. *quæſt.107. num.3. vſque ad*
*num.10.* vbi vide Guazzin. *in tract. de pace, p. 1. quæſt.7.*
*num. 1. 4. 8. 9.* qui alios allegant: non ſint ergo faciles
Confeſſarij ad denegandam abſolutionem iniuriam paſ-
ſis, ſi depoſuerint odium, & rancorem, iuxta tradita per 45
Caietan. *2.2. q 25. art.8.9.* Nauar. *de conſ.3. n.5. de pœnit.*
*& remiſſ.* & *d.c.14. n.23.*

Siquidem iniuriam paſſus habet communem opinio-
nem DD. pro ſuo ſenſu, vt non teneatur, niſi ad remit-
tendum odium, & rancorem: ſed dato etiam, quod non
eſſet communis, ſaltem eſt probabilis, & propterea pœ-
nitens eſt abſoluendus, etiamſi opinio confeſſarij ſit
probabilior, & illa, quam ſequitur pœnitens, ſit minùs
probabilis, & in damnum tertij, vt per Greg. Sayr. *in* 46
*Clau. Regia, lib.1. c.9. n.13. & ſeq.* ad rem vide Paſqualig.
*deciſ. mor.26. num.3. & deciſ.32. num.6.* vbi plurimos con-
gerit, & ſi confeſſarius ſequens opinionem probabilio-
rem denegat abſolutionem pœnitenti ſequenti opinio-
nem probabilem, peccat mortaliter. Suarez *de pœnit.*
*diſp.32. ſect.5.* quem ſequitur P. Marcell. Megal. *p.1. inſt.* 47
Peregr. *lib.1. c.3. num.2.* & *num.7.* Sayr. *dicto loco,* Sanchez
*in Decalog. lib.1. c.9. num.29.* adeò, vt etiam tempore 48
mortis liceat ſequi opinionem, minùs probabilem relicta
probabiliori. Ioan. Sanchez *in ſelect. diſp. de Sacram.*
*diſp.19. num.8.* latè Paſqualig. *deciſ. mor.27. num.1.2. &*
*per totam.* Ergo non eſt deneganda abſolutio moribun-
do, qui dimiſſo odio, & rancore non vult facere pacem
in ſcriptis, vel remittere actionem iniuriarum.

---

## CAPVT CCXXV.

### EPITOME.

Iuſpatronatus gentilitium tranſit in monaſte-
rium durante vita monachi, ſed monachus
præſentare non poteſt, quia id ſpectat ad
ſuperiorem cum Capituli conſenſu.





### SVMMARIVM.

1 *Patrono extincto, iuſpatronatus tranſit ad proximiorem.*
2 *Primogenito extincto, iuſpatronatus tranſit ad ſecundogenitum.*
3 *Abbas, & Superior non poteſt præſentare ſine conſenſu Capituli.*
4 *Iuſpatronatus tranſit in Monaſterium ex perſona monachi, ad quem ſpectat.*
5 *Monachus religionis capacis retinet iura ſuitatis, ſanguinis, & cognationis.*
6 *Monaſterium ſuccedit etiam in fideicommiſſis, & bonis prohibitis alienari durante vita monachi, cui competit.*
7 *Monaſterium ſuccedit etiam in maioratu, durante vita monachi.*
8 *Iuſpatronatus monachi tranſit in Monaſterium, durante vita ipſius.*
9 *Iuſpatronatus familiare extincto monacho reuertitur ad familiam.*
10 *Iuſpatronatus hæreditarium tranſit in Monaſterium irreuocabiliter, ſicut in extraneum.*
11 *Monachus transfert iuſpatronatus in Monaſterium, etiam in præiudicium ſucceſſorum.*
12 *Iuſpatronatus quando non tranſeat in Monaſterium.*
13 *Iuſpatronatus non tranſit in Monaſterium incapax ſucceſſionis.*
14 *Nouitius retinet iuſpatronatus, & ius præſentandi.*
15 *Monaſteria ſucceſſionis incapacia, ſunt Capuccini, & Minores de Obſeruantia.*
16 *Capuccini, & Minores ſunt incapaces ſucceſſionis.*
17 *Minores de Obſeruantia non poſſunt ita hæredes inſtitui, vt hæreditas vendatur, & eis diſtribuatur.*
18 *Minores de Obſeruantia ſunt capaces legatorum.*
19 *Societatis Ieſu domus profeſſa, & Diſcalceati Carmelitæ ſunt incapaces ſucceſſionis.*
20 *Moniales S. Claræ, & cuiuſcumque Ordinis ſunt capaces ſucceſſionis, & bonorum ſtabilium.*
21 *Moniales S. Claræ, & aliæ poſſunt habere annuos redditus.*
22 *Regulares omnes, exceptis Capuccinis, & Minoribus de Obſeruantia poſſunt habere bona ſtabilia in communi.*
23 *Mendicantes regulares qui poſſint capere ex teſtamento vel ab inteſtato.*
24 *Monachus non poteſt præſentare, ſed ſuperior cum Capituli conſenſu.*
25 *Præſentatio Abbatis ſine conſenſu Capituli eſt ipſo iure nulla.*
26 *Prælatus quando poſſit præſentare ſine conſenſu Capituli.*
27 *Bona fides excuſat, ne quis amittat, non vt acquirat.*
28 *Conſenſus requiſitus poteſt præſtari etiam poſt actum.*
29 *Ratificatio æquiparatur mandato.*
30 *Conſenſus non præſumitur.*
31 *Conuerſi & Nouitij non habent vocem in Capitulo.*
32 *Fratres tertij Ordinis habent proprium, & poſſunt præſentare.*
33 *Præſentare an poſſit Prælatus ſine conſilio monachi, cuius eſt iuſpatronatus.*
34 *Monachus non habet velle, nec nolle.*
35 *Monachus non poteſt egredi Monaſterium ſine licentia ſuperioris.*
36 *Monachus an poſſit præſentare procuratorio nomine.*
37 *Multa facta tenent quæ facienda prohiberentur.*
38 *Mandanti & non exequenti actus attribuitur.*
39 *Iuſpatronatus quando tranſeat in Monaſterium.*
40 *Iuſpatroatus annexum alicui rei an tranſeat in monaſterium.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

VSque de anno 1602. ſub die 24. Febr. D. Ioan. Ma-
ria Baratotius Regienſis fundauit vnum ſimplex
beneficium, ſub vocabulo S. Mariæ Angelorum, reſerua-
to iurepatronatu eius filio, durante eius vita, & ipſo
mortuo pro maiori natu ex deſcendentibus maſculis ip-
ſius, & nullis extantibus maſculis pro maiori natu ex 1
deſcendentibus Antonij Mariæ, & Bernardini eius fra-
trum, & mortuo R. D. Nicolao Baratotio vltimo Re-
ctore dicti Beneficij Fr. Auguſtinus Baratotius ordinis
S. Auguſtini ſolus ex deſcendentibus maſculis dicto-
rum fratrum fundatoris, ſtante defectu lineæ eius, cre-
didit ad ipſum ſpectare ius præſentandi, & propterea
Prior Monaſterij Sancti Auguſtini præſentauit M. R. D.
Canonicum Zanelettum filium D. Equitis Alberti, &
prætendentibus fœminis de Baratotiis præſentare, quæ-
ritur, quid de iure ſit reſpondendum.

Et ſanè prima facie videbatur dicendum, Monaſte-
rium prædictum nullum ius habere, quia non verſamur
in patronatu certæ rei, velut Caſtro annexum, quod ſo-
let tranſire cum re ipſa, ſed in iurepatronatus perſonali,
qui extincta perſona, cuius induſtriam elegit fundator,
ceſſat, & tranſit ad alium deſcendentem, vel collatera-
lem, extincto enim naturaliter, vel ciuiliter patrono,
extinguitur ius præſentandi, & tranſit in nominatum
verè, non per fictionem, ſicut eſt monaſterium: ita te-
net Bellam. *conſ.33.* quem ſequitur Tiraq. *de primog.*
*quæſt.10.* aſſerens, per monachationem, iuſpatronatus
tranſire in ſecundogenitum, & ſic in ſucceſſorem, &
cum eo concordat Ioan. Aloyſ. Ricc. *in prax. for. Eccl.* 2
*p.1. recol.208. num. 7.* vbi quæſtionem examinat, & ita
concludit.

Deinde dato etiam, quod dictum iuſpatronatus tran-
ſiſſet ad Monaſterium, adhuc dicendum videtur, præſen-
tationem fuiſſe nullam, & inualidam, vti factam à Prio-
re ſine conſilio, & conſenſu ſui Capituli, vtrumque enim
requiritur ad validandam præſentationem, per textum
*in c. nouit,* & *c. quantò,* & *c. ea noſcitur de his, quæ fiunt à* 3
*Prælat. ſine conſ. Capituli,* vbi DD. tradunt nullam eſſe
præſentationem Superioris aliter factam.

Sed nihilominus cenſui præſentationem eſſe validam,
& ſuſtinendam; ſiquidem monachus per profeſſionem
in religione capaci transfert omnia iura ſua in Mona-
ſterium, & quidquid acquirit ſiue tempore ingreſſus,
ſiue poſt, monaſterio acquirit, & monaſterium, median-
te perſona Monachi, ſucceſſiones eius, & acquiſitiones
capere poteſt, ad textum *in cap. in præſentia, de probat.*
*cap. ad Monaſterium, de ſtat. Monach.* & *in cap. quod Dei* 4
*timorem, eod. Auth. ingreſſi,* vbi DD. *C. de ſacroſ. Eccl.* &
*in §. illud, in Auth. de Monach.* latè Poſthius *conſil.23.*
*numer.30.31.* latè Sanchez *moral. lib.7. cap.12. numer.4.*
Molin. *de primog. Hiſp. lib.1. cap. 13. numer. 72.* Ricc.
*in prax part.2. reſol.114. in princ.* Burat. *deciſ.394. num.2.*
& *deciſ.733. num.6.* Pellizzar. *in Manual. Regul. tract.3.*
*c.4. n.58.*

Etenim Monachus, & regularis quicunque profeſſus
in Religione capaci bonorum immobilium, & mobi-
lium in communi, retinet iura ſuitatis, & agnationis, 5
& prioritatem gradus in proximitate, adeo vt tranſmit-
tat in Monaſterium iura ſuitatis, ſicut transferret ad
alios hæredes, & omnes qualitates, & prærogatiuas fi-
liorum, & cognationis, ac ſanguinis, vt probat textus *in*
*l. fin. § hoc autem,* vbi gl. *in verb. parentum,* Bald. *num.4.*
& communiter DD. *C. de Epiſc. & Cler.* Bald. *in auth. ſi*
*qua mulier, numer.20.* vbi etiam Bart. *num.5. C. de ſacroſ.*
*Eccleſ.* idem Bald. *in l. ſub conditione,* vbi etiam Ang.
Caſtr. & Alexand. *ff. de liber. & poſthum.* & *in cap. cum*
*in magiſtrum, numer.3. de elect.* latè Lap. *alleg.101.*
vbi eleganter Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gl.8. num.19.*
& *in l. ſi vnquam, in verb. ſuſcepi, num. 42. C. de reuo-*
*cand.*

cand. donat. & in tract. de nobilit. cap. 6. num. 30. & c. 26.
num. vlt Molin. d. c. 13. n. 73. 74. 75. Mantic. de coniect. vlt.
vol. lib. 8. tit. 12. n. 25. pulchrè Sanchez d. c. 12. n. 5. vbi
tradit, quod omnes DD. hoc tenent, nemine contradi-
cente: bene etiam Pellizzar. in Manual. Regular. tom. 1.
c. 4. n. 58.

Et propterea Monaſterium ex perſona Monachi po-
teſt ſuccedere etiam in bonis fideicommiſſo ſubiectis, &
alienari prohibitis, & in feudo, cui non ſit annexa iuriſ-
dictio, franco, & libero, durante tamen vita naturali ip-
ſius, quia eo defuncto, bona redeunt ad proximiores, &
6 legitimos ſucceſſores. Cyn. in Auth. ingreſſi, vbi Salyc.
num. 10. Iaſ. num. 47. & communiter DD. C. de ſacroſ.
Eccl. Abb. in c. in præſentia. n. 64. vbi Bero. num. 84. de
probat. Bald. in c. quæ in Eccleſiarum, n. 9. de conſtit. Clar.
§. feudum, quæſt. 78. verſ. quæ tamen opinio. Capyc. dec. 10.
num. 10. Molin. d. cap. 13. n. 76. 77. 78. latè Carol. de Ta-
pia in d. Auth. ingreſſi, c. 13. n. 49. Peregr. de fideicom. art.
28. n. 81. vbi quod durante vita monachi nemo diſcrepat.
Honded. conſ. 62. n. 15. & ſeqq. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 270.
n. 6. Maſtrill. deciſ. 65. n. 3. vbi alios allegat.

Et hoc adeò verum eſt, vt Monaſterium ex perſona
7 monachi ſuccedat etiam in maioratu durante vita natu-
rali, ſi non habeat annexam iuriſdictionem & ſit conſti-
tutus ex bonis patrimonialibus, & non reſiſtat voluntas
8 fundatoris, quia hîc agitur de ſola bonorum patrimo-
nialium ſucceſſione, & propterea Maioratus tranſit etiam
in Monachum, ſeu monaſterium ad vitam ipſius: ſic
Molin. d. c. 33. n. 95. Gamma dec. 6. n. 2. 3. 4. Peregr. conſ.
47. n. 4. vol. 1. Cald. de nomin. emph. q. 6. n. 14. latè San-
chez mor. lib. 7. cap. 15. num. 16. vbi multos alios allegat,
& Carol. de Tapia in d. Auth. ingreſſi, verb. ſua, cap. 16.
n. 9. C. de ſacroſ. Eccleſ. Maſtrill. dec. 153. n. 25. Caſtil. lib.
4. controu. cap. 12. num. 57. Lezzan. qq. regul. part. 2. c. 19.
num. 8.

Ideò non eſt mirum, ſi etiam iuſpatronatus, quod iure
ſingulari, ſeu perſonali competit monacho ante mona-
chatum, ſiue quia ſit maior natu, ſiue primogenitus,
ſiue hæres, poſt profeſſionem tranſeat in monaſterium
durante vita ipſius, gl. in c. beneficium, verb. conferendum,
in add. vbi Ioann. And. de Dominic. num. 6. Franc. num. 3.
de Regular. in 6. pulchrè Lambert. in tract. de iurepatr.
lib. 2. part. 1. quæſt. 2. art. 11. num. 20. Add. ad Gamm.
deciſ. 6. num. 2. Manuel qq. regul. tom. 2. quæſt. 122. art. 2.
pulchrè Sanchez. mor. lib. 7. cap. 14. n. 2. 6. Viuian. in tract.
9 de iurepatr. p. 1. lib. 4. c. 2. n. 63. 64. vbi quod iuſpatronatus
gentilitium, & familiare, ſeu perſonale, extincto mona-
cho extinguitur, & tranſit ad alium ſucceſſorem: ſic
etiam Lezzan. qq. reg. p. 2. cap. 11. n. 11.

Benè verum eſt, quod ſi iuſpatronatus eſſet hæredi-
tarium, tunc liberè tranſiret ad monaſterium, & apud il-
10 lud remaneret etiam poſt mortem monachi, quia
tranſit cum vniuerſitate bonorum ad quemcumque
tranſeunt bona, etiamſi ſit extraneus. Gloſſa in l. ſi ope-
rarum, in verb. dandam, ff. de oper. libert. & gl. in Clem.
fin. verb. hæredes, de iurepatr. Iaſ. in l. venia, num. 2. vbi
etiam Dec. num. 2. C. de in ius voc. Couar. reſol. libro 2.
cap. 18. num. 6. Lambert. de iurepatr. p. 2. lib. 1. quæſt. 2.
art. 1. numero 15. & numero 23. Molin. de Primog. Hiſp.
lib. 1. cap. 23. numero 7. Sanchez. d. cap. 14. numero 2.
6. Monet. de commut. vlt. vol. cap. 11. numero 134. & ſeqq.
Viuian. d. cap. 2. num. 63. vbi benè loquitur in mona-
cho facto ob profeſſionem, vt iuſpatronatus illius tranſ-
eat ad monaſterium etiam in præiudicium legitimorum
ſucceſſorum. Lezzan. d. c. 11. n. 11. Viuian. d. cap. 2. n. 64.
vbi quod ſi monachus moriatur, monaſterium ſtabit
loco hæredis, & habebit iuſpatronatus: ſed in caſu
11 noſtro, cùm iuſpatronatus ſit gentilitium, ſatis erit, ſi
durante vita monachi remaneat penes monaſterium, ad
tradita per Sanchez d. c. 14. numero 6. Viuian. d. c. 2. nume-
ro 64.

Ex prædictis ſatis conſtat, vera non eſſe tradita per
Bellam. conſ. 33. & Tiraq. de iur. primog. q. 3. n. 11. dicentes
iuſpatronatus pertinens ad primogenitum tranſire ad
ſecundogenitum, ſi ille profeſſionem in religione
emittat; quia hoc erat meliùs probandum, ſiquidem
verius eſt tranſire in monaſterium durante vita mona-
chi, niſi ex fundatoris diſpoſitione non poſſet tranſire
in monaſterium, vel eſſet annexum maioratui, cuius
natura erat vel ratione iuriſdictionis vel alio reſpectu,
ne poſſet ad monaſterium tranſire, vel procedit in mo- 12
naſterio incapaci bonorum etiam in communi, vt ex
omnibus DD. ſuprà allegatis probatur, & in ſpecie ex
Manuel. qq. regul. tom. 2. quæſtione 122. art. 2. pulchrè
Sanchez mor. lib. 7. c. 14. num. 3. vbi vide, & propterea
Ricc. non fecit benè ſequendo Bellam. & Tiraq. &
oportebat eum reſpondere argumentis per illum in
contrarium adductis, quæ conuincunt aduerſarios de
mendacio.

Et ſanè oportet prædicta intelligere de monaſterio
incapaci omnino bonorum etiam in communi, tunc
enim iuſpatronatus non tranſit in monaſterium, ſed fa-
cta profeſſione monachi, pertinet ad alium vocatum &
legitimum ſucceſſorem, Manuel. d. q. 122 art. 2. Sanchez 13
d. c. 14. num. 5. Lezzan. d. cap. 11. num. 11. Pellizzar. d. c. 4.
n. 59.

Benè verum eſt, quod ſi monachus adhuc eſſet No-
uitius non emiſſa profeſſione, ſiue monaſterium ſit ca-
pax, ſiue non, tunc adhuc retineret iuſpatronatus, ſi-
cut cætera bona, & poſſet ipſe præſentare etiam ſine 14
conſenſu Superioris, quia quoad bona adhuc cen-
ſetur ſicut laicus, gl. in d. c. beneficium, verb. conferen-
dum, in fin. de regular. in 6. Syluester in verb. reli-
gio 5. quæſtione 11. Sanchez d. c. 14. num. 14. 22. Lezzan.
d. c. 11. n. 12.

Monaſteria autem ſucceſſionis incapacia ſunt religio
Capuccinorum, & Minorum de Obſeruantia, hi enim 15
etiam in communi ſunt incapaces, per textum in Clem.
exiuit, §. cum enim, de verb. ſignif. Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 3.
de Regular. Cord. in regula S. Franc. c. 6. q. 11. punct. 1. Fr.
Emanuel tom. 2. q. 78. art. 2. Rota apud Tambur. de iur.
Abbatiſſ. & monial. deciſ. 121. num. 1. 2. pulchrè, & latè
Sanchez mor. p. 2. lib. 7. c. 25. num. 4. 5. vbi probat, hos
Minores de Obſeruantia, & Capuccinos eſſe incapaces
ſucceſſionis hæreditariæ, ſiue ex teſtamento, ſiue ab in-
teſtato, etiam per fideicommiſſum vniuerſale, & bene 16
ſequitur Barboſ. ad Conc. Trid. d. ſeſſ. 25. c. 3. num. 2. 3.
vbi quod nec ita poſſunt hæredes inſtitui, vt hæreditas
vendatur, & pretium conuertatur in vſum illorum neceſ-
ſarium; hæc enim inſtitutio eſt inualida, etiamſi eo- 17
rum Eccleſia fuiſſet hæres inſtituta: ad rem Lezzan.
qq. regul. p. 2. c. 19. num. 1. non tamen eis prohibetur re-
cipere legata, namque legatorum ſunt capaces, ſiue in 18
communi, ſiue in particulari, ad textum in c. exiit,
§. ad hæc, de verb. ſign. in 6. Sanchez d. lib. 7. c. 26. nume-
re 9. 10.

Similiter ſunt incapaces ſucceſſionis hæreditariæ re-
ligioſi domus profeſſæ Societatis Ieſu, non tamen Col-
legia eorum, ſicut etiam incapaces ſunt etiam in com- 19
muni Fratres Diſcalceati Carmelitæ Hiſpaniæ, vt apud
Lezzan. qq. reg. p. 2. c. 19. numero 1. & Sanchez. mor. p. 2.
lib. 6. c. 18. n. 11. Barboſ. ad Conc. Trid. ſeſſ. 25. d. c. 3 n. 8. qui
duo vltimi loquuntur ſolum de domo profeſſa Societa-
tis Ieſu.

Animaduertendũ eſt, quod licet Fratres de Obſeruan-
tia Minores ſint incapaces ſucceſſionis hæreditariæ, non
tamen moniales S. Claræ, licèt eiuſdem ſint ordinis, ſunt
incapaces, non obſtante earum Regula tam prima, quàm
ſecunda, ſtante Conc. Tridentino, quod omnibus monia-
libus permittit habere bona in communi; ſæpe enim re-
ſolutum fuit à S. Congr. Concilij, omnes moniales poſſe
in communi poſſidere bona ſtabilia, & eſſe capaces lega-
torum, & ſucceſſionum: ſic ex Mirand. in manual. Prælat. 20
tit. de ſacr. monial. quæſt. 9. art. 3. in Conc. & Eman. Roder.
qq. reg.



qq. reg tom. 3. q. 29. art. 14. & Hier. Roderic. qq. reg. re-
ſol. 110. n. 15. Sell. in ſelect. Canonic. c. 16. n. 3. vbi refert
ita deciſum à S. Congr. Epiſcop. in Parmenſ. 16. Ianu.
1596. & ita etiam fuiſſe deciſum in monialibus S. Cla-
ræ refert Armendar. in addit. ad recopil. legum Na-
uarræ, fol. 158 num. 3. ſic docet etiam Tamburin. de iur.
Abbatiſſ. & monial. diſp. 8. q. 9. num. 1. 2. Barboſ. in Conc.
Trid. ſeſſ. 35. c. 3. n. 6. de Regularibus, latè, & pulchrè
Sanchez mor. lib. 7. c. 12. n. 2. verſ. cæterùm abſque dubio:
vbi multa allegat etiam pro monialibus S. Claræ pri-
21 mæ regulæ, vt ſint capaces in communi, & in particu-
lari cum licentia Superiorum; etenim etiam moniales
S. Claræ primæ regulæ poſſunt habere prouentus, &
redditus annuos pro ſuis neceſſitatibus, & piis cauſis,
ad inſtar aliarum monialium de licentia ſuperioris. Tam-
burin. d. q. 9. n. 1. in fin. vbi alios allegat.

Similiter omnes alij regulares ſunt capaces ſucceſ-
ſionis hæreditariæ, & poſſunt in communi poſſidere ſta-
22 bilia, etiamſi ſint de ordine Mendicantium, quia Con-
cilium Tridentinum ſeſſ. 24. c. 3. de Regular. id omni-
bus concedit, exceptis Capuccinis, & Minoribus de
Obſeruantia, ideò quicunque non ſunt Capuccini, &
Minores de Obſeruantia, poſſunt frui bonis ſtabilibus,
& ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato, ad rem
Burſat. conſ. 60. n. 21. lib. 1. Honded. conſ. 60. n. 5. 6. &
conſ. 62. n. 2 & conſ. 76. n. 9. lib. 2. Pellizar. in Manual. Reg.
tom. 1. tract. 1. c. 3. n. 1. Caualc. deciſ. 1. n. 51. & deciſ. 18.
n. 52. p. 3. Sanchez d. lib. 7. c. 12. n. 2. ad fin. Lezzan. d. c.
23 19. n. 1. & ideò erunt etiam capacia iuſpatronatus, & ſuc-
ceſſionis illius: ita Lezzan. d. c. 19. num. 11. vbi alios
allegat.

Benè verum eſt, quando iuſpatronatus ſpectat ad mo-
naſterium, ſiue ad collegium, tunc monachus, ex cuius
perſona illud tranſlatum eſt in religionem, non poterit
præſentare, quia non habet nec velle, nec nolle, nec
24 etiam ſolus ſuperior præſentare poterit, quia requiritur
conſenſus Capituli, ſeu maioris, & ſanioris partis, aliàs
præſentatio eſt nulla, ex d. c. nouit, c. quanto, & c. noſci-
tur, vbi DD. de his, quæ fiunt à Præl. ſine conſenſ. Capit.
latè Lambert de iurepatr. lib. 2. p. 1. q. 2. princ. art. 11. n. 20.
& art. 12. n. 6. 7. pulchrè Sanchez mor p. 2. lib. 7. c. 14. n. 7.
25 8. vbi alios congerit, & probat præſentationem aliter
factam eſſe ipſo iure nullam: ſic etiam Seraph. dec. 1328.
n. 1 & deciſ. 1361. n. 4. Viuian. de iurepatr. p. 2. lib. 5.
c. 3. n. 23. 24. Lezzan. qq. reg par. 2. q. 11. n. 14. Niſi Præla-
26 tus haberet conſuetudinem, vel priuilegium, vt ſolus
præſentare poſſet, quia tunc præſentatio valeret ſine
conſenſu capituli, d. c. noſcitur, & Lambert. d. art. 12.
n. 7. Lezzan. d. q. 11. n. 14. Sanchez d. c. 14. n. 7. aliàs in-
27 ualida eſt, etiamſi eſſet facta bona fide, quia bona fides
excuſat tantum, vt quis non amittat, non vt quis ac-
quirat. Seraph. d. deciſ. 136. n. 5.

Sed hoc non obſtat in caſu noſtro, quia capitulum
ratificauit præſentationem factam à ſuo Priori, & con-
ſenſum præſtitit in termino ad præſentandum conceſſo,
& propterea validata eſt præſentatio à Superiore facta
ſine conſenſu Capituli, quia quando conſenſus de-
bet præſtari non vt authoritas, vel vt ſolemnitas, ſed vt
ſimplex conſenſus, tunc licèt actus ſit nullus ab initio
28 ob defectum conſenſus alicuius, quandocunque illud
interueniat, ſemper conualidatur actus, vt probatur in
cap. contingit, de tranſaction. cap. 2. de his, quæ fiunt à
Prælat. capit. circa, de iurepatr. & in l. ſi quis mihi, §. iuſſu,
ff. de acquir. hær. l. licet, vbi DD. communiter, de iudic.
Bald. conſ. 282. in fin. lib. 1. pulchrè Caſtr. conſ. 406.
num. 5. verſ. ſextò quæritur, lib. 1. vbi in terminis loquitur
idem Caſtr. conſ. 289. n. ſecundo, verſ. & quando actus,
29 libr. 2. vbi teſtatur de communi; etenim ratificatio man-
dato comparatur, & retrotrahitur, ad textum in l. fin.
C. ad Macedon. ideò nihil aliud eſt quærendum, & de
conſenſu Capituli non eſt dubitandum; de quo ſi non
conſtaret, vtique probandus eſſet, quia parte oppo-
nente non præſumitur, ex Lambert. de iurepatron. 1. p. 30
lib. 2. quæſt. 2. princ. art. 12. n. 14.

Animaduertendum eſt autem, quod in præſtando
huiuſmodi conſenſu, non habent votum conuerſi, qui
laici ſolent appellari, neque Nouitij non profeſſi, ſed
tantùm illi, qui profeſſionem emiſerunt, ad quos ſo- 31
los etiam ſpectat ius præſentandi, vt per Abb. in c. 1. in
fin. de procur. quem ſequitur Viuianus de iurepatron.
p. 2. lib. 5. cap. 3. n. 28. 29. vbi etiam dicit idem procedere
in monialibus, vt quæ in præmiſſis diximus de regulari-
bus, procedant etiam in monialibus.

Diuerſum eſt in illis Fratribus laicis Tertij Ordinis S.
Franciſci de Pœnitentia, qui non ſunt propriè religioſi;
ſi enim habeant iuſpatronatus, poſſunt præſentare abſ- 32
que conſenſu Superioris, quia habent proprium, & ſibi
acquirere poſſunt: ſic Lambertin. de iurep. lib. 2. p. 1.
q. 2. princ. art. 11. n. 20. verſ. vnde dicunt.

Sicut etiam notandum eſt, quod licet Prælatus poſſit
præſentare cum conſenſu Capituli irrequiſito etiam il-
lo monacho, cuius perſona mediante iuſpatronatus eſt
tranſlatum in Monaſterium, tamen ſecundùm decen-
tiam, & æquitatem debet præſentare de conſilio talis 33
religioſi, vt tradit Lezzan. qq. reg. p. 2. c. 11. n. 11. verſ.
ſi verò.

Verùm ſi Monachus non ſuo nomine, neque mona-
ſterij præſentare debeat, ſed alieno, velut ſi conſtitua-
tur procurator ad præſentandum, dubium eſt, an id fa-
cere poſſit ſine conſenſu Superioris, & ſi aliter fiat, an
valida ſit præſentatio, quia monachus non habet velle,
nec nolle, c. non dicatis 12. q. 1. & non poteſt egredi mo- 34
naſterium ſine licentia Abbatis, ad faciendam præſen-
tationem coram Epiſcopo, c. cùm Bertoldus, de re iud.
& propterea hoc ſub dubio relinquit Lambertin. de 35
iurepatr. lib. 2. p. 1. q. 2. princ. art. 11. negatiuè tenet Vi-
uian. de iurep. p. 2. lib. 5. c. 3. n. 25. 26.

Verumtamen exiſtimo verius eſſe, quod valeat præ-
ſentatio, quia licet non poſſit egredi monaſterium ſine
licentia ſuperioris, tamen ſi de facto egrediatur, licèt
malè faciat, non tamen præſentatio per eum facta no-
mine alieno eſt inualida; etenim qui non poteſt præ- 36
ſentare nomine proprio, vel aliquid facere, vt ſeruus, &
filiusfamilias, tamen ſi nomine alieno, & procuratorio
id faciat, actus eſt validus, & ſic dicendum eſt de præ-
ſentatione facta à monacho, procuratorio nomine, vt
valida ſit, ſic probatur ex l. ita tamen, §. geſſiſſe, ff. de ad-
miniſtr. tut. l. alienam, Codic. de procur. l. cùm non ſolùm,
Codic. de bon. quæ liber. l. 1. ff. de procur. cap. cùm I. & A. de
re iud. capit. olim. de accuſat. cap. conſulti, de procur. capit.
mulieres, in fin. de ſentent. excommunicat. cap. conſuetudo,
in fin. 16. quæſt. prima, cap. non iniuſtè, & cap. qui gene-
raliter, de procurat. & ſic tenuit Paul. de Eleaz. de quo
meminit Lambert. d. artic. vndecimo, & poſtea pulchrè
ſic docet Sanchez mor. p. 2. lib. 7. c. 14. n. 11. 12. vbi addit
rationes, & benè etiam Lezzan. d. c. 11. num. 16. vbi eaſ-
dem ferè rationes adducit, & probat, quod licet talis
præſentatio facta ſine conſenſu Superioris ſit illicita, eſt
tamen valida.

Et iure merito, quia nullo iure irritatur, vnde in-
trat regula, quod multa facta tenent, quæ ſi facienda 37
eſſent, fortè non permitterentur, ſic ex l. patre furioſo,
ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. filius, §. veterani,
& l. ita demùm, de procur. cap. ad Apoſtolicam, de regu-
larib. c. pia, de except. in 6. & not. in c. 1. vbi gl. in verb.
intelligis, de iudic. in 6. & actus attribuitur mandanti, 38
non exequenti, d. l. ita tamen, §. geſſiſſe, & l. item eorum,
§. ſi decuriones, ff. quod cuiuſque vniuerſ. cap. cum aliqui-
bus, de reſcript. in 6. vnde cùm hæc præſentatio non
attribuatur monacho nomine procuratorio agenti,
ſed mandanti, nulla eſt ratio, quæ ſuadeat eius nulli-
tatem.

Concludendum eſt igitur, dictum iuſpatronatus tran-
ſiſſe in Monaſterium Sancti Auguſtini, durãte vita dicti 39

Monachi. Sanchez *d. cap.* 14. *num.* 6. Viuian. *de iurepat. p.* 1. *libr.* 4. *cap.* 2. *num.* 64. Lezzan. *dict. cap.* 19. *n.* 23.
benè verum eſt, quod ſi iuſpatronatus eſſet annexum
40 alicui rei, velut Caſtro, vel iuriſdictioni aut feudo, tunc
illud tranſiret in perſonam, ad quam res illa transferenda eſt, pro capacitate capientis; ita, vt ſi Caſtrum poſſet tranſire ad Monaſterium, cum eo etiam tranſiret iuſpatronatus, alioquin ad legitimum ſucceſſorem, quia acceſſorium ſequitur naturam principalis. Sanchez *d. cap.* 14. *n.* 6. Lezzan. *d. cap.* 19. *n.* 21.

Et ſic præſentatio dicti Prioris fuit admiſſa, & habuit effectum, & qui prætendebant, acquieuerunt.

---

# CAPVT CCXXVI.

## EPITOME.

Verum mortuus ex cauſa peſtis, dicatur periiſſe naturaliter, vel violenter, adeò vt per talem mortem venerit caſus diſpoſitionis de morte violenta loquentis.

## SVMMARIVM.

1 *Mors naturalis, & mors violenta quæ dicatur ſecundum Ariſtotelem.*
2 *Peſtis extrinſecùs aduenit, & habet principium extrinſecum.*
3 *Peſtis eſt venenum, & ſicut fera multos miſerè perdit.*
4 *Veneno moriens, dicitur violenter mori.*
5 *Mors dicitur violentior quæ cauſatur veneno, quàm ferro.*
6 *Peſtis dicitur caſus fortuitus, inſolitus & violentus.*
7 *Mors violenta dicitur, cui humanæ vires reſiſtere non poſſunt.*
8 *Peritis in arte ſtandum eſt.*
9 *Peritus etiam vnicus probat.*
10 *Verba contrahentium ſunt intelligenda ſecundùm communem vſum loquendi.*
11 *Vſus loquendi communis attenditur in contractibus & legatis.*
12 *Mors naturalis, & violenta intelligitur ſecundum communem vſum loquendi.*
13 *Vſus communis loquendi eſt probandus.*
14 *Communis vſus loquendi notorius non eſt probandus.*
15 *Notorium an aliquid ſit, iudex poteſt ſe informare.*
16 *Mors naturalis ſecundùm Philoſophos eſt, quæ fit intrinſecus ſine aduentitia paſſione.*
17 *Mors violenta ſecundum Philoſophos eſt quæcumque cauſatur à nocumento extrinſeco.*
18 *Mors illa tamen dicitur naturalis, quæ cauſatur ex ſenio.*
19 *Mors eſt corruptio mixti, ſeu compoſiti.*
20 *Corruptio fit ſemper ab ambiente.*
21 *Febris quid ſit, & vnde veniat.*
22 *Mors naturalis dicitur quotieſcumque anima ſeparatur à corpore.*
23 *Mors naturalis dicitur, quæ prouenit à nocumento externo ſine miniſterio hominis.*
24 *Mors cauſata peſte dicitur naturalis.*
25 *Naturalis mors quot modis dicatur.*
26 *Mori ſua morte quis dicatur.*
27 *Mors ex cauſa febris dicitur naturalis.*
28 *Epidimia eſt morbus, & regina infirmitatum.*
29 *Infirmitas & morbus, quomodo definiatur.*
30 *Peſtis vnde proueniat.*
31 *Mors violenta quæ dicatur ſecundum Legiſtas.*
32 *Violentia quælibet dicitur iniuria perſonalis.*
33 *Violentia vt dicatur quot requirantur.*
34 *Violentia non dicitur, niſi fiat ab agente libero iniurioſè.*
35 *Iniuriam non dicuntur facere bruta, vel res inſenſatæ.*
36 *Verba contrahentium intelliguntur contra eum, qui clariùs ſibi legem dicere potuit.*
37 *Violenta mors dicitur, quæ iniurioſè homini ab homine infertur.*
38 *Mors violenta an dicatur, ſi quis per manus iuſtitiæ interficiatur.*
39 *Mors D. N. I. C. an fuerit violenta.*
40 *Iudici, qui notoriè procedit iniuſtè, licet reſiſtere, & quare.*
41 *Mortuus à tegula mota à vento an dicatur mortuus violenter.*
42 *Mortuus in flumine natando an dicatur mortuus naturaliter.*
43 *Homo naturaliter refugit mortem, & corporis nocumenta.*
44 *Mors omnium terribilium terribiliſſimum.*
45 *Clericum percutiens ſine animo iniuriandi, non incurrit excommunicationem.*
46 *Verba propriè ſunt intelligenda.*
47 *Peſtis causâ an dicatur mors naturalis, vel violenta.*
48 *Mors tam naturalis, quàm violenta dicitur prouenire ex iudicio & diſpoſitione Dei.*
49 *Mors ſiue naturalis, ſiue violenta, dicitur caſus fortuitus.*
50 *Violentum aliud naturæ, aliud hominis, & peſtis prouenit à natura.*
51 *Veneno quis poteſt dupliciter mori, vel propinato, vel ingenito.*
52 *Contrahentes cenſentur voluiſſe quod veriſimilius eſt.*
53 *Mors violenta, quare excipiatur in contractibus ad lucrum.*
54 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*
55 *Obſeruantia declarat, quid contrahentes voluerint, & intellexerint.*
56 *Obſeruantia in ſoluendo declarat quid erat ſoluendum.*
57 *Obſeruantia interpretatiua non requirit præſcriptionem.*
58 *Debitor eſt manutenendus in quaſi poſſeſſione ſoluendi quod erat ſolitus ſoluere, & non vltra cogendus eſt.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1622. die 9. Nouembris Illuſtres DD. Bellerofontes, & Siſſoſter de Caſtaldis, Mutinenſes vendiderunt Illuſtriſſ. Domin. Petro Ioanni Igonio Campſori Mutinenſi vnum prædium cum ſuis ædificiis ſitum in villa Magnani bubulcarum 53. pro pretio ſcutorum 300. monetæ Romanæ, ſoluendorum quotannis dictis fratribus eorum vita durante, & caſu quo alter eorum decederet, tunc emptor teneatur tantùm ſoluere ſcuta 150. ſuperſtiti, donec vixerit; cum pacto tamen ſolemniter ſtipulato, quod ſi aliquis ex dictis fratribus ex hac vita migraret violenta morte, quod Deus auertat, altero eorum ſuperuiuente, tunc emptor teneatur per ſe, & hæredes ſuos ſoluere annuatim fratri ſuperuiuenti ſcuta 200. dictæ monetæ, eius vita durante, vt ex inſtrumento rogato per D. Franciſcum Bazzalium.

Hoc ſtante de anno 1630. graſſante peſte in Ciuitate
Mutinæ dictus Dominus Siſſoſter diem clauſit extre-
mum ex cauſa morbi epidimiæ in lecto ſuo, vt aſſeritur,
& nihilominus vſque ad annum 1648. dictus emptor 1
ſoluit dicto Domino Bellorofonti ſuperſtiti annuatim ſcuta centum quinquaginta ad formam pacti, quaſi dictus Dominus Siſſoſter morte naturali, non violenta fuerit defunctus, ſed nunc prætendente dicto Domino Bellorofonte integra ſcuta ducenta non ſolum pro annis futuris, ſed etiam præteritis, vertitur in dubium, an venerit caſus dicti pacti, vt dictus D. Siſſoſter violenter dicatur mortuus, eo quod perierit morbo peſtilentiali. Quæritur quid iuris.





Et ſanè prima facie videbatur dicendum veniſſe caſum pacti prædicti, quia certum eſſe videtur peſte infectum decedere morte violenta, quia violenta mors dicitur, quoties illa prouenit ex nocumento extrinſeco; naturalis verò, quando vis morbi eſt in ipſo animali, & intrinſecus cauſatur, ex Ariſt. *in libr. de iuuentut. & ſenect. vit. & mort. cap.* 4. & *cap.* 14. Bald. *conſ.* 8. *num.* 3. *libr.* 4. & Rot. Romana *in vna Romana ſocietatis,* 16. *Aprilis* 1612. *coram Sacrato*, apud Farinac. *deciſ. crim.* 368. *num.* 2. 3. & apud Marcheſ. *de commiſſ. tomo primo, part. prima, §. ſecundo, fol.* 907. Apud Zacchiam *in tract. de ſociet. offic. deciſ.* 54. *n.* 4.

Peſtis enim extrinſecùs aduenit, & habet principium
2 extrinſecum, vt apud Ioann. Cald. *in c. veſtra, ſub num. quinto, de contract. cler.* & Fernel. *de abdit. rer. cauſ. lib.* 2. *cap.* 12. Hippocr. *in lib.* 6. *de flat. b. & feb. de peſte c.* 3. & ait Ludou. Mercat. *in tract. de morb. q.* 176. *num.* 30. *fol.* 600. & Zacch. *qq. medicolegal. de morb tit.* 4 *ferè per totum.*

Secundò idem probatur, quia peſtis eſt venenum, &
fera venenata, quæ multos miſerè perdit, dum homi-
3 nes attrahunt aërem ſic peſte venenatum, vt ait Galen.
Medicorum Princeps *de theriaca libr.* 16. & Fernelius *d. c.*
12. & Rip. *de remed. ad curand. peſt. num.* 1. ſequitur
quod mors ab ea proueniens ſit violenta, quia veneno
4 moriens dicitur violenter obire, *§. eadem lege, Inſt. de*
*public. iud. l.* 1. *ad l. Cornel. de ſicar.* adeò vt violentior dica-
5 tur mors veneno, quàm ferro inflicta, *l.* 1. *C. de malef.*
*& mathem.* & tamen qui ferro occiditur, dicitur mori
contra naturam. Bald. *in l.* 1. *C. quibus mod. feud. amitt.*

Tertiò non tranſeundo per mendicata ſuffragia mor-
tem ex peſte prouenientem eſſe caſum fortuitum, vio-
6 lentum, & inſolitum, & dici mortem violentam, in ver-
bis dixit Bald. *in l. licèt, num.* 5. *C. locat.* Hieron. Preui-
del. *in tract. de peſte, tit. de contract. cap.* 3. Virgin. Boc-
cat. *de contract. & ſoc. off. num.* 113. mors enim violenta
7 dicitur cui humanæ vires reſiſtere non poſſunt, & talis
eſt peſtis, ſecundum Rip. *in prælud. de peſte, numero* 7. 8.
Altograd. *conſ.* 69. *num.* 19 Ergo ſine dubio mors dicitur
violenta.

Nec dubitandum eſſe videtur, quin dictus Caſtaldus
ſit mortuus ex peſte, tamen quia Medicus peritus, qui
8 eius curæ præfuit, hoc dicit, ei credendum eſt, quia
ſtandum eſt peritis in arte, *l. ſeptimo menſe, ff.*
*de ſtat. hom. l. ſemel, C. de re milit. lib.* 12. Ludouiſ. *de-*
*ciſ.* 125. *num.* 9. Rot. apud Zacch. *deciſ.* 79. *num.* 6. adeò, vt
9 etiamſi ſit vnicus, adhuc ſatis fidem faciat. Bald. *conſ.*
136. *n.* 4. *verſ. Reſp. lib.* 2. Cypriac. *contr.* 394. *n.* 20.

His tamen non obſtantibus cenſeo mortem prædictam non poſſe dici violentam ſecundum regulas legiſtarum, & ſecundum communem vſum loquendi, & contrahentes de ea nullo modo intellexiſſe, ſed fuiſſe naturalem, & cauſatam ex infirmitate, & morbo, qui etiamſi eſſet peſtilentialis, tamen quia ſine facto hominis, & violentia humana aduenit, de qua contrahentes veriſimiliter ſenſerunt, ſecundum legiſtas, & ſecundum communem modum loquendi violenta dici non poteſt; vulgò enim mors violenta dicitur, quæ ferro infligitur, & naturalis, quæ ex infirmitate cauſatur; verba enim contrahentium, & negotiantium non debent intelligi philoſophicè, vel ſophiſticè, ſed moraliter, & legaliter, & quod magis eſt, ſecundum communem vſum loquendi, vel Legiſtarum, vel Populi; hic enim in verborum interpretatione præcipuè eſt attendendus, quia communis vſus loquendi præualet etiam
10 verborum proprietati: ſic *ex l. anniculus amittitur*, &
*lege in vſu, ff. de verborum ſignif. lege cùm de lanionis, §. aſinam, ff. de fund. inſtruct. & inſtrum. leg.* gl. *in lege librorum, §. quod tamen, de leg.* 3. Roland. *conſil.* 43. *num.* 29 *lib.* 4. Surd. *deciſ.* 327. *num.* 2. *verſ. eandem.* Maſtrill. *deciſ.* 139. *n.* 20. *par.* 3. dicens in contractibus, & legatis, & ſimilibus attendendum eſſe communem lo-
quendi vſum: ſic etiam Fenzon. *ad ſtatut. Vrb. lib.* 1.
*cap.* 197. *in annot. n.* 22. 23. 24. vbi etiam dicit, quod illa
verba propriè intelligi dicuntur, quæ iuxta communem 11
vſum loquendi accipiuntur; & in terminis de morte vio-
lenta, & naturali Riminald. Iun. *conſil.* 416. *n.* 14. *vſque* 12
*ad n.* 23. vbi quod verba hominum non ſunt accipienda ſecundum quod litterati, prout hic, Philoſophi, accipiunt, ſed conſiderato communi, & vulgari vſu loquendi, prout hic vbi legiſtæ, & vulgares etiam homines mortem naturalem vocant, quando homines moriuntur in lecto ſuo ex aliqua infirmitate, & morbo, prout eſt peſtis; violenta verò quando ferro, vel veneno propinato interimuntur.

Et quamvis communis vſus loquendi ſit probandus,
quia quæ facti ſunt, egent probatione, *leg. in bello factæ,* 13
*ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* Bartolus *in leg. ſi quis ſer-*
*uum ff. de condition. & demonſtration.* hoc tamen pro-
cedit, quando diſcordat à communi vſu loquendi legi-
ſtarum, & in iure peritorum, vel quando non ſit no-
torius, & populo, ſeu maiori hominum parti notus, alio-
quin ſi tranſeat per modum notorij, non eſt proban- 14
dus, ad textum *in cap. ad noſtram,* 3. *de iureiurand. capit. noſtram, de cohabitat. cleric. & mul* gloſ. Bartolus, & Doctores *in leg. ſecunda, Codic. qui, & aduerſ. quos*, Iaſon. *in leg. ſi verò, §. qui pro rei, num. vndecimo, ff. qui ſatiſd. cog.* ad rem Rimin. Iun. *dict. conſil.* 416. *num.* 25. 26. vbi in terminis loquitur, docens mortem naturalem ſecundum communem vſum loquendi eſſe, quando quis febre, vel alia ægritudine præambula, domi ſuæ moritur; qui verò ferro, haſta, vel alio inſtrumento moritur, dicitur occiſus, & violenter, ſeu accidentaliter mortuus.

Et ſi non conſtaret de hoc notorio communi vſu lo-
quendi, Iudex ex officio ſuo poſſet ſe informare, quia
in his, quæ allegantur vti notoria, Iudex ſe informare
debet, etiam in cubiculo, per textum *in leg. tertia, §. fin.* 15
vbi Florian. *de teſtib. leg. ſi non defendantur, de pœnis,* docet Baldus *in leg. vnic. C. vt quæ deſ. adu.* Aretin. *conſ.* 227. *column. ſecunda,* Alexander. *conſil. decimo quarto, in princip. lib. quinto.* Dec. *conſil.* 655. *n.* 40. Soc. Iunior *conſil.* 65. *num* 40. *libr. primo,* Roland. *conſil.* 44. *num.* 36. *lib. primo,* Menoch *conſil* 230. *num.* 41. Rim. Iunior. *conſil.* 6. *numer.* 33. vbi alios congerit, & in terminis idem Rimin. iunior *conſil.* 416. *num.* 28. 29. & Bart. *in leg.* 2. *cap.* 3. *numero* 4. & 5. vbi ad rem noſtram loquitur: hic autem notorius eſt loquendi modus apud legiſtas, vt ex lectura librorum in locis infra allegandis videre eſt, etiam apud populum, mortem naturalem dici, ex quacumque infirmitate proueniat, violentam verò, quæ facto hominis violento efficitur, ideo facilè eſt reſoluere quæſtionem, & Iudici inuenire veritatem.

Nam licèt Philoſophi, & Phyſici ſubtiliter res natu-
rales tractantes doceant mortem naturalem eſſe, quæ
fit in ipſo animali ſine aduentitia aliqua paſſione, vio-
lentam verò, quando principium extrinſecus fuerit, vt 16
ex Ariſt. *in lib. de iuuent. ex ſenectut. capit. quarto*, &
*cap.* 14. Bald. *conſil.* 8. *num. tertio, libr.* 4. & Rota Romana *in vna Romana ſocietatis,* 16. *Aprilis* 1612. *coram Sacrato*, apud Farinac. *deciſ. crim.* 368. *num.* 2. 3. & apud Marcheſ. *de commiſſ. tom. primo, par.* 1. *§.* 2. *fol.* 908. apud Zacchiam *in tract. de ſocietate offic. deciſione* 54. *num.* 4.
& propterea philoſophicè loquendo, mors illa tantum
erit ſecundum naturam, quæ fit per reſolutionem, ex-
tincto calore naturali, ob defectum humidi radicalis 17
ex cauſa ſenectutis, quia hæc ſola fit in ſe ipſo ſine nocumento extrinſeco, ſicut lucerna à ſe ipſa extinguitur deficiente oleo, violenta verò mors erit quæcunque alia mors cauſata à quacunque infirmitate, vel facto, quia ſemper verum eſt calorem non extingui à ſe ipſo, ſed à cauſa exteriori, vt bene ſe declarat idem Ariſtoteles *in dicto libro de iuu. & ſenect. c.* 3.

dum primam vocauit marcorem, quia fit à ſe ipſo,alte-
ram verò extinctionem , quia procedit à contrariis , &
18 dixit apertè illam eſſe ſenectutem , hanc verò violen-
tiam , ex quibus cognoſcimus ſecundum Philoſophos
ſolam mortem ex ſenio dici ſecundum naturam,cæteras
verò omnes , quæ procedunt à principio extrinſeco,di-
ci violentas, provt etiam ego dixi *contr.for.*88.*num.*6.&
concordat Ægid. Bellamer. *in rep.in proœm. Clem. n.* 40.
vbi ſolam mortem ex ſenio dixit naturalem.

Et ſanè morbi omnes, & infirmitates habent princi-
pium externum, quia à putredine oriuntur, cùm non ſit
19 infirmitas ſine aliqua corruptione , & mors ipſa corru-
ptio eſt mixti , & compoſiti , quæ corruptio non poteſt
fieri ſine nocumento externo , & cauſa extrinſeca,quia
quidquid corrumpitur, ab ambiente corrumpitur , ele-
menta enim quæ circa nos ſunt,continuò intromittunt
qualitates contrarias,& præcipuè aër , qui cum ſit faci-
lis ad recipiendum quaſcumque impreſſiones,& conti-
nuo recipiatur in corpore per reſpirationem , & tran-
ſpirationem,varias qualitates introducit tum nimiæ fri-
giditatis, tum nimiæ caliditatis , quibus morbi effi-
ciuntur,& ipſius mixti corruptio ; ex prædictis enim fit
20 interna , & continua actio , & paſſio , & tandem ipſo-
rum mixtorum corruptio , teſte Auerroë *in libro ſe-
cundo de Cælo, & Mund. comm.*37. etenim ex Galen. 11.
*Meth.* probatur mutationem totius putreſcentis corpo-
ris ſubſtantiæ ad corruptelam à calido extraneo fieri,
quoniam ex Hippocrate duplex in corpore calor adeſt,
ſcilicet naturalis , ſeu ingenitus , à quo concoctiones
fiunt,alter eſt alienus,& innaturalis, cuius eſt proprium
corrumpere , & propterea putredo ab aliena , & extra-
nea caliditate oritur, non autem à natiua, cuius munus
eſt concoquere, & non corrumpere: ſic Andreas Gall.
*in tract. de peſte, libro ſecundo , cap.* 2. & ſi eſt alienus,
ergo extrinſecùs aduenit.

Et propter hoc cùm febris ſit calor extraneus , &
præter naturam , dicitur ſemper habere principium ex-
trinſecum , quia à calore extrinſeco euaporatur calor
21 naturalis educendo illud ad ſuperficiem, & facit , vt in-
ternum frigus incipiat inualeſcere , & ſequitur , vt apud
Philoſophos mors proueniens ex febri dicatur violen-
ta , quia in conſiderando eius motus principio , at-
tendenda eſt primà cauſa ipſius, quæ cum ſit calor ex-
ternus , qui primo loco agit in calorem naturalem ,
ideò tota illa actio attribuenda ſoli calori ambienti , ex
Albert. *libro* 4. *meteor. cap.* 7. & ſic mors violenta di-
cenda eſt,quia deriuatur à principio externo,ex doctrina
Ariſtotelis *de iuuentute,& ſenect.c.*14.

Non ſic apud legiſtas , neque etiam apud homines
vulgares hæc intelliguntur, quia mors naturalis duplici
reſpectu conſideratur. Nam primo modo dicitur mors
naturalis, quatenus diſtinguitur à ciuili, & tunc legiſtæ
appellant mortem naturalem quamcumque per quam
22 anima ſeparatur à corpore,ſiue facto hominis,ſiue facto
naturæ, per textum *in l. ſi mater*, ibi : *vel aliter defun-
ctus , Codice de inſtit. & ſubſtit.* Baldus *in conſil.*8. *nume-
ro* 2. 3. *lib.* 4. Gulielmus Benedict. *in rep. cap. Raynu-
tius , verſ. mortuo itaque teſtatore primo,num.*19. *de teſta-
ment.* Natt. *conſil.* 182. *num.* 16. Ruin Iun. *conſil.* 416.
*num.* 36. & tradunt Doctores *in* §. 1. *Inſt. de cap. dim.*
& eſt de mente Rotæ *in dicta Romana ſocietatis* , apud
Farinac. *deciſ. crimin.*368. *num.* 1. vbi ſequitur Baldus,
& hoc etiam ſenſit Seraphinus *in ſuo voto* , apud Zac-
chiam *in tractatu de ſociet. off. vot.* 46. *numero* 5. & ego
dixi *contr. for.* 88. *num.* 4. 7. vbi quod quælibet mors
dicitur naturalis , quæ non eſt ciuilis , & hæc nihil de-
ſeruiunt caſui noſtro , quia hoc reſpectu mors non con-
ſideratur in hac facti ſpecie.

Altero modo mors naturalis ſic dicitur reſpectu vio-
lentæ, & quatenus ei opponitur , & tunc apud legiſtas,
& ſecundùm communem vſum loquendi mors naturalis
dicitur etiamſi proueniat à nocumento externo,ſine ta-
men facto , vel miniſterio hominis , ſed tamen naturæ,
velut ex febre , vel epidimia , vel alia infirmitate , vel
aëris intemperie , aut ſimili ex cauſa, vt in terminis di-
xit Bald. *in l.* 1. *num.*14. *verſ. & voco, C. de fruct. & lit.
expenſ.* vbi mortem naturalem vocat eàm, quæ prouenit
ex aëris intemperie , vel epidimia , vel ex partu : con-
cordat Petrus de Vbald. *in tractatu de duobus fratribus,* 23
*parte* 8. *num.*20.*verſ. & voco*,vbi ſimiliter mortem natu-
ralem dicit , quæ prouenit ex febre , vel epidimia , vel
aëris intemperie , & ſimili cauſa , quos ego ſequutus
ſum *in contr.for.*88. *num.*11.& ſic habemus in terminis
peſtis Doctores appellantes mortem naturalem , quæ
ex cauſa epidimiæ ( hæc enim peſtis dicitur ) aliquo
modo prouenit ; & concordat Rim. Iun. *conſ.*416.*n.*24.
vbi docet , illos dici amaritudine præambula ſpiritum 24
exhalare, & hoc per totum probat : ſic etiam Gul. Be-
nedictus *in rep.d.cap. Raynutius , dicto verbo mortuo ita-
que teſtatore* 1. *num.*6. *de teſtam.* vbi dicit , quod mors
naturalis contingit , ſi quis moriatur languore , ſenio
aut infirmitate. Boccat. *in tract.de contract. & ſociet. off.
num.*33. *verſ. mors naturalis* : vbi dicit mortem natura-
lem , quæ prouenit ex infirmitate, & ſenectute , & aliis
caſibus improuiſis , & ad rem facit Salluſt. Tiber. *in
Pract.iud.A.C. lib.*1.*c.*18.*n.*6.*in fin.* vbi mortem natura-
lem vult eſſe , quæ interuenit ſine miniſterio ho- 25
minis.

Et hæc eſt, quam vulgus appellat mortem ſuam , &
ſic ex infirmitate mortuum dicit ſua morte mori,quoties
alicui ſine violentia hominis , præuia ægritudine con-
tingit in domo ſua, ſeu, vt dicitur, in lecto ſuo mori:ſic
ex gl. *in leg. quæ ſub conditione , §. quoties , in verb. defe-
ctus*, ibi : *fuit ab alio occiſus,hic ſua morte obiit, ff. de con-
dit. inſt.* Bald. *in l.ſi tibi, num.* 1. *C. de donat. ante nupt.*
& *in cap.* 1. *quibus mod. feud. amitt.* vbi quod mortuus
ſua morte dicitur , qui ab alio non fuit occiſus : ſequi- 26
tur Gulielm. Benedictus *in d. c. Raynutius, verb. mortuo
itaque teſtatore,* 1. *num.*21.*de teſtam.* Rim. Iun. *dict. conſ.*
416.*n.*23. 30. Lotter. *de re benef. lib.*3. *q.* 10. *n.* 30. &
ego dixi *d.contr.*88.*n.*12.

Vnde cognoſcitur apud Legiſtas nomen mortis na-
turalis accipi generaliùs quam apud Philoſophos,
apud quos ſenio tantum confectus dicitur naturaliter
mortuus, apud legiſtas verò nō ſolùm ex ſenio,ſed etiam
ex quacumque infirmitate dicitur aliquis natuliter mo-
ri , & quoties quis moritur ex febri , quæ putredinem
ſupponit, & calorem externum, & ſic nocumentum ex-
ternum , ſeu extrinſecum , dicitur tamen mori morte
naturali , ſecundum Legiſtas. Petr. de Vbald. *d. tract.* 27
*de duob.fratr.part.*8. *n.*20.*verſ.voco.* Rim.Iun. *dict. conſil.*
416.*n.*24. Zacch. *tract.de ſoc. off. n.*408. *verſ.mors ex fe-
bre*, & Seraph. *apud eum vol.* 46. *n.* 6. ita mortuus ex
cauſa peſtis,ſeu epidimiæ dicitur mortuus naturaliter, vt
ex Bald. *in d.l.*1. *ſub n.*14.& Vbald. *d. tract. par.*8. *n.*20.
probatum eſt.

Et ratio eſt, quia ſi decedens ex aliqua infirmitare,ſeu
morbo dicitur naturaliter mori , vt probauimus , ſic
etiam mortuus ex cauſa peſtis dicitur naturaliter mor- 28
tuus , quia epidimia, ſeu peſtis eſt morbus,& infirmitas?
immo regina infirmitatum , provt tradit Rip. *de peſte in
prælud.n.*7. vbi eam morbum appellat , & poſt Gargiar.
*conſil.* 49.*n.*23. Altograd. *conſil.*69. *n.*49. vbi eam regi- 29
nam appellat infirmitatum. And. Gail. *in tract.de peſte,
libr.*4. *in princip.* vbi quod peſtis eſt morbus multiplex,
& ſubitus vno, & eodem tempore multitudini animan-
tium communis contingens.

Et ſanè ſi infirmitas definitur eſſe illa, qua elemento-
rum, ſeu humorum vi turbata caro ipſa afficitur, & tan-
dem diſſoluitur,vt tradit Gul.Benedictus *in d.verb.mor-
tuo itaque teſtatore,*1.*n.*9.*verſ.nam propriè*,& morbus ha-
bitus dicitur corporis , qui vſum eius facit deteriorem,
vt ait Sabinus,hæc vtique conueniunt etiam morbo pe-
ſtilentiali, quia per eum turbatur caro humana, & vſus
corpo



corporis ſit deterior : ergo eſt infirmitatis , & per con-
ſequens mors ab ea proueniens dicitur naturalis,& non
violenta,ad modum legiſtarum.

Neque dicatur mortem ex peſte prouenire à nocu-
mento extrinſeco, ſcilicet ex aëre infecto , ab aqua pu-
30 trida, à ciborum qualitate, à nimio coitu , ab imagina-
tione , & à conuerſatione cum infectis , à conſtellatio-
ne , provt ſeptem cauſas ponit Ripa *in tractatu de peſte,
in prælud. à num.* 10. *vſque ad numer.* 22. & latiùs An-
dreas Gall. *eodem tractatu. faſcicul.* 2. 3. & 4. vbi alias
ponit , & Petrus Rayr. *in tractatu de peſte, art. primo,
verſ. epidimia , & verſ. cauſæ autem inferiores.* Ideò di-
cendum eſt eſſe violentam , quia reſpondetur dici vio-
lentum ſecundum Philoſophos , quibus ſufficit factum
naturæ , non violentum legale , quia legiſtæ requi-
runt factum hominis , vt ex Bald. *in lege Quæ fortui-
tis , C. de pignorat. act.* & dicetur inferiùs ; ſiquidem
illæ omnes cauſæ , quibus generatur peſtis , ſunt aptæ
etiam ad gignendos alios morbos,& varias febres, qui-
bus cauſatur interitus qui dicitur naturalis, vt vidimus ;
ergo etiam eodem modo naturalis dicendus eſt ſi pro-
ueniat à febre peſtilentiali , & morbo contagioſo , quia
ſemper cauſa producens eſt extrinſeca, & nocumentum
externum , ſed deficit miniſterium hominis , vt enim
inquit Præuidel. *in tract de peſte,titulo de contract.cap.*2.
*num.primo*, poſt Bald. *in dicta leg.quæ fortuitis* , peſtis
differt in hoc à bello, quia illa procedit à facto naturæ,
hoc autem facto hominis : ſi ergo illa procedit à facto
naturæ, naturalis cenſenda eſt, quia effectus debet eſſe
ſimilis ſuæ cauſæ , etenim agens naturale neceſſarium
non dicitur violentiam facere ſecundum Legiſtas , ſed
naturaliter agere ſecundum virtutem , & facultatem ſi-
bi à natura inſitam.

Hinc ſequitur, quod mors proueniens ex cauſa peſtis
ſecundùm Legiſtas non dicatur violenta , quia Legiſtæ
non conſiderant violentum ſicut Philoſophi , qui di-
cunt violentum quidquid agitur ab agente, ſiue neceſ-
ſario , ſiue libero ad corruptionem mixti , quia legiſtæ
violentam mortem appellant ſolùm , quæ quidem pro-
uenit à nocumento externo , ſed ab agente libero, ſci-
31 licet à facto hominis iniurioſè agentis,quoniam violen-
tia dicitur actus hominis iniurioſus per vim factus in
perſonam hominis , ſine ratione, & ſine lege, vt proba-
tur *ex cap. quos Deus* , 33. *quæſtione* 2. *lege quoniam* ,
& *l. ſi quis* , & *l. ſeruos* , *Cod. ad l. Iul. de vi publ.
vel priuat.* Rota apud Farin. *dicta deciſ. crim.* 368.
*numero* 1. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæſtione* 10. *nume-
ro* 35.

Siquidem omnis violentia homini facta dicitur in-
32 iuria perſonalis, vt in verbis dixit Baldus *in cap.quantò*,
*num.*8. *de iudic.* & benè etiam Bart. *in dict. l. citatio* , §.
*quod illicitè, ff. de public.* & pulchrè Caſtr. *in conſil.*27.
*num. primo , verſic. & ſic* , & *verſic. ad hoc, lib. primo* , &
cum eo concordat Caball. *reſolut.crim. part.* 1. *reſol.* 95.
33 *num.vndecimo*, qui docent violentiam non dici, niſi duo
concurrant , ſcilicet vnum ex parte agentis , qui dicitur
ius, & impetus, alterum ex parte patientis, ſcilicet effe-
ctus conſummatus per vim , & iniurioſè , velut vulne-
rum illatio , ſeu mors, & ſimilia , quia violentia eſt cri-
men perſonale , & propterea mors non dicitur vio-
lenta , niſi illa , quæ infertur ab homine homini , vt
apud Boccat. *de contr. & ſoc. off.num.*34. vbi hoc dicit in
verbis.

Et hoc adeò verum eſt, vt ſecundùm Legiſtas propriè
non dicatur violenter factum, niſi vis inferatur ab agen-
te libero homini , & propterea ſi quis frangat oſtia do-
mus alterius, vel domum eius ingrediatur, ſi non tangat
34 perſonam, non erit violentia, quia iſte actus violentus
caret iniuria perſonali , quia non ſit perſonæ, & tamen
iniuria perſonalis eſt effectus violentiæ : ergo carebit
etiam nomine , & non appellabitur violentia ; ſic pul-
chrè Caſtr. *dicto conſil.*27.*num.ſecundo,lib.* 1. & cum eo
Cabal. *reſol.*95.*n.*11.& licèt dicat, quod tamen erit actus
violentus, hoc procedit, quia factus eſt ab homine, ve-
rum ſi econtra res inanimata, vel etiam animal brutum
vim faciat alicui rei, vel perſonæ cum damno patientis,
non dicitur vim legali modo intuliſſe , ſeu violentiam
feciſſe , ſed pauperiem , vel damnum , quia cùm ſenſu, 35
vel ratione careant , feciſſe iniuriam , ſine qua non eſt
violentia, dici non poſſunt : ſic probat textus *in l.* 1. §.
*ait Prætor*, & *l.ex hac lege, ff. ſi quad.pauperiem fec.dicatur*,
& *in* §. 1. *Inſt. eod. titul.* & propterea ſecundùm Legi-
ſtas non dicitur adeſſe violentiam, niſi agens, & patiens
ſint rationalia animalia, & actus ſit cum vi iniurioſus, hæc
autem in morbo peſtilentiali concurrere non poſſunt :
ergo contrahentes de tali morte non intellexerunt, quæ
violenta dici non poteſt ſecundùm legiſtas , & iuxta
communem loquendi vſum, verba enim contrahentium 36
ſtrictè intelligenda ſunt contra eum , qui clariùs ſibi
legem dicere potuit , ad textum *in l. veteribus , ff. de
contrah. empt. l. quidquid aſtringendæ , in princ. leg. ſti-
pulatio iſta, §. in ſtipulationibus, de verb.oblig. l. cùm quæ-
ritur , de rebus dub.* Mantic. *de tacitis & ambig. conu.
libr.* 2. *tit.* 4. *n.*99. Rot. Rom. coram Merlino *diuerſ. de-
ciſ.*172. *n.*9. *p.*6.

Si igitur mors naturalis dicitur, quæ morbo, & infir-
mitate cauſatur, vt vidimus , ſic violenta illa appellatur,
quæ homini ab agente libero infertur , niſi enim mini-
ſterium hominis interueniat, & homo ipſe ſit cui vis in-
fertur , non poteſt ſecundum Legiſtas appellari mors
violenta, velut ſi ferro, vel alio inſtrumento, vel etiam
veneno homo homini inferat neceſſitatem , tunc enim 37
mors violenta dicitur : ſic Aret. *in* §. 1. *num.* 3. ibi : *fa-
cto hominis* , vbi etiam Faber. & Nicaſ. *Inſt. de cap. di-
min.* Bald. *in l. res vxoris, num.*2. ibi : *mors violenta per
gladium , Codice de donat. inter virum , & vxorem*, quem
ego ſequutus ſum cum *d. contr.* 88. *num.* 5. 12. ad rem
Caſtr. *d. conſil.*27. *n.* 1. 2. ſic etiam docet Rim. Iun. *d.
conſil.* 416. *num.* 53. 54. *verſ* & ſic facto hominis. Benè
etiam Gul. Benedictus *in d. c. Raynutius , verb. mortuo
itaque teſtatore* 1. *num.* 6. *de teſtament.* vbi dicit caſum
ex morte violenta dici contingere, ſi homo fuerit gla-
dio transfixus , vel aliàs violenter occiſus. Tiberius Sal-
luſt. *in pract. A. C. lib.*1. *cap.* 18. *n.* 6. vbi docet mor-
tem non dici violentam, ſi ceſſat hominis miniſterium.
Boccat. *in dicto tract. de ſociet off. num.* 34. vbi quod
mors violenta infertur ab hominibus homini, vt quan-
do quis occiditur ; & iſta mors dicitur mala , & contra
naturam, & *ſub n.*121. idem repetere videtur. Caſtrac. *in
tractatu de ſoc. off. cap.*17. & *cap.*23. *à num.*7. in quibus
locis requirit miniſterium hominis, vt mors dicatur vio-
lenta , nec ab eis diſſentire videtur Sylu. Zacch. *eodem
tractat. n.*400. & *n.*406. ea ratione, quia ceſſat miniſte-
rium hominis , non poteſt dici mors violenta , ſed na-
turalis.

Et hoc etiam probatur à fortiori, quia in hac materia
tradunt legiſtæ , quod ſi quis laqueo ſuſpendatur , vel
capite plectatur, iuſtitia mediante , eius mors non dici-
tur violenta , ſed naturalis , quia ille actus iuſtitiæ non
attribuitur miniſtro qui ſe habet tanquam nudum in-
ſtrumentum, ſed legi mandanti illum interfici ; & cùm 38
lex nemini iniuriam faciat , illa mors non poteſt dici
violenta , ſeu violenter illata , quia miniſter legum non
eſt homicida : ſic pulchrè Boccac. *in d. tract. de ſoc. off.
num.*91. & *num.* 110. vbi vide Franciſ. Caſtrac. *in eod.
tract. c.*30. *per totum*, & præſertim *à n.* 7. *ad n.*23. latè
Farin. *in prax.crim.q.*19. *n.*11. Guazz. *in tract. de defenſ.
reor. defenſ.*38. *cap.*5. *n.*14. *in fine*, pulchrè etiam Lotter.
*de re benef. lib.*3. *q.* 10. *num.* 33. 34. 36. Zacch. *d. tract. de
ſoc. off. n.*412. & pulchrè Rot. Rom. *in d. Romana ſocie-
tatis off.* 16. *Aprilis* 1612. *coram Sacrato, ſeu Damaſceno*,
vt apud Marcheſ. *de commiſſ.part.*1.§.2.*fol.*907. & apud
Farin. *deciſ.crim.*368. & apud Zacch. *dicto tract. deciſ.* 54.
*per totam* , & præcipuè *num.* 5. vbi maximè conſiderat


rationem

rationem à Rota allatam,quod mors eo caſu non dicitur violenta, ſi conferatur mediante iuſtitia, quia tunc miniſter non conſideratur tanquam homo,ſed tanquam merum inſtrumentum, & res inanimata. Vnde colligere licet, quod ſi mors verè fuiſſet illata etiam violenter à mero inſtrumento, vel à re inanimata, vt eſt peſtis, ſine dubio Rota cenſuiſſet mortem fuiſſe naturalem, & non violentam. Ergo multò magis in caſu noſtro mors erit dicenda naturalis, & non violenta.

Nec obſtat, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus dicatur violenter mortuus; licèt enim oblatus ſit,quia ipſe voluit, tamen mors illi illata à miniſtris iuſtitiæ, fuit
39 coacta, quia fuit cauſata à nocumento extrinſeco, ex D. Thom. *in ſumm.p.3. q.14. art.2. in quodlib.1.art.3.* & Rot. *d. deciſ.54.n.4.*

Nam reſpondetur D.Thomam eò loci non fuiſſe locutum de morre naturali, vel violenta, nec voluiſſe explicare differentiam vnius ad alteram, ſed tantùm inquirebat, an Chriſtus haberet neceſſitatem moriendi, & dixit, quod neceſſitate coactionis, quæ fit ab agente extrinſeco, ſecundùm quod repugnat naturæ corporali, corpus Chriſti ſecundum conditionem propriæ naturæ neceſſitati ſubiacuit & claui perforantis, & flagelli percutientis, quæ non deſeruiunt ad decidendum caſum noſtrum.

Sed dato etiam, quod ex eius contextu colligeretur, mortem Chriſti fuiſſe violentam, poteſt reſponderi, de hoc non eſſe mirandum, quia crucifigebatur ab agente libero, & iniuſtè notoriè crucifigente; fuit enim condemnatus nullo iuris ordine ſeruato, in ſpatio paucarum horarum, & acclamante ipſo Iudice Pilato: *Non inuenio cauſam in homine iſto.* Cùm enim miniſter iuſtitiæ iniquè agit, & notoria eſt eius iniuſtitia, tunc dicitur agere per vim, & iniurioſè,& non conſideratur vt
40 Iudex, ſed vt perſona priuata, & miniſter diaboli, adeò vt liceat ei etiam de facto reſiſtere, quia nulliter, & iniuſtè agit euidenter, ad textum *in l. prohibitum, C. de iur.fiſc.lib.10.* & *in c.2.in fin.de conſtit.in 6.* pulchrè Paulus de Caſtr. *in l. vt vim,n.6.verſ.item procedit*, vbi Iaſ. *num. 19. verſ. 2.limita.* Dec. *num. 26.* Claudius Seyſſel. *num.33.verſ. quod verùm,*& *num.*34.Bolognet. *num.* 58. & communiter DD. *ff. de iuſt. & iur.* Innoc. *in c ſi quando, n.2.* vbi Felin. *n.2.verſ.2. fallit, de off. deleg.* latè Farin. *in prax.crim.q.32.num.*100.107.118.121.& *quæſt.37. n.*117.Guazzin. *in prax.defenſ.5.n.7.* apud quos alios videre licebit, & conferunt tradita per Poſthium *in tract. de manutent. obſer.12.n.36.* & hoc reſpectu potuit mors Chriſti dici violenta,eo modo,quo legiſtæ conſiderant, quod iniurioſè agendo, crucifixores eam illi intulerint; verùm quando miniſtri iuſtitiæ ſeruato iuris ordine, & iuſtè mortem alicui inferunt, mors non dicitur violenta legali modo, ſed naturali, vt viſum eſt.

Et hæc quidem ſufficere poſſunt pro deciſione caſus noſtri, ſed nihilominus placet hoc idem iterum probare à fortiori, ſiquidem in contractu ſocietatis officiorum ſtante pacto, quod moriente ſocio morte naturali, & non violenta, alter ſocius lucretur pecunias, quæritur ſi mota à vento tegula prætereuntem hominem cadens occiderit, an mortuus ille dicatur violenter, vel naturaliter, ità vt ſocius poſſit lucrari pecunias: & ſanè Philoſophus reſponderet ſine dubio, mortem eſſe violentam, quia proceſſit à nocumento extrinſeco; & nihilominus Legiſtæ tradunt hanc mortem fuiſſe natu-
41 ralem, & non violentam, quia euenit ſine induſtria, & ſine miniſterio hominis, & non fuit iniurioſa. Ita Salluſt.Tiber. *in pract. A.C. lib.1. cap.18.n.7.* vbi quod ita fuit deciſum in Tribunali Auditoris Cameræ, & ita etiam tradit Boccat. *in tractat.de ſocietat. off. num.* 167. *in fine.* Caſtrac. *dicto tract. capit.29.num.*13.14. Zacch. *eodem tract. numero* 411. de quo tamen licèt dubitare videatur,nihilominus tranſit cum ſententia Rotæ,quam dicit videri ſentire contrarium, nec ſe fundat in eo, quod ſit violenta, ſed quod fuerit excepta in conuentione; ſed cùm in caſu noſtro non habeamus hanc exceptionem, & ſolùm quæramus, an mors ex cauſa peſtis ſit violenta, dicendum eſt quod ſicut moriens propter tegulam à vento immiſſam dicitur naturaliter mortuus; ita, & multò magis, dicendum erit de illo, qui peſte infectus mortuus eſt.

Et ſimiliter tradunt DD. eum, qui animi gratia natando in flumine, vel mari ab aquis rapidis, & violentis ſubmergitur, & obruitur, dicendum eſſe, quod mortuus fuerit naturaliter, & non violenter, quia de- 42
ficit miniſterium hominis, vt per Tiber. Salluſt. *d. cap.* 18. *num.*6.7.8. vbi quod ita fuit deciſum, & concordat Boccac. *eod. tract. num.* 167. Caſtrac. *d. cap. 29. ſub num.* 13. 14. Ergo multò magis dicendum eſt morientem ex cauſa peſtis naturaliter mori.

Et quamvis Seraphin. *apud Zacch. in dicto tract. vol. 46. n.3.4. & n.7.* hoc improbet, immò ridiculum putet ſubmerſum in aquis dici mortuum voluntariè, & non violenter, cùm certum ſit, eum ſic vi fluminis abſorptum, non voluntariè perire, ſed laſſatum vi fluminis periiſſe.

Tamē reſpondetur Seraphinum nimio liuore motum fuiſſe locutum contra Boccacium, & Caſtracanum, vt inquit Zacch. *de ſoc.off. n.*409.vbi reſpondet rationibus Seraphini probando, quod mortuus in aqua natando dicatur mortuus naturaliter, & verè Seraphinus fuit allucinatus, non enim quærimus, an ſic ab aquis ſuffocatus fuerit mortuus voluntariè, ſed an fuerit mortuus violenter; hæc enim inter ſe valde differunt, ete- 43
nim vix reperitur aliquis, qui voluntariè moriatur, ſiquidem etiam illi, qui intereunt ex febri, vel alio morbo, non dicuntur voluntariè mori, quia homo naturaliter refugit mortem, & corporis nocumenta; vt benè dixit D. Thom. *in ſum. in prima ſecundæ, q. 5. art. 3. ad primum,verſ. bona autem, in 3. part. d. q. 14. art.2. in fine reſponſionis.* Cum enim mors omnium terribilium ſit terribiliſſimum, ſecundùm Philoſoph. *3. Ethic.* Gul. 44
Bened. *in d. verb. mortuo itaque teſtatore 1. n. 21.* Rim. Iun. *dict.conſil.*416.*n.*40.omnes ab ea abhorrent, & nihilominus, qui ex aliqua infirmitate moriuntur, mori dicuntur naturaliter, ſecundùm Legiſtas, vt probatum eſt: ergo poſſunt ſtare ſimul, quod quis non moriatur voluntariè, & tamen moriatur naturaliter; ideò potiùs ridiculum videtur argumentum Seraphini, qui mortem prædictam dixit violentam, quia voluntaria non erat, cùm poſſit concedi non fuiſſe voluntariam,& adhuc tamen fuiſſe naturalem.

Et verè ſecundum regulas iuris violentum dici non poteſt, niſi quod ab homine fit homini iniurioſè, & per vim, ſiquidem pro certo habemus, eum incidere in excommunicationem, qui violentas manus iniecit in clericum, *cap. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 1.* & tamen ſi quis manum poſuerit ſuper clericum etiam per vim, ſine animo iniuriandi, non incurrit excommunicationem, velut ſi per iocum id faciat, quia percuſſio clerici non dicitur violenta, niſi fuerit iniurioſa. Abb. *in cap. pri-* 45
*mo, num.4. de ſententia excommunic.* Hugo, & Archid. *in d. cap. ſi quis ſuadente.* Vitalin. *in Clem. multorum, num.66. de pœn.* Franciſc. Marc. *deciſ.* 821. *part. ſecunda.* Baiard. *ad Clar. quæſtione 77. numero decimo.* Sperell. *deciſ.45. numero.*12.34. latè Bonacin. *de cenſur. in partic.diſput.ſecunda, quæſt. 3. par. 6. §. 1. numer. primo,* & *num* 2. 3. vbi docent tunc dici violentas manus iniciſſe in clericum, ſi factum fuerit conſummatum, & aliqua vis iniuriandi adfuerit, ſic in caſu noſtro mors non poteſt dici violenta, niſi iniurioſè fuerit illata, quod cùm non poſſit verificari in peſte, quia res inanimatæ iniuriam facere non poſſunt, ſequitur, quod mors pro- 46
ueniens ex cauſa peſtis,non poſſit dici violenta; etenim verba noſtri pacti ſunt intelligenda de vera, & propria violentia, ex *§. aliud quoque, Inſt. quibus mod. teſtam.inf.*

*l.non*



*l.non aliter, in princ.ff.de leg.3.* Abb. *in cap.ad audientiam, in primo, & 2. not. de decim.* Pariſ. *conſ.22. n.6. volum.4.* Caſtr. *in d. conſ.27.num.2.3.* & Caball. *d. reſol. crim.95. n.12.* qui loquuntur in noſtris terminis.

Concludendum eſt igitur, morientem ex cauſa peſtis dici morte naturali mori,non violenta,& propterea moderni contrahentes in ſocietate officiorum, conſiderantes in pacto illo, *moriendo naturaliter, & non violenter*, caſum peſtis non comprehendi ſub verbo mortis violentæ,mutauerunt formam conuentionum, & expreſsè ſub violenta morte nominauerunt caſum peſtis, vt ha-
47 betur apud Salluſt.Tiber. *in pract. A.C.lib.1. cap.18. numer.1.* ibi: *excepta etiam peſte, aut peſtis cauſa.* Boccac. *in d. tract. de ſociet. off. num.*113. vbi ideò dicit, quod ſunt additi inſtrumento antiquo multi caſus, qui in conſuetudine antiqua non continebantur; hæc enim ſpecifica expreſſio ſatis denotat per ſe mortem ex peſte non venire ſub nomine mortis violentæ, niſi id fuerit expreſsè conuentum, quod in caſu noſtro non eſt factum; & ideò proculdubio mors ex peſte non poteſt dici violenta.

Non obſtat, quod peſtis ſit bellum Dei,& proueniat ab eius iudicio, cui non poteſt quiſquam reſiſtere, & quod inter caſus fortuitos numeretur, qui dicuntur eſſe violenti, & mors ex cauſa peſtis omnino violenta ſit dicenda ex Bald. *in d. l. quæ fortuitis, Codic. de pignor. act.* Præuidel. *in d.tract.de peſt.tit.& contract.c.2.n.1.*

Nam reſpondetur, exinde non probari mortem ex peſte prouenientem eſſe violentam eo modo, quo legiſtæ conſiderant,eò enim loci Baldus loquitur de violento naturæ, non de violento legali, illud enim procedit ex facto naturæ operantis ſecundum curſum cauſarum, iſtud verò prouenit à facto hominis iniurioſo, vt viſum eſt, & licèt dicatur prouenire ex diſpoſitione diuina, quæ nunquam fallitur, non ideo ſequitur, quod ſit violenta, quia id commune eſt tam morti violentæ, quàm naturali, eò quod vita, & mors ſit in manu Dei, & incerta ſemper ſit eius dies, *l.1.ff. de cond. & demonſtr.* vbi DD.Nam ſiue quis moriatur in lecto ſuo ex infirmitate, ſiue interficiatur gladio, ſemper mors dicitur procedere ex iudicio Dei, & diuina diſpoſitione: ſic gl. *in d. §.1.*
48 *verb.commutatio, in fin.* vbi etiam Faber, & Aret. *num. 3. Inſt.de cap. dim.* quem ſequitur Bald. *in tit. de Pace Conſtant.in verb.diuina vocatione,* gl. *in l.proinde,* vbi Bald. *ad l. Aquil.* Petr.Anch. *in Clem.2. de pœnit.& remiſſ.* Gul. Benedictus *in d.c.Raynutius,verb.mortuo itaque teſtatore, 1.num.27.de teſtam.* ſic etiam Rim.Iun. *d.conſ.*416. *n.*53. 54.55.vbi quod quælibet mors, ſiue naturalis, ſiue violenta,dicitur fieri nutu Dei, non diſpoſitione fati, provt mente capti affirmant, & ideò ſemper mors aduenire dicitur iudicio Dei, nam ſcriptum eſt: *Conſtituiſti terminos, qui præteriri non poterunt.* Iob.c.14.& dixit Bald. *in c. quoniam frequenter, num.10.verſ. & alia ſcriptura, vt lit. non conteſt.* & habemus dictum Senecæ in tragœdia Herculis furentis in hunc ſenſum: *Quidquid facimus mortale genus, quidquid patimur, venit ab alto.*

Immò hoc reſpectu quælibet mors etiam violenta poteſt dici naturalis, quia procedit ex diuina diſpoſitione, vt probatur per D. Thom. *in ſumm. prima ſecundæ, q.94.art.5.* ad ſecundum,dum dixit, quod naturali morte moriuntur omnes communiter,tam nocentes, quàm innocentes, quia mors naturalis diuina poteſtate inducitur propter peccatum, iuxta illud Reg. *lib.1. cap. 2. Dominus mortificat, & viuificat.* Ergo ex hac ratione non probatur ex aduerſo mortem ex cauſa peſtis dici violentam.

Et ideò eadem ratione tollitur de caſu fortuito,ſtante enim mortis incertitudine,cuius dies præuideri non poteſt,nec humano auxilio euitari,ſequitur,quod quælibet mors,ſiue naturalis, ſiue violenta, dicatur caſus fortui-
49 tus, vt probatur ex textu *in l. interdum, iuncta gl.* vbi Caſtr. *in princip.* & DD. *de iudic.* & *ex l.Iulianus, ff. qui, & à quibus,* & meliùs *in l.fin.in princ.iunct.gl. C. de iur. dot.* vbi vide Gul.Benedict. *in d.c.Raynutius, verb. mortuo itaq; teſtatore, 1.n.26.* Bald. *in d.c.quoniam frequenter, vt lit. non conteſt.* & *in l.quæ fortuitis, n.5.C.de pign.act.* vbi inter caſus fortuitos naturæ enumerat non ſolum peſtem,ſed etiam mortem ex ſenectute, quam conſtat eſſe naturalem,propter quod euidenter ſequitur appellatione caſus fortuiti venire non ſolùm mortem violentam,ſed etiam naturalem,quia licet mori ſit naturale,procedere tamen tunc,vel tali tempore,eſt fortuitum,vt tradit idem Bald. *in l.1.num.7.C qui ad libert.peruen.non poſſ.* ſic etiam conſuluit Caſtr. *conſ.136. numer.2. lib. 1.* Tuſch. *littera M. concl.390.n.4.* Coſta *de fact ſcient.& ignor. cent.2. diſt.30. num.6.*

Ideò non obſtat doctrina Bald. *in d. l. locet, num.5.C. locat.* vbi inter caſus fortuitos, qui dicuntur violenti, enumerat etiam peſtem. Nam reſpondetur eò loci Baldum accepiſſe peſtem pro quocunque malo inſolito, & violentum vſurpaſſe modo philoſophico pro violento naturæ,non ex facto hominis, vt fecit *in d. l. quæ fortuitis, num.5. Codic. de pignor.action.* Nam quando voluit 50
inquirere,an ſit mors naturalis, hoc apertè dixit *in l. 1. num.14.verſ.& voco,C.de fruct.& lit.expenſ.* vbi mortem ex epidimia prouenientem vocauit naturalem, ſicut naturalis eſt,quæ procedit ex quacunque infirmitate;& ſanè Bald. *in d. l. licet, num.* 5. non ferit caſum noſtrum, quia loquitur de caſibus fortuitis, qui extra nos ſuccedunt in rebus fortunæ, & ſic in rebus inſenſatis, quod etiam cognouit Præuidel. *d.cap.2. num.*8.9.10. ideò non eſt allegandus ex aduerſo, quaſi in terminis decidat quæſtionem noſtram, quia ad rem non facit.

Minùs allegandus erat Boccac. *de ſoc.off.num.*113.quaſi dicat in verbis mortem ex peſte eſſe violentam, quia potius contrarium probat.Nam docet caſum peſtis fuiſſe exceptum, & additum antiquo inſtrumento, in quo licèt expreſsè mors violenta exciperetur,hoc tamen non fuit reputatum ſufficiens ad includendum caſum peſtis, niſi expreſsè caſus illius exprimeretur: ergo ſequitur, quod prius æſtimabatur mors naturalis, & fuit neceſſe deducere in pactum, vt veniret ſub nomine mortis violentæ, hoc idem deducitur ex Tiber.Salluſt. *in pract. A. C.lib.1.c.18 n.1.* nam ſi excipitur caſus peſtis, cognoſcitur regulam eſſe in contrarium,vt tradunt DD. *in l.1. ff. de reg.iur.*

Non obſtat etiam,quod peſtis ſit venenum,& qui veneno perit, dicatur violenter mortuus, quia plus eſt veneno extinguere,quàm ferro occidere, vt habetur *in l.1. C.de malefic.& mathem.* & tradit Farin. *de homicid.q.122. num.2.*

Nam reſpondetur duplici modo quem poſſe interire ex veneno, & primò ex facto hominis venenum propinantis,deinde ex aëre infecto,vel etiam ex malo regimine vitæ,vel humorum putrefactione,quod etiam ingenitum dicitur, vt habetur apud Grammatic. *vot.30.n.20.* 51
*in fin.* Decian. *tract.crim.lib.9.cap.24.ſub num.4. verſ.cùm autem,* & *cap.26.num.5.verſ.excuſabitur,* pulchrè Caball. *in tract.de omni genere homicid. num.*621.622. vbi docet etiam difficile eſſe Medicis cognoſcere, an quis ſit mortuus ex veneno dato,vel ingenito. Si loquimur de veneno propinato, concedimus ſic mortuum dici violenter interemptum, quia interuenit miniſterium hominis iniurioſum, & in his terminis loquuntur iura ex aduerſo allegata, vt videre eſt *in l.1.§. præterea tenetur, ad l. Cornel. de ſicar.* & *in §. item lex Cornelia, verſ. eadem lege, Inſt.de public.iud.* vbi lex loquitur de homine alterum veneno occidente; tunc enim venenum conſideratur ſicut inſtrumentum, & homo ſicut cauſa principaliter agens. Si verò homo pereat ex cauſa veneni ingeniti, vel alio modo hauſti ex aëre infecto, tunc iiſdem rationibus ſupra allegatis negamus mortem poſſe dici violentam, quia deficit miniſterium hominis, & procedit ab agente naturali, & neceſſa-

C 4 rio,

rio, qui non dicitur agere violenter, ſed naturaliter, ſecundùm virtutem ſuam: hæc enim eſt neceſſitas naturalis, quæ conſequitur principia naturalia, ſicut neceſſarium eſt ignem calefacere, & aquam humectare, vt dixit D.Thom. *in 3.par.ſumm.q.14.art.2.in reſponſ.verſ.alia autem*, quæ non efficiunt, vt mors poſſit dici violenta, eo modo, quo legiſtæ intelligunt.

Hæc igitur per ſe quidem clara ſunt, & non videtur remanere aliqua dubietas, quin hæc mors fuerit naturalis, & non violenta, ſed nihilominus pro coronide addi poteſt, contrahentes veriſimiliter non intellexiſſe per mortem violentam comprehendere caſum peſtis inſolitum, & de quo tempore contractus non erat ſuſpicio, ſed voluiſſe proſpicere caſibus conſuetis, qui quotidie accidunt dum ferro homines interficiuntur; illud enim cenſetur actum, quod veriſimiliter fuit cogitatum, quæ veriſimilitudo cæteris omnibus coniecturis, & rationibus anteponitur, *l.vlt. in princ. ff. de contrah. ſtipul.l.cùm*
52 *ex pluribus, ff. de ſolut.l.veteribus*, vbi Bart. *n.4.* Bald. & Ang. & communiter DD. *ff.de pact.* Bald. *conſ.159. numer. 5. verſ. nam verba, lib.3.* Crau. *conſ. 3. num. 11.* Rim.Iun. *conſ.30. num 43. in fin.& num.44.* latè Mantic. *de tac.& amb.conuent.lib.3.tit.1.num.12.13.14.* vbi plures allegat: & in terminis dixit Rot. *in dicta Rom.ſoc.16. Aprilis* 1612. apud Zacch. *d.deciſ.54.num.8.* vbi quod ita verba contrahentium ſunt intelligenda. Ergo caſus mortis ex peſte ſecundùm veriſimilem contrahentium mentem fuit comprehenſus ſub pacto mortis naturalis, non violentæ.

Præterea multùm mihi placet, & facit ad propoſitum noſtrum ratio adducta à Rota, in dicta Romana Societatis, apud Marcheſ. Farin. & Zacch. *d.deciſ.54. num.7.* vbi docet, quod exceptio mortis violentæ non videtur adinuenta in huiuſmodi contractibus, in quibus aliquis lucratur pecunias ob mortem alterius, niſi ad hoc, ne
53 aliàs per illum, qui eſt lucraturus, parentur inſidiæ illi, cuius mors eſt expectanda; & ideò cùm iſtud periculum ceſſet in morte, quæ cauſatur ex peſte, debet ceſſare & ipſa cautela, ad notata *in l.1.* vbi Bald. *in pr.* & Salic. ac Caſtr. *numer.1. C.de nautic. fœn.* gl. *in l.3. verſ. propinqua mortis ff. d. donat.cauſ. mort.* Rom. *conſ.404. num.9.*

Et quamvis hæc ratio impugnetur à Seraphino *in dicto vot.46.num.8.* quaſi quod hæc non ſit ratio generalis diſpoſitionis, cùm etiam in illa conuentione exciperetur caſus mortis ex partu, in qua non poteſt cadere ratio captatæ mortis, & inſidiarum. Tamen reſpondetur Rotæ auctoritatem longè præualere Seraphino, cuius votum neſcimus an fuerit acceptatum, & propterea Zacch. *in d.tract.de ſoc. off. num 411. verſ. ſed contrariam*, teſtatur Rotam aliter ſentire, & ſanè ridiculum eſſet ſequi votum vnius Doctoris, & contradicere auctoritati vnius Rotæ Romanæ tam magni nominis: hoc autem multò magis firmandum eſt in caſu noſtro, vbi non habemus eas exceptiones mortis ex partu, vel peſte, aut aqua, quæ erant in caſu Seraphini, ſed tantùm excipitur mors violenta; & proptera non habemus alias coniecturas, quod hic ſic pactum fuerit, niſi ad euitandum votum captandæ mortis, quod vtique ceſſat in morte ex cauſa peſtis. Nam apud Seraphinum non erat multùm conſiderandum, an mors ex aqua, veneno, peſte, vel partu eſſet naturalis, vel violenta, cum ipſi contrahentes eam tanquam violentam habuerint, & caſum huiuſmodi mortis à regula mortis naturalis exceperint, hoc enim proceſſit ex ſpeciali paciſcentium voluntate, & hoc eſt principale, & verum motiuum. Seraph *d.vot.46. num.6. & num.8. verſ.concludo:* idque valde rationabile videtur, quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, ad textum *in l.1.* & *l.peto, §.fratre, ff.de fund.dotal.l.cum ex filio, §.1. de vulg.l.ſi cum dotem*, & *l.quoties, ſol.matr. l.*
54 *fin.* vbi Bart. *num.3. C.de pact.conuent.* non ſic eſt in caſu noſtro, vbi expreſſa eſt, & excepta tantùm mors violenta ſine alia exceptione; & ideò relictus liberè eſt locus indagandi, quænam ſit mors violenta, ſecundum regulas iuris, & communem vſum loquendi, quo attento ſatis probatum eſt, mortem ex cauſa peſtis eſſe naturalem, & non violentam.

Ex his puto ſublatam fuiſſe omnem dubitandi anſam, nec remanere vllum ſcrupulum; verùm ſi quid dubij ſupereſſet, quod non credo, illud totum ſublatum eſt per ſecutam obſeruantiam contrahetium, cùm ſemper per annos 17. hanc mortem emptor, & venditor æſtimauerint naturalem, & non violentam, dum quotannis emptor ſoluit venditori ſcuta centum quinquaginta, & venditor ea pacificè recepit, non attento pacto, quod in caſu mortis violentæ ſoluenda eſſent ſcuta ducentum annuatim, ex hoc enim modo ſoluendi, & ex tali obſeruantia declaratur, quid actum fuerit inter partes, & quid conuentum inter eas, adeò vt ita præſumatur conuentum, ſicut fuit ſolutum, cum ex ſequentibus cognoſcatur, qualis fuerit contrahentium mens in præcedentibus, ſic per textum *in l. minimè, & in l. ſi de* 55
*interpretatione, ff.de legib.l.ſed & Iulianus, §.proinde, ad Macedon.l.ſi ſeruus plurium, §. fin. de leg. primo.* Bart. *in l.cætera, §. fin.ff.eod.* Caſtr. *in conſ.363. in 2. dub.vol.1.* vbi quod ex ſolutionibus poſteriùs factis declaratur animus, & mens contrahentium. Corn. *conſil.181. num.29. verſ. quod & ſatis eſt, vol. 2.* vbi ita videtur inter partes conuentum, ſicut ſolutio fuit ſecuta: latè Crauet, *con-ſil.836. à num.10. vſque ad fin.* dicens ſolam obſeruan- 56
tiam tollere omnem dubitationem: pulchrè Surd. *conſil.440. num.43.44.* & meliùs *in conſ.335. num.26.* vbi multos allegat, & probat ſic fuiſſe conuentum, ſicut fuit ſolutum. Idem Surd. *deciſ.134. num.9.* latè Lancell. Gall. *conſ.63. à num. 7 vſque ad num.* 38. Cyriac. *controu. forenſ.212. num.21.* vbi quod obſeruantia ſubſecuta declarat, qualis fuerit ab initio intentio contrahentium, & *controu.311. num.15.* vbi quod ex obſeruantia præſumitur veniſſe in contractu, quod poſtea executum eſt. Seraph. *deciſ.600. num.3.* & *deciſ.140. num.16.* vbi quod in dubio, tam iuris, quàm facti interpretatio ex obſeruantia deſumitur, & ego ſatis dixi *controu.for.106. n.84. 85.86.* & dixit Rot. apud Zacch. *de ſoc. off. deciſ.5. n.11.* vbi quod obſeruantia ſubſecuta declarat, qualis fuerit animus contrahentium.

Nec dicatur non fuiſſe ſatis præſcriptum per longum tempus 20. vel 30. annorum, vt videtur requiri *ex l.1. C. de præſcript. long. temp.* Nam reſpondetur hæc fortè procedere in illa conſuetudine, & obſeruantia, quæ eſt iuris introductiua, & inducitur contra legem, non autem in illa obſeruantia, quæ eſt interpretatiua iuris, vel facti, vt hîc, vbi quærimus, an contrahentes per mortem violentam intellexerint eam quoque cui peſtis cauſam dedit, tunc enim non requiritur ſolemnis præſcriptio, ſed ſufficit etiam obſeruantia modici temporis, & per aliquos actus, quia conſuetudo interpretatiua non requirit 57
diuturnitatem temporis, ex Aret. *conſ. 11. numer. 5.* Caſtr. *conſil.347. num.4. lib.1.* Curt.Iun. *conſ.24. in fin.* Dec. *conſ.11. num.12. verſ.reſpondetur.* Crau. *d. conſ.836. col. fin. verſ. neque ad rem.* Gabr. *conſ.164. num.8. lib. 1.* Menoch. *conſ.49. numer.20.* pulchrè Surd. *d.conſ.140. numer.45.* & *d. conſ. 335. numer.17.* vbi vide. Decian. *conſil.54. numer.23. lib.1.* Lanc.Gall. *d. conſil.63. numer.37.* & ego dixi *d. contr.160. num.* 88.89.90.91. vbi quod obſeruantia ad rem naturalem inducitur per duos, vel tres actus vniformes, etiam minori ſpatio decem annorum: pulchrè Sperell. *deciſ. 91. numer. 75.* vbi quod per obſeruantiam ſubſecutam deciditur omnis ambiguitas, & per poſterius factum declaratur prius actum.

Cùm ergo tamdiu ſic obſeruatum fuerit inter contrahentes per ſolutiones factas vniformiter per annos 17. nunc non licet controuertere, an ſolutio ſit facienda in maiori ſumma, quia partes ipſæ videntur habuiſſe pro

indu



indubitato, mortem prædictam fuiſſe naturalem, & non violentam, non enim ſunt mutanda, quæ ſemper certam habuerunt interpretationem, *l.minimè, ff.de legib.* & propterea dictus D. Ingonus non eſt cogendus ad
58 ſoluendum, niſi quod ſoluere ſolitus eſt, & debet manuteneri in hac quaſi poſſeſſione ſic ſoluendi, vt poſt Rot. *recent.deciſ.454. n.1.p.1.* dixit Poſthius *in tract. de manutent.obſeru.10.n.77.* Et ita, &c. Saluo, &c.

---

## CAPVT CCXXVII.

### EPITOME.

Diſtributiones quotidianæ an debeantur Canonico non reſidenti, quia reſidere non permittitur facto Domini temporalis.

### SVMMARIVM.

1 *Diſtributiones quotidianæ abſentibus non debentur.*
2 *Diſtributiones non debentur illi, qui iuſtè fuit eiectus à Ciuitate.*
3 *Diſtributiones vt debeantur abſenti, requiritur iuſta cauſa, & ſimul licentia Epiſcopi.*
4 *Diſtributiones debentur legitimè impedito, ne inſeruiat.*
5 *Canonicus expulſus à Principe, vel Capitulo percipit interim diſtributiones.*
6 *Diſtributiones debentur Canonico abſenti, qui reſidere non poteſt ex facto Principis.*
7 *Canonicus abſens vltra annum tenetur renunciare Canonicatum, ſi non poteſt reſidere.*
8 *Canonicus an cogendus ſit ad renunciandum, ſi impeditur reſidere.*
9 *Diſtributiones debentur Canonico reſidere impedito, donec impedimentum durat.*
10 *Diſtributiones poteſt Canonicus percipere in abſentia, donec durat neceſſitas abſentiæ.*
11 *Erubeſcimus ſine lege loqui.*
12 *Declarationes, & decreta S.C.Concilij non habent vim legis, niſi in cauſa illa.*
13 *Sacræ Congregationis Concilij decreta vt obligent vniuerſaliter, quid requiratur.*
14 *Declarationes S. C. non obligant, niſi authenticè de illis conſtet.*
15 *Canonicus culpa ſua abeſſe compulſus non lucratur diſtributiones.*
16 *Culpa non præſumitur, ſed probanda eſt ab allegante.*
17 *Culpa non nocet, ſi non eſt præordinata ad caſum.*
18 *Bonus quilibet præſumitur, niſi probetur malus.*
19 *Cauſa iuſta præſumitur in Principe.*
20 *Cauſa iuſta non præſumitur in Principe, in damnum, & præiudicium alterius.*
21 *Cauſa iuſta non præſumitur in Principe, quando agitur negotium cum non ſubdito.*
22 *Principis factum numeratur inter caſus fortuitos.*
23 *Principis factum ſi requiratur, cenſetur impoſſibile.*
24 *Canonicus iuſſus exulare, interim percipit diſtributiones.*
25 *Canonicus iuſtè carceratus quando poſſit lucrari diſtributiones.*
26 *Canonicus quando teneatur petere licentiam abſentiæ ad lucrandum diſtributiones.*
27 *Canonicus in caſu violentiæ, & neceſſitatis non tenetur petere licentiam abſentiæ.*
28 *Ratio naturalis ſola poteſt allegari ad deciſionem cauſarum.*
29 *Licentia non eſt petenda, vrgente neceſſitate.*
30 *Canonicus ad lucrandas diſtributiones, an teneatur in caſu neceſſitatis petere licentiam abſentiæ.*
31 *Canonicus tenetur petere licentiam abſentiæ, vt euitetur contemptus ſuperioris.*
32 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
33 *Afflictio non eſt addenda afflicto.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

VIdetur excludendus M.R.D. Camillus Gualenghus Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Mutinæ à participatione diſtributionum quotidianarum illius, propter abſentiam eius ab illa, quia præſentibus, & intereſſentibus tantum, non abſentibus diſtributiones concedun- 1
tur, vt probat textus *in cap. vnic.* vbi DD. *de Cler. non reſid.in 6.* Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 12. de reform.* Garz. *de benef.p.3.cap.2.num.430.*

Et quamvis ipſe ſe abſentauerit, Principe ſæculari ſic mandante, vt aſſeritur, id tamen ei nihil prodeſſe poteſt, quia præſumitur id factum fuiſſe ex iuſta cauſa, & propterea eiectus à Ciuitate iuſtè non poteſt 2
percipere, ſeu lucrari diſtributiones quotidianas. Moner. *de diſtribut.quotid. p.2.q.5.n.82.*

Et quatenus dictus Canonicus habuiſſet iuſtam abſentiæ cauſam, tamen quia nõ habuit à ſuo ſuperiore li- 3
centiam recedendi, videtur excludendus, quia ad lucrandas diſtributiones in abſentia, requiritur non ſolùm iuſta cauſa, ſed etiam licentia Ordinarij, latè Barboſ. *de off.Epiſc.p.3.alleg.53.num.153.* vbi multas allegat Rotæ deciſiones; & latè etiam Lotter. *de re benef. lib.3. q.27. num.112.*

His tamen non obſtantibus cenſeo, prædicto D. Canonico deberi diſtributiones quotidianas, quia habuit non ſolum iuſtam cauſam, ſed etiam neceſſitatem non reſidendi, cùm facto Principis, vt dicitur, compulſus fuerit abire, & non permittatur reuerti ad Ciuitatem; vis enim maioris poteſtatis tribuit illi iuſtam abſentiæ cauſam, ex *l.ſi fundus, in fin.* vbi DD. *ff.locat.* & ideò qui habet legitimum impedimentum, & iuſtam abſentiæ cauſam, 4
poteſt fructus diſtributionum interim percipere, etiamſi non inſeruiat, *d.cap.vnic.de cler.non reſid. in 6.cap.quorundam, diſt.74. cap.ad ſupplicationem, de renunt.* Calder. *conſ.17. de præbend.* Nauar. *conſil.11. num.5. de cler.non reſid.* Moner. *de diſtribut.quotid.par.2. quæſt.5. num.83.* vbi alios allegat. Seraph. *deciſ.1239. num.5.* benè Burat. *deciſ.694. num.5.* vbi quod ſufficit quodlibet impedimentum.

Et ideò ſi non conſtat de culpa, & delicto eiecti, certum eſt, quod Canonicus expulſus à Capitulo, vel ab alia perſona, etiam à Principe extra Ciuitatem, iuris ordine non ſeruato, lucratur diſtributiones quotidianas, 5
etiamſi non inſeruiat, niſi eſſet per ſententiam legitimè latam exulare coactus: ſic ex Calderin. *d. conſil.17. de præbend.* ad tem Ioan.Andr. *in d.cap. vnic.* vbi DD. *de cler. non reſid.in 6.* Felin. *in cap cùm omnes, num.22. in fin. de conſtit.* Prob. *ad Monach.in cap.1. num.22. de cler. non reſid.* Couar. *var. reſol. lib.3. cap 9. num.8 verſ.decimò eadem ratione:* pulchrè Tuſch. *littera D. concl. 514. numer.7.9.* Monet. *de diſtrib. dict. p.2. quæſt.5. numer.71.* Coccin. *deciſ. 21. numer. 1.* Lotter. *de re benef. lib. 3. quæſt. 17. numer. 142. 143.* & in terminis Barboſ. *in tract. de Canonic. cap. 24. num.38.* & *in collect. nouiſſ. ad Concil. Trident. ſeſſ 24. cap.14. num.116. de reform.* & *in collect. Apoſtolic. deciſ. verb. diſtribut. 258. num. 18.* vbi quod Canonicus abſens à choro, quia reſidere non po- 6
teſt ex facto Principis temporalis, lucratur diſtributiones quotidianas: pulchrè etiam Bonacin. *in tract. de Hor. canonic.diſp.2.quæſt.5.part.2.num.8.10.* Pellizzar. *in Ma-*

*nual.*

*nual.Regularium,tom.*1.*tract.*5. *cap.*8. *num.*148. vbi quod
in exilium pulſus lucratur diſtributiones, ſi non dedit
cauſam impedimento, & iudex legitimè eum non con-
demnauerit.

Nec obſtat, quod id non procedat perpetuò, vel ad
longum tempus, ſed intelligendum ſit per ſex menſes,
vel per annum,aut paulò plus,quia ſi vltra durat abſen-
tia,Canonicus tenetur renunciare, provt in Cauſa Car-
penſi M.R. Ioan. Blaſij Conteſini cenſuit S. Congreg.
7 penes Barboſ.*cap.*24. *n.*38. & priùs apud Garz.*de benef.*
*p.*3.*c.*2.*n.*351.

Nam reſpondetur S. Congr. non coarctaſſe Canoni-
cum ad renunciandum præcisè, ſed mandaſſe, vt curet
canonicatum reſignare,vel permutare,aut rationem ali-
quam inire, qua & ſuæ,& Eccleſiæ indemnitati conſul-
tum ſit, vt tradit idem Barboſ.ex mente S.Congr. eiuſ-
dem *in dicta Collect.* 358. *dec. Apoſtol. num.*18. & quam-
uis concesſerit illi tertiam dilationem abſque aliqua
ſpe prorogationis,non tamen dixit, aut decreuit dene-
gandas ei diſtributiones, ſi intra illud tempus Canoni-
8 catum non renunciauerit, & ſi talia ei comminata eſt,
fortè id fecit, quia cognouit, eum iuſtam non fouere
cauſam, vel quia tanquam viceſgerens Pontificis, po-
tuit abſoluta poteſtate hoc illi iniungere potiùs ad di-
ſponendum, quàm ad cogendum, ſtante quod ille Ca-
nonicus his non obſtantibus, & reclamantibus etiam
Canonicis ſemper habuit diſtributiones, provt ego re-
cordor cùm eſſem pariter Canonicus dictæ Eccleſiæ eo
tempore,ſed Ordinarius, qui non habet tantam poteſta-
tem, quantam S.Congr.non poteſt cogere Canonicum
ad renunciandum, & ſi non renunciat, illi denegare
diſtributiones, ſi adhuc durat cauſa, & impedimentum,
ſed recurrendum eſt ad ius, & videndum, quid iura
ſtatuerint; nam Canonico, & beneficiato conceduntur
diſtributiones à iure, ſi iuſto impedimento, & cauſa
honeſta detineatur, ne Choro intereſſe poſſit,& hoc ſi-
ne præfinitione temporis, & indeterminatè donec cauſa
9 durat, & impedimentum, per textum *in d. cap. vnic. de
cler.non reſid.in* 6.vbi tradunt DD.id intelligendum eſſe,
donec duret impedimentum, & cauſa timoris, vt ex
Bald.*in l.*2.*numer.*10.*C.quod met. cauſ.*& Odd.*de reſtitut.
in integr.quæſt* 7.*art.*9. *num.*108. dixit Moner. *de diſtrib.
d.par.*2.*quæſt.*5.*num.*79. & pulchè videndus Bonacin.*de
Hor.canon.diſput.*2 *quæſt.*5. *par.*2. *numer.*1.2. & *num.* 8.
*verſ. hæc tamen*, vbi docet, quandiu durat neceſſitas,
Canonicum abſentem poſſe diſtributiones percipere,&
10 ad rem facit etiam Barboſ.*de Canonic.d.cap.*24. *num.*49.
& *d.collect.*258. *n.*6. 10. non enim aſtringi debet Cano-
nicus ad renunciandum, ſed ſat eſt, ſi curet, quantum
poteſt, vt ſuæ, & Eccleſiæ indemnitati conſulat, quod
per modum conſilij,non præcepti ei poteſt iniungi quia
non habemus legem, aut canonem, quo id præcipia-
tur, & erubeſcimus ſine lege loqui, *l. qui filium*, §. *Sabi-*
11 *nus*, *ff. ad Trebell. l. illam, C. de collat. l. fin C de conſult.
lib.*12.& §. *conſideremus, in Auth. de trien. & ſemiſſe*, &
propterea Epiſcopus auctoritate ordinaria non poteſt
aliud decernere, niſi quod legitimè impedito dentur
diſtributiones, quandiu durat impedimentum, & neceſ-
ſitas.

Et decretum S.Congr.non præcipit,aut mandat, ſed
perſuadet,& hortatur,dum dicit,*Curet*; vt apud Barboſ.
12 *d. collect.* 258. *num.* 18. & quatenus mandaret, & per
modum præcepti diſponeret, illud haberet locum tan-
tùm in illa cauſa Carpi, quia decreta S. Congreg. non
habent vim legis vniuerſalis, neque ligant omnes, niſi
conſulto, & annuente Summo Pontifice, fuerint ſuffi-
cienter publicata: ita ex Bulla Sixti V. P. M. edita an-
no 1588. quæ incipit: *In menſa*, tradunt Sanchez *de ma-
trim.lib.*8. *diſp.*2.*num.*10.*in fin.*Bonacin. *de legib. diſp.*1.
*quæſt.*1.*punct.*8.*num.*4.*verſ.ego verò*, Baſil.Pont.*de Ma-
trim.lib.*5.*c.*13.§.1.*num.*7. latè etiam Dian. *mor.par.*1. *de
legib. tract.*10. *reſol.* 29. *verſ. at his non obſtantibus*, vbi
concludit, his deficientibus non habere vim legis: ſic
etiam pulchrè Ferdinand.de Caſtr.Palao *mor.p.*1.*tract.*3. 13
*diſput.*5. *punct.*3. §.1. *numer.*3. & *numer.*5. vbi alios al-
legat.

Et ſi adhuc vis aliqua fieret in dictis decretis S.
Congr. contra caſum noſtrum, poteſt iterum reſponde-
ri,de illis non ſatis authenticè conſtare,& propterea fi-
dem illi non eſſe adhibendam, ſiquidem eadem
S. Congr. Eminentiſſim.& Reuerendiſſimor. DD. Car-
dinalium Concilij Trid. Interpretum, ſub die 2. Aug.
1631. ex mandato ſpeciali S.D. Vrbani Papæ VIII.
præcepit nullam adhibendam eſſe fidem declarationi-
bus dictæ S.Congr. ſiue impreſſis, ſiue manuſcriptis, ni-
ſi edantur in Authentica forma, & fuerint munitæ ſoli-
to ſigillo, & ſubſcriptione Cardinalis Præfecti, & ſecre- 14
tarij einſdem S.Congr. vt latè Paſqualig. *deciſ.* 85. *n.*7.
& *deciſ.*86.*num.*17.Barboſ. *de vniuerſ.iur.Eccl.cap.*4. *nu-
mer* 83.*verſ.verùm*, pulchrè Ferdin. de Caſtr. Palao *mor.
p.*1.*tract.*3 *diſp.*5.§.1.*num.*3.& *num.*6. Vbi ad hoc,vt di-
ctæ declarationes fidem faciant, requiritur,vt authenti-
cè de illis conſtet per Breue Pontificis, vel per Monito-
rium A. C. vel per epiſtolam alicuius Cardinalis ſuo ſi-
gillo munitam, vel per tranſumptum authenticum ex
regiſtro Congregationis,parte citata,ſed hæc non con-
currunt in caſu noſtro: ergo nulla fides eſt adhibenda
dictis declarationibus S. Congr. quatenus poſſent eſſe
contrariæ dicto Canonico: ſic etiam latè Pelizzar. *in
Manual.Regul.tom.*1.*tract.*4.*c.*4.*n.*108.

Non obſtat quod hæc procedant, modò talis Cano-
nicus non fuerit in culpa, immiſcendo ſe rixis, & inimi- 15
citiis, ſi enim culpoſus eſt, non lucratur diſtributiones,
vt tradunt Io.Andr.Franch. & Anch. *in d.c.vnic. n.*2.*de
cler.non reſid.in* 6.Monet. *de diſtribut.d.p.*2.*q.*5. *num.*72.
Pellizzar.*d.c.*8.*n.*148.

Nam reſpondetur, non conſtare de aliqua culpa, vel
crimine dicti Canonici,& in dubio culpa non præſumi- 16
tur.ſed eſt probanda ab allegante,ad textum *in l. meritò,
ff. pro ſoc.*Alex.*conſ.*100.*num.*3.*lib.*1.Siluan. *conſ.*46. *nu-
mer.*4.9.Crau.*conſ.*151.*numer.*11.Menoch. *de præſ. lib.*5.
*præſ.*3.*n.*125.& ego dixi.*contr.for.*2.*num.*53.54. & opor-
tet vt culpa ſit præordinata ad caſum,alioquin non no- 17
cet.Monet.*d. tract.p.*2.*q.*6.*num.*13. latè Menoch.*d.lib.*5. 18
*præſ.*2. *num.*138. vbi alios allegat, quod verificari non
poteſt in caſu noſtro, vt dictus Canonicus aliquam cul-
pam commiſerit ad caſum prædictum præordinatam, &
ipſe habet pro ſe præſumptionem innocentiæ, quia qui-
libet præſumitur bonus,niſi probetur malus, *l. cùm pa-
ter*, §. *rego, de leg.* 2. *cap. dudum, de præſ. cum vulg.*
Ergo ex hoc capite non debet priuari diſtributio-
nibus.

Et quamvis in Principe præſumatur iuſta cauſa, &
non credatur fuiſſe motum ſine rationabili motiuo, *ex* 19
*l. relegati, C. de pœn.* hoc credo verum reſpectu ipſius
Principis ad defendendum eius factum; nunquam enim
auderem dicere aliquid feciſſe, niſi ex magna, & licita
cauſa, maximè in rebus politicis,& reſpicientibus ſtatus
rationem; ſed quia credo, eum intendere ſolam Cano- 20
nici abſentiam ſine eius damno,& ei ſufficere, ſi Cano-
nicus non accedat ad ciuitatem, poteſt reſponderi hoc
procedere reſpectu ipſius Principis, non tamen habere
locum talem iuſtæ cauſæ præſumptionem in damnum,
& præiudicium alterius. Aret.*in c. cum à nobis,de teſtib.*
Curt.Sen.*conſ.*20.*col.*5.Ruin.*conſ.*41.*num.*12.*lib.*1. Pariſ.
*conſ.*67.*n.*28.*lib.*4. Gramm.*deciſ.*103.*n.*227. Menoch. *de* 21
*arb. iud. quæſt.*9. *numer.*10. & *lib.*3 *præſ.*10. *num.*24. latè
Tuſch.*lit.P.concl.*682. *numer.*38.ſicut etiam ea præſum-
ptio non habet locum, quando res, & negotium verſa-
tur cum non ſubdito Principis: pulchrè Menoch. *d.
præſ.*10.*numer.*26 27.28. vbi multos allegat, & rationes
adducit, & maximè quod Princeps non poteſt non
ſubdito præiudicare. Ergo talis præſumptio licèt admit-
tatur ad ſubſtinendum Principis factum, non tamen
debet



debet retorqueri in damnum, & præiudicium dicti Ca-
nonici, vt etiam ex hoc debeat amittere diſtributiones,
cùm hoc nihil interſit Principis, nec credatur,ipſum ta-
lem habuiſſe intentionem, propterea ad ſolum defen-
dendum Canonicum dicimus habuiſſe iuſtam abſentiæ
cauſam, & legitimum impedimentum quod tollere ipſe
non poteſt, cum Principi non liceat, nec quiſquam
poſſit reſiſtere, adeò vt factum Principis numeretur in-
22 ter caſus fortuitos, qui vacant culpâ, per textum *in l.
Lucius*,vbi DD.*ff.de euict.l.item ſi verberatum*, §. *item ſi
fortè, de rei vindic.l.apud Iulianum*, §. *conſtat,de leg. pri-
mo.* Soc. *in l.quidam relegatus, in tertio not. de rebus dub.*
Alex.*conſ.*120.*lib.*1.& *conſ.*200.*lib.*2.cùm igitur à Prin-
cipe,vt fertur,iuſſus ſit abire,& ſine eius licentia, & ve-
nia non poſſit reuerti, impoſſibilis eidem Canonico di-
citur eſſe reſidentia,& excuſandus eſt,quia factum Prin-
cipis,& quod pendet ab eius voluntate, inter impoſſibi-
23 lia reputatur.Bald.*conſil.*104.*num.*1.*verſ.dixi.lib.*1. Aret.
*conſil.*142.*n.*1.& *ſeq.*Feder.de Sen.*conſ.*175. *Viſo inſtru-
mento*, & ideò ſic exulare iuſſus non debet remittere
diſtributiones quotidianas, ex Barboſ.*in collect. ad Conc.*
24 *Trid.c.*12.*n.*120.vbi alios allegat, & *de Can.d.c.*24.*n.*44.

Nec dum videri debet, quod in Principe fuerit iuſta
cauſa ſic faciendi, & tamen non fuerit iuſta reſpectu
præiudicij ipſius Canonici, quia hoc non eſt nouum, vt
reſpectu Iudicis reus iuſtè fuerit inquiſitus,vel tortus, &
tamen reſpectu rei id iuſtum nõ cenſeatur, veluti ſi iudex
habeat indicia delicti aduerſus reum clericum,vel etiam
Canonicum, propter quod eum detrudit in carcerem,
25 & etiam ſupponit torturæ, tamen ſi liberatur reus, quia
delictum non fuerit plenè probatum, carceratio dicitur
fuiſſe iuſta reſpectu iudicis, ſed iniuſta reſpectu rei, qui
idcirco lucrabitur diſtributiones etiam pro tempore,
quo manſit in carcere, vt apud Monet. *de diſtrib.d. p.*2.
*quæſt.*5.*num.*81. Bonac. *de Hor.can d.p.*2. §.1. *num.*3.4.
vbi alios allegant: ita dicendum eſt in caſu noſtro, Prin-
cipem iuſtè fuiſſe motum ad ſic faciendum,ſed reſpectu
damni dicti Canonici, vt amittat diſtributiones, id
non cenſeri iuſtum. Cum igitur dictus Canonicus non
poſſit hoc impedimentum auferre, dicitur habere iu-
ſtam abſentiæ cauſam.Bonac. *in d. p.*2. *numer.*10.*in fin.*
Pellizzar.*d.c.*8.*n.*148.

Non obſtat, quod non ſufficiat iuſta cauſa abſentiæ,
niſi etiam copulatiuè concurrat licentia Ordinarij, ex
Barboſ.*d.alleg.*53.*n.*153.Nam reſpondetur,id fortè pro-
cedere, quando Canonicus vult abeſſe ex iuſta quidem
cauſa,ſed voluntaria, vt ex cauſa litis,vel ſtudij, aut pe-
regrinationis, aut Eccleſiæ vtilitatis, tunc vtique con-
gruit,vt cauſa cognita requiratur etiam Ordinarij licen-
tia,& in his terminis loquitur gl. *in cap. relatum,in verb.
Prælatorum*,vbi Abb. *n.* 4. *de cler. non reſid.*quam omnes
26 allegant,& ſentit Felin.*in c.fin.verſ.ſexto,de magiſtr.*Rot.
apud Farin.*deciſ.recent.*608.*num.*1.*p.*1.Barboſ.*d.alleg.*53.
*n.*153.Beltram.*ad Ludou.dec.*154.*n.*8.Lotter.*de re benef.
lib.*3.*q.*27.*n.*194.Rot.*in vna Calagurrit.fructuũ*,16.*Maij*
1614.*coram Vbald.*de qua Bon.*de hor.can.diſp.*2.*q.*5.*p.*3.
*n.*22.qui omnes loquuntur in caſibus voluntariæ abſen-
tiæ, ſecus dicendum eſt in caſu abſentiæ neceſſariæ, &
27 violentæ,quando Canonicus abire cõpellitur;non enim
rationi congruit, vt licentiam debeat petere faciendi
quod facit inuitus, compulſus, & ad hoc ſufficeret alle-
gare rationem naturalem, quæ hoc optimè docet, *l.ſcire
oportet*, §.*ſufficit*, *ff.de excuſ.tut.l.cùm ratio,de bon. canon.*
tamen id probatur etiam ratione,& auctoritate,quia vr-
gente neceſſitate non eſt petenda licentia, vt poſt Ioan.
28 And.Imol.& Abb dixit Lotter.*de re benef.p.*3.*d. cap.*27.
*num.*214. ſed quænam maior neceſſitas poteſt inueniri,
quàm iuſſio Principis & mandatum, vt abiret,& rediret
29 non ſine eius venia? ſanè nemo diceret hoc caſu teneri
ad licentiam petendam, petitio enim licentiæ præſup-
ponit conſenſum petentis, hoc autem factum eſt con-
tra eius voluntatem,ideò nulla licentia petenda erat.

Et ſanè, ſi verum amemus, & bene conſideremus di-
ſpoſitionem *d.c.vnic. de cleric. non reſid. in* 6. vbi ob ne-
ceſſitatem corporalem conceditur etiam abſenti perce-
ptio diſtributionum quotidianarum,vtique in eo nulla
ſit mentio licentiæ Epiſcopi,nec dicitur, quod ea requi-
ratur, & propterea quod non dicit lex, nec nos dicere 30
debemus: ſic ad rem videtur ſentire Monet.*p.*2. *quæſt.*5.
*num.* 77. vbi vult requirendam eſſe licentiam ſolum,
quando abſentia non eſt omnino neceſſaria: ergo ſi pe-
nitus eſt neceſſaria, vt hic, ob præceptum maioris pote-
ſtatis, vtique non erit licentia petenda, & fortiùs hoc
idem ſenſerunt Barboſ.*in tract.de canonic.c.*24.*numer.*26.
*verſ.ſed mihi*,& Bonacin. *de Hor. can. diſp.*2.*quæſt.*5.*p.*3.
*num.*22.*verſ. ego verò*, qui exiſtimant, abſentem ex iuſta
cauſa, & impedimento non teneri petere licentiam non
reſidendi,quia *in dicto c.vnic.* id non requiritur,quæ ſi de
impedimento neceſſario, & violento intelligantur, vt in
caſu noſtro, nullum erit abſurdum, & rationabilis erit
eorum deciſio.

Etenim ſi licentia petenda eſt ad finem lucrandi di-
ſtributiones, hæc non ad alium finem requiritur, niſi vt 31
euitetur contemptus ſuperioris,vt inquit Lotter. *d.c.*27.
*num.*211.ſed quis contemptus poteſt conſiderari in eie-
cto, & expulſo contra voluntatem ſuam? vtique nul-
lus: ideò ceſſante cauſa,& ratione diſpoſitionis,& legis
ceſſat ipſa lex,& diſpoſitio, *l.adigere.*§.*quamuis,de iure-
patr.*§.*ſi inter tutorem,Inſt. de auct.tut.c.cùm ceſſante, de
appellat.*

Ex quibus cenſeo,non eſſe denegandas diſtributiones
dicto D.Canonico,donec durauerit prædictum impedi- 32
mentũ,& hoc libenter eſſe faciendum etiam,ne afflictio
iterum addatur afflicto, *l.iure ſuccurſum, de iur.dot. l. D.
Marcus, de off. Præſid. l. nauis onuſtæ*,§. *cùm autem,ad l.
Rhod.de iactu. c.ex parte, de cler. ægrot.* cum vulgaribus.
Et ita ſentio,ſaluo,&c.

Verùm licèt pro parte Canonicorũ fuerit replicatum,
& pro eis latè ſcripſerit valde Excell.D. Hieron.Pontius
eruditè quidem, ſed politicè, tamen Illuſtr. & Reu. D.
Robertus Fontana,Epiſcopus Mutinæ,ex voto vnanimi
eius Vicarij & meo,declarauit & ſententiauit diſtribu-
tiones deberi dicto D. Can.Gualenguo, non ſolùm pro
præterito, ſed etiam futuro tempore, durante exilio ei à
poteſtate laica inflicto, vt conſtat ex eius ſententia, ſeu
laudo lato ſub die 4. Apr.1648. & iure merito, nam in
fortiori caſu S.C.Em. Card. S. Concilij Trid. Interpre-
tum de anno 1646. 1647. pluries iudicauit Reu. Archi-
presbytero Carpi diu abſenti ob cauſas, quæ fortè ad
læſam Maieſtatem pertinebant, deberi diſtributiones
quotidianas, & licet Capitulum illorum Canonicorum
Romam miſerit D. Archid. ad excludendum D. Archi-
presbyt.& cauſa fuerit pluries agitata cum magno etiam
calore,nihilominus S.Congr.iuſſit, & cenſuit, eum non
eſſe priuandum diſtributionibus, & Canonici fuerunt
coacti refundere,& reſtituere, quod ſibi retinuerant, &
inter ſe diuiſerant de portione ad dictum Archipresby-
terum ſpectante,& voluerunt haberi pro præſente, cum
non fuerit condemnatus iuris ordine ſeruato, & con-
ceſſerunt ei licentiam non reſidendi per annum, quam
etiam prorogauerunt per alium annum, & ſic dein-
ceps durante cauſa, quia Sacra Congr. non ſolet dare
licentiam non reſidendi, niſi per annum; & vt innote-
ſcant decreta prædicta, ſequitur eorum tenor cum ori-
ginali concordatus.

Die 3.Martij 1646.Sacra Congr.Em.Card. Concilij
Trid.Interpretum ex cauſis eidem Sacræ Congregationi
notis,benignè indulſit Ludouico Nicolino Archipresby-
tero Eccleſiæ Collegiatæ Carpenſis,vt à die ſui diſceſſus
à reſidentia vſq; ad præſentem diem, & vlteriùs per an-
num frui poſſit nedum fructibus dicti Archipresbytera-
tus tantum, verùm etiam diſtributionibus quotidianis,
perinde ac ſi perſonaliter intereſſet,& inſeruiret.

PETRVS ALOYSIVS, Cardinalis Caraffa.

Gratis etiam quoad ſcripturam. Loco † Signi.

Franc. Pavlvtivs S.C. Secret.

Die 3. Feb. 1647. Sacra Congr. Em. Card. Concil. Trid. Interpretum, auctoritate ſibi tributa, facultatem Ludouico Nicolino Archipresbytero Eccleſiæ Collegialis Carpenſis, vt abeſſe poſſit à ſua reſidentia per alium annum, ac omnes prouentus, vt aliàs, benignè conceſſit.

Petrvs Aloysivs, Card. Caraffa.

R. D. Cùm hæc Sacra Congregatio Emin. Card. Conc. Tridentini Interpretum, aliàs Archipresbytero Carpenſi quotidianas diſtributiones deberi declarauerit, provt in decreto deſuper emanato pleniùs continetur; iidem Em. PP. quibus perlatum eſt eadem decreta adhuc non fuiſſe executa, Tibi mandant, vt harum vigore Capitulum, & Canonicos Carpenſes ad exhibendas cum effectu dicto Archipresbytero prædictas diſtributiones quotidianas pœnis legitimis, etiam ſuſpenſionis à diuinis ipſo iure incundis, & priuationis beneficij, aliiſque arbitrio tuo infligendis omninò adigas, atque compellas: ſic itaque exequeris, & de executione certiorabis, & bene in Domino valebis.

Romæ die 9. Febr. 1647. Tui ſtudioſiſſimus.

Petrvs Aloysivs, Card. Caraffa.

R. D. Vicario Generali Carpenſi.

In cauſa Carpenſi diſtributionum inter Archipresbyterum Carpenſem, vna, & Capitulum eiuſdem ex altera.

Die 6. Iulij 1647. Sacr. Congr. Em. Card. Concilij Tridentini interpretum, vtraque parte informante cenſuit ſtandum eſſe in decreto ad fauorem dicti Archipresbyteri.

Emin. & Reuerend. Sign.

Ludouico Nicolini Arciprete, & Ord. di Carpi, Nullius, humiliſſ. ſeruo dell'Emin. VV. riuerentemente le ſupplica à degnarſi di prorogarli la gratia de ſtàr aſſente dalla ſua reſidenza, è di godere delle rendite tutte di quella dignità alla forma dell'Indulto, *Benignam*, dall'EE. VV. conceduto gli ſotto, li 3. di Marzo 1646. è confermato li 3. di Febr. 1647. che'l tutto. *Quas Deus.*

Die 15. Februarij 1648. Sacra Congregatio Em. Card. Concilij Trid. Interpretum, auctoritate ſibi tributa, facultatem, vt orator abeſſe poſſit à ſua reſidentia, modo, & forma alias eidem conceſſa ad alium annum benignè prorogauit.

Petrvs Aloysivs, Cardinalis Caraffra.

Gratis etiam quoad ſcripturam. Loco † Signi.

Franciscvs, Pavlvtivs S.C. Secret.

## CAPVT CCXXVIII.

### EPITOME.

Reus an poſſit citari, & carcerari ad ſolam partis querelam, & maximè ſi ſit clericus, & an valeat proceſſus, ſi aliter fiat.

### SVMMARIVM.

1 *Carcerandi facultas pendet à iudicis arbitrio.*
2 *Iudex in criminalibus poteſt incipere à captura.*
3 *Carcerari poteſt reus conſtito de corpore delicti.*
4 *Iuriſdictionem alienam vſurpans quomodo puniatur.*
5 *Iuriſdictionem qui vſurpat, quomodo iudex procedat contra eum.*
6 *Accuſatore non probante reus abſoluitur.*
7 *Eccleſiaſtici ſoli poſſunt recipere oblationes, ex Synodo Parmæ.*
8 *Oblationes ab altari non poſſunt laici recipere.*
9 *Laici recipientes oblationes altaris ſunt excommunicati.*
10 *Oblationes ſunt de iure parochiali.*
11 *Parochus tenetur bis in anno explicare populo Synodum Parmæ.*
12 *Parochus in ſua Eccleſia gerit vices Epiſcopi.*
13 *Parochus in ſua Eccleſia dicitur Prælatus.*
14 *Parochus eſt Rex, & Imperator in ſua Eccleſia.*
15 *Parochus habet tantam poteſtatem in ſua Eccleſia, quantam Epiſcopus in ſua diœceſi.*
16 *Parochus habet iuriſdictionem ſpiritualem, & ius colligendi oblationes.*
17 *Parochus dicitur iudex ſpiritualis.*
18 *Parochus ſecundùm multos poteſt excommunicare.*
19 *Vſurpare quis dicatur.*
20 *Proteſtatio declarat animum proteſtantis.*
21 *Delictum non eſt, niſi quod fit dolosè, & malo animo.*
22 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
23 *Confratres ſodalitatum piarum poſſunt conueniri coram iudice laico.*
24 *Confraternitas laicorum poteſt conueniri coram iudice Eccleſiaſtico vbi agitur de adminiſtratione bonorum.*
25 *Piæ cauſæ omnes ſunt mixti fori, & poſſunt cognoſci ab vtroque Iudice.*
26 *Fori electio eſt conceſſa Eccleſiæ in eius fauorem.*
27 *Iuriſdictio præſumitur conceſſa accumulatiuè, & non priuatiuè.*
28 *Iudex laicus poteſt procedere contra laicos in cauſis piis, ſi præuenit.*
29 *Reus non poteſt interrogari, niſi præcedant indicia contra eum de delicto.*
30 *Interrogandus non eſt reus ſine indiciis, & præſumptionibus.*
31 *Citari non poteſt reus, niſi contra eum exiſtentibus indiciis.*
32 *Conſtitui non poteſt reus ſine indiciis.*
33 *Reus interrogatus ſine indiciis non tenetur reſpondere, vel æquiuocè reſpondeat.*
34 *Iudex citans reum ſine indiciis poteſt puniri.*
35 *Captura perſonæ non debet eſſe principium cauſæ in criminalibus.*
36 *Captura non debet fieri ſine præcedentibus indiciis.*
37 *Iudex quando poſſit deuenire ad capturam.*
38 *Captus ſine indiciis debet ſtatim relaxari ſine impenſa.*
39 *Indicia ad capturam ſufficientia debent in actis eſſe redacta.*
40 *Iudex quando poſſit deuenire ad capturam ante informationes ſumptas.*
41 *Clerici non ſunt carcerandi leui ex cauſa, nec facilè ſunt de fuga ſuſpecti.*
42 *Fugæ ſuſpicio debet ſaltem ſummariè conſtare.*
43 *Epiſcopus non debet eſſe promptus ad carcerandum clericos.*
44 *Carcer infamat, & affert damnum irreparabile.*
45 *Clericorum carceratio eſt facienda cum magna conſideratione.*
46 *Clerici non poſſunt carcerari, niſi præcedant indicia, & fugæ ſuſpicio.*
47 *Presbyteri quando poſſint carcerari.*
48 *Iudices capientes clericos ſine indiciis ſunt excommunicati.*
49 *Epiſcopus carcerans clericos ſine indiciis eſt excommunicatus.*
50 *Iudex carcerans reum ſine indiciis, & fugæ ſuſpicione, punitur, & tenetur de ſyndicatu.*
51 *Carcerandus non eſt reus ſine indiciis, aliàs Iudex tenetur de ſyndicatu.*
52 *Captura quomodo ſit iudicibus arbitraria.*
53 *Captus iniuſtè, & ſine indiciis poteſt ſine pœna carceres frangere & aufugere.*
54 *Reus quando poſſit è carcere aufugere, & occidere carceris cuſtodes.*





55 *Carceres frangens non habetur pro confeſſo, ſi iniuſtè fuit captus.*
56 *Præcepta pœnalia quando poſſint fieri à iudicibus.*
57 *Contumax verus non poteſt dici ad domum citatus, quia requiritur perſonalis citatio.*
58 *Mulctari non poteſt domi citatus, quia non eſt verus contumax.*
59 *Mulctari quis illico non debet.*
60 *Mulctari vt quis poſſit requiritur nouus terminus, & noua citatio.*
61 *Iudex antequam deueniat ad multam quid facere debeat.*
62 *Mulcta ob inobedientiam debet eſſe leuis.*
63 *Excommunicatio eſt iniuſta ſine trina monitione, & nulla ſine citatione.*
64 *Excommunicationis ipſo iure latæ declaratio non poteſt fieri ſine partis citatione.*
65 *Excommunicari non poteſt citatus ad domum, quia requiritur perſonalis citatio.*
66 *Contumax verus dici non poteſt, niſi perſonaliter citatus.*
67 *Confeſſio etiam ſpontanea ſine indiciis non valet, nec nocet.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

De anno 1641. ſub die 7. Aprilis R. D. Ioannes Baptiſta Riuarius Rector Parochialis Eccleſiæ S. Marci Borepti, diœceſis Parmenſis, Status Brixelli fuit denuntiatus, & querelatus coram Reu. D. Prouic. Epiſcopali Parmæ à duobus confratribus Confraternitatis S. Roſarij de duobus exceſſibus.

Et primò quod ipſe conſcripſerit ſchedulam quandam, & affixerit muro cubiculi dictæ Societatis, vbi confratres ſolent congregari pro tractandis negotiis confraternitatis, in qua erat ſcriptum, quatenus nullus laicus auderet tollere oblationes fidelium ab Altari dicti Roſarij, vel aliis Altaribus quocunque ſub prætextu; quia vltra peccatum mortale id pugnat cum Synodo Epiſcopi Parmenſis, & ordinationibus eiuſdem dictæ Societati intimatis, ex quibus colligitur oblationes Altaris non eſſe confraternitatis, ſed Altaris, & quod nemo poteſt eas ab Altari tollere.. Vlteriùs ſchedula continet laicos excommunicari in Concilio Nicæno, qui tulerunt oblationes ab Altaribus Eccleſiæ, ſubiungens: *Cauete igitur ab ira Dei: & ego auctoritate, qua fungor, præcipio omnibus obſeruationem rerum diuinarum*: & ſe ſubſcripſit.

Altera querela eſt, quod dictus Rector citare fecerit confratres dictæ Societatis ſub pœna librarum decem, vt comparere debeant coram D. Gubernatore Brixelli pro reddendis rationibus tam reſpectu intereſſe ipſius Rectoris, quàm dictæ Confraternitatis, licèt illi homines comparere noluerint allegantes, Gubernatorem non eſſe iudicem competentem, & Prouicarius ſe obtulit pro iuſtitia.

Verumtamen idem Prouicarius ſine alia iuridica informatione ſuper prædictis, nulliſque teſtibus examinatis fecit carcerari dictum Rectorem in Curia Gualterij, qui dum Parmam erat ducendus, fracto carcere fugam arripuit, quo ſtante à dicto D. Prouicario fuit præceptatus, vt in termino trium dierum deberet ſe conſtituere in fortiis eius Curiæ ex cauſis, de quibus in actis, quia fugam prædictam arripuerat, & hoc ſub pœna ſcutorum ducentum auri in auro locis piis, & etiam ſub pœna confeſſi, & conuicti criminis, nec non ſub excommunicationis pœna, cuius ſcripturæ copia fuit data domi dicti Rectoris per Nuntium ſub die 10. Maij 1642.

Poſt hæc ſub die 13. eiuſdem inſtante D. Procuratore fiſcali dictus Rector fuit condemnatus à dicto Prouicario in pœnam dictorum ſcut. 200. ob ſpretum præceptum, & pro pœnis in eo comminatis, ſed executor non potuit conſummare executionem, quia non inuenit pignora in domo Rectoris, propter quod abſque alia monitione fuit excommunicatus à dicto Prouicario cum affixione cedulonum.

Vnde ſub die 14. Aug. 1642. dictus Rector comparuit coram D. Prouicario proteſtando de nullitate prædictorum, inſtans ea tolli, & reduci ad terminos iuris, ſed D. Prouicarius eum in carcere includi mandauit, & detineri.

Examinatus dictus Rector fatetur, ſe fuiſſe carceratum Gualterij, & aufugiſſe, ne duceretur publicè Parmam cum ſuo dedecore, & confitetur ſe ſcripſiſſe dictam ſchedulam, & affixiſſe, vt confratres obſeruarent conſtitutiones Epiſcopi, & ſacros canones, & redderent rationem adminiſtrationis, non vt edictum aliquod faceret, vel iuriſdictionem Epiſcopi vſurparet.

Poſtea fuit habilitatus per Ciuitatem Parmæ ei aſſignatam pro tuto carcere, cum fideiuſſione de ſe præſentando, & cedulones fuerunt amoti, conceſſo certo termino Rectori redeundi ad ſuam Eccleſiam; ita tamen vt reuertatur.

Et iterum fuit carceratus, & ſub die 28. Iulij 1644. iterum examinatus, an fecerit citare dictos confratres coram dicto D. Gubernatore, quod ipſe negauit, & ideo Prouicarius publicauit proceſſum cum termino quinque dierum dicto Rectori ad ſe defendendum, & habilitatione per Ciuitatem.

Nunc quæritur, an dictus Rector poſſit ex dicto proceſſu condemnari, tam ratione multæ, quàm vigore dictæ ſchedulæ, & an ritè fuerit carceratus, vel potius veniat abſoluendus.

Et ſanè primo aſpectu videbatur dicendum, hic tractari de graui delicto turbatæ iuriſdictionis Epiſcopalis, dum Rector arrogauit ſibi poteſtatem faciendi præcepta in ſcriptis, & propterea fuiſſe iuſtè, & ritè carceratum, cùm hoc ſit iudici arbitrarium; facultas enim carcerandi reum in iudice pendet ab eius 1
arbitrio, ex textu *in leg. prima, ff. de cuſtod. & exhibend. reis*. Farin. *in prax. crim. quæſt.* 27. *numero* 126. vbi alios allegat, immo in criminalibus iudex poteſt incipere à captura, nullis etiam præcedentibus indiciis, gl. *in l. conſentaneum*, vbi Bart. *num.* 12. *verſ. ſequitur.*
Bald. *num. vndecimo, verſ. in criminalibus, C. quomodo, &* 2
*quando iudex.* Foller. *in pract. crim. rubr. notatos, cap. de perſona, num.* 1. *verſic. & primò ſcias.* Farinac. *quæſt.* 27. *n.* 115.

Et maximè quia hic ſatis conſtabat de corpore delicti, propter dictam ſchedulam manu dicti Rectoris
ſcriptam, & expoſitam, ideò potuit eum iudex carce- 3
ri mancipare. Boſſ. *in prax. tract. de cauſ. crim. tit. de delict. in fin.* Chartar. *in pract. interrog. reorum, lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 3. Guazzin. *defenſ.* 5. *numero* 6. ſic enim faciendo dictus Rector videtur vſurpaſſe iuriſdictionem Epiſcopi, ad quem ſpectat edicta, & prohibitiones facere, & certum eſt, quod vſurpans alienam iu-
riſdictionem in graui, tenetur pœna vltimi ſuppli- 4
cij, in leui autem arbitrariè puniendus eſt, vt per Caball. *reſol. crim. caſ.* 291. *numero vigeſimo octauo*, vbi vide.

Ideò cùm dictus Rector confeſſus fuerit, & affixiſſe ſchedulam affirmauerit, & etiam fractis carceribus aufugiſſe dixerit, quod ſolum ſufficit ad turbandam iudicis iuriſdictionem, vt per Chartar. *deciſ. crim.* 80. *n.* 2. ſequi-
tur, quod condemnari debeat ſicut reus violatæ iuriſ- 5
dictionis, & contra eum D. Prouicarius procedere potuit iudicio pœnali, ad textum *in leg.* 1. *ff. ſi quis ius dic. non obtemp. cap dilecto, de ſententia excommunicat. in* 6. latè Ricc. *in prax. for. Eccleſ. part.* 3. *reſol.* 231. Marth. *de*

*iuriſd.part.* 3.*cap. ſeptimo,num.*1.Chartar.*deciſ. crim.* 80.
*num.*3.4. & *deciſ.*89.*num.*31. quod multò magis proce-
dit in trahente Eccleſiaſticos ad forum ſæculare, *c. cùm
ſit generale*, *6. ſi clericus laicum*, & *c. conqueſtus, de for.
compet.*

His tamen non obſtantibus, cenſeo prædictum Re-
ctorem fore,& eſſe penitus abſoluendum,quia non con-
ſtat de corpore delicti, nec eum feciſſe aliquid crimi-
noſum, aut punibile, neque vlla probata ſunt delicti in-
dicia, actore enim non probante, reus omnino abſol-
6 uitur, etiamſi ipſe nihil præſtiterit, *l. qui accuſare*, vbi
DD.*C. de edend.* Guazzin. *defenſ.* 29. *num.* 1. ſchedula
enim prædicta non excedit poteſtatem Parochi,qui non
Epiſcopi iuriſdictionem vſurpauit, ſed officio ſuo fun-
ctus eſt, admonendo confratres de obſeruantia conſti-
tutionum ſynodalium, & ſacrorum canonum,& de pec-
cato mortali, dum oblationes poſitas in altari ipſi tan-
quam laici tollere non erubeſcunt; eis enim contradicit
Synodus vltima Parmenſis Epiſcopi Cornazani, *titulo
de Oblation. in fin.* vbi decernitur, vt nulli, niſi Eccle-
7 ſiaſtici, poſſint eleemoſynas, & oblationes in Eccleſia,
vel Oratoriis factas recipere; & concordant ſacri ca-
nones vetantes laicis oblationes recipere, cum hoc ſit
munus Presbyterorum, vt habetur *in c. ſanctorum Pa-
8 trum*, & *cap.hanc conſuetudinem* 11. *quæſt.*1. *cap.peruenit*,
16. *quæſt.*7 & legitur in Leuitic. *cap.*2. *numer.* 8. *in illis
verbis: Quam offerens Domino trade manibus Sacerdo-
tis.* Abb. *in cap. fin. de conſuetud.* D. Thom. 2. 2. *quæſt.*
87. *num.*2. *in corpore articuli.* Iacob. de Graff. *in au-
reis deciſ. part.*1.*lib.*4. *cap.* 24. *num.* 10. *verſ. oblationes.*
Lauor. *de Iubileo, & Indulgent.cap.*23.*n.* 2. Memorial.
Clericorum *cap.* 8. *excommunic.* 14. Barboſ. *de off.
Epiſc. part.* 3. *in addition. ad alleg.* 1. *verb. ex decreto*,
*litt. C*, qui dicunt, laicos accipientes oblationes ab al-
tari, incurrere excommunicationem nemini reſerua-
9 tam: idem ſummà Antonin.*part.*3. *tit.* 12. *capit.* 11.&
ad rem facit idem Barboſ. *de off. Paroch. capit.*24.*n.*5.6.
vbi docet, oblationes eſſe de iure Parochiali, & laicos
10 non debere eas recipere.

Ideò dictus Parochus ſe habet aduerſus laicos præ-
dictos per modum defenſionis, dum volebant auferre
oblationes de altari, & potuit eos admonere tam voce,
quàm ſcriptis de peccato, quod faciebant, & quomodo
contraueniebant non ſolùm ſacris canonibus, ſed etiam
conſtitutionibus Synodalibus, & ipſe ex eodem Sy-
nodo Parmenſi *tit. vigeſimo quarto*, *verſ. inter*, tenetur
11 ſaltem bis anno exponere populo contenta in Synodo,
ab ipſo populo obſeruanda: & ex prædictis, & vigo-
re ſui officij Parochialis, poterat populo, & confratri-
bus intimare, & præcipere vt obſeruarent conſtitutio-
nes Apoſtolicas, & Synodales; ſiquidem Parochus in
ſua Eccleſia gerit vices Epiſcopi, *ex cap. bonæ rei*, 12.
*quæſt.*2. Io.Aloyſ. Ricc. *in prax.for. Eccleſ.part.* 4. *reſol.*
12 305.*num.* 2. 3. vbi etiam dicit, quod Parochus in ſua
Parochiali dicitur Prælatus, & habet talem auctorita-
13 tem, qualem habet Prælatus cum Capitulo in Eccle-
ſia Collegiata,& dicitur Imperator & Rex; & Apoſto-
14 lorum vices in illa tenet, quem ſequitur Barboſ. *de offic.
Parochi, cap.*9. *num.*1. *& ſeqq.*& ſic habet tantam pote-
ſtatem in ſua Eccleſia, quantam habet Epiſcopus
in ſpiritualibus in ſua Dioceſi, *ex cap. duo*, 23. *quæſtio-
ne* 4. Abb. *in c. venerabilis*, *num.* 19. *de elect.* & *in c.* 1.
15 *num.*28. *de dol. & contum.* Ricc.*d.reſ.*305. Barboſ. *d.c.*9.
*n.*3.4.5.

Ideò Parochus ſolus habet iuriſdictionem ſpiritua-
lem in ſua Parochiali, & ius colligendi oblationes, ex
Oldrad. *conſ.*82. & Calder. *conſ.* 422. *alias conſ.*6. *n.*2.
16 *per totum, de religioſ. dom.* Tuſch. *littera P*, *concl.* 95.
*num.*1. & *num.* 6. adeò vt ſpiritualis iudicis nomen me-
17 reatur, vt probat Barboſ. *de off. Paroch.c.*3. *num.*6.quod
adeò verum eſt, vt poſſit etiam ſecundum canones ex-
18 communicare, vt poſt Io.Fileſacum *de ſacr. Epiſc.auct.*
*ſeu adſiſt.*Decretal. *de off. iud. ord. ad c.* 3. §.1.*&* 2.dixit
Gratian *diſc.*198.*n.*98.

Ergo non vſurpauit Epiſcopi iuriſdictionem,quia ille
dicitur vſurpare, qui ſibi vindicat id, quod ad ſe non
pertinet,gl. *in cap.multi* 2. *q.* 1. Ricc. *in prax. for. Eccl.
reſol.*415.*num.*4. *lib.* 2. quoniam ea, quæ dictus Rector
fecit, pertinebant ad eius officium, ne laici tollerent 19
oblationes de altari, & vt euitarent peccatum mortale,
& ſeruarent ſacras conſtitutiones, & hoc euidenter
probatur ex proteſtatione ipſius, dum dixit: *Per l'au-
torità ch'ò in queſta, io commando à tutti l'oſſeruanza del-
le coſe diuine*: exinde enim oſtenditur noluiſſe Epiſ-
copi iuriſdictionem vſurpare, ſed ſuo munere fun-
gi quia proteſtatio declarat mentem, & animum
proteſtantis, vt per Crauet. *conſil.*120. *num.* 3. *in fin.* & 20
ſic ceſſat omnis criminalitas, quia dictus Rector non
deliquit, nec fecit aliquid criminoſum, tam à parte
rei, quæ ſui naturâ non eſt mala, quàm ex parte ipſius,
qui malo animo, & doloſè prædicta non perpetrauit,
prout requiritur ad conſtituendum delictum punibile,
ad textum *in l.* 1. *C. de ſicar. l.* 1. *ff. de extraord. crim.
l. in crimine, ff. de adult. l. pen.*§.1. *ff. eod.l. cùm falſi. ff.
de falſ cap. vnum*, §. *criminis*, *diſt.* 25. Farin.*de delict.&* 21
*pœn.q.*18.*n.*2.

Nec eſt habenda in conſideratione altera querela,
quod ſcilicet dictus Rector fecerit citare dictos confra-
tres coram D. Gubernatore Brixelli, quia non conſtat
de citatione prædicta, neque de inſtantia ipſius Recto-
ris, qui penitus eam negauit, nec vlli teſtes fuerunt ſu-
per hoc examinati, ideò non poteſt dici extare aliquod
delictum, cum non appareat de verificatione quere-
læ, & non entis nullæ ſunt qualitates, *l. eius qui, ſi
cert. pet. l. ſi ſeruum*, § *ſi modus, de act.empt.*Crauet.*conſ.* 22
747.*num.* 22.alioquin ſi accuſare ſufficeret, nemo vn-
quam innocens dici poſſet, & calumniis aperta eſſet
via nimis.

Sed eſto, quod querela eſſet vera, tamen non con-
tinet aliquod criminoſum, aut punibile, non enim eſt
delictum conuenire confratres ſodalitatum piarum co-
ram iudice ſæculari, quia cùm ſint laici, non habent
priuilegium fori,& coram iudice laico ſunt conuenien- 23
di, vt tenet Bart. *in l.fin. num.*15.*ff. de Colleg. illicit.* Iaſ.
*conſ.*218. *col.*2. *verſ. ad prædicta*, *lib.*2.Pariſ.*conſ.*34 *n.*28.
*lib.*4.Ant.Gabr.*concl. lib.*6 *tit.de Pia cauſa,concl.* *n.*13.
latè Gutierrez *can. qq. lib.* 1. *cap.* 35. *n.* 6. vbi alios al-
legat. Carol. de Graſſ *de eff.cler. eff.*1.*n.*121.latè Marth.
*de iuriſd.par.*4.*caſ.*113.*n.*9.

Benè verum eſt, quod hoc non procedit vbi tracta-
tur de adminiſtratione bonorum Eccleſiæ, & bonis ip-
ſius confraternitatis, & piæ cauſæ, quia tunc tenentur
quotannis reddere rationem Epiſcopo, & poſſunt hoc
reſpectu conueniri coram eo, quia omnia loca pia per-
tinent ad cognitionem Epiſcopi, *ex cap.ſi quis Epiſcopo-* 24
*rum* 16. *quæſt.*2. *cap. omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.*17. *cap.ad
hæc, de religioſ.dom.*Conc.Trid.*ſeſſ.* 22 *cap.* 9. *de reform.*
Curt. *in diuerſorio iur.feud.part.*2. *c.* 2. *n.* 96. Gutierrez
*d cap.*35.*n.*26.27. Carol. de Graſſ. *d. eff.* 1. *n.*606.607.
608.qui eſt caſus noſter.

Nam reſpondetur hoc eſſe verum, ſed non tol-
lere, quin etiam iſti confratres poſſint conueniri co-
ram iudice laico, vbi controuerſia eſt de re tempora-
li,licèt pia, quia tunc cauſa dicitur eſſe mixti fori, om-
nes enim cauſæ piæ, & quæ reſpiciunt pietatem, ſunt
mixti fori, & poſſunt cognoſci non ſolum per iudi-
cem Eccleſiaſticum, ſed etiam ſæcularem, & locus
eſt præuentioni, vt probant textus *in l. nulli, ad fin. verſ.
vel in clariſſimi*, & *in l. hæreditas*, *in fin. ff. de petit.
hær. in l.* 3.§. 1. *in princ. de alim. & cibar. leg.* & §. *cùm* 25
*vnum*, *in Auth. vt cùm*, *de appell. cogn.* DD. *in capit. re-
latum*, *il primo de teſtam.* Bart. *in dict. leg.* 3. *de alim.*
Bald. *in leg. hæreditas*, §. *ſi defunctus*, vbi Ang. *de pe-
tit. hær.* Alex. *conſil.* 170. *vol.* 2. Surd. *de alim. tit.* 8.
*priu.*



*priu.*9.*num.* 2. *in fin.*& *num.*7.*in fin.*latè Marth. *de iuriſ-
dictione p.* 2. *cap.*20.*n.*2.& ego dixi *in contr.for.* 28.*num.*
19.20.*& ſeqq.*vbi alios allegaui: & hoc in terminis de
confraternitatibus dixit Barboſ. *de off. Epiſcopi part.* 3.
*allegat.* 75.*num.*15.

Et hoc eſt magis fauorabile Eccleſiæ, dum contra
laicos poteſt pro cauſis piis plures adire iudices, cum
fortè aliquando magis expediat recurrere ad iudicem
laicum, quàm Eccleſiaſticum, in fauorem enim Eccle-
26 ſiarum conceſſa eſt fori electio. Gaſp. Antonius The-
ſaur. *quæſtionum forenſ.lib.*2. *c.*15.*n.*19. vbi vide, & dum
leges, & canones conceſſerunt iudici Eccleſiaſtico iu-
riſdictionem in laicos in cauſis piis, & aliis, quæ non
ſunt merè Eccleſiaſticæ, Epiſcopo, & iudicibus Eccle-
ſiaſticis hoc cenſentur feciſſe cumulatiuè, non pri-
uatiuè, quia per conceſſionem alteri factam non vide-
tur ſublata poteſtas ab illo, qui ilam prius habebat,
& ſemper in dubio iuriſdictio videtur conceſſa accu-
27 mulatiuè, & non priuatiuè, ad textum *in cap. dudum,
de præbend.in* 6. & *c. per hoc, de hæret. in* 6. & *in leg.* 1.
*C. de off. Præfect.Vrb.* Felin. *in c. Paſtoralis, de off.Ordin.*
Anch.*conſ.*28.& *conſil.*164. pulchrè Grammatic. *vot.*28.
*num* 3.4.5.6.7. vbi vide. Albert.Brun. *conſil.* 47. *num.*2.
Pariſ. *conſ.*9. *num.* 10. *lib.*4. Roland. *conſ.*80. *n.*1. *vſq ad
num.*9. *lib.*2. Menoch. *de arb. iud. quæſt.*40.*n.*2. *& ſeqq.*
Marth. *de iuriſdictione par.*4. *caſ.*147. *num.*5. & ideò li-
cet in cauſis prædictis poſſit iudex Eccleſiaſticus pro-
cedere contra laicos, & confratres prædictos, non ta-
28 men tollitur præuentio iudici, etiam laico, quin poſſit
etiam ipſe procedere, ſi præuenerit, ex Bart. *in d. l.* 1. *C.
de off.Præfect.Vrb.* Dec. *conſ.*3. *num.*3. Menoch.*d q.*40.
*n.* 3. 4. 5. 6. vbi adducit multa exempla. Nullum ergo
fecit delictum prædictus Rector, ſi prædictos confra-
tres conuenit coram iudice laico, id enim fecit fortè ra-
tione maioris commoditatis, quia ſibi facilius erat eos
trahere ad forum dicti D.Gubernatoris vicinioris, quàm
eſſet Ciuitas Parmæ, vel quia videret dictum D. Guber-
natorem magis timeri à prædictis laicis quam Prouica-
rium, laici enim paruipendent cenſuras Eccleſiaſtico-
rum & formidare ſolent executiones ſatellitum fori ſæ-
cularis, ideo non ſubſiſtit querela prædicta, & vti ca-
lumnioſa eſt reiicienda.

Et hoc tantò magis eſt dicendum, quia etiamſi que-
rela eſſet verè criminoſa, & contineret delictum ac-
cuſati, adhuc abſoluendus eſt dictus Rector, & accu-
ſatores ſunt condemnandi in expenſis, & proceſſus fuit
nullus, & iniuſtus, ſiquidem ad ſolam querelam ac-
cuſatoris ſine aliis indiciis iudex deuenit ad capturam,
& præcepta pœnalia, quod fieri nullo modo poteſt, ſi-
quidem eſt, quod reus non poteſt à iudice neque cita-
ri, neque interrogari ſuper delicto, maximè per modum
examinis, quod conſtitutum vocant, niſi ſimul duo con-
currant, vt ſcilicet conſtet de corpore delicti, & præ-
cedant contra reum aliquæ informationes, vel indicia
in actis redacta, quia non ſunt ſumendæ informatio-
nes de domo rei ad fundandam fiſci intentionem: ſic
29 per *l. de minore*, §. *tormenta ff. de quæſt.* gl. *in l fin.* vbi
Salic. *col.* 2. *&* 3. *C. de accuſ.* Io.And. *in cap. ſi clericos,
de ſent. excommunicat.* *in* 6. Marſil. *conſil.* 130. *num.*34.
*in fin. verſ. nam quando benè.* Boſſ. *in prax. crim. tit. de
examinibus reor. num.* 6.7. vbi dicit poſſibile eſſe exa-
minare reum ſine indiciis, vel præſumptionibus, &
30 non vidit vnquam aliquem citari, vt examinaretur, ſi-
ne aliquibus indiciis, vel præſumptionibus redactis in
ſcriptis, nec fit, nec fieri debet, quia nimis magna da-
retur materia malis Iudicibus venandi homines, & pe-
cunias extorquendi ab eis, ad rem Ricc. *in prax. for.
Eccl.p.*1.*reſol.*538. *num.* 4. 5. vbi vide: ſic etiam docet
Chartar. *in pract. interr. reor. lib.* 1. *c.* 2. *num.* 4. 5 benè
etiam Franc. Bernard. *ad Ambroſin. de method. proceſſ.
inform. lib.* 2. *cap.*5. *ad num.*22. vbi dicit, quod iudex
poteſt interrogare reum, ſi præcedunt indicia, aliter non.



Genuenſ. *in Prax. Archiep. Neap. cap.* 29. *ſub num.* 4.
vbi dicit, quod ſi Curia non poteſt moleſtare reum, 31
quia non habet indicia, neque poterit eum citare ad
informandum, & ad ſubiiciendum ſe examini: latè
Nauar. *in rub.de iudic.*§. 13. *principali, num.* 2. *& ſeqq.*
vbi nouem fundamentis id etiam in conſcientia pro-
bat, & reſpondet contrariis. Scacc. *in tractat. de iudic.
crim.c.*58. *num.*8.9. & *cap.*84. *num.* 9. Sarmient. *ſelect.
interpret.lib.*3. *cap.*13. *ſub n.* 4.vbi etiam dicit iudicem,
qui interrogat reum ſine indiciis, peccare mortaliter: 32
latè Caualc. *de brach. reg. par.* 3. *num.* 62. *& ſeqq.* pul-
chrè Farin. *de reo confeſſ. & conuict. quæſt.* 81. *num.* 15.
vbi dicit quod iudex ſine indiciis ſuper delicto neminem
inter reos ponere, vel interrogare poteſt: latè etiam
Sebaſt. Guazzin. *de defenſ.reor. defenſ.*20.*c.*7.*num.*3.4.5.
vbi quod reus non poteſt interrogari, ſeu inter reos
conſtitui, niſi conſtito de corpore delicti, & quod præ-
cedant indicia, quæ ſufficiant ad tranſmittendam inqui-
ſitionem: ſic etiam Almont. Ciazz. *diſc. crim.* 9 *n.* 30.
31.128.472.

Ideò ſi reus conſtituatur, vel interrogetur legitimis
indiciis præcedentibus, non tenetur reſpondere, nec ſe
ipſum detegere, & poteſt æquiuocè reſpondere, quia 33
non legitimè interrogatur, ex D. Thom. 2.2. *cap.*69.*ar-
ticul.* 2. Sot. *in tract de ration. detegend. ſecret. membr.* 3.
*quæſt.*1.2.3. inquit Flamin. Chartar. *in pract. interrog.
reor. lib.* 1. *c.* 2. *numero* 8. latè Guazzin. *d. c* 7. *nume-
ro* 7.8. vbi alios multos adducit, & ſic inualida fuit ci-
tatio cum præcepto pœnali ſcutorum 200. à dicto
Prouicario emanata contra dictum Rectorem, vt com-
parere deberet coram eo, & in ſuis fortiis ad ſubiicien-
dum ſe, quia nulla præcedebant indicia; & ſic pro-
ceſſus eſt nullus, immò iudex ſic citans ſine indiciis
poteſt puniri, Ricc. *in dicto prax.p.*1. *reſol.* 538. *nume-* 34
*ro* 5.6.7.

Vnde multò minùs prædictus Rector poterat carce-
rari, & inualida fuit captura contra eum Gualterij exe-
cuta ſine indiciis, & citatione, quia in criminali- 35
bus à captura perſonæ non eſt inchoandum, *l.
nullus in carcerem*, & *l. fin.* vbi Bart. Bald. & Salic.
*C. de reis exhibend.* & idem dicendum eſt de carceratio-
ne Parmæ executa, quia ad ſolam partis querelam non
examinatis teſtibus, nec ſumptis aliquibus informatio-
nibus, maximè vbi non tractatur de re graui, & non eſt
periculum in mora, vt hic, nullo modo licet deuenire
ad capturam rei querelati, alioquin eſſet in poteſtate
cuiuſcunque etiam ciuilis perſonæ querelando virum
honorificum carceri adiudicare ſine cauſa, quod nimis
abſurdum eſt, & ideò ſi quis capiatur non præcedente
informatione, & indiciis, debet dimitti è carceribus ſi-
ne aliqua impenſa, quia non poterat de iure carcerari: 36
optimus eſt textus, *in l. vlt.* §. *nullo tempore*, *ff. de liber.
hom. exhib.* & *in l.* 1. *ff.de cuſtod. & exhib.reor.* & *in c. ſi
clericos*, vbi Io. And. *de ſent. excommunicat. in* 6. Salic.
*in l.fin.in fin.C.de quæſtion.*& *in l. ea quidem, n.*77.& *in l.
nullus*, *num.*4. *C. de exhib.reis.*Follet. *in pract.crim.p.* 2.
*verb.notatos capiat*, *num.*1.vbi dicit, quod non procedi-
tur ad capturam, niſi præcedente aliquali informatio-
ne, & ita ſerues. Clar. *in pract.crim.* §. *fin.quæſt.* 28. *verſ.
& ideo dic*, vbi docet, procedendum eſſe ad capturam,
habita aliquali informatione: pulchrè Boſſ. *in prax.* 37
*crim.tit.de captura, n.* 3.4 dicens, quod requiritur qualiſ-
qualis informatio, & qualequale inditium, vt captura
decernatur, aliàs reus debet dimitti ſine impenſa, &
*num.* 82. idem etiam firmat Iodoc. *in prax. crim. c.* 15.
*num.* 3. vbi docet, quod citra informationem præuiam
captura nulli permittitur latè Farin. *de carcer.q.*27.*num.*
112.113.114.116. vbi teſtatur de communi, & æquiori,
& magis ſeruanda opinione, & *n.* 123. vbi ſæpius teſta-
tur de communi,& tradit ita à bonis,& cautis iudicibus
eſſe obſeruandum,& *n.*126.vbi quod aliter captus debet 38
ſtatim relaxari ſine aliqua impenſa. Diaz. *in pract. crim.*

can. cap. 121. num. 1. vbi vide, quia pulchrè loquitur.
Honded. conſ. 108. n. 23. & ſeq. lib. 1. Surd. conſ. 182. n. 2.
And. Fachin. contr. iur. lib. 9. c. 55. latè Guazzin. defenſ.
5. c. 3. num. 15. 16. 17. vbi alios allegat, & numer. 21. la-
tè etiam Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 538. num. 1. 2. 3. &
per totam, p. 1. vbi teſtatur de communi. Caren. de S. Off.
p. 2. tit. 2. de citation. & captur. §. 5. num. 19. vbi alios
allegat; fusè etiam Almont. Ciazz. tract. ad defenſ. reor.
diſc. 9. num. 514. 515. vbi alios allegat, & num. 534. vbi
teſtatur de conſuetudine totius Italiæ, & diſc. 10. n. 168.
169. & ſeqq. vbi quod ſi ſecus fiat, proceſſus eſt nullus,
& diſc. 19. num. 52. 53. 55. & ſeqq.

Quod adeò verum eſt, vt non ſufficiant informatio-
nes extraiudiciales, quia oportet eas eſſe redactas in
actis, ita debet ſeruare diſcretus iudex, vt indicia captu-
39 ram præcedentia in ſcriptis redigantur, ex Farin. d. q.
27. num. 113. 127. verſ. aduertas, & num. 130. vbi teſta-
tur ita ſeruari ſecundum communem theoricam, &
practicam, Scacc. de indic. lib. 1. tract. crim. q. 42. n. 7.
Peregrin. Iannin. in tract. de citation. real. lib. 1. c. 2. n. 97.
Guazzin. dicta defenſ. 5. c. 3. n. 17. & num. 19. verſ. ſi verò
delictum.

Benè verum eſt, quod hoc non procedit, quando
verſamur in delictis grauibus, & enormibus, & reus eſt
ſuſpectus de fuga, vel non eſt bonæ, nec honeſtæ con-
ditionis, ſtante enim periculo, ne aufugiat, eo interim,
quo aſſumantur informationes, & iudex eſt ſecurus,
40 quod poſt capturam venient teſtes ad ſe examinandum,
tunc poteſt decernere capturam etiam ante ſumptas in-
formationes, ex Salic. in l. 2. C. de cuſtod. reor. Clar. in
prax. crim. §. fin. q. 28. verſ. & quia tota materia, in fin.
Boſſ. in prax. crim tit. de captur. n. 3. in fin. Farin. d. q. 27.
num. 121. 131. 132. Scacc. d. q. 42. num. 5. Guazzin. d. de-
fenſ. 5. c. 3. num. 23. Caren. d. §. 5. num. 21. vbi alios addu-
cit, tamen hæc non poſſunt verificari in caſu noſtro,
vbi non agitur de delicto graui, immo de re leuiſſima,
nec criminioſa, neque conſtat de corpore delicti, & reus
eſt perſona honeſtæ conditionis, cum ſit Parochus Ec-
cleſiæ etiam inſignis, & non erat ſuſpectus de fuga, tum
ex qualitate perſonæ, & cauſæ leuis, tum ratione bene-
ficij Parochialis, quod poſſidet, ſiquidem clerici, &
41 maximè Parochi non facilè poſſunt haberi pro ſuſpe-
ctis de fuga, quia non ita facile ſolent aufugere ob
metum cenſurarum, & propterea non eſt neceſſe con-
tra eos ex leui cauſa procedere ad capturam, vt inquit
Diaz. in pract. crim. c. 121. n. 1. verſ. non præterea, & c. 122.
num. 1. & nihil hic concurrebat, quod potuerit indu-
42 cere animum iudicis ad ſuſpicionem fugæ, & tamen de
ea ſaltem ſummariè conſtare oportebat. Caren. d. §. 5.
num. 20.

Et propterea quæ diximus, ſi in captura laicorum
ſeruanda ſunt, multò magis debent obſeruari in arre-
43 ſto clericorum, & ſacerdotum, & maximè ſi ſint Paro-
chi; Epiſcopus enim non debet eſſe valde promptus ad
carcerandum clericos, vt inquit Prax. Archiep. Neap.
44 cap. 29. num. 2. vbi reddit rationem, quia carcer infa-
mat, & irreparabile damnum affert, maximè apud gra-
ues perſonas, ex Bald. in l. ſi Clericus, C. de Epiſc. aud.
& in l. 1. C. de in integr. reſtit. Caſtr. & Iaſ. in l. 4. §. con-
demnatum, ff. de re iud. & bene hoc docet Diaz. in pract.
crimin. d. cap. 121. num. 1. vbi dicit, quod ob informa-
tiones leues non ſunt capiendi clerici, vel incarcerandi,
45 cùm ſola relaxatione à carcere nequeant per iudices re-
ſtitui ad ſuæ famæ integritatem, vbi Lopez in verb. re-
quiratur, dixit, quod clericorum carcerario eſt ma-
turo conſilio facienda, quia honoris iacturam patit,
& ideò Epiſcopus iniuſtè carcerans clericum, & ordi-
ne iuris non ſeruato, eſt excommunicatus, per tex-
tum in c. ſi clericos, vbi Doctores, de ſent. excommunica-
tionis in 6.

Et ideò ſicut ad carcerandum laicum requiruntur
præcedentia delicti indicia, vt vidimus, multò magis id
neceſſe eſt in clerico carcerando, ſiquidem ad arreſtum
clerici faciendum oportet priùs conſtare de delicto, ſal-
tem præſumptiuè, & per indicia, & informationes com-
petentes, in quibus cognoſcendis multùm poſſet arbi- 46
trium iudicis; ſed non debent eſſe leuiſſimæ, & eas præ-
cedere oportet capturam, ad quam procedi non de-
bet ſine cauſæ cognitione, & fugæ ſuſpicione: ſic ex
c. vt famæ. de ſentent. excommunicat. Dominic. & Io. And.
in d. c. ſi clericos, in verb. commiſſos, de ſent. excommunic.
in 6. Butr. in c. 1. vbi Aret. col. 7. verſ. iſta concluſio.
de iudic. Felin. in c. cùm non ab homine, vbi Alciat. n. 22.
eodem, pulchrè Diaz. d. cap. 121. & c. 122. vbi etiam Lo-
pez. in d. verb. requiratur, vbi dicit presbyteros non eſſe
in carcerem coniciiendos, niſi aduerſus eos duo, vel
tres teſtes teſtimonium dixerint, pulchrè Prax. Archiep. 47
Neap. d. c. 29. n. 3. vbi quod debet contra eos conſtare de
delicto, ſaltem præſumptiuè, & ſequitur Gauzzin. d. de-
fenſ. 5. cap. 2. n. 5. ad rem Iul. Clar. d. q. 28. verſ. quæro nun-
quid, vbi dicit debere prius conſtare de delicto, & ca-
ueant ideò ſibi iudices, qui faciunt ſtatim capere cleri-
cos, quia ſunt excommunicati. Foller. in prax. crim. cap. 48
12. numer. 4. Farin. de carcer. q. 27. num. 76. vbi ſecundum
communem opinionem tradit clericum non poſſe car-
cerari, niſi ſit de fuga ſuſpectus, & de tali ſuſpicione de-
bet conſtare indici ſaltem ſummariè, & num. 125. idem
confirmat latiſſimè Almont. Ciazz. defenſ. 10. num. 152.
153. 154. 155. 156. 157. & multis ſeqq. vbi id probat
multis rationibus, & auctoritatibus dicens, ſi ſecus fiat,
proceſſum eſſe nullum, & Epiſcopus ſic carcerans cle-
ricos eſt excommunicatus, idem Ciazz. diſc. 19. n. 58. 59.
60. vbi quod hoc multo magis procedit, quando cle-
ricus eſt ſacris initiatus, hîc autem nihil conſtitit de ſuſ- 49
picione fugæ, quæ nec fuit in actis allegata, nec ea
erat veriſimilis, ſtante leuitate aſſerti delicti, & qua-
litate perſonæ, & ideò indubitata eſt concluſio, quod
ad capturam deueniri non poterat, niſi præcedenti-
bus indiciis. Farin. d. quæſtione 27. num. 124. vbi alios
allegat.

Iudex autem qui ſic indebitè carcerat reum ſine vl-
lis indiciis præcedentibus, & ſine fugæ ſuſpicione, ma-
ximè ſi tractetur de perſona honeſtæ conditionis, tene-
tur non ſolum actione iniuriarum ſi id fecit animo in-
iuriandi; ſi verò hoc fecit nixus auctoritate ſolùm ſui
magiſtratus, pœna arbitraria plectendus eſt, & ad re-
fectionem damnorum, & expenſarum eſt condem- 50
nandus, & poteſt conueniri in ſyndicatu, & acriter
puniri. Bald. in l. vnic. C. de in integr. reſtit. & in l. ſeueri-
ter, C. de excuſ. tut. & in l. 2. C. de iis, qui latro. Bart. &
Ang. in leg. ſi vero, §. 1. ff. qui ſatiſd. latè Iaſ. in leg. 4. §.
ſi quis condemnatus, numero 22. 23. ff. de re iud. Aret.
in tract. de malefic. in verb. pro quibus. Antonius & ibi
Addent. Iodoc. in pract. crim. cap. 15. numrro 8. 9. vbi
dicit, quod iudex propter hoc ſubiacet punitioni
nequaquam mediocri, & exclamat aduerſus officia-
les, qui aliter facere non erubeſcunt. Pariſ. de Pur.
in tract. de Syndicatu. verſ. captura, numero 14. vbi
quod iudex tenetur in ſyndicatu. Clar. in praxi quæ-
ſtione 28. verſic. & ita etiam hodie: vbi latè Baiard.
num. 3. 4. 5. 6. vbi quod iudex incipiens à captura ante
inditia ſumpta tenetur in ſyndicatu, & ad expenſas,
& intereſſe: latè Farin. d. q. 27. num. 134. 135. 136. 141. 51
142. vbi probat, iudicem ſic indebitè reos carcerantem
abſque indiciis præcedentibus teneri in ſyndicatu, ad
damna, & intereſſe, & pœna arbitraria poſſe mulcta-
ri: latè Guazzin. defenſ. 5. c. 2. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. vbi tra-
dit, iudicem ſic malè capturam decernentem eſſe pu-
niendum, & in ſyndicatu condemnandum; fusè etiam
Carol. Graſſ. d. eff. 7. n. 76. 77. vbi exaggerat contra iu-
dices, qui ex leui cauſa, & ſine indiciis præcedentibus
etiam in grauibus delictis carcerant clericos, quia con-
ſideratè, & cum magna circumſpectione proceden-
dum eſt ad capturam clericorum, ſic etiam docet
Almon.



Almont. Ciazz. diſc. 10. num. 169. vbi quod iudex aliter
faciens tenetur in ſyndicatu, & diſc. 19. n. 31. idem in-
culcat, & vltra prædicta ſi captus ſine indiciis ſit cleri-
cus, iudex incurrit excommunicationem vnà cum exe-
cutoribus, ad textum in d. cap ſi clericos, vbi Io. And. &
DD. de ſent. excommunic. in 6. Prax. Archip. Neap. d.
loco, Rimin. conſ. 171. n. 86. lib. 2.

Et propterea qui tradunt capturam reorum eſſe iu-
dicibus arbitrariam, debent ſecundùm prædicta intel-
ligi, quia non eis tributum eſt liberum arbitrium, ſed à
iure regulatum ſecundum qualitatem perſonarum, &
52 cauſarum, & attento an delictum ſit graue, vel adſit
ſuſpicio de fuga, iuxta prædictas DD. conſiderationes,
vt dixit Farin. d. quæſt. 27. num. 127. ad rem Menoch. de
arb. ind q. 9. num. 3. 4. vbi quod iudicis arbitrium cenſe-
tur tributum ſemper à iure regulatum: in terminis Ca-
rol. de Graſſ. d. eff. 7. num. 74. 75. Caren. d. §. 5. num. 22.
23. 24. 25. vbi quod indicia ad capturam ſufficientia
ſunt poſita in prudentis iudicis arbitrio, quod multùm
temperandum eſt.

His ſtantibus ſic iniuſtè, & nulliter captus dictus Re-
ctor, licet effregerit carceres Gualterij, & aufugerit,
tamen tanquam iniuſtè tentus non habetur pro confeſ-
ſo, nec aliqua pœna eſt puniendus, licitum enim ei fuit
in vtroque foro aufugere fractis etiam carceribus, &
pœna frangentis carceres non habet locum contra
eum, qui fuit iniuſtè captus non præcedentibus indiciis:
53 ſic Boſſ. in prax. crim. tit. de effract. carc. num. 2. Ric. in l.
admonendi, n. 171. de iureiur. Pariſ. de Put. in tract. Syndic.
in §. carcerem, Rimin. Iun. conſ. crim. diuerſ. 88. num. 3.
in fin. lib 2. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 132. n. 1.
in fin. Menoch. de arb. iud. caſ. 301. num. 15. 16. vbi quod
id procedit etiam in foro conſcientiæ, & quod ſic in-
54 iuſtè captus poteſt etiam occidere carceris cuſtodes, &
aufugere, ſi aliter mortem non poſſet euadere; pulchrè
Farinac. de carcer. q. 30. n. 137. & ſeqq. vbi in terminis
docet captum ſine indiciis præcedentibus poſſe licitè
carcerem frangere. Bertaz. conſ. 35. num. 32. lib. 2.
Surd. conſ. 182. num. 6. Giurb. conſ. 30. num. 31. latè
Guazzin defenſ. 5. c. 4. num. 11. & num. 13. verſ. ego au-
tem, vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem DD. ſen-
tentiam, & num. 14. 15. 16. 17. 18. 19. vbi quod fugiens
è carcere, non habetur pro confeſſo, ſi iniuſtè iuris or-
55 dine non ſeruato fuit captus: benè etiam Ciazz. diſc. 19.
num. 22. 23. & n. 30. 31. vbi tradit, licitum eſſe aufugere,
quando captura fuit facta antequam teſtes examina-
rentur ſuper verificatione querelæ, & ſeqq. ſed hic eſt
caſus noſter, ergo licitum fuit dicto Rectori fugere fra-
ctis etiam carceribus, & nullo modo eſt puniendus.

Hinc ſequitur, quod ſicut non potuit carcerari pri-
ma vice, minus id licuit ſecunda vice, quando ſponte
comparuit, & proteſtatus eſt de nullitate prædictorum,
iam ſatis enim fuerat grauatus per primam capturam.
Nam ſi nec citari poterat, vt viſum eſt, niſi præuia
informatione ſuper delicto. Iodoc. in prax. crim. c. 12.
num. 2. Ciazz. diſc. 32. n. 36. 37. ita ſi non comparuit in
termino præcepti, & citationis, non poteſt puniri, non
poteſt enim iudex deuenire ad iſta præcepta pœnalia,
56 niſi præcedentbus indiciis, & ſuſpicione fugæ impel-
lente. Boſſ. in prax. titulo quomodo procedatur per præ-
cepta, num. 3. & n. 10. vbi dicit etiam, quod iudex peſſi-
mè faceret, ſi aliter ſeruaret, latè Farin. q. 18. n. 18. &
n. 44. vbi alios allegat.

Deinde dictus Rector non poterat condemnari in pœ-
nam præcepti ſpreti, nec vllo modo mulctari, quia non
poterat dici verè contumax, cùm non fuerit perſonali-
ter citatus, ſed tantum domi ſemel, & non habuerit
ſcientiam citationis, niſi longè poſt mulctam; qui enim
domi fuit citatus, & non perſonaliter, niſi prius re-
57 quiratur, vbi degit, & conſtet quod latitet, non po-
teſt dici verus contumax, ſed fictus, ad textum in l. 1. §.
ſed & litteras, ff de requir. reis, & in l. 1. de liber. agnoſ.



gl. in c. cauſam. de dol. & contum. Bart. in l. 1. §. ait Præ-
tor, ff. de damn. infect. Bart. & Salic. in l. conſentaneum,
C. quomodo, & quando Iud. Amat. deciſ. March. 36. n. 2. 8.
& dec. 37. num. 9. Scacc. de appell. q. 17. lib. 3. num. 3.
Gratian. diſc. 708. n. 14. Farin. d. q. 18. num. 51. vbi di-
cit, quod ſolùm citatus perſonaliter dicitur verus con-
tumax, & propterea domi citatum non poſſe mulcta-
ri, quia mulcta cadit tantum in vero contumace, non fi- 58
cto: pulchrè Ciazz. diſc. 21. num. 20. 21. 28. 32 49. in
quibus locis probat non poſſe mulctari, qui tantùm do-
mi citatus: ergo mulcta fuit nulla, & iniuſta. Farin. d. q.
18. num. 45.

Tertiò, multa prædicta fuit inualida, & iniuſta, quia
iudex ad eam proceſſit nimis feſtinanter ſtatim lapſo ter-
mino citationis, abſque alia citatione, mulctari enim
quis illico non debet, vt inquit Bonacoſ. in com. opin. 59
p. 1. pag. 116. à tergo, colum. 2. verſ. mulctari quis illicò
non debet. Nam vltra terminum præfixum in primo mo-
nitorio debet reo ſtatui nouus terminus ad ſe defenden-
dum, & deinde iterum citari ad allegandum cauſam,
quare non debeat ob contumaciam mulctari, & po-
ſtremò peremptoriè citandus eſt ad ſententiam, alio-
quin omiſſis his terminis, & citatione mulcta eſt nul- 60
la, & iniuſta, ad textum in l. 2. vbi Bart. & communi-
ter DD. ff. ſi in ius voc. non ierit, & in cap. 1. de iudic. di-
xit Boſſ. in prax. crim. titul. de mulctis, n. 6. Clar. in § fin.
quæſt. 44. num. 9. verſ. vnum tamen ſcias, Rol. conſ. 47.
n. 6. lib. 2. Plot. conſ. 3. num. 6. Farin. q. 18 num. 44. vbi
quod iudex debet præfigere alium terminum præter pri-
mo loco aſſignatum, antequam deueniat ad mulctam, 61
quem videas, & eum ſequitur Baiard. ad Clar. d. § fin. q.
31. n. 24. latè Scacc. de iudic. in tract. crim. lib. 1. c. 99. n. 9.
vbi teſtatur de communi. Gratian. diſc. 638. n. 16. vbi tra-
dit, quod ad imponendas homini mulctas non ſufficit
ſola inobedientia, ſed requiritur noua citatio, vt citatus
faciat ſuas defenſiones, ad rem Guazzin. in defenſ. 7. c. 1.
n. 9. vbi teſtatur ſe idcirco vidiſſe ſæpè mulctarum con-
demnationes annullari, Ciazz. diſc. 22. n. 34. 35. 36. &
ſeqq. ſed hic nullus alius terminus fuit aſſignatus, nul-
laque citatio præmiſſa ad videndum ſe condemnari: ergo
mulcta fuit penitus nulla, & inualida.

Denique multa prædicta fuit iniuſta, & nulla, quia
fuit nimis rigoroſa & exceſſiua ſub pœna ſcutorum 200.
aureorum tam reſpectu cauſæ, quæ erat leuiſſima, quàm
reſpectu perſonæ, pœna enim poſita in huiuſmodi præ-
ceptis non debet eſſe tanti quanti valet cauſa, ſed
debet eſſe leuis, aliàs non tenet: Addent. ad Abb. in 62
c. de cauſis, num. 12. littera H. de off. deleg Gallus conſ. 21.
n. 4. Farin. q. 18. num. 29. 32. 33. 34. 38. Gratian. diſc. 638.
n. 16. vbi tradit huiuſmodi mulctas debere eſſe leues;
ſed hîc pœna fuit valde grauis reſpectu cauſæ, quæ etiam-
ſi vera eſſet, non meretur reus condemnari in tantam
pœnam: ergo mulcta eſt nulla.

Non erat igitur dicta multa exequenda, quia inua-
lida, & ſi non potuit de iure exequi, non erat deuenien-
dum in eius ſubſidium ad excommunicationem, quæ
eſt maior pœna, quæ poſſit in iure canonico imponi;
& maximè nulla alia præcedente monitione, & cita-
tione; vt factum eſt, etenim in excommunicatione ab
homine ferenda, vt hîc, requiritur trina monitio præ-
cedens, & citatio ad videndum ſe excommunicari, &
allegandum quare alioquin excommunicans incurrit 63
pœnam interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ per menſem, &
aliis etiam pœnis venit mulctandus ita, vt ſi deficiat
trina monitio, excommunicatio ſit iniuſta; ſi deficiat
etiam citatio, ſit nulla, vt ex c. ſacro, & c. contingit, il
2. de ſent. excommunic. c. conſuluit, de off. deleg. c. reprehen-
ſibilis, vbi DD. de appell. c. inter quatuor, de maior. &
obed. c. de illicita. 24. q. 3. cap. conſtitutionem, c. Romana,
& cap. ſtatuimus, vbi gl. in verb. monitione; de ſent. ex-
commun. in 6. Innoc. in cap. ad hæc, numero 3. de appellat.
Couar. in cap. Alma mater, part. 1. §. 9. num. 4. Nauar.

*in manuali*, *c.27.n.*10.11. Tolet *in ſumm.lib.*1. *c.*10. *ſub*
*n.*12.vbi quod deficiente trina monitione,excommuni-
catio eſt iniuſta, & deficiente citatione eſt etiam nulla:
& ſequitur eum latè Iul. Chartar. *deciſ. crim.* 61. *n.* 29.
30. 31. vbi vide. Prax. Archiep. Neap. *c.* 25. *num.* 16.
Bonacin. *de cenſur. in partic.diſp.*3.*q.*5.§.1.*n.*1.*& num.*4.
Ricc. *in prax.p.*2 *reſol.*383. *n.*6.vbi quod requiritur tri-
na monitio, & citatio. Sperell. *deciſ.*48.*n.*14.

Quod adeò verum eſt, vt ſi excommunicatio ſit
etiam ipſo iure lata, tamen antequam deueniatur ad
declaratoriam in fabricando proceſſu, debet pars cita-
64 ri, aliàs eſt nulla. Menoch. *de arb. caſ.* 541. *num.* 67.
Ricc. *in prax.p.* 3. *reſol.* 174. *num.* 3. *in fin.* & *num.* 7.
Chartar. *d. deciſ.* 61. *n.*23.24.38. 39. vbi alios allegat.
Sperell. *deciſ.*48. *n.*56. hic autem nulla monitio trina,
nullaque citatio præceſſit, ergo excomunicatio fuit pe-
nitus inualida.

Et quatenus prima citatio ad comparendum ſufficе-
ret, quod nunquam verum erit, tamen quia fuit execu-
ta domi, non ſufficit ad excommunicandum; in cauſa
enim graui, qualis eſt excommunicatio, non ſufficit ci-
tatio ad domum, vt quis poſſit dici contumax, ſed re-
quiritur perſonalis citatio, niſi conſtet, quod reus lati-
tet, & non ſinat ſe inuenire, quod hîc nullo modo ve-
rificatum eſt, nec veriſimile erat, & propterea non ſatis
65 fuiſſet citatio per edictum, vel ad domum, quæ facit ſo-
lum fictum contumacem, ſed vt quis poſſit excommu-
nicari, neceſſaria eſt perſonalis citatio facta coram
perſonis ad teſtificandum idoneis, vt *ex d.c. ſacro, de ſen-
tentia excommunic.* Innocentius communiter receptus
*in c.fin.* vbi Abb. *num.* 14. Felin. *num.* 5. *de eo, qui mitt.
in poſſeſſ.* & *in c. cum ſit Romana*, *num.* 13. 24. *de ap-
pellat.* Couar. *in d.c. Alma mater*, *p.* 1.§.9. *num.*4. Prax.
Archiep. Neap. *de cap.*25. *num.*12. Soc.Sen. *in cap.nulli*,
*num.*15. *de ſent. excommunicat.* Menoch. *conſ.* 541. *n.*4.
*de arb.iud.* Henriquez *lib.*13. *de excommunicat. c.* 17.§.
3. Gratian. *deciſc. for.c* 45.*n.*9.& *c.*531. *n.* 76. & *c.* 559.
*num.* 14. quod ſi ſecus fiat, excommunicatio eſt nulla,
Sperel. *deciſ.*48. *num.* 3.4.5. Aloyſ. Ricc. *in prax. for.
Eccl.p.* 1. *tit.de excommunicat. reſol.*439. *num.*1.2.3. vbi
66 reddit rationem, quia verè quis contumax dici non po-
teſt, niſi ipſe perſonaliter admoneatur, & citetur, & te-
ſtatur de communi DD. conſenſu idem Ricc. *p* 2. *reſol.*
383. *num.*6. vbi allegat aliquas Rotæ deciſiones, & *p.*3.
*reſol.* 174. *n.*5. Sed hic Rector nunquam fuit citatus per-
ſonaliter, immo nec etiam ad domum, vel prædium,
vt videret ſe excommunicari, vel ſe defenderet: ergo
excommunicatio fuit non ſolùm iniuſta, ſed etiam nul-
la; & ideò nullo modo timenda, & iure merito Iudex
mandauit cedulones amoueri.

Vbi ergo dictus Rector ſe præſentauit, non erat ite-
rum carcerandus, neque examinandus, ſed liberè
dimittendus, quia nihil conſtabat contra eum, quod cri-
men redoleret, vt viſum eſt, & propterea multò minus
nunc eſt moleſtandus, & quamvis etiam eſſet confeſſus
delictum, quia tamen confeſſio emanauit ex interroga-
tione facta nullis præcedentibus ſuper delicto indiciis,
nihil ei noceret, quia non valet, etiamſi ſpontanea ſit, vt
67 probat textus *in l.* 1. §. *diuus Seuerus*, *ff. de quæſtion.*
Marſil. *conſ.*130. *num.*25. *verſ. alia etiam ratione*, & *n.*34.
*in fin.* Rim.Iun. *conſ.*126. *num.*9. *lib.*2. Honded. *conſ.*102.
*num.* 19. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 351. *num.* 1.
*& ſeq.* Farin. *in prax.crim. quæſt.*1. *num.* 40. & *quæſt.* 81.
*num.* 14.15. vbi videtur reſidere in hac ſententia, &
Rim.Iun. *conſ.*817. *num.*3. *vol.*7. tradit Guazzin. *defenſ.*
32. *cap.* 1. *num.* 4. vbi tradit, ad hoc; vt confeſſio affi-
ciat confitentem, oportere, quod legitimè emanaue-
rit legitimis præcedentibus indiciis ad reum interro-
gandum.

Sed quia in caſu noſtro dictus Rector non eſt confeſ-
ſus quidquam criminoſum, aut punibile, ſtante, quod
ſchedula, quam dixit conſcripſiſſe, non continet aliquod
corpus delicti, quia omnia in ea contenta ſunt de per-
tinentibus ad eius efficium, non eſt diſputandum, an
confectio eius ſit valida, & an illi noceat. Hoc quidem
certum eſt, quod malè proceſſum eſt contra illum, &
quod nihil aduerſus eum conſtat, quod ſit reprehenſi-
bile, & ideo non admirari non poſſum, quomodo nunc
etiam moleſtetur, & ponatur in dubium, quomodo ſit
expediendus, ſi quidem luce meridiana clarius eſt, eum
eſſe penitus abſoluendum, & accuſatores tanquam ca-
lumniatores eſſe in expenſis condamnandos: & ita &c.
ſaluo, &c.

---

## CAPVT CCXXIX.

### EPITOME.

Recipiens bannitos quomodo poſſit excuſari à pœna, quam imponunt proclamata.

### SVMMARIVM.

1 *Corpus delicti in cauſis criminalibus in primis eſt probandum.*
2 *Corpore delicti non probato reus non poteſt condemnari, & ſententia eſt nulla.*
3 *Confeſſio rei nihil præiudicat, non conſtito de corpore delicti.*
4 *Corpus delicti liquidè probari debet, non per coniecturas.*
5 *Corpus delicti eſt ipſum bannum, quando agitur de pœna recipientis bannitos.*
6 *Torqueri non poteſt reus ob receptionem bannitorum, non conſtito de banno.*
7 *Banno non prolato non poteſt puniri recipiens bannitos.*
8 *Bannitos recipiens non poteſt puniri, niſi fiſcus probet habuiſſe ſcientiam banni.*
9 *Ruſticitas excuſat à dolo.*
10 *Bannitus recipiens excuſatur, ſi doloſè non fecit.*
11 *Bannitum recipere quid ſit.*
12 *Bannitos non dicitur recipere, qui dat ſemel eis potum, & cibum.*
13 *Singulares teſtes tantum probant mille quantum vnus.*
14 *Teſtis vnus nihil probat.*
15 *Teſtis vocans in conteſtem illum, qui dicit ſe neſcire, nullam facit fidem.*
16 *Teſtis patiens plures defectus nihil probat.*
17 *Confeſſio extraiudicialis probanda eſt per duos teſtes.*
18 *Teſtis inimicus nihil probat.*
19 *Teſtis pauper non probat.*
20 *Fama bona tollit, & minuit indicia ad torturam.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

ANdreas Martius omnino abſoluendus eſt ab impu-
tatione, quod bannitos receptauerit, ex multis,
quæ in vnum breuiter peſtringam. Nam in primis non
conſtat de corpore delicti, quod tamen in omni cau-
ſa criminali prius eſt probandum, ad textum *in l.* 1. §.
*item illud*, *ff. ad Syllan.* adeò vt iudex nullo modo poſſit
deuenire ad torturam contra reum, niſi prius con- 1
ſtito de corpore delicti, vt poſt Baiard. *ad Clar. in
pract.crim.quæſtione* 95. *numero* 15. *in fin.* & Burſat. *conſ.*
201. *numero* 30. *lib.* 2. dixit latè Sebaſtian. Guazzin.
*defenſ.* 4. *cap.* 1. *num.* 15. 19. 18. vbi etiam tradit, quod
iudex minùs poterit deuenire ad condemnationem 2
non conſtito de corpore delicti, & ſi feratur ſenten-
tia, erit ipſo iure nulla, quod adeò verum eſt, vt
procedat etiamſi reus confiteatur delictum, quia 3
adhuc



adhuc confeſſio ei nihil nocet, niſi verificetur corpus
delicti. Clar. *in prax. quæſt.*55. *ſub num.*10. *in fin.* Decian.
*conſ.*96. *numer.*22. *lib.*3. Guazzin. *d. defenſ.*4. *cap.*3. *num.*3.
4.5. ad rem Ciazz. *diſc.crim cap.*1. *num.*19.20.21. ita vt
liquidè, & legitimè, & non per coniecturas, aut præ-
ſumptiones oporteat de corpore delicti conſtare, vt
4 tradit Ciazz. *d. tract. cap.*118. *num.*10.11. vbi alios al-
legat.

In hac autem materia receptionis bannitorum cor-
pus delicti eſt ipſum bannum, quod ideo à fiſco erat ex-
hibendum, & in proceſſu regiſtrandum, adeò vt nec
5 ſufficiat rei confeſſio, quia aliunde oportet de eo con-
ſtare plenè, & concludenter, vt ad rem dixit Farinac. *conſ.
crim.*37. *num.*11.12. *lib.*2. vbi ex hoc tradit etiam non
poſſe deueniri ad torturam contra reos etiamſi aduerſus
6 illos extarent indicia: ſequitur Felix *alleg.* 169. *num.* 4.
*p* 2. & latiùs id probat Mar. Giurb. *conſ.*27. *num.* 9. vbi
alios allegat, & cum vidiſſe ſufficiet; ideo cùm fiſcus
non probauerit in proceſſu, extare bannum contra
eos, quos bannitos eſſe prætendit, ceſſat receptatio-
nis crimen, vt ex Honded. *conſil.* 88. *numer.* 32.
7 *lib.* 2. Burſat. *conſil.* 331. *num.* 2. Farinac. *d. conſil.* 27.
*numer.* 2. & *num.* 15. probat Giurb. *dict. conſil.* 27. *nu-
mer.*9.

Secundò abſoluendus eſt dictus Andreas, quia tan-
quam ruſticus, & litteras non hâbens præſumitur igno-
rare bannum, vel ſaltem qualitates banni, & ſi fiſcus
8 ſcientiam allegat, tenetur eam probare, ad textum *in l.
verius*, *ff. de probat.* etenim ignorantia ipſum omni-
no excuſat. *l.*1.§ *primò*, vbi gl. & Bart. *ff. de receptat.* Boſ-
ſius *in prax.crim.tit.de.rapin.n.*16. Ciazz. *in conſil.crim.*6.
*num.*76. 77.78.79. vbi etiam probat, quod receptans
9 tanquam ruſticus debet excuſari, quia ruſticitas excuſat
ab omni delicto, in quo dolus requiritur, vt hic, ſi do-
lus abſit.

Tertiò abſoluendus eſt, quia non conſtat illum do-
loſè receptaſſe bannitos, ſiquidem receptator non in-
currit pœnam, niſi ad malum finem, & doloſè eos rece-
10 perit, vt ex Bald. *in l.quocunque, in princ. C. de ſeru.fugit.*
Farinac. *d.conſil.*27. *num.*16. latè Giurb. *conſ.*28. *num.*10.
*& per totum*, vbi vide, quia ſatisfacit omnibus; nam re-
ceptio banniti propria eſt bannitum abſcondere, ne
11 ad Iudicis manus perueniat. Giurb. *d. conſ.*28. *n.*21. quæ
in caſu noſtro verificari non poſſunt.

Quartò abſoluendus eſt, quia etiamſi dictus Andreas
ſemel dediſſet potum, vel cibum in domo ſua bannitis,
non diceretur receptator, vel auxiliator, quoniam ad hoc
conſtituendum requiritur frequentia actuum, & ad ma-
lum finem, provt in terminis probat Giurb. *d. conſ.* 28.
12 *n.*4. *& n.*22. vbi vide.

Quintò abſoluendus eſt dictus reus, quia verè non
probatur eum receptaſſe bannitos, & ipſe id negat, &
fiſcus id non probauit, & multi teſtes à fiſco examinati
de hoc nihil deponunt, & quamvis Tondellus, & Vero-
na aliquid contra eum dicant, tamen nulla fides eis eſt
adhibenda, quia ſunt ſingulares, & propterea tantum
probant mille, quantum vnus. Farin. *de teſt. quæſt.* 64.
13 *numer.*33.34.37.39. & certum eſt, quod vnicus teſtis
nihil probat etiamſi ſit perſona inſignis. Farin. *eod. tract.
q.*63. *numer.* 3. & ſingularitas dictorum teſtium proba-
14 tur ex iis, quæ tradit Ciaz. *diſc. crim. cap.* 12. *nu-
mer.* 3.

Et multò minùs dicti teſtes probant, quia tam in di-
cto quàm in perſona patiuntur multos defectus, ſiqui-
dem Tondellus allegat multos alios conteſtes, qui ta-
15 men examinati nihil ſe ſcire deponunt, ideò ipſe falſus
redditur, vel de falſo ſuſpectus, vt per Farinac. *dicto con-
ſil.*37. *numer.*24. vbi alios allegat. Giurb. *conſil.*70. *nu-
mer.*36.

Deinde patitur multas alias exceptiones, cum ſit pau-
16 per, & ruſticus, inueriſimiliaque deponit, loquitur de
auditu alieno, & contradicit ſibi ipſi, vt legenti eius
examen conſtare poterit, ergo ex pluritate defectuum
nulla fides ei poteſt præſtari, vt per Farinac. *dict. conſ.*37.
*num.*22.

Idem dicendum eſt de Verona, qui nimis audacter
deponit, nec timet affirmare, ſe vidiſſe id, quod tantum
audiuit, ſiquidē dicit ſe vidiſſe pluries Laurentium Fer-
ratinum conuerſari, & manducare cum dicto Andrea, &
tamen poſtea dicit, ſicut intellexi ab ipſo: ergo men-
dax eſt, & falſus, & deponit tantum de confeſſio-
ne extraiudiciali dicti Andreæ, quæ erat probanda
per duos teſtes, vt per Ciazz. *d. conſil.* 6. *numer.* 6. 17
alioquin nullum facit indicium ad torturam, vt per
eundem Ciazz. *conſil.* 13. *numer.* 33. & *conſil.* 16. *nu-
mer.*4.

Prætereà conſtat, illum fuiſſe inimicum dicti An-
dreæ, ideo nullam facit fidem contra eum, etiamſi in
tortura depoſuiſſet, vt probat Ciazz. *diſc. crim. cap.* 12. 18
*n.*29.30. vbi alios allegat.

Vlteriùs idem teſtis eſt pauper, ideò non eſt idoneus
ad fidem faciendam, per textum *in l.* 3. *in princ. ff. de
teſtib.* Ciazz. *d. cap.*12. *num.* 32. & rurſus conſtat, eum
eſſe virum malæ conditionis, & malefactorem, vt tra-
dunt teſtes ad defenſam, ideo ſtante pluralitate defe- 19
ctuum nulla fides ei præſtanda eſt; vt vidimus ex Fa-
rinac. *d. conſil.* 37. *num.* 22. non eſt ergo quærendum,
an poſſit torqueri, ex traditis per Farinac. *d. quæſt.* 37. *nu-
mer.*58.

Et hoc multò magis confirmandum eſt, ſtante quod
probatum fuit, dictum Andream eſſe virum honeſtæ
conditionis, & bonæ famæ, qui vacare ſolet negotiis
ſuis, ideo hæc bona fama etiam in genere probata tol- 20
lit, & purgat indicia ad torturam, ſi quæ remanſiſſent
contrà eum, vt pulchrè, & latè oſtendit Ciazz. *conſ.* 6.
*num.*86. *& multis ſeqq.* vbi alios allegat, & ſatisfacit his,
quæ in contrarium dici poſſent. His per iudicem viſis,
reus fuit dimiſſus in pace.

---

## CAPVT CCXXX.

### EPITOME.

Abrogatis per Principem gabellis alicui Communitati conceſſis, an etiam cenſeatur abrogata locatio de eis facta, & an conductores poſſint prætendere non ſolum intereſſe damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis.

### SVMMARIVM.

1 *Sententiæ quandoque in peius reformantur.*
2 *Locator tenetur præſtare patientiam vſque ad finem, & omnia remouere impedimenta.*
3 *Conductores ex facto locantis impediti vti, & frui, non tenentur ad penſionem.*
4 *Conductores iuſtè petunt damnum emergens, & lucrum ceſſans, ſi à locatore impediuntur vti, & frui.*
5 *Clauſula*, Sub refectione omnium damnorum, *efficit, ne intereſſe peti poſſit.*
6 *Conductores poſſunt retinere penſionem propter exceptionem non implementi.*
7 *Exceptionis non implementi effectus.*
8 *Intereſſe tantùm valet, quantùm ipſa penſio.*
9 *Principum conceſſiones ſine alterius damno debent cenſeri factæ.*
10 *Reſcripta Principum vitiantur non expreſſo iure tertij.*

11 *Princeps non cenſetur voluiſſe tertio ius tollere non facta de eo mentione.*
12 *Ea quæ omnibus proſunt, præponuntur iis, quæ quibuſdam tantùm vtilia ſunt.*
13 *Princeps ob bonum publicum poteſt auferre ius tertij, & dare alteri.*
14 *Multa ſunt prohibita, quæ ob bonum publicum permittuntur.*
15 *Sententia poteſt exequi etiam contra eum, qui in conſequentia damnum ſentit, ſi agatur de fauore publico.*
16 *Actus ſi reuocetur, cenſentur etiam reuocati omnes effectus ab eo prouenientes.*
17 *Locatio habetur pro non facta re extincta, vel reſoluto iure locantis.*
18 *Conceſſio Principis non debet alteri eſſe damnoſa.*
19 *Lucra quæſita amittere damnum eſt.*
20 *Damnum ille dicitur ſentire, qui de ſuo aliquid perdit, non etiam ſi non lucretur.*
21 *Lucri nondum perfectè acquiſiti amiſſio non pertinet ad cauſam damni.*
22 *Preces probant contra ſupplicantem.*
23 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
24 *Iudex delegatus non poteſt cognoſcere, niſi de re ſibi commiſſa.*
25 *Iudice procedente ſuper eo, quod non continetur in delegatione, proceſſus eſt nullus.*
26 *Locatione ceſſante conductor non debet damnificari.*
27 *Conductor ſi impediatur vti frui culpa locatoris, vel ſine, quid conſequi debeat.*
28 *Intereſſe quando poſſit peti per conductorem.*
29 *Locator & conductor tenentur de dolo, lata, & leui culpa non de leuiſſima.*
30 *Conductor ſi impediatur vti frui facto Principis quid prætendere valeat.*
31 *Principis factum dicitur caſus fortuitus, ſed præſumitur iuſtum.*
32 *Factum non conſideratur, cuius omiſſio non profuiſſet.*
33 *Ratio naturalis ſufficit ad deciſionem cauſarum.*
34 *Conductor impeditus vti, & frui facto locatoris iniuſto, poteſt conſequi etiam intereſſe lucri ceſſantis.*
35 *Conductor impeditus facto locatoris iuſto, conſequitur ſolùm remiſſionem mercedis.*
36 *Culpa non eſt in eo, qui fecit, quod fieri ſolitum eſt.*
37 *Locatio ceſſat ex defectu conſenſus contrahentium præſumpto.*
38 *Sublato principali deſtruitur acceſſorium.*
39 *Locatori, & conductori licet ex legitima cauſa ſuperueniente à locatione recedere.*
40 *Cauſa noua, & legitima ſuperueniente, licet à quacunque promiſſione recedere.*
41 *Locata re perempta omnino ceſſat locatio ex natura ſua.*
42 *Gabella ſi deſinat eſſe, ceſſat locatio, & conductor non tenetur ad mercedem.*
43 *Promiſſio ſoluendi appaltum gabellæ intelligitur, quatenus appaltus duret.*
44 *Clauſula,* Rebus ſic ſtantibus, & firmo manente rerum ſtatu, *intelligitur in omni contractu.*
45 *Actus omnis contrahentium à conſenſu regulatur.*
46 *Gabellis caſſatis Communitas eas locans non tenetur ad aliquod intereſſe.*
47 *Princeps ob clauſulam,* Non obſtantibus, *poteſt diſponere etiam in præiudicium tertij.*
48 *Tributa Principum tollunt, ſi accedat ſecunda iuſſio Principis.*
49 *Princeps poteſt concedere immunitatem à gabellis, & oneribus.*
50 *Princeps non præſumitur voluiſſe damnum tertio inferre.*
51 *Gabellarius poteſt ponere ad rationem Principis, quod ſoluiſſet, qui obtinuit exemptionem.*
52 *Princeps facilè poteſt tollere ius quærendum, & ius gabellandi.*
53 *Princeps præſumitur habere notitiam de notorio.*
54 *Ignorantia eorum, quæ ſunt publica, & notoria, non poteſt prætendi.*
55 *Factum notabilile, quod tangit omnes nemo præſumitur ignorare.*
56 *Abſurdum non eſt dicendum.*
57 *Locationis contractus ex ſui natura reſoluitur, re locata perempta.*
58 *Principali deſtructo, deſtruitur etiam acceſſorium.*
59 *Princeps poteſt præiudicare tertio in neceſſariam conſequentiam.*
60 *Præiudicium tertij veniens in conſequentiam non conſideratur.*
61 *Citatio tertij, cui præiudicatur in conſequentiam, non eſt neceſſaria.*
62 *Principis conceſſio, per quam reducimur ad ſtatum priſtinum, valet, etiam in præiudicium tertij.*
63 *Res facilè reuertitur ad naturam ſuam.*
64 *Lucrum non poteſt peti, niſi ſit in potentia propinqua, non verò ſi ſit incertum.*
65 *Princeps poteſt factum, per quod occaſionaliter tollat ius tertij incertum.*
66 *Antecedens qui vult, vult etiam omne neceſſarium conſequens.*
67 *Multa vetantur principaliter, quæ in conſequentiam permittuntur.*
68 *Factum principale ſi eſt permiſſum, valet etiam iuſtè fieri in eius conſequentiam, quod erat prohibitum.*
69 *Taciti, & expreſſi par eſt virtus.*
70 *Clauſulæ iuramenti, & obligationis Cameralis, & aliæ, nihil operantur, deſtructo principali.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1641. Communitas Nouellariæ auctoritate Exc. D. Com. Alexandri Gonzaghæ, tunc Domini temporalis impoſuit quaſdam gabellas ſuper variis rebus, & mercibus ſoluendas quotannis, & de tempore in tempus, vt in capitulis ſuper hoc editis in proceſſu productis, & exactionem earum locauit ad triennium, quo terminato iterum dictas gabellas locauit DD. Cæſari Maſcellæ, & Antonio Baptiſtino pro annuo affictu ducator. 575. cum pacto ſoluendi ratam ſingulis tribus menſibus, incipiendo affictum ſub die prima Iulij 1644. vt ex inſtrumento facto ſub die 5. Septembris 1644. rogitu D. Iacobi de Stephanis, ſatis liquet.

Deinde altera die ſequenti, ad preces dictæ Communitatis narrantis cauſam dictarum gabellarum fuiſſe ad commodum dicti D. Com. Alexandri pro ſoluendo ære alieno, & petentis omnia reſtitui in priſtinum, prædictus Excellentiſſ. D. Com. Camillus iterum gabellas ſuſtulit, & Communitatem liberauit, cauſa ſubleuandi pauperes, & ſubditos ſuos cum clauſula, *Non obſtantibus*, vt conſtat ex reſcripto emanato ſub die 23. Decembrij 1644.

Quæ fuerunt in cauſa, vt prædicti conductores non potuerint amplius perſeuerare in prædicta locatione, & cùm ſoluiſſent penſionem pro tempore præterito, quo gauiſi ſunt beneficio gabellarum, exceptis libris 300. idcirco dicta Communitas iuridicè petiit coram Prætore illud reſiduum à prædictis conductoribus, vt in proceſſu.

Verùm dicti cõductores negãtes, ſe teneri dare quidquã propter damna eis reſultantia ex caſſatione dictæ locationis, petierunt à dicto excellentiſſ. D. Thom. Camillo commiſſionem cauſæ dictorum damnorum, quia dicta Communitas facto ſuo dedit cauſam gabellarum caſſationi, dum petiit omnia in priſtinum reſtitui, propter quod dictus excellentiſſimus Dominus commiſit eius Prætori, vt ſummariè expeditam iuſtitiam faceret, vt ex reſcripto emanato ſub die 45. Ianuarij 1646.



1 Lite igitur introducta, & longo agitato iudicio, prædictus D. Prætor iudicauit ad fauorem prædictæ Communitis, condemnando dictos conductores ad ſoluendum illi dictas libras 300. pro reſiduo. Verùm interpoſita appellatione, & proſequuta coram D. Auditore ſuæ Excellentiæ, is iudicauit ad fauorem dictorum conductorum ſentiens dictam Communitatem teneri ad omniam damna, & intereſſe illorum, etiam reſpectu lucri ceſſantis. Quæritur modò quis melius ex eis iudi-
2 cauerit; non enim ſemper melius iudicat, qui vltimo iudicauit, immò quandoque ſententiæ in peius reformantur, vt inquit Iuriſconſultus *in l. 1. ff. de appell.*

Et ſanè prima facie videbatur dicendum, prædictos conductores optimum ius fouere, quia locator tenetur nedum rem locatam tradere vtendam, & fruendam toto tempore locationis, ſed etiam ſucceſſiuam præſtare patientiam, vt conductor vtatur, & fruatur vſque ad finem, omnibus impedimentis remotis, ad textum *in l. ſi*
3 *merces*, §. 1. & 2. & *l. ſi tibi*, & *l. ſequenti*, *ff. locat.* Rot. apud Marcheſan. *de commiſſ. part.* 1. §. 1. *num.* 3. *fol.* 1085.
4 coram Pirouano *in vna Rom. penſionis* 16. *Nouembris* 1611.

Et propterea cùm dicti conductores non potuerint perſeuerare in locatione ex facto Communitatis locantis, quæ procurauit tolli gabellas, non ſolum excuſantur à ſolutione penſionis & mercedis, ex Surd. *conſ.* 400. *num.* 8. *in fin.* Seraph. *deciſ.* 995. *num.* 1. Mantic. *d. tit.* 8. *ſub num.* 8. *in fin.* & *deciſ.* 146. *n.* 2. Mangil. *de ſubhaſtat. quæſt.* 139. *numer.* 15. Grat. *diſc.* 376. *numer.* 21. Burat. *deciſ.* 669. *numer.* 5. Sed etiam poſſunt prætendere omnia damna, & intereſſe lucri quoque ceſſantis eo, quod fuerint impediti culpâ locatricis, ne re conducta vterentur, per textum *in l. ſi quis domum*, §. *hîc*, vbi Bart. & *l. ſi fundus*, & *l. ſi vno*, §. *vbicunque*, vbi Bald. *ff. locat.* Mantica *deciſ.* 209. *numero primo* & *ſecundo.*

Et hoc maximè procedit ſtante clauſula inſtrumenti locationis ſub refectione omnium damnorum, & intereſſe, propter quam ex pacto hæc poſſunt peti. Surd.
5 *deciſ.* 94. *numer.* 8. 16. vbi Hodiern. *numer.* 1. *vſque ad numerum* 5. & *deciſ.* 131. *n.* 1. vbi. Hodiern. *num.* 1. *vſque ad num.* 3. Cyriac. *contr.* 274. *num.* 6. *vſque ad num.* 9. Mangil. *de ſubhaſt. q.* 139. *n.* 6.

Et ideò dicti conductores multò magis poſſunt retinere reſiduum dictæ penſionis, nec ſunt cogendi ab ſo-
6 lutionem propter exceptionem non implementi ſibi facti, vt apud Pacif. *dec.* 285. reſoluit Rota coram Iuſto in Romana Appaltus, 15. Ianu. 1591. quod procedit
7 etiamſi Communitas fuiſſet impedita ad implendum; non enim propter hoc excuſatur. Surd. *conſil.* 186. *numer.* 21. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1394. *num.* 44. Graſſ. *except.* 13. *n.* 44.

Hoc autem intereſſe ex promiſſione inſtrumentali deducitur ab æſtimatione penſionis; cum tantum dica-
8 tur intereſſe, quantum penſio valet, per textum *in l. ſi tibi, ff. locat.* & Cartar. *de cauſ. execut.* Rota Gen. *deciſ.* 29. *num.* 17. 18.

Nec conſideranda ſunt reſcripta ſuæ Eccleſiæ tollentis dictis gabellas, quia Principum conceſſiones ſine alterius damno, ac iniuria debent intelligi, *l.* 2. §. *merito*,
9 & §. *ſi quis à Principe*, *ff. ne quid in loc. publ.* Menoch. *de arb. iud. quæſt.* 9. *num.* 11. & *quæſt.* 48. *in princ.* Gratian. *diſc.* 730. *num.* 31. Gioуagn. *conſ.* 30. *numer.* 15. & *conſ.* 59. *num.* 40. *lib.* 1. Rot. *deciſ. diuerſ.* 65. *numer.* 5. *p.* 5. in nouiſſimis.

Et maximè hoc procedit in caſu noſtro; vbi Communitas, & cæteri in precibus non expoſuerunt gabellas prædictas fuiſſe pro tribus annis locatas; ideò enim tacendo ius tertij, non ſolùm vitiantur Principis reſcri- 10
pto, vt apud Rot. *deciſ. diuerſ.* 24. *num.* 26. *p.* 7. *in nouiſſ.* ſed etiam Princeps non cenſetur voluiſſe tertio ius auferre, ſaltem de eo non facta mentione, *l. nec auus*, *C. de* 11
*emancip. liber.* Alexand. *conſil.* 15. *numer.* 14. *lib.* 5. Rot. *dec.* 370. *num.* 5. 6. *p.* 5. *in nouiſſ.* & apud Pacif. *deciſ.* 221. *num.* 9.

Nihilominus his non obſtantibus, videtur aliter ſentiendum, ſiquidem non dolo Communitatis, non fraude, neque culpâ abrogatæ ſunt dictæ gabellæ, ſed pro bono publico, & ad ſubleuandos pauperes, dictus Excellentiſſ. D. Com. Camillus valde pius, & erga ſubditos beneuolus, ac beneficus ſuſtulit onera prædicta ad ſui damum; nec enim abrogatio erat ordinata ad damnum conductorum, licèt in conſequentiam fecere etiam ceſſare locationem, quia non entis nullæ ſunt qualitates; ideò ipſi dolere non poſſunt; quia ea, quæ communiter omnibus proſunt, iis, quæ ſpecialiter quibuſdam vti-
lia ſunt, præponi oportet, ad textum *in Auth. res quæ*, 12
vbi gl. & DD. *C. communia de legat. l. vnic.* §. *fin.* vbi gl. *C. de caduc. toll.* & *in* §. *quia verò ſimile*, *in Auth. de non alien.* & Gloſſ. *in l. actione*, §. *Labeo*, *ff. pro ſoc.*

Etenim Princeps ob bonum publicum poteſt etiam auferre ius tertij, & dare alteri, ne lædatur publica vti- 13
litas: ſic probat textus *in l. Lucius*, *ff. de euiction.* & *in cap. niſi eſſent, de prabend.* DD. *in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. Bart. in l. quæcunque, in fin. C. de fid. inſtr.* & *iur. haſt. lib. x.* multa enim ſunt prohibita, quæ ob bonum 14
publicum, & propter publicam vtilitatem permittuntur, vt per Felin. *in c.* 2. *de præſcript.* vbi ponit 33. caſus; ideò 15
ſicut ſententia, quæ non poteſt exequi contra eum, qui in conſequentiam patitur damnum, ſi agitur de fauore priuato, valet tamen exequi de fauore publico, vt poſt Bart. dixit Tuſch. *littera P. concl.* 960. *num.* 31. ſic poteſt dici in caſu noſtro, quòd reſcriptum Principis ſit exequendum etiam in præiudicium conductorum conſequutiuè, quia agitur de bono publico ad ſubleuandos pauperes, & liberandos ſubditos ab onere gabellarum.

Hoc autem multò magis procedit in iure quærendo, cui Princeps derogare poteſt, etiamſi proueniat à iure gentium, quia faciliùs tollitur ius ad rem, quàm ius in re, ad textum *in l. qui autem, in princ. ff. quæ in fraud. cred.* & tradunt Abb. Card. Imol. & DD. *in c. cùm in tua de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Cap.* Dec. *conſ.* 269. *col.* 4. Curt. Iun. *conſ.* 1. *col.* 11. *verſ. præterea*, pulchrè Crauet. *conſ.* 135. *num.* 7. vbi alios allegat. Gabriel. *comm. concl. lib.* 3. *tit. de iur. non tollend. concl.* 1. *num.* 30. & in terminis Silua *conſ.* 66. *num.* 8. 9. vbi quod ius collectandi, & gabellandi dicitur ius quærendum quoad exactionem faciendam, & poteſt tolli ſola Principis voluntate: concordat Ceph. *conſ.* 58. *num.* 60. 61. Surd. *conſ.* 278. *num.* 8.

Et ideò dum dictus Com. Camillus ſuſtulit gabellas, cenſetur voluiſſe tollere etiam locationem de eis factam; quia ſi reuocatur contractus, vel actus aliquis, cenſentur etiam reuocati omnes effectus ab eo venientes, vel 16
ſuper eo fundati, ad textum *in l. nam origo*, *ff. quod vi aut clam, l. hactenus, in fin. cum l. ſeq. ff. de aqu. pluu. arc. Clem.* 1. *de immun. Eccl.* Crauet. *conſ.* 202. *n.* 28. *lib.* 2. vnde perin- 17
de eſt, ac ſi dicta locatio, & gabellarum conceſſio facta non fuiſſet, quia reſoluto iure datoris reſoluitur etiam ius acceptoris, *l. lex vectigali, de pignor. l. grege*, §. *ſtatuliber. eod.* Crauet. *dict. conſil.* 202. *n.* 24. 29. 40. 52. Menoch. *conſil.* 139. *n.* 17. & *conſ.* 443. *n.* 15. & ad rem facit Surd. *conſil.* 400. *num.* 10. 11.

Vtique tolerabile eſſet, ſi dicti conductores ſolùm præten

prætenderent,ſe præſeruari immunes à quocunque damno, quia conceſſio Principis non debet eſſe alteri dam-
18 noſa,*d.l.1.§.meritò*,& *§.ſi quis,ff ne quid in loco public.* vel tractarent de lucro iam quæſito, quia lucra quæſita
19 amittere damnum eſt,gl & Bart. *in l.1.§.ſi quis autem,ff. de itin.actuq.priu.* Alex. *in l.non amplius,§.fin. ff.de leg.1.* Peregr. *de iur.fiſc.lib.1 c.3.n.35.*

Verùm, quia dicti conductores non priuantur lucris quæſitis, nec probarunt fuiſſe damnificatos, quia non conſtat de ſuo perdidiſſe quidquam, ſed ſolùm eis ablatam fuiſſe ſpem, quam habebant de lucro faciendo,hoc non eſt habendum in conſideratione, quia aliud eſt damnum pati, aliud lucro carere; etenim damnum ille tantùm dicitur ſentire, cuius patrimonium diminuitur, & de ſuo aliquid perdit: ſic per textum *in l.3.* & *in l.*
20 *Proculus*,vbi DD.*ff.de damn.infect.l.1.§ ſicut ff.de furt.l. fin.C.de Codicill.*cum vulgaribus.

Et ſanè ipſi conductores non poſſunt prætendere,niſi à damno immunes præſeruari,quia dum Principi preces dederunt pro huius cauſæ commiſſione, de damno tantùm conqueſti ſunt dicentes pro eorum indemnitate cauſam damnorum facto locationis ſequutorum eſſe committendam, & attentis narratis Princeps cauſam commiſit,ergo de damno tantùm,non etiam de lucris futuris, & incertis eſt tractandum, quia amiſſio lucri nondum perfectè acquiſiti,nec radicati, nihil per-
21 tinet ad damnum vel cauſam damni, *ex d. l. Proculus,in fin.de damn.infect.*gl.*in l.1.§.quis autem,verſ.in integrum, de itin. actuq.priu.* Dyn. Bart. & Bald. *in d.l.non ampliùs, §.1.de. legat.1.* Bald. *conſ.182.num.4.7.lib.1.* Alexand. *conſ.114.num.1.lib.3.* vbi pulchrè loquitur.Iaſ. *conſ.54. num.5.lib.1.* Cùm ergo nullum damnum probauerint, nec etiam probare poſſint, quia reſpectu temporis, quo durauit locatio, abundè exegerunt gabellas penſioni correſpondentes, reſpectu verò futuri temporis penſio eis remittitur, ideò ſequitur, quod nihil aliud petere poſſit, quia ad damna ſe reſtrinxerunt vt in eorum precibus, quæ plenè probant contra eos, vulgata lege
22 *cùm precum,C.de liber. cauſ.* limitata enim cauſa limitatum producit effectum,*l.in agris,ff.de acquir.rer.dom.leg.*
23 *cum ſeruo,in princ de contrah. empt.l.cancellauerat, de his quæ in teſtam delent.*cum vulgaribus.

Et quamuis in vlteriori proceſſu dicti conductores petierint etiam intereſſe lucri ceſſantis, immò circa illud conati ſint probare incumbentia, tamen dubitari poteſt,an eis licuerit per litem pro conteſtata habitam addere petitioni, iuxta tradita per DD. *in leg. edita, C. de edend.* ſed hoc certum eſt, quod iudex delegatus non
24 poteſt cognoſcere, niſi de re ſibi commiſſa,*c. cùm olim, il primo,de off.deleg.*Bart. & DD.communiter *in l. lecta, quæſt.1.*vbi etiam Bald.Ang.& Alex. *ff. ſi cert.pet.* idem Alex.*in l.3.ad fin.princ. de liber.& poſth.*quod adeò verum eſt, vt iudex non poſſit procedere ſuper eo, quod non comprehenditur ſub verbis reſcripti, alioquin pro-
25 ceſſus eſt nullus,per doctrinam Innoc. *in c. ſuper litteris de reſcript.* cum quo tranſit Bald. *in l. præſcriptione,C. ſi contra ius vel.vtil.publ.*DD.*in c.prudentia,§ ſi verò,de off.*
26 *deleg.*igitur iudices non potuerunt iudicare pro conductoribus niſi ſuper damnis, & id ſanè eis ſufficere debet, ſi ceſſet penſio pro futuro tempore, & non ſint in damno pro præterito, vt iudicatum fuiſſe teſtatur Maſtril. *dec.299.n.126.*vbi alios allegat.

Sed eſto,quod potuerint conductores etiam deducere intereſſe lucri ceſſantis, & iudices ſuper illo iudicare, adhuc de hoc eis videtur ſilentium imponendum, quia nullum ius, nulla æquitas poſtulat, vt communitas teneatur ad intereſſe etiam luc.i, ſtante quod locatio ceſſauit ex tam iuſta,& rationabili cauſa ob bonum publicum, dum placuit Principi abrogare gabellas ad pauperes ſubleuandos, & id totum factum eſt ſine dolo, fraude, vel culpa communitatis, quæ non habuit intentionem fraudandi conductores, ſed ſubueniendi populi neceſſitatibus, dum ſupplicauit Principem pro onerum abrogatione. In hac enim materia ſtat pro regula communiter recepta, quod ſi conductor gabellæ ſine dolo,vel culpa locatoris impeditur vti,& frui re locata, fiat ei remiſſio mercedis pro tempore, quo impeditus fuit; ſi verò ex culpa locatoris proceſſerit impedimentum, tunc liceat contra eum agere ad intereſſe non ſolùm damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis; & hæc eſt communis diſtinctio,quam probat textus *in l. ſi fundus,verſ.ſimiliter*, ibi: *Vt mercedem*,& ibi:*nihil amplius*, vbi etiam Bart.& *in l. ſi quis domum §. hic ſubiungi poteſt,verſ. ex locato, ff. locat.*& ita tradit in terminis 27
gabellæ Bartolus *in l. ſi vno, §. item cùm quidam, ſub numer.2.verſ ſi verò*,& *in l. ſi merces,§.culpæ, num.1. de locat.* & *in l. cotem §.fin. num. 7.ff.de public.* vbi perſiſtit in hac diſtinctione: & idem ſentit Paul.de Caſt. *in d. l. ſi quis domum, ff. locat.* ad rem Maſtrill. *deciſ.299. numer.101.102.*Camil.de Medic.*conſ.141.n.2.*Hodiern. *ad Surd.dec.94.num.2.4.*& *dec.131.num.4.*vbi ſtat pro hac
diſtinctione: & hoc idem docet Carroc. *in tract. de locat.& conduct.p.4.tit.de caſibus,quæſt.7.num.1.*& *num.16.* 28
vbi reſidet in hac ſententia, quod ſi caſus contingat dolo, vel culpa locatoris, tunc habeatur ratio etiam lucri ceſſantis:ſi verò eueniat abſque dolo eius, vel culpa, tunc locator non tenetur ad aliud niſi vt reſtituat, vel remittat penſionem pro rata temporis quo ille vti non poſſit, & communiter cum hac diſtinctione tranſeunt omnes DD.

In quo animaduertendum eſt, non ſufficere quamlibet culpam, vt locator,vel conductor teneatur ad intereſſe, non enim de leuiſſima culpa tenentur, quia in
contractibus, qui fiunt gratiâ vtriuſque, vt locatio, & 29
conductio, nemo tenetur niſi de dolo, lata, & leui culpa, & ſufficit, ſi quis adimpleat partes, ad quas obligatur diligens paterfamilias, per textum *in l. ſi vt certo, §. nunc videndum,ff. commod.* & *in l. qui iudicio, C.locat.*gl. & DD.*in l. ſi merces,§. qui columna ff. eod.* de communi Grat.*conſil.94.numer.23.libr.2.* Ceph.*conſil.740.num.26. lib.1.* Caroc.*de locat.par.4.tit.de culpa,quæſt.1.*adeò vt ſi noſtræ Communitati aliqua leuiſſima culpa poſſet imputari, dum preces porrexit Principi ſub abrogatione gabellarum, hæc non ſufficiat, vt teneatur conductoribus ad intereſſe.

Verùm in caſu noſtro verè nullus dolus, nullave culpa poteſt dictæ Communitati tribui, ſi Princeps gabellas abrogauit,quia hoc,quod fecit communitas, non eſt factum culpoſum, ſed laudabile,etiam apud ipſos conductores, qui inde vtilitatem capere poſſunt, ſaltem poſt finitam locationem. Immò Communitas non poterat impedire Principem, ne abrogaret gabellas iuxta preces ei porrectas ab artificibus, & mercatoribus; quotieſcunque enim conductor impeditur vti re locata propter factum Principis, vel alterius potentis, cui non po-
teſt reſiſti, tunc ſatis eſt, ſi locator reddat, vel remit- 30
tat mercedem conductori pro rata temporis, quo ſibi non licuit vti, *ex vulg. l. Lucius, ff. de euict.* & in materia noſtra probat textus *in l. ſi fundus, in fin ff. locat.* Bald. *conſil.365.numer.2.* Alexand. *conſil. 220. libr. 2.* Surd. *deciſ.326.numer.15.* pulchrè Maſtrill. *dec.298.numer. 99.* vbi dicit quod factum Principis dicitur caſus
fortuitus, nihilominus ſemper præſumitur iuſtum, ex 31
Puteo *deciſ.381.numer.1.lib.3.* Caualer. *deciſ.618.numer.23.*Theſaur.*quæſt.77.numer.8.lib.1.* & *quæſt.10.numer.5.lib.4.*Cyriac.*contr.458.numer.26.27.* Carroc. *in d. tract.locat.d.p.4.tit.de caſibus quæſt.7.num.8.*latè Mangil. *in tract.de euictione, q.20.num.14.15.*vbi ſubdit etiam in qualibet promiſſione cenſeri reſeruatam, ſeu excluſam Superioris auctoritatem, poteſtatem, & factum, etiamſi promiſſio fuerit iurata.

Sed ex aduerſo reſpondetur, nos verſari in caſu vbi facto, & culpa locatricis Communitatis ceſſauit locatio, quia illa ſupplicauit ſanctam Eccleſiam pro impoſitionum



ſitionum caſſatione,& ſic in puncto eſt caſus *d.l.ſi fundus*,vt locator teneatur ad damna,& intereſſe.

Nam primò reſpondetur,hoc melius fuiſſe verificandum, quod talis caſſatio proceſſerit ex culpa, & facto Communitatis;quia imò ex alia cauſa id prouenit,ſiquidem conſtat ex precibus dictorum mercatorum, & reſcripto Principis emanato ſub die 22.Decembris 1644. prædictas impoſitiones fuiſſe prius caſſatas ad inſtantiam artificum, & totius populi, vt in actis. Ideò quod iam factum fuerat,& conſummatum ex gratia Domini, non poteſt attribui culpæ, vel facto Communitatis hoc idem ſupplicantis, effectus enim primæ cauſæ tribuendus eſt; etenim etiamſi Communitas omiſiſſet ſupplicare, adhuc gabellæ erant abrogatæ in gratiam artificum; ergo non eſt conſiderandum factum,quod omiſ-
32 ſum non profuiſſet: ad rem facit Bald. *conſ.145.lib.3.* Oldrad.*conſil.136.num 5.* Caſtr. *conſil.174.in fin. libr.1.* Crau. *conſ.83.numer.5.*Surd. *deciſ.326.n.69.*& *num.73. verſ. non conſtat.* Rot. *apud Burat. deciſ. 663. numero 14.17.*

Deinde reſpondetur, quod etiamſi talis caſus eueniſſet ex facto locatricis Communitatis, non tamen dici poteſt proueniſſe ex culpa ipſius, quia culpa eſt ſemper reprehenſibilis,& redarguenda, & ſonat in malam partem, factum verò Communitatis fuit iuſtum,honeſtum, & laudabile; quis enim audebit reprehendere eam pro caſſatione gabellarum ſupplicantem? Vtique quilibet diligens paterfamilias id feciſſet, & ciuis de patria benè ſentiens nunquam id ſupplicare omiſiſſet, ſi gratiam ſe impetraturum ſperaſſet; omnes enim deſiderant libertatem, & abhorrent gabellarum ſeruitutem,vt patet ad ſenſum, & ſufficit naturalem allegare rationem,
33 ad textum *in l.ſcire oportet,§.ſufficit, ff.de excuſat.tut.leg. cùm ratio, de bon.damn.* Cùm ergo liceat omnibus Principem ſupplicare pro gratiis conſequendis, & maximè ad bonum publicum, & pro ſe liberando ab odioſo gabellarum onere, nulla culpa poteſt imputari dictæ Communitati, ſi id petiit, quod omnibus vtile erat, & quamvis ex facto ipſius propter dictas preces emanaſſet gabellarum caſſatio, tamen non poteſt obligari ad intereſſe conductorum, & ſatis erit, ſi eis remittat penſionem ad ratam temporis; hæc enim eſt communis DD. diſtinctio, quod ſi conductor impediatur vti, & frui re conducta facto locatoris iniuſto, tunc agi poſſit contra
34 locatorem ad totale intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, ad textum *in l.ex conducto, in princ. l. ſi fundus,l.hæc diſtinctio, l. ſi.in lege,§.colonus,ff.locat.*Becc. *conſ.45.numer.20.* Rol.*conſil.69. numer.21.lib.4.* Surd *d. deciſ.326.numer.25.*Si verò factum locatoris ſit iuſtum, & ſine dolo,vel fraude, aut culpa, quia faciat rem ſibi iuſtè permiſſam, tunc conductor non poteſt agere ad intereſſe,ſed ſatis eſt,ſi ei fiat remiſſio mercedis ad ratam
35 temporis, quo vti non potuit: ſic probat textus *in l. ædem, C. locat.* & *in l.qui inſulam, l. habitatores, ff.eod.* ſic Bart. optimè diſtinguens *in dict. leg. ſi vno, §. item cùm quidam, numer.3. verſ. ſi verò factum locatoris eſt iuſtum,* vbi etiam Bald. *ſub num.1. verſ ſi verò iuſta iuſt it. ff. locat.*ad rem tradit Iul. Ferret. *in dict. tract. de gabell. numer.297.* hoc etiam docuit Io.de Anan. *in conſ.74. numer 2.verſ. in caſu autem*, vbi eodem modo diſtinguit de facto iuſto,& iniuſto. Burſat. *conſ.309. n.10.lib.3.*Rom. *conſ. 378. ſub numer. 1.* & eſt communis: vbi Hodier. *n.4.5.*Camill.de Medic. *d. conſil.141. numer.2.*idem Hodier.ad Surd.*deciſ.94.n.2.3.4.*Maſtrill.*d.deciſ.299.n.101. 102.lib.3.*

Igitur dicta Communitas non poteſt dici in culpa, neque in dolo,tum quia iam Princeps ad preces populi, & mercatorum ſuſtulerat gabellas; tum quia ipſa iuſtè, & rationabiliter mota eſt ad ſic ſupplicandum Principem,vt abrogaret dictas gabellas; fecit enim quod omnes feciſſent,ſi gratiâ ſe impetraturos ſperaſſent,& fecit quod omnes facere conſueuerunt pro conſequenda libertate, & abroganda gabellarum ſeruitute, & qui fa-
cit, quod ſolitum eſt, non poteſt dici fuiſſe in aliqua 36
culpa, ex Bart. *in l. ſi pignore, §. fin. ff. de pignor. action.* & Bald. *conſil. 441. colum. 2. vol. 1.* Caſtr. *conſil.443. colum. penult. lib.1.* dixit Surd. *in d. deciſ. 326. num. 73.* latè Carroc. *de locat. & conduct. p. 4. tit. quæ excuſent à culpa, numer. 1. 2.* vbi multos allegat, & docet, conductorem, & locatorem à culpa excuſari faciendo conſueta, & quod communiter, vel vt plurimum alij facere ſolent; & verè ſi locatores præuidiſſent hunc caſum caſſationis gabellarum, non ita longo tempore locaſſent, ſicut nec
conductores conduxiſſent, vnde potius ex defectu 37
conſenſus partium, quàm ex culpa aliqua ceſſat locatio. Mangil. *in tractat. de euiction. quæſt. 150. numer. 23.* vbi alios allegat. Gratian. *diſcept.750. numer.3.4.*

Habuit igitur Communitas iuſtam, & legitimam cauſam recedendi à dicta locatione, dum Princeps annuit Gabellarum caſſationi, quæ influit etiam neceſ-
ſariò in locationis reſolutionem, quia ſublato principa- 38
li deſtruitur etiam acceſſorium, *l. ſi ex cauſa, §. 1. ff. de minor.* & latiùs dicam inferiùs; quæ enim ſuper-
ueniunt, nouo indigent auxilio, certum eſt enim 39
quod tam conductori, quam locatori ex noua, & legitima cauſa ſuperueniente licet à locatione recedere, vt tradunt latè Fontanell. *deciſ. 137. numer. 20.* & *deciſ. 261. numer. 8.* Cancer. *var. reſolut. lib. 1. cap. 14. numer.8.13.24.* Gratian. *diſc. 740. numer. 14. & ſeq.* fusè Mangil. *de euiction. quæſt.150.num.16.17.18. & ſeqq.*

Immò generaliter ex noua ſuperueniente cauſa licitum eſt à quacumque diſpoſitione recedere ex veriſi-
mili contrahentium mente, quia probabile eſt, quod ſi 40
cogitaſſent de ſuperuenientia nouæ cauſæ, noluiſſent tunc ligari ad promiſſionem ſeruandam: ita ex multis per Ancharanum adductis probat Dec. *in conſil.335.numer.3.*vbi vide: latè Rim. Iun. *conſil.59.num.24.& ſeqq. lib.1.*Honded. *conſil.97. numer.26.27.* & pluries allegat And. Gail. *lib. 2. obſeru. 23. numer.9.* vbi vult hoc procedere, etiamſi promiſſio fuiſſet iuramento firmata, & idem probat Gratian. *diſc.534. numer.35.*& *diſc.740. n. 3. 4.*

Hic autem nulla maior cauſa, & noua potuit interuenire, quàm illa,vt gabellæ caſſarentur; ſiquidem vbi deficit ſubſtantia rei locatæ, & in totum remanet perempta, tunc conductor conqueri non poteſt, & ſatis illi eſſe debet, ſi illi fiat remiſſio mercedis pro tem-
pore futuro, quia omnino ceſſat locatio ex natura 41
rei,per textum *in l.ſed addes,§ ſi quis cum, ff. locat.*Bald. *in l.licet,num 7.Cod.eod.*quem ſequuntur Petr.de Vbald. *in tract.de duobus fratribus part 8.num.35.*Brun.*in tract. de interitu, concluſ.8.fall.1.* Boſſius *in prax. tit.de remiſſ. merced.num.61.* Bero.*conſ.340.num.15.36.39.lib.1.*Surd. *conſil.297.num.16.verſ.ſed quando*, & *num.18.*& pulchrè idem *in conſil.400.num.14.15.*vbi vide, & *deciſ.326. numer.45.*& *numer.54.in fin.*& *num.55.* Carpan. ad Statut. Mediol.*capit.379.num.229.part.1.* Gratian.*diſc.195.numer.3.6.*& *diſc.534.n.37.38.*Rot.apud Burat. *deciſ.210. numer.5.*& apud Farin.*deciſ.poſth.323.num.2. verſ. ſicut, par.2.* Maſtrill. *d.deciſ.299. num.111.112.113.114.* vbi docet in terminis gabellæ, quod ſi illa in ſubſtantia deſinat eſſe, & exigi non poſſit, debet fieri remiſſio pen-
ſionis pro rata: ergo non eſt quærendum de aliquo in- 42
tereſſe lucri ceſſantis, cum ſufficiat conductorem non eſſe in damno, quod euenit remiſſa ei mercede pro rata; ſicut enim promiſſio ſoluendi appaltum gabellæ intelligitur quatenus appaltus duret, vt cenſuit Rota in vna Camerin. pecuniaria, 3. Aprilis 1598. coram Mellino, teſte Gratiano *diſc.740. n.45.* & Mangil. *de euiction.*
*d.q.150.n.29.*ſic locatio gabellarum Nouellariæ intelli- 43
gitur facta,quatenus gabellæ durent; ideò propriè non

agitur

agitur de remiſſione mercedis, quia ille petitur, quando contractus durat, ſed reſoluto contractu, vt hic, quia res locata non eſt ampliùs in rerum natura, dicitur ceſſare locationem, & ius penſionis exigendæ, quia contractus locationis eſt reſolutus: ſic pulchrè Surd. d. conſil. 400. n. 15. vbi alios allegat.

Nec mirum, quia in omni contractu, & etiam in locatione gabellarum, ſubintelligitur clauſula, Rebus ſic ſtantibus, vel firmo manente rerum ſtatu; adeò vt ſi fiat
44 mutatio notabilis, recedatur à contractu, per textum in l. quod Seruius, vbi gl. ff. de condict. ob cauſ. l. cùm quis, ff. de ſolut. & ad rem facit textus in l. quæro, §. inter locatorem, vbi gl. & DD. notant, ff. de locat. & conduct. tradidit in noſtris terminis Bertachin. in tract. de gabell. part. 2. numer. 13. 14. & poſt Anchar. in conſil. 402. numer. 6. Crauet. conſil. 95. numer. 3. in terminis etiam Surd. d. deciſ. 326. numer. 31. Maſtrill. d. deciſ. 299 numer. 87. 88. par. 3. & idem ſentiunt Felin. in conſil. 43. num. 8. Gail. d. obſer. 23. num. 9. libr. 2. Gratian. diſc. 534. num. 50. 51. & diſc. 540. num. 9. 46. adeò vt hæc concluſio apud omnes habeatur pro indubitata. Cùm ergo in caſu noſtro facta ſit mutatio rerum maxima ob caſſationem gabellarum, deficit etiam dicta locatio, quia propter dictam clauſulam, deficit etiam conſenſus partium, quoniam ſi contrahentes potuiſſent præuidere huiuſmodi caſum, vtique neque locatores locaſſent, neque conductores conduxiſſent, ideo non eſt mirum, ſi receditur à contractu ipſo facto, deficiente contrahentium conſenſu, à quo omnis eorum actus regulatur, ad textum in l. 1. §.
45 adeo, ff. de pact. & poſt Anch. dixit in terminis Felin. in d. conſil. 43. numer. 8. & tradunt DD. in l. ædem, vbi gl. C. locat. Mantic. de tac. & amb conu. lib. 14. tit. 4. numer. 7. & ad rem Gratian. d. diſc. 740. numer. 3. 4. 5. 6. & propterea ſequitur quod Communitas non teneatur ad aliquod intereſſe conductorum, quia caſſatio gabellæ non
46 prouenit ex culpa, vel dolo Communitatis: ad rem Bero. conſil. 143. num. 22. lib. 1. debuit enim laudari Communitas, & non culpoſa cenſeri, ſi procurauit tolli gabellas ad ſubleuandos ſubditos, & multò minus eſt in culpa, quia iam gabellæ erant ſublatæ ad preces populi, & mercatorum, vt vidimus.

Non obſtat, quod Princeps non potuit tollere ius tertij, immo noluiſſe præſumitur, cum de illo nullam fecerit mentionem: nam fuit reſponſum, & denuo reſpondetur, conceſſionem Principis in tollendo gabellas non fuiſſe ordinatam ad alicuius præiudicium, ſed Principem in ſui damnum ad ſubditos ſubleuandos ſuſtuliſſe gabellas, & propterea non eſt dubium, quin potuerit eas tollere, ſicut potuit imponere, etiamſi agatur de graui alterius præiudicio, maximè ſtante clauſula, Non
47 obſtantibus, vt pulcrè per Curt. Iun. conſil. 1. num. 19. verſ. & ideò dicimus, vbi videatur, latè Peregr. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 40. vbi alios allegat: & hoc non habet difficultatem ſtante duplicato reſcripto, quoniam tolluntur etiam tributa Principium, ſi accedat ſecunda iuſſio, per textum in Auth. vt nulli iudicum, §. & hoc verò iubemus,
48 gl. in l. damnoſa, in verſ. item quod, vbi Bart. Bald. & DD. C. de prec. Imp. offer.

Et in terminis, quod liceat Principi tollere gabellas, & onera, & concedere immunitatem ab illis, & aliis grauaminibus, maximè ſi vtitur clauſula, non obſtante, probatur per textum in l. immunitates, iunc. gl. in verb. fa-
49 ctæ, Cod. de agricol. & cenſ. lib. 10. gl. in l. vnic. vbi Io. de Plat. & Luc. de Peñ. C. de his, qui de Princ. vacat. accep. eod. lib. Bart. & alij in l. vacuatis, C. de cur. eod. lib. Feſtas de collect. p. 4. c. 5. num. 37. Oſaſch. deciſ. Ped. 95. num. 20. pulchrè videndus Silua in conſil. 66. num. 9. verſ. quinimò fortius, & num. 10. vbi quod Princeps poteſt talem immunitatem concedere etiam in præiudicium Cummunitatis: latè Ceph. conſ. 58. num. 53. 54. & ſeqq. Surd. conſ. 278.
50 num. 7.

Et quamvis id procedat in caſu, vbi conſtat de voluntate concedentis, vt ſciens voluerit etiam tertio præiudicare, vt per Surd. d. conſil. 278. num. 16. verſ. hæc verò, & numer. 22. in fin. verſ. & ſanè. Tamen reſpondetur id procedere, & verum eſſe, quando Princeps concedendo vni immunitatem à gabellis, & oneribus grauat alios ad ſoluendum illius portionem: tunc enim damnum propriè infert tertio, quod non præſumitur voluiſſe facere, niſi conſtet expreſsè de eius voluntate, vt per Spec. in tit. de cenſib. §. 2. verſ. quod ſi, & ibi Io. And. qui idem dicit in cap. 2. de immun. Eccl. Surd. dict. conſil. 278. in fin. & ſic loquuntur apertè in caſu, vbi non conceditur generalis immunitas, ſed ſpecialis, firma manente impoſitione, quo caſu quia Princeps vult exigere à conductoribus gabellarum adhuc ſuas penſiones, certum eſt, & iuſtum, quod ſi aliquem ab eis eximat, poterunt gabellarij ponere ad rationes Principis quidquid ille tenebatur ſoluere, vt per Caſtr. in l. licitatio, §. res exercitij, ff. de publican. Soc. conſ. 72. in fin. lib. 4. Surd. d. conſ. 78. 51
numer. 5. Ceph. d. conſil. 58. numer. 62. quia gabellarij hoc caſu tractant de damno vitando, non de lucro captando.

Secus eſt in caſu noſtro, vbi generaliter gabellæ ſunt abrogatæ, & conductores liberantur penitus à ſolutione mercedis penſionum pro rata temporis, & ſic nullum damnum ſentire poſſunt, & ſolummodò eis eripitur ſpes lucri, quam habebant, ſi locatio continuaſſet, & gabellæ nõ fuiſſent abrogatæ, & propterea cùm tantùm tractent de cauſa lucratiua, & de iure non quæſito, ſed quærendo, quale eſt lucrum ſperatum, facilè illud Princeps tollere potuit pro ſuo arbitrio, etiam in conſequentiam alterius actus, vt poſt multos in terminis tradidit Silua in d. conſil. 66. numer. 8. 9. Ceph. d. 52
conſil. 58. numer. 61. Surd. d. conſil. 278. numer. 8. vbi alios allegat.

Nec poteſt dici, dictum Excell. D. Com. Camillum ignoraſſe prædictam locationem, quæ erat notoria in dicto loco Nouellariæ, ex eo quod dicti conductores ab omnibus exigebant gabellas, ideo ipſe quoque Princeps cenſetur de tali facto habuiſſe notitiam, vt inquit Decian. conſil. 124. numer. 21. lib. 3. nec poteſt prætendi ignorantia earum rerum, quæ in loco ſunt publicæ, & notoriæ, maximè in terris, vbi exiguus eſt populus: latè 53
explicat Grammat, deciſ. 36. n. 16. 17. 18. Crau. conſ. 57. num. 10. Grat. conſ. 49. num. 8. lib. 1. Menoch. lib. 6. præſ. 23. num. 108. & ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ. 621. num. 6. quod fortiùs procedit in hoc caſu, vbi tractatur de no- 54
tabili negotio gabellarum, quod omnes de populo tangit; tunc enim magis notorium præſumitur, & ſcientia inducitur, ex Rom. conſil. 481. num. 3. vbi Add. notat, nec puto quemquam eſſe, qui credat dictum Excellentiſſimum D. Com. Camillum hæc ignoraſſe, & cenſeo eius 55
optimam fuiſſe intentionem, ne cuiquam damnum inferret, ſed quod etiam voluerit reſeruari prædictis conductoribus lucra ſperata, quæ nec ſunt certa, nec benè probata, non facilè credendum eſt; hoc enim ſolùm potuiſſet turbidam reddere gratiam abrogationis gabellarum, quas fuiſſet neceſſe continuare ſaltem vſquequò conductores de lucro ſperato fuiſſent ſatisfacti, quod quàm abſurdum ſit, nemo eſt qui non videat, ideò nullo modo eſt dicendum, l. nam abſurdum, ff. de bon. libert. l. 2. in princ. C. de vſu rei iud. l. diuortio, ff. ſol. 56
matr.

Sed verè nihil intereſt, an Princes voluerit derogare iuri conductorum, & habuerit ſcientiam locationis prædictæ, necne, quia vtcumq; ſit, ſemper verum eſt, gabellas fuiſſe abrogatas ſine culpa, & dolo Communitatis, & ſi interuenit eius factum, dum ſupplicauit, illud erat iuſtum, honeſtum, & laudabile, propter quod non tenebatur ad aliquod intereſſe, ſed tantũ ad remiſſionem mercedis, vt viſum eſt, cùm enim abrogatæ fuerint gabellæ: & ſic perempta re locata reſolutus fuit ex ſui natura contractus tam ex parte conductoris, quàm locatoris, vt 57
probat



probat textus in l. item quæritur, §. fin & l. habitatores §. fin. l. ſi fundus, in fin. ff. locat. Bart. in l. ſi domum, ff eod. Ant. Gom. de contract. c. 3. tit. de locat. in princ. Imol. in cap. potuit, num. 40. verſ. facit, eod. latè Surd. d. conſ. 400. n. 11. 12. vbi etiam docet impoſſibile eſſe, quod poſſit ſubſiſtere locatio, niſi extet res, quæ locatur.

Ideò non fuit neceſſe exprimi in dicto reſcripto, quod Princeps derogabat etiam locationi, quia abrogatis gabellis voluntas conſequutiua manifeſtabatur, quod vo-
58 lebat etiam tollere locationem, quia deſtructo principali deſtruitur etiam acceſſorium, l. ſi ex cauſa, §. 1. ff. de minor. l. & quia, verſ. idque, vbi Alber. notat, ff. de iuriſd. omn. iud. l. 1. §. huius rei, de off. eius, pulchrè gl. in l. qui in fundo, C. de omni agr. deſert. lib. 10. & in c. 2. vbi Innoc. de vot. Bald. in l. fin. num. 9. verſ. ſed contrarium, C. ſent. reſcind. non poſſ. Abb. conſ. 84. num. 5. 6. lib. 1. Gozzad. conſ. 5. num. 17. Curt. Iun. conſ. 1. n. 20. in fin. & conſ. 137. num. 5. pulchrè Ruin. conſil. 38. num. 22. lib. 1. ſic etiam Gabriel com. concluſ. lib. 3. tit. de iur. quæſ. non toll. concluſ. 1. num. 26. & num. 33. vbi quod Princeps poteſt præiudicare tertio etiam ſine cauſa, non principa-
59 liter, ſed in neceſſariam conſequentiam, quia naturaliter ſublato principali, tollitur etiam acceſſorium, ideo non attenditur præiudicium tertij, quod in quandam
60 venit conſequentiam: ſic Altograd. conſ. 3. num. 22. vbi alios allegat: quod adeò verum eſt, & ſic venit ex natura negotij, vt non ſit neceſſaria citatio illius tertij, cui in conſequentiam præiudicatur, ad tradita per Ruin.
61 d. conſ. 38. n. 22. verſ. nec quartum, lib. 1. Curt. Iun. d. conſ. 1. n. 25. 26. vbi alios allegat.

Hoc autem in caſu noſtro faciliùs videtur eſſe concedendum, quia Princeps abrogando gabellas, reduxit Populum ad priſtinam libertatem, in qua paucis antea annis reperiebatur, antequam illæ imponerentur, nam quotieſcumque aliquid conceditur per Principem, per quod reducimur ad illud, quod prius, & antiquitus
62 competebat, tunc valet conceſſio, etiam in præiudicium tertij, nec poterit quiſquam de hoc conqueri, per l. quæris, ff. de natal. reſtit. & in §. ſi quis verò, ibi: poſtea verò ad ipſam deducunt naturam, in Auth. quibus mod. natur. effic. legitim. gl. ab omnibus approbata in c. ab exordio, 35. diſt. & gl. in l. ſi vnus, §. pactus, §. redditur, ff. de pact. quam Bart. & DD. ſequuntur in l. ſi conſtante, ff. ſol. matr. Felin. in c. cum acceſſiſſent, de conſtit. & in c. ad noſtram, in princ. de appellat. pulchrè Gozadin. conſ. 1. num. 35. videndus Curt. Iun. d. conſ. 1. num. 22. vbi tradit, quod hoc non habet aliquam dubitationem, quin Princeps id facere valeat etiam præiudicando iuri alte-
63 rius, quia facilè res reuertuntur ad naturam ſuam, l. ſi vnus, verſ. pactus, verſ. quod in ſpem, de pact. l. in tantùm. in princ. de rerum diuiſ. c. ab exordio, vbi gl. diſt. 35. cum vulgaribus: ideò qui ex hoc ſentit damnum non poteſt conqueri: eos ſequitur etiam Gabriel d. tit. de iur. quæſ. non toll. d. concl. 1. num. 28. nec enim conſiderandum eſt, ſi quis in conſequentiam præiudicium recipit, Altograd. conſ. 3. n. 22.

Et maximè hoc confirmandum videtur, quia non eſt certum, quod Princeps præiudicauerit dictis conductoribus abrogando dictas gabelllas; ſiquidem ſi de damno loquimur, nullum eis intulit, ſtante remiſſione mercedis pro rata temporis; ſin de lucro intelligimus, hoc valde incertum eſt, & poteſt eſſe, quod in progreſſu locationis ipſi nihil fuiſſent lucrati; immò quod damnum ſenſiſſent, propter varias cauſas, & accidentia, quæ contingere poſſunt etiam ſine culpa locatoris: etenim
64 lucrum nemo poteſt prætendere, niſi ſit in potentia propinqua; nam ſi incertum eſt, & poteſt eſſe, & non eſſe, non habetur in conſideratione, ad tradita per Caſtr. & Iaſ. in l. non vtique, §. nunc de eo, quod cert. loc. Dec. conſ. 322. num. 5. in fin. vbi etiam docet, quàm difficile ſit probare hoc intereſſe: & ſequitur Tuſch. littera L, concl. 454. num. 21. qui verò dicunt, Principem non poſſe ius tertij



auferre, loquuntur de iure radicato, & quando certò conſtat de præiudicio, quia certitudinariè illud appareat. Secus eſt, ſi hoc incertum ſit, & Princeps faciat actum, per quem occaſionaliter, ſeu cauſatiuè poſſit tertio præiudicium fieri, velut ſi compellat partes ad compromiſſum, per quod poſſibile eſt alicui fieri præiudicium, ſi arbiter ius partis auferat; non eſt tamen certum, nam poteſt eſſe, quod nullum damnum inferat, tunc enim Princeps poteſt, & huiuſmodi actum faciendo vult cauſatiuè, conſequutiuè, & occaſionaliter etiam tertio præiudicare, ad tradita per Dominic. in 65
c. quæ in Eccleſiarum, vbi etiam Felin. col. 17. verſ. ſecunda declaratio. & Dec. col. 10. verſ. tertius caſus, de Conſtit. Cagn. in l. id quod noſtrum, num. 16. de reg. iur. Gabriel d. concl. 1. num. 25. Ergo eodem modo prædictus D. Com. Camillus abrogando dictas gabellas, potuit & voluit etiam præiudicare occaſionaliter, & cauſatiuè dictis conductoribus, quia certò non conſtat de eorum præiudicio, cum fieri potuiſſet, vt perſeuerantia locationis eis damnoſa fuiſſet; non rarò enim videmus gabellarum conductores depauperari, & tanquam decoctores fugam arripere, quia penſiones ſoluere non poſſunt.

Fortè poſſet eſſe dubium, an potuiſſet Princeps directò, & principaliter abrogare locationem à dicta Communitate factam, firma manente gabellarum impoſitione, quia tunc immediatè ius tertij ſuſtuliſſet, & ſine cauſa. Verùm quia de locatione mentionem non fecit, ſed impoſitionem gabellæ abſtulit, dicendum eſt per rerum naturam in neceſſariam conſequentiam voluiſſe etiam locationem abrogare, quia qui vult antece-
dens, vult omne neceſſarium conſequens, l. 2. vbi DD. 66
communiter, ff. de iuriſd. omn. iud. c. præterea, de leg. Cephal. conſ. 63. num. 7. Honded. conſ. 61. num. 55. lib. 2. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 11. num. 21. multa enim quæ principaliter fieri non poſſunt, in conſequentiam neceſſariò fieri valent, & facta cenſentur, ad textum in l. ſi vnus, §. illud, ff. de pact. l. ſi aliena, §. hoc iure, de vſucap. Iaſ. in l. fin. num. 33. in fin. C. de pact. pulchrè 67
Soc. Sen. conſ. 81. num. 9. 10. lib. 3. vbi vide. Altograd. d. conſil. 3. n. 17. 19. 23. ideo ſicut Princeps potuit iuſtè tollere gabellas, etiam ſequela inde proueniens, per quam tollitur locatio, iuſta cenſenda eſt, vt inquit Soc. d. conſ. 81. n. 10. lib. 3.

Siquidem cùm Princeps potuerit tollere gabellas, & populo concedere immunitatem, quamvis fortè non potuiſſet directò, & ſine cauſa tollere locationem, tamen cùm hæc veniat in conſequentiam primi actus, hoc etiam iuſtè permiſſum eſſe cenſetur, quia quando aliquid à lege fieri prohibetur directè, & principaliter, illud non cenſetur prohibitum, ſi & quando ad illud deuenitur in conſequentiam actus permiſſi; etenim hoc caſu valet, & iuſtè factum dicitur, etiamſi directè, & principaliter fieri non potuiſſet: ſic probat 68
pulchrè textus in l. 1. vbi gl. Dyn. & Bartol. ff. de auth. tut. & in l. non ſolùm, de reſtit. in integr. & in l. quoties, C. de iudic. perbellè Soc. Sen. d. conſ. 81. n. 9. 10. lib. 3. iterum Bart. in l. ambitioſa, reg. 3. de decret. ab ord. fac. Bero. in c. nulli, n. 13. 15. de reb. Eccl. non alien. Crot. in l. 1. §. hoc edictum, n. 22. ff. de nou. oper. nunt. Bologn. in l. 1. n. 65. ff. de iuriſd. omn. ind. Altograd. conſ. 3. n. 22. 23. vbi pulchrè loquitur.

Hoc eſt ergo dicendum, quod in caſu noſtro Princeps noluerit præiudicare conductoribus, de quibus mentionem non fecit, quia ſi non expreſsè id voluit, ſaltem tacitè voluiſſe dicendum eſt ex neceſſaria conſequentia reſultante ex abrogatione gabellarum, ſine quibus impoſſibile eſt locationem ſubſiſtere, vt per Surd. in d. conſ. 400. n. 10. 11. nam taciti, & expreſſi par eſt virtus, l. cùm quid, ſi cert. pet. l. ſi hæreditas, §. fin. de teſt. tut. l. triticum, de verb. obl. c. ſollicitudinẽ, de appell. cũ vulgaribus. Ergo nõ eſt du- 69
bitandum neq; de voluntate, neq; de poteſtate Principis,

E quin

quin potuerit abrogare, & voluerit dictam locationem, & quidquid inde ſequebatur, dum abrogauit gabellas ipſas, quæ erant fundamentum ipſius locationis.

Et propterea non ſunt attendendæ aliæ clauſulæ inſtrumenti locationis, velut clauſula, *ſub refectione*, vel clauſula iuramenti, aut obligationis Cameralis, & ſimiles; quia reſoluto principali contractu, & ſublata principali obligatione, ipſæ quoque cenſentur caſſatæ, & nullum amplius operantur effectum, eo quòd ſint correſpectiuæ; omnia cenſentur vnicus actus inſtrumenti, etiamſi eſſent plures diuerſæ naturæ, cùm vnum dependeat ab altero; ideò ſublato principali, cætera cedere neceſſe eſt: ſic pulchrè ex Bald. *conſ.* 317. *in fin. lib.* 3. & Rim. *conſ.* 171. Iaſ. *in l. non dubium, n.* 57. *in fin. C. de legib.* latè Tiraq. *de conſt. poſſ. p.* 3. *lim.* 7. *num.* 28. & *n.* 33. Becc. *conſ.* 52. *n.* 107. Surd. *deciſ.* 7. *n.* 29. & *deciſ.* 326. *n.* 52. *verſ. in quibus locis*, Maſtrill. *deciſ.* 299. *n.* 22. 23. 24. 52. benè Gratian. *diſc.* 534. *n.* 40. 51. Rot. apud Farin. *deciſ. recent.* 50. *n.* 7. *in fin. p.* 1. & apud Zacch. *de oblig. Cam. deciſ.* 113. *n.* 12. 13. vbi pulchrè id probat, & denique Mangil. *in tract. de euiction. q.* 150. *n.* 28. 29. vbi allegat alias Rotæ deciſiones.

Igitur concludendum eſt, prædictos conductores non poſſe conſequi aliquod intereſſe lucri ceſſantis ex interrruptione dictæ locationis, & ſatis eſſe, ſi à damno propriè ſumpto immunes præſeruentur, & ad penſionem ſolùm pro rata temporis, quo illis permiſſum fuit vti, & frui, legitimè aſtringantur; & ita cenſui, & iudicaui confirmandam ſententiam D. Prætoris hoc idem ſentientis.

## CAPVT CCXXXI.

### EPITOME.

In legato fructuum dando per hæredem an veniant fructus ciuiles, & an hæres poſſit locare bona, & tradere penſionem loco fructuum, & an ſalarium prætendere poſſit.

### SVMMARIVM.

1 *Fructuum appellatione veniunt propriè naturales.*
2 *Hæres poteſt fundum locare, & loco fructuum tradere legatario penſionem.*
3 *Labor omnis expectat præmium.*
4 *Fructuum nomine in legatis & iudiciis bonæ fidei veniunt etiam omnes vtilitates, & commoditates.*
5 *Alimentorum cauſa æquiparatur cauſæ piæ.*
6 *Prouentus, & introitus nomine comprehenduntur omnes vtilitates perceptibiles.*
7 *Introitus, & redditus, & prouentus nomina pro eodem vſurpantur.*
8 *Indefinita oratio æquipollet vniuerſali.*
9 *Indefinita æquipollet vniuerſali fauore alimentorum, etiamſi aliàs non deberet æquipollere.*
10 *Legatis fructibus pro alimentis non licet hæredi fundum locare, & tradere penſionem.*
11 *Bona ſunt obligata pro alimentis, quando fructus eorum cauſa alimentorum legantur.*
12 *Locare an liceat hæredi bona, quorum fructus alteri ſunt relicti à teſtatore.*
13 *Fructibus legatis quando liceat fundum locare.*
14 *Legatum annuum debetur in principio anni, & ſic fructus ſtatim ac ſunt collecti ex cauſa alimentorum.*
15 *Salarium adminiſtratori non debetur, niſi fuerit conuentum.*
16 *Fructus non dicuntur, niſi deductis expenſis, & quibus.*
17 *Expenſæ tantùm deducuntur, quæ fiunt gratia colligendorum fructuum.*
18 *Colonus partiarius lucratur dimidium fructuum pro ſuo labore, & expenſis.*
19 *Hæres tenetur rem legatam perquirere, & ſuis ſumptibus tradere legatario.*
20 *Fructibus legatis debent legaliter dari ſine retentione mercedis.*
21 *Legatis fructibus fundi poteſt hæres tradere legatariis fundos ad gaudendum.*
22 *Legatis fructibus per hæredem dandis non poteſt legatarius eos capere propria auctoritate.*
23 *Legatarius poteſt tollere fundum, cuius fructus ſibi ſunt legati.*
24 *Poſſeſſio non attenditur in actibus facultatiuis.*
25 *Poſſeſſio quando acquiratur in his, quæ ſunt facultatis.*
26 *Poſſeſſio non attenditur, vbi conſtat de proprietate, & de meritis cauſæ.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

VIſo teſtamento D. Doctoris Ioan. Baptiſtæ Munarini Regienſis, confecto ſub die 13. Aug. 1617. in quo hæredem vniuerſalem inſtituit Montem Pietatis Regij, & diſpoſuit, quod adminiſtrator eius bonorum, & hæreditatis ſit illius Theſaurarius pro tempore, cum onere alendi filios D. Camilli Blãchi, & alios quoſcunque eius filios natos, & naſcituros, ac ipſorum omnium deſcendentes, & quotieſcunque aderit aliquis Doctor primò ex deſcendentibus D. Camilli prædicti, deinde ex aliis ſuis attinentibus, grauauit dictum hæredem ad tradendum illi, qui Doctor effectus fuerit, fructus, & introitus bonorum ſuorum, & hæreditatis, incipiendo à die, qua effectus fuerit Doctor, & ſequendo vſque ad illius mortem cum declaratione, quod ſi eodem tempore adfuerint duo Doctores ex deſcendentibus dicti D. Camilli, eis dari debeant dicti fructus, & introitus: contingit de tribus dubitare.

Primò an Doctori, vel Doctoribus prædictis dari debeant omnes fructus non ſolum naturales, & induſtriales, ſed etiam ciuiles.

Secundò, an dictus adminiſtrator poſſit locare bona prædicta, & loco fructuum tradere prædictis Doctoribus pro alimentis penſiones fructuum.

Tertiò, an adminiſtratori prædicto debeatur aliqua merces, aut ſalarium pro ſua adminiſtratione.

Ad primum videbatur prima facie reſpondendum, quod prædictis Doctoribus dari debeant ſolùm fructus naturales, non autem ciuiles, quia propriè, & ſtrictè fructuum appellatione id ſolùm intelligitur, quod ex corpore rei immediatè percipitur, & naſcitur, vt partus pecorum, oleum, poma, & fructus ſimiles, ad textum *in l. qui ſe, in fin.* & *l. cùm quis, ff. de condict. ob cauſ.* 1
*l. diuortio, § ſi vir*, vbi gl. Bart. Imol. Alex. & DD. communiter, *ff. ſolut. matr.*

Ad ſecundum etiam videtur affirmatiuè reſpondendum per textum *in l. fundi Trebatiani, verſ. quæro, ff. de* 2
*vſu, & vſufr. leg.* vbi in ſimili legato de fructibus dandis permittitur hæredi tradere legatario æſtimationem fructuum, quam Paterfamilias conſueuerat redigere ex locatione fundi.

Ad tertium videtur etiam affirmatiuè poſſe reſponderi, quia omnis labor expectat premium, ex textu *in c.* 3
*ne autem, in Auth. de iudiciis, c. caritatem* 12. *q.* 2. ita gl. *in c. ibi adunati* 7. *q.* 1.

His tamen non obſtantibus, cenſeo prædictis Doctoribus alendis iuxta mentem teſtatoris tradendos eſſe omnes fructus cuiuſcunque generis, non ſolùm naturales, & induſtriales, ſed etiam ciuiles, quæcumque emolumẽta, & commoditates, quæ ex bonis hæreditariis percipi

poſ



## CAPVT CCXXXII.

### EPITOME.

Pactum cum mercatore initum de aſſecurando capitali, & certo lucro an valeat.

### SVMMARIVM.

1 *Clericis prohibetur exercitium mercaturæ.*
2 *Mercatura, & negotiatio clericis eſt interdicta.*
3 *Clerici non poſſunt contrahere ſocietatem ſuper mercatura.*
4 *Minor non poteſt ſe obligare ex cauſa ſocietatis ſine curatore.*
5 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
6 *Minor non poteſt obligare bona ſtabilia ſine decreto iudicis.*
7 *Minor non poteſt obligare bona ſine iuſta cauſa, & debita ſolemnitate.*
8 *Mercatura an ſit legitima cauſa obligandi minorem.*
9 *Intereſſe & lucrum incertum non poteſt taxari ab initio.*
10 *Intereſſe non probatur per confeſſionem partis.*
11 *Intereſſe lucri ceſſantis non debetur, niſi concurrentibus tribus requiſitis.*
12 *Conſuetudo non excuſat ab vſuris.*
13 *Vſurarum à reſtitutione non excuſat conſuetudo.*
14 *Fructus debent imputari in ſortem, ſi contractus eſt vſurarius.*
15 *Clericus non poteſt conueniri coram iudice laico, etſi conſentiat.*
16 *Bona ſunt acceſſoria perſonarum, & ſic exempta, ſicut perſona clerici.*
17 *Clericus etiam contumax non poteſt iudicari à iudice laico.*
18 *Fratres retinentes in communi hæreditatem paternam, non dicuntur ſocij omnium bonorum, ſed tantùm in illa.*
19 *Minor non poteſt contrahere ſocietatem ſine decreto.*
20 *Societas quando dicatur tractata inter fratres.*
21 *Socius non communicat, quando contrahit nomine proprio.*
22 *Socij non communicant empta nomine proprio, niſi ſint ſocij omnium bonorum.*
23 *Frater non acquirit fratri, niſi pro eo etiam acceptet.*
24 *Socio quæſita extra cauſam ſocietatis non communicantur.*
*Agens ſine actione repellitur.*
25 *Creditor non poteſt accipere tenutam bonorum, quæ ſibi non ſunt obligata.*
26 *Exceptio,* tu non es nominatus in inſtrumento, *præcipuè attendenda.*
27 *Ratificatio inducitur non ſolùm verbis, ſed etiam factis.*
28 *Ratificatio non inducitur, niſi probatio illius neceſſariò concludat.*
29 *Ratificari non poſſunt, quæ non ſunt facta nomine ratificantis.*
30 *Res inter alios acta alteri non præiudicat.*
31 *Sententia non probat, niſi iuſtificetur ex actis.*
32 *Inſtrumentum productum in fauorabilibus, in cæteris verò impugnatiuè non probat contra producentem.*
33 *Adiudicatio quid requirat.*
34 *Sententia ſine probationibus lata eſt iniqua, & non tranſit in iudicatum.*
35 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
36 *Remedium* c. reintegranda, *habet locum, etiam quando iudex priuat poſſeſſione malè.*
37 *Stylus iudiciorum habetur pro lege.*
38 *Minor non habens curatorem poteſt ſine illo ſe obligare, & ſocitatem contrahere.*
39 *Minor non obligatur ſtatuti ſolemnitate, quando contrahit cum Eccleſia, vel clericis.*
40 *Æquipollentium quid fiat, non refert.*
41 *Minor factus maior ob lapſum quinquennij cenſetur ratificare contractum.*
42 *Ratificare videtur contractum, qui ſoluit, vel recipit ex cauſa illius.*
43 *Intereſſe veriſimile poteſt ab initio taxari.*
44 *Sociorum pactum, vt ſaluum ſit capitale, & lucrum certum, non valet.*
45 *Vſurarium eſt pactum, quod ſaluum ſit capitale, & lucrum certum.*
46 *Legis caſus vbi eſt, nihil vlterius eſt quærendum.*
47 *Aſſecuratio ſortis, & lucri quomodo fieri poſſit.*
48 *Socij in mercaturis quomodo poſſint aſſecurare ſortem & lucrum certificare.*
49 *Aſſecuratio capitalis, & lucri in mercimoniis fieri poteſt cum moderamine.*
50 *Lucrum quando poſſit ab initio taxari.*
51 *Conſtitutio Pij V. de lucris quomodo procedat.*
52 *Conſtitutio Sixti V. de non ſaluando capitali, quomodo procedat.*
53 *Pactum de aſſecurando lucro valet.*
54 *Lucrum poteſt verificari, & aſſecurari etiam ab initio.*
55 *Lucri taxationem eſſe exceſſiuam quis probare debeat.*
56 *Contractus licitus efficitur per conſuetudinem.*
57 *Conſuetudo peccandi non excuſat, & quomodo.*
58 *Conſuetudo poteſt interpretari, an contractus ſit licitus.*
59 *Pupilli, & viduæ excuſantur, dando pecunias ad lucrum certum.*
60 *Lucrum quando percipi poſſit, vel non, in mercibus.*
61 *Lucrum non poteſt percipi, niſi agatur cum mercatore.*
62 *Clericus poteſt negotiari per alium, & ſecretè.*
63 *Negotiatio quando ſit prohibita clericis.*
64 *Negotiatio vt ſit delictum in clericis quid requiratur.*
65 *Clerici poſſunt contrahere ſocietatem ſuper officiis Romanæ Curiæ, & dare pecunias ad cambium.*
66 *Clerici poſſunt licitè negotiari per alium, pro ſua, & ſuorum ſuſtentatione.*
67 *Clerici quando non poſſint licitè negotiari per alium.*
68 *Clerici negotiantis intentio ſpectanda eſt.*
69 *Clericus negotiator non dicitur, qui ſemel, vel bis negotiatus eſt.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1626. ſub die 22. Decembris D. Ludouicus Mazzolius à Mirandula recepit à M.R.D. Horatio Poſſidonio Primicerio eiuſdem loci, ſcutos centum ad negotiandum in annum, quos ille promiſit in mercibus implicare, & exercere cum eis mercaturam ad annum, & vltra ad beneplacitum partium, & dein reſtituere ei veram ſortem cum medietate lucrorum.

Et cùm ei non placeret tenere computum negotij, in eodem contractu conuenit cum eodem Poſſidonio pro parte lucri, quæ ad ipſum ſpectare poſſet, ſoluere illi quot annis ſcuta octo cum pacto, vt ſi capitale deperiret ſine culpa D. Ludouici, damnum ſentiretur, prout de iure, vt conſtat ex chirographo à partibus ſubſcripto in vim iurati inſtrumenti cum obligatione Camerali.

Et cum tranſactis nonnullis annis dictus D. Ludouicus ceſſaſſet ſoluere D. Horatio lucra, ſtante, quod primo tantum anno exercuit mercaturam non ſine damno, prædictus D. Horatius conuenit eum in foro ſæculari Mirandulæ, & obtinuit à Iudice tenutam cuiuſdam terræ Ronchinæ bubulcarum ſeptem, & tabularum 33. quæ erat communis cum D. Fabio, & M.R.D. Franciſco fratribus germanis dicti D. Ludouici, æſtimatæ ſcutis viginti

pro qualibet bubulca, & fuit adiudicata in ſolutum prædicto D. Horatio.

De anno autem 1641. prædicti fratres diuiſerunt cætera bona paterna, quia viuebant in communione, vt ſolent fratres poſt mortem patris, nulla facta mentione dictæ terræ.

Verùm de anno 1643. ſub die 7. Maij dicti fratres conſtituerunt querelam contra dictum M. R. D. Horatium allegando, eum ſibi vſurpaſſe dictam terram, & fraudaſſe dictum D. Ludouicum, qui erat minor tempore dictæ ſocietatis contractæ, & non exercuit mercaturam, niſi per annum, & tamen ille taxauit lucra ad rationem octo pro centenario, & exegit in fraudem vſurarum, & nulliter dictam terram obtinuit, quæ erat communis cum aliis fratribus ipſis non auditis, neque citatis, non obſtante, quod ipſi non erant debitores dicti D. Horatij in obolo, & quod dictus D. Franciſcus eſſet clericus, qui non poterat conueniri coram iudice laico, etiamſi debitor fuiſſet, ideò petunt dictam terram ſibi reſtitui, & dictus D. Ludouicus illi offert ſcuta centum iam accepta. Ideò quæritur quid iuris.

Et ſanè videtur prima facie reſoluendum contra dictum D. Horatium, vt ſit excommunicandus, & puniendus, quia cùm eſſet clericus ſacris initiatus, & in
1 dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus, non poterat ſine pœna exercere mercaturam, & negotiari, cum hoc clericis prohibeatur *in c. 2. ne cleric. vel monac. c. clerici*, & *c. fin. de vit. & honeſt. cler. Clem.* 1. vbi gl. & DD. *eod.* Farin. *fragm. p. 1. verb. clericus, num.* 147. Carol. de Graſſ. *de eff. cler. eff. 6. n.* 1. vbi reddit rationes, & la-
2 tè probat clericis interdictam eſſe mercaturam, & negotiationem: ſic etiam docet Bellet. *diſq. cler. p. 1. tit.* 1. §. 21. *n.* 7. 8. Burat. *deciſ.* 908. *n. 7. p.* 2. ideo clerici non poſſunt contrahere ſocietatem ſuper mercatura, & negotiatione. Menoch. *conſ.* 12. *num.* 12. & *in tract. de*
3 *præſ. lib. 3. præſ.* 56. *n.* 8. Rim. Iun. *conſ.* 280. *n.* 14. Felix *in tract. de ſociet. c.* 8. *n.* 12.

Secundò, ex parte etiam dicti Ludouici inualida videtur obligatio ex cauſa ſocietatis, quia pupillus & minor non poſſunt contrahere ſocietatem, & ſe obligare ſine curatoris auctoritate, & ſolemnitatibus ſtatutorum. Simoncel. *de Decret. lib. 2. titul. 6. inſpect. 4. n.* 39.
4 Menoch. *lib. 3. præſ.* 56. *n.* 9. Felix *in tract. de ſociet. c. 3. n.* 10. & *c. 5. n.* 1.

Nec obſtat, quod dictus D. Ludouicus contraxerit hanc ſocietatem cum authoritate cuiuſdam Coradini eius Curatoris: quia iſte Curator fuerat illi decretatus ad vnicum tantùm actum, diuerſum à prædicto, vt ſcilicet crearet annuum centum ſcutorum octo vendendum pro ſcutis centum gratiâ liberandi ſe à quibuſdam creditorum moleſtiis; ideò non poterat authorizare in iſto actu ſocietatis longè diuerſo, quia limitata cauſa limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer.*
5 *domin. l. cum ſeruo, in princ.* vbi Bald. *de contrah. empt. l. cancellauerat, de his quæ in teſt. delent.*

Immò cùm dictus D. Ludouicus obligauerit etiam bona ſtabilia pro obſeruatione, id facere non poterat ſine decreto iudicis, ad textum *in l. ſi prædia, ff. de rebus*
6 *eorum*, & in effectu non poterat dictus minor facere tales obligationes ſine iuſta cauſa, & debita ſolemnita-
7 te, adeò vt non ſufficiat vnum ſine altero. Rot. *diuerſ.*
8 *deciſ. nouiſſ.* 77. *n.* 10. 11. *p.* 6. & cùm mercatura non reperiatur inter legitimas cauſas, Simoncell. *de decret. d. inſpect. 4. ſub n.* 39. ſequitur inanem fuiſſe dicti minoris obligationem.

Tertiò iniuſtũ, & illicitum videtur fuiſſe illud pactum de ſoluendo lucro incerto in rationem octo pro centenario, tum ratione quantitatis, tum quia nimis incerta ſunt lucra negotiationum, & pendent à futuro euentu; ideò huiuſmodi intereſſe non poteſt ab initio taxari, nec
9 debetur, niſi probetur, vt per Graſſ. *except.* 32. *n.* 80. 81. Rot. apud. Farin. *deciſ. crim. 7. n.* 2. & *deciſ.* 331. *n.* 1. 6. 7. idem Farin. *conſ.* 162. *n.* 1. vbi de communi, & *n.* 34. Rot. poſt Zacchiam *de ſociet. deciſ.* 42. *n.* 5.

Quod adeò verum eſt, vt conſuetudo Mirandulæ ſoluendi octo pro centenario in huiuſmodi ſocietatis contractibus, tanquam nutritiua peccati non validet pa- 10
ctum ſic illicitum, & vſurarium, quia circa vſuras nihil poteſt conſuetudo, ad textum *in c. quia in omnibus*, cum 11
gl. *de vſur.* Rot. apud Farinac. *deciſ. crim.* 84. *ſub n.* 1. *verſ. tum etiam*, & *n.* 2. Cenc. *de cenſ. p. 2. cap. 2. q. 4. art.* 6. 12
*num.* 11. & poſt eum Rot. *deciſ.* 552. *n.* 3. & *deciſ.* 227. *num.* 3. Farin. *fragm. par. 1. verb. conſuetudo, n.* 117. Rot. 13
*diuerſ. dec.* 301. *n.* 23. 24. *part.* 5.

Ex quibus videtur dicendum, prædictum D. Horatium teneri fructus perceptos in ſortem imputare, quia lucra prædicta extenuant ſortem principalem, ac 14
ſi pro ſorte fuiſſent ſoluta. Surd. *deciſ.* 328. *numero* 14. 17. 18.

Hæc quidem vrgere videbantur, ſed non erant talia, vt omnem tollerent difficultatem, & facerent, vt penitus dictus D. Horatius eſſet condemnandus, & propterea ad partes, & diſtinctè negotium eſt examinandum. Siquidem reſpectu tertiæ partis dictæ terræ communis inter dictos fratres ſpectantis ad dictum R. D. Franciſcum, & dicto R. D. Horatio adiudicatæ, certum eſſe videtur, adiudicationem fuiſſe inualidam, quia dictus R. D. Franciſcus non erat eius debitor, & etiamſi fuiſſet, quia tamen erat clericus, non poterat, etiam 15
ſi voluiſſet, coram iudice laico conueniri, *c. ſi diligenti, de for. comp. c.* [illegible] 86. *diſt. c. cùm non ab homine, de indic. Auth. ſtatuimus, C. de Epiſc. & cler.* ideò non potuit iudex ſæcularis etiam ſeruato iuris ordine ei auferre bona ſua, & alteri adiudicare, quia ſicut clericus non ſubiicitur foro ſæculari, ſic nec eius bona, quia ſunt 16
acceſſoria perſonæ Eccleſiaſticæ; ſic *ex c. ſtatuimus* 11. *q.* 1. & *Auth. ſtatuimus, C. de Epiſc. & cler.* gl. & DD. communiter *in c. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit.* Bald. *in c. 2. de iudic.* latiſſimè Carol. de Graſſ. *de eff. cler. eff.* 1. *num.* 10. 11. 13. vbi teſtatur de veriori, & communiori DD. ſententia, Bellet. *diſq. cler. p. 1. tit. de exempt. cler.* §. 5. *n.* 2. adeo vt id procedat, etiamſi clericus coram ſæculari citatus forum non declinaret, quia adhuc ab illo iudice non poteſt iudicari, neque pro contumace 17
haberi, ad textum *in c. 1. de cleric. coniug. in* 6. Ioann. Andr. & Butr. *in d. c. ſi diligenti*, vbi Abb. *num.* 31. *de for. comp.* Grammatic. *deciſ.* 29. *n.* 4. Graſſ. *d. eff.* 1. *n.* 45. Bellet. *diſquiſ. cler. part. 1. tit de fauor. cler. perſon.* §. 2. *n.* 9. vbi alios adducit. Vnde multò minùs potuit dictus iudex laicus ſpoliare bonis ſuis prædictum clericum non debitorem, quem nec citare fecit, contra *l. de vnoquoque, de re iudic.*

Nec obſtat, quod dictus R. D. Franciſcus viueret in communione cum aliis fratribus poſt mortem primi, quia hæc non erat ſocietas vniuerſalis, ſed tantùm communio bonorum paternorum, fratres enim retinentes paternam hæreditatem indiuiſam, ſolummodo inter eos cenſetur ſocietas contracta in bonis hæreditariis, & non dicuntur ſocij omnium bonorum, per textum *in l. ex* 18
*parte, §. filius, ff. fam. erciſc. l. ſi fratres, in princ. ff. pro ſoc.* Petr. de Vbald. *in tract. de duobus fratribus, p. 3. n.* 24. Rim. Iun. *conſ.* 377. *n.* 21. Felix *in tract. de ſociet. c.* 11. *n.* 6. Ceph. *conſ.* 247. *n.* 43. Menoch. *de arb. ind. caſ.* 127. *n.* 15. Trombett. *in tract. de ſociet. c. 2. n.* 21. & *n.* 50.

Hoc autem multò magis dicendum eſt in fratre minore, qui non poteſt contrahere ſocietatem ſine decreto, & ſine curatoris aſſenſu, vt vidimus, & probatur *ex l. vt in* 19
*conductionibus, in fin. ff. pro ſoc.* propterea in caſu noſtro non poteſt dici, quod dictus R. D. Franciſcus habuerit partem in dicta ſocietate, tum quia dictus D. Ludouicus eam contraxit nomine proprio, tum quia non apparet de communicatione; & tamen ad hoc, vt ſocietas dicatur contracta inter dictos fratres, debent inſpici actus

ſocia



poſſunt, verba enim teſtatoris non ita ſtrictè intelligi debent, ſed ciuili modo interpretanda ſunt, maximè in legatis, & fideicommiſſis, & iudiciis bonæ fidei, in quibus nomen, *Fructus*, ſignificat non tantùm ea, quæ ex fundo percipiuntur immediatè, ſed omnia emolumenta, commoditates, & vtilitates, quæ ex re legata
4 percipi poſſunt, vel eiuſdem occaſione proueniunt, vt benè probat textus *in l. vſuræ vicem, ff. de vſur.* vbi I.C. ait ita ſeruari in legatis & fideicommiſſis, & cæteris iudiciis bonæ fidei, & *in l. ſi urbana, ff. de condict. indeb. l. item ſi fundi, ff. de vſufr. leg. l. de fructib. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & *in l. Affricanus, §. fructus, de legat. primo*, vbi hoc I.C. pulchrè exprimit, & *in l. ſi nauis ff. de rei vindic.* Alba *conſ.* 318. *n.* 11. Alex. *conſ.* 181. *n.* 6. *lib.* 2. latè Caſtil. *quotid. contr. p. 1. tract. de vſufruct. c.* 26. *n.* 78. 9. vbi plures allegat, & probat fructuum appellatione ciuili modo venire quæcunque emolumenta, & vtilitates, quæ ex aliqua re, & eius occaſione poſſunt percipi.

Nec conſiderandum eſt, quod ſæpe in vulgari ſermone fructus dicantur, qui merè ſunt naturales, vt poma, quia communis vſus loquendi attenditur, quando agitur de interpretatione verborum vulgari ſermone prolatorum, ſecus ſi agatur de verbis latino, & litterali ſermone prolatis; & maximè ſi proferens ſit Doctor; tunc enim non fit interpretatio ſecundum communem vſum loquendi, ſed ſecundum artem litterariam, & ſenſum legiſtarum. Alex. *conſ.* 26. *n.* 2. *verſ. ſermones, lib.* 3. quem ſequitur Marcell. Cala *in tract. de mod. artic. & prob. gl. vnic.* §. 2. *n.* 519.

Hec autem multò magis procedere debent in præſenti caſu, vbi tractatur de negotio, & cauſa alimentorum, quæ adeo eſt fauorabilis, vt æquiparetur piæ cau-
5 ſæ, ad textum *l. Mela, in princ.* ibi: *pietatis intuitu, ff. de alim. & cibar. leg.* & *in §. interdicimus, in Auth. de Eccleſ. titulis*, gl. in l. alio, vbi Bartol. *eod. titul. de alim.* Iaſ. *conſil.* 95. *n. 2. vol.* 1. Crauet. *conſil.* 190. *n.* 10. ideò lata eſt facienda interpretatio, per textum *in cap. fauores, de reg. iur. in* 6. cum vulgaribus.

Sed de hoc in caſu noſtro nihil eſt dubitandum, quia teſtator non fuit contentus nomine, *Fructus*; ſed ampliando legatum dixit, *& introitus*: quod eſt verbum magis generale comprehendens quamcumque vtilitatam, & commoditatem ex re perceptibilem, vt proba-
6 tur per gl. *in l. frugem, de verb. ſignif.* & expreſsè per Innocent. *in c. Paſtoralis, ſuper verb.* Redditus, *de donat.* & Card. *ex Clem. prima, de exceſſ. Prælat.* Alciat. *in d. l. frugem*, vt inquit pulchrè Caſtr. *in conſil.* 416. *ſub n. 2. verſ. 2. ex illis, lib.* 1. vbi loquitur de iſtis vocibus, *Redditus, Introitus, Prouentus.* Tuſch. *litt. F, concluſ.* 484. *n.* 16. vbi vtitur iiſdem vocabulis, Ceph. *conſ.* 637. *n.* 3. Surd. *conſil.* 162. *n.* 3. & ego dixi *contr. for.* 47. *n.* 4. Caſtil. *d. cap.* 36. *n.* 8.

Siquidem nomen introitus, & prouentus, aut redditus pro eodem vſurpantur, vt apud Caſtr. *d. conſ.* 417.
7 Bero. *conſ.* 51. *n. 5. lib.* 2. qui videatur, quia pulchrè loquitur, Tuſch. *concl.* 484. *n* 16. Surd. *d. conſ.* 162. *num.* 3. & ego dixi *controu.* 47. *num.* 3. ad rem facit Caſtil. *d. cap.* 36. *num.* 8. adeò vt concludendum ſit omnes vtilitates, & commoditates, quæ percipi poſſunt ex dictis bonis hæreditariis, comprehenſas fuiſſe in dicto legato. & prædictum Theſaurarium teneri eas præſtare dictis Doctoribus legatariis.

Et hoc confirmatur ex modo loquendi per dictum teſtatorem adhibito, dum indefinitè mandauit tradi prædictis, ſeu Doctori, ſeu Doctoribus fructus, & in-
8 troitus bonorum ſuorum, perinde enim eſt, ac ſi dixiſſet, omnes fructus, & vniuerſos introitus, quia indefinita oratio æquipollet vniuerſali, *l. ſi plurib.* vbi Bart. Ang. & Caſtr. *ff. de leg. 2. l. ſi ſeruitus, de ſeruit. vrb. præd. l. ſi is qui, §. vtrum ita in fin.* vbi Soc. *n. 4. de reb. dub.* quod procedit maximè fauore alimentorum, in quibus ſermo



indefinitus æquipollet vniuerſali, etiam in caſibus in quibus regulariter non ſolet æquipollere, ſecundùm 9
Bart. *in l. quidam hæredem, n. 1. ff. de tritic. vin. oleoq. leg.* quem ſequitur Surd. *de alim. tit.* 5. *q.* 1. *n.* 17. Ergo omnino fructus, & introitus tradi debent dictis Doctoribus, ſeu legatariis.

Non obſtat ſecundum, quod poſſit D. Theſaurarius locare bona prædicta, & penſionem tradere legatariis, quia id procedit, quando legatum eſt factum ob aliam cauſam, quàm alimentorum, ſecus eſt, ſi pro alimentis factum ſit, quia tunc hæres non poterit æſtimationem
ſoluere, vel quid diuerſum à fructibus relictis tradere 10
inuito legatario, cùm ille fundus, ſeu bona ſint obligata pro alimentis: ita pulchrè additio ad Ludou. Roman. *ſingularit.* 434. *verſ. quod intellige*, cùm enim 11
bona prædicta ſint obligata pro alimentis, ad textum *in l.* 2. & *in l. Lucius*, vbi notat, *ff. de aliment. & cibar. leg.* Caſtr. *conſ.* 358. *n. 4. lib.* 1. Rom. *conſ.* 388. *col.* 1. non poſſunt alienari, & ſic verſamur extra caſum dictæ legis *fundi Trebatiani, ff. de vſu, & vſufr. leg.* quæ nihil nocet in caſu noſtro, cum loquatur in eo caſu, vbi fundus non erat obligatus pro alimentis præſtandis, ſeu pro fructibus legatis, & ideò poterat etiam alienari. Vnde non eſt mirum, ſi remanebat obligatio ſolùm tradendi fructuum æſtimationem, quod in caſu noſtro non poteſt verificari, vbi bona prædictæ hæreditatis ſunt obligata pro alimentis, & ſic alienari prohibentur, & per conſequens remanet obligatio tradendi fructus ipſos, vt teſtator mandauit, à cuius verbis non eſt recedendum, quia voluntas teſtantis eſt omnino ſeruanda, §. *diſponat, in Auth. de nupt.*

Immò non eſt neceſſe adducere hanc ſpecialitatem in alimentis, quia ſtando etiam in propriis terminis eiuſdem legis *fundi Trebatiani*, non licet hæredi locare bona, & tradere æſtimationem fructuum iuxta penſionem à conductore ſoluendam, quando legatarius 12
poſſet prætendere aliquod intereſſe, vt puta, quod fructus plus valerent, quàm penſio ſoluenda per conductorem, vt per Add. ad Rom. *d. ſing.* 434. *in fin.* quod ſemper verificari poteſt, quia coloni ſolent conducere prædia, vt lucrifaciant; diſpoſitio autem dictæ le legis *fundi Trebatiani*, procedit, quando legans, dum viuebat, erat ſolitus locare bona, quorum fructus legauit, vt legitur in ea, & propterea nec etiam in terminis illius legis licet hæredi aliud ſoluere pro alio, hoc eſt, æſtimationem fructuum, ſed ſi fundus conſueuit locari nummis, præſtanda erit pecunia, ſi verò locari conſueuit ad quantitatem fructuum, vt fit paſſim colonis partiariis, tunc fructus peti, & præſtari debent, vt declarat Bart. *in d. l. fundi, n.* 3. quem ſequitur Surd. *de alim.* 13
*tit. 8. priuil.* 82. *numero* 4. & conſentit Caroc. *de locat. & conduct. p. 5. de 6. grad. accid. quæſt.* 10. *numero* 12.

Sed ſic eſt, quod hic non conſtat prædictum D. Munarinum teſtatorem fuiſſe ſolitum nummis locare bona prædicta, immò non eſt veriſimile vniuerſa bona locaſſe: ergo hæres non poterit hoc facere inuito legatario, nec attendi debet, ſi aliàs adminiſtrator conſueuit locare, quia id factum eſt conſenſu legatarij, & quia ſecundum legem prædictam non attenditur, quod conſueuerit facere hæres, ſed an paterfamilias legans, dum viueret, eſſet ſolitus bona locare. Ergo nullo modo poteſt dictus D. theſaurarius locare bona prædicta inuitis legatariis, ſed præſtare tenebitur fructus ipſos, ſi ipſi id malint, non enim fuit legata penſio, ſed fructus, & introitus.

Accedat, quod locare bona, & dare æſtimationem, pugnat cum voluntate teſtatoris, qui reliquit fructus ipſos, & introitus, & cùm legatum ſit factum ex cauſa alimentorum, & alimenta ſint percipienda ex fructibus dicto- 14
rum bonorum, ſtatim debentur, ac colliguntur, & præſtari debent legatariis tempore recollectus, quia annuum

E 2 lega

legatum debetur in principio anni, *ex l. 1. C. quand. dies leg. ced. l. nec ſemel, ff. eod.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 6. n. 12.* ideò cùm ſoleant conductores, qui nummis colunt, ſoluere penſiones potius in fine anni, & longè poſt fructus collectos, non erit licitum hæredi, & prædicto adminiſtratori locare bona, & prorogare tempus ſolutionis in damnum legatariorum, qui poſſunt conſequi fructus ipſos ſtatim ac ſunt collecti, quod fieri non poteſt locatis bonis, tum quia conductor vult aliquam partem fructuum lucrari, tum quia tardiùs ſolet ſoluere penſionem.

Ad tertium reſpondetur, teſtatorem nihil reliquiſſe pro ſalario hæredi prædicto, aut bonorum eius adminiſtratori, ideo non debetur ei aliqua merces, quæ non poteſt dari ſine damno legatariorum; etenim admini-
15 ſtratori non datur ſalarium, niſi ſic fuerit conuentum, *l. ſalarium, C. mandat. l. qui mutuum, §. ſalarium, ff. eod.* Et hoc ſatis conuenit, & congruit cum diſpoſitione *d. l. fundi Trebatiani*, vbi in ſimili cauſa non permittitur tutori hæredis aliquid ſibi retinere de fructibus fundi relictis alteri: ſed Iuriſconſultus cenſuit, legatario dandam eſſe illam quantitatem, quam viuus paterfamilias ex locatione fundi redigere conſueuerat; ſi enim totum dare debet, quod teſtator percipiebat, non licet hæredi retinere ſibi quidquam pro ſalario, aut mercede.

Et quamvis fructus non dicantur, niſi deductis expenſis, ad textum *in l. quod in fructus, ff. de vſur. leg. 1. Cod. de fruct. & lit. expenſ.* & *in dicta leg. fundi*, vbi Doctores
16 notant; tamen id intelligitur de expenſis, quæ fiunt gratiâ fructuum recolligendorum, vt pulchrè per Caſtr. *in*
17 *conſ. 378. num. 4. verſ. reſpondeo, lib. 1.* Tuſch. *littera F, concluſ. 484. n. 27.* Pariſius *conſ. 94. num. 25. lib. 2.* Afflictus *deciſ. 252. num. 27.* de quibus expenſis hic non eſt quærendum, quia cùm bona fructifera locentur colonis partiariis ad dimidiã fructuum, vt moris eſt, colonus ſuis expenſis facit omnia, quia operas ſuas, & ſumptus ponere videtur pro illa medietate fructuum ſibi contin-
18 gente, & aliam medietatem Domino liberè tenetur tradere, teſte Bart. *in l. fructus, n. 5. ff. ſolut. matr.* Ergo nulla alia impenſa ſupereſt facienda, cùm colonus teneatur etiam conducere ſuis expenſis fructus dominicales ad domum domini ſui. Vnde in caſu noſtro pro expenſis ſufficit pars ruſticalis fructuum colono debita, vt per Bart. *in d. l. fundi Trebatiani, ad fin. ff. de vſu, & vſufr. leg.*

Si verò hæres, ſeu adminiſtrator prætendat ſalarium pro operis ſuis, & labore in legato præſtando, reſpondeo, eum id conſequi non poſſe, quia ad hoc tenetur ex munere ſuo adeo, vt debeat etiam rem legatam per-
19 quirere, & eius operam præſtare, vt eam tradat ſuis etiam ſumptibus, vt probat textus *in l. cùm ſeruus*, & *in l. Affricanus, in princ. de leg. primo*, & ad rem facit Bald. *in l. vnica, §. excepto, ante n. 1. C. de caduc. tollend.*

Et hoc iuſtum, & ſatis conueniens eſſe videtur, quia ſi pro modo laboris ſalarium eſt concedendum, vtique nullum dandum eſt in præſenti caſu, quia ſi agri hæreditarij locantur colonis partiariis ad medietatem fructuum, ipſi omnes labores, & ſumptus facere tenentur, & conducere fructus ad domum Domini, vt viſum eſt; ſi verò nummis locantur, non interuenit aliquis ſumptus, vel labor locatoris, cum tantum recipere debeat penſiones pecuniarum, quod in ſe continet minimum laboris, & ideò non habetur in conſideratione, quia parum, & nihil æquiparantur, ad textum *in l. illud, §. minùs, de tribut. l. minùs, de verb. ſign. §. 1. Inſt. ad l. falcid. c. licet cauſam, §. quamquam, de probat.* & propterea fructus omnes, vel penſio integra danda eſt legatariis, ad
20 textum *in d. l. fundi Trebatiani*, vbi Bart. & Doctores, *de vſu & vſufr. leg.*

Et caſu quo adminiſtrator velit omnem penitus euitare laborem, poterit concedere legatariis curam bonorum, vt ipſi propria induſtria fructus percipiant, & agros colere faciant, ipſis enim conſentientibus ſic tradendo
fundos hæres, & adminiſtrator liberabitur ab onere 21
quod ſuſtinet in traditione, vt probat textus *in l. ſi quis argumentum, §. ſi verò*, vbi gl. & Bald. *C. de donat.* & ſequitur Alex. ad Bart. *in d. l. fundi Trebatiani, littera A, de vſu, & vſufruct. leg.*

Immò quamvis legatarius fructuum non poſſit propria auctoritate percipere fructus, quando teſtator man-
dauit per hæredem eſſe ei dandos, ſed debeat eos ſingu- 22
lis annis de manu hæredis percipere, per textum *in d. l. fundi*, vbi gl. *in verb. dari*; tamen quando legatarius
vult colere, & ſeminare agrum non cauſa poſſeſſionis 23
adipiſcendæ, ſed ad ius ſuum conſeruandum, hoc ſine dubio facere poteſt, iuxta not. *in l. 1. Cod. vti poſſid.* & per gl. *in d. l. ſi quis argentum, §. ſi verò, in verb. fundo, verſ. vt faciat coli, Cod. de donat.* dixit expreſsè Baldus *in dict. l. vnic. §. excepto, n. 1. Cod. de caducit. toll.* vbi tradit etiam vtile eſſe legatario, ſi proteſtetur, ſe id facere ex cauſa tantum iuris ſui conſeruandi.

Non obſtat, quod adminiſtrator ſit in quaſi poſſeſſione nummis locandi, & ſalarium ſuum exigendi, & retinendi, quia quatenus id verum ſit in facto, tamen non poteſt dici, quod exinde acquiſierit aliquam poſſeſſionem, aut ius ita faciendi, quia totum factum eſt conniuentibus, & non contradicentibus legatariis, & propterea in his, quæ fieri ſolent iure facultatiuo, vel ex voluntate aduerſarij, nullum ius quæritur agenti, nec vlla poſſeſſio, vel quaſi, quæ ſit atten-
denda, non obſtante lapſu temporis etiam immemo- 24
rabilis, vt per Innocent. *in capit. cùm Eccleſia Sutrina, num. 5. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Abb. *in c. Abbate, num. 9. de verb. ſign.* & *in cap. quoad tranſlationem, num. 4. de offic. deleg.* Decius *conſil. 75. n. 6.* latè Surdus *conſil. 127. num. 82.* fusè etiam Beltram. *ad Ludouiſ. deciſ. 162. num. 6.* vbi tradit non dari poſſeſſionem manutenibilem, plures allegat Poſthius *in tract. de manutent. obſ. 53. n. 2. 3. & ſeqq.*

Nam in hac materia non acquiritur aliqua poſſeſſio, nec inducitur aliqua conſuetudo, ſeu præſcriptio propter actum facultatiuum, niſi præcedat prohibitio, ſeu contradictio cum ſubſecuta acquieſcentia, ad tradita
per Caſtr. *in l. qui luminibus, n. 2. verſ. ſed tantùm, ff. de* 25
*ſeruitut. vrb. præd.* Gonzal. *ſuper regul. 8. Cancell. gloſſa 5. §. 6. n. 36. 37.* Giouagn. *conſ. 9. n. 87. lib. 1.* Bartolus *in l. 1. n. 2. & 3.* Alex. *dicto conſ. 52. n. 5.* Decius *conſ. 58. n. 1.* & latè Bero. *in cap. 2. n. 6.* Seraphinus *deciſ. 1086. n. 1.*

Sed eſto, quod conſtaret de hac quaſi poſſeſſione, tamen ea non eſt attendenda, cùm ex iuribus allegatis, & ex tenore teſtamẽti ſatis conſtet de meritis cauſæ, & de iuſtitia prætenſionis legatariorum, quia licèt dici ſoleat, etiam prædonem eſſe manutenendum, tamen vbi conſtat eſſe prædonem, & apparet de bono iure aduerſarij in meritis cauſæ, denegatur illi manutentio, per doctrinam Innocent. *in d. c. cùm Eccleſia Sutrina*, vbi Abb.
*n. 26. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Bero. *in c. in litteris, ſub* 26
*n. 68. de reſtit. ſpol.* Crauet. *conſ. 248. n. 6. verſ. non obſtat*, & *conſ. 282. in fin.* Menoch. *de recuperand. poſſ. remed. 1. n. 113. vſque ad n. 128.* Gratian. *diſc. 899. n. 22.* Rot. *deciſ. 3. de reſtit. ſpol. in nouis*, & apud Farin. *deciſ. recent. 591. n. 4. p. 2.* eadem Rot. apud Poſthium, *d. tract. de manut. deciſ. 295. n. 1.* vbi docet, quod probato defectu proprietatis, de poſſeſſione non eſt amplius quærendum, nec diſputandum, & ego idem probaui *in contr. for. 107. n. 39. 40.* vbi alios allegaui, ex quibus cenſui pronuntiandum ad fauorem legatariorum.

CAPVT



ſimul celebrentur, ſiue ſucceſſiuè, dummodo prudentis arbitrio ſeruetur æqualitas, & pro aſſecuratione tam lucri, quàm veræ ſortis, certa detur compenſatio, & qui ſuſtinent hanc partem, provt egregiè Nauarr. *in tract. de vſur. not. 14. num. 32.* & *in Manual. c. 17. num. 254.* docent id admitti, ſi vel explicitè, aut implicitè dirigendo in-
48 tentionem generaliter ad id, quod fieri poteſt, tres fiant contractus. Primus ſocietatis, in quam vnus pecuniam, alter operam, & induſtriam conferat. Secundus aſſecurationis, quo qui operas confert, aſſecuret alterius ſortem iuſto pretio accepo, aut tantum ſibi ex lucro incerto remiſſo. Tertius ad tollendas ſuſpiciones, & moleſtias rationum, ille qui operam præſtat, etiam aſſecuret alteri lucrum certum pro incerto maiori, iuſto in id pretio conſtituto, aut alteri tantum ex lucro remiſſo, velut cum pacto aſſecurationis ſortis, ad rationem quatuor pro centum lucri certi, & quatuor pro duodecim lucri incerti, ita quod ex lucro incerto veriſimili duodecim pro centum liceat mercatori accipere, quatuor pro aſſecuratione ſortis, & quatuor pro certificando lucro duodecimi, & ſic tenebitur danti pecunias reſpondere ad rationem quatuor pro centenario, & ſi aſſecuraret tantùm lucrum, non capitale, illud poſſet taxari in rationem octo pro centenario, & ita poteſt conueniri tacitè, & expreſsè, quia, vt inquit Couar. *reſol. lib. 3. cap. 2. num. 4. verſ. quod probatur*, licitè poteſt dari pecunia alteri, vt per eum adhibita induſtria exerceatur ars quæſtuaria, ita contracta ſocietate, vt pecunia ſalua ſit, eiuſque periculum ad mercatorem pertineat, lucrum autem, quod alioquin æquè commune foret, maiori ex parte ad ſubeuntem periculum pecuniæ ſpectet, quaſi ea pars lucri quæ dimidium excedit, iuſtum ſit arbitrio boni viri pretium ſubeundi periculi, poſſintque hi contractus vno actu, & contextu fieri.

Ideò concludendum eſt, ex vera, & nunc magis communi DD. ſententia, in ſocietate, vbi alter ponit pecuniã, alter operas, licere paciſci cum mercatore pecunias accipiente, vt aſſecuraſſet ſortem, & modeſtè certum
49 ſoluat lucrum, dimiſſa ſibi maiori parte lucri incerti, & veriſimilis; ſic probari, & intelligi videtur textus *in §. de illa*, vbi Aret. *Inſt. de ſociet. l. ſi non fuerint, §. 1. ff. pro ſoc. l. 1. §. ſæpe, ff. depoſit. l. in Naue*, vbi Caſtr. & DD. *ff. locat. cap. per veſtras*, vbi Io. And. & Abb. *de donat. inter vir. & vx. c. 2. depoſit. c. 1. commodat.* ſic tenet Hoſtienſ. *in tit. de vſur. §. in aliis autem, verſ. porrò fieri poteſt*, Sylueſt. *in verb. ſocietas, 1. quæſt. 2. ad fin.* Angel. *verb. ſocietas, num. 8.* Petr. de Vbald. *in tract. de duob. fratrib. p. 4. quæſt. 1.* Io. Maior. *in 4. diſt. 15. quæſt. 48.* & *quæſt. 49.* Gabriel. *in 4. diſt. 15. quæſt. 11. dub. 10.* Couar. *d. c. 2. num. 4. verſ. quod probatur*, latè, & eleganter Nauar. *in Manual. d. c. 17. num. 255.* & *de vſur. not. 14. num. 32.* Greg. Valent. *diſp. 15. q. 24. p. 2.* Ludouicus Molin. *de iuſt. & iur. tract. 3. diſp. 417.* Franc. Garz. *de contract. p. 2. cap. 17.* Ludouicus Lopez *eod. tract. lib. 1.* Bart. Medin. *in ſua inſtruct. §. 27.* Franc. Tolet. *in ſumm. lib. 5. c. 41.* Ioſeph Angles *in floribus 4. ſent. 9. de ſociet.* latiſſimè, & pulchrè Leonard. Leſſius *de iuſt. & iur. lib. 2. c. 25. dubit. 3. per totam*, vbi fusè, & diligenter id rationibus, & auctoritatibus probat, & inducit iura hæc probantia, & tollit contraria, & teſtatur hanc opinionem Romæ fuiſſe à viris doctiſſimis approbatam, & paſſim per Italiam eſſe in vſu, ac etiam in Hiſpania, Gallia, & Germania ſic fuiſſe traditum abſque vlla dubitatione à celeberrimis Theologiæ profeſſoribus: ſic etiam docent Reginald. *lib. 25. num. 397.* Filliucius *tract. 35. num. 474.* & *tract. 38. num. 53.* latè videndus Bonac. *in tract. de contract. diſp. 3. q. 3. punct. 11. num. 2. 3.* & *q. 6. punct. 4. num. 10.* Boninſ. *in tract. de Mont. c. 8. ſub num. 2.* benè Borſat. *conſ. 320. num. 59. lib. 3.* Lup. *in tract. de vſur. comm. 3. §. 1. num. 24. ad fin. verſ. hæc tamen opinio*, pulchrè Altogr. *in conſ. 6. numer. 86.* vbi defendit hanc partem, ſuſtinendo pactum de aſſecuranda ſorte, &
lucro, mediantibus tribus prædictis contractibus, & ſol- 50
ui poſſe lucrum taxatum in rationem ſeptem pro centenario: latiſſimè etiam ſic defendit Scac. *in tract. de commerc. & camb. §. 3. gl. 3. numer. 36.* vbi ita ſeruari vbique teſtatur, & maximè Ianuæ, ſecundùm conſilium Patrum Societatis Ieſu, qui habent viros doctiſſimos, & pios; pulchrè etiam ſic tradit Duard. *in tract. de cambiis, quæſt. 48. num. 11. 12.* & *q. 53. n. 3.* qui tollit contraria, & firmat ita ſeruari in Gallia, Hiſpania, Italia, & alibi.

Nec obſtat conſtitutio Pij V. quia loquitur tantùm in cambiis, & non extenditur ad alios contractus, & non
prohibet pactum de lucro incerto taxando, vt per Dian. 51
*mor. p. 1. tract. 8. reſol. 15. in fin.* & ego dixi *controu. 29. n. 67. verſ. 6. non obſtat.*

Sicut nec obſtat Bulla Sixti V. incipiens: *Deteſtabilis auaritiæ*, quæ dicitur damnare pactum de ſaluando capitali, & lucro certificando. Namque multæ reſponſiones afferuntur, quod non ſit vſu recepta, & recipiat in-
terpretationem à iure, vt per Leſſium *d. c. 25. dub. 3.* ſed 52
præcipuè mihi placet illa reſponſio, quod illa conſtitutio damnat ſolum ſocietates, in quibus vnus ſocius aſſecurat capitale, & lucrum alterius, nulla recepta compenſatione, & in his terminis procedunt, quæ pro altera opinione referuntur, non autem procedunt, aut locum habent, vbi pro aſſecuratione ſortis, & lucri dimittitur mercatori bona pars lucri incerti pro pretio aſſecurationis, velut ſi veriſimiliter ſperetur lucrum duodecim pro centenario, & dans pecuniam contentus ſit ſex, vel octo, & circiter, hoc enim caſu licitum eſt pactum, nec repugnat dicta conſtitutio, quia tam ex proœmio, quàm ex diſcurſu, & tenore colligitur, intentionem Pontificis fuiſſe prohibere contractus palliatos, & contra diſpoſitionem iuris, addendo nouas pœnas, non autem damnare contractus de iure licitos, vt hic aſſecurationis, vt firmauit Rota *in vna Ferrarienſ. 17. Maij 1600.*
*coram Mellino*, & *in Romana Societatis 5. Iunij 1602. co-* 53
*ram Coccino*, vt apud Farin. *deciſ. crimin. 180. num. 6. verſ. nec releuat.* Leſſius *d. c. 25. dub. 3. num. 33. verſ. 1. quia*, Reginald. *lib. 25. numer. 400.* Molin. *d. diſp. 417.* Filiuc. *d. tract. 35. num. 59.* pulchrè Bonacin. *d. diſp. 3. quæſt. 3. p. 11. num. 2. verſ. neque primò*, & *q. 6. par. 4. num. 10. verſic. neque obſtat Bulla Sixti*: latè Scacc. *d. tract. de commerc. & camb. §. 2. gl. 3. num. 37. verſ. 1. reſpondeo*, & *verſ. 2. reſpondeo*, vbi tollit omnia: ſic etiam Duard. *in d. tract. de camb. q. 48. num. 12.* & *q. 55. num. 4. ad fin.* & Leſſius *d. dubit. 3. n. 33. verſ. 1. quia.*

Verùm ceſſat hic omnis dubietas, quia in caſu noſtro dictus D. Ludouicus non aſſecurauit capitale, ſeu veram ſortem pecuniæ, immò conuentum fuit, vt ſi perderetur ſors, tum fieret quod iuſtum eſt; hoc enim debet ad ſanum intellectum referri, etiamſi verba eſſent dubia, vt per Rot. apud Farinac. *deciſ. crim. 137. num. 3.* Ideò cùm pactũ aſſecurationis tantùm reſpiciat lucrum incertum, ceſſante fraude, & ſimulatione, quæ non præſumitur, illud omninò fuit licitum, cùm taxatio ad octo pro cen-
tum non fuerit exceſſiua, ſicut enim fructus agri, vel 54
vineæ incertus vendi poteſt, taxari, & aſſecurari: ſic ex Sylueſtr. *in ſumm. verb. ſocietas, il 1. numer. 18.* Armill. *num. 17.* Corrad. *de contract. quæſt. 96. in 1. & 2. concluſ.* Nauar. *de vſur. quæſt. 24.* Ioan. Lup. *de contract. cap. 65. in fin.* & latè Iacob. Heinriſmarch. *conſil. 8. num. 72.* cenſuit Rot. Rom. apud Farinac. *dec. crim. 137. num. 5. & ſeqq.* & *deciſ. 180 num. 4.* quam ſequitur Bonac. *d. diſp. 3. q. 3. p. 11. num. 2. verſ. reſpondetur enim.*

Et ſi diceretur, hanc lucri taxationem in rationẽ octo pro centum fuiſſe exceſſiuam, onus hoc probandi ſpectaret ad aduerſarium, ex Purpurat. *in l. ſi paſcenda, n. 29.*
*C. de pact.* quem ſequitur Rot. *d. deciſ. 180. num. 5.* ſed non 55
eſſe exceſſiuam probatur ex conſuetudine Mirandulæ,

vbi

vbi teſtes dicunt vſum paciſcendi ſuper aſſecuratione lucri ad rationem prædictam, eſſe communem; ideò ex
56 tali conſuetudine talis contractus efficitur licitus,& validus,& contrahens excuſatur ab omni pœna, ſic per *l. quid ergo*, §.1. *ff. de contr. & vtil. act. tut. cap.*1. & 2. *in extrau. commun. de empt. & vend.* Bart. per illum textum *in l. quis ſit fugitiuus*, §. *item apud Labeonem, ff. de ædilit. edict.* Oldrad. *conſ.*207. *num.*7. Crauet. *conſil.*6. *num.*106. Nauar. *d.c.*17. *num* 254. Iaſ. *conſ.*153. *n.*2. *verſ. ſeptimò facit, lib.*4. Decian. *conſ.*2. *num.*80. 81. 82. 83. *lib.*1. Grat. *conſ.*36. *n.*4. *lib.*2. Rol *conſ.*96. *num.*26. 27. 28. *lib.*2. Menoch. *conſ.*343. *n.*4. Burſat. *conſ.*320. *ſub n.*59. *lib.*3. Leſſius *de iuſt. & iur. lib.*2. *c.*25. *dub.*3. *n.*33. *verſ. nec obſtat.* Couar. *in epit. lib.*4. *decret. par.*2. *cap.*7. §.3. *num.*5. *verſ. ex quo etiam*, Mantic. *de tacit. & amb. conu. lib.*8. *tit.*25. *n.*20.

Et quamvis hoc procedat ſolum in foro contentioſo, non autem apud Deum, apud quem conſuetudo peccandi non excuſat, ſecundum Crauet. *conſ.*145. *n.*12. Menoch. *conſ.*343. *num.* 4. tamen reſpondetur hoc verum
57 eſſe, ſi omnino certum eſſet contractum eſſe vſurarium, & illicitum, ſecus eſt, quando id ambigitur, & dubium eſt, an contractus ſit licitus, vel non, tunc enim conſuetudo poteſt interpretari, & an ſit licitus, vel fœnerati-
58 tius; & conſuetudo eo caſu excuſat etiam à peccato, vt per Decian. *d. conſ.*2. *num.*189. *iunct. n.*87. *lib.*1. Tiraq. *de retract. conuent. in fin. num.*127. Anton. Gabriel. *commun. concl. libr.*9. *concl.*1. *numer.*28. 29. latè Mantic. *d. tit.*25. *numer.*24.

Ideò excuſantur pupilli, & viduæ, & eorum curatores qui ſolent deponere pecunias apud campſores, vel mercatores ad lucrum cum pacto aſſecurationis lucri. Na-
59 uar. *d. loco*, Leſſius *d. dub.*3. *n.*32. *in fin.* Bonac. *d.q.*3 *p.*11. *n.*3. *q.*6. *p.*3. *n.*10. *verſ. hac ratione.*

Benè verum eſt, quod hoc pactum de aſſecuratione certi lucri ad rationem quinque vel ſex, aut etiam octo pro centum iuxta veriſimilitudinem negotij taxati cum diminutione honeſta iuxta morem regionis, habet locum, & iuſtum cenſetur tantùm, quando dans pecuniam tractat cum mercatore vero, & reali, qui pecuniam illam mercibus, & negotiationibus implicat; ſecus enim eſt, ſi ſciat, vel probabiliter credat, illum non eſſe mercato-
60 rem, & negotiatorem, tunc enim non poſſet percipere illud lucrum, & pretium teneretur reſtituere, niſi probaret tanti ſua intereſſe ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, vt probatur ſecundùm ea, quæ tradit Sot. *de iuſt. & iur. lib.*6. *q.*7. *art.*2. Lup. *in c. nauiganti, numer.*71. *in fin. de vſur.* Azor. *mor. p.*3. *lib.*10. *de camb. c.*11. *q.*1. pulchrè Leſſius *d. c.*25. *dub.*3. *num.*33. & *in fin.* vbi tradit agendum eſſe cum mercatore, aliàs contractus eſt
61 prohibitus: benè Duard. *in tract. de cambiis*, *d. q.*53. *n.*5. vbi vide. Ideò in caſu noſtro dictus D. Horatius non poteſt prætendere lucra prædicta à dicto D. Ludouico, niſi pro primo anno, quo mercatus eſt, & reſpectu aliorum ſi debitor fuit in mora, ſolum prætendere poteſt, quantùm probauerit ſua intereſſe.

Non obſtat denique clericum non poſſe negotiari, quia mercatura clericis eſt interdicta, *cap. fin. de vit. & honeſt. cler.* Nam reſpondetur id procedere, ſi clerici ipſi
62 publicè, & perſonaliter negotiis incumberent; cùm enim illa diſtrahant hominem à rebus ſpiritualibus, & vix ſine peccato exerceri habeant, per textum *in cap. ſumma, cap. canonum, c. quicunque* 14. *q.*4. *c. eiiciens* 88. *diſtinct. cap. falſus, de pœnit. diſt.*5. *cap.*1. vbi DD. *de empt. & vend.* Abb. *in cap. fin. de vſur.* Bero. *in cap. in ciuitate, num.*6. *eodem.* Carol. de Graſſ. *de eff. cler. eff.*6. *n.*2. Genuenſ. *in cap. quamquam de cenſ. lib.*6. Roland. *conſ.*38. *num.*27. *lib.*2. Bellet. *diſq. cler. part.*1. *tit.*1. §.21. *num.* 8. hæc omnia ceſſant, ſi clerici occultè, & per alium hæc faciant, quæ cùm ſint permiſſa etiam pupillis, & viduis, videntur non eſſe prohibita clericis non ſe immiſcentibus, ſed alteri pecuniam dantibus ad negotiandum, iura enim prohibentia clericis negotiationem loquuntur quando perſonaliter, &
publicè id faciunt, ergo ſi occultè, vel per alium id exe- 63
quantur, nihil eis prohibetur: ſic probat textus *in Clem.* 1. *iunct. gl. in verb. publicè, & perſonaliter*, & ibi DD. *de vit. & honeſt. cleric.* Alber. *in l. humilem, C. de inceſt. nupt.* vbi probat clericum per alium tabernam exercentem, priuilegium non amittere, & poſt Medin. *in tract. de reſtitut. quæſt.*30. *art.*2. Caball. *ſuper conſtitut.* Ægid. *lib.*3. *cap.* 10. *in gl. in verb. mercatoris*, *n.*4. *car.*166. Ludouicus Molin. *in tract. de contract. diſp.*342. *num.*10. pulchrè Carol. de Graſſ. *dict. eff.*6. *n.*23. latè ad rem Dian. *mor. part. prima, tit.* 8. *de contract. reſol.* 72. *in fin.* vbi tradit nec eſſe peccatum veniale. Leſſ. *de iuſtit. & iur. libr.*2. *cap.*21. *n.*6. Molin. *tom.*2. *diſp.* 342. *num.* 10. Pellizzar. *in Manual. Regul. tomo primo, tractat.* 4. *c.* 5. *num.*450. & concordat Anch. *in d. Clem.* 1. *n.* 3. vbi docet, quod clerici has pœnas incurrunt, ſi publicè, & perſonaliter iſtas artes exerceant, & ſecus eſſe, ſi per alium, vel occultè id faciant, & quod ad infligendam
pœnam oportet probare clericum monitum prius non 64
ceſſaſſe exercere publicè, & perſonaliter negotium, quia iſtæ qualitates ſunt de ſubſtantia delicti, & ideò probandæ: hoc idem confirmat Bonifac. Vitalin. *in eadem Clem.*1. *num.*43. dicens, quod iſta officia non ſunt per ſe damnata, licet clericis prohibeantur, & ideò ſi exerceantur ab eis ſecretè, & perſonaliter, vel publicè, & per alium, clerici non faciunt contra prohibitionem: ergo non eſt vitium, nec animi, nec corporis. Ex quibus comprehenditur non peccare clericum hæc ſecretè, & per alium exercentem, contra gl. *in dict. Clem.* 1. quæ eum excuſat tantùm à pœna, ſed non à culpa, ſi enim vitium non eſt animi, nec corporis, non video, quomodo culpa adeſſe poſſit, niſi fortè hoc modo retraheretur ab officio ſpirituali, nimis anxiè temporalia perquirendo. Hinc patet licitum eſſe clericis inire ſocietatem, quæ admixtam non habet negotiationem, ideò poſſunt contrahere ſocietatem ſuper officiis Romanæ Curiæ, vt per Duard. *de ſocietat. libro primo, cap. tertio, quæſt.* 9. *num.* 12. & poſſunt dare pecunias ad cambium. Scacc. *de comm. & camb.* §. 1. *quæſt.* 7. *part.* 2. *ampl.*11. *n.*6.

Ideò cenſui non eſſe locum pœnæ contra illicitum negotiatorem impoſitæ, & dictum Dominum Horatium potuiſſe lucra prædicta percipere, & maximè in foro ex-
terno, & ad euitandam pœnam contra negotiatores im- 65
poſitam; nam poteſt clericus pro honeſtate ſua, & ſuorum ſuſtentatione mercaturam, & negotiationem per alium exercere. Nauarr. *in Manual. cap.* 25. *n.* 111. & *de ſpol. cleric.* §. 8. *in fin.* Tabien. *verb. emptio, quæſt.*26. Malder. 2. 2. *tract.* 5. *capit.*2. *dub.* 4. Marc. Anton. Genuenſ. *in Prax. Archiepiſc. cap.*62. *n.*6. Molin. *de iuſtit. tom.*2. *diſp.*342. *num.*20. Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.*2. *cap.*21. *dub.*1. *n.*6. Squillant. *de oblig. cler. par.*2. *n.*43. Fernand. *in examin. Theolog. mor. par.*4. *cap.* 5. §. 8. *n.*6. Roder. Acuña *in comment. ad c.*9. *n.*1. *diſt.*88. Auguſtin. Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccl. lib.* 1. *c.*40. *n.*121. Dian. *d. reſol.*72 *in fin.*

Qui verò contradicunt, procedunt in terminis, quando clericus lucro principaliter inhiaret, & quæſtui po-
tiſſimùm anhelaret, tunc nec per alium id facere poſſe 66
videtur ſine culpa; ſic enim maximam præſefert temporalium bonorum cupiditatem, & ſic peccat potius ex intentione mala, quàm ex negotiatione, non tamen in foro externo poteſt puniri: ita ex gloſſ. *in dict. Clem.*1. *de vit. & honeſt. cler.* vbi Card. *n.*8. Gratian. *d. c.*62. *n.*6. Couar. *in cap. quamvis pactum, p.*1. §.5. *n.*8. Vgolin. *de off. Epiſc.* §.17. *n.*7. Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſ. lib.*1. *c.*39. §.4. *num.* 68. vbi licet doceat clericum ſic exercentem negotiationem per alium ex cauſa potiſſimùm quæſtus, eſſe in culpa, tamen ad hoc vt poſſit puniri pœnis dictæ



20 ſociales, & quod facta ſit communicatio nomine vtriuſque. Trombett. *d. tract.*2. *n.*32. quæ hic non verificantur, ergo dicta adiudicatio terræ eſt nulla, & reuocanda, tum ex defectu poteſtatis in iudice, tum ex carentia cauſæ, & ſolemnitatis.

Reſpectu verò portionis prædicti D. Fabij alterius fratris, maior eſt difficultas, quia ipſe agebat negotia communia. Nihilominus concludendum etiam videtur, dictam adiudicationem in hac parte fuiſſe nullam, & reuocandam, quia chiropraphum ſocietatis non obligat
21 illum, ſed tantum D. Ludouicum, qui contraxit ſocietatem dictorum ſcutorum centum cum dicto D. Horatio nomine proprio, non autem nomine communi, vt etiam præſumitur ex Bald. *in l. qui ex aliena, Cod. ſi quis alter. vel ſibi.* Felix *de ſociet. c.*3. *num.*43. & *c.*14. *num.*87. Trombett. *eod. tract. c.*10. *n.*83.

Namque emptum, vel geſtum nomine proprio ab vno fratre, vel ſocio, non efficitur commune, nec communicari debet inter fratres, vel ſocios, niſi fuerint ſocij om-
22 nium bonorum, vt probat textus *in leg. ſi quis ſocietatem*, & ibi Bald. & communiter DD. & gl. *ſuper verb. coierit, ff. pro ſoc.* & *in l. ſi patruus, C. communia vtriuſque iud.* Bart. *in l. Titium & Meuium*, §. *altero, ff. de adm. tut.* Bald. *in leg. ſi fratres, in princ. verſic. ſed quid ſi ſunt duo, ff. pro ſoc.* Petr. de Vbald. *de duobus fratribus p.*5. *num.* 3. Corn. *conſ.*54. *num.*2. *lib.*1. Ruin. *conſ.*216. *num.*4. *lib.*1. de communi Menoh. *conſ.*121. *n.*32. & *num.*78. & *conſ.*419. *n.*5. Felix *in d. tract. de ſociet. c.*14. *num.*74. Trombett. *eod. tract. c.*10. *n.*76.

Et ratio eſt, quia frater nihil acquirit fratri, niſi pro eo etiam expreſsè acceptet actum, vt per Cyn. *in Auth.*
23 *ſacramenta puberum, quæſt.*10. *C. ſi aduerſ. vend.* tum quia quæſitum extra cauſam ſocietatis per vnum ex ſociis,
24 communicari non debet alteri, *l. cum duo, ff. pro ſoc.* ſic inquit Trombett. *d.c.*10. *num.*77. 78.

Et in caſu noſtro confirmatur, quod dictus D. Ludouicus recepit pecuniam nomine proprio, & pro illius reſtitutione præſtitit quendam fideiuſſorem, pro cuius indemnitate obligauit ſe dictus D. Fabius, & ſic conſtat, D. Fabium nullam obligationem contraxiſſe cum dicto D. Horatio, nec ſociales actus feciſſe cum dicto D. Ludouic. ſed fecit obligationem indemnitatis,
25 quam quilibet extraneus facere poteſt ſine nomine ſocietatis. Ergo dictus D. Horatius nullam habebat actionem contra D. Fabium, & ideò repellendus erat, *ex* §. 1. *Inſt. de action.* & *l. ſi pro te, C. de iur. dot.* cum vulgaribus.

Cùm ergo prædictus D. Horatius non eſſet creditor prædicti D. Fabij, etiam in caſu, quo D. Ludouicus non ſolueret, quia priùs excutienda erant eius bona vel agendum contra fideiuſſorem, ſed ſolùm eſſet creditor
26 D. Ludouici, non potuit conuenire alios fratres, nec illorum bonorum ſibi non obligatorum tenutam accipere. Scacc. *de ſententia, & re iud. gl.*14. *quæſt.*7. *num.*2. *in fin.* Non enim alij fratres erant nominati in chirographo tanquam debitores dicti D. Horatij, vel ſocij dicti D. Ludouici; ideò ſatis erat aliis fratribus dicere: *Nos in inſtrumento non ſumus nominati vti debitores*; hæc enim eſt præcipua iuris exceptio, & ſic D. Horatio deneganda erat actio cōtra alios fratres, ad textum *in l.*2. *C. de inoff. teſtam. d. l. ſi pro te, C. de iur. dot.* Bald. *in l.* 2. *C. ſi aduerſ. credit.* & *in l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.* Felin. *in c. cum ſuper, num.*15. *de re iud.* Bald. *conſ.* 49. *num.*1. *lib.*3. Coler. *de proceſſ. execut. p.*2. *c.*3. *num.*416. *verſ. hinc eſt*, & *n.*463. *verſ. cuius rei.* Mauſon. *in tract. de cauſ. excut. ampl.*9. *num.*3.

Nec dicatur, dictum D. Fabium ratificaſſe dictam ſocietatem, dum elegit peritos pro æſtimanda terra dicto D. Horatio adiudicata. Nam reſpondetur, quod licet non
27 ſolùm verbis, ſed etiam factis inducatur ratificatio, *leg. Paulus, ff. rem rat. haber.* tamen ad hoc, vt ex facto inducatur tacita ratificatio, oportet, quod neceſſariò concludat ratificationem, alioquin non concludit, quia ad qua-
litatem facti limitatur; ita ex Dec. *in c. dilecti, il* 2. *n.*1. 28
*verſ. notandum de appellat.* Rom. *conſ.*291. *n.*5. inquit Tuſchus *pract. concl. littera R, concl.*11. *n.*44. ideò cùm potuerit id fieri ad alium finem, capienda eſt interpretatio, ne in ſui præiudicium illud factum cenſeatur.

Deinde reſpondetur prædictum D. Fabium non cenſeri, nec potuiſſe ratificare dictam ſocietatem, nec alia quæcumque geſta, quæ nomine ipſius non ſunt facta, ad textum *in l. ſi pupilli*, §. *ſed ſi ego, ff. de neg. geſt.* Caſtr. *in l. Paulus, n.*2. *ad fin. ff. rem rat. haberi*, Tuſch. *d. littera R, concl.* 18. *n.*15. Felix *de ſociet. c.*15. *n.*78. Trombett. *eod. tract. c.*10. *n.*17. *ad fin.* pulchrè Ruin. *conſ.*61. *n.*10. *lib.*1.

Tertiò reſpondetur, quod id non poteſt trahi ad ratificationem actus ſubſequentis, ſed tantùm præcedentis, ſed adiudicatio ſubſecuta fuit: ergo non poteſt induci
quoad eam ratificatio, maximè probata illius ſcientia, 29
adeò vt non ſufficiat habere ſcientiam rei, vel facti, niſi habeatur ſcientia circumſtantiarum, & qualitatum omnium, ad textum *in cap. certa*, vbi gl. *in verb. ſcire*, & DD. *de appell. in* 6. Rom. *conſ.*343. *ad fin.* Felin. *in c. à nobis, col.*1. *de excep.* Dec. *in c. nam concupiſcentia, in* 2. *lect. in fin. de conſtit.* Alexand. *conſil.*114. *col.*2. *lib.*1. Tuſch. *d. littera R, concl.*32. *numer.*2. quod hic non verificatur: ergo, &c.

Quartò reſpondetur, hic non conſtare de hac electio-
ne peritorum, niſi per aſſertionem dicti D. Horatij, & 30
Notarij in inſtrumento D. Alexand. Ferr. ſub die 1. Iulij 1632. quod non facit fidem contra alios, qui inſtrumento non interfuerunt, quia res inter alios acta alteri non præiudicat *l. Lucius, ff. de his, qui not. infam. l. ſæpe con-*
*ſtitutum, de re iudic. l. Modeſtinus, de except. l. Claudius*, 31
*Cod. de pact.* & ideo ſicut ſententia iudicis non probat, niſi iuſtificetur ex actis, Puteus *deciſ.* 296. & *deciſ.*481. *lib.*1. Seraph. *deciſ.*965. *num.*10. ſic neque dicta aſſertio Notarij.

Nec nocet replicatio, quod inſtrumentum prædictum fuerit productum à prædicto D. Fabio, & aliis fratribus, ideò fidem facit contra producentes, *ex vulg. l. cum precum, C. de liber. cauſ.* Nam reſpondetur, Mazzolios non produxiſſe dictum inſtrumentum ſimpliciter, ſed tan-
tùm in partibus fauorabilibus, & in cæteris impugnati- 32
uè, & ideò cum illud inſtrumentum non fuerit confectum ad eorum inſtantiam, ſed ad petitionem dicti D. Horatij, ipſi non cenſentur illud approbare, niſi in partibus fauorabilibus, & in cæteris repudiare cenſentur, ad textum *in l. publicè*, §. *fin.* vbi Bart. & Caſtrenſ. *C. de poſſeſ.* Bart. *in l. Aurelius*, §. *idem quæſiit, num.*1. *ff. de liber. leg.* Bald. *in c. cùm dilectus, num.*15. *de conſuet.* Butr. & Imol. *in c. cùm venerabilis, in* 3. *not. de except.* Innoc. & Butr. *in c. cum olim, col. vlt. de cenſ.* DD. *in c. cùm M, de conſtit.* Rot. *deciſ.*3. aliàs 282. *verſ. ſecus verò, de fid. inſtr. in nou.* Maſcard. *de probat. concl.*915. *n.*15. & *n.*19.

Prætereà dicta adiudicatio fuit nulla tam ex defectu
citationis dictæ legis *de vnoquoque*, quàm ob non ſerua- 33
tam formam legis *à Diuo Pio*, §. *in venditione*, §. *ſi pignora*, & §. *ſi ſuper, de re iudic.* vt priùs capiantur pignora mobilia, & ſe mouentia, quàm res ſoli, & non fiat adiudicatio creditori, niſi non inuento emptore, & executio fiat in rebus debitoris, non alterius; hic autem nihil
horum apparet fuiſſe ſeruatum. Ergo nulla fuit ſenten- 34
tia adiudicationis ob formam legis non ſeruatam, & quia ſententia ſine probationibus lata eſt iniuſta, & nunquam tranſit in iudicatum. Alex. *conſ.*91. *ſub num.*1. *lib.*6. Scaccia *in tract. de ſententia, & re iud. gl.*14. *q.*20. *n.*8. 9.

Immò ſatis probatur prædictum D. Fabium non conſenſiſſe adiudicationi dictæ terræ ad fauorem dicti Horatij, quia in chirographo facto ſub die 14. Nouembr. 1640. de quo in proceſſu, legitur ſimul dictus D. Ludouicus, & Fabius ſe conſtituant debitores prædicti D. Horatij

de ſcutis quindecim pro pretio vnius bouis, & ambo
ſubſcripſerint; tamen quando poſtea in eodem ſcripto
dictus D Horatius fatetur ſe recepiſſe ad computum di-
cti crediti libras 29. 6. pro tabulis 26. terræ prædictæ,
quæ fuerunt illi adiudicatæ de pluri quàm eſſet eius cre-
ditum prætenſum, tunc ſolus dictus D. Ludouicus ſub-
ſcripſit, & acceptauit: ergo ſolus etiam ratificauit, quia
35 incluſio vnius eſt excluſio alterius, *l. cùm Prætor, in princ.
de iudic. l. Maritus, de procur. l. ſed ſi ſine, §. ſed quod Pa-
pin. de minor.* Roland. *conſil.* 58. *n.* 76. *lib.* 3.

Hinc deueniendum eſt ad tertiam partem dictæ ter-
ræ ſpectantis ad dictum D. Ludouicum, & videndum, an
etiam eius reſpectu adiudicatio ſit nulla, & pro eo ſatis-
36 facere videtur, quod erat minor tempore contractæ ſo-
cietatis, ideo non potuerit ſe validè obligare ſine de-
creto iudicis, & curatore; nihilominus ſuſtinenda vi-
detur adiudicatio, quia eo tempore amplius non erat
minor, & iudicium potuit legitimè contra eum intenta-
ri; & licèt non fuerit citatus, tamen quia allegatur ſty-
lus fori ſic procedentis in cauſis habentibus obligatio-
37 nem Cameralem, non videtur recedendum à ſtylo iudi-
ciorum, & tribunalium, quia talis vſus habetur pro le-
ge, *leg. ſi quando, in fin. C. de iniur. §. vlt. de ſatiſdat.* Bart.
*in l. Iuriſperitos, in fin. ff. de excuſ. tut.* & *in l. 3. ff. de te-
ſtib.* Alexand. *conſil.* 58. *num* 8. *lib.* 7. Dec. *conſ.* 11. *num.* 9.
Soc. Iun. *conſ.* 93. *num.* 52. *lib.* 3. Crau. *conſ.* 91. *num.* 7. latè
Gratian. *diſc. for.* 745. *n.* 22. 23. 24. latè Farinac. *conſ.* 85.
*n.* 108. & 109. *lib.* 1.

Et quamvis eſſet minor tempore contractæ ſocieta-
tis, valida tamen videtur eius obligatio, quia cùm eſſet
38 pubes, & non haberet Curatorem generalem, neque
etiam ad hunc actum ſpecialem, potuit validè ſine illo
ſe obligare, & ſocietatem contrahere, ad textum *in leg.
puberes, ff. de verb. oblig. l. ſi curatorem,* vbi Cyn. Bartol.
& Bald. Alber. Caſtr. & Salic. *C. de in integr. reſtit.* Rom.
*conſ.* 453. *ante fin.* Alex. *conſ.* 45. *ſub num.* 4. *lib.* 1. Corn.
*conſ.* 24. *ad fin. lib.* 1. & in terminis etiam Felix *in tract. de
de ſociet. cap.* 5. *numer.* 2. 3. vbi quod hoc procedit non ſo-
lùm in ſocietate, ſed in quolibet contractu, & caſu quo
39 ſtatutum aliter diſponeret, videtur locum non habere,
quando minor contrahit cum Eccleſia, vel cum perſona
Eccleſiæ, vt per Abb. Butr. & Dominic. *in c. Eccleſia S.
Mariæ, de conſtit.* Cald. *in conſil.* 11. *tit. de conſtit.* Caſtr.
*conſil.* 433. *num.* 3. *vol.* 1. vltra quod videtur poſſe ſuſtine-
ri, quod curator deſtinatus ad conſentiendum cenſus
conſtitutioni ſcutorum centum pro fructu annuo ſcu-
torum octo, potuerit etiam conſentire ſocietati prædi-
ctæ ſcutorum centum cum lucro ſcutorum octo annuo,
quia videtur eſſe eiuſdem mentis, & intentionis, & non
40 refert, quid ex æquipollentibus fiat, *l. mulier, in princ. ad
Trebell. l. ſi mater.* vbi gl. *C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond.
fact. leg. Gallus, §. & quid ſi tantum, de lib. & poſth. l. fin. C.
de donat. quæ ſub mod. fiunt.*

Sed quidquid ſit de hoc, tamen quia dictus D. Ludou.
factus maior annis 25. non reclamauit, ſed lucra etiam
aliqua ſoluit, cenſetur ratificaſſe contractum prædictum
ſocietatis non ſolùm ob lapſum quinquennij, à die quo
41 effectus eſt maior, per textum *in leg. fin. C. ſi maior fact.
alien. rat. hab.* ſed etiam per actus poſitiuos, cùm facta ad-
iudicatione dictæ terræ, & comperto errore, quod eſſet
maioris quantitatis, quàm eſſet creditum dicti D. Ho-
ratij, ipſe D. Ludouicus compenſauit illi libras 29. pro
pretio terræ ſupererogatæ; nam recipiens, vel ſoluens
aliquid ob cauſam celebrati contractus, illum ratificare,
& approbare videtur, ad textum *in l. ſed Iulian. §. vl-
42 tim.* & *l. ſed etſi. ff. ad SC. Macedon. l. fideicommiſſ. in
fin. de iudic. l. indebitum, in fin. C. de condict. indeb. l. ſi fi-
lius, ff. de minor.* 25. *an. l. cùm fidem, C. de num. pecun.* Aret.
*conſ.* 128. *num.* 6. vbi dicit, illum æſtimari confirmare,
ratumque habere contractum, ſi ex eo ſoluat vel ſolu-
tionem recipiat, vnde dictus D. Ludou. pro ſua parte
videtur dictam adiudicationem ratificaſſe.

Sed reſtat videre, an contractus ille ſocietatis ab ini-
tio fuerit licitus, an vſurarius, quia ſi illicitus fuiſſet, ad-
iudicatio inde ſecuta eſſet inualida deficiente funda-
mento actionis, & ideò allegatur ſapere vſurariam pra-
uitatem, quia ab initio partes conuenerunt de certo lu-
cro, taxando intereſſe ad rationem octo pro centenario,
quod nõ eſt à iure permiſſum ob eius incertitudinẽ. Nam
primò poſſet reſponderi, id procedere, quando illud in-
tereſſe non eſt veriſimile, ſecus eſt ſi fuerit probabile,
& proportionabile, & non adſit præſumptio fraudis, & 43
pecunia dantis ſit negotiationi deſtinata: ſic ex Hoſt.
*in cap. ſalubriter, de vſur.* Rot. apud Farinac. *d. deciſ.* 331.
*num.* 3. 15 Gratian. *diſcept. forenſ.* 387. *num.* 3. & ego ſatis
dixi *in contr. forenſ.* 29. *num* 52. latè Caſtil. *quotidian. con-
trouerſ. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 67. 68. & *ſeqq.* vbi plurimos alle-
gat, prout hic euenire conſtat, vbi hoc lucrum in ratio-
nem octo pro centenario ex conſuetudine probabile
cenſetur Mirandulæ.

Et ſanè in hoc diuerſæ ſunt opiniones; multi enim
& non ſine ratione putauerunt, hanc eſſe ſocietatem
leoninam, cum reſpuat æqualitatem in ſocietate ſeruan- 44
dam, propter quam periculum debet eſſe commune, ſi-
cut etiam lucrum, alioquin ſi ſors ſalua ſit, & lucrum
ſecurum, iam non eſt ſocietas, quia pecunia tranſit in
dominium recipientis, qui ideò poteſt de illa diſponere
ad libitum etiam in emptionem prædiorum, & propte-
rea contractus incipit habere naturam mutui, ex quo lu-
crum recipere vſura eſt; vnde non valet pactum in ſocie-
tate, vt ſemper ſaluum ſit capitale, & lucrum certum:
ſic per *leg. Lucius, ff. commod.* & gloſſam notabilem *in l.
cum duobus, § item ex facto, iunct. tex. ff. pro ſoc.* Bald.
*in l. 1. quæſt. 9. C. eod. tit.* vbi pulchrè loquitur Caiet. *in
opuſc tom.* 1. *tract.* 31. *reſponſ.* 11. Sot. *libr.* 6. *de iuſt. & iur.* 45
*quæſt* 6 *art.* 2. Azor. *mor. p.* 3. *lib.* 9. *c.* 3. *quæſt.* 5. & *quæſt.* 9.
vbi multos allegat, latè examinat, & concludit pactum
eſſe vſurarium. Rebell. *lib.* 15. *q.* 4. Armilla *verb. ſocietas,
num.* 6. 8. vbi probat hoc pactum eſſe famæ, & animæ
periculoſum, & vſurarium. Ruin. *conſ.* 102. *n.* 1. 2. *lib.* 1.
quem ſequitur Rim. Iun *etiam in conſ.* 463. *n.* 12. & *n.* 30.
latè Felix *in tract. de ſociet. cap.* 19. *num.* 26. 27. & *ſeqq.* vbi
refellit contraria, & concordat Trombett. *de ſociet.
c.* 11. *num.* 46. ſic etiam defendit Mantic. *de tacit. & amb.
conu. lib.* 6 *tit.* 7. *num.* 3. & per totum, vbi hanc ſocietatem
dicit eſſe leoninam.

Et hæc ſententia firmatur Bulla Sixti V. quæ incipit:
*Deteſtabilis auaritiæ*, vbi damnari videtur ſocietas, in
qua capitale ſit ſaluum, & lucrum certum; & concor-
dat alia bulla Pij V. vetans taxationem intereſſe ab ini- 46
tio, & propterea cùm habeamus caſum legis, nihil vl-
terius quærendum videtur, *l. ancillæ, C. de furt.* & facit
Rot. apud Farinac. *deciſ. crim.* 180. *numer.* 1. & confirma-
tur ex Azor. *mor p.* 3. *lib.* 9. *c.* 3. *q* 7. *in fin.* vbi docet dictam
Sixti V. conſtitutionem eſſe generaliter intelligendam.

Altera ſententia eſt, talem ſocietatem fieri poſſe, ſi
revera fiant duo contractus ex interuallo temporis in-
ter ſe diſtincti, non tamen ſi vnus tantum fiat, vel duo 47
vnico tempore, vt inquit Caiet. *in opuſc. tom.* 1. *tract.* 31.
*reſp.* 11. vbi ſic diſtinguendo videtur concordare ſen-
tentias.

Verùm hæc ſententia damnatur à Sot. *de iuſt. & iur.
lib.* 6. *quæſt.* 6. *art.* 2. & aliis, qui putant hæc pacta eſſe il-
licita, ſiue ſimul fiant, ſiue ſucceſſiuè, quia pecuniam
ſuam tradens & periculum in accipientem transferens
cenſetur eam dare mutuò, non ad ſocietatem, & ſic lu-
crum nunquam licet recipere ex pacto: idem ſen-
tit Couar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 2. *numer.* 4. *verſ.* quod
probatur.

Tertia opinio, quæ præualuit noſtris temporibus, vbi
iam omnia licere videntur ob varietatem opinionum, &
eſt communis, & magis probabilis & in praxi recepta,
etiamſi non ſit ita tuta, ſicut prior, aliter docet, & pro-
bat hæc pacta eſſe licita in ſocietate, ſi cautè fiant, ſiue
ſimul



dictæ Clementinæ, requiri copulatiuè, quod publicè, &
perſonaliter exercuerit.

Culpa igitur ſi qua eſt, prouenit ab inordinata lucri,
& quæſtus intentione, quæ fortè non eſſet decens nec in
laico, ideò magis damnanda eſt in clerico, ſed hæc eſt
occulta, de qua non iudicat Eccleſia; verùm ſi clericus
dehoneſtet ſuam intentionem ex aliqua iuſta cauſa,
67 nulla eſt culpa, ſi per alium, & ſecretò negotietur, quia
mercatura per ſe non eſt mala, vt ex Bonifac. Vitalin. *in
dicta Clem.* 1. *numer.* 43. *de vit. & honeſt. cler.* vidimus, &
Dian. *mor. part.* 1. *tract.* 8. *de contract. reſol.* 72. *in fin.* vbi
quod nec eſt peccatum veniale. Ideò vidi ſemper cleri-
cos etiam timoratæ conſcientiæ dare ſine ſcrupulo ſuas
pecunias ad negotiandum campſoribus, & mercatori-
bus, quia ipſi nullo modo ſe immiſcent negotiis, ſed
relinquunt totum pondus mercatoribus, & campſo-
ribus.

Non eſt igitur in pœna dictus clericus, & circa con-
ſcientiam conſulat ſuum confeſſarium, cui manifeſtabit
qualis fuerit eius intentio, in foro enim externo con-
68 demnari non poteſt, & maximè quia cùm ſemel tan-
tùm, aut bis tale negotium per alium exercuerit, non
poteſt dici negotiator, etenim per vnicam, vel alte-
ram emptionem etiam ex cauſa negotiationis quis non
poteſt dici negotiator, iuxta doctrinam gl. *in l.* 1. *§. vlt.
in verb. omnes*, vbi Bart. *ff. de trib. action.* Genuenſ. *in prax.
Archiepiſc. d. cap.* 62. *num.* 8. Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccl. d.
c.* 39. *§.* 5. *num.* 67. *verſ. quinimò*, vbi quod requiritur, vt
frequenter id faciat, quia per vnicam, vel alteram em-
ptionem quis non dicitur negotiator: & ita etiam
Dian. *mor. part.* 1. *tract.* 8. *de contract. reſ.* 72. *verſ. limita.*

---

## CAPVT CCXXXIII.

### EPITOME.

Adiudicatio bonorum debitoris, vt rectè fiat, quid requiratur, & ſi ſit nulla, an poſſit ratificari.

### SVMMARIVM.

1 *Adiudicari non poſſunt creditori, niſi bona debitoris.*
2 *Iudicis factum cenſetur factum partis, & quando.*
3 *Factum iudicis cenſetur factum debitoris, non alterius.*
4 *Repræſentans non poteſt plus repræſentato.*
5 *Iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis factum non dicitur factum partis, & non valet.*
6 *Cameralis obligatio requirit obſeruantiam legis à* Diuo Pio, de re iud.
7 *Cameralis obligatio non poteſt exequi ſine citatione partis.*
8 *Obligatio Cameralis quomodo exequenda.*
9 *Adiudicatio, & quodlibet decretum eſt nullum ſine citatione partis.*
10 *Citationis ex defectu nullitas non tollitur à ſtatuto remouente omnes exceptiones.*
11 *Fides fidem non facit.*
12 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*
13 *Stylus, & vſus iudiciorum quomodo probetur.*
14 *Citationis defectus an poſſit tolli per ſtylum, vel vſum iudiciorum.*
15 *Citatio requiritur, etiam vbi proceditur ſine figura iudicij.*
16 *Citatio eſt iuris naturalis, & ideò Deus citauit Adam.*
17 *Actus omnis iudiciarius parte non citata eſt nullus.*
18 *Inſtrumentum etiam cum obligatione Camerali non eſt exequendum parte non citata.*
19 *Apocha cum obligatione Camerali quomodo, & quando exequenda.*
20 *Cameralis obligationis forma ſi non eſt extenſa, non poteſt fieri executio.*
21 *Scriptura priuata non recognita nullam fidem facit.*
22 *Adiudicationis bonorum debitoris forma vnde ſumatur.*
23 *Adiudicatio fieri non poteſt, niſi parte citata.*
24 *Actus contra formam iuris eſt nullus.*
25 *Æſtimatores bonorum debent iurare de æſtimatione legaliter facienda.*
26 *Æſtimationi, vt pars interſit, citari debet.*
27 *Adiudicatio pro maiori ſumma, quàm ſit debitum, in totum eſt nulla.*
28 *Minor ſi contrahat ſine ſolemnitatibus, non oritur obligatio ciuilis, vel naturalis.*
29 *Minor non poteſt contrahere ſocietatem ſine ſolemnitatibus.*
30 *Cameralis obligatio reſoluitur, ſi contractus eſt nullus.*
31 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
32 *Minor factus maior etiam factis poteſt ratificare geſta in minori ætate.*
33 *Ratificatio actus præcedentis ex facto non probatur, niſi neceſſariò ratificationem inferat.*
34 *Voluntas tacita ex actu reſultans non extenditur, niſi ex neceſſitate.*
35 *Ratihabitio in dubio ex facto non inducitur, ſed fit interpretatio, prout gerenti eſt vtilius.*
36 *Ratificatio non præſumitur, ſi debitum eſſet ratificare.*
37 *Ratificari poſſunt ſolummodo, quæ noſtro nomine geſta ſunt.*
38 *Ratificatio ex facto non inducitur, niſi habita plena notitia actus cum ſuis qualitatibus.*
39 *Ratificatum non cenſetur inſtrumentum, niſi fuerit lectum & intellectum.*
40 *Ratificatio vt inducatur, debet alter probare ſcientiam plenam actus in ratificante.*
41 *Scientia actus in genere non ſufficit ad inducendam ratificationem.*
42 *Ratificatio venditionis non præſumitur, niſi cognita illa cum ſuis defectibus.*
43 *Minor vt ratificaſſe cenſeatur geſta in minori ætate, quid requiratur.*
44 *Ratificatio vt præſumatur, quid requiratur.*
45 *Ratificaſſe non præſumitur dubius de iure ſuo.*
46 *Ratificatio inducitur ex ſcientia, & actu poſitiuo.*
47 *Minor factus maior non cenſetur ratificare, niſi per actum poſitiuum cum notitia nullitatis actus.*
48 *Ratificatio actus minoris quando cenſeatur facta à maiore.*
49 *Ratificatio vt inducatur, requiritur ſcientia omnium defectuum actus.*
50 *Ignorantia præſumitur, niſi probetur ſcientia.*
51 *Ratificatio non præſumitur, vbi conſtat de læſione.*
52 *Factum iudicis dicitur factum partis quoad actus validitatem, non quoad ſcientiam.*
53 *Alienatio dicitur ſine cauſa, vbi non conſtat de debito.*
54 *Obligatio Cameralis non ligat, niſi nominatim in inſtrumento.*
55 *Pignora non debent capi à debitore, niſi priùs fuerit condemnatus.*
56 *Executio non poteſt fieri contra eum, cuius iura non ſunt deducta in iudicio.*
57 *Antecedens qui vult, etiam vult conſequens.*
58 *Renunciatio trahitur etiam ad annexa.*
59 *Actus iudicialis non prodeſt niſi acceptanti.*
60 *Probare vnuſquiſque debet fundamentum ſuæ intentionis.*
61 *Probare debet in ſecunda inſtantia, qui tenetur in prima.*
62 *Minor non poteſt ſtare in iudicio ſine curatore.*
63 *Actus præſumitur factus, quo eſt vtilius agenti.*

64 Actum

64 *Actum debet ſenſeri, quod eſt cum minori damno agentis.*
65 *Conſulere prius rebus ſuis, quàm alienis vnuſquiſque præſumitur.*
66 *Actibus ex voluntariis tantùm præſumitur factum, quantùm neceſſitas vrget.*
67 *Conſenſus non præſumitur in præiudicialibus.*
68 *Actus dubius poteſt ab agente declarari.*
69 *Annexa dicuntur, quæ ſunt indiuidua.*
70 *Connexitas non datur vbi vnum poteſt ſtare ſine altero.*
71 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
72 *Conſenſus circa vnum actum adhibitus non præiudicat quoad alterum.*
73 *Habilia ſupponuntur cætera, cum de vno quærimus.*
74 *Periti tenentur iurare.*
75 *Citandus eſt reus ad intereſſendum æſtimationi eius bonorum.*
76 *Citandus eſt reus ad videndum fieri adiudicationem.*
77 *Nullitatem actus allegare poteſt etiam ille, qui illum reportauit.*
78 *Nullitate non eſt maior iniuſtitia.*
79 *Obligatio & promiſſio ſine cauſa non valet, & ſolutum poteſt repeti.*
80 *Cauſæ defectus poteſt opponi contra obligationem Cameralem.*
81 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
82 *Exceptio proueniens ex eodem inſtrumento ſemper admittenda.*
83 *Inſtrumentum probat ſolum inter eos, qui rogauerunt Notarium.*
84 *Euictionis actione quando teneatur ille pro quo iudex rem adiudicauit creditori.*
85 *Minoris res quomodo alienari poſſint.*
86 *Subhaſtatio an requiratur in vendendis bonis ſtabilibus minoris.*
87 *Citatio eſt neceſſaria in deliberatione, & adiudicatione.*
88 *Euictionis cauſa vt quis obligetur ob factum iudicis quid requiratur.*
89 *Promittens de rato de ſuo tenetur.*
90 *Ratificatum aliud promittens promittit factum proprium.*
91 *Promittens de rato pro minore ad quid teneatur.*
92 *Promittens de rato non eſt plus obligatus, quàm eſſet ratificans.*
93 *Conſenſus præſtitus intelligitur, ſi res fiat ritè, & rectè.*
94 *Subhaſtatio, & adiudicatio debet iuſtificari ex actis productis ante, non poſt eam.*
95 *Ratificatio non deducitur niſi ex iis, quæ ad alium titulum referri non poſſunt.*
96 *Ratificans debet habere ſcientiam actus plenam, & eius nullitatum.*
97 *Ratificatio requirit omnes neceſſarias ſolemnitates in confeſſione actus.*
98 *Spolium à iudice nulliter procedente committitur, & grauatus ante omnia eſt reſtituendus.*
99 *Intereſſe lucri non poteſt ab initio taxari.*
100 *Intereſſe non probatur per confeſſionem partis, & quid requiratur.*
101 *Pactum de certo lucro in ſocietate quando valeat.*
102 *Adiudicatio, & ſubhaſtatio excedens debitum in totum eſt nulla.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN vna Mirandulana fratrum de Mazzoliis cum
D. Primicerio dicti loci poſt latam ſententiam, &
deciſionem à me exaratam contingit de nouo dubitare,
an adiudicatio facta à Prætore Mirandulæ de
vna petia terræ bubulcatum ſeptem communi fratrum
ad fauorem dicti Primicerij pro debito D. Ludouici
tantùm vnius ex dictis fratribus, valeat, & poſſit
ſuſtineri; nam licèt vnuſquiſque paratus ſit etiam mediocriter
in iure inſtructus dicere, non poſſe valere, niſi
pro portione debitoris, cùm iudex non valeat adiudica- 1
re creditori, niſi bona debitoris, ad textum *in l. à Diuo
Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iud.* tamen ſit conatus pro
parte dicti Primicerij, vt defendatur in poſſeſſione totius
rei.

Et primò allegatur, adiudicationem prædictam verè
cenſeri factam à dictis fratribus, licet miniſterio iudicis
fuerit expedita, quia factum iudicis iuris interpretatio- 2
ne cenſetur factum partis, vt per textum *in l. ſi ob cauſam,
C. de euiction.* tradiderunt Surd. *deciſ. 266. numer. 13.
Mangil. de euiction. q. 146. n. 1. 7.* & Fenzon. *ad Statut. Vrbis,
c. 194. n. 72.*

Nam reſpondetur partem in hoc iudicio non poſſe
dici, niſi debitorem cui profuit ſolutio, & qui condemnatus
fuit, vt probatur expreſsè *in d. l. ſi ob cauſam*, vbi 3
DD. *C. de euict.* & hoc expreſsè dixit etiam Tiraq. *in tract.
de retract. lign. §. 1. gl. 14. num. 13.* vbi docuit, illud quod
fit à iudice rem ipſam adiudicante creditori, cenſeri fieri
ab ipſo debitore, qui primò ſponte debitum creauit, &
plurimos allegat, ſed in caſu noſtro ſolus D. Ludouicus
debitum creauit: ergo factum iudicis non poteſt cenſeri
factum aliorum fratrum, ſed tantùm D. Ludouici,
qui ſicut ſolummodo portionem ſuam alienare poterat,
ſic iudex eam tantummodo creditori adiudicare potuit,
quia cùm in adiudicando debitorem repræſentet, non
poteſt plus transferre in creditorem, quàm potuiſſet debitor,
ſi ipſe ei in ſolutum dediſſet, vt probatur *ex d. l. ſi
ob cauſam*, vbi Bart. Bald. & DD. *C. de euiction.* & omnes
admittunt non poſſe plus repræſentantem, quàm repræ-
ſentatum, vt probatur *in §. ſi autem defuncti, in Authent.* 4
*de hæredit. ab inteſt.*

Secundò reſpondetur, tunc demùm factum Iudicis
cenſeri factum partis, quando iudex ritè, & rectè proceſſit,
ſecus eſt ſi nulliter, & iniuſtè, vt hic, tunc enim partem
non repræſentat, ſed vt priuatus procedere videtur,
& de facto probatur *ex c. inſinuatione, de procurat.* & tradit
Bald. *in d. l. ſi ob cauſam*, & *conſ. 61. col. 2.* Soc. *con-* 5
*ſil. 158. numer. 16. vol. 2.* Dec. *conſil. 449. numer. 3.* Iaſ. *in l.
à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor, de re iud.* Crauer. *conſil. 5. numer.
1.* & *conſil. 140. numer. 2.* Silua *conſil. 101. numer. 7.*
pulchrè Surd. *conſil. 49. numer. 37.* latè Poſth. *de ſubhaſt.
inſpect. 64. numer. 10.* Fenzon. *ad ſtat. Vrb. d. cap. 194.
n. 73.* & bene Rota apud Zacch. *de oblig. camer. deciſ. 154.
num. 3. 4.*

Sed ſic eſt, quod in caſu noſtro iudex proceſſit non
ſolum iniuſtè, adiudicando creditori res communes fratrum,
& pro portione non debitoris, ſed etiam nulliter,
non ſeruando aliquem iuris ordinem; etenim etiam in
obligationibus Cameralibus ad vnguem ſeruari debent, 6
ad tradita *in l. à Diuo Pio, de re iud.* vt inquit Rot. *in d.
deciſ. 154. num. 5.* Ergo factum iudicis non cenſetur factum
partis, & verè ſi conſideretur proceſſus ille ciuilis
coram Prætore agitatus, poteſt ſine mendacio dici,
Tot ſunt nullitates, quod ſunt verba.

Et vt attingamus aliqua, proceſſum fuit ad executionem
Chirographi ſocietatis priuati, & non recogniti ſine
vlla partis citatione, quæ tamen eſt neceſſaria etiam
in obligationibus Cameralibus, in quibus non concedi- 7
tur procedi ex abrupto, ſed neceſſaria eſt in primis partis
citatio; ita per textum *in l. de vnoquoque, ff. de re iud.
c. nos in quemquam 3. q. 1. Clem. Paſtoralis, de re iud.* Peregr.
*de iur. fiſc. lib. 7. tit. 3. num. 3.* Surd. *conſil. 49. n. 15. 16.
lib. 1.* Galleſ. *de oblig. Cameral. q. 36. n. 1. 5.* vbi Zacchias,
*n. 2.* dicens, quod debet procedere citatio ad ſoluendum
cum decreto, niſi infra tres dies, deinde alia citatio ad 8
videndum relaxari mandatum cum decreto, niſi ad primam,
aliàs non ſeruata hac forma, mandatum eſſet nullum:
ſic etiam Salu. Tiber. in Prax. A.C. *cap. 26. & 27.
num. 6. 7.* Zacch. *de obl. Camer. quæſt. 37. num. 1.* vbi hæc
obligatio Cameralis non concedit procedi ex abrupto
abſque



abſque partis citatione: ſic Rot. apud eundem Zacch.
*deciſ. 19. numero quarto*, & *deciſ. 103. num. 3.* & *deciſ. 154.
num. 7.* vbi tradit, contra obligatum in forma Cameræ
non poſſe procedi ex abrupto abſque citatione: hîc autem
non ſolùm fuit relaxatum grauamen contra obligatum
in forma Cameræ ſine citatione, ſed etiam fuit
facta adiudicatio bonorum ipſius communium cum fra-
9 tribus abſque citatione alicuius eorum: ergo decretum,
& ſententia, & quidquid factum eſt, ipſo iure eſt
nullum, etiamſi factum ſit à Principe, per textum *in l.
fin.* vbi Bald. *C. de legib.* & *in Clem. Paſtoralis, §. cæterùm,
de re iud.* Abb. *in cap. 7. in vlt. not. de cauſ. poſſ. &
propriet.* pulchrè Dec. *in conſ. 544. n. 20. 21. 27.* vbi probat
etiam ſententiam Imperatoris abſque citatione eſſe nullam,
adeò vt hæc nullitas non tollatur à ſtatuto nullitates
remouente; ſequitur Pereg. *de iur. fiſc. lib 7. tit. 3. n.*
10 *3. in fin.* Rot. apud Zacch. *de obligat. Camer. dict. deciſ.
154. num. 5.*

Nec obſtat vſus iudiciorum, & ſtylus Curiæ Mirandulanæ
ex aduerſo allegatus, quod in ſimilibus ſoleat
procedi ad executionem inſtrumenti, vel chirographi
cum obligatione Camerali abſque partis citatione.
Nam primò reſpondetur, non ſatis conſtare de hoc
ſtylo in foro Eccleſiaſtico, vbi agitur de cauſa, quia
ſuper eo teſtes non fuerunt examinati, & ſolummodò
extant quædam Notariorum atteſtationes, quæ
non probant, maximè ſine iuramento à iudice cauſæ
delato, quia fides fidem non facit, *ex cap. 1.* vbi gl. &
DD. *de fid. inſtr.* Seraph. *deciſ. 106. numero 3.* vbi loqui-
11 tur in fide etiam Communitatis, & latè Farinac. *de teſtib.
quæſtione 80. numero 32.* Gratian. *diſc. for. 677. à
num. 14. vſque ad num. 18.* & ideò cùm ſtylus ſit quid
facti, non præſumitur, niſi probetur, maximè quando
aduerſatur iuri communi, *l. in bello, §. factæ, de ca-*
12 *ptiu. & poſtlim. reuerſ. § fin. Inſt. de fideiuſ. c. cùm Ioannes,
§. verùm, de fid. inſtrum. cap. cùm in iure, de off. deleg.* &
docet pulchrè ad rem noſtram Soc. *in conſil. 46. num. 51.
lib. 4.*

Deinde reſpondetur, data etiam veritate depoſitionum,
adhuc non ſatis dici probatum fuiſſe ſtylum, vel
conſuetudinem iudiciariam procedendi aduersùs ius
commune, & naturale contra obligatum in forma Cameræ
abſque citatione; non enim ſatis eſt ad probandum
talem vſum docere aliquoties, & pluries ita fuiſſe
ſeruatum, ſed oportet, quod eueniente caſu ſuper
hoc fuerit contradictum, & nihilominus in contradictorio
iudicio ſic obtentum, & iudicatum: ita per tex-
13 tum *in l. nam Imperator*, & *l. cùm de conſuetudine, ff. de
leg.* tradit plenè Aret. *conſil. 23. num. 17. verſ. nam ad hoc*,
& *num. 18.* vbi teſtatur de communi. Alex. *conſ. 173.
num. 8. lib. 6.* & *conſ. 132. num. 4. lib. 1. conſ. 130. num. 20.
lib. 2.* Anch. *conſ. 178. num. 7.* plenè Bero. *conſ. 162. n. 5.
lib. 3.* Rim. Iun *conſ. 462. numero 29.* Menoch. *conſ.
8. num. 16.* & *conſil. 187. numero 57. verſ. requiritur quintò*,
& *num. 58.* vbi probat ad introducendam conſuetudinem
in actis iudicialibus, fore neceſſe, quod fuerit obtentum
in contradictorio iudicio, quod hîc non eſt factum:
ergo ſtylus, aut conſuetudo aliqua legitima non
poteſt allegari.

Tertiò reſpondetur defectum citationis non poſſe
tolli per vſum, ſeu ſtylum, neque etiam per ſtatutum,
14 immò neque per Principem, quia citatio eſt de iure naturæ,
& iure naturalia ſunt immutabilia, & per Principem
tolli non poſſunt: ſic in terminis de citationis defectu
probat textus *in d. Clem. Paſtoralis, §. cæterùm*,
vbi gl. & DD. *de re iud. l. fin.* vbi Bald. *Cod. de legib.* Bald.
*in l. cùm fratrem, in fin. Cod. de iis, qui vt ind.* benè Soc.
*conſil. 12. col. 2. volum. primo*, vbi quod Deus ideo citauit
Adam. Dec. *in cap. dilecti, num. 4. verſ. 3. de iudic.* Alex.
*conſil. 218. numero ſexto, verſ. ſed conſtat. vol. 2.* Marant.
*de ord. iud. part. 4. diſt. 9. num. 9.* & *part. 6. de citat. numero
3. 4.* Rol. *conſil. 35. num. 10. lib. 4.* Surd. *conſil. 99. n. 27.
28. lib. 1.* vbi alios allegat. Farin. *conſ. 85. num. 20. 21. 226.
lib. 1.* quod adeò verum eſt, vt procedat etiam in illis
cauſis, in quibus proceditur ſummariè, & ſine figura
iudicij; adhuc enim in quouis actu neceſſe eſt partem 15
citare, vt concludit Bart. in conſtitutione, *Ad reprimendum,
in verſ. ſine figura, num. 6. verſ. quartò igitur*,
quem ſequitur Marcel. Calu. *in tract. de mod. articul. &
prob. gl. 3. §. 1. n. 60.* vbi reddit rationem quia citatio eſt
iuris naturalis, & Deus citauit Adam, & multos allegat,
& vbi etiam tractatur de obligatione Camerali,
adhuc omnis actus iudiciarius eſt nullus parte non citata,
vt *ex cap. licèt Epiſcopus, de præbend. in 6. capit. 1.* 16
*de cauſ. poſſ. & propriet. leg. fin. Cod. de rei vindic.* Bart.
*in l. hæc autem, §. non defendi, num. 2. ff. ex quibus cauſ. in
poſſeſſ. eatur*, dixit Rot. apud Zacch. *de oblig. Camer. de-* 17
*ciſ. 40. num. 8.* & *deciſ. 154. num. 5.* & ideò vbi ius in contrarium
reperitur, non attenditur ſtylus, & vſus Curiæ,
qui non poteſt contra legem introduci, neque à
iudice, neque à Curialibus. Abb. *in c. ex litteris, numero
5. 6. de conſt.* Curt. Sen. *conſ. 65. num. 19.* Gratian.
*deciſ. March. 238. num. 18.* Rot. apud Poſth. *de ſubhaſt.
deciſ. 107. n. 12.*

Et ſanè ſi ageretur de executione inſtrumenti Camerali
obligatione vallati, vſus non citandi eſſet tolerabilior,
quia illud eſt probatio probata, euidens, & manifeſta,
vt probat Tiraq. *de retract. lignag. §. 2. gl. 1. num. 20.*
Rot. apud Zacch. *d. tract deciſ. 59. num. 1.* tamen quia
etiam contra inſtrumentum poſſunt opponi multæ exceptiones,
illud non eſſet exequendum, niſi parte citata
legitimè ad dicendum contra. Rot. apud Zacch.
*d. tract. deciſ. 136. n. 4. 5.* Ergo multò magis idem di- 18
cendum eſt, quando tractatur de exequendo chirographo,
ſeu ſcriptura priuata, etiam obligatione camerali
munita; tunc enim non eſt exequenda, niſi priùs fuerit
recognita, vel à teſtibus approbata, vel habeat qualitates
à iure communi requiſitas: ita Galeſ. *de oblig.* 19
*Camer. quæſt. 27. num. 10.* vbi Zacch. *numero 3.* & Caſtrac.
*de ſociet. off. cap. 11. in fin.* & proptereà debet citari
reus ad recognoſcendum ſcripturam, vel ad videndum
recognoſci, per textum *in d. l. de vnoquoque, ff. de
re iud.* Rot. apud Zacch. *d. deciſ. 40. numero. 8.* hoc autem
maximè, & neceſſariò procedit, quando forma
cameralis obligationis non eſt extenſa, vt hîc; tunc
enim antequam ad executionem procedatur, præmit- 20
tenda eſt citatio ad dicendum contra, & ad videndum
iurare teſtes ſuper recognitione, & mandare extendi
obligationem, quia priuſquam extendatur, iudex non
poteſt dici eſſe certus de ſua iuriſdictione, etiamſi
tractaretur de exequendo inſtrumento publico,
nedum de priuata ſcriptura, ſic Galeſ. *de oblig.
Cam. q. 34. num. 2.* & *num. 8.* vbi Zacch. *num. 3. 4.* & Rot.
apud eum *deciſ. 39. num. 2.* & *dec. 102. num. 3.* & iure-
meritò, quia ſcriptura priuata antequam recognoſcatur,
dicitur ſchartaphacium, & nullam fidem facit. Maſcard. 21
*de probat. concl. 109. num. 2. verſ. 1. caſu.* Mareſcot. *var.
reſol. lib. 1. cap. 79.* Genua *tract. de ſcript. priu. lib. 2. n. 28.*
Rot. *diuerſ. deciſ. 328. ſub n. 8. p. 4.* Ergo nullo modo erat
exequenda dicta apocha, etiam obligatione Camerali
munita, niſi priùs parte citata, & cauſa cognita fuiſſet
recognita, quod cùm factum non fuerit, omnia actu
ſunt nulla.

Secunda nullitas, quæ multas ſub ſe continet nullitates,
colligitur ex eo, quod dicta adiudicatio facta fuit
non ſeruata forma *l. à Diuo Pio, de re iudic.* quam tamen
ſeruare oportebat, ad tradita per Rot. apud Zacch *de obl.* 22
*Camer. deciſ. 154. n. 5.* ſiquidem in executione facienda
non eſt incipiendum à pignoribus ſolis, ſed priùs res mobiles
ſunt capiendæ; quæ ſi non ſufficiunt, deueniendum
eſt ad bona ſtabilia, & faciendæ priùs ſunt ſubhaſtationes,
vt videatur, ſi emptorem inuenire liceat, antequam
res creditori adiudicetur, vt habetur *in d. leg. à Diuo
Pio, §. in venditione*, & *§. ſi pignora, ff. de re iudic. leg.* 23
*ordo,*

ordo, vbi DD. de execut. rei iudic. Poſthius in tract. de ſub-
haſt. inſpect. 45. num. 2. 3. & ſeqq. Neque adiudicatio fie-
ri poteſt ſine primo, & ſecundo decreto, niſi parte ci-
tata, ex d. l. à Diuo Pio, §. ſuper rebus, latè Fen-
zon. ad ſtatuta Vrbis lib. 1. c. 194. num. 11. 12. 25. 26. 27.
vbi quod citatio eſt de neceſſitate. Rot. apud Zacch. dict.
deciſ. 154. num. 5. & propterea omnia ſunt nulla, quia
actus factus contra formam iuris eſt nullus, Fenzon.
24 dict. cap. 194. n. 46. benè etiam Surd. dict. conſil. 49. num.
15. 16. lib. 1. vbi vide, & Poſthius in tractat. de ſubhaſt.
inſpect. 23. n. 189. & n. 192. & Rota apud eum deciſ. 59.
num. 3. 4.

Tertia nullitas inſurgit ex relatione æſtimatorum,
quia, vt videre eſt in proceſſu, fol. 68. ea non eſt
iurata, neque pars fuit citata ad videndum referri æſti-
mationem, & tamen vtrumque erat neceſſarium: ſi-
cut de iuramento probat textus in l. hac edictali, §. his
illud, C. de ſecund. nupt. l. comparationes, Cod. de fid. in-
25 ſtrum. Bart. in l. creditores, ſub num. 29. ibi: eos faciat
iurare de æſtimatione legaliter facienda, Cod. de pignor.
idem Bart. in leg. Theompompus, numero octauo, de dot.
præleg. Bald. in l. ſecunda, ſub numero 55. Cod. de reſcind.
vend. de communi, Dec. in cap. propoſuiſti, numero 51.
de probat. Surd. conſil. 452. numero 42. volum. 3. Po-
ſthius in tractat. de ſubhaſt. inſpect. 47. numero 61. Fen-
zon. dict. cap. 194. numero 36. vbi etiam quod hoc
vſu receptum eſt. Alterum vt pars debeat citari ad
26 intereſſendum æſtimationi, quia non parum intereſt
debitoris his actibus aſſiſtere, probatur ex d. l. de
vnoquoque, de re iudic. latè Aſin. in prax. tit. de execut.
§. 7. cap. 180. Surd. conſil. 452. numero 34. Fenzon. dict.
cap. 194. numero 25. 28. vbi benè ad rem loquitur,
& concordat Poſthius de ſubhaſt. dict. inſpect. 47. nume-
ro 62.

Quarta nullitas inſurgit ex ipſa adiudicatione, quia
iudex adiudicauit creditori maiorem partem terræ,
quàm eſſet creditum ipſius, ſcilicet tabulas viginti ſex,
vt habetur in proceſſu, fol. 73. & fol. 99. certum eſt
enim quod mandatum executiuum, vel ſententia, ſiue
adiudicatio in totum vitiatur, ſi etiam in parua quan-
tate excedat debitum; adeò vt nec ſuſtineatur in mi-
27 nori ſumma, quia iudicium eſt indiuiſibile, & ſenten-
tia eſt indiuidua, ex gloſſa. vltima in l. fin. vbi Bart. &
etiam Alex. numer. 11. ff. de iuriſd. omn. iud. Iaſ. in l. 1. §.
ſtipulanti, colum. quarta, de verb. obligat. Puteus deciſ.
323. n. 2. & 3. libro 1. Rot. deciſ. diuerſ. 221. part. ſecun-
da. Mangil. de euict. quæſt. 146. num. 5. Surd. deciſ. 45.
numero ſecundo & ſequentibus, vbi quod hoc procedit
etiam in datione in ſolutum, facta à parte, nedum in
facta à iudice: benè Fenzon. ad Statut. Vrb. lib. 1. dict.
cap. 194. num. 20. 23. 24. vbi quod adiudicatio facta pro
maiori ſumma, quàm ſit debitum, in totum corruit:
ſic etiam docuit Rot. apud Zacch. de obligat. Camer. de-
ciſ. 40. num. 5. vbi adiudicatio rei valoris ſcutorum 555.
pro prætenſo credito ſcutorum 650. in totum nulla iu-
dicatur.

Quinta nullitas deducitur ex minori ætate debitoris,
quando contraxit debitum: certum eſt enim quod mi-
nor ſine conſenſu curatoris contrahere, & ſe obligare
28 non poteſt, & ſine ſolemnitatibus ſtatuti, ideò vt ex ta-
li contractu nulla producatur actio, vel obligatio, ſiue
ciuilis, ſiue naturalis, l. 1. ff. de minor. l. 1. §. impuberes, vbi
Salic. & Angel. & Caſtr. numero ſexto, & l. ſecunda, &
3. ff. commod. & fuit reſolutum per Rot. in Rom. depoſit. 13.
Ianu. 1625. coram. Coccino, & in Romana nullitatis oblig.
16. Ianu. 1626. coram Durano, contractum ex defectu
ſolemnitatum nullum, nullam ciuilem, vel naturalem
producere actionem, vt benè tradit Fenzon. ad ſtatut.
Vrb. lib. 1. poſt cap. 151. in voto Capitanei, nume-
ro 37. vbi quod propterea mandatum contra mino-
rem, vigore contractus nulli relaxatum, fuit reuo-
catum.

Et in terminis ſocietatis, qualis eſt contractus dicti
D. Ludouici debitoris, quod minor non poſſit ſe obligare
& contrahere ſine curatoris authoritate, & ſtatutorum
ſolemnitate, tradiderunt poſt Simoncell. de decretis lib. 29
ſecundo, tit. 6. inſpect. 4. numero 39. Menoch. lib. 3. præſ.
56. num. 9. Felix in tract. de ſociet. c. 3. num. 40. & c. 5. n. 1.
Trombett. eod. tract. c. 2. num. 13. 25. 27. & propterea ſi
nullus eſt contractus per prædictum debitorem initus,
nulla eſt etiam obligatio Cameralis illi adiecta, & tan 30
quam acceſſoria, reſoluitur cum eo: ex Tiraq. de iur.
conſtit. poſſ. p. 3. lim. 7. num. 23. vbi multos congerit. Surd.
conſ. 365. num. 6. Burſat. conſ. 361. num. 33. lib. 4. Monald.
conſ. 103. n. 11. 12. 13. Zacch. de oblig. Camer. q. 3. num. 20.
21. 22.

Nec obſtat, quod dictus D. Ludouicus contraxe-
rit cum authoritate cuiuſdam Corradini aſſerſi eius cu-
ratoris, quia apparet illum non fuiſſe illi decretum in 31
curatorem ad contrahendam ſocietatem, ſed tantùm
ad vendendum quemdam annuum cenſum, ideò non
poterat authorizare, vt ſocietatem iniret, quia habe-
bat à iudice limitatam poteſtatem, & limitata cauſa li-
mitatum producit effectum: ad textum in l. in agris, ff.
de acquir. rer. domin. leg. cum ſeruo, in princ. vbi Bald. de
contrah. empt. l. cancellauerat, de his, quæ in teſtam. del. &
propterea creditor debebat probare pecunias fuiſſe
verſas in vtilitatem minoris, qui ob defectum ſolemni-
tatum non tenetur, niſi in quantum factus eſt locuple-
tior. Fenzon. ad ſtat. Vrb. d. c. 151. in voto, n. 27. & tradunt
vbique DD.

Non obſtat, quod dictus Ludouicus maior recèpe-
rit pretium terræ pro illo pluri, in quo excedebat cre- 32
ditum D. Primicerij; ex ſcientia enim, & taciturnitate,
& pretij receptione videtur ratificaſſe geſta in mi-
nori ætate, & acta inualida, & ſic adiudicationem
etiam prædictam, per textum in l. Paulus, ff. rem rat.
hab. Muta deciſ. 55. num. 29. Gratian. diſc. 399. num. 29.
cum. ſeqq.

Nam reſpondetur ex hoc fortè probari poſſe, quòd
ratam habuerit venditionem pro illa parte excedente
debitum, pro qua recepit pretium, vel ad ſummum
pro portione ipſius, quam habebat in terra vendita;
non autem pro portionibus fratrum, quas vendere
non poterat, ſufficit enim ſi ratificatio tacita ex fa-
cto reſultans ſuſtineatur in aliqua parte, maximè in
præiudicium ratificantis; non enim facilè credendum
eſt, reum voluiſſe ſibi præiudicare, & præcipuè totali-
ter; ſiquidem ex facto non reſultat præſumptio ratifi-
cationis actus præcedentis, niſi agens illud faciat, quod
facere non poteſt, niſi neceſſariò illud ratum habeat, 33
quod eius nomine factum eſt: Bart. in l. procurator, nu-
mero 1. ff. rem. rat. hab. Caſtr. & DD. in dict. leg. Paulus,
eod. Aret. conſil. 128. numero ſexto, Ruin. conſil. 91. nu-
mero 10. lib. 1 Gratian. diſc. for. 499. numero 29. Maſcard.
de probat. concl. 1262. n. 51. Et ratio eſt, quia tacita vo-
luntas, quæ colligitur ex aliquo actu, eatenus extendi- 34
tur, quatenus infertur ex neſſitate, ex Bart. in l. 1. §.
hoc interdicto, ff. de itin. act. priuat. Surd. conſilio 194.
numero 47. 48. libr. ſecundo, & conſilio 328. numero 24.
lib. 3. & deciſ. 121. num. 4. Gratian. dict. diſc. 499. nume-
ro 30.

Sed in caſu noſtro nulla neceſſitas nos cogit ad
dicendum quod dictus D. Ludouicus ratificauerit
venditionem terræ, etiam pro portione fructuum,
cùm non ſit parum, ſi voluit eam ratam habere pro
portione ſua, quamvis eſſet inualida, & propte-
rea non licet extendere hanc præſumptam ratificatio-
nem ad portiones aliorum fratrum, quia ſi factum po-
teſt præſumi ob aliam cauſam factum, tunc ratiha- 35
bitio non inducitur, ſed fit interpretatio, provt ge-
renti vices illius; ita per textum in l. 1. & 2. ff. de ſolut.
Bart. in l. 1. §. gerit, n. 21. verſ. in contrarium, & verſ. intel-
ligo, ff. de acquir. hær. pulchrè ſic Maſcard. de probat.
d. concl.



d. concl. 1262. n. 51. 52. 53. vbi docet etiam quamlibet
cauſam, & occaſionem ſufficere ad excludendam ratiha-
bitionem.

Hoc autem multò magis dicendum eſt in caſu noſtro,
ſcilicet non eſſe præſumendum, quod voluerit ratificare
dictam venditionem, niſi pro ſua portione, quam aliter
interpretando dictus D. Ludouicus efficeretur delin-
quens, quia cenſeretur vendidiſſe rem alienam, ſcilicet
portiones ad alios fratres ſpectantes; & propterea ne
36 deliquiſſe videatur, dicendum eſt per huiuſmodi factum
non ratificaſſe venditionem, niſi pro parte ſua: ſic per
legem meritò. ff. pro ſoc. & c. vlt. de iureiur. in 6. & c. cùm
quis, de ſent. excommunicat. in 6. Bart. in d. l. gerit, n. 20. de
acq. hær. pulchrè Capra concl. 55. n. 34. Maſcard. d. concl.
1262. n. 9.

Et hoc certius eſt, quia venditio prædicta fuit facta
à Prætore pro fratribus, vocando eos debitores, quod
valdè iniquum fuit, quia ſolus dictus D. Ludoui-
cus erat debitor, ſed ad finem noſtrum, cùm iudex
ſic vendendo videatur vendere nomine partium, adeò
vt factum illius cenſeatur factum debitorum, d. l. ſi ob
cauſam, C. de euict. vt vidimus, ſequitur, quod iudex
vendiderit, nomine vtriuſque: ergo D. Ludouicus
cenſetur per receptionem dicti pretij ratificaſſe ſolùm
venditionem pro parte, & portione ſua, eius nomine
vendita, ſiquidem talis ratificatio extenditur ſolùm
ad ea, quæ nomine noſtro facta ſunt, nec enim rata
37 haberi poſſunt, quæ alieno nomine geſta ſunt: ſic pro-
bat textus in d. l. Paulus, §. denique, vbi expreſsè hoc
dicit. Caſtr. numero 2. verſ. ſed omnia potes, & in l. ſi
pupilli, §. ſed ſi ego, ff. de neg. geſt. pulchrè Ruin. con-
ſil. 91. num. 10. lib. 1. Tuſch. littera R, concluſ. 18. num. 15.
Felix, de ſociet. c. 15. n. 78. Trombett. eod. tract. c. 10. n. 17.
ad fin.

Et quamvis hoc ſufficiat ad ſuſtentandam ſenten-
tiam latam, tamen ſuſtineri etiam poteſt, quod dictus
D. Ludouicus per actum huiuſmodi receptionis dicti
pretij nullo modo ratificauerit prædictam venditionem,
neque etiam reſpectu ſuæ portionis, ſtantibus tot nul-
litatibus, tum principalis contractus, tum ipſius adiu-
dicationis; nam huiuſmodi tacita ratificatio reſultans
ex facto, & actu poſitiuo, non attenditur, nec pro rati-
tione habetur, niſi aduerſarius probet ſic agentem ha-
buiſſe notitiam plenam, & explicitam actus, de cuius
ratificatione agitur, non autem per relationem: & vl-
teriùs habuiſſet ſcientiam omnium nullitatum, & defe-
ctuum illius actus, adeò vt non ſufficiat ſcientia in ge-
nere, ſed requiratur in ſpecie, ita vt ſint ſpecificata
38 omnia geſta in abſentia ratum habentis, ſic probatur
per gloſſam in c. concertationi, in verb. ſciuerit, de ap-
pellat. in 6. Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, quæſtione 4.
de off. Proconſ. & in l. mater, C. de rei vendic. pulchrè Ruin.
dict. conſil. 91. num. 10. lib. 1. vbi quod debent ſpeci-
ficari omnia geſta in abſentia ratum habentis. Bertach.
in ſuo repertorio, in verb. ratificatio, numero 90. vbi do-
39 cet ratificationem ſcripturæ, vel inſtrumenti, nec electi,
nec præſentis, etiam cum iuramento non valere, & hoc
ſe in facto conſuluiſſe affirmat, & eum ſequitur Maſ-
card. de probat. dict. concluſ. 1262. num. 3. & num. 7. vbi
etiam multos allegat, & probat, quod ſe fundans in ra-
tificatione, debet probare ratificantem habuiſſe noti-
40 tiam de iis, quæ in re ratificata continentur, & poſt
Oſaſch. deciſ. 176. num. 3. 4. hoc idem ſentit Gratian. d.
diſc. 499. num. 32. pulchrè videndus Natt. in conſ. 162.
num. 31. 32. 33. lib. 1. vbi quod ad rem non ſufficit ha-
bere notitiam venditionis in genere, niſi etiam tenor
41 venditionis innotuerit in cunctis eius partibus, cum
ſuis qualitatibus, & niſi perlegatur, non dicitur indu-
cta eius ſcientia. Gabriel. conſ. 36. num. 60. lib. 1. Soc.
Iun. conſil. 59. col. 2. verſ. nec his obſtat. lib. primo, pul-
chrè etiam Octauian. Simoncell. in tract. de decret. tit. 9.
inſpect. 2. caſ. 2. num. 37. 38. 39. vbi hoc idem perbellè

probat, non ſufficere ſcientiam inſtrumenti in genere,
niſi tenor venditionis innotuerit cum ſuis qualita-
tibus, & cum ſuis defectibus; ſic etiam docuit benè 42
Odd. de reſtitut. in integr. p. 1. quæſtione 25. articulo 8.
numero 80. 81. vbi quod nulla ratificatio, ſiue expreſ-
ſa, ſiue tacita ob factum attenditur, niſi minor factus
maior, habeat notitiam ſui iuris in ſpecie, non in gene-
re, & non ignoret ſibi competere beneficium reſtitu- 43
tionis; benè etiam Zacch. de oblig. Cam. quæſt. 5. n. 18.
19. 20. 21. 22. 23. vbi quod ad hoc, vt inducatur ratifi-
catio, requiritur ſcientia certitudinaria non ſolùm fa-
cti, ſed etiam qualitatum, & Rot. apud eundem Zacch.
d. tract. deciſ. 124. n. 7. vbi quod ſcientia debet eſſe ple-
na, & certa rei, & qualitatum, & ſubſtantiarum ipſius
rei, & Rot. apud Dominic. Pic. in tract. de min. deciſ. 3.
num 1. vbi quod requiritur ſcientia explicita contento- 44
rum in inſtrumento ad hoc, vt inducatur ratificatio;
pulchrè Surd. conſ. 49. n. 32. 33. vbi videtur tollere om-
nem maculam.

Et hoc adeò verum eſt, vt ſi minor factus maior
aliquid dicat, vel faciat ratificando actum nullum in
minori ætate, ſi ſolùm ſit dubius de iure ſuo; & du-
bitet, an potuerit actum infringere, adhuc non dica- 45
tur illum ratificare, quia dubitans habetur pro ignoran-
te, & renunciatio iuris competentis non extenditur
ad ignorata; ſic per textum in l. mater decedens, ff. de
inoff. teſtam. Bald. in d. l. obſeruare, §. proficiſci, Pa-
riſ. conſil. 42. numero 67. vol. 1. pulchrè Natt. d. conſil.
162. numero 32. lib. 1. Simoncell. de decret. dict. tit. 9.
inſpect. 2. caſ. 2. numero 38. Odd. de reſtit. par. 1. quæſt. 25.
art. 8. num. 81. Maſcard. de probat. d. concl. 1262. nume-
ro 4. 5. 6.

Nec prædictis obſtat Gratian. diſc. for. lib. 3. c. 499.
num. 29. 31. quia in caſu ipſius concurrebat vltra actum
poſitiuum etiam plena ſcientia totius inſtrumenti, cui
præſens fuerat ille, qui fecit actum poſitiuum, & vlte- 46
riùs tractabatur de actu neceſſario, ad quod lex eum
obligabat, vt videre eſt apud eundem Gratian. d. c. 499.
num. 6. & n. 10. 25. 31. 33. non ſic eſt in caſu noſtro, vbi
dictus D. Ludouicus non fuit præſens ſtipulationi in-
ſtrumenti adiudicationis, nec poterat ad illam aſtrin-
gi, ſtante nullitate contractus, de qua vidimus; ideò
per actum receptionis dictarum pecuniarum non cen-
ſetur ratificaſſe dictam adiudicationem, neque præſu-
mendum eſt, quod voluerit ſanare tot nullitates, ſed
potiùs credere debemus, eum acceptaſſe dictas pecu-
nias, quia crediderit omnia ritè, & rectè fuiſſe facta, &
nullum ſibi remanere remedium; licèt enim habuerit
notitiam venditionis, non habuit tamen notitiam defe-
ctuum, & nullitatum, neque iuris ſibi competentis,
tam reſpectu reſtitutionis in integrum intra quadrien-
nium poſt minorem ætatem ſibi conceſſæ, quàm reſpe-
ctu nullitatis; oportet enim vt habeatur tacitus con-
ſenſus, quod minor factus maior habuerit notitiam defe-
ctuum, & nullitatum contractus & venditionis, quæ no-
titia cùm appareat, præſumitur ignorantia: ſic per l.
verius, ff. de probat. c. præſumitur, de reg. iur. in 6. docuit
pulchrè Corn. conſ. 201. n. 8. in fin. lib. 3. vbi tradit opor-
tere minorem habuiſſe notitiam defectus venditionis 47
ad hoc, vt inducatur tacitus conſenſus ratificationis, &
ſi non apparet de ſcientia, præſumitur ignorantia, & eum
bene ſequitur Simoncell. de decret. d. tit. 9. inſpect. 2. caſ.
2. num. 39. Soc. Iun. conſ. 59. num. 5. 6. lib. 1. vbi quod neceſ-
ſe eſt, minorem intellexiſſe quid fecerit, & cognouiſſe
ſuum præiudicium. Odd. de reſtit. in integr. part. 1. quæſt.
25. num. 80. 81. vbi quod nec per contrarium actum
factum, nec propter ſpecificam approbationem minor
cenſetur ratificaſſe geſta per eum, niſi data ſcientia
læſionis, & quod ſibi competebat beneficium reſti-
tutionis, & quod ſcientiam habuerit ſui iuris in ſpe-
cie, non in genere. Surd. d. conſ. 49. numero 32. lib. 1. vbi 48
requirit, quod minor ſciuerit alienationem cum ſuis

qualitatibus, & defectibus, alioquin non videatur eam
ratam habere: ſic etiam Gabriel. *conſil.35. n.60.lib.1.*
Rot. *diuerſ.deciſ.* 380. *num.*13. vbi docet, quod ad in-
ducendam ratificationem minoris poſt minorem æta-
49 tem, requiritur ſcientia nullitatis, & defectus inſtru-
mentorum, tam de iure, quàm de facto reſultans, ſine
qua non poteſt induci ratificatio: ſic etiam ad rem Rot.
apud Poſth. *de ſubhaſt. deciſ.* 105. *num.* 4. vbi alios
etiam allegat. Cùm igitur non conſtet dictum D. Lu-
douicum habuiſſe ſcientiam tot defectuum, nec co-
gnouiſſe, quod poterat reſcindere contractum, & ipſam
adiudicationem, & quod ſibi competebat beneficium
reſtitutionis in integrum, non poteſt dici per huiuſmo-
di actum ratificaſſe præcedentia nulliter facta; & qui
dicit ſcientiam habuiſſe, debet probare, quia ignoran-
tia præſumitur. Corn. *d. conſ.*201. *n.*8 *in fin.* Simoncell.
50 *d. caſ.2.n.39.* Maſcard. *d.concl.*1262.*n.*3.

Accedat læſio magna, quæ interuenit in æſtimatio-
ne dictæ terræ, & in dicta adiudicatione; probatum eſt
enim in foro Eccleſiæ terram prædictam fuiſſe pretij
longè maioris, quàm fuerit vendita à Prætore, ideò
oportebat, quod dictus D. Ludouicus haberet notitiam
huius læſionis, antequam cenſeretur ratificaſſe dictam
51 venditionem, & ſtante læſione excluditur præſumptio
ratificationis: ſic ex Surd. *d. conſil.* 49. *numero* 38.
39.40. Odd. *de reſtit. in integr.d.q.*25.*n.*80. Simoncell.
*d.loco.*

Nec obſtat, quod in hac materia factum iudicis di-
catur factum partis, & ideò videatur non poſſe allega-
52 ri ignorantiam. Nam reſpondetur illud procedere quo-
ad perfectionem actus, non quoad ſcientiam; non
enim per hoc pars videtur ſcire, quod quid fecit iudex,
quia hæc ſcientia eſt perſonalis, & non egreditur per-
ſonam iudicis, & ſic minor adhuc poteſt prætende-
re ignorantiam: ita in terminis Surd. *conſ.* 34. 36. *lib.* 1.
& ideò non ſufficit, quod D. Primicerius dixe-
rit dicto D. Ludouico in ſolutione dicti pretij ven-
ditionem fuiſſe celebratam tali die & tempore, quia
ſibi non fuit denuntiatum, quod tot laboraret defe-
ctibus; pulchrè Surd. *d. conſ.* 49. *num.* 46. *verſ. ſcientia
verò, lib.*1.

Modò tranſeamus ad D. Fabium alterum ex dictis
fratribus, & videamus, an rectè, & ritè eius portio di-
ctæ terræ fuerit adiudicata dicto D. Primicerio, & an
de euictione teneatur, iuxta terminos *d.l. ſi non ob cau-
ſam, C.de euiction.* & ſanè res videtur indubitabilis, quod
in nihilo teneatur; etenim ſi D. Ludouicus, qui eſt de-
bitor in chirographo nominatus, ob tot nullitates re-
manet defenſus, multò magis idem dicendum eſt de di-
cto D. Fabio, de quo non loquitur chirographum, nec
apparet fuiſſe debitorem. *Auth. multò magis, C. de ſa-
croſ. Eccl.* & ideo cùm non appareat de eius debito, alie-
natio dicitur facta ſine cauſa, & non valet. Surd. *conſil.*
53 49.*n.*31.*in fin.lib.*1.

Immò multò plures nullitates fuerunt admiſſæ con-
tra dictum D. Fabium, quàm contra D. Ludouicum;
ſiquidem vltra prædicta non erat licitum procedere via
executiua contra dictum D. Fabium, quia non erat no-
minatus in chirographo, & propterea obligatio in for-
ma Cameræ eum non ligabat, cùm ſolùm vim ſuam
obtineat contra nominatum in inſtrumento, vel eius
hæredes, ex Bald. *in l. ſi pro te, C. de dot. promiſſ.* Alex.
*in l.* 1.§. *ſi hæres, n.* 1. vbi Iaſ. *n.* 1. Rip. & DD. *ff. ad
Trebell.* ad rem Ruin. *conſ.*209. *n.*21.*vol.*1. Aſin. *in prax.
de execut.* §. 1. *c.* 44. *numero* 3. latè Carol. de Graſſ.
*in tract. de except. in prælud. numero* 215. 216. 217. 218.
vbi alios congerit, & reddit rationes. Zacch. *de oblig.
Cam.ad Galeſ.quæſt.*5.*num.*14.37. & Rot. apud eum *de-
ciſ.*47.*n.*3.

54 Et ideò non ſolùm erat vitandus, antequam commit-
teretur executio chirographi, ſed erat condemnandus
ſeruato iuris ordine, ſi quid de iure contra eum præten-
debatur antequam eius bona creditori adiudicarentur,
ad textum *in l. 1. C. de execut. rei iud.* quæ ſola ſufficit
ad victoriam, cùm habeamus in eam iudicem nimis
properare, qui pignora capi facit, & diſtrahi, & ante- 55
quam cauſa cognita fuerit, datur directa actio, & ſequi-
tur condemnatio; ad rem facit Surd. *d. conſ.*49. *n.*15.
*lib.*1.

Et dato etiam, quod fuiſſet citatus, tamen quia ius
ipſius non fuit deductum in iudicio, nec agitatum,
quando ipſe teneretur, vel qualiter eius bona eſſent obli-
gata, non potuit contra eum, vel eius bona fieri aliqua 56
executio. Alex. *in leg. ſæpe, numero 6. ff. de re iudic.* Go-
zad. *conſ.*103.*n.*12. Rot. apud Zacch. *de oblig.Cam.deciſ.*
47.*n.*2.

Non obſtat autem D. Fabium conſenſiſſe dictæ adiu-
dicationi, quia nomine proprio, & fratrum cum pro-
miſſione de rato bina comparitione elegerit peritum,
& æſtimationem terrarum referri aſſenſerit, & ideò di-
cendum videtur ipſum affeciſſe ſubſecutam adiudica-
tionem, cùm ad alium finem prædicta fuiſſe geſta non 57
præſumantur; etenim ſi voluit antecedens, voluit etiam
omne neceſſarium conſequens, *l.*2. vbi DD. *ff. de iuriſd.
omn.iudic.* ſicut etiam dici ſolet per renuntiationem vnius
cenſeri etiam alteri renuntiatum, ſi illud ſit alteri an- 58
nexum. Gratian. *diſc.for.*381.*n.*10.

Nam primò poſſet reſponderi huiuſmodi actum,
quatenus extet, non fuiſſe acceptatum à D. Primice-
rio, & propterea non poſſe fundare ſe in eo, quia non
fuit ex illo ius acquiſitum ante acceptationem, ad tex-
tum *in l. ſi abſenti, ff. de donat. l. ſi ego, de neg. geſt.* Doct.
*in l. ſi mihi, & Titio, de verb. obl.* Dec. *in l. contractus,
num.*20. *de reg. iur.* Bero. *conſ.* 164. *num.*1.2. *lib.*1 Rim.
Iun. *conſ.*208.*num.*32.*lib.*2. Honded. *conſ.*25.*n.*25.27.28.
*lib.*2.

Secundò reſpondetur hoc eſſe quid facti, & ideò 59
non eſſe præſumendum, niſi probetur, ad textum
*in l. in bello, §. facta, ff. de captiu. & poſt lim. reuerſ. c. cùm
Ioannes, §. verùm, de fid. inſtrum.* & propterea ſi D. Primi-
cerius ſe fundabat in huiuſmodi actis, debebat ad ſui
defenſionem producere in foro Eccleſiaſtico, vt fecit
multa alia, quia vnuſquiſque debet probare fundamen- 60
tum ſuæ intentionis, *l.2. ff. de probat.* & is tenetur pro-
bare in ſecunda inſtantia, qui tenebatur in prima. Bart.
*in l.*1. ibi: *quædam eſt probatio, ff. ſi tut. vel curat.* quod 61
cùm D. Primicerius non fecerit, indicium eſt eius vo-
luntatis, quod noluit vti huiuſmodi actis.

Tertiò reſpondetur acta prædicta fuiſſe nulla, quia fue-
runt facta à D. Fabio tunc minore 25. annis, & certum
eſt minorem non poſſe ſtare in iudicio ſine curatore, 62
aliàs acta ſunt inualida, ad textum *in l. de his,* vbi DD.
*Cod. de admin. tut. leg. fin. Cod. de auth. præſt.* gl. *in leg. il-
lud, §. fin. ff. de minor.* Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.*31.*art.*
5.*n.*24.

Quartò reſpondetur, dictam electionem periti, &
æſtimationis relationem non fuiſſe per eum factam
in ordine ad adiudicationem prædictam, quia ad ip-
ſum non ſpectabat ſoluere æs alienum fratris, ſed po-
tius vt portio ſua diſtingueretur ab aliis portionibus,
& cognoſceretur, quantum eſſet adiudicandum cre-
ditori in portione D. Ludouici, non enim eſt facien-
da interpretatio damnoſa ipſi D. Fabio, cùm non
dixerit expreſsè ſe talia facere vt terra prædicta daretur
in ſolutum dicto D. Primicerio totaliter; & propte-
rea ſtante dubio mentis ipſius, debet fieri inter-
pretatio, vt actus præſumatur factus, prout ſibi erat 63
vtilius, non in ſui præiudicium, per textum *in leg. 1. ff.
de ſolut. l. ſi quis intentione, de iud.* Bart. *in l. gerit, verſ. cir-
ca tertium, ff. de acquir. hær.* Alex. *conſil.*55. *n.*2.13. *lib.*5.
Crau. *conſ.*106.*num.*9. Surd. *conſ.*19. *n.*28. *lib.*1. Tiraq. *de
retract. conſang.* §.30.*gl.*.. *n.* 34. Menoch. *lib.3. præſ.*136.
*num.*6.

Et ſanè cùm aliquid fit, debet cenſeri ab agente fa-
ctum



dum cum ſui minori damno, vt ex Butr. *conſ.* 65. dixit
64 Crau. *d. conſil.* 109. *num.* 11. ne ſuum iactare videatur,
quod non præſumitur. Menoch. *de præſ.lib.*1. *quæſt.*18.
65 *num.*13. & propterea cùm rationi conſentaneum ſit, vt
quis velit priùs conſulere rebus ſuis, quàm alienis, vt per
textum *in l. cùm ex plurib.* vbi Bart. *num.* 2. *verſ.* 4. *di-
citur, ff. de ſolution.* dixit Menoch. *lib.3. præſ.*136. *num.*9.
ſequitur neceſſariò, concludendum eſſe dictum D. Fa-
bium per huiuſmodi acta voluiſſe conſulere ſibi, non
fratri, & minùs creditori; & cùm non ſe explicauerit
per verba expreſſa ſe id feciſſe, vt poſſet deueniri ad to-
talem dictæ terræ adiudicationem in ſui damnum,
non eſt dicendum id voluiſſe, quia ex actibus volun-
66 tariis (non enim ab aliquo cogebatur facere talia)
tantùm præſumitur, quantùm neceſſitas vrget, &
non vltra, ad textum *in l. vlt. Cod. ne vxor pro marit.
in l. Lucius, §. teſtator, de leg.* 2. Bart. *in l. Titium, aut
Mæuium, §. altero, ff. de admin. tut.* Menoch. *de præſ.
lib.*1.*q.*20. *num.*1.2.3. *& per totam*; ſed hîc nulla neceſ-
ſitas nos cogit ad dicendum, quod D. Fabius voluerit
conſentire, vt portio ſua terræ D. Primicerio adiudi-
caretur, cui nihil debebat: ergo concludendum eſt,
quod potiùs rebus ſuis voluerit conſulere, & portio-
nem ſuam à portione fratris ſeparare; non enim in
damnum ſuum conſenſiſſe cenſendum, ne inducatur
animus donandi, dum conſentiendo rei ſuæ adiudicatio-
ni pro debito alieno, donaſſe videretur, quod non eſt
dicendum, quia donatio non præſumitur. Menoch. *de
præſ.lib.3. præſ.*71. *n.*2.

Cùm ergo ageretur de præiudicio ipſius D. Fabij, non
præſumitur eius conſenſus, ad textum *in l. qui vas, §.*
67 *vetare, ff. de furt. l. filiusfam, §. inuitus, ff. de procur.* gl.
*in cap. nomine, de præſ.* Innoc. *in cap. Geneſi, numero* 5.
*de elect.* Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.* 8. *tit.*16.*nu-
mero* 12. & ſi dubium eſſet, qualiter ille actus electio-
nis periti intelligeretur, & ad quem finem, ab ipſo qui
fecit poteſt declarari; gl. *in §. aliæ, Inſt. de action.* Bart.
68 *in l. pro hærede, in princ.n.*3. & *in l. gerit, num.*9.17. *ff. de
acquir. hær.* Mantic. *d. tract. lib.*11. *tit.* 5. *n.* 22. quod ad
ſui fauorem declaraſſe ſatis viſus eſt, dum in iudicio
etiam criminali vindicauit ſuam portionem à dicto D.
Primicerio.

Quintò reſpondetur nos non verſari in connexis, ne-
que in conſequenti neceſſario, quoniam poteſt ſtare pe-
riti electio abſque eo, quod deueniatur ad adiudi-
cationem; licèt enim vnum ſoleat præcedere alte-
rum, ſunt tamen res diſtinctæ, & ſeparatæ adeò, vt
poſito vno non ponatur neceſſariò alterum; etenim
ea dicuntur propriè annexa, quæ ſunt indiuidua, &
nequeunt ſeparari, *l. eum actum,* vbi DD. *de neg. geſt.*
69 *c. tranſlatio,* vbi Imol. *num.* 3. *de conſtit.* & latiùs ego
dixi *contr. forenſ.* 17. *num.* 87. 88. vbi etiam probaui,
connexum illud propriè dici, quod alteri adhæret,
vt ex eo illud ſequatur neceſſariò, ſiue in antecedens,
ſiue in conſequens, & vt connexitas non detur, vbi
vnum poteſt ſtare ſine altero. Iaſ. *in leg. ſed & ſi plures,*
70 §.1. *in 2. not. de vulg.* pulchrè Crauet. *conſil.* 232. *nu-
mero* 1. 2. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 1. *nu-
mero* 377. 378. hìc autem negari non poteſt, quando
peritorum electio, & adiudicatio ſit diuidua, cùm
vnum poſſit ſtare ſine altero, & multoties eliguntur
periti, & tamen non deuenitur ad adiudicationem, im-
mò cùm hæc non eſſet in rerum natura, quando facta
eſt peritorum electio, non poteſt dici, quod ſit illi an-
nexa, quia non entis nullæ ſunt qualitates, *l. eius qui,*
71 *in princ. ff. ſi cert. pet.* Ludouiſ. *deciſ.* 439. *num.* 5. cum
vulgaribus: ergo non valet argumentum à conſequen-
ti, & à connexis deductum, ſed dicendum eſt, quod
conſenſus circa vnum actum adhibitus, non nocet
72 ad alium, *leg.* 1. §. *Iulianus, ff. de itin. actuque priuat.
l. iubemus, Cod. ad Velleian. leg. ſi cùm mens, in princ.
ff. ſi ſeru. vend.* gl. *in Clem. ſæpe, verſic. patribus, de verb.
ſign.* Bart. *in l. ſi fundum. de leg.*1. Dec. *conſil.* 379. *n.* 6.
Ceph. *conſil.*148.*num.*24. Menoch. *conſ.*75. *n.*74. Surd.
*conſ.* 387.*n.*6.7.



Sextò reſpondetur per electionem peritorum non
poſſe deduci, D. Fabium conſenſiſſe, vt in cæteris non
eſſet ſeruandus ordo iuris, immò voluiſſe credendum
eſt, vt omnia validè, & ritè fierent; ſiquidem cùm de
vno quærimus, cætera ſupponuntur habilia, *l. ſi quæ-* 73
*ramus, de teſtam.* Pereg. *de fideicom. art.*2. *num.* 5. Surd.
*conſ.* 495. *num.* 10. Laderch. *conſ.* 79. *ſub numero ſe-
cundo*, & in terminis ſic Rota apud Poſth. *de ſubhaſtat.
deciſ.*15. *num.*3.4. vbi quod conſenſus in genere ſub-
haſtationis præſtitus, intelligitur, ſi ritè, & rectè fiat.
Sed hîc multæ factæ ſunt nullitates, quia primò æſti-
matores non iurarunt, ſe rectè æſtimaſſe, quod tamen
erat neceſſarium ſaltem de credulitate, ſicut etiam iu- 74
rare tenentur, ſe legaliter, & bona fide depoſituros,
ad textum *in l. hac edictali, §. his illud,* vbi Bald. & Sa-
lyc. *C. de ſecund. nupt.* Iaſ. *in l. quædam, numero* 78.
*Inſt. de action.* Arius Pinell. *in l.* 2. *part.* 3. *c. vlt. nume-
ro* 3. *C. de reſcind. vend.* latè Maſcard. *de probat.
concl.*1175. *numero* 48. 49. 50. Burſat. *conſil.*260.*num.*5.
*lib.*3.

Secundò nulliter fuit facta æſtimatio, quia licèt di-
catur fuiſſe citatum D. Fabium ad præſentandum ſuum
peritum, tamen hoc non ſufficit, quia erat citandus
etiam ad intereſſendum æſtimationi, & relationi; par-
tis enim præſentia requiritur, quando peritus viſitat lo-
cum, vel menſurat, aut refert; ſic ex Bart. *in l. Theopom-
pus, n.*9. *verſ. quandoque,* & *numero* 11. *verſ. ad idem, ff.* 75
*de dot. Prælég.* Aret. *in §. quædam, col. final.* vbi Iaſ. *n.*79.
*Inſtit. de action.* Cagn. *in leg. ſecunda, n.* 260. Cod. *de re-
ſcind. vend.* Surd. *conſil.*352. *numero* 34.35. *lib. tertio.* Fen-
zon. *ad Stat. Vrb. cap.*194. *numero* 25.28. vbi videre po-
teris.

Tertiò non ſufficiebat citare reum ad faciendum In-
ſtrumentum venditionis, ſed etiam erat citandus ad vi-
dendum fieri adiudicationem creditori. Poſthius *in tract.
de ſubhaſt. inſpect.*23.*num.* 189. 190. 191. 192. *& ſeqq.*
Fenzon. *dict. cap.*194. *num.* 11. 12. 25.26.27. Rot. apud
Zacch. *dict. deciſ.*154. *num.* 5. & non eſt ſeruata forma 76
*à Diuo Pio, de re indic.* vt priùs capiantur pignora mo-
bilia antequam deueniatur ad ſtabilia, & vlteriùs fiant
prius ſubhaſtationes, quàm pignora diſtrahantur, vel
creditori adiudicentur, vt ſuprà oſtenſum eſt. Ergo non
poteſt dici, quod dictus D. Fabius conſenſerit tot nul-
litatibus poſtea factis, cùm de nullitate cuilibet dicere
liceat, etiamſi ſit ille, qui actum in ſui fauorem repor-
tauit, *ex l.*1. *C. de liber. cauſ. l. ſi tibi, C. de euict. l.*2. *C.
ſi aduerſ. rem indic. l. iubemus, §. ſanè, C. de ſacroſ. Eccl.*
Vant. *de nullitat. titul. qui poſſ. dicer. de nullit. num.*2. vbi 77
alios allegaui. Non eſt ergo trahendus ille tacitus con-
ſenſus ad actus nullos, & inualidos ſubſequentes tan-
quam iniuſtos, cùm nulla ſit maior iniuſtitia, quàm
nullitas, ſecundùm Innoc. *in cap. dilecto, de appellat.* 78
Vant. *d. tract. tit.*1. *n.*20.21.23. vbi quod ideò per iu-
dicem eſt reuocanda.

Septimò reſpondetur hîc non tractari de conſenſu
præſtito per D. Fabium, vt res propria alienaretur pro
debito fratris, ſed iudicium fuit agitatum contra ambos
fratres, quaſi ſimul eſſent debitores dicti D. Primicerij,
qui ſe fecit creditorem amborum, vt videre eſt in inſtru-
mento adiudicationis Prætorianæ ab eo productæ, &
procurauit ideò ſibi dari in ſolutum bona eorum com-
munia, vt in proceſſu, *fol.*105.106. *& ſeqq.* Vnde cùm eui-
denter appareat ex lectura chirographi, & ex confeſſio-
ne ipſius D. Primicerij, ſolum D. Ludouicum fuiſſe debi-
torem, remanet clarum nulliter, & iniuſtè fuiſſe moleſta-
tum D. Fabium, & propterea electionem peritorum, &
quæcunque acta per eum, ſi fortè illum obligaſſent ad
quidquam, quod negatur, obligationem fuiſſe ſine cau-
ſa reſpectu ipſius dicendum eſt, adeò vt quæcunque



obligatio,

obligatio, ſiue promiſſio ſine cauſa non valeat, & ſolu-
tum propter eam repeti poſſit: ſic per l. 1. vbi Bart. &
79 DD. ff. de condict. ſine cauſ. Marſil. in l. 1. §. præterea,
num. 99. de quæſt. latè Seraph. de iuram. priuileg. 94. à
num. 1. vſq. ad num. 10. Alex. conſ. 77. num. 15. vol. 3. latè
Carol. Graſſ. except. 40. num. 1. 2. 3. vbi alios congerit.
Rot. diuerſ. deciſ. 123. num. 15. p. 2. vbi quod etiam con-
tra obligationem Cameralem poteſt opponi de defectu
80 cauſæ. Idem latè tradit Zacch. de oblig. Cam. quæſt. 17.
num. 78. 79. 80. vbi etiam dicit, quod deficiente cau-
ſa deficit conſenſus, cuius defectus impedit executio-
nem obligationis: cùm ergo non appareat D. Fa-
bium fuiſſe debitorem dicti D. Primicerij, ſequitur,
quod alienatio facta per iudicem de portione terræ
ipſius fuerit inualida. Surd. d. conſil. 49. numero 31. in
fin. lib. 1.

Nec obſtat, quod in inſtrumento adiudicationis No-
tarius dicat prædictos ambos fratres fuiſſe debitores
prædicti D. Primicerij de ſcutis centum pro Capitali
prædicti chirographi, & quod de communi conſenſu
fuerunt æſtimatores electi, & dicti fratres fuerunt citati
ad præſentãdum eorum peritum, & in eorum contuma-
cia fuit facta relatio, & fuerunt etiam citati ad facien-
dum inſtrumentum venditionis. Namque apparet ſatis
mendacium ex ipſo chirographo in eodem inſtrumen-
to regiſtrato, in quo ſolus D. Ludouicus conſtituitur
debitor D. Primicerij, cui ſtandum eſt tanquam fun-
damento ipſius negotij, quia relatum eſt in referente
cum omnibus ſuis qualitatibus, l. aſſe toto, vbi Bart. de
81 hær. inſtit. Soc. Iun. conſ. 102. n. 23. lib. 2. Gabriel. conſ.
175. n. 8. lib. 1. & cùm hæc probatio deſumatur ab eodem
82 inſtrumento, omninò eſt admittenda. Bald. in l. ex præ-
diis, C. de euiction. Dec. conſ. 421. n. 2. Alex. conſ. 119.
num. 2. vol. 1. Surd. conſ. 246. num. 25. lib. 9. latè Ca-
rol. de Graſſ. except. 13. numero 1. 2. 3. vbi alios al-
legat.

Et cùm inſtrumentum prædictum in hac parte erro-
neum eſſe appareat, ſequitur, quod etiam in aliis par-
tibus fidem non mereatur, niſi iuſtificetur ex actis: nec
mirum, quia cùm dicti fratres non fuerint præſentes di-
cto inſtrumento, ſequitur quod illud probat ſolùm in-
83 ter eos, qui rogarunt Notarium. Bald. in rub. num. 6.
C. de fide inſtr. Ruin. conſ. 115. num. 5. vol. 5. Natt. conſ.
266. num. 6. & conſ. 531. num. 23. Surd. conſ. 60. num. 21.
& ad rem facit Surd. d. conſil. 49. num. 19. 20. lib. 1. vbi
tradit non eſſe ſtandum dicto Notarij in inſtrumento
atteſtantis factas eſſe ſubhaſtationes. Verùm ſi demus
vera etiam fuiſſe per eum narrata circa ſolemnitates
prædictas, adhuc reſtant omnes nullitates ſuperiùs ex-
plicatæ, quia citationes, quæ in dicto inſtrumento factæ
enuntiantur, non feriunt caſus à nobis ſuprà expreſſos,
in quibus neceſſaria erat citatio, & fuit omiſſa; nec ſa-
nant alios defectus, de quibus ſatis oſtenſum eſt, opor-
tebat enim citare partem conuentam ad videndùm fie-
ri adiudicationem: latè Poſth. in tractat. de ſubhaſt. in-
ſpect. 23. n. 189. 202. 203. vbi quod iſte defectus cita-
tionis eſt inſanabilis.

His ſtantibus ſequitur, quod D. Fabius non tenea-
tur de euictione dictæ terræ, iuxta terminos dictæ legis
84 ſi ob cauſam, C. de euiction. & l. eleganter, ff. de pignor.
act. quia iudex nec ritè, nec rectè contra eum proceſ-
ſit. Rot apud Zacch. d. deciſ. 154. num. 3. 4. & quia non
fuit condemnatus, & ſolutio ei nihil profuit, quia
non erat debitor; hæc enim requiruntur ad hoc, vt
quis teneatur de euictione bonorum à iudice in ſolu-
tum datorum, vt habetur in d. l. ſi ob cauſam. Ergo lici-
tum fuit ea bona ſic perperam alienata vindicare, illa-
que omnino ſunt eidem reſtituenda: Surd. d. conſ. 49.
num. 16.

Quid dicemus de tertio fratre clerico, qui non eſt
nominatus in chirographo, nec in proceſſu, & nihilo-
minus eius portio fuit etiam adiudicata creditori, non
obſtante quod eſſet, & fortè ſit etiam nunc minor vi-
gintiquinque annis? Vtique bona ſtabilia minoris etiam
pro debito proprio ipſius vendi non poſſunt, niſi cauſa
cognita, conſentiente curatore, & cum decreto Præto-
ris, & factis ſubhaſtationibus: latè Rol. conſ. 33. vol. 1. 85
Surd. d. conſil. 49. num. 15. 19. 20. lib. 1. Poſthius in d.
tract. de ſubhaſt. inſpect. 4. num. 1. 2. 3. & ſeqq. & n. 26.
vbi quod omnino requiritur ſubhaſtatio in executioni- 86
bus conceſſis, & tenutis captis cum mandato iudicum
in bonis minorum, quantò minùs igitur vendi poterunt
pro debito alieno ſine cauſæ cognitione, vel aliqua ci-
tatione, l. de vnoquoque, ff. de re iudic. l. 4. C. de diſtract. 87
pign. Rot. apud Poſth. de ſubhaſt. deciſ. 59. n. 3. 4. vbi quod
neceſſaria eſt citatio non ſolùm in actu deliberationis,
& adiudicationis, ſed etiam in ſingulis actibus præiu-
dicialibus; non ergo debuit alteri per alterum iniqua
conditio inferri, l. de pupillo, §. ſi plurium, ff. de nou. oper.
nunt. l. fin. ff. ad Syllan.

Et propterea iſte clericus non tenetur de euictione,
tum quia non fuerat à iudice condemnatus, nec ei pro-
derat ſolutio, cùm non eſſet debitor; tum quia iudex
non habebat auctoritatem ei præcipiendi, cùm eſſet 88
clericus: ſic probat textus in d. l. ſi non ob cauſam, C. de
euict. vbi hæc videntur æſtimari neceſſaria ad hoc vt
quis teneatur de euictione ob factum iudicis rem debi-
toris vendentis; dubium enim non eſt, quod iſte cleri-
cus erat exemptus à iuriſdictione iudicis laici, vnà cum
ſuis bonis, vt in c. ſtatuimus 11. quæſt. 1. Auth. ſtatui-
mus, Cod. de ſacroſ. Eccl. cum vulgaribus.

Sed ex aduerſo reſpondetur, quod licèt non teneatur
ex ſua perſona, tenetur tamen ex promiſſione fratris de
rato facta duabus vicibus, ne fratri ſit cauſa damni, qui
de ſuo teneretur ob promiſſionem de rato, ex Couar.
in c. quamvis, in 2. part. §. 5. num. 6. 7. de pact. in 6. Crau. 89
conſ. 272. n. 13. Bertaz. de clauſ. clauſ. 4. gl. 10. ſtante clau-
ſula, aliàs de ſuo, &c.

Sed replicatur quatenus ita promiſerit de rato, vt
aliàs de ſuo teneri voluerit, tunc non cenſeri promiſiſ-
ſe factum alienum, ſed proprium, & eſſe obligationem 90
propriam, ex §. ſi quis aliam, Inſt. de inutil. ſtip. l. ſtipu-
latio iſta, de verb. oblig. Pariſ. conſ. 109. num. 9. lib. 1. &
propterea cùm ſatis probatum ſit, prædictum D. Fa-
bium ex tali promiſſione non obligaſſe ſeipſum ad ra-
tam ad habendam prædictam adiudicationem reſpectu
ſui ipſius, multò minùs tenetur reſpectu portionis ſui
fratris; nam ſi non præiudicauit ſibi, minùs potuit pro
alio ſibi præiudicare in eodem actu, & cauſa, ad tradi-
ta per Soc. conſ. 159. n. 33. lib. 2.

Secundò replicatur, quod cùm dictus clericus eſſet,
etſi minor vigintiquinque annis, hæc obligatio non te-
net reſpectu neutrius; nam ſi quis ſub pœna, & etiam
cum iuramento promiſiſſet, quod minor factus maior
ratificabit aliquem actum, ſi minor dicit ſe læſum, pro-
mittens de rato non incurrit pœnam, neque obligatur, 91
quia minori id licebat dicere, etiamſi ratificaſſet, &
& promiſſio iſta intelligitur de iuſtis, & licitis, non
de iis quæ ſunt iniqua vel nulla; ſic pulchrè, & latè
Anch. in conſil. 330. numero 9. verſic. ſed his non obſtan-
tibus credo, & numero 10. 11. Soc. conſil. 159. numero 31.
32. 33. lib. 2. vbi etiam quod non debet eſſe plus obli-
gatus promittens de rato, quàm principalis, ſi feciſ-
ſet, vel actum ratificaſſet: ſed prædictus clericus 92
etiamſi ratificaſſet geſta per dictum eius fatrem, ad-
huc poſſet contrauenire ratione læſionis, quam pa-
teretur ex alienatione rei propriæ pro debito alie-
no: ergo hoc idem promittenti de rato licere dicen-
dum eſt.

Tertiò replicatur, quod D. Fabius non promiſit,
quod D. Franciſcus eius frater clericus ratam habebit
adiudicationem, quæ nec tunc erat in rerum natura,
ſed tantùm quod ratificabit electionem peritorum, &
æſtimatorum, quæ ad alium finem fieri potuit; & ſi ra-
ta



ta habebitur à dicto fratre clerico, nihil ei nocebit, quia
læſio non prouenit ab electione huiuſmodi, ſed ab illa
adiudicatione, quæ fuit facta iuris ordine non ſeruato,
& propterea conſenſus præſtitus etiam expreſsè non
poſſet trahi ad illam, quia conſenſus præcedens intel-
ligeretur præſtitus pro adiudicatione valida, & ritè, &
93 legitimè facta; & ſi nulla eſſet, conſenſus non ſupplet:
ſic Rota apud Poſthium in d. tract. de ſubhaſtat. deciſ. 15.
num. 4. 5. ſed iam ſatis oſtenſum eſt, dictam adiudi-
cationem fuiſſe nullam: ergo electio peritorum ni-
hil nocuit tam dicto D. Fabio, quàm dicto D. Fran-
ciſco.

Verùm replicatur, quod dictus D. Franciſcus ratam
habuit dictam adiudicationem, cùm in diuiſione cum
fratribus facta faſſus fuerit, ſe fuiſſe ſatisfactum, & adæ-
quatum; contrarium dicturus, ſi adiudicationi ob æs
alienum à Ludouico in communione contractum
in bonis communibus ſequutæ non aquieuiſſet; nam
vocando ſe à fratribus contentum, ratam præſumi-
tur habuiſſe adiudicationem, ſicut dicitur de pu-
pillo, qui cenſetur ratificare geſta per tutorem, ſi
faciat ei quietationem tutelæ; Caſtil. dec. 18. n. 52.

Sed reſpondetur, de his non conſtare in proceſſu, &
Iudicem debere iudicare ſecundùm acta, & probata,
c. iudicet 3. quæſt. 8. & quatenus vera eſſent prædicta,
nihil conferunt ad validandam adiudicationem, quæ
debet iuſtificari ex actis ante eam, non pòſt productis,
94 alioquin eſt notoriè iniuſta, per textum in l. illicitas,
§. veritas, vbi gl. & DD. ff. de off. Præſ. Farinac. deciſ.
recent. 333. numer. 4. & dec. 346. numer. 1. p. 1. Rot.
apud Poſth. in d. tractat. de ſubhaſt. dec. 59. numer. 7.
8. 9. vbi quod talis notoria iniuſtitia æquiparatur
nullitati.

Secundò reſpondetur, per diuiſionem inter fratres, &
quietantiam non cenſeri ratificatam dictam adiudica-
tionem, quia ratificatio non inducitur, niſi ex actis
eam neceſſariò inferentibus, non autem æquiuocis; &
cùm talis diuiſio poſſit habere alium ſenſum, & ad res
tantùm diuiſas extendatur, nimis à lõgè petitur ratifica-
tio, quæ non inducitur ex actibus, qui poſſunt referri
ad alium titulum citra ratificationem, ex Innoc. c. ſuper
hoc, n. 2. in fin. Bart. in l. ſi per vim, n. 2. C. de his, quæ vi,
metuſve cauſ. fiunt. Ludouiſ. deciſ. 311. num. 17. Rot. apud
95 Poſth. de ſubhaſt. dec. 122. n. 15.

Tertiò reſpondetur ex facto non reſultare præſum-
ptionem ratificationis alterius facti præcedentis, niſi
agens habeat plenam ſcientiam illius facti, & qualita-
tum ipſius, & defectuum, ex Surd. d. conſ. 49. n. 33. 36. 46.
Rota apud Zacch. de oblig. cam. deciſ. 124. num. 7. &
96 apud Pic. de contract. min. deciſ. 80. num. 13. vt ſuprà latè
oſtenſum eſt; ſed non apparet, nec probatum eſt ipſum
habuiſſe talem ſcientiam: ergo exinde non poteſt dedu-
ci præſumptio ratificationis. Maſcard. de prob. d. concl.
1262. num. 3. immò cùm non probetur vera ſcientia,
neque vera ratificatio, niſi per iſtas præſumptiones, ceſ-
ſat inductio ratificationis, quia ex præſumpta ſcientia
non poteſt colligi præſumptio præſumptionis, vt dixit
Rot. d. deciſ. 124. n. 9.

Quartò reſpondetur, quod dictus clericus erat minor
non ſolùm tempore adiudicationis, ſed etiam diuiſionis,
& propterea ſicut non poterat tunc alienare bona ſta-
bilia ſine decreto Prætoris, ita non potuit ratificare tem-
pore diuiſionis huiuſmodi adiudicationem ſine ſolem-
nitatibus, quæ requiruntur in alienatione bonorum mi-
norum, quia ad hoc vt ratificatio valida ſit, debet con-
tinere omnes ſolemnitates neceſſarias in confectione
ipſius actus, l. ſi vt proponis, la 2. C. de nupt. l. nuptiæ, ff.
de rit. nupt. Rom. conſ. 12. col. vlt. verſ. ad ſecundum. Dec.
conſ. 531. col. 1. pulchrè Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 10.
97 n. 90. latè Oſaſch. dec. 165. n. 13. Surd. conſ. 28. num. 120.
lib. 1. Altogr. conſ. 26. num. 17. ſed nullæ ſolemnitates in-
teruenerunt pro facienda dicta ratificatione: ergo nul-
lum ius præſumendi ratificationem hîc conſiderari
poteſt.

Multa alia poſſent adduci ad excludendam ratifica-
tionis præſumptionem: etenim cùm terra prædicta fue-
rit à prædictis fratribus auocata nulliter, & nullo iuris
ordine ſeruato à iudice, neque ritè, neque rectè proce-
dente, nullus tenebatur de euictione, & ius erat vnicui-
que portionem ſuam reuocare, quia iudex nulliter, &
iniuſtè procedens dicitur ſpoliare, & ideò grauatus ante
omnia eſt reſtituendus; & hæc concluſio eſt trita in Ro-
ta per textum in c. conquerente, vbi Abb. de reſtit. ſpoliat. 98
Alber. in l. ſi de vi, num. 19. ff. de iud. Crauet. conſil. 18.
num. 8. Rol. conſ. 6. num. 12. lib. 2. Surd. conſ. 168. num. 26.
Honded. conſ. 82. num. 23. lib. 1. Veral. deciſ. 112. part. 2.
Caualer. deciſ. 48. num. 3. & deciſ. 171. num. 8. Poſth. de
manuten. obſ. 12. n. 36. 38. 39. & Rot. apud eum deciſ. 21.
num. 5. & deciſ. 120. num. 2. deciſ. 174. n. 4. pulchrè etiam
Rot. apud Poſth. in tract. de ſubhaſt. deciſ. 46. num. 1. 2. vbi
multos allegat, & pro concluſione trita admittit, &
deciſ. 59. n. 2. & deciſ. 69. n. 3. & deciſ. 73. n. 1. eadem Rot.
apud Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 154. n. 1. & num. 3. 4.
& ideò dicti fratres tempore diuiſionis fortè magis co-
gitabant de repetenda dicta terra, quàm de ratificanda
dicta adiudicatione, provt euentus declarauit, quia non
multò poſt coram iudice Eccleſiaſtico propoſuerunt re-
medium reſtitutorium pro recuperanda dicta terra: er-
go dictus clericus non cenſetur ratificaſſe dictam alie-
nationem, quia ad excludendam ratificationem, ſufficit
quælibet occaſio, & cauſa, vt dixit Maſcard. de probat.
d. concl. 1262. n. 53.

Potuiſſet etiam dubitari, ne illicita, & vſuraria eſſet
illa ſocietas, in qua pactum fuit de ſoluendo certo lucro
ad rationem octo pro centenario, quia intereſſe non
poteſt ab initio contractus taxari, nec debetur, niſi pro- 99
betur. Farin. conſ. 262. num. 1. & num. 34. vbi de commu-
ni, & deciſ. crim. 331. n. 1. 6. 7. Rot. apud Zacch. de ſociet.
deciſ. 42. n. 5. latè Azor. mor. part. 3. lib. 9. cap. 3. q. 5. & q. 6.
vbi concludit pactum eſſe vſurarium. Felix de ſoc. c. 19.
num. 26. 27. Trombett. eod. tract. c. 11. num. 46. & extat
Bulla Sixti V. & Pij V. vetans taxationem certam lu-
cri ab initio.

Et ſi D. Primicerius volebat hoc prætendere ratione
intereſſe, debebat hoc aliunde probare, quia intereſſe
non probatur per confeſſionem partis, ſed verè oportet
de illo conſtare. Gratian. diſc. 387. n. 17. Cyriac. contr. 526. 100
num. 16. nam intereſſe lucri non debetur, niſi concur-
rentibus tribus requiſitis, de quibus Caſtr. in l. 3. §. fin.
ff. de eo, quod cert. loc. quem omnes ſequuntur. Farinac.
conſil. 162. n. 1. 18. Rot. diuerſ. deciſ. 301. n. 16. 17. part. 5.
Rot. apud Poſth. de ſubhaſt. deciſ. 8. n. 1

Et dato etiam, quod pactum fieri potuiſſet, agendum
eſt omnino cum mercatore, qui pecunias verè exerceat
in negotiando, aliàs dans pecunias tenetur reſtituere lu-
crum, niſi reus ſit in mora, & creditor ſocius probaue-
rit ſua tantùm intereſſe, per ea quæ tradit Sot. de inſt. & 101
iur. lib. 6. q. 7. art. 2. Lup. in cap. nauiganti numer. 71. in fin.
de vſur. & Azor mor. lib. 10. cap. 11. quæſt. 1. part. 3. pul-
chrè Leſſius de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 25. dub. 3. num. 33. &
in fin. vbi tradit, agendum eſſe cum mercatore, aliàs con-
tractus eſt prohibitus: ſed D. Ludouicus non erat mer-
cator, nec mercaturam exercuit, niſi per annum, ideo
D. Primicerius non potuit percipere lucra, niſi pro pri-
mo anno; & tamen pro omnibus annis ea habuit, & pro
eis ſibi terram adiudicare fecit: ergo plus debito petiit,
& adiudicatio illi facta pro maiori ſumma, quàm eſſet
eius creditum, in totum corruit, quia acta iudicialia ſunt
indiuidua, ex Bart. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, de condict.
indeb. gloſ. in fin. vbi Bart. n. 3. Alexand. n. 11. Iaſ. n. 27. ff.
de iuriſd. om. iud. Rot. apud. Poſth. de ſubhaſt. deciſ. 7. n. 3.
deciſ. 15. num. 2. vbi in terminis loquitur de ſubhaſtatio-
ne facta pro ſorte, & pro fructibus non debitis, vt in to-
tum pereat, & deciſ. 34. num. 19. deciſ. 46. num. 4. 7. & de-
 ciſ.

*ciſ.*74.*num.*6. & Rota etiam apud Zacch. *de oblig. Cam. deciſ.* 103. *numer.* 2. & propterea dicti fratres non ſibi præiudicarunt ex actis prædictis, ſcientes ſaluum ſibi eſſe ius redimendi, & reuocandi dictam terram, vti malè, & nulliter alienatam, vt ad rem dixit Rota penes Poſth. *d. tractat. de ſubhaſt. deciſ.* 4. *numero* 5.

Ex prædictis D. Primicerius comprehendere poteſt, quantas gratias agere teneatur iudici, qui mitiorem partem amplexus noluit contractum declarare vſurarium, nec adiudicationem in totum nullam, ſed ſolùm pro duobus fratribus, qui debitores non erant. Ita igitur iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

---

# CAPVT CCXXXIV.

## EPITOME.

Inſignia familiæ alicuius corrumpens, vel amouens, quomodo ſit puniendus, & an ea liceat habere in Eccleſia; & ſi clericus poſt delictum fiat laicus, an poſſit puniri ab Epiſcopo, vel ſit remittendus ad forum ſeculare.

## SVMMARIVM.

1 *Arma, & inſignia alicuius tollens, vel corrumpens, puniendus eſt arbitrio Iudicis.*
2 *Inſignia tenens in aliquo loco, etiam Eccleſiæ, eſt manutenendus in ſua poſſeſſione.*
3 *Inſignia, ſedes, vel ſcamna tenendi in Eccleſia laici ius habere poſſunt.*
4 *Arma, & inſignia tenere ſi quis prohibeatur in loco ſolito, quæ remedia habeat.*
5 *Clericus poſt delictum deferens habitum puniendus eſt à indice laico.*
6 *Laicus ſi poſt delictum efficiatur clericus, à ſolo indice Eccleſiaſtico puniendus eſt.*
7 *Clericus delinquens tempore clericatus, ſi poſteà fiat laicus, adhuc puniri debet ab Epiſcopo.*
8 *Clericus poſt delictum factus laicus, debet remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum puniendus.*
9 *Clericus delinquens, etiamſi poſtea vti laicus vxorem ducat, non punitur à Iudice laico.*
10 *Delicti tempus attenditur, vt cognoſcatur cuius ſit iuriſdictio.*
11 *Clericus vt gaudeat priuilegio fori, ſufficit geſſiſſe habitum tempore delicti, licèt poſtea illum dimiſerit.*
12 *Initium ſpectatur in delictis ad cognoſcendam iuriſdictionem.*
13 *Iudici ſtatim ac ſubditus delinquit, ius acquiritur illum puniendi.*
14 *Mutatio ſtatus rei non tollit ius indici acquiſitum puniendi illum.*
15 *Iudex ſemper durat contra ſubditum, quem citauit, & præuenit, licèt poſtea ſtatum mutauerit.*
16 *Iudex Eccleſiaſticus præueniens clericum, antequam laicus factus puniatur à laico, remanet iudex.*
17 *Præuentio an ſit neceſſaria, ſi Epiſcopus velit punire clericum poſt delictum factum laicum.*
18 *Iudex laicus an poſſit præuenire Eccleſiaſticum in puniendo clerico poſt delictum facto laico.*
19 *Exempla non reſtringunt.*
20 *Delicti, non litis initium conſideratur pro iuriſdictione exercenda.*
21 *Iudex Eccleſiaſticus etiam ſine præuentione punit clericum poſt delictum dimittentem habitum.*
22 *Clericus non eſt ſubiectus iudici laico in actu, nec in habitu, nec in potentia.*
23 *Status perſonæ mutatio non præiudicat indici Eccleſiaſtico.*
24 *Vicaria magna Neapolis malè iudicauit, vt clericus factus laicus puniatur à laico.*
25 *Laicus poſt delictum effectus clericus debet iudicari ab Epiſcopo, & quare.*
26 *Argumentum à contrariis non valet, vbi diuerſa eſt ratio.*
27 *Iudex Eccleſiaſticus punire debet laicum poſt delictum effectum clericum, & quare.*
28 *Laicus offendens clericum poteſt puniri à iudice Eccleſiaſtico ſi præuenerit & quomodo.*
29 *Iudex laicus quoad pœnas temporales eſt ſolus iudex contra laicum in cauſis mixti fori.*
30 *Delicta mixti fori quomodo puniantur à diuerſis iudicibus.*
31 *Iudex Eccleſiaſticus præueniens in cauſis mixti fori, quas pœnas imponere poſſit.*
32 *Præuentio realis præualet verbali.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

CVm de anno 1645. R.D. Lepidus Brameus clericus primæ tonſuræ auſus eſſet bis, & iterata vice
ingredi Eccleſiam S. Dominici Ciuitatis Regij, tempore quo populus aberat, & accedere ad Capellam familiæ DD. Brameorum, vbi mox appenſa erant inſignia vxoris D.Ioan. Bramei alterius ex patronis dictæ Capellæ, quæ paulò ante fuerat defuncta, & ibidem ſepulta, quod indignè ferens D. Camillius Brameus, qui ſolum ſe faciebat dictæ Capellæ patronum ob eius reparationem factam, vigore legati vnius ex eadem familia, factum eſt, vt dictus D. Lepidus eius filius dicta inſignia auulſerit, corruperit, ſciderit, & proiecerit, propter quod fuit querellatus ex aduerſo in foro Eccleſiæ, proceſſatus, & inquiſitus, & manutentio fuit decreta coniunctim omnibus de familia, & ipſe Lepidus conſtrictus confeſſus eſt, & non negauit, & propterea pars aduerſa iuremeritò reputauit eum perturbatorem, & iniuriæ illatorem, & eſſe puniendum; ſiquidem certum eſt iure, eum, qui alicuius familiæ inſignia in Eccleſiis, vel alio loco ad perpetuam rei memoriam collocata corrumpit, tollit, aut delet, eſſe puniendum iu-
dicis arbitrio, ſicut ille qui prætoris album corrumpe- 1
bat: ſic per textum *in l. ſi quis id quod*, vbi Curt. Iun. *num.*6. & DD. *ff. de iuriſd. om. iud.* & *ex l. quæ libertatum, ad fin.* vbi Bart. & *l. opus, §. inſcribi, de oper. public.* ad rem dixit Roman. *in ſing.* 480. quod incipit: *Eorum arma*; dicens eſſe notandum, quia quotidianum, vbi Add. adducunt pro concordantibus Lud. Gomez. *in §. pœnales, numer.* 5. *Inſt. de action.* Cæpol. *in tractat. de ſeruit. vrb. præd. cap.*71. *tit. de picturis.* Rebuff. *in comment. ad Reg. Conſtit. Galliæ, tom.* 3. *tit. de mater. poſſeſſ. art.* 2. *gloſſ.* 2. *num.*35. Anton. Sola *comment. conſt. antiq. Sabaud. tit. de inſign. & arm. gloſſ.* 2. *n.* 10. Menoch. *de arb. iudic. caſ.* 281. *num.* 5.6. ad rem Gratian. *diſc. for.* 210. *numer.* 32.53.

Ideo cùm probatum fuerit pro parte etiam dicti D. Ioan. Bramei, & M. Reuer. D. Alexandri eius fratris, viri honoratæ memoriæ, aliàs appenſa fuiſſe eorum inſignia in dicta Capella, & feciſſe alios actus poſſeſſoris, pronuntiaui Capellam eſſe communem familiæ, & illos de Brameis in communi eſſe manutenendos in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus illius, & tenendi dicta arma in dicta Capella, per textum
*in §. retinendæ, Inſtit. de interdict.* Gratian. *diſc.* 210. 2
*numer.* 53.54. Poſthius *in tract. de manutenend. obſeru.*



*ſeru.*10. *num.*39. & Rot. apud eum *deciſ.*117. *num.*1.

Siquidem certum eſt, quod laici poſſunt pro beneficio collato acquirere in Eccleſia ius conſtruendi Capellam, ſepeliendi, arma & inſignia tenendi, & ſimilia, adeo vt pro iſtis detur actio iniuriarum, & iudicis officium contra amouentes ſcamna, ſedes, vel inſignia, & ſit li-
3 cita defenſio etiam armata manu. Gerard. *ſing.*33. Bald.
*in l. obſeruare, §. antequam, in fin. de off. Proconſ.* Auendañ. *de exeq. mand. part.* 2. *cap.* 10. *num.*20. Perez. *de anniuerſ. & Capell. c.*24. *numer.*23. *lib.*1. Menoch. *conſ.*257. *num.*55. & *conſ.*901. *num.*77. Gratian. *diſc.*110. *num.*13. 14.15.16. & *ſeqq.* & *diſc.*210. *num.*32.33.53.54. *per totum*, Rot. *d. deciſ.* 117. & qui prohibentur ab huiuſmodi honore, habent interdictum *vti poſſidetis*, vel *vnde vi*, & officium Iudicis, & remedium etiam reintegrandæ, vt
4 per Gratian. *d. diſc.*210. *num.*56.57. Port. *d. obſ.*10. *numer.* 39. Adeò vt talis quaſi poſſeſſio acquiratur etiam per vnicum actum. Marzar. *conſ. vlt. lib.*1. Menoch. *conſil.*126. *num.*6. *lib.*2. & *conſil.*901. *numer.*78. *lib.*10. Rot. *diuerſ. deciſ.*222. *num.*7. *lib.*1. Gratian. *d. diſc.*110. *numer.*17. & *diſc.*210. *num.*41. Port. *d. tract. obſeru.*18. *numer.*4.5. & propterea dictus D. Canonicus, & eius frater non poterant impediri, ne inſignia ſua ponerent in dicta Capella.

Vnde aſſignatus fuit terminus ſolitus dicto D. Lepido ad faciendum ſuas defenſiones, & loco carceris fuit illi aſſignatus locus domus ſuæ habitationis, ſub pœna ſcutorum 200. de non diſcedendo ab ea. Verùm ille poſt certum ſpatium temporis aufugit, & habitum clericalem dimiſit, tanquam laicum ſe gerens, vnde captura fuit contra eum relaxata: poſt nonnullos menſes ictu pugionis ſubtilis vulnerauit R. D. Dominicum de Caſtellis Sacerdotem, propter quod fuit excommunicatus, & denuntiatus, & à Curia etiam ſeculari proceſſatus, & fugacem ſe gerens, tandem per executores Epiſcopales fuit arreſtatus, & ad carceres Epiſcopi ductus, quo facto iudex ſecularis eum repetebat, vt ſibi conſignaretur ad finem illum caſtigandi, tam pro primo delicto, quàm pro ſecundo, prætendens quod forus Eccleſiaſticus non potuerit illum carcerare, quia iam deſierat eſſe clericus incedens in habitu laicali, & enormitatibus ſe immiſcens; & ſic videbatur remittendus iudici laico, quia attenditur ſtatus præſens, in quo vti laicus reperitur, prout in terminis iudicauit Magna Cu-
5 ria Vicariæ Neapolis, teſte Grammatic. *deciſ.*10. *num.*1.
Franch. *deciſ.* 417. *numer.* 2. *ad fin.* & rem eſſe dubiam dixit Carauit. *ſuper ritu Magn. Curiæ. rit.*66. *numero* 9.

Et hoc ſatis rationabile videtur, quia ſicut laicus poſt delictum commiſſum effectus clericus abſque fraude non poteſt puniri à laico iudice, ſed puniendus eſt ab Eccleſiaſtico, per textum *in l. ſi maritus*, §. 1. & *l. hos accuſare, §. hoc beneficium, ff. de adulter.* Oldrad. *conſ.* 4. *in fin.* Flamin. Chartar. *de exequut. ſententiarum, c. fin. n.*308. *verſ. poteſt etiam*, Farinac. *in prax. crim. q.*8. *n.*105. latè Carol. de Graſſ. *de effect. cler. eff.*1. *num.*1075. fusè etiam Giurb. *conſ. crim.*15. *n.*2. & *n.*31. vbi plurimos con-
6 gerit: ſic etiam Anſald. *in tract. de iuriſd. part.*2. *c.*15.
*n.*30. & *ſeqq.*

His tamen non obſtantibus, dixi verius eſſe, & receptius, quod ſi Clericus commiſit delictum tempore clericatus, & poſt delictum dimiſit habitum, & tonſuram, vel etiam vxorem duxit, adeò vt laicus iam reputetur, adhuc tamen pro eo delicto puniendus eſt ſolùm à ſuo Epiſcopo, quia attendi debet ſtatus commiſſi delicti, & non præſens conditio, in qua reperitur; nam conſiderari debet, quod tempore delicti erat ſubiectus iudici Eccleſiaſtico, nec refert, quod qualitas clericatus conſumpta ſit, quia non conſideratur quoad præterita niſi tempus
7 delicti, non litis cœptæ, vel conteſtatæ, ſic per gl. *in l. nemo poteſt, in verb. quia nec*, vbi etiam Alex. & Io. Crot. *in vlt. fol. col. antep. de leg.*1. & *in l. affines, C. comm. vtriuſque iud.* dixit pulchrè in terminis Bald. *in. l. affinitatis, num.*4. *verſ. caſus*, vbi etiam Celſ. *ad eundem, C. communia de ſucceſſ.* Alex. de Imol. *in conſil.*8. *ad fin. lib.*1. Io. Bertachin. *tract. de Epiſcopo, verſ.* 27. *quæro*; pulchrè etiam Grammatic. *d. deciſ.*10. *num.*3. vbi in terminis tradidit ſic fuiſſe deciſum à Regio Conſilio aduerſus Magnam Vicariam, non obſtante importunitate Fiſci Patroni recla-
mantis; & reus ille, qui dum clericus erat, delictum 8
commiſerat, fuit remiſſus ad ſuum iudicem Eccleſiaſticum. Si ergo ille fuit remiſſus, qui erat in foro laicali detentus, quantò magis iſte retineri debet in foro Eccleſiæ, vbi mancipatus eſt: hoc idem poſt Aufrer. *dec. Tholoſ.*377. tenuit Iul. Clar. *in prax. crim. §. fin. q.*36. *verſ. ſed pone*, vbi Drogh. *ſub litera q.* & Baiard. *ſub num.*47. *ad fin.* benè etiam ad rem Vincent. Franch. *deciſ.*417. *numer.*4.6.7. vbi concluſum fuit in ſententia Grammatici magnam Curiam Vicariæ malè iudicaſſe, & bene fuiſſe appellatum: & *deciſ.*571. *numer.*2. Cagnol. *in l. vnic. in princ. num.*107. *ff. ſi quis ius dic. non obt.* Abb. *conſil.*85. *num.*7. *p.*1. Carauit. *ſuper d. ritu.*66. *num.*9. Sayr. *in Clau. Reg. lib.*12. *cap.*7. *num.*9. *verſ. ſi autem.* Cened. *in collect. iur. can. p.*2. *collect.*23. *numer.*2. Seraph. *de priuileg. iur. priu.*8. *num.*2. Caualc. *deciſ.*10. *num.*28. *p.*5. Tuſch. *littera C. concl.*385. *num.*21. & *litera I, concl.*451. *num.*5. Decian. *tract. crim. lib* 4. *cap.*14. *num.*5. latè Carol. de Graſſ. *de eff.*
*cler. d. eff.*1. *num.*647. vbi multos allegat, & reddit ratio- 9
nes, & docet, quod ſi clericus in minoribus conſtitutus delictum commiſerit, & poſteà clericatum dimiſerit, ac habitum, & tonſuram, vxoremve duxerit, adhuc
pro delictis commiſſis tempore clericatus non poterit 10
puniri niſi per iudicem Eccleſiaſticum; idem ſentit Petr. Caball. *reſol. crim. tom.*1. *cent.*2. *caſ.*147. *num.*10. & Marth. *de iuriſd. part.*2. *cap.*32. *num.*53. vbi quod attenditur tempus delicti, non præſens; & ita fuiſſe pluries deciſum: & *part.*4. *caſ.*121. *num.*3. latè Mar. Giurb. *conſ. crim.*15. *num.*12.13.27. & *per totum*, vbi reddit rationes, confutat contraria, & plurimos congerit, & teſtatur in fine ſic fuiſſe iudicatum, & executum, Guazzin. *de defenſ. reorum lib.*1. *defenſ.*1. *cap.*10. *num.*8. fusè etiam videndus Gratian. *diſc. for.*226. *per totam*, vbi reddit rationes, & Borell. *in ſumm. deciſ. tit.*43. *de for. competent. n.*72. Ambroſin. *de immunit. Eccl. cap.*19. *num.*3. Marc. Ant. Genuenſ. *in Prax. Archiep. Neap. cap.*9. *num.*1.2. Farinac. *in prax. d. quæſt.*8. *num.*66. vbi docet, quod vt clericus gaudeat fori priuilegio, ſufficit geſſiſſe habitum clericalem, & tonſuram tempore delicti, etiamſi illum poſtea
dimiſerit; ita etiam plenè tradit Anſald. *in tract. de iu-* 11
*riſd. part.*2. *c.*18. *num.*2.3. & *per totum*, vbi multos congerit, & allegat rationes: ſic etiam Bellet. *diſquiſit cler. p.*1. *tit. de fauor. cler. perſonal.* § 4. *num.*15. Ricc. *deciſ. Archiep. Neap.*214. *n.*2. *p.*1.

Et hæc ſententia nititur optimis rationibus, & deſumitur à legibus, & canonibus, qui probant delicti initium eſſe ſpectandum, vt cognoſcatur, cuius ſit iuriſdi-
ctio, ad textum *in l. quid ergo, ff. de his, qui not. infam. l. ſi* 12
*quis, ff. de furt.* & ex mente Azonis ita inquit gloſſa *in l.*1. *in verb. inchoata, in fin. C. vbi de crim. agi oport.* Bart. *in l. quod ait, §.*1. *ad Iul. de Adulter.* Natt. ad Alex. *l. conſ.*8. *volum.*1. Rol. *conſ.*100. *numer.*28. *vol.*2. Valenzuel. *conſil.* 4. *numer.*20.22. Franch. *d. deciſ.*417. *numer.*4. latè Giurb. *d. conſil.*15. *numer.*12. vbi alios adducit. Gratian. *d. deciſ.*226. *numer.*12. Mart. *d. caſ.*32. *numer.*53. Anſald. *d. cap.*18. *numer.*2.3. Ricc. *d. deciſ. Neap.*214. *numer.*2. *p.*1.

Accedat, quod eo ipſo, vt quis delinquat, non expectato litis euentu, acquiritur ius illi iudici, cuius iuriſdictioni ſubiectus eſt, vt ab eo puniri poſſit. *Auth. qua in*
*prouincia, C. vbi de crim. ag. oportet, l. licitatio, §. quod illici-* 13
*tè, ff. de public. l. fin. ff. de priuat. delict. l. fin. ff. de furt.* Bald. *in l. Officiales, num.*1. *verſ. & videtur dicendum*, vbi Aloyſ. Leo *numer.*2.3. *Cod. de Epiſc. & Cler.* idem Leo *in l. qui ſub prætextu, num.*16. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Dec. *in cap.*

in cap. quæ in Eccleſiarum, num.18. de Conſtit. Giurb. d.
conſ.15.num.14.Franch.d.deciſ.417.numer.4. verſ. Acce-
debat, Gratian.d.diſc.226.num.10.Anſald.d.cap.18. nu-
mer.4. Ideò ius quæſitum iudici Eccleſiaſtico puniendi
clericum delinquentem ſibi ſubditum, non tollitur ex
mutatione ſtatus illius, nec tolli poteſt. Auth.ſi neceſſe,
Cod. de donat. inter vir. & vxor.cap.2.de tranſlat. Epiſc.
14 Caſtr. in l. 1. C. vbi de ratiocin. agi oportet. & in l. fin. in
princ. C. de iuriſd. om. iud. Abb.d.conſ.85.num.7.ad fin.
Peregr.tract.var.lib.1.num.139.Franch.deciſ.417.num.4.
Giurb.d.conſ.15.numer.13.Anſald.dict.cap.18. num.5.6.
Ricc.var.reſol.part.11.reſol.115.num.3.4.Bellet.dict.§.4.
num.15.

Et quamvis aliqui cenſuerint id non procedere, ſi
laicus iudex præueniſſet iudicem Eccleſiaſticum, ſed
tantùm habere locum, ſi Eccleſiaſticus præuenerit ci-
tando, vel inquirendo, aut carcerando reum, qui de-
liquit tempore clericatus, ſiue præuentio ſit facta
tempore delationis habitus clericalis, ſiue poſt eius
dimiſſionem, quia tunc certè iuriſdictio Eccleſiaſtica
perpetuatur in eum, & nullus alius ſe impedire poteſt,
quia reus ſemper remanet ſubditus eiuſdem iudicis, vt
probatur ex capit. propoſuiſti, vbi gloſ. & Felin. col. 3.
15 verſ.circa hoc, de for. competent.& ita loqui videtur Bald.
in d. l. affinitatis, num.5. verſ.caſus, Communia de ſucceſſ.
Carauit.d. rit.66.numer.18.Niger in extrauag. vnic. nu-
mer.503. de vit.& hon.cler. Carol. de Graſſ. d.eff.1. nu-
mer.649.Guazzin. d. defenſ.10.numer.8.verſ. ſecus ſi non
fuerit præuentum. Anſald. d. cap.18. numer.12. hoc enim
16 certiſſimum eſt, & caret omni difficultate, quia con-
currit tempus delicti, & principium litis conteſtatæ,
ſed non tollit, quin idem iudex Eccleſiaſticus non poſ-
ſit procedere, etiamſi non præuenerit, quia tempore
delicti ei ſoli ius fuiſſet quæſitum, quia reus illi ſoli ſub-
ditus erat. Ricc.deciſ.Neap.214. n.2. p.1.

Et quamvis in caſu noſtro hæc limitatio nihil no-
ceat, quia iudex Eccleſiaſticus præuenit verbaliter,
& realiter, cùm habeat in carceribus reum prius etiam
inquiſitum, tamen dicendum eſt dictam limitationem
non eſſe veram, quia in hoc caſu iuriſdictio ſpectat
17 ad ſolum iudicem Eccleſiaſticum, ſiue præuenerit, ſiue
non. Nec eſt verum quod Bald. in d. l. affinitatis, nu-
mer.4. verſ. caſus de quo hodie, loquatur in caſu quo iu-
dex Eccleſiaſticus præueniſſet; immò probat contra-
rium, quod immò laicus præuenerat; dicit enim
quod clericus in minoribus declinauit forum pote-
ſtatis, deinde depoſito habitu, & tonſura accepit vxo-
18 rem; & ideò Poteſtas iterum vult procedere, quia
qualitas clericatus eſt conſumpta, & quia depoſitus
eſt à canone; & concludit, quòd non poteſt proce-
dere, quia ſuppoſitus eſt Epiſcopo reſpectu pœnæ,
& reſpectu fori, & quia non conſideratur quoad
præterita, niſi tempus delicti, & dicit hoc verius eſſe,
vbi Celſus dicit ſe adhærere huic opinioni, quæ eſt
ipſa veritas: ex quibus verbis probatur iudicem lai-
cum non poſſe hoc caſu præuenire; & quamvis præ-
uenerit, tamen cauſam ſpectare ad iudicem Eccleſia-
ſticum.

Et quamvis aliqui fortè loquantur in caſu, vbi Ec-
cleſiaſticus præuenerat, hoc non reſtringit regulam,
quia eſt per modum exempli, & exempla non reſtrin-
gunt, l. damni infecti, la 2. in fin. de damn. infect. l. re-
19 gula, §. fin. de iur. & fact. ignor. Ideò attendi debet ra-
tio, qua Doctores mouentur ad ſic decidendum; ſi-
quidem mouentur præcipuè ea ratione, quod in deli-
ctis principium eſt attendendum, & quod iudici ſta-
tim commiſſo delicto ius acquiritur in reum, & ſic non
eſt ſpectandum tempus litis, ſed delicti initium; quæ
ratio ita procedit ſiue Eccleſiaſticus præuenerit, ſiue
non, quia clericus ille erat ſubditus Epiſcopi tempore
delicti, tam quoad forum, quàm quoad pœnam, & ſic
in cognoſcendo, cuius ſit iuriſdictio, oportet conſide-
rare non litis, ſed delicti initium, vt ſecundum Azo-
nem ſentit gloſſa in d. l.1.C. vbi de crim. ag. oport. Bald. 20
in d.l.affinitatis, num.4. verſ. caſus, Gramm. d. deciſ.10.
num. 4. in fin. vbi loquitur in caſu, quo forus laicus
præuenerat reum etiam per capturam; & nihilominus
remiſſio fuit facta ad iudicem Eccleſiaſticum, ſic ſen-
tientibus conſiliariis laicis vtriuſque Aulæ ſæcularis, &
ita hanc rem notat, & intelligit Franch. d. deciſ.417.nu-
mer.6.verſ. Item dicebatur, quem non benè conſiderauit 21
Carol.de Graſſ.d. eff.1.num.649.quia ſi eius verba pon-
deraſſet, illum allegaſſet pro nobis, etiam in caſu quo
laicus iudex præueniſſet, vt benè animaduertit Giurb.
d. conſ.15. num. 36. ſic etiam pulchrè docet Gratian. d.
diſc.226. num.13. probans non eſſe neceſſarium, quod
iudex Eccleſiaſticus præuenerit: concordat Caualc. d.
deciſ.10.num.28.p.5.Ricc. in prax.deciſ.596.num.6. om-
nino videndus. Giurb. conſ.15. num.36.37.38. qui diluci-
dè loquitur, & increpat Carauitam, Graſſum, & Guaz-
zinum aliter ſentientes, & contra eos fuiſſe iudicatum,
& executum teſtatur.

Et verè in hoc caſu non poteſt dari præuentio inter
iudicem laicum, & Eccleſiaſticum, quia illa admittitur
tantùm in delictis mixti fori reſpectu illarum perſona-
rum, quæ poſſunt eſſe ſubiectæ vtrique iudici, ſed hîc
quando clericus deliquit, erat exemptus à iuriſdictione
iudicis laici, & non erat illi ſubditus, nec in actu, nec in
habitu, nec in potentia, vt inquit Franch. d. deciſ.417.
num.5. verſ. ſecundò quia: ergo non poterat eſſe locus 22
præuentioni, quia in hoc iuriſdictio erat ſolius iudicis
Eccleſiaſtici; & licèt habitu dimiſſo inceperit eſſe ſubdi-
tus iudicis laici, tamen attenditur tempus delicti, & ex 23
mutatione ſtatus perſonæ non potuit præiudicari foro
Eccleſiaſtico. Franc.d.deciſ.417.Giurb.d.conſ.15.Anſald.
d.cap.18.meliùs Gratian.d.diſc.226.num.13.Bellet.d.§.4.
num.15.

Non obſtat quod Magna Vicaria aliter iudicauerit,
quia eius ſententia fuit reuocata per magnum Conſi-
lium Regium, teſte Gramm. d. deciſ.10. in fin. Franch. 24
d. deciſ.417. numer. 6. Giurb. d. conſil. 15. numer. 42.
vbi quod re diligenter examinata per miniſtros Re-
gios, reus qui deliquerat in clericatu, fuit remiſſus ad
Epiſcopum.

Non obſtat, quod laicus poſt delictum effectus cleri-
cus debeat iudicari ab Epiſcopo, vt latè per Marth. de 25
iuriſd.part.4.caſ.121.numer.10.11.12.& ſeqq. Giurb. d.
conſil.15. n.2. & n.32. Anſald. de iuriſd.part.2.c.15.n.30.
Almont.Ciazz. ad defenſ. reor.diſc.10. num.14. & ita vi-
detur à contrario ſenſu, clericum poſt delictum factum
laicum, eſſe iudicandum à iudice ſeculari; quia ex di-
uerſitate rationis non currit argumentum, l. inter ſtipu- 26
lantem, §. ſacram, vbi Bart. & Iaſ. num.26. ff. de verb.oblig.
Siquidem laicus poſt delictum factus clericus mutat
non ſolùm ſtatum, ſed etiam forum, & per ordinem Ec-
cleſiaſticum totaliter eximitur à iuriſdictione iudicis
laici quoad perſonam, & cauſam, adeò vt non poſſit
ampliùs moleſtari, non ſic eſt in clerico poſt delictum
laico facto, quia licèt mutetur ſtatus, non tamen muta-
tur forus quoad cauſam delicti iam in clericatu com- 27
miſſi: ſic ex l. cùm quædam puella, de iuriſd. omn. iud. d.
cap. propoſuiſti, de for. compet. latè Gratian. d.diſc.226. nu-
mer.20.21.22. Giurb.d.conſ.15.n.31.32. vſque ad num.36.
Marth.d. caſ.121. n.10.11. Anſald. dict. cap.18. n.7.8.9.
qui videantur, quoniam reddunt rationem diuerſitatis,
& tollunt contraria.

Quoad ſecundum punctum dico neque dictum reum
eſſe remittendum ad forum ſeculare; quia cùm grauiter
vulnerauerit ſacerdotē, factus eſt de foro Eccleſiæ, quæ
etiam pręuenit in captura. Nam certum eſt in iure, quod
iudex Eccleſiaſticus poteſt punire laicum, qui offendit
clericum, vel religioſam perſonam, vel ei iniuriam intu-
lit, quia hoc eſt delictum mixti fori, & datur præuentio,
quam ſi habeat Eccleſiaſticus, poterit punire laicum
non



non ſolùm pœnis ſpiritualibus, ſed etiam temporali-
bus, quia tunc eſt iudex competens contra laicum of-
fendentem clericum; iniuria enim facta clerico cenſe-
tur facta Deo, & Eccleſiæ: ſic per gl. in Auth. Item
28 nulla communitas, in verb. Eccleſ. C. de Epiſc. & cler. Abb.
in c. cum ſit generale, num. 13. de for. competent. Clar. in
prax.§. fin. q.77.n.2. Guid. Pap. deciſ.56. num.3. latè Ca-
rol. Graſſ. de eff. cler. eff.1.n.577. & multis ſeqq. vbi id la-
tè comprobat. Farinac. q. 105. n.75. Anſald. de iuriſd.
p.4. tit. 2. cap.2. n. 22. Ciazz. ad defenſ. reorum diſc. 27.
n.10.

Sed in hoc caſu adſunt qui opinantur, iudicem Eccle-
ſiaſticum poſſe ſolùm imponere pœnas ſpirituales pro
ſacrilegio commiſſo offendendo clericum; ſpectare ve-
rò ad iudicem laicum imponere pœnas temporales pro
delicto principali, velut pro homicido, & vulneribus,
29 ſicut ſeruandum eſt in omnibus delictis mixti fori, ex
Clar. in §. fin. q.37. verſ. vnum tamen, Carol. de Graſſ. d.
eff. 1. num.586.

Verùm hoc nullo modo verum eſſe poteſt, quia pe-
nitus tolleretur ius præuentionis iudici Eccleſiaſtico,
quia ſi non poſſet procedere, niſi reſpectu cenſurarum,
& pœnarum ſpiritualium, nihil prodeſſet præuentio,
quia quoad illas iudex laicus non poteſt præuenire, &
Eccleſiaſticus poteſt illas imponere, ſiue præuenerit,
ſiue non. Ideò melior, & communis eſt diſtinctio, quod
ſi agatur de imponenda pœna ſanguinis, ſolus iudex
30 laicus eſt competens, ſi de pœna excommunicationis,
vel alia ſpirituali, ſolus Eccleſiaſticus id facere poteſt;
etiamſi ſit præuentus; ſi verò tractetur de imponenda
alia pœna temporali pecuniaria, vel afflictiua, tunc
vterque iudex eſt competens, & qui habet præuentio-
nem, poteſt procedere, & laicum reum punire. Tuſch.
litera I, concl.59. num.13. verſ. quando igitur. Decian.
31 tract.crim.lib.4.cap.16.num.1.& numer.22. Bellet. diſqui-
ſition.cler.lib.1. tit. de fauor. cler. real.§.4. numer.9. Marr.
de iuriſd. part.2. cap. 11. numer. 20. 21. 22. Cabal. reſol.
crim.194. numr.10. 11. Guazzin. tract. ad defenſ. reorum,
defenſ.1. numer.28. Marc. Ant. Gen. in prax Arch. cap.13.
numer. 3. latè Anſald. in tract. de iuriſd. part. 4. tit. 3.
cap. 2. numer.68.69.70. & ego dixi in contr. for. 15. nu-
mer. 30. 31. 32. & contr. 50. numer. 52. 53. 54. vbi
vide.

Cùm ergo iudex Eccleſiaſticus præuenerit laicum,
non eſt dubium, quod ad ipſum ſpectat punire laicum
ſic delinquentem; & multò magis, quia habet præuen-
tionem realem, quæ potentior eſt, vt ego demonſtraui
in contr. for.4. num 8. & contr.15. num.45. Ideò nulla adeſt
difficultas, quin dictus Lepidus non poſſit puniri in fo-
ro Eccleſiaſtico non ſolùm pœnis ſpiritualibus, ſed
etiam temporalibus.

## CAPVT CCXXXV.

### EPITOME.

Vtrum vnicus teſtis denuntians impedimentum matrimonij, ſufficiat ad illud impediendum, & ad diſſoluenda ſponſalia etiam iurata, & an communis opinio, & probabilior ſit omnino ſequenda, omiſſa etiam probabili.

### SVMMARIVM.

1 *Matrimonij impedimentum probatur per vnicum teſtem, antequam contrahatur.*
2 *Teſtis vnicus, etiam deponens de propria turpitudine, probat matrimonij impedimentum.*
3 *Certi nihil firmari poteſt ob varias DD. ſententias.*
4 *Opinione probabiliori relicta, licet iudici, & pœnitenti ſequi minùs probabilem.*
5 *Opinio vnius Doctoris claſſici poteſt dici probabilis, etiam contra communem.*
6 *Opinionum contra varietatem exclamatio.*
7 *Impedimentum matrimonij contrahendi non poteſt probari vnico teſte, ſine aliis adminiculis.*
8 *Teſte vnico nullà cauſa poteſt terminari.*
9 *Matrimonium impeditur, ſi frater ſponſi dicat ſe cognouiſſe ſponſam.*
10 *Matrimonium impeditur, ſi mater alicuius ex ſponſis dicat adeſſe conſanguinitatem.*
11 *Matrimonium iam contractum non diſſoluitur, ſi vnicus teſtis probet adeſſe impedimentum.*
12 *Matrimonij contrahendi, & contracti impedimentum quomodo probetur vnico teſte.*
13 *Lex indiſtinctè loquens, debet indiſtinctè intelligi.*
14 *Impedimentum occultum ſciens an teneatur manifeſtare.*
15 *Matrimonium impeditur ex dicto vnius teſtis integræ fidei.*
16 *Teſtis vnicus, etiam de ſua turpitudine deponens, probat impedimentum matrimonij.*
17 *Opinio communis vbi eſt, ibi dicitur adeſſe ius clarum.*
18 *Iudices debent iudicare ſecundùm leges, & iura.*
19 *Iudex bonus non iudicat ex ſuo arbitrio, ſed iuxta leges.*
20 *Leges obligant ad obſeruantiam, etiam in foro conſcientiæ.*
21 *Opinio communis ſi concordat in interpretatione legis, facit humanam certitudinem, & obligat ad obſeruandam legem illam.*
22 *Legis intellectus communis habetur pro lege.*
23 *Opinio probabilis non poteſt dari contra legem.*
24 *Iudex tenetur in dubio legis conſulere Principem.*
25 *Iudex tenetur vacare ſacris doctrinis.*
26 *Iudex in iudicando tenetur expellere omnem dubietatem.*
27 *Iudex iudicans contra legem puniri debet.*
28 *Opinio communis verior præſumitur.*
29 *Iudex tenetur iudicare ſecundùm communem DD. ſententiam, aliàs facit litem ſuam.*
30 *Opinio magis communis eſt ſequenda contra communem.*
31 *Opinio communis eſt ſequenda in iudicando, & conſulendo.*
32 *Opinio communis DD. æquiparatur legi.*
33 *Iudex poteſt eligere opinionem ſibi placitam, ſi pares ſunt opiniones.*
34 *Iudex quado excuſetur ſequendo vnam opinionem pluſ quàm aliam.*
35 *Ab opinione communi quando liceat recedere.*
36 *Communis DD. opinio quænam eſſe dicatur.*
37 *Opinionem communem conſtituunt ſeptem Doctores.*
38 *Communem opinionem facit gloſſa cum tribus DD.*
39 *Iudex tenetur iudicare ſecundùm opinionem probabiliorem, omiſſa probabili.*
40 *Iudex debet iudicare, prout meliùs rationi conuenire videbitur.*
41 *Iudex vt bene iudicet, debet efformare iudicium practicum de bonitate obiecti.*
42 *Opinio tutior eſt ſequenda.*
43 *Iudex poteſt ſequi opinionem minùs probabilem in praxi receptam.*
44 *Iudex non poteſt iudicare pro amico, ſecundùm opinionem probabilem, contra probabiliorem.*
45 *Iudex debet exuere omnem dubietatem in iudicando.*
46 *Opinionem pœnitentis minùs probabilem tenetur ſequi*
Con

*Confeſſarius contra probabiliorem.*
46 *Iudicis opinionem in foro externo tenetur reus ſequi, & obedire.*
47 *Iudex quando poſſit gratificari amico.*
48 *Iudex in eligendis opinionibus debet rationes ponderare, & examinare.*
49 *Iudex debet iudicare ſic magnum, vt paruum.*
51 *Iudicis officium in iudicando quale debeat eſſe.*
52 *Iudices oportet eſſe ſapientis, & gnaros.*
53 *Iudicem oportet cuncta rimari, vt veritatem inueniat.*
54 *Iudex tenetur veritatem ſpectare, & ſequi.*
55 *Opinio non conſonans veritati reiicienda eſt.*
56 *Veritas debet præferri cuicumque opinioni.*
57 *Iudex nec pauperem, nec diuitem conſideret, iuſtè iudicet.*
58 *Opinio vnius ſingularis Doctoris non facit, quod liceat à ſententia communi recedere.*
59 *Opinio Bartoli non præualet communi aliorum ſententiæ.*
60 *Sententia communis DD. non eſt relinquenda ob opinionem vnius Doctoris ſingularis.*
61 *Iudicat iudex per imperitiam, qui relicta communi adhæret ſingulari opinioni.*
62 *Opinio communis præualet ſingulari, etiam piæ, vel pro Eccleſia.*
63 *Opinio vnius Doctoris pro lege ſeruanda, vbi non habet contradicentem.*
64 *Ignorantia non datur in Principe, & eius conſiliariis.*
65 *Princeps tenetur conſulere ſuos conſiliarios peritos.*
66 *Princeps tenetur iudicare quod eſt probabilius.*
67 *Iudicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet.*
68 *Fortioribus inſtat fortior cruciatio.*
69 *Veritas eſt finis omnis ſcientiæ.*
70 *Opinio fauens Eccleſiæ, vel piæ cauſæ in dubio eſt amplectenda.*
71 *Principes, & iudices ſtudent opinionibus contra Eccleſiam.*
72 *Teſtis vnicus integer probat impedimentum matrimonij.*
73 *Matrimonij impedimentum an probet teſtis vilis perſona.*
74 *Matrimonij impedimentum non extare, probari poteſt contra dictum vnius teſtis.*
75 *Teſtis de auditu, an probet impedimentum matrimonij.*
76 *Matrimonij impedimentum an probet teſtis deponens parte non citata.*
77 *Matrimonij impedimentum non probat teſtis non iuratus.*
78 *Teſtis vnicus an probet impedimentum matrimonij ex circumſtantiis, relinquitur arbitrio iudicis.*
79 *Sponſalia iurata an diſſoluantur ob dictum vnius teſtis de impedimento matrimonij deponentis.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

Contractis ſponſalibus inter virum, & mulierem
certæ Parochiæ in montibus, dum fierent denun-
ciationes in Eccleſia, acceſſit ad Parochum frater
ſponſi, & manifeſtauit illi, qualiter annis præte-
ritis carnaliter cognouit dictam ſponſam. Ideò re ad
Ordinarium delata ex relatione Parochi, ego dixi ſu-
perſedendum eſſe matrimonio contrahendo, quia ex
depoſitione vnius teſtis, etiamſi detegat propriam tur-
1 pitudinem, dummodo aliàs ſit idoneus, probatur impe-
dimentum matrimonij, ne contrahatur, etiamſi illius
dictum non ſit adminiculatum, nec concurrant aliæ
coniecturæ; ita in terminis probatur per textum *in c.
præterea, il 1. de ſponſal.* & *c. ſuper eo, il 2. de teſtibus,* & ibi
gl. Abb. Butr. & communiter DD. tradunt ſufficere ad
impediendum matrimonium, dictum vnius teſtis integræ
fidei, etiamſi deponat de propria turpitudine, quia tra-
ctatur de vitando peccato, ne impediti contrahendo
aduerſus Eccleſiæ prohibitionem peccent, & ſic non at-
tenditur exceptio, quod teſtis alleget propriam turpitu- 2
dinem: ſic ex dicto *c. præterea,* & *c. ad audientiam, de ſpon-
ſal,* & *c. iurauit. de probat.* & *c. 1.* vbi Butr. *num. 3.* Abb.
*num. 6.* Alex. de Nœu. *num. 6. de conſang.* idem Alex. *in d.
c. præterea, num. 4.* Præpoſ. *num. 8.* Maſcard. *de probat. concl.
1035. num. 5.* & nullum in hoc diſcrepare teſtatur San-
chez *de matr. lib. 1. diſp. 71. num. 1. verſ. prima concluſio,* &
*num. 4.* latè Boſſ. *in tract. de contract. matr. c. 7. n. 142.* vbi
alios allegat.

Nihilominus, quia hodie Iuriſprudentia, & moralis
Theologia deuenit in hanc miſeriam, vt nihil certi vix
firmari poſſit ob varias DD. opiniones, & vnuſquiſque
audeat communes etiam, & receptas Iuriſconſultorum
ſententias impugnare, & ab eis recedere, non tam ſtudio 3
veritatis indagandæ, quàm deſiderio res nouas in lu-
cem edendi, adeò vt conſtituendo opiniones probabi-
les, & probabiliores, iam vnicuique liceat ad libitum
operari, & ſequi opinionem, quæ ſibi magis placet, vel
plus commodi affert, ſtante quod firmant hanc conclu-
ſionē, licere iudici, & pœnitenti adhærere opinioni pro-
babili, relicta probabiliori, vt videre eſt apud Bonac. *de
legib. diſp. 2. quæſt. 4. part. 9. n. 13.* Sanch. *in pract. diſp. 44.
num. 50.* Dian. *mor. p. 2. tract. 13. reſol. 3. verſ. ſed contra-
riam.* Laym. *mor. lib. 1. tract. 1. c. 5. num. 6.* Caſtr. Palaus *p. 1.
tract. 1. diſp. 2. part. 2. n. 2.* latiſſimè Paſqualig. *dec. mor. 5.* 4
*num. 3.* vbi infinitos congerit, & *num. 4. 5. 6. & ſeqq.* vbi
reſpondet ad contraria; & admittunt etiam vnius Do-
ctoris claſſici opinionem poſſe dici probabilem, etiam-
ſi aliorum communi ſententiæ contradicat, Azor. *tom. 1.
mor. lib. 2. c. 17. quæſt. 6.* Sanchez *mor. lib. 1. c. 9. nu-* 5
*mero 9.* latè Paſqualig. *deciſ. mor. 360. num. 5.* & *deciſ. 369.
num. 3.* Molfeſ. *in ſumm. tract. 8. cap. 9. num. 85.* ideò
bene exclamat contra tantam DD. varietatem, An-
ſald. *in tract. de iuriſd. part. 2. tit. 11. c. 5. numero 64.*
vbi deſiderat, quod Doctorum opiniones ex contra-
riis Oceani vndis refluentes, iuriſprudentiæ nauem ad
inſtitiæ littora ſimul appellerent, ſed nunquam fiet vo-
ti compos.

Quia etiam in re clariſſima tenebræ inueniuntur, & 6
non deſunt, qui ſolem etiam nubibus obumbrare ſtu-
dent, vt euenit in hac materia matrimonij; vbi licèt
iura ſint clara, impedimentum matrimonij contrahen-
di vnico teſte probari, tamen adſunt, qui hoc impu-
gnare audent; ſiquidem Baſil. Pontius *in tract. de ma-
trim. lib. 5. c. 34. num. 8. & ſeqq.* & *cap. 36. numero. 2.* quem
ſequitur Pater Dian. *mor. p. 3. tract. 4. reſol. 121.* tradit,
ſi vnus tantùm teſtis deponat impedimentum ſine aliis
adminiculis, non poſſe interdici matrimonium, nec 7
deberi, quia vnus teſtis etiam in cauſa matrimoniali
non probat, quidquid dicant multi, & graues Docto-
res, quia nulla cauſa poteſt vnico teſte terminari,
*c. licet vniuerſis,* & *c. licèt ex quadam, de teſtib.* negatque
contrarium probari in dictis iuribus, vt videre eſt apud
eum.

Sed verè cenſeo non eſſe recedendū in praxi à com- 8
muni opinione, quod vnicus teſtis probet impedimen-
tum matrimonij contrahendi, & puto non eſſe ſequen-
dam opinionem Baſilij Pontij, quam neque probabilem
eſſe puto, neque tutam in foro externo, vel conſcientiæ,
quia euidenter pugnat cum auctoritate Pontificis, *in d. c.
præterea, de ſponſal.* & *in d. cap. ſuper eo, de teſtib.* ſiquidem
Pontifex *in d. c. præterea,* abſolutè reſpondet ad euitan-
dum peccatum, ob teſtimonium conſanguinei ſecretè
deponentis de affinitate inter ſe contrahere volentium,
orta ex eiuſdem conſanguinei turpitudine, impedien- 9
dum eſſe matrimonium, ſi ſponſalia non fuerint iurata,
vt per Abb. & alios communiter *in d. c. præterea, il 2. de
ſponſal.* & *in c. 1.* vbi Butr. *n. 5.* Alex. *n. 6. de conſ. & affin.*
Maſcard. *de prob. d. concl. 1035. n. 6.* Sanchez vbi ſuprà.
Et



Et ſimiliter non eſt admittenda Pontij interpreta-
tio *in d. cap. ſuper eo, il 2. de teſtib.* in quo indiſtinctè,
& nulla facta mentione de alio adminiculo, Pon-
tifex abſolutè reſpondit, matrimonium impediri ad ma-
tris depoſitionem atteſtantis de conſanguinitatis impe-
dimento, non verò poſſe diſſolui iam contractum, in
10 quo allucinatur Pontius, arguendo à denuntiante impe-
dimentum poſt contractum matrimonium, ad denun-
tiantem antequam contrahatur. Nam Pontifex ad-
mittit hanc differentiam, vt matrimonium iam contra-
ctum non diſſoluatur ob dictum vnius teſtis, contra-
11 hendum verò bene poſſit impediri; nulla autem eſſet
differentia inter matrimonium contractum & contra-
hendum, ſi ad impediendum, ne contrahatur, præ-
ter dictum vnis teſtis integri, requireretur alia pro-
batio: ſic pulchrè Carol. Boſſ. *in tract. de matrim. c. 7.
n. 137.* & Barboſ. *in d. c. præterea, n. 2.* Layman. *lib. 2.
tract. 2. p. 2. c. 4. n. 5.*

Et ſanè adeſt optima ratio diuerſitatis, quia quando
matrimonium eſt contractum, ſtat poſſeſſio pro eo, &
diſſolui non debet, niſi ex plena probatione, *d. cap. li-
cet ex quadam*; vbi verò eſt contrahendum, faciliùs de-
bet admitti probatio impedimenti ad euitandum pec-
catum, quod committeretur ex incertis nuptiis; nul-
12 lum autem eſſet malum omittere illud matrimonium,
vt per gloſ. *in d. cap. ſuper eo, il 2.* vbi DD. communiter,
*de teſtib.* Boſſ. *d. cap. 7. num. 137.* multa enim facta
tenent, quæ ſi facienda eſſent, non permitterentur, ad
textum *in l. pluribus, § & ſi placeat, de verb. obl. l. non eſt
nouum, de reg. iur. c. vno, de vot. in 6. c. 2. de cogn. ſpir.
in 6.* & propterea textus *in d. cap. ſuper eo,* & *c. præterea,*
cùm loquatur indiſtinctè non requirendo alia admini-
13 cula, debet etiam indiſtinctè intelligi, *l. 1. §. generali-
ter, de legat. præſt. l. 3. de off. Præſ. l. de pretio, de public. l.
proſpexit, ff. qui, & à quibus.*

Non obſtat conſideratio Baſilij Pontij *d. c. 34. n. 10.*
quod ex vi publicationum Parochi non teneatur ſciens
impedimentum occultum manifeſtare, ſi oriatur ex eius
peccato, vt hic ex fornicatione. Namque id poſſum
14 admittere; verùm ſi ille, licèt non ſit obligatus, velit
tamen denuntiare impedimentum, vel de facto denun-
tiet, fortè credens ſe teneri, vel vt obuiet delicto, vt fa-
ctum eſt *in d. c. præterea, il 2.* & *c. pater, de ſponſal.* tunc
iura prædicta, & communiter DD. tradunt matrimo-
15 nium impediri ex ſolo dicto vnius teſtis integræ fidei,
etiamſi propriam detegat turpitudinem, *ex c. ad au-
dientiam, de ſponſal. cap. iurauit, de probat.* & DD. com-
muniter *in d. c. 1.* vbi Butr. *n. 5.* Alex. *n. 6. de conſang. &
affin.* Sanch. *d. diſp. 71. n. 4.* Boſſ. *d. c. 7. n. 142.*

Igitur firmanda eſt concluſio, quod propter depoſi-
tionem vnius teſtis, etiamſi ſit denuntiator, vel accuſa-
tor, *c. ſi duo 35. q. 6.* Boſſ. *d. c. 7. n. 142.* teſtificantis de im-
pedimento inter volentes matrimonium contrahere,
etiamſi ille detegeret propriam turpitudinem, ſatis pro-
16 bari impedimentum matrimonij, quia cùm tractetur de
peccato, & de grauiſſimo damno euitando, iura admit-
tunt impedimentum eſſe probatum ſufficienter per vni-
cum teſtem, alioquin integræ fidei, vt per textum *in d.
c. præterea,* vbi gl. *verb. ſi iuramentum.* Abb. *num. 4.*
vbi etiam Butrius, & Hoſtienſ. & alij communiter, *de
ſponſal.* & *in d. cap. ſuper eo, il 2.* vbi etiam gloſ. *in verb.
firmatum,* & Abb. *num. 5. 7. de teſtib.* idem Abb. *in cap.
ſuper eo, d. num. 7. de conſ. & affin.* Ant. de Butr. *in c.
veniens, il primo, num. 8. verſ. primò quando agitur, de te-
ſtib.* Iaſ. *in leg. admonendi, num. 197. ff. de iureiur.* Rom.
*ſing. 622. num. primo.* Bonifac. de Vitalin. *de maleſic.
rub. de probat. numer. 13. verſic. item matrimonio,* Crott.
*de teſtib. num. 212.* Campeg. *de teſtib. reg. 197. num. 19.*
Nauar. *in cap. ſacerdos, num. 27. de pœnit. diſt. 6.* & *in
Manual. c. 22. num. 83.* Sylueſt. *in verb. teſtis, quæſt. 5.
verſ tertiò.* Couar. *de ſponſal. part. 2. cap. 6. §. 10. n. 20.*
Maſcard. *de probat. concl. 1035. num. 1.* Farinac. *de teſtib.*
*quæſt. 63. num. 48.* Guttierrez *de matrim. cap. 36. num. 2.
& ſeqq.* Barboſ. *in d. cap. præterea, num. ſecundo,* & *in d.
cap. ſuper eo, il 2. num. 9.* Piaſec. *in prax. Epiſcopal. part.
2. capit. 4. num. 36. verſ. vltra ſi:* pulchrè, & latè San-
chez *de matrimonio, lib. primo, diſp. 71. num. primo,* vbi
quod nemo in hoc diſcordat. Comitol. *mor. quæſt. 112.
num. 3. ad fin.* Laym. *in d. c. 4. num. 9.* Io. Valer. *verb. te-
ſtis, differ. 5. verſ. vide*: latiùs Carol. Boſſ. *in tract. de
contract. matrim. cap. 7. n. 133. 134. & ſeqq.* vbi teſtatur
de communi, & communiſſima, & receptiſſima ſenten-
tia, ex cuius praxi peccatum, & grauiſſimum euitatur:
quis ergo audebit recedere ab hac ſententia ita recepta,
& tuta, & quæ expreſsè in dictis iuribus ſignificatur, non
enim eſt recedendum à communi interpretatione, maxi- 17
mè in foro externo; vbi enim adeſt communis DD.
opinio, ibi dicitur adeſſe clarum. Carol. Boſſ. *d. tract.
de matr. d. c. 3. n. 194.* Ergo non eſt recedendum à dicta
opinione.

Quia iudices in primis tenentur iudicare ſecundùm
leges, & qui aliter facit, dignus eſt pœna, & debet
mulctari, cùm deceat, & ſic neceſſe eſt iudices in pri-
mis obſeruare iura & conſtitutiones ſuperiorum *l. 2.* &
*l. leges, l. non eſt dubium, l. ſi imperialis, C. de legib.* & *in
l. ſed ſi licet, de off. Præſ. l. nemo, Cod. de ſent. & interlo-* 18
*cut. omn. iud. cap. iudicet, 3. quæſt. 7.* vbi dicitur: *Bonus
Iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſticæ propoſito
voluntatis, ſed iuxta leges, & iura pronuntiat.* Sic etiam 19
Ludouicus Gomez *in rep. c. 1. num. 54. de iudic. in 6.* ex
Diuo Thom. *2. 2. quæſt. 60. art. 5.* Reginald. *part. ſecunda,
lib. 23. num. 40.* Leſſius *de iuſt. & iur. tit. de iudice, lib. 2.
cap. 29. dub. 5. art. 5. num. 45. 46.* & ego dixi *controu. 17.
num. 4.* quod procedit non ſolùm in foro externo, ſed
etiam interno; quia leges obligant ad earum obſeruan- 20
tiam, ſi licitæ ſunt in vtroque foro, ad textum *in cap.
quo iure, diſt. 8.* & *cap. qui reſiſtit, 11. quæſt. 3.* Abb. *in
c. 1. num. 9.* vbi Felin. *num. 44.* Dec. *num. 25. de conſtitut.*
& ego latè dixi *in controu. 37. num. 110.* & ita nullum
remanet dubium, quin ita obſeruandum ſit, vt vnico
teſti præſtetur fides ad impediendum matrimonium,
etiam ſine aliis adminiculis; quia ſic diſponitur *in d.
cap præterea,* & *in dicto cap. ſuper eo,* qui ita communiter
interpretantur; quando enim communis opinio conue-
nit in interpretatione alicuius legis, tunc facit huma-
nam certitudinem, & iudicauit obligationem ſeruandi 21
legem, & vtendi illa in praxi, vt docet, & probat Rot.
Rom. apud Tambur. *de iur. Abbat. part. 3. deciſ. 22.
num. 23. 24.* & *deciſ. 23. num. 4.* vbi quod geſta contra in-
tellectum alicuius legis communiter à Doctoribus tra- 22
ditum, dicuntur geſta contra textum ipſum, non contra
communem DD. opinionem. Vnde eſt, quod aduerſus
legem diuinam, naturalem, vel poſitiuam, licèt poſſit
quis ex ignorantia inuincibili aliquando excuſari, non
tamen poteſt induci probabilis opinio, quia Doctores
contra legem manifeſtam nihil poſſunt introducere, vt
inquit Molfeſ. *in ſum. tract. 8. c. 9. n. 82.* 23

Nec iudex excuſatur, ſi dubia ſit lex, & velit iudi-
care contra communem intellectum, & ſi non poſſit
dubietatem ex ſe repellere, tenetur Principem conſu-
lere, qui eſt proprius legum interpres, ad textum 24
*in l. fin. Cod. de legib.* quam ſatis eſt allegare; iudex
enim debet vacare ſanis doctrinis, & in rebus dubiis
etiam peritiores conſulere, & ſe commendare Deo, vt
ſecundùm veritatem iudicare valeat, ſemoto quocum- 25
que affectu. Molfeſ. *d. tract. 8. cap. 9. num. 94. in fin.* & in
intelligendis opinionibus debet expellere omnem du-
bitationem vt credat, quod agit, vel iudicat verum 26
eſſe; alioquin peccat, propter dubiam, vel erroneam
conſcientiam. Molfeſ. *dict. capit. 9. numero 97.* Me-
noch. *de arbitr. iud. caſ. 339. à num. 22. vſque ad nu-
mer. 33.* & hinc eſt, quod ſi iudex ſic iudicet contra ca-
ſum legis facilis, vel apertæ, grauiter puniendus eſt; ſi
verò eſt difficilis, & obſcura, mitiùs punietur, vt tradit 27



 Bart.

Bart. in leg.ſecunda, num. 4. Cod. de pœn. indic. qui mal.
iudic.

Fatuus ergo erit iudex, qui aduerſùs legem, vel ca-
nonem iudicare audebit, vel etiam contra communem
Doctorum ſententiam, niſi euidenter, & manifeſtè ſit
falſa; quia illa opinio verior præſumitur, & in iudican-
28 do ſequenda, quæ à maiori parte DD. crebriùs eſt re-
cepta, vt per l. athletas, in princ. ibi: & generaliter, ff.
de his, qui not. infam. Chartar. deciſ. crim. prima, num. 182.
vbi alios allegat. Et ideò tradunt noſtri interpretes ex
mente omnium legum, & canonum, communem opi-
nionem Doctorum eſſe tenendam, & ſequendam tam
in iudicando, quàm in conſulendo, & iudex tenetur iu-
dicare iuxta illam, & inter communes iuxta magis
communem, alioquin per imperitiam cenſetur iudicaſ-
ſe, & contra veritatem, facitque litem ſuam, & tene-
29 tur in ſyndicatu: ita per textum in leg. vnic. ibi: ſanè
crebrior apud veteres opinio eſt, ff. de off. Quæſt. in d.l.
athletas, ibi: & generaliter ita omnes opinantur, ff. de
his, qui not. infam. leg. ita vulneratus, ibi: dicitur vulgò,
ff. ad leg. Aquil. & in §. 1. Inſt. de hæred. inſtit. ibi: ſe-
cundùm plurium ſententiam; l. ſi idem, in fin. verſ. quod
Caſſio, ff. de iur. omn. iud. in l. pro hærede, §. Papinian.
ibi: vulgò putare quoſdam, ff. de acquir. hær. l. quæſitum,
ibi: quam ſententiam quotidie creſcere, ff. de fund. inſtruct.
& inſtrum. leg. & bonus eſt textus in leg. 1. vbi Bald.
ff. de ſenat. & in capit. ne innitaris, de conſtitut. &
in cap. induciis, ibi: in quo plurimi. 3. quæſt. 3. & in cap.
nouimus, ibi: opinio à pluribus approbata; vbi Abb. &
Butr. num 1. de verb. ſignif. & cap. in Canonicis, 19. di-
ſtinct. & c. de quibus, 20. diſt. Bart. in d. leg. 2. num. 5.
Cod. de pœn. iudic. qui mal. iud. & in quæſt. quæ incipit:
iudex, qui per imperitiam, Bald. in cap. 1. §. iudices, de
pac. tenend. in vſibus feud. Iaſ. in Auth. nouiſſima, col. 5.
verſ. ex iſtis omnibus, Cod. de inoff. teſtam. Angel. in l. fin.
C. de pœn. iudic. qui mal. iudic. vbi dicit, quod nimium
eſt ignarus, qui contra communem iudicat. Rom. conſ.
61. in fin. Corn. conſ. 186. lib. 3. Dec. conſ. 480. colum.
fin. Alexand. conſ. 12. num. 33. in fin. lib. .3 Alciat. de
præſ. reg. 1. præſ. 51. num. 2. vbi latè Add. Tiraquell. de
pœn. temp. caſ. 51. num. 63. Crauet. conſ. 430. num. 7. 9.
Bertaz. conſ. ciu. 30. num. 19. Laderch. conſ. 36. num. 15.
in fin. Bernard. Græu. ad pract. Cam. Imp. libr. 1. concluſ.
153. conſid. 1. num. 5. Barboſ. in cap. prudentiam, num. 8.
de off. & poteſt. iudic. deleg. Ant. Maria Coratius tract.
de communi opin. lib. 2. tit. 8. inſpect. 2. numero 14. Iul.
Chartar. deciſ. crim. 1. numero 180. 181. 182. Cyriac.
contr. 353. num. 45. 46. 47. 48. vbi ponit legem
Theodoſij, & Valentiniani hoc decidentem, & controu.
269. n. 3. vbi quod ſi in aliqua quæſtione reperitur com-
30 munis opinio, & magis communis, vtique præualet
communior, & ab ea non eſt recedendum, niſi eſſet eui-
denter falſa; & contr. 399. num. 2. vbi quod in conſu-
lendo, & iudicando non eſt recedendum à communi
opinione. Duard. in Bull. Cœn. can. 15. quæſt. 4. num. 28.
31 Molfeſ. dict. cap. 9. n. 91. vbi quod iudex debet eligere
communem opinionem, quæ validioribus rationibus,
& argumentis nititur; latè Neuiz. lib. 5. Sylu. nuptial.
n. 62. Menoch. conſ. 59. n. 8. & conſ. 60. n. 51. & Rot. ſo-
let ſequi communem opinionem, & magis communem,
vt apud Rot. diuerſ. deciſ. 72. num. 1. 2. part. 1. & Rot.
apud Tambur. de iur. Abb. part. 3. deciſ. 22. n. 23. 24. &
deciſ. 23. num. 4. vbi quod communis opinio facit rem
certam, & iudicando contra eam, perinde eſt, ac ſi iu-
32 dicaretur contra textum legis; & ego dixi controu. 154.
num. 52. & poſſent cumulari infinitæ auctoritates. Et
ideò quantò magis difficilis, & perplexa eſt quæſtio,
tantò magis adhærendum eſt magis communi DD. ſen-
tentiæ, vt per Cyriac. controu. 353. n. 47.

Bene verum eſt, quod ſi pares eſſent opiniones, ar-
bitrarium eſſet iudici eligere quam malit, ſi putet ſe ve-
33 ram amplexari, ex Cyriac. d. contr. 353. n. 51. & quan-
do opiniones ita ſunt fortes, vt quandoque obſeruetur
vna, aliquando altera, tunc iudex excuſatur, qui erra-
uit errore probabili. Bart. in dict. leg. 2. num. 5. verſ.
ſi verò, C. de pœn. iudic. qui malè iudic. & ſi opinio com-
munis euidenter conuincatur eſſe falſa melioribus ra-
tionibus, & argumentis, iudicio etiam grauium aucto- 34
rum, tunc licet ab ea recedere: latè Cyriac. contr. for. 50.
num. 6. & contr. 169. n. 31. & contr. 196. num. 90. Coccin.
deciſ. 214. n. 2.

In quo animaduertendum eſt, quod licèt communis
opinio ſit illa, quæ plurium DD. teſtimonio comproba-
tur, l. 1. verſ. & ſanè, de off. Quæſt. c. indiciis, 3. q. 3. tamen
non ita attenditur numerus, quin attendatur vt illi Do- 35
ctores ſint maiores pondere, numero, & menſura, leg. 1.
§. neque ex multitudine, Cod. de veter. iur. enucl. cap. 1. vbi
Abb. num. 3. de iis, quæ fiunt à maior. part. Cap. ad per-
ficiendam autem communem opinionem ſufficit nu- 36
merus ſeptem Doctorum claſſicorum, vt latè probat
Corraſ. de communi opinione lib. 1. tit. 3. num. 18. Gratian.
diſcept. forenſ. 740. num. 15. Chartar. deciſ. crim. 1. num. 54.
immò ſi concurrat gloſſa cum dicto trium Doctorum,
facit communem opinionem; plures verò gloſſæ cum
numero plurium Doctorum quàm trium, faciunt magis 37
communem, vt per Grat. conſ. 75. in fin. lib. 2. Tuſch.
littera O, concluſ. 149. n. 12. in qua concluſione etiam
explicat, quinam DD. non conſiderentur ad conſti-
tuendam opinionem communem: ſicut etiam facit Al-
ciat. d. præſ. 51. & Bonac. de peccat. diſp. 2. quæſtione 4.
p. 9. num. 12. Caſtr. Pallau. mor. part. 1. diſp. 2. p. 1.
n. 10.

Verùm ſi non ſatis conſtaret Iudici, quænam ſit com-
munis, vel magis communis opinio, non debet ſtatim
adhærere opinioni cuilibet, ſed debet inquirere, quæ-
nam ſit probabilior, & habeat meliores rationes, &
grauiores, ac plures authores; debet enim iudicare ſe-
cundùm opinionem magis probabilem omiſſa pro- 38
babili: vt probat textus in l. ſi idem, in fin. ibi:
probabilior, ff. de iuriſd. omnium iud. & c. ne in-
nitaris, de conſtit. c. nouimus, de verb ſign. & c. Capellanus,
de feriis. Bald. in §. tutor, n. 10. Inſt. de auct. tut. pulchrè
Reginald. in ſumm. part. 2. lib. 23. num. 41. verſ. ſecun-
da propoſitio, & poſt Sotum, Valentiam, Bañes, Manuel,
inquit Ledeſma part. 4. quæſt. 54. art. 6. fol. 472. in fin.
Vaſquez 1. 2. quæſt. 19. art. 6. diſp. 64. cap. 2. n. 6. & poſt
Azor. & prædictos pulchrè ſic docet eruditus Sanchez
mor. part. 1. cap. 9. n. 47. vbi tradit, iudicem teneri ferre
ſententiam iuxta opinionem probabiliorem, quia agi-
tur de iure ſuo cuique reddendo, ſecundùm merita cau- 39
ſæ; & cùm ipſe à Republica iudex conſtitutus ſit, debet
cauſam dirimere, provt ei melius, & magis conſentaneum
rationi videbitur; aliàs eſſet acceptor perſonarum: ad
rem Malder. in part. ſecunda, Diuus Thom. q. 19. art. 5.
diſp. 86. ad fin. Tanner. in 2. 2. D. Thom diſp. 4. quæſt. 4.
dub. 6. n. 13. Becan. in ſumm. tom. 2. tract. 1. cap. 4. quæſt.
9. n. 13. Villalobos in ſumm. tom 1. tract. 1. diff. 15. n. 6.
Filliuc. tom. 2. tract. 21. cap. 4. num. 144. Layman mor. lib. 1.
tract. 1. cap. 5. §. 3. num. 16. Valentia 2. 2. diſp. 5. part. 4.
dub. 3. ſic etiam Corrad. de contract. tract. 7. quæſt. vltim.
concluſ. 1. Cordub. lib. ſecundo, quæſt. 3. Armill. verb. opi-
nio, §. 1. & ſeqq. Sylueſt. eod. verb. quæſt. 1. & 2. & verb.
Dubium, quæſt. 2. ad hoc enim vt opereris, & iudices,
bene indagare debes iudicium practicum de bonitate
obiecti, adeo vt debeas iudicare hîc, & nunc tibi eſſe
licitum ſic operari: hoc autem iudicium contradi-
ctorium eſt alteri iudicio probabiliori, quod habes
tibi talem operationem non eſſe licitam: ergo ſimul 40
eſſe non poſſunt; & quod verius putat iudex, id de-
bet iudicare. Vnde ſequitur, iudicem non poſſe ne-
glecta opinione probabiliori, iudicare ſecundùm mi-
nùs probabilem, & ex prædictis conſtat hanc eſſe
communem, & magis communem Doctorum ſenten-
tiam; & quamvis multi aliter ſentiant, & dicant con-
trarium



trarium eſſe probabile, dico non eſſe recedendum à com-
muni opinione, & interpretatione, quod etiam tutius eſt,
41 ad textum in c. Capellanus, de feriis, cap. iuuenis, de ſpon-
ſal. c. ad audientiam, cap. ſignificaſti, il 2. de homicid. cum
vulgaribus. Henriquez. lib. 4. de Pontif. legib. cap. 18. n. 3.
Villalobus in ſum. tom. 1. diffic. 4. num. 19. hoc tamen
temperandum eſt, vt non procedat, ſi ille eſſet iudex
inferior, & opinio, quam minùs probabilem iudicat,
eſſet magis in praxi recepta, & crederet fore, vt minùs
prudens notaretur à iudice ſuperiore, ad quem appel-
latur, eiuſque ſententia reuocaretur, ſi lata eſſet iuxta
ſententiam, quam probabiliorem exiſtimat; tunc enim
poteſt ſententiam minùs probabilem ſequi: ita Vaſ-
42 quez 1. 2. quæſt. 19. art. 6. diſp. 64. c 2. numero 6. quem
ſequitur Sanchez mor. lib. 1. cap. 9. num. 47. verſ. quod
benè.

Hinc ſequitur, non poſſe iudicem pro amico ſuo iu-
dicare ſecundum opinionem probabilem, omiſſa pro-
babiliori, quia hic iudex aduerſus animi dubietatem
pronuntiat, & exponit ſe periculo lædendi alterum, &
43 per conſequens peccandi mortaliter; non enim agere
quis debet, de quo dubitat, an ſit peccatum, vt per au-
thoritatem D. Paul. ad Rom. cap. 14. & cap. per tuas, de
ſimonia, & c. paſtoralis, de fid. inſtr. & Nauar. in c. quis
autem, num. 130. de pœn. diſt. 7. Adrian. in quodlib.
quæſt. 6. art. 2. verſ. quarta propoſitio, pulchrè Menoch.
de arbitr. iud. caſ. 339. num. 22. 23. & ſeqq. & pro-
pterea qui vult iudicare pro amico, oportet quod priùs
44 exuat omnem dubietatem, & credat illi ius eſſe, vel
ſaltem pro eo iudicandum eſſe, vt ex D. Thom. 2. 2.
quæſt. 64. artic. 9. & quæſt. 67. artic. 3. Molfeſ. in ſumm.
tract. 8. cap. 9. numero 97. pulchrè Menoch. d. caſ. 339.
num. 32.

Nec obſtat, quod Confeſſarius poſſit, & debeat
ſequi opinionem pœnitentis minùs probabilem, con-
45 tra opinionem propriam probabiliorem, vt per Azor.
mor. p. 1. lib. 2. cap. 17. quæſt. 10. Sanchez mor. parte pri-
ma, cap. 9. num. 28. Bonacin. de ſacram. diſp. 5. quæſt. 7.
part. 5. §. 1. num. 26. latè Io. Sancius diſp. 33. num. 54. &
diſput. 44. num. 55. quia id procedit in foro interiori, in
in quo iudicium eſt medicinale, nec Confeſſarius eſt iu-
dex inter partes, ſed inter hominem, & Deum, ſecus
eſt in foro externo, vbi quis conſtituitur à republica
iudex inter partes, vt ſecundùm id, quod magis æquum
reputat, ſententiam ferat; turpe enim eſſet, ſi iudica-
ret ad ſenſum partis, quia in foro externo iudex non
tenetur ſequi opinionem rei, vel actoris, ſed ipſi tenen-
tur ſequi opinionem iudicum, adeò vt excommunica-
46 tus à iudice ſecundùm opinionem probabiliorem, te-
neatur obedire, etiamſi habeat pro ſe opinionem pro-
babilem: ſic probari poteſt ex Sanchez mor. parte pri-
ma, lib. 1. cap. 9. num. 22. Sot. in quarto diſt. 21. quæſt. 1.
art. 5. Vaſquez de excommunicat. dub. 11. n. 23. Turrian.
de cenſ. lib. 2. diſput. 21. dub. 3. Villalobos in ſumm. tom. 1.
tract. 16. diffic. 11. num. 7. Auila de cenſ. part. 2. cap. 6.
diſp. 1. dub. 2. concl. 2. Io. Sancius diſput. 48. num. 33. quos
ſequitur Pater Dian. part. quinta mor. tract. 9. reſol. 29.
& reſol. 72. vbi quod reus tenetur obedire in vtroque
foro.

Solùm igitur poterit iudex gratificari amico, quando
vtraque opinio eſt æquè probabilis, nec vlla adeſt ra-
47 tio inclinandi plus ad vnam, quàm ad aliam partem,
& factis debitis diligentiis iudex non potuit certiorari,
quænam ſit verior opinio; debet enim in hoc negotio
ſe gerere rationabiliter, vt apud Reginald. part. 2. lib. 23.
num. 41. Menoch. d. caſ. 339. num. 22. & ſeqq. non enim
ex affectu proprio debet complecti ſententiam, ſed de-
bet ſe gerere vti bonum Reipublicæ miniſtrum, & li-
brare fundamenta opinionum; in opinionibus enim
48 eligendis vir doctus, vt prudenter agat, debet rationes
examinare, & ponderare, vt poſt Henric. & Corrad.
tradit Azor. mor. p. 1. lib. 2. cap. 17. quæſt. 5. Sanchez
d. cap. 9. num. 8. Molfeſ. d. cap. 9. num. 96. & ſi hoc per-
acto deponat dubium, poterit iudicare ſicut iuſtum
reputabit: Menoch. d. caſ. 339. ad fin. ad iudicem enim
ſpectat inueſtigare, & perquirere, quis ex Aduoca-
tis in iure verum dicat. Molfeſ. d. cap. 9. num. 94. verſ. 49
nam verum.

In rebus enim dubiis iudex non debet ex ſuo capite
pro amico iudicare, ſed tenetur etiam Principem con-
ſulere, ſi aliter non poteſt ad veritatem peruenire, leg.
fin. Cod. de legib. & hoc eſt, quod etiam præcepit Deus
iudicibus in Deuteron. cap. primo, num. 16. 17. dicens;
Quod eſt iuſtum, iudicate, ita paruum, ſicut magnum, nul-
la ſit diſtantia perſonarum. Et cap. 17. num. 9. Si diffici-
le, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, venies 50
ad Sacerdotes, & ad iudicem, quæreſque ab eis, qui in-
dicabunt tibi iudicij veritatem. Et in Paralipom. cap. 19.
num. 6. 7. Videte quid faciatis, non enim hominis exequimi-
ni iudicium, ſed Domini; & quodcumque iudicaueritis,
in vos redundabit: ſit timor Domini vobiſcum, & cum di- 51
ligentia cuncta facite; non eſt enim apud Deum iniquitas,
nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum: iudices enim 52
debent eſſe ſapientes, & gnari, quorum conuerſatio ſit pro-
bata. Deuteronom. capit. 1. numero 13. Et ſi in eis ſcien-
tia requiritur, non ad alium finem, niſi vt ſciant diſcer-
nere lepram inter non lepram, & indagare, ac ſcrutari,
pro qua parte litigante ſtet veritas, ſiquidem oportet
iudicem cuncta rimari, & ordinem rerum plena inqui- 53
ſitione diſcutere; & tandiu actio ventiletur, donec ad
rei veritatem perueniatur: ſic expreſsè legitur in capit.
iudicantem, 30. quæſt. 5. in cap. cùm Ioannes, de fid. in-
ſtrum. & ego dixi controu. forenſ. 17. num. 16. & propte-
reà iudex tenetur veritatem ſpectare, & ſequi, per tex-
tum in leg. ſi fortè, ff. de caſtr. pecul. Anſald. in tract. de
iuriſdiction. parte ſecunda, titulo vndecimo, cap. quinto,
num. 75. Ergo non debet adhærere cuicunque opinio- 54
ni etiam probabili, ſed debet ſtudioſè perquirere de ve-
ritate opinionis, quia ſi opinio non eſt conſonans ve-
ritati, reiicienda eſt, vt in Clem. 2. ne Romani, de election.
Rot. diuerſor. deciſione 202. numero decimotertio, part.
quinta. Anſald. dict. capit. quinto, num. 68. Ergo libe-
rum eſſe non poteſt iudici adhærere cuicumque opinio-
ni, ſed illi, cui veritatem ineſſe crediderit, quia veritas
debet præferri cuicumque opinioni. Gloſſa in capit. quæ- 55
ritur 2. quæſtione ſeptima. Anſald. dict. capit. quinto, n. 76.
& propterea non eſt recedendum temerè à communi 56
opinione, quia illa verior præſumitur, vt latè oſtendit
Bald. in dict. leg. fin. vbi Caſtrenſ. num. 13. Alexand.
num. decimoquarto. Imol. num. 70. Lap. num. 106.
Zuccard. num. 426. Cod. de edict. D. Adrian. tollend. Fuſar.
dict. quæſt. 613. num. 9. Angel. dict. tract. quæſt. 10. art. 9.
num. 127. art. 11. num. 174. & Chartar. deciſ. crimin. 1.
num. 182.

Væ ergo vobis, qui iudicatis terram, & quæritis
opiniones pro amico, nec ſtuderis veritati, ſed quo-
modo rem gratam faciatis veſtris beneuolis: non
ſic dixit Deus in Leuitic. capit. 19. numero decimoquin-
to, dum ad iudicem conuerſus præcepit: Ne conſide-
res perſonam pauperis, nec honores vultum potentis: iuſtè
iudica proximo tuo. Iuſtitia enim eſt conſtans, & perpe-
tua voluntas ius ſuum vnicuique tribuendi, §. 1. Inſt. de 57
iuſt. & iur. ſi eſt conſtans, ergo non eſt varia, neque
vacillans, provt eſſet, ſi iudex poſſet iudicare mo-
dò ſecundùm vnam opinionem, modò ſecundùm al-
teram.

Cùm ergo iuri, & legibus conueniat, vt iudices in iudi-
cando ſequãtur communes, & magis communes Docto-
rum ſententias, vbi certam legem non habemus, non de-
bemus recedere ab hac interpretatione, l. minimè, & l. ſi
de interpretatione, ff. de legib. & ideò propter opinionem
alicuius ſingularis Doctoris non eſt recedendum à com-
muni, & recepta aliorum ſententia, ad textum in l. 1. in 58
fin. ff. de Senator. vbi Bald. in vlt. not. arguit per illũ textũ
contra

contra ſingulares, & peregrinas opiniones: & Bald. &
Caſtr. *in l. fin. C. de inſtit. & ſubſt. ſub cond. fact.* dicunt
propter fantaſiam Bartoli non eſſe in iudicando rece-
59 dendum à communi opinione, & Lud. Rom. *in conſ.* 179.
*in 5. col.* inquit propter ſingularem opinionem alicuius
60 Doctoris in iudicando non eſſe recedendum à commu-
ni ſententia: & Alex. *in conſ. 237. col. 2. lib. 2.* dicit, quod
præſumitur per imperitiam iudicare, qui inhæret ſingu-
lari opinioni, relicta communi, ad rem Hier. Giacar.
apud Clar. *de ſyndicatu, conſ.* , *num.* 97. vbi dicit, quod
61 fatuus eſſet Iudex ille, qui ob ſingularem vnius, vel
paucorum Doctorum deuiaret à crebriori, *ex not. in leg.
quem temerè, ff. de iudic.* ſic etiam Iaſ. *in l. iuſiurandum,
n. 15. 16. ff. de iureiur.* vbi hoc idem confirmat Dec. *in
c. 1. num. 31. de conſtit.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſ.* 40.
*num* 2. Barbat. *conſ. 3. col. pen. verſ. non obſtat, lib.* 1.
Menoch *de præſ. lib. 2 præſ.* , *num.* 31. Guttier. *de matr.
c. 3. ſub num.* 19. latè doctiſſimus Sperell. *deciſ. Eccl.* 95.
*num.* 25. vbi fuſiùs probat id procedere, etiamſi opinio
62 ſingularis alicuius Doctoris faueat matrimonio, vel
piæ cauſæ, quia adhuc eſt recedendum à communi alio-
rum DD. ſententia, ex quibus apparet, ſecundùm legi-
ſtas, opinionem vnius Authoris, etiam grauis, non con-
ſtituere opinionem probabilem aduersùs communem;
potiùs enim talis Doctor debet credere ſe errare, quàm
aliorum iudicio præponi, nam timere debet, ne quod
ſibi lumen eſſe videtur, ſint tenebræ, vt rectè colligit
Nauar. *in Manual. c. 27. n. 286. 289. ex c. prudentia, de
off. deleg. c. de quibus. diſt.* 20.

Benè verum eſt, quod ſi verſemur in quæſtione à ne-
mine agitata, tunc dictum vnius grauis Doctoris, qui ra-
tione firma intelligitur moueri, ſufficit ad conſtituendam
63 opinionem probabilem, tam ſibi, quàm aliis; quando
enim non habet contradictorem, ab eo non eſt receden-
dum, ſicut à caſu legis. Caſtr. Pallau. *mor. p. 1. diſp. 2.
part. 1. n.* 3. Iaſ. *in l pen. num. 21. C. de pact.* Becc. *conſ.* 23.
*n.* 6. Surd. *deciſ. 229. n.* 36. Rot. Rom. *deciſ. diuerſ.* 122.
*n. 16. part.* 5.

Hæc autem quæ diximus multò magis procedunt
in Principe, & eius Conſiliariis, in quibus non poteſt
64 dari ignorantia, vt per Sperell. *deciſ. 22. num.* 7. ſiqui-
dem Princeps in rebus dubiis tenetur conſulere ſuos
65 peritos conſiliarios, *l. humanum, & leg. fin. Cod. de legib.*
& ſemper debet iudicare id, quod ſibi probabilius vide-
tur, & ſequi opinionem probabiliorem. Vaſquez 1. 2.
*quæſt. 19. art. 6. diſp. 64. c.* 2. ad quid enim tot habere
66 Conſiliarios, & conſulere peritiores, niſi pro indaganda
veritate, quia tot viri ſapientes, ſi diligenter incumbant
ſuo officio, facili negotio inueniunt, quænam ſit vera
opinio, & magis probabilis: legitur enim in libro Sa-
pientiæ, *cap. 6. Ad vos Reges ſunt hi ſermones, vt diſca-
67 tis ſapientiam, & non excidatis; quoniam iudicium du-
riſſimum his qui præſunt, fiet; exiguo enim conceditur mi-
ſericordia, potentes autem potenter tormenta patientur,
68 & fortioribus inſtat fortior cruciatio.* Vt autem hæc
euitentur, debet Princeps ſequi veritatem, quæ eſt fi-
nis omnis ſcientiæ, vt per textum *in l apud Iulianum,
69 ff. de fideicom. libertat.* & tradidit Ariſtot. *primo Me-
thaphyſ.*

Benè verum eſt, quod in eligendis opinionibus de-
bet haberi etiam alius reſpectus ratione materiæ, vel
70 obiecti, de quo tractatur; ſiquidem in dubio opinio
fauens Eccleſiæ, vel piæ cauſæ eſt amplectenda, ad tex-
tum *in l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. funer. cap.
final. de re iudic.* Fulgoſ. *conſil. 104. num.* 2. Anchar. *con-
ſil. 46. numer. ſecundo littera O, concl. 153. num.* 15. Iaſ. *in
leg. filiusfam. §. Diui, n. 82. de leg.* 1. Pacian. *conſ. 7. n.* 123.
Gratian. *diſcept. 88. n. 6. & diſcept. 131. n. 2.* Sperell. *deciſ.
42. n. 7. & deciſ. 81. n.* 29. Azor. *mor. tom. 1. lib. 5. cap.* 13.
& 14. Duard. *in Bullam Cœn. Domini, can. 15. q. 4. n.* 18.
vbi alios allegat. In quo tamen aſſiduè peccatur, quia
iudices, & Principes ſeculares nihil magis ſtudent, quàm
inuenire opiniones contra immunitatem, & libertatem
Eccleſiæ, ſed qui talia agunt, Deum habebunt vlto- 71
rem, & fortè non inuenient locum pœnitentiæ, provt
narrat Sperell. *dict. dec. 42. ſub n.* 7. vbi teſtatur ſe nouiſſe
magni Principis miniſtrum in mortis articulo præ nimio
dolore exclamantem, ac de æterna ſalute ferè deſperan-
tem, eo quod magis humanam, quàm diuinam Maie-
ſtatem metuens, libenter opiniones Eccleſiæ immuni-
tati aduerſantes amplexatus fuiſſet. Vbi ergo diuerſæ
ſunt ſententiæ, & non conſtat, quænam ſit communis,
ſequenda eſt illa, quæ facit pro Eccleſia, & pro anima,
& aliis cauſis, de quibus Tuſch. *d. concluſ.* 153. vbi re-
cenſet caſus priuilegiatos, pro quibus deligenda eſt opi-
nio ſequenda.

Nunc ſatis, abundéque liquet, quàm improbabilis ſit
opinio Pontij, & Dianæ recedentium à communiſſima
DD. ſententia circa probationem impedimenti matri-
monij contrahendi; non eſt enim dubitandum, quin
ſufficiat fides vnius teſtis integræ fidei, etiamſi deponat 72
de propria turpitudine, abſque aliis adminiculis, vt *in
d. c. præterea, il 2. de ſponſal.* Benè verum eſt, quod
ſi eſſet vilis perſona, & abiecta, non probaret impedi-
mentum, niſi factum eſſet ita clandeſtinum, vt non
poſſet probari, niſi per vilem perſonam: ſic Abb. *in d.* 73
*c. prætereà, in fin.* vbi etiam Card. & *in c. cùm in tua,
num. 7. de ſponſal.* Sanchez *de matr. lib. 1. diſp. 71. num.* 12.
Guttierez *eod. tract. cap. 36. num.* 12. Carol. Boſſ. *de
contract. matr. cap. 7. num.* 145. immò poſſet probari
contrarium illius, quod dicit teſtis, veluti ſi diceret ſe
mulierem cognouiſſe, & tamen ex inſpectione proba-
retur virgo: ſic Abb. *in d. cap. prætereà, in fin.* vbi DD. 74
*de ſponſal.*

In tantùm igitur verum eſt, quod vnicus teſtis pro-
bat impedimentum matrimonij, antequam contraha-
tur, vt ſatis ſit, ſi deponat de auditu à maioribus ſuis, di-
centibus inter ſponſos adeſſe parentelam, vel impe-
dimentum, dummodo diſtinctè deponat gradus. Gut- 75
tierr. *dict. tract. cap. 11. num.* 34. Maſcard. *de probat. con-
cluſ. 410. numero 3. 4. 5.* 21. Sanchez *d. diſp. 71. num.* 11.
*verſ. maximè*, Farinac. *de teſtib. quæſt. 69. num.* 106. 109.
Carol. Boſſ. *d. c 7. num.* 150. quod procedit, etiamſi te-
ſtis noluerit deponere publicè, & parte citata ſed vi
monitionum Parochi, clam, & abſque nominis publi- 76
catione teſtatus ſit, ſi ſponſalia non ſint iurata: ſic per
*d. c. prætereà*, ibi: *ſed hoc publicè*, vbi Innoc. *num.* 1.
Abb. *num.* 7. Butr. *num.* 6. Alexand. de Næu. *num.* 4. Præ-
poſit. *n. 4. de ſponſal.* Guttier. *d. cap. 36 num.* 5. Maſ-
card. *de probat. concl. 1035. num. quarto*, Sanchez *d. di-
ſputatione 71. num. 3. verſ. immò gloſſa.* Auguſt. Barboſ.
*in collect. ad c. cùm in tua, n. 4. de ſponſ.* Carol. Boſſ. *d. c.* 7.
*num.* 140.

Sed animaduertendum eſt, quod licèt hæc vera ſint,
tamen non præſtaretur fides huic teſti vnico ſic depo-
nenti, niſi iuraret de veritate dicenda, cùm parum, aut 77
nihil credatur teſti non iurato: ſic *ex c. tua, de cohab.
cler.* contra Card. docent Hoſtienſ. *in d. c. præterea*, vbi
etiam Ioan. And. *n.* 2. Abb. *n. 20. p. 2. n.* 4. Alexand. *n.* 3.
Præpoſ. *n 6. de conſanguin. & affinit.* Couar. *de ſponſ. part.
2. cap. 6. §. 10. n.* 21. Gutier. *lib. 1. qq. can. c. 11. n.* 32. Maſ-
card. *d. concl. 1035. n.* 10. Barboſ. *in d. c. præterea. n.* 5.
Carol Boſſ. *de c. 7 n.* 147.

Benè verum eſt, quod iudex cautè debet fidem præ-
ſtare dicto teſti vnico, quia poteſt eſſe quod habeat inte-
reſſe in cauſa, & ei ſit vtile non fieri matrimonium, vel
quod illud abhorreat ob inæqualitatem vel ob inimici-
tiam, vel ipſe teſtis ſit aliàs infamis, aut vilis; tunc enim 78
attentis circumſtantiis, relinquitur arbitrio prudentis
iudicis iudicare, an teſtis verum deponat, & poſſit impe-
dire matrimonium. Couarr. *de ſponſal. part. 2. cap. 6. §. 10.
num. vigeſimoſecundo*, Sanchez *de matrim. d. diſp. 71. num.* 8.
*verſic. ſed veriùs*, ibi, *addunt.* Carol. Boſſ. *de contract. ma-
trim. d. c. 7. n. 144. verſ. quando*, & *num.* 145. & ſi iudex
æſtimet



æſtimet teſtem eſſe integræ fidei, tunc ſufficit etiam vni-
cus ad impediendum matrimonium, ſi cum circumſpe-
79 ctione deponat, etiamſi ſponſalia ſint iurata: ſic Abb.
*in cap. ſuper eo, n. 7. de conſang.* & *in cap. ſuper eo, n. 5. de
eo, qui cognou. conſang.* Couar. *d. §. 10. num.* 22. Maſch. *d.
concl. 1035. n.* 18. Sanchez *d. diſp. 71. n. 8. verſ. ſed veriùs.*
Guttier. *d. c. 36. n.* 7. Carol. Boſſ. *d. c. 7. n.* 144. vbi alios
allegat: & ita fuit iudicatum.

---

# CAPVT CCXXXVI.

## EPITOME.

Cedens alicui centum, an poſſit poſteà cen-
ſuarium liberare, & an in redemptio-
ne cenſus ſufficiat confeſſio de pretio re-
cepto.

## SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum eſt probatio probata, & manifeſta.*
2 *Cenſus rectè probatur inſtrumento, quod eſt inſtar caſus legis.*
3 *Cenſus ceſſus tranſit in ceſſionarium.*
4 *Ceſſione facta, omnes actiones tranſeunt in ceſſionarium, cui ampliùs præiudicari non poteſt.*
5 *Ceſſionarius poteſt cogere debitorem ceſſum ad ſoluendum.*
6 *Ceſſionarius repræſentat perſonam cedentis, & ſortitur eius priuilegia.*
7 *Ceſſionarius ſuccedit in vniuerſum ius, & locum cedentis.*
8 *Cedentis actiones poſt ceſſionem ſunt inefficaces, & non poteſt ampliùs exigere, vel cedere.*
9 *Cenſum cedens non poteſt ampliùs illum retrouendere.*
10 *Cedenti creditori poteſt debitor ſoluere, ſi ignorat ceſſionem.*
11 *Cedentis confeſſio non præiudicat ceſſionario habenti cauſam oneroſam.*
12 *Debitor ſoluens cedenti per confeſſionem de recepto non liberatur.*
13 *Ceſſio quando ſit facta ad commodum ceſſionarij.*
14 *Cedentis in poteſtate non debet eſſe priuare ceſſionarium iure ſuo.*
15 *Confeſſio cedentis poſt ceſſionem facta non præiudicat ceſſionario.*
16 *Cenſus non poteſt validè creari, niſi pecunia numeretur coram Notario & teſtibus*
17 *Cenſus non poteſt redimi, niſi pretium reſtituatur cum effectu, numeratione facta*
18 *Cenſus non extinguitur, niſi per actum retroſimilem.*
19 *Cenſus extinctio requirit pecuniam numeratam.*
20 *Diſtractus requirit eaſdem ſolemnitates, quas contractus.*
21 *Recipere aliud eſt, quàm confiteri recepiſſe.*
22 *Cenſus in redemptione poteſt fraus interuenire, ſicut in creatione.*
23 *Cedens poſt ceſſionem non poteſt ceſſionario præiudicare.*
24 *Ceſſionario non poteſt tolli ius quæſitum à cedente.*
25 *Inueriſimile habet imaginem falſi.*
26 *Falſitatis ſuſpicio in ciuilibus habetur pro falſitate.*
27 *Cenſus admittit pactum, vt in extinctione requiratur conſenſus certæ perſonæ.*
28 *Cenſus extinctio ſi eſt nulla, adhuc fructus debentur.*
29 *Cenſus retrouenditio debet fieri expreſsè non tacitè.*
30 *Cenſus vt extinguatur, neceſſaria eſt retrouenditio, quia requiritur actus retroſimilis.*
31 *Cenſus non extinguitur per confeſſionem de pretio recepto.*
32 *Cenſum retrouendere quid ſit.*



*Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.*

SAtis ad victoriam fundata eſt intentio D. Mauritij
Leonardi contra D. Franciſcam filiam, & hæredem
D. Ioan. Penſæ pro cenſu ſcutorum centum Mirandu-
læ, & fructibus decurſis, & decurrendis, quia ſatis con-
ſtat prædictum D. Ioannem legitimè creaſſe dictum
cenſum, illumque vendidiſſe Reu. D. Hippolyto de Bur-
gonouis, vti tutori D. Iulij eiuſdem cognominis illius
nepotis, & de eius pecuniis ex venditione prædij facta
D. Conſtantio Brugnolo, vt liquet ex inſtrumento fa-
cto ſub die 5. Ianuarij 1609. de quo in proceſſu, *fol.* 23.
apud omnes enim pro indubitato habetur, cenſum 1
plenè probari per inſtrumentum publicum, quod eſt
probatio probata, liquida, & manifeſta, vt per Bart.
*in l. 1. n.* 8. vbi Iaſ. *n. 10. ff. de nou. oper. nunc.* Bald. *in l.
Imperator, la 2. ff. de ſtat. hom.* latè Tiraq. *de retr. lign.
§. 2. gl. 1. n. 20. & ſeqq.* Crau. *conſ. 56. n. 2. lib.* 1. Rol.
*conſ. 40. num. 8. lib.* 2. & in terminis de cenſu pulchrè hoc
docet Cenc. *in tract. de cenſ. part. 1. c. 4. n.* 10. 12. vbi quod
de inſtrumento iudicatur ſicut de caſu legis; ideò per
illud probatur concludenter, & legitimè cenſus: ſic
etiam Ludouiſ. *deciſ. 157. n.* 13. Burat. *deciſ. 540. n. 4. & de-* 2
*ciſ. 562. n.* 3.

Hinc cùm prædictus D. Hippolytus agens rem vti-
lem pro dicto D. Iulio eius nepote tradidiſſet in matri-
monium D. Hieronymo Dardeſio D. Ludouicam Bur-
gonouiam ſororem dicti D. Iulij, ad quem ſpectabat de
iure onus illam dotandi, cum promiſſione dotis ſcuto-
rum 500. in cauſam dotis prædictæ dedit, & ceſſit ſpon-
ſo dictum cenſum ſcutorum centum cum fructibus de-
currendis, & actionibus realibus, directis, & vtilibus
contra bona, & hæreditatem dictæ D. Penſæ, vt ex in-
ſtrumento confecto ſub die 30. Martij 1618. de quo in
proceſſu, *fol.* 33. quod ex prædictis plenam facit
fidem.

Verùm quia dictus D. Mauritius erat creditor prædi-
cti D. Hieronymi de magna pecuniarum ſumma, & poſt
vxorem ſuam ille quoque ceſſit è viuis, non ſatisfacto
dicto D. Mauritio, & nemo fecerit ſe hæredem illius,
quia fortè hæreditas erat oneroſa, prædictus D. Mauri-
tius procurauit vt hæreditati iacenti daretur curator,
contra quem egit de iure, & liquidauit ſuum creditum,
per quod curator ille dedit, & ceſſit eidem D. Mauri-
tio dictum annuum cenſum, & ius conſequendi fructus
illius, vt ex actis conſtat, & inſtrumento, de quibus in
proceſſu, *fol. 11. & ſeqq.* quæ plenè probant, & ideò dicta
D. Franciſca medio iure coacta ſoluit ad computum
ſcuta octuaginta ſex, quæ nunc repetit vt indebitè ſolu-
ta; at D. Mauritius eam rectè ſoluiſſe, & in poſterum
teneri ſoluere dictos fructus contendit.

Et iuremerito, ſiquidem cùm iura dicti cenſus, & do-
minium per ceſſionem prædictam cum omnibus actio- 3
nibus tranſierint priùs in dictum D. Hieronymum, &
poſtea in prædictum D. Mauritium vigore ceſſionum
etiam cum clauſula conſtituti, per DD. *in l. quod meo,
ff. de acq. poſſeſſ.* Maſtrill. *deciſ. 143. num.* 7. ſequitur
quod omnes actiones reales, & perſonales fuerint tranſ-
latæ in dictum Dominum Mauritium ceſſionarium, &
non poſſit ei præiudicari, ad textum *in l. qui quadragin-* 4
*ta, ff. ad Trebell.* Ang *in l. ſi cum empto, col. 1. verſ. &
per hoc, ff. de pact.* & *in l. fin. in fin. ff. de tranſ.* Aret. *in l.
cum filio. col. 7. in fin. de leg.* 1. Crott. *conſ. 83. num.* 12.
Roderic. *de ann. redd. lib. 2. quæſt. 21 num.* 4. Maſtrill. *dict.
deciſ. 143. num.* 6. 7. Surd. *conſil. 22. ſub num.* 35. & ſic po-
teſt ceſſionarius cogere debitorem ceſſum etiam inui-
tum ad ſoluendum quod debebat cedenti, ad tex- 5
tum *in l. idemque, §. ſi cui mandauero, ff. mandat. leg.* 1.
*Cod. de nouationibus, l. 2. Cod. de donat. l. nomina, ff. de hæ-
red. vel act. vendit.* cum aliis adductis per Surd. *dict.
conſ. 22. n.* 18.

Nec mirum eſt, quia certum eſt, quod ceſſionarius
6 repræſentat perſonam cedentis, & ſubrogatur in locum creditoris contra debitorem ceſſum, & ſortitur eius priuilegia, vt *in l. cùm ſecundus, ff. de diſtract. pignor. l. emptor*, vbi Bald. *in 1. not. Cod. de her. vel act. vend. l. ſi ager, in fin. de rei vindic. l. ſi potiores, C. de his, qui in prior. cred. loc. l. Paulus, ff. de fideiuſ.* Surd. *conſ.* 166. *num.* 13. & *conſil.* 205. *num.* 4. & *conſ.* 322. *num.* 3. &
7 *conſ.* 424. *num.* 2. & propterea ſuccedit in vniuerſum ius, & locum cedentis. Surd. *conſ.* 26. *num.* 16. & *conſ.* 82. *num.* 13. & *conſ.* 353. *num.* 13. Gratian. *diſc.* 733. *num.* 2. Cyriac. *contr.* 425. *num.* 10. & *contr.* 500. *num.* 14. Cenc. *de cenſ. par. 2. cap. 2. quæſt. 2. art. 1. num. 5. & part. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 6. n. 21.* Felician. *eod. tract. tom. 2. lib. 2. cap. 1. n. 7. verſ. quamobrem*, vbi docet, ceſſionarium ſuccedere in locum primi creditoris, & cenſetur eadem perſona cum eo: ſic etiam Altograd. *conſ. decimoſexto, num.* 2. 3.

Hoc ſtante ſequitur, quod non poterit dictus D. Iulius poſt ceſſionem factam ad ſui commodum dicto D. Hieronymo in cauſam dotis dictæ eius ſororis liberare dictas hæredes D. Ioann. Penſæ à cenſu prædicto, quia ampliùs non erat dominus, & ex ceſſione iurium, &
8 actionum realium, & perſonalium, vt in proceſſu, *fol.* 33. cenſus fuit tranſlatus in dictum Dominum Hieronymum, & inefficaces fuerunt redditæ actiones, quas habebat dictus D. Iulius, ex Caſtrenſ. *in l. 4. § ſi hæres, num. 4. C. ad Trebell. & in l. ſi cum emptore, num. 4. verſ. primus*, & ibi Alex. *ſub num.* 3. Iaſ. *ſub n. 5. 14. ff. de pact.* Ioann. Bott. *conſ.* 62. *n.* 8. 9. Maſtril. *conſ.* 142. *num.* 5. vbi quod reluitio aliter facta eſt nullius valoris: latè Surd. *conſil.* 22. *num.* 31. 32. Cenc. *in tract. de cenſ. part. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 7. num.* 31. 32. vbi quod non poteſt emptor, & alij ſucceſſiuè retrouendere, quia hoc pertinet
9 ad vltimum emptorem, ſeu ceſſionarium, ideò inualida eſt extinctio dicti cenſus facta per dictum Dominum Iulium ſub die 22. Februarij 1622. vt in actis; & ſic cenſus remanſit in hæreditate dicti D. Hieronymi, & potuit tranſire in dictum D. Mauritium ſecundum ceſſionarium.

Vnica eſt difficultas in hoc negotio, quia non apparet ex actis, quod prædictus Penſa, vel eius hæredes habuerint ſcientiam dictæ ceſſionis, cùm illis non fue-
10 rit intimata, ideò videntur fuiſſe in bona fide, dum ſoluerunt pretium dicti cenſus prædicto D. Iulio, à quo idcircò potuerunt validè recipere liberationem, quia non fuerunt ſeruata requiſita textus *in l.* 3. vbi DD. *C. de nouat.* ſic gl. *in d. l. ſi cum emptore, in verb. doli, ff. de pact* vbi etiam Bart. Alexand. & Iaſ. & *in l. filiusfam.* vbi Bart. Bald. Alex. Iaſ. & Dec. *C. eodem.* Maſtrill. *d. deciſ.* 143. *num.* 9. 13. 15. Surd. *deciſ.* 60. *num.* 8. & *conſ.* 43. *num.* 2. *lib.* 1. Felician. *de cenſ. tom. 2. lib. 4. cap. vnic. n. 9. verſ. ſed omnem*, vbi teſtatur de communi, & *verſic. ſed dubitari*: vbi benè declarat, Cenc. *eodem tract. p. 2. c. 2. q. 2. art. 1. num. 6. & part. 3. c. 1. q. 3. art. 7. num.* 33. 34. 35. & Rot. poſt eum *deciſ.* 161. *num.* 2. 3. 4. & *deciſ.* 192. *num.* 7. 8.

Verumtamen hoc nihil obſtat, & cenſeo adhuc inualidam fuiſſe liberationem factam per prædictum Dominum Iulium, immò fuiſſe diſſimulatam, & fictam ad fraudandum dictum Dominum Hieronymum ceſſionarium; ſimulauerunt enim reluitionem, & pretium recepiſſe, vt dictus Dominus Iulius dixit, cùm nihil ſolutum fuerit, & nullibi apparet pecunias cum effectu fuiſſe ſolutas; ergo cenſus non fuit extinctus; quod enim dicitur debitorem liberari, ſi ſoluat pretium cedenti, quando non habet ſcientiam ceſſionis, quæ illi non fuit intimata, procedit ſi verè, & cum effectu pecuniam numerauit, non autem locum habet, ſi cedens confiteatur, vt hic, ſe pretium habuiſſe ante inſtrumentum; niſi enim aliunde probet numerationem, non liberatur, & remanet debitor cenſus, ſicut priùs erat, quia creditor videtur illi gratis remiſiſſe debitum, cùm non conſtet de vera pecuniarum ſolutione, & illius confeſſio 11 non præiudicat ceſſionario habenti cauſam; ſic pulchrè ex Bald. *in l. 1. num. 20. in fin. C. de action. & oblig.* Caſtr. *in d. l. ſi cum emptore, num. 4. verſic. nunc ergo, ff. de pact.* vbi dicit, quod hoc caſu non fit diſtinctio, an debitor ſciuerit, vel ignorauerit, & ibidem concordat 12 Alexand. *num. 4. in fin.* perbellè Surd. *d. conſ.* 22. *n.* 32. & maximè hoc caſu, vbi ceſſio fuit facta dicto D. Hieronymo pro ſolutione debiti cedentis, & in commodum 13 ipſius ceſſionarij, quia cenſus fuit illi in ſolutum datus. Surd. *d. conſ.* 22. *n.* 31. *in fin.* nam minùs iniquum, & abſurdum eſſet, ſi fuiſſet in poteſtate cedentis priuare ceſ- 14 ſionarium iure ſuo, per textum *in l. ſi ſuperatus*, vbi Bart. *ff. de pign.* Felin. *in c. cùm olim, de re iudic.* Alciat. *conſ.* 136. *num.* 3. pulchrè Surd. *conſ.* 22. *n.* 31. *verſ. quia aliàs fuit.*

Omnes enim admittunt, confeſſionem cedentis emanatam poſt ceſſionem non præiudicare ceſſionario, quia res amplius non eſt integra, & quia ius illi ex ceſſione 15 fuit quæſitum; & ita cedens non potuit per ſuam confeſſionem prodeſſe debitori, & nocere ceſſionario, vt poſt Iacob. & Aret. concludit Cyn. *in l fin. C. de procur.* Bart. *in l. facta, §. ſi hæres, num.* 5. vbi Caſtr. *col. fin. ad Trebell.* idem Caſtr. *conſil.* 110. *num.* 6. & *conſ.* 134. *n.* 2. *libr.* 2. Alexand. *conſ.* 46. *num.* 3. *verſic. prætereà, lib.* 5. Corn. *conſ.* 139. *colum.* 1. *in fin. lib.* 3. vbi teſtatur de magis communi. Gozadin. *conſil.* 3. *num.* 8. Afflict. *deciſ.* 163. *in fine*, pulchrè Surd. *dict. conſ.* 22. *num.* 31. vbi alios congerit, & *conſil.* 173. *num.* 91. Rol. *conſil.* 85. *num.* 9. *lib.* 2. pulchrè Ludouiſ. *deciſ.* 157. *num.* 9. & *deciſ.* 311. *num.* 3. Burat. *deciſ.* 182. *numero* 7. & *deciſ.* 697. *numero* 4.

Hoc autem multò magis procedit in contractu cenſus, in quo tam in contrahendo, quàm in diſtrahendo non ſufficit confeſſio de pretio recepto, ſed debet interuenire actualis ſolutio, ſeu numerata pecunia; licèt enim multi concedant poſſe pretium ſolui etiam in alia re, quàm in pecunia, dum cenſus extinguitur; tamen omnes requirunt, quod illius fiat actualis, & vera ſolutio, non autem per confeſſionem partis; ſicut enim in cenſu creando de ſubſtantia contractus requiritur pretij ſolutio, & numeratio pecuniæ coram teſtibus, 16 & Notario, ſecundùm Bullam Pij V. & non ſufficit confeſſio de recepto, etiamſi fuerit renuntiatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, vt pulchrè probat Boccat. *in tract. de cenſ. part. 3. num.* 21. 56. 57. vbi vide. Felician. *eodem tract. tom. primo, lib. 1. cap. 8. n. decimoquinto, & cap. 9. num. 6. verſ. denique, & num. 7. & num. 10. verſ. hinc, & tom. 2. lib. 3. cap. fin. num. 3. verſic. per confeſſionem*, Pariſ. *conſil.* 75. *num.* 33. *in fin. lib.* 4. Roderic. *dict. tract. lib. primo, quæſt. 13. ſub num. 4. verſ. nec proderit*, Cenc. *in d. tract. de cenſ. part. 2. cap. primo, quæſt. 1. art. 8. num. 27. & ſeqq.* Cyriac. *controuerſ. forenſ.* 540. *num. decimonono, & ſequentib.* vbi quod parata eſſet fraus legi, ſi ſtandum eſſet confeſſioni partium: ſic latè Bonacin. *in tract. de contract. diſp. 3. q. 4. punct. vnic. n.* 22. Ita in redemptione cenſus, & extinctione non ſufficit confeſſio de recepto, ſed requiritur vera, & effectualis pretij ſolutio in pecunia, vel re numerata, vt eodem modo diſſoluatur contractus, quo fuit conſtitutus: ſic ex forma dictæ Bellæ Pij V. in illis verbis: *Sed etiam poſſe pro eodem pertio extingui*, tradiderunt verbis diſer- 17 tis Seraphin. *deciſ.* 890. *numero* 1. vbi inquit, quod eo modo, quo in conſtitutione cenſus requiritur conſenſus, & pecuniarum ſolutio, ita neceſſaria eſt pecuniarum reſtitutio in extinctione: pulchrè Cenc. *in tract. de cenſib. part. 3. capit. 1. quæſtione 3. art. 1. num. decimotertio*, vbi docet ad effectum, vt cenſus dicatur extinctus, neceſſariam eſſe effectualem, & realem pretij reſtitutionem, & *in addit. ad eundem locum, artic. 1. num. 2.* allegat etiam Mar. Mutam *in deciſ. Regn. Sicil.*



*Sicil.* 98. *num.* 24. & inquit, quod ſicut in acquiſitione cenſus titulo emptionis fuit neceſſaria pretij numeratio, ita pro extinctione eſt neceſſaria dicti pretij reſtitutio cum effectu realiter, & cum actu retroſimili; & ſic tenuit Rota poſt eum *in Rom. cenſ. 27. Ianu.* 1603. *coram Sacrato, deciſ.* 204. *n.* 4. vbi quod requiritur actualis reſti-
18 tutio pretij, ſicut in creatione, & *in alia Roman. cenſ. coram Dunozetto*, apud eundem Cenc. *poſt addition. deciſ. 129. ante num. 1. & num. 1. 2. & deciſ. 130. num.* 5. vbi quod in retrouenditione cenſus requiritur actus retroſimilis, & actualis ſolutio, ſicut in creatione, & *deciſ.* 272. *num.* 2. 3. & *deciſ.* 274. *num.* 2. apud eundem: Rot. apud Farin. *deciſ. recent. 56. num. 2. part.* 1. vbi quod ſicut in conſtitutione cenſus debet interuenire verè pretium coram teſtibus, iuxta Bullam, ita in extinctione requiritur actus retroſimilis: ad rem etiam pulchrè Ludouiſ. *deciſ* 56. *num.* 3. vbi quod in extinctione cenſus requiri-
19 tur prompta numeratio pecuniæ, quia in ea eſſe debet actus retroſimilis, & ibi Beltram. *num.* 12. vbi quod in hoc propoſito adſunt infinitæ deciſiones, ſic etiam docet plenè Cyriac. *contr.* 24. *num.* 11. 12. vbi quod in redemptione cenſus requiritur pecunia numerata, ſicut in conſtitutione: concordat Burat. *deciſ.* 635. *numer.* 14. vbi quod requiritur actus retroſimilis, & ſicut cenſus conſtituitur conſenſu, & pecuniarum ſolutione, ita conſenſu, & pecuniarum reſtitutione extinguitur.

Et ita communiter DD. ſentiunt, quod ſicut in creatione cenſus non ſufficit confeſſio de recepto, ita nec ſufficiat in extinctione, quia eædem ſolemnitates requi-
20 runtur in diſtrahendo, quæ in contrahendo, ad textum *in l. de tutela, C. de in integr. reſtit. bon. l. ſi ad reſoluendum, C. de præd. min l. prout quiſque, ff. de ſolut. l. nihil tam naturale, de reg. iur.* Alexand. *in l. ſub prætextu, la 1. numer.* 10. vbi Iaſ. *num. 11. C. de tranſact.* Benincaſius *in §. actionum. num. 202. Inſt. de action.* Bald. *conſ.* 220. *num.* 1. *lib.* 1. pulchrè Oſaſch. *deciſ. Ped.* 53. *num.* 11. & in terminis Ludouiſ. *d. deciſ.* 156. *numer.* 3. & Rot. apud Cenc. *d. deciſ.* 272. & *deciſ.* 274. & iure merito, quia aliud eſt recipere, aliud confiteri ſe recepiſſe, *l. ſi ex pretio* vbi DD.
21 *Cod. de non num. pec.* Soc. *conſ. 3. n. 11. lib. 1.* Cenc. *d. art. 8. num.* 28.

Et hoc ſanè videtur expreſſum in verbis Bullæ, dum pro eodem pretio vult fieri extinctionem, quo creationem, ideò vt verba eiuſdem extrauagntis complectantur hanc ſpeciem, non eſt opus aliqua extenſione, & ſubeſt eadem ratio fraudis; ſi enim creditor neceſſitate præſumatur, facilè confitebitur pretium recepiſſe, ſi ad
22 ſubleuandam ſuam indigentiam redemptor illi tradiderit loco pecuniæ merces priuata conuentione æſtimamatas, etiam cum læſione, vel nomina creditorum parum ſecura, vel in minori quantitate, quàm ſit numerus pecuniæ cenſuatæ; quis enim in ea forma redemptionis dolum, fraudemve poſſe committi poterit inficiari? Ergo cenſus non eſt extinctus, ad tradita per Rotam *d. deciſ.* 204. & *deciſ.* 272.

Hoc autem multò magis procedit in caſu noſtro, vbi tractatur de præiudicio tertij, & de fraudando ceſſionario, cui poſt factam ceſſionem non poteſt cedens præiudicare, ad textum *in l. ſi partem, §. fin. ff.*
23 *quemadm. ſeru. amitt. l. debitorum pactionibus, C. de pact.* & confeſſio inter aliquos facta non præiudicat tertio, per textum *in l. Seia, in princ. ff. ad Velleian.* alioquin eſſet in facultate cedentis confiteri, & fraude, ac dolo tollere ius quæſitum ceſſionario, quod abhorrent iura, & prohibent. Abb. *in cap. 2. col. 2.* vbi latè Felin. *n. 12. de*
24 *fid. inſtrum.* ſic pulchrè Surd. *d. conſil.* 22. *n.* 30. 31.

Et tantò magis licitum eſt ire in hanc ſententiam, quia hoc caſu confeſſio dicti D. Iulij redditur inuеriſimilis, & non habet aliunde aliquod fomentũ veritatis, immò contradicit atteſtationi D. Bernardi Penſæ, quæ licèt non faciat fidem, niſi aduerſus ſcribentem, & partem aduerſam, ad cuius inſtantiam præſumitur facta, tamen negotium dictæ confeſſionis reddit inueriſimile, quia ille teſtatur ſoluiſſe pecunias dicto D. Hyppolito pro parte, & pro parte dicto D. Iulio; & tamen dictus D. Iulius in dicto inſtrumento dicit eas accepiſſe à dicto D. Bernardo: deinde dictus D. Bernardus teſtatur de ſolutione prædicta ex rogitu Dom. Pomponij Bertolacæ; & tamen facta perquiſitione in eius rogitibus, de hoc nihil repertum fuit: ergo inueriſimilis eſt huiuſmodi confeſſio: ergo habet imaginem falſitatis: latè Farinac. *in tract. de falſ. & ſimul. quæſt.* 152. *num.* 176. 177. vbi vide quod 25 ſufficit ad tollendam fidem dictæ D. Iulij confeſſioni, quia in ciuilibus ſuſpicio falſitatis habetur pro falſi- 26 tate. Arch. *in cap. memoriam, ad fin. diſt.* 19. Dec. *conſil.* 89. *col.* 1. Alba *conſil.* 99. *per totum.* Surd. *conſil.* 6. *num.* 4.

Augetur inueriſimilitudo, & fraudis, ac doli contrahentium ſuſpicio, & præſumptio, quia non fuerunt ſeruata pacta in inſtrumento cenſus ſtipulata, vt in caſu retrouenditionis illa non fieret, niſi cum ſcientia, & interuentu dicti D. Conſtantij, vel ſuorum, quia pecunia cenſuata erat illi obligata; id enim penitus fuit prætermiſſum, & tamen pacta honeſta erant ſeruanda, *l. 1. ff. de pact.* cum vulgaribus; & hoc ſanè validum erit pro in- 27 tereſſe dicti D. Conſtantij, & patiebat actionem tam perſonalem, quàm in rem ſcriptam, vt ex Rot. poſt Add. ad Cenc. *de cenſ. deciſ.* 85. *ante num.* 1. & ipſe Cenſ. *in add. ad tract. de cenſ. part. 2. cap. 2. quæſt. 5. art. 8. num.* 1. Ergo cenſus non eſt extinctus, quia extinctio fuit nul- 28 la: ergo adhuc fructus cenſus debentur, vt inquit Cyr. *contr.* 500. *n.* 30.

Accedat pro coronide, dictum cenſum adhuc viuere, quia non fuit retrouenditus; legatur enim, & iterum perlegatur dictum inſtrumentum liberationis, & nunquam aderunt verba, quibus ſignificetur, dictum D. Iu- 29 lium retrouendere dictum cenſum dictis hæredibus Penſæ, & tamen retrouenditio debet fieri expreſsè, non tacitè, vt Rota apud Boccat. *de cenſ. part. 2. num.* 158. Nam ad diſſoluendum contractum cenſus non ſufficit nuda voluntas, nec ſolus conſenſus contrahentium; ſed requiritur actus retroſimilis, ſcilicet retrouenditio, ad textum *in l. 1.* vbi Bald. & Salic. *quando lic. ab empt. diſc.* 30 & *in §. hoc amplius, Inſtit. quibus mod. toll. oblig.* gloſſa *in l. ab emptione*, vbi Bartol. & communiter DD. *C. de pact.* *Oſaſch. deciſ.* 25. *num.* 5. Surd. *conſ.* 52. *num.* 54. & *conſ.* 179. *num.* 28. Seraph. *d. deciſ.* 890. *num.* 1. Cenc. *in d. tract. de cenſ. part. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 1. num. 15. & art. 7. n.* 49. 50. & Rot. poſt eum *deciſ. 77. num.*.. & poſt Add. *deciſ.* 272. *num.* 1. & *deciſ.* 274. *num.* 2. Farin. *deciſ. recent.* 56. *num.* 1. 2. *p.* 2. Caualer. *deciſ.* 71. *num.* 3. Burat. *deciſ.* 645. *num.* 14. & pulchrè Rot. coram Lancellot. ſub die 28. Iunij 1574. vt apud Boccat. *de cenſ. part. 2. num.* 158. vbi inquit: *Fuit reſolutum non conſtare de extinctione cenſus ex quadam confeſſione de recepto certarum pecuniarum, quia cenſus fuit inſtitutus titulo emptionis; & cùm pretium fuerit ſo-* 31 *lutum in pecunia numerata, non ſufficit nuda voluntas, ſed requiritur actus priori ſimilis, videlicet retrouenditio;* & allegat iura prædicta.

Ergo non eſt extinctus dictus cenſus, ſed remanet viuus, prout erat ante inſtrumentum extinctionis, & potuit tranſire in dictum D. Mauritium, cùm non fuerit facta retrouenditio. Ludouiſ. *d. deciſ.* 156. *num.* 3. & *n.* 12. 32 nam retrouendere cenſum non eſt ſolutio eius, quod debetur, ſed eſt priorem contractum reſoluere. Cenc. *d. part 3. cap. 1. quæſt. 3. artic. 7. num.* 49. quod ex abundanti dictum ſit. Concludo igitur pronuntiandum eſſe, quod fuerit benè iudicatum in prima inſtantia. Et ita, ſaluo, &c.

## CAPVT CCXXXVII.

### EPITOME.

Hæres quando immittendus ſit in poſſeſſionem bonorum hæreditatis, non obſtante aliquo contradictore, *ex leg. fin. Cod. de edict. D. Adr. toll.*

### SVMMARIVM.

1 *Hæres eſt immittendus in poſſeſſionem bonorum, quæ defunctus tenebat tempore mortis.*
2 *Hæres immittendus eſt in poſſeſſionem eo ipſo, quod oſtendit teſtamentum non vitiatum.*
3 *Legis caſus vbi habetur, nihil vlteriùs eſt quærendum.*
4 *Hæres poteſt petere immiſſionem,* ex d.l. fin. *per ſpatium triginta annorum.*
5 *Hæres poteſt petere immiſſionem, etiam contra ſingulares rerum poſſeſſores.*
6 *Contradictor legitimus eſt, qui cum titulo poſſidet.*
7 *Contradictor eſt legitimus, qui acquiſiuit poſſeſſionem à teſtatore, vel eius hærede.*
8 *Contradictor legitimus non eſt, qui titulum acquiſiuit, & poſſeſſionem à tertio poſt mortem teſtatoris.*
9 *Contradictor legitimus debet habere parem titulum cum hærede, ſecus ſi habeat imparem.*
10 *Fideicommiſſarius non poſſidens non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredis.*
11 *Fideicommiſſarius etiam poſſidens non eſt legitimus contradictor, ſi hæres velit facere deductiones.*
12 *Hæres eſt immittendus non obſtante contradictione fideicommiſſarij, ſi facienda ſint detractiones.*
13 *Contradictor legitimus ſi extet contra hæredem, quomodo cauſa ſit tractanda.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

CEnſeo de iure, Illuſtriſſ. & M.R.D. Paulum de Silueſtris Archipresbyterum Nouellariæ, fore, & eſſe immittendum in realem poſſeſſionem prædij vocati, *la Gratiata*, tenti, & poſſeſſi à D. Peregrino Rubino, quia fuit de iuribus, & bonis tentis per D. Camillum Lanceum, & ab eo detinebatur pacificè eius mortis tempore, quod ſufficit, vt per Peregr. *de fideicomm. art.* 48. 1 *num.* 55. eo quod dictus D. Archipresbyter oſtenderit ſe eſſe hæredem prædicti D. Camilli ex teſtamento, quod produxit in authenticam formam, non cancellatum, neque abolitum, nec ex vlla ſuæ formæ parte vitiatum, hoc enim facto hæres eſt immittendus omnino in poſſeſſionem earum rerum, quæ fuerunt teſtatoris tempore mortis, adeo vt ſufficiat oſtendere teſtamentum non abolitum, in quo immittendus ſit hæres ſcriptus, vt benè ſancitum eſt *in l. fin.* vbi Bart. *num.* 15. Caſtr. *num.* 14. 2 *verſ. è conuerſo.* Mantua *num.* 197. Menoch. *num.* 50. & communiter DD. *Cod. de edict. D. Adr. toll.* provt hoc remedium fuiſſe intentatum colligitur ex libello D. Archipresbyteri, in proceſſu, *fol.* 5. 6. vnde cùm habeamus caſum legis, nihil vlterius eſt quærendum, *l. ancillæ, C. de* 3 *furt.* cum vulgaribus.

Nec obſtat quod dictus D. Archipresbyter diſtulerit per aliquot annos hoc remedium proponere, quia illius legis beneficiũ durat vſque ad triginta annos, ſicut omnia remedia in rem perſecutoria, vt per Peregr, *in tract. de fideicomm. art.* 48. *num.* 54. nec datur ſolùm pro conſe- 4 quenda vniuerſa hæreditate, ſed etiam contra ſingulares rerum poſſeſſores, vt hîc. Peregr. *d. art.* 48. *num.* 20.

Minùs obſtat, quod dictus D. Peregrinus poſſideat 5 dictam Diſgratiatam cum titulo, ſtante quod eam acquiſiuit, & emit à D. Franciſco Lancea; ſiquidem ille, qui cum titulo poſſidet, legitimus eſt contradictor ad 6 impediendam dictam immiſſionem, vt legitur *in d. l. fin.* vni omnes DD. *C. de edict. D. Adr. toll.*

Nam reſpondetur hoc procedere in illo, qui titulum, & poſſeſſionem acquiſiuit à teſtatore, vel ab eius hærede, vt per Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. rem.* 4. *num.* 583. ſe- 7 cus eſt, ſi poſt mortem teſtatoris ab alio nactus eſt titulum, & poſſeſſionem; tunc enim non dicitur legitimus contradictor, & non poteſt impedire hanc hæredis immiſſionem, vt pulchrè per Bald. *in d. l. fin. num.* 29. *ad fin.* 8 vbi Salic. *col.* 7. Dec. *n.* 42. *in fin.* Iacobin. *n.* 49. Zuccard. *num.* 398. Menoch. *num.* 604. *C. de edict. D. Adr. toll.* Alex. *conſ.* 4. *num.* 70. & *conſ.* 98. *num.* 8. *lib.* 2. Afflict. *deciſ.* 119. *num.* 6. *in fin.* Gozadin. *conſ.* 93. *num.* 14. Gabriel. *conſ.* 46. *num.* 1. *lib.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 47. *num.* 51. vbi alios allegat, latè Angel. *in tract. de legit. contradict. quæſt.* 7. *art.* 1. *numer.* 8. vbi tradit nullum adeſſe, qui in hoc aduerſetur, & concordat Cyriac. *contr. for.* 426. *numer.* 13.

Ad hoc enim vt poſſidens cum titulo poſſit impedi- 9 re hanc immiſſionem, oportet quod habeat titulum parem cum hærede, velut ſi eſſet hæres in alio teſtamento, adeò vt titulus ſit æquè potens. Menoch. *d. rem.* 4. *n.* 565. ſecus ſi poſſideat ex titulo impari, quia tunc non eſt legitimus contradictor contra immiſſionem hæredis. Bartol. *in d. l. fin. num.* 20. vbi Dec. *num.* 4. Zuccard. *numer.* 333. Menoch. *num.* 581. *Cod. de edict. D. Adr. toll.* Puteus *deciſ.* 302. *lib.* 1. Angel. *de leg. contradict. d. q.* 7. *art.* 1. *num.* 13. *& ſeq.* Sed ſic eſt, quod dictus Rubinus acquiſiuit titulum, & poſſeſſionem poſt mortem teſtatoris, non ab hærede, ſed à dicto D. Camillo: ergo non poteſt retardare hanc immiſſionem. Verùm nec D. Lanceus poteſt dici legitimus contradictor, dato etiam quod dicta Diſgratiata ſpectaret ad eum vigore fideicommiſſi; quia fideicommiſſarius, qui non poſſidet, non eſt legitimus contradictor ad hanc immiſſionem impediendam, vt per 10 textum *in l. filiam fratribus, ad Trebell.* tradunt Bart. *in d. l. fin. num.* 22. vbi Bald. *n.* 32. Caſtr. *n.* 13. Alber. *n.* 15. Salic. *num.* 21. Alex. *num.* 24. Corn. *n.* 43. Iaſ. *n.* 18. Dec. *num.* 40. & 48. Zuccard. *num.* 417. Menoch. *num.* 558. *Cod. de edict. D. Adr. toll.* Peregr. *conſ.* 24. *num.* 2. *lib.* 4. & *in tract. de fideicomm. art.* 47. *num.* 79. vbi quod fideicommiſſarius non poſſidens nunquam eſt legitimus contradictor. Rot. *deciſ. recent.* 115. *numer.* 2. *part.* 1. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 613. *numer.* 1. 2. vbi plurimos congerit, & docet id procedere, etiamſi in continenti ille vellet de iure ſuo probare: repetit Peregr. *d. tract. art.* 48. *num.* 33. ſic etiam latè Angel. *in tract. de legitim. contrad. quæſt.* 2. *art.* 10. *numer.* 248. & *quæſt.* 10. *num.* 12. 13.

Et dato etiam, quod poſſideret, adhuc fideicommiſſarius poſſidens non eſſet legitimus contradictor, ſi hæres petens immiſſionem vellet facere aliquas detractiones, vel deductiones, aut debitorum ſolutiones, quia etiamſi fideicommiſſarius incontinenti vellet de iure 11 ſuo docere, non poſſet hanc immiſſionem hæredis impedire. Bald. *in d. l. fin.* vbi Caſtr. *num.* 13. Alex. *num.* 24. Imol. *num.* 70. Lap. *num.* 106. Zuccard. *num.* 426. *Cod. de edict. D. Adr. toll.* Fuſar. *d. q.* 613. *num.* 9. Angel. *d. tract. q.* 10. *art.* 9. *num.* 127. & *art.* 11. *num.* 174. Sed hic prætendit hæres facere detractiones, ſeu deductiones reſpectu æqualitatis, ad quam petit diuiſiones eſſe reducendas, de qua quia alius Aduocatus fusè, & veridicè ſcribit, ego nihil addam: ergo dictus Lancea non poteſt hanc immiſſionem retardare, ſaltem pro illa parte, pro qua dictus D. Archipresbyter prætendit fieri æqualitatem, & eſſe creditorem causâ eiuſdem æqualitatis faciendæ, ad tradita per Angel. *d. quæſt.* 10. *art.* 9. *num.* 124. & 12 *q.* 11. *num.* 174. quotieſcumque enim per hæredem faciendæ



ſunt aliquæ detractiones, ſeu deductiones ad commodum hæredis, poſſeſſio fideicommiſſarij ſemper eſt vitioſa, & hæres conſtituendus eſt in poſſeſſione, ex Bertaz. *conſ. ciu.* 69. *num.* 41. & *conſ.* 117. *num.* 8. Decian. *conſil.* 85. *col.* 1. 2. *lib.* 2. Rim. Iun. *conſ.* 91. *num.* 25. 30. Peregr. *de fideicomm. art.* 47. *n.* 69. Ang. *d. quæſt.* 10. *art.* 11. *num.* 174. Ergo dictus D. Lancea non poteſt impedire hanc immiſſionem, ſtante quod hæres prætendit portiones eſſe reducendas ad æqualitatem, & ratione læſionis in diuiſionibus ipſum eſſe creditorem, & ius habere retinendi ſaltem in aliqua parte dictam Diſgratiatam, ſi illius poſſeſſionem haberet, donec partes ad æqualitatem reducantur, cùm non fuerit iuſtum vni tribuere bona libera, & alteri fideicommiſſario obnoxia, vt in allegationibus alterius Aduocati, cui me remitto. Verùm cùm dictus D. Lancea non poſſideat, nullo modo poteſt hanc immiſſionem retardare. Peregr. *d. art.* 47. *numer.* 79. Angel. *d. quæſt.* 10. *art.* 1. *numer.* 12.

Sed eſto, quod tam dictus Dom. Rubinus, quàm dictus D. Lancea poſſint dici legitimi contradictores, quia habent ius conſiderabile, non idcirco ſunt abſoluendi, ſed ſeruanda eſt forma *d. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* in qua diſponitur, quod exiſtente legitimo contradictore, tunc in iudicio competenti cauſæ in poſſeſſionem miſſionis, & ſubſecutæ contradictionis ventilentur, & ei poſſeſſio acquiratur, qui potiora ex legitimis modis iura oſtenderit, vt ibi tradunt omnes DD. hoc enim caſu, quando legitimus contradictor debet audiri, nihil eſt aliud, niſi quod ille impedit viam executiuam, & reducit proceſſum ad viam ordinariam, & ita poſſeſſorium 13 tractabitur admixtum cum petitorio, vt per Alber. *in d. l. fin. num.* 14. *verſ. aut contradictor.* vbi Ang. *col. pen. verſ. ſi verò contradictor.* Zuccard. *num.* 334. Menoch. *n.* 566. *Cod. de edict. Diui Adr. toll.* Bald. *conſ.* 126. *lib.* 3. Mohed. *deciſ.* 13. *vt lit. pend.* Angel. *d. tract. quæſt.* 7. *art.* 1. *num.* 11. & ſic priùs diſcutiendum eſſet, an verè dictus D. Archipresbyter poſſit legitimè prætendere dictas partes eſſe ad æqualitatem reducendas, & ſi in hoc bonum ius foueat, illi danda eſt immiſſio petita iuxta terminos dictæ legis finalis, in quo puto eum præualere rationibus ab altero aduocato adductis. Verùm quia neque dictus Rubinus, neque dictus D. Lancea ſunt verè legitimi contradictores, cùm hic non poſſideat, ille verò poſſeſſionem acquiſierit poſt mortem teſtatoris, ideò cenſeo eos non eſſe admittendos, ſed dictum D. Archipresbyterum eſſe immittendum in poſſeſſionem, iuxta petita. Et ita, ſaluo, &c.

## CAPVT CCXXXVIII.

### EPITOME.

Si certa ſpecies monetæ ſit in obligatione, an debeat ſolui eius æſtimatio tempore ſolutionis, ſecundùm edicta, vel curſum communem.

### SVMMARIVM.

1 *Debitor ſcutorum aureorum ponderis pilæ poteſt ſoluere in alia moneta.*
2 *Scutum ponderis pilæ hodie non reperitur, niſi fortè cum magna difficultate.*
3 *Scutum poteſt ſolui, vel eius æſtimatio.*
4 *Dupla aurea conſtituit duo ſcuta aurea.*
5 *Moneta vna non poteſt ſolui pro alia, ſi creditor damnum ſentiat.*
6 *Scutum ſi ſit in obligatione, non poteſt ſolui alia moneta in damnum creditoris.*
7 *Moneta obligata, ſi non reperitur, poteſt ſolui alia.*
8 *Solutio non poteſt fieri in alia moneta, quàm promiſſa, ſi adſit damnum creditoris.*
9 *Scuti rudis materia minoris valet, quàm ſcutum ipſum.*
10 *Moneta vna vt poſſit ſolui pro alia, oportet eſſe tantæ æſtimationis, vt poſſit illa emi.*
11 *Monetæ promiſſæ in ſpecie ſi non eſt mutata bonitas intrinſeca, debet ſolui eius æſtimatio, ſecundùm tempus ſolutionis, vel ipſa moneta.*
12 *Moneta ſoluenda ſi non reperitur, quid agendum.*
13 *Ducatonus ſi eſt in obligatione, quid ſolui debeat pro eo.*
14 *Monetæ promiſſæ in ſpecie augmentum, vel diminutio ſpectat ad creditorem.*
15 *Monetæ bonitas intrinſeca, vel extrinſeca quando mutata dicatur.*
16 *Monetarum in taxatione ſtandum eſt peritis in arte.*
17 *Monetæ deteriorationem allegans debet probare.*
18 *Legem probare non ſufficit, niſi probetur eſſe in viridi obſeruantia.*
19 *Legis non vſus probatur eo ipſo quod vſus non probatur.*
20 *Monetæ valor ſi mutetur, debet ſolui æſtimatio ſecundum tempus ſolutionis.*
21 *Monetæ augmentum quomodo, & quando ſolui debeat.*
22 *Scuti valor quomodo cognoſcatur.*
23 *Monetæ valorem edictum taxans, quando attendi debeat.*
24 *Scuta duo ſoluiſſe præcisè dicitur, qui vnam duplam ſoluit.*
25 *Dupla aurea efficit præcisè duo ſcuta aurea.*
27 *Monetam vnam ſi edictum taxet, quando aliam taxaſſe credatur.*
28 *Moneta vna aurea aucta, cenſetur aucta etiam alia eiuſdem bonitatis ad ratam.*
29 *Ducatonus aureus de Camera æſtimatur vno ſcuto aureo cum vno iulio.*
30 *Æſtimatio monetæ, quæ non reperitur, quomodo fiat.*
31 *Sententia præſumitur iuri conformis in dubio.*
32 *Sententia condemnans reum ad certam monetam, vel eius æſtimationem, quomodo intelligatur.*
33 *Sententia iudicis ita debet interpretari, vt reducatur ad iuſtum.*
34 *Iudex ſententiando cenſetur iudicaſſe prout debuit de iure.*
35 *Scutum debet ſolui, vel tanta pecunia, quæ faciat eius æſtimationem.*
36 *Obſeruantia in ſoluendo monetam eſt attendenda.*
37 *Moneta qualis fuerit, ſolutio declarat qualitatem obligationis.*
38 *Moneta certa ſi ſit in obligatione, non attenditur obſeruantia in ſoluendo.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

TEnentur conſortes de Riechettis pro quadam poſſeſſione emphyteutica ſoluere quotannis in feſto S. Michaëlis Eccleſiæ S. Dominici de Herbaria ſcuta quinquaginta auri in auro à pila, vt in actis ſic ex pacto, vt conſtat ex publico inueſtituræ inſtrumento.

Modò D. Sergius vnus ex prædictis conſortibus prætendit ſoluere dictum canonem in alia moneta, ad rationem librarum nouem cum dimidio monetæ Mutinenſis, iuxta taxam Principis multis ab hinc annis factam in publico edicto, dicens non teneri ſoluere præcisè ſcuta aurea ponderis pilæ, quia facilè non reperiuntur; ſed ſatis eſſe, ſi ſoluat valorem in alia moneta ſecundùm antiquam conſuetudinem, ex Bart. *in l. Paulus, numer.* 3. *ff. de ſolut.* Natt. *conſil.* 44. *numer.* 1. Ceph. *conſil.* 31. *numer.* 2. Cenc. *de cenſ. part.* 2. 1 *cap.* 2. *quæſt.* 4. *art.* 4. *num.* 12. 13. vbi alios cumulat; ſtante enim quod hodie ſcutum ponderis pilæ non reperitur, 2 niſi

niſi ſaltem cum magna difficultate, ſequitur, quod poſ-
ſit fieri ſolutio in alia ſpecie monetæ. Theſ. tract. de
aug. monet. part.1. n.82. Gratian. diſc.417. n.35. Cenc.
d. art.4. n.12. & hoc non videtur habere difficultatem
3 in caſu noſtro, ſtante ſententia condemnante alternati-
uè D. Sergium ad ſoluendum ſcutum, vel æſtimationem,
ex Grat. c.517. n.35.

His tamen non obſtantibus ego cenſeo dictum D. Ser-
gium teneri ad ſoluendum dictum ſcutum aureum, quod
principaliter eſt in obligatione, vel ſaltem eius valorem,
non iuxta taxationem edicti antiquam, ſed ſecundùm
æſtimationem à peritis factam, practicatam tempore
ſolutionis ad rationem ſcuti aurei Italiæ, cum diminu-
tione tamen duorum granorum, qui valutantur hodie
octo bologninis, ne Rector ex alia forma ſoluendi
damnum recipiat, ſtante quod propter augmentum
ſcuti aurei, ſecundùm quod regulatur etiam ſcutum
ponderis pilæ, nunc æſtimatio prædicta longè excedit
dictas libras nouem cum dimidia, valente ſcuto aureo
Italiæ libras vndecim, bol. 13. den.6. ſecundùm taxam,
quæ ſumitur ex vltimo edicto, in quo dupla æſtimatur
4 libris 23. 7. quæ in effectu conſtituit duos ſcutos au-
reos, vt per Scacc. tract. de commerc. §.2. gl.3. num.120.
& ſic amplius non eſt immorandum in pretio taxato in
illo antiquo edicto, quod amplius non eſt in vſu, & ſi
ſeruaretur, eſſet iniquum, eo quòd amplius illæ libræ
nouem cum dimidia non æquiualent ſcuto aureo pon-
deris pilæ.

Vt autem id clariùs pateat, animaduertendum puto,
quod tam de iure, quàm de conſuetudine non poteſt
ſolui vna ſpecies monetæ pro alia, quæ eſt in obligatio-
ne, ſi ex tali ſolutione creditor damnum ſentiat, vt pro-
bat textus in l. Paulus, vbi Bart. num.3. & communiter
5 DD. ff. de ſolut. Surd. conſ. 220. num. 19. latè Scacc. de
commerc. §.2. gl.3. num.112. & gl.5. num. 103. 104. 106.
115. vbi probat, quod creditor debet omnino conſer-
uari indemnis, ſi debitor vnius monetæ, vt hic, in alia
velit ſoluere.

Et quamvis conſuetudine receptum ſit, vt vna mo-
neta eiuſdem æſtimationis ſoluatur pro alia, hoc tamen
procedit, ſi id nihil interſit creditoris, & dummodo
non adſit pactum, ſeu conuentio de ſoluendo certam
6 monetam, vt hîc ſcutum aureum pilæ in auro: latiſſi-
mè Surd. conſil.242. n.3. & per totum. Theſaur. tract. de
aug. monet. p.1. n.80. verſ. ſed ſi certa ſpecies, Scacc. d. tract.
part.2. gl.3. n.12. vbi alios allegat, quem ſequitur Duard.
in tract. de cambiis q.25. n.15.

Nec obſtat, quod ſcutum aureum ponderis pilæ vel
non ſit in vſu, vel cum difficultate inueniatur; & ideò
liceat pro eo ſoluere aliam monetam eiuſdem valoris,
Cenc. de cenſ. part.2. cap.2. quæſt.4. art.4. num.112. vbi
7 multos allegat. Gratian. d. cap.94. num.71. Scacc. d. gloſ.3.
num. 114. & gloſ. 5. num.104. namque primò negamus
illas libras nouem cum dimidia tempore ſolutionis eſſe
eiuſdem valoris cum ſcuto aureo ponderis pilæ, vt
deponunt periti, & liquet ex valore ſecuti aurei de Ita-
lia, quo æſtimatur illud cum diminutione duorum gra-
norum; & ſupradicta concluſio, quod liceat ſoluere
vnam monetam pro alia, quando illa promiſſa cum
difficultate, aut nullo modo reperitur, procedit, & vera
eſt, dummodo inde nullum damnum creditori reſultet,
quia talis ſolutio ita demùm admittitur, vt nullum dam-
8 num afferatur creditori, ex d. l. Paulus, vbi DD. de ſolut.
Soc. Iun. conſ.101. num.3.4. & ſeqq. lib.3. vbi alios alle-
gat, & in puncto ſic declarat Rot. apud Cenc. de cenſ. p.1.
deciſ.219. num.7. Scacc. d. gl.5. num.104.106. Duard. d.
quæſt.25. num.15. Melch. Lotter. de re ben. lib.1. quæſt.39.
num. 202.

Sed ſic eſt, quod dictus Rector valdè damnificaretur,
ſi dictus Richettus ei ſolueret ſolùm libras nouem cum
dimidia pro ſcuto aureo ponderis pilæ, quod non eſt
mutatum in bonitate intrinſeca, ſed auctum quoad atti-
net ad valorem extrinſecum, quia non poſſet cum illis
emere dictum ſcutum, neque etiam cum additione va-
loris duorum granorum ſibi parare ſcutum aureum Ita-
liæ, quia illud valet libras 11. & bol. 13. 6. immò non
poſſet emere rudem materiam aurei illius ponderis pilæ
abſque aliqua forma, licèt certum ſit rudem materiam
ſcuti ſemper minoris æſtimari per expenſas, & lucra,
quæ faciunt Principes in cudendo, vt per Surd. conſ.285. 9
num.11.12. ad hoc enim vt creditor certæ ſpeciei mo-
netæ in ſolutione alterius conſeruetur indemnis, opor-
tet, vt pecunia, quæ ſoluitur, ſit tantæ æſtimationis, vt
cum ea poſſit emi, ſeu comparari ſcutum aureum pon- 10
deris pilæ, adeò vt æſtimatio pecuniæ, quæ cadit in ſo-
lutione, ſit eiuſdem pretij, cuius eſt ſcutum, quod eſt in
obligatione, conſiderato tempore ſolutionis, quando
non eſt mutata ſcuti, ſeu monetæ obligatæ bonitas in-
trinſeca, vt hic, quemadmodum bene tractat, & deci-
dit Rot. Rom. penes Cenc. de cenſ. p.1. deciſ. 216. n. 3. &
apud Burat. deciſ. 626. num. 7. vbi etiam quod aliàs
ita fuit deciſum, & dictus Lotter. d. quæſt. 39. nume-
ro 204. 207.

Etenim ſi monetæ obligatæ non eſt mutata bonitas
intrinſeca, admittunt omnes DD. ſoluendam eſſe illam
ſpeciem monetæ, quæ fuit promiſſa, vel eius valorem,
ſeu æſtimationem de tempore ſolutionis faciendæ, ex 11
Bart. & DD. in d. l. Paulus, de ſolut. Aret. conſ. 11. num.3.
Cagn. in l.2. Cod. de pact. inter empt. & vend. Benintend.
deciſ.39. verſ. aut deterioratio, & verſ. aut ſumus. Crauet.
conſ.47. numer.6. verſ. quarto loco. Theſaur. d. tractat. de
aug. monet. part.1. num.58. vbi quod hoc pactum ſecun-
dùm communem eſt factum fauore creditoris: Cyriac.
controu.261. num.2. latè Scacc. de commerc. d. §.2. gloſ. 5.
num.177. vbi plures allegat, & teſtatur de communi,
concludens, quod ſi moneta, quæ in ſpecie debetur, non
reperiatur, ideoque ſolutio eſſet facienda in alia mone-
ta, quæ reperitur, dandum eſſet tantùm de iſta, quanti 12
valeret illa moneta ſpecialis tempore ſolutionis, ſi re-
periretur; ſic etiam Rot. deciſ.216. num.2. & apud Fa-
rinac. deciſ. recent.149. n.5. part.2. & deciſ. poſthum.135.
num.2. & deciſ.49. num.1. & num.6. verſ. & ideo, part.2.
& apud Burat. deciſ.626. num. 6.7. vbi alios allegat, &
ad rem loquitur dicens, quod ſi penſio ſit reſerua-
ta in ducatis de Camera, cùm ipſi ducati adhuc re-
periantur, licèt in modico numero, ſolui debet vel in 13
ipſis ducatis, vel in tanta ſpecie alterius monetæ, ex
qua totidem ducati de Camera emi poſſint, ad
rem Cancer. var. reſolut. libr. 2. cap. 6. numer. 140.
ſic latè etiam Duard. de camb. quæſtion. 25. concluſ. 3.
numer. 7. & numer. 29. Lotter. d. quæſt. 39. num. 202.
204. 207.

Nec mirum, quia quando ſcutum eſt in obligatione,
vel certa ſpecies monetæ, ſi valor eius decreſcat, poteſt
debitor ſoluere ipſum ſcutum, vel valorem ſic diminu-
tum; ideò ſi augeatur, non debet liberari, niſi ſoluat
illud ſcutum, vel valorem ſecundùm tempus ſolutio-
nis, quia ſtat regula, quod quoties moneta deſtinata
ſolutioni augetur, vel minuitur in valore extrinſeco, vt
hîc, id totum cedit ad commodum, vel damnum illius, 14
cui facienda eſt ſolutio, vt tradidit Rot. poſt Cenc. de
cenſ. deciſ.219. num.9. in vna Cremonenſ. penſionis, 15. Iu-
nij 1598. coram Orano, & apud Farinac. deciſ. recent.149.
num.7. part.2. & tradunt Crauet. conſ.836. num.1. verſ. ar-
gumentis, Couar. in tract. de collat. veter. numiſm. cap.7.
§. vnic. num.2. verſ. quarta concluſio, ad fin. vbi de magis
communi. And. Gail. pract. obſ. lib.2. obſ.73. numer.9. Feli-
cian. de cenſ. tom.2. lib.4. cap. vnic. ſub numer.30. verſ. vbi
autem, Cenc. de cenſ. part.1. cap.2. quæſt.4. art.4. num.25.
Scacc. d. §.2. gloſ.5. num.177. & numer.181. latè Duard. de
camb. d. quæſt. 24. numer. 30. vbi id tale probat docens,
quod hoc caſu, tam augmentum, quàm diminutio
monetæ ſpectat ad creditorem. Lotter. d. quæſt. 39.
num.204.

In



In noſtro autem caſu non poteſt dici mutata bo-
nitas ſcuti aurei ponderis pilæ intrinſecè, quia eſt eadem
materia, & ſemper commenſuratur cum ſcuto aureo Ita-
liæ, facta diminutione duorum granorum; ſed immutatio
eſt in bonitate extrinſeca, quia exiſtente eadem materia
15 auri, valor pecuniæ augetur, vel minuitur ex decreto
Principis, vel ex vſu, vt quando exempli gratiâ ſcutum
valet ſolidis xx. & augetur vſque ad ſolidos xxv. vſu
communi, vel alio modo: ſic ex l. 1. & fin. Cod. de vet.
num. pond. lib.10. & l.1. ff. de contrahend. emption. Pur-
purat. conſ.522. num.34. Boſſ. in prax. crimin. tit. de monet.
num.2. in fin. pulchrè Cancer. var. reſolut. part. ſecunda,
cap.6. numer.143. & ad rem facit Duard. dict. quæſt.25.
num.40.

Et proptereà non eſt ſatis dicto Richetto ſoluere li-
bras nouem cum dimidia pro ſcuto ponderis pilæ, iuxta
edictum, quod non eſt in vſu, quia id non eſſet iuſtum
hoc tempore ob augmentum ſcuti aurei de Italia, ſiqui-
dem tempore ſolutionis non eſt poſſibile habere vnum
ſcutum aureum, etiam cum diminutione duorum gra-
norum pro pretio librarum nouem cum dimidia, vt ex
ſe liquet, & rei euidentia oſtendit; ergo non ſufficit
debitori illas libras ſoluere pro vno ſcuto aureo à pila,
ſed debet ſoluere æſtimationem à tribus peritis cam-
pſoribus factam in rationem ſcuti aurei de Italia cum
diminutione duorum granorum, vt deponunt teſtes,
quia in hac materia monetarum ſtandum eſt iudicio pe-
ritorum, & probis magiſtris, ſecundùm pondus, & con-
ſuetudinem cambij, cùm pretia rerum à communi vſu,
& voluntate æſtimationem recipiant, ſecundùm leg.
pretia rerum, ff. ad l. Falcid. & ideo etiam in materia
16 taxationis monetarum ſtandum eſt iudicio peritorum:
per gloſſam in Clement.2. de decim. vbi Imol. num.10. vbi
dicit debere fieri comparationem monetæ currentis
cum moneta antiqua, iuxta pondus, & conſuetudinem
cambij, quæ ſolet fieri communiter. Brun. de monet. in
princip. num.6. Sola eodem tractat. caſ.16. in fin. Couar.
dict. tractat. de coll. numiſm. cap.7. num.6. Vitalin. in dict.
Clement.2. numer.20. Boer. deciſ. 327. pulchrè Theſaur.
in dict. tractat. de aug. monet. parte ſecunda, numer. 22.
verſ. ſed valor, vbi docet valorem monetarum pro-
bari ſecundùm æſtimationem peritorum. Scacc. dict.
§. ſecundo, gloſ. quinta, numero 177. Melch. Lotter.
de re benef. libro primo, quæſtione trigeſima nona, nu-
mero 217. vbi quod id non poteſt probari, niſi per pe-
ritos.

Ideò non eſt diſcedendum ab æſtimatione dictorum
peritorum, ex quorum iudicio deſumitur etiam non
fuiſſe mutatam bonitatem intrinſecam ſcuti aurei, ſed
tantùm auctum fuiſſe pretium: verùm ſi quis talem de-
teriorationem, ſeu mutationem allegaret, ipſe eam pro-
bare teneretur. Corneus. conſ.181. num.73. verſ. his ta-
17 men, lib.2. Gabr. conſ.164. num.3. lib.1. Sola de monet. caſ.7.
num. 4. 5. Surd. conſil.438. num.5. pulchrè Lotter. dict.
q.39. n.216.

Ideo non obſtat edictum, quo taxantur ſcuti aurei
de pila libris nouem cum dimidia, quia illud non eſt
in obſeruantia ob augmentum ſcuti aurei de Italia, &
aliarum monetarum aurearum, tum ob alia edicta ſub-
ſequentia, tum ob conſuetudinem; non enim ſufficit
probare legem extare, niſi probetur eſſe in viridi ob-
ſeruantia, quia eſt quid facti, per textum in l. in bel-
lo, §. factæ, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Soc. Iun. con-
18 ſil.32. numer.47. & conſil.130. numer.26. lib.3. Cephal.
conſil.136. num.18. Dueñ. reg.38. parte prima, Cephal.
conſil.136. num. 18. Tuſch. littera L, concluſ. 257. nu-
mer. 5. 6. Menoch. de præſ. lib.2. præſ.2. numer.2.3. &
probatur non vſus eo ipſo, quod vſus non probatur.
Crauet. conſil. 298. numer.5. Veral. deciſ.204. numer.4.
19 & ſeq. Tuſch. d. concluſ. 257. num.6. verſ. & probatur,
& ex teſtium depoſitione ſatis probatur non eſſe in
vſu, dum probant practicatum fuiſſe, dictum ſcutum
æſtimari iuxta valorem ſcuti aurei de Italia cum dimi-
nutione duorum granorum; nec mirum, quia ſi poſt
edictum contingit mutatio, ſeu variatio monetæ con-
niuentibus ſuperioribus, debitor tenetur ſoluere æſti-
mationem iuxta communem curſum tempore ſolutio-
nis: ſic Theſaur. tractat. de aug. monet. part.2. nu-
mer.23. 24. pulchrè ad rem Scacc. d. §. 2. gloſ. 5. nu-
mer. 108. verſ. Item diceretur, vbi docet, quod credi- 20
tor diceretur damnum pati, ſi debitor offerret ſolutio-
nem monetæ, quæ eſſet æquiualens, attento valore
taxato in edicto; ſed eſſet inferior attento valore cur-
renti, ſeu vſuali, & practicato, vtpura ſi debitor eſſet
obligatus ſoluere ſcuta auri in auro Italiæ, quo-
rum valor in edicto taxatur libris 4. ſolidis 7. & ta-
men in currenti curſu valent libras 4. ſolidos 17. iſto
enim caſu debet attendi valor currens ſecundùm vſum,
& conſuetudinem, & non valor impoſitus ab edicto,
quod patiente etiam Principe populus non ſeruat: ſic
ille, & iuremeritò, quia non eſt credibile Principem 21
voluiſſe, vt quis pro vno ſcuto aureo cogatur reci-
pere pauciores ſolidos, quàm illi æquiualeant; & ideò
illud edictum debet intelligi ſtante curſu, & valore
monetarum, qui tunc currebat, non autem hodierno
tempore, ſtante augmento prædicto: ſic in terminis 22
declarat Soc. Iun. conſil. 101. num.9. lib.3. Si ergo valor
ſcuti aurei ponderis pilæ regulatur ſecundùm æſtima-
tionem ſcuti aurei de Italia, cum diminutione tamen
duorum granorum, vt ex aduerſo non negatur, & de-
ponunt periti, & illud longè excedit pretium nouem
librarum Mutinenſium cum dimidia, vtique non ſuffi-
cit debitori ſcuti aurei à pila ſoluere dictas libras no-
uem cum dimidia, quia tempore ſolutionis non æquiua-
lent dicto ſcuto, & ideo edictum non comprehendit
hunc caſum: ita pulchrè Scacc. dict. §.2. gloſ.3. n.116.
verſ. quæ reſponſio.

Et ſanè non debet attendi illud edictum, quia res
non eſt amplius in eodem ſtatu, quo erat tempore edi-
cti, quia tunc ſcutum à pila iuſtè æſtimabatur libris no-
uem cum dimidia, eò quod ſcutum aureum Italiæ pau-
lò pluris valebat, & ſolùm excedebat in ratione duo-
rum granorum. Verùm quia nunc valde auctum eſt, 23
tam ex vſu, quàm ex nouo, & vltimo edicto, in quo
duplæ aureæ æſtimantur libris 23. ſolidis 7. den. 4. ex
quibus deſumitur valor ſcuti aurei, vt euidenter pro-
batur, quia vna dupla aurea efficit, & continet ſcuta 24
duo aurea, adeò vt qui obligatus eſt ſoluere ſcuta aurea
præciſè, dicatur ſoluere determinatè in ſcutis aureis, ſi
ſoluat in duplis; & ſoluendo vnam duplam, dicitur
ſoluiſſe præciſè duo ſcuta, vt per Scacc. d. tractat. de
commerc. d. §. 2. gl. 3. numer. 120. Ergo iſta taxatio 25
erit communis etiam in ſcutis aureis ponderis pilæ,
& aliis cum moderamine duorum granorum; & ideò
ſicut edictum vltimum valutando duplam præciſè di-
citur æſtimaſſe ſcutum aureum Italiæ, ſeu alterius ge-
neris, ita virtualiter videtur taxaſſe ſcutum aureum 26
ponderis pilæ, quia hoc ab illo æſtimatur, vt ad rem 28
dixit Theſ. in d. tractat. de monet. p. 1. numer. 69. ad
fin. verſ. ego dicebam, vbi inquit, quod licèt edictum
non loqueretur, niſi de valore aurei, quia tamen ex eo
regulantur aliarum monetarum pretia, idem eſſet di-
cendum de aliis monetis: ad rem Scacc. d. gl. 3. nume-
ro 70. 71.

Nimis enim abſurdum eſſet, quod valde augeretur
pretium ſcuti aurei de Italia; & tamen ſcutum à pila,
quod duobus tantùm granis ab illo differt, ſemper rema-
neret in eodem pretio, cùm tamen debeat regulari ſe- 29
cundum valorem ſcuti aurei de Italia ratione materiæ, &
ponderis, & tantùm ſit dicere vnum ſcutum aureum de
Italia, quantùm vnum ſcutum à pila cum diminutione
duorum granorum: ſic ad rem facit Farin. deciſ. poſth.135.
n.4. verſ. quia fuit, p.1. ſi enim non reperiuntur ſcuta au-
rea à pila, vel ſunt in raro vſu, debet ſolui moneta æqui-
ualens

valens tempore ſolutionis, ſicut quando ducatus eſt in
obligatione, debet pro eo ſolui vnum ſcutum aureum
29 cum vno iulio pro quolibet ducato, quia tempore ſo-
lutionis id illi æquiualet, vt cenſuit Rot.Rom. in Luca-
na penſionis, 20. Iunij 1622. coram Pirouano, vt apud Bu-
rat. deciſ. 626. n. 8. Scacc. d. gl. 3. num. 70. 71. ad rem The-
ſaur. d. part. 2. num. 29. verſ. & propterea, pulchrè Gratian.
d. cap. 417. num. 16. 17. quod adeò verum eſt, vt non ſo-
lùm ſit ſoluenda æſtimatio illius monetæ antiquæ, quæ
non reperitur, vel non eſt in frequenti vſu, ſed etiam
ſoluenda ſit æſtimatio alterius monetæ, quâ illa æſtima-
batur: ſic Scacc. d. §. 2. gl. 5. num. 179. quod deſeruit pro-
30 poſito noſtro, vt ſolui debeat ſcutum aureum de Italia,
ſeu eius valor, habito tamen reſpectu ad diminutionem
duorum granorum pro ſcuto aureo ponderis pilæ, quod
rarò inuenitur.

Nec obſtat ſententia iudicis, qua reus alternatiuè
condemnatur ad ſoluendum ſcutum aureum, vel eius
æſtimationem, quia cùm non dicat de qua æſtimatio-
ne, debet intelligi de illa, quæ currit tempore ſolutio-
nis, vt iuri ſit conformis, ad tradita per Duard. d. q. 25.
31 num. 7. nec poteſt intelligi de illa, quæ taxatur in illo
edicto ad rationem librarum nouem cum dimidia, quia
reum condemnat iuxta liquidationem faciendam; ſi
enim intellexiſſet de illa æſtimatione, quæ taxatur in
illo edicto, non eſſet opus alia liquidatione, quia lex
per ſe eſt liquida, & ſemper loquitur: ergo debet intel-
ligi de illa æſtimatione, quæ fit ſine damno creditoris
tempore ſolutionis; quando enim aliquis eſt debitor
alicuius ſpeciei monetæ, poteſt iudex condemnare reum
ad ſoluendam illam monetam, vel eius æſtimationem
32 currentem tempore ſolutionis, offerendo id quod inter-
eſt creditoris ob non implementum; & ſic illa alter-
natiua intelligitur, dummodo creditor damnum non
patiatur, alioquin ſententia eſſet iniuſta, quod non
eſt dicendum: ſic benè, & latè probat Scacc. d. §. 2.
gloſſ. 3. numer. 111. verſ. infero, & numer. 112. 113. 114.
115. 116.

Et iure merito, quia ſententia iudicis debet ita inter-
pretari etiam impropriando verba, vt reducatur, & con-
tineat iuſtum, & non diſcrepet à iuſtitia, ad tradita per
Caſtr. conſ. 430. num. 2. verſ. primò quia, lib. 1. Tuſch. litte-
33 ra S, concluſ. 126. num. 114. immò iudex condemnando
conſetur ita iudicaſſe, prout de iure debuit, ſecundum
ſubiectam materiam: ita per textum in l. miles, §. decem,
ff. de re iudic. & l. 2. C. de noxal. docuit Anch. conſ. 6. nu-
mer. 7. Tuſch. littera V, concluſ. 97. num. 1. Crauet. con-
ſil. 74. num. 9. Surd. deciſ. 93. num. 25. in fin. & num. 26. Rot.
apud Farinac. deciſ. recent. 312. num. 10. part. 1. latè Scacc.
34 in tractat. de ſententia, & re iud. gl. 14. quæſt. 17. nu-
mer. 62. 63. & quæſt. 22. num. 2. ideò iudex videtur intel-
lexiſſe de æſtimatione currente tempore ſolutionis, iuxta
iudicium peritorum, qui iudicauerunt ſcutum aureum
à pila eſſe æſtimandum iuxta valorem ſcuti aurei
35 ſtamparum, cum diminutione duorum granorum; &
ideo vel debent, ſolui ſcuta aurea, vel tot pecuniæ ho-
die currentes, quæ faciant veram æſtimationem au-
rei, ad tradita per Socin. Iun. dict. conſil. 101. numer. 8. 9.
lib. 3.

Non obſtat, quod per longum tempus fuerit obſer-
uatum, vt ſcuti valor ſecundùm publicam iudicaturam
in alia moneta ſolueretur ad rationem prædictam, pro-
pter quod videtur præſcriptum ex ſpatio triginta anno-
36 rum, ex Gratian. diſc. 417. num. 73. Nam reſpondetur
hæc procedere, quando tractatur de declaratione actus
ambigui, & ſumus in dubio, qualis præceſſerit obliga-
tio, quia tunc ex forma ſolutionis declaratur præcedens
37 obligatio ambigua: ſic Grat. d. diſc. 417. n. 26. Scacc. d.
§. 2. gl. 3. num. 119. verſ. quia reſpondeo; ſecus eſt quan-
do clara ſunt verba obligationis, vt hic, vbi promiſſus
fuit canon ſcutorum quinquaginta auri à pila in auro,
quia tunc ſtante certitudine, ſolutio facienda eſt iuxta
formam obligationis, nec ex ſolutionibus factis po-
teſt oriri obſeruantia interpretatiua, cùm verba obliga-
tionis ſint clara, ex Surd. conſ. 220. num. 18. & conſ. 224.
num. 14. in fin. lib. 2. Gratian. d. cap. 417. num. 22. & nu-
mer. 26. Scacc. d. §. 2. gl. 3. num. 118. & num. 119. verſ. quia
reſpondeo. Quod dictum ſit ex abundanti, quia non
video probatam aliquam longam obſeruantiam vni-
formem, vt poſſit dici lapſum eſſe tempus quadraginta
annorum in tali vniformitate, vt ſupponitur perperam
ex aduerſo: ſic igitur, vt dictum eſt, concludo, & iuris
eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

---

## CAPVT CCXXXIX.

### EPITOME.

Minor viginti-quatuor annis an poſſit habere beneficium ſimplex, vel Canonicatum ex mente fundatoris.

### SVMMARIVM.

1 *Ætas vigintiquatuor annorum inceptorum requiritur ad obtinendum beneficium ſimplex.*
2 *Laicus eſt incapax beneficij Eccleſiaſtici.*
3 *Canonicus debet eſſe in ætate, vt poſſit ſacris initiari.*
4 *Laicus non poteſt præſentari ad beneficia Eccleſiaſtica.*
5 *Ordo Acolythatus requirit ætatem duodecim annorum.*
6 *Prima tonſura, & ordines minores poſſunt conferri puero ſeptenni, & etiam beneficia de iure communi.*
7 *Fundator beneficij poteſt in fundatione apponere quaſcumque conditiones, etiam iuri contrarias.*
8 *Beneficia Eccleſiaſtica non poſſunt conferri puero minori quatuordecim annis, ſaltem inceptis.*
9 *Beneficium Eccleſiaſticum poteſt conferi ſeptenni, & minori quatuordecim annis, ex lege fundationis.*
10 *Clericus puer, & minorum ordinum poteſt præſentari, ſic diſponente fundatore.*
11 *Septennis eſt capax beneficij Eccleſiaſtici ex fundatione.*
12 *Puer ſeptennis poteſt ordinari.*
13 *Fundator etiam tacitè poteſt diſponere, vt puero ſeptenni conferatur beneficium.*
14 *Antecedens qui vult, vult etiam omne conſequens neceſſarium.*
15 *Canonici Cathedralis Eccleſiæ cuius ætatis eſſe debeant.*
16 *Canonicus Collegiatæ poteſt eſſe puer ſeptennis de iure communi ante Concilium.*
17 *Canonicus Collegiatæ poteſt eſſe puer ſeptennis ex lege fundationis.*
18 *Canonicus Collegiatæ poteſt eſſe, qui habet quatuordecim annos inceptos.*
19 *Canonicatus Collegiatæ, & beneficia ſimplicia quoad ætatem pariſicantur.*
20 *Æquiparatorum eadem eſt diſpoſitio.*
21 *Cappellaniæ laicorum de iurepatronatus poſſunt conferri minori quatuordecim annis.*
22 *Laicus propriè non poteſt præſentari ad beneficia, vt inſtituatur.*
23 *Præſentatio laici poteſt fieri ſub conditione, ſi ordinabitur.*
24 *Fundationis tenor eſt ſemper attendendus.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1630. R. D. Alexander de Bonattis Guaſtal-
lenſis in ſuo teſtamento, & codicillis fundauit duos
Canonicatus, & præbendas erigendas in Collegiata in-
ſigni illius loci; & caſu quo impediretur hæc eius volun-
tas, creauit duas Capellanias amouibiles, & manuales
Eccleſiaſticas; & voluit eas eſſe de iurepatronatus ſuo-
rum



tum hæredem, ac præſentari ad eas Sacerdotes ex de-
ſcendentibus illorum, quibus non exiſtentibus, man-
dauit præſentari ſacris initiatos, & his quoque deficien-
tibus, diſpoſuit præſentari clericos ordinatos, vel or-
dinandos minoribus ordinibus. Modò vnus ex hære-
dibus dicti fundatoris intendit præſentare, ſeu nomina-
re vnum ex filiis ſuis, annorum octo, mox initiandum
primâ tonſurâ, & minoribus ordinibus; quæritur, an id
facere poſſit, & ſi fiat, an valida ſit præſentatio, ſeu no-
minatio.

Et ſanè prima facie videbatur dicendum inualidam
eſſe præſentationem, quia ille puer non habet legiti-
mam ætatem, ſiquidem ad obtinendum quodcumque
beneficium ſimplex requiritur ætas, ſaltem quatuor-
decim annorum inceptorum, ex Concilio Trid. ſeſſ. 13.
1 cap. 6. de reform. vbi benè Barboſ. in collect. n. 2. & cùm ſit
2 laicus, eſt incapax beneficij, ex textu in c. adeo, de reſcr.

Immò quatenus dicta beneficia erigantur in Cano-
nicatus videtur neceſſaria maior ætas, vt ſaltem poſſit
3 ſacris initiari, ex Concilio Trident. ſeſſ. 24. c. 12. verſ.
4 neminem, de reform. Ergo non eſt admittenda præſen-
tatio, & facta non valet. Barboſ. de off. Epiſc. p. 3. alleg.
60. n. 75.

His tamen non obſtantibus, cenſeo validam eſſe præ-
ſentationem, ſeu nominationem, dummodo non exi-
ſtant Sacerdotes, vel ſacris initiati ex deſcendentibus
hæredum fundatoris, & ipſe ordinetur antequam inſti-
tuatur, quia ipſe teſtator voluit admitti clericos mino-
rum Ordinum, quos ſatis conſtat poſſe ordinari ſtatim
expleto ſeptennio: nam licèt ad Acolythatum requira-
tur ætas duodecim annorum completorum, Viuian. de
5 iurepatr. lib. 1. cap. 1. num. 177. & lib. 13. cap. 9. num. 16.
verſ. vbi ait, tamen ad alios ordines minores non eſt ne-
ceſſarium tantum tempus, adeò vt puer ſeptem anno-
rum perfectorum poſſit initiari primâ conſurâ, & tribus
6 minoribus ordinibus, & beneficia habere ſimplicia de
iure communi, ante Concilium Trid. vt ex c. de his, 28.
diſtinct. c. in ſingulis, c. cuicumque, diſt. 77. pulchrè gloſſa
in cap. ſuper inordinata, in verb. pueri, verſ. dicas, de præ-
bend. & Dignit. Abb. in cap. prætereà, num. 6. 7. de ætat.
& qual. Gem. in d. cap. de his, Felin. in cap. cùm vigeſi-
mum, n. 10. de off. & poteſt. iudic. deleg. pulchrè Rot. apud
Farin. deciſ. recent. 194. num. 2. in fin. part. 2. ſequitur
latè Garz. de benef. part. 5. cap. 4. num. 4. 6. 7. vbi mul-
tos allegat. Viuian. d. tractat. de iurep. lib. 1. num. 187.
Melch. Lotter. de re benef. lib. 2. c. 49. n. 11. 12.

Idque potuit fundator diſponere, vt etiam minor 14.
annorum poſſit beneficium Eccleſiaſticum obtinere,
quia ei licet in fundatione apponere quaſcumque le-
ges, & conditiones etiam iuri communi contrarias, ex
7 textu in c. prætereà, de iurepatr. cap. quantò de cenſ. Roch. de
Curt. tract. de iurep. verſ. pro eo quod, numero 25. & ſeqq.
Concilium Trident. ſeſſ. 25. cap. 4. de reform. Burat. de-
ciſ. 21. n. 3. & ſeqq. in terminis circa ætatem Rot. d. deciſ.
194. num. 1. verſ. poteſt, part. 2. & Lotter. dict. tractat. lib. 1.
cap. 32. n. 34. 35.

Et licèt quoad beneficia obtinenda dictum Conci-
lium Trident. immutauerit ius commune, ſtatuens, vt
ad obtinendum beneficium ſimplex, requiratur ætas
quatuordecim annorum cœptorum, tamen illud non
8 procedit in beneficiis de iurepatronatus laicorum, in
quibus teſtator in fundatione aliter diſpoſuit, & man-
dauit admitti poſſe etiam clericum minorum ordinum,
vel minoris ætatis annorum quatuordecim, quia Con-
cilium non derogauit fundationi (tunc enim ſatis eſt,
ſi præſentandus excedat ſeptimum annum, vt ſæpius
fuit deciſum à Rota Rom. & à Sacra Congr. Concilij
Tridentini, declarante, ſtante verbo fundationis, non
requiri ætatem quatuordecim annorum ad obtinendum
beneficium; ſic enim declarauit S. C. ſub die 2. Iulij
9 1579. vt apud Rot. deciſ. 482. num. 3. in fin. part. 2. Ricc.
in collect. part. 1. deciſ. 860. verſ. nunc limita. Gonzal. ad
reg. 8. Cancell. de Menſ. & Altern. gl. 5. n. 91. Garz. de be-
nef. d. cap. 4. n. 10. Campan. in diuerſ. iur. can. rub. 7. cap. 7.
num. 2. in fin. Nouar. in ſingul. canon. concluſ. de materia,
num. 5. Maſſobr. requiſit. 7. dub. 10. num. 4. Barboſ. de offic.
Epiſc. part. 3. alleg. 60. n. 77. & in collect. ad Concil. Trident.
ſeſſ. 23. cap. 6. n. 7. 8. vbi teſtatur fuiſſe deciſum, quod
fundans beneficium ita, vt illius Rector debeat eſſe Sa-
cerdos, his demptis, qui forent de ſua progenie, quos
voluit eligi poſſe, etiamſi non eſſent niſi in minoribus,
& puri clerici, poterit præſentare filium ſuum, qui cle-
ricus in aliquo ſaltem ex minoribus ordinibus conſtitu- 10
tus, & alioquin idoneus reperiatur, etiamſi decimum
ſuæ ætatis annum non exceſſerit: & ita fuiſſe à S. C.
Concilij declaratum teſtatur etiam Rot. apud Farin. d.
deciſ. 194. n. 1. part. 2. Melch. Lotter. de re benef. lib. 1. cap.
32. n. 35. & lib. 2. cap. 49. n. 18. & ego dixi in controu. forenſ.
lib. 1. cap. 53. n. 51. 52. vbi quod ſtantibus prædictis, puer
ſeptennis erit capax beneficij, ob legem fundationis, non
obſtante Concilio Trident. quod non derogat funda- 11
tioni; & propterea recurrendum eſt ad ius commune,
quo attento puer ſeptennis poteſt ordinari, & beneficia 12
ſimplicia obtinere: ex gloſſa in d. cap. ſuper inordinata,
vbi Franc. & communiter DD. de præb. Garz. d. cap. 4.
num. 4. 6. 7. Lotter. d. cap. 49. n. 11. 12.

Non obſtat, quod fundator noſter non dixerit expreſ-
sè, minorem quatuordecim annorū poſſe præſentari ad
ſua beneficia, quia ſufficit tacita diſpoſitio, & quod id
colligi poſſit ex verbis eius, dum voluit poſſe eligi cleri-
cum ordinatum, vel ordinandum minoribus ordinibus;
cùm enim minores ordinationes poſſint conferri ſtatim
expleto ſeptennio, Garz. d. cap. 4. n. 7. & vt vidimus, ſe-
quitur quod etiam eo tempore voluerit teſtator eum poſ-
ſe præſentari ad dicta beneficia, & illa habere, vt colli-
gitur ex dicto decreto S. C. vbi benè declaratur ſatis eſ-
ſe, quod ille ſit in aliquo ſaltem ex minoribus ordinibus,
etiamſi non excedat decimum annum, vt eſt puer ſe- 13
ptennis: ſic pulchrè Rot. penes Farin. in recent. deciſ. 194.
num. 1. verſ. quod autem, part. 2. Maſſobr. dict. dub. 12. n. 4.
Barboſ. ad Concil. Trident. d. cap. 6. n. 8. & ego dixi d. con-
trou. 53. n. 51. verſ. Sacra Congregatio; etenim qui vult
antecedens, vult etiam omne neceſſarium conſequens, &
è contra, l. 2. ff. de iuriſd. om. iud. l. 1. §. fin. ff. de off. eius, §. li-
cèt, in fin. Inſt. ex quibus cauſ. manum. licet. Surd. conſ. 310. 14
n. 11. Ludouicus Sacca conſ. 145. n. 16. lib. 2.

Non obſtat, quod in Canonicatibus videatur requi-
ri maior ætas, etiam quatuordecim annorum, ex Conci-
lio Trident. d. ſeſſ. 24. c. 12. verſ. neminem, de reform. quia 15
illud procedit in Canonicatibus Eccleſiarum Cathedra-
lium, vt ſonant verba ipſius Concilij, ſecus eſt in Ca-
nonicatibus Eccleſiæ Collegiatæ, in qua de iure com-
muni ante Concilium ſufficiebat ætas ſeptem annorum,
tam ad obtinendum Canonicatum, quàm beneficium
ſimplex; & licèt non haberet vocem in Capitulo, tamen
ſeptennis poterat eſſe Canonicus, vt ex Abb. in d. c. præ-
tereà, num. 6. verſ. in Canonicis autem de ætat. & qual. Ar- 16
chid. d. cap. de iis, diſt. 28. Garz. d. cap. 4. n. 15. 16. & Mel-
chior. Lotter. de re benef. lib. 2. cap. 49. n. 13. & ſic quoad
requiſitū ætatis non eſt differentia inter Canonicatū, &
beneficium ſimplex, vtrumque enim poterat ante Con-
cilium Trid. obtineri ſtatim poſt ſeptennium, & nunc
ſtante Concilio prædicto illicò cœpto decimoquarto an- 17
no, & ſtante fundatione rurſus reuertimur ad ius com-
mune.

Et quamvis ex Concilio Trid. d. c. 12. ad Canonica-
tum Cathedralis requiratur ætas ſaltem neceſſaria ad or-
dinem ſacrum ſuſcipiendum, tamen illud non procedit
in Canonicatu Eccleſiæ Collegiatæ, etiam inſignis, quia 18
in hoc ſatis erit annus decimuſquartus inceptus, ſicut
in aliis ſimplicibus, vt benè probat Garz. d. tract. de be-
nef. part. 7. capit. 4. n. 39. vbi alios allegat: Gonz. ad reg.
octauam Cancell. d. gl. 5. num. 92. 96. 97. Barboſ. de Cano-
nic. c. 13. num. 14. & ad Conc. Trid. in collect. ſeſſ. 23. cap. 6.
num. 4.

*num.4. de reform.* & *de off. Epiſc.p.3.alleg.* 60. *n.*61. vbi probat prædictum Concilium Trid. nihil innouaſſe circa ætatem in Canonicatibus Collegiatarum : ſic etiam Viuian. *in tract. de iurepatr. lib.*1. *cap.*1. *n.*191. *verſ.ita & in Canonicatibus.*

Quo ſtante, ſicut Concilium Trid. requirens ætatem quatuordecim annorum in obtinente beneficium ſimplex, non habet locum, ſi in fundatione aliter cautum ſit, vt vidimus; ita non habebit locum in obtinente Canonicatum Eccleſiæ Collegiatæ, quia à pari pro-
19 cedunt, vt benè colligitur ex Viuian.*de iurep.lib.*1.*cap.*1. *num.*191. Lotter.*d. c.*49.*num.*13. Siquidem in requiſito ætatis nulla adeſt inter illa differentia, & æquiparatorum eadem eſt natura, & diſpoſitum in vno, habet lo-
20 cum in altero, ex textu *in* §. *ex his autem*, *Inſt. de hære.l. quæ ab inteſt .def.l.* 1. vbi DD. *de leg.* 1. Surd. *conſ.* 200. *n.* 10. cum vulgaribus: vnde ſi hæc ætas ſufficit ſtante fundatione ad obtinendum Canonicatum, & beneficium ſimplex, multò magis ſufficiet ad conſequendum has Capellanias amouibiles, vt inquit ad rem Gonz.*dict. gloſ.*5. *n.*99.*verſ.ſi igitur.*

Immò poſſet dici, quod Concilium Tridentinum requirens ætatem annorum quatuordecim in obtinendo beneficio ſimplici, non habeat locum in Capellaniis amouibilibus, & laicalibus, quæ fundari ſolent abſque
21 conſenſu ſuperiorum, vt hîc, & ſunt de iurepatronatus laicorum pro illis de parentela, vt declarauit S.C.Concilij, & deciſum refert Rot.*diuerſ.deciſ.*482.*in fin.part.*1. teſte Gonz.*d.gl.*5.*n.*27.Barboſ. *ad Concil.Trident.d. ſeſſ.* 23.*c* 6.*n.*3.*de reform.* & hoc dictum ſit ex abundanti.

Non obſtat, quod puer iſte nondum ſit ordinatus, & tanquam laicus non poſſit præſentari. Nam reſpondetur, duplicem eſſe præſentationem, alteram, quæ propriè dicitur talis, quando verificato iam iurepatronatu, & ſeruatis ſeruandis, clericus præſentatur ſuperiori, vt inſtituatur; & in his terminis verum eſt, quod laicus non poteſt præſentari, etiamſi ſtatim eſſet clericandus:
22 Barboſ.*d. alleg.* 60. *num.* 77. *ad fin.* Burat. *deciſione* 21. *num.*21. Altera eſt præſentatio impropriè talis, quæ fit, quando ante omnia patronus nominat perſonam ſuo tempore inſtituendam ſub conditione tacita, vel expreſſa, quatenus perſona nominata mox ante inſtitutionem ordinetur; talis enim præſentatio, ſeu nominatio, cùm tribuat ius in re, admittitur, & eſt valida, ſi poſtea
23 ille recipiat ordines, vt cenſuit Rota coram Orano, 19. Nouembris 1584. & in vna Burgenſ. 19. Nouembris 1588.coram Peña, teſte Barboſ. *de off.Epiſc.part.*3.*alleg.*60.*num.*77. *in fin.* Burat. *d. deciſ.* 21. *num.* 21. *in fin.* latè Garz.*de benef. d.part.*7. *cap.*1. *n.*28.29.30. vbi vide. Ricc. *in prax. for.Eccl.p.*1.*reſol.*51.*n.*3. vbi ſic ex mente Rotæ reſpondet, dicens ex aduerſo allegata eſſe intelligenda de præſentatione propriè dicta, quando præſentatus inſtitutionem eſt recepturus, ſecus eſt, ſi poſt præſentationem, ſeu nominationem expectatur congruè, vt præſentatus legitimè ordinetur: & ita etiam ſentire videtur Viuian. *d. tract.lib.*6.*c.*1.*n.*15. ſi bene conſideretur, & hoc non videtur habere difficultatem in caſu noſtro, vbi fundator dixit præſentandum eſſe ordinatum, vel ordinandum: ergo etiam ante ordinationes ſuſceptas poteſt fieri præſentatio, & nemini eſt dubium, quin in hoc debeat attendi tenor fundationis, vt ſem-
24 per ſolet fieri, vt ex Bald.*in conſ.*322. *lib.*2. Alex. *conſ.* 170. *n.*5.*lib.*2. Alban. *conſ.*15.*n.*4. inquit bene Ricc. *in tract.de nouiſſ.prob.iuriſp.reſol.* 174. *n.* 1. Viuian.*d. tract. p.*1.*lib.*4.*n.*3. Rota apud Farin. *deciſ.poſth.*571.*num.*2. *in fin. part.*1. & ego dixi *in contr.* 107.*num.*43. Et ita, &c. Saluo, &c.

# CAPVT CCXL.

## EPITOME.

Simulationis exceptio an admittatur, vbi contractus eſt firmatus iuramento aſſertorio, & confirmatorio.

## SVMMARIVM.

1 *Numeratio pecuniæ quibus verbis probetur.*
2 *Inſtrumentum eſt probatio euidens, & habet præſumptionem veritatis.*
3 *Inſtrumentum guarentigiatum quodnam dicatur.*
4 *Exceptio dotis non numeratæ non opponitur contra Inſtrumentum guarentigiatum.*
5 *Dotis receptæ confeſſio an noceat marito, vel etiam creditoribus.*
6 *Sponſus an poſſit donare ſponſæ pecunias, quas poſteà in dotem recipiat.*
7 *Donatio ſponſi facta ſponſæ quando valeat.*
8 *Sponſus poteſt augere dotem ſponſæ ante nuptias.*
9 *Dotis augmentum quodnam dicatur.*
10 *Maritus poteſt facere augmentum dotis.*
11 *Marito licet ita augere dotem, vt augmentum non ſit donatio propter nuptias.*
12 *Maritus ſenex poteſt donare ſponſæ in augmentum dotis, & irreuocabiliter.*
13 *Donatio à viro ſene facta ſponſæ iuueni quomodo valeat.*
14 *Exceptio dotis non numeratæ quando ceſſet.*
15 *Confeſſio dotis receptæ quando non cenſeatur facta ſub ſpe numerationis.*
16 *Datum ex cauſa dotis non poteſt repeti.*
17 *Iurans, & ſoluens quando non poſſit repetere.*
18 *Donatio inter virum, & vxorem, vel dilata in tempus matrimonij eſt nulla.*
19 *Donatio inter virum, & vxorem iuramento confirmatur.*
20 *Donatio inter ſponſum, & ſponſam iure communi valet.*
21 *Statutum Regij prohibet donare ſponſæ, & vxori, & an verum ſit.*
22 *Donatio inter ſponſos an prohibeatur ſtatuto Regij.*
23 *Dos non eſt propriè ante matrimonium.*
24 *Vxoris appellatione non venit ſponſa.*
25 *Sponſa non comprehenditur ſtatuto de vxore loquente.*
26 *Statuti verba debent intelligi in proprio, & potiori ſignificatu.*
27 *Sponſa non venit nomine vxoris niſi per interpretationem extenſiuam.*
28 *Sponſa non comprehenditur nomine vxoris, in ſui præiudicium.*
29 *Statutum Regij de donationibus propter nuptias non trahitur ab vno correlatiuo ad aliud.*
30 *Donatio propter nuptias poteſt fieri etiam poſt matrimonium.*
31 *Statutum Regij* cap.81.lib.2. *quomodo intelligatur.*
32 *Statuta Regij debent intelligi ſine gloſſatione.*
33 *Argumentum non valet à ſtatuto fauorabili ad odioſum.*
34 *Statutum vnum interpretatur aliud, & quando.*
35 *Statutum Regij de donationibus nuptialibus, intelligitur de donatione pura, & ſimplici.*
36 *Donatione prohibita, non cenſetur vetita, quæ fit in augmentum dotis.*
37 *Donatio cauſà matrimonij non eſt ſimplex, ſed ob cauſam.*
38 *Confeſſio dotis receptæ eſt executio donationis promiſſæ ob matrimonium.*





39 *Donatio facta à ſponſo ſene ſponſæ iuueni, eſt potiùs compenſatio, & remuneratio.*
40 *Statutum prohibens donationem ſponſæ non habet locum in ea, quæ fit ex cauſa matrimonij.*
41 *Statutum etiam vniuerſale non comprehendit cauſam dotis.*
42 *Statutum prohibens donationem non comprehendit iuratam.*
43 *Clauſula poſita in fine inſtrumenti refertur ad omnia præcedentia.*
44 *Iuramentum confirmans donationem refertur ad expreſſam, non præſumptam.*
45 *Donatio reſultans ex confeſſione dotis receptæ non firmatur iuramento aſſertorio.*
46 *Donatio præſumpta ex confeſſione dotis receptæ validatur iuramento aſſertorio, & confirmatorio.*
47 *Simulatio non poteſt allegari, concurrente iuramento aſſertorio, & confirmatorio.*
48 *Clauſula iuramenti refertur ad omnia in inſtrumento contenta.*
49 *Clauſula iuramenti ſe extendit ad omnia, quæ ex actu deſcendunt.*
50 *Expreſſum dicitur, quod colligitur ex verbis expreſſis.*
51 *Simulatus contractus non firmatur iuramento, & quando.*
52 *Contractus ſimulatus quando firmetur iuramento.*
*Iuramentum eſt perſonale quoad periurium, reale quoad obſeruantiam, ideò tranſit ad hæredes.*
53 *Donatio inter virum, & vxorem morte confirmatur.*
54 *Donatio morte confirmata non annullatur à ſtatuto prohibente legare.*
55 *Confeſſio de dote recepta eſt valida, ſecundùm ſtatutum Regij.*
56 *Iuramentum duplex impedit exceptionem ſimulationis.*
57 *Clauſula*, pro iurato, *operatur omnes effectus iuramenti, excepto periurio, & foro.*
58 *Clauſula*, pro iurato, *non validat, quæ aliàs non valerent.*
59 *Simulatio ſemper opponi poteſt.*
60 *Sponſus poteſt dare ſponſæ pecunias, quas in dotem recipere debet.*
61 *Donatio facta ſponſæ valet.*
62 *Donatio ſolo conſenſu perficitur.*
63 *Fraude ceſſante non adeſt ſimulatio.*
64 *Donatio ex cauſa dotis, vel matrimonij nullas requirit ſolmnitates.*
65 *Simulatio de vno contractu ad alium quando fieri poſſit.*
66 *Clauſulæ*, pro iurato, *vis, & efficacia.*
67 *Decretum ducale de non iurando in contractibus, quando factum, & quid contineat.*
68 *Iuramentum poteſt præſtari quibuſcumque verbis.*
69 *Iuramentum quomodo præſtetur, & an ſit neceſſe tangegere Euangelia.*
70 *Iuramentum in forma communi an validet actum nullum.*
71 *Iuramentum ad validandum actum quomodo præſtari debeat.*
72 *Verbum*, firment, *quid ſignificet, & importet.*
73 *Clauſula*, pro iurato, *quid operetur.*
74 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
75 *Omne qui dicit, nihil excludit.*
76 *Exceptio in vno firmat regulam in aliis.*
77 *Iuramentum firmat actum nullum.*
78 *Iuramentum facit de foro Eccleſiæ.*
79 *Cauſa expreſſa in prooemio cenſetur finalis.*
80 *Qui vult conſequens, vult etiam antecedens.*
81 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*
82 *Minorum contractus non valent ſine decreto iudicis.*



83 *Iuramentum validat contractum minoris ſine decreto.*
84 *Contractus nullus an validetur per clauſulam*, pro iurato.
85 *Clauſula*, pro iurato, *nihil operatur, vbi iuramentum non validat contractum.*
86 *Iuramentum quando non obliget.*
87 *Contractus nullus, quando debeat ſeruari ob iuramentum.*
88 *Iuramentum quando tranſeat ad hæredes.*
89 *Periurio ſublato, an contractus remaneat nullus.*
90 *Abſolutio à iuramento an faciat contractum validatum redire ad nullitatem.*
91 *Exceptio ſimulationis, & dotis non numeratæ quando poſſit opponi.*
92 *Articuli plenè probant contra articulantem.*
93 *Simulatio permiſſa quæ.*
94 *Simulatio poteſt opponi, obtenta abſolutione à iuramento.*
95 *Statutum loquens in genere operatur in qualibet ſpecie.*
96 *Decretum ſuper clauſula*, pro iurato, *quid operetur.*
97 *Specialium plurium concurſus quando toleretur.*
98 *Iuramentum ſupplet defectus.*
99 *Iuramentum in forma ampla ſupplet omnes defectus.*
100 *Periurij effectus non tranſit ad hæredem.*
101 *Iuramentum quoad obſeruantiam tranſit ad hæredem.*
102 *Res iudicata vt adſit, quæ requirantur.*
103 *Iudicata res quomodo extendatur.*
104 *Articuli non admittuntur, quorum probatio nihil releuat.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NOn poſſunt hæredes M. Excellentis D. Ioan Baptiſtæ Baccanellij derogare D. Hyppolitæ de Giupponis, olim eius vxori reſtitutionem integræ dotis, de qua in inſtrumento dotali, & minùs ſolutam repetere reſpectu ducatonorum quadringentorum, quos dicunt prædictum D. Phyſicum ei donaſſe, & in fraudem Statuti in cauſam dotis recepiſſe, ſimulando vnum contractum pro alio, cùm dicta D. Hyppolita non numerauerit dictos ducatonos 400. prædicto eius viro de ſuis pecuniis, vt prædicti hæredes probare parati ſunt, & conantur.

Nam ſiue dicamus verba inſtrumenti importare veram numerationem dictorum ducatonorum 400. prout veriſimilius eſt, propter verba inſtrumenti dicentis; *Dedit, ſoluit, & actualiter exburſauit dicto D. Baccanello*
*præſenti, & ad ſe trahenti*, &c. Hæc enim verba de ne- 1
ceſſitate concludunt numerationem, vt per Bart. & Bald. *in l. ſi ex cautione, n* 9. *C. de non num.pecun.* Butr. & Imol. *in c. ſi cautio*, vbi Felin. *n.* 52. *de fide inſtrum.* Soc. *conſ.* 143. *n.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 1116. *numer.* 8. 10. Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 11. *tit.* 20. *num.*8. *verſ. Idemque.* Siue dicamus importare confeſſionem de recepto, vt ex aduerſo ſupponi videtur fortè ex Bertaz. *clauſ.* 31. *gloſſ.*5.

Stat enim præſumptio pro inſtrumento, vt contineat veritatem, & ſit probatio euidens, ex Bart. *in l.*1.*num.*8. vbi Iaſ. *num.*10. *ff. de oper.nou.nunc.* Dec. *conſ.*36.*num.*6.
latè Menoch. *lib.* 2. *præſump.*44.*num.*1.2.3. & propterea 2
cùm ex ſtatuto Regij *lib.*2.*cap.*22. inſtrumenta publica habeant guarentigiam, vt habet noſtrum ſtante pœna dupli, & clauſula iuramenti, ex Gait. *de credito lib.*1.*c.*3.
*n.*27. adeò vt executioni demãdentur, ſicut res iudicata; 3
ideò ſi vir in tali inſtrumento confiteatur dotem habuiſſe, tunc dos ab eo præſumitur numerata, vt nulla exceptio non factæ numerationis poſſit obiici, vt ex Bald. *in l. vnica, n.*4. *C. de priuil.dot.* & *in l. pecuniæ, Cod. de ſolut.* Abb. *conſ.*73. *num.*4.*lib.*3. Bald. Nouel. *in l.*1.*n.*214.
vbi Soc. *num.*79 *ff. ſol. matr.* dixit pulchrè Menoch. *lib.* 4
3. *præſumpt.* 12. *num.* 21. & *præſump.* 15. *num.* 8. 9. 10.

vbi non dubitatur, quin hæc confeſſio noceat marito,
& ſolùm dubitatur de creditoribus; ideò cùm hîc non
tractetur illo modo de præiudicio creditorum, ſed tan-
tùm mariti, & eius hæredum, contra quos ſtatutum præ-
5 dictum concedit executionem inſtrumenti, ſicut con-
tra debitorem, ſequitur eos eſſe reiiciendos, quia ex
prædictis non poſſunt opponere exceptionem non fa-
ctæ numerationis.

Sed demus verum eſſe, quod ex aduerſo articulatur,
ſponſum, ſecundùm prædicta attuliſſe pecunias pro-
prias, & eas dediſſe ſponſæ, à qua poſteà illas accepit
in dotem, vtique hoc non eſt prohibitum, cùm illas
tradiderit ante matrimonium, & ante nuptias factæ ſint
dotales. Hoc enim modo licet ſponſo augere dotem
6 vxori futuræ, & valet donatio ex cauſa augmenti dotis
ante matrimonium facti, adeò vt ea, quæ donat
hoc modo vir futurus, iudicio de dote peti poſ-
ſint, vt probat textus in l. 1. verſ. priore, vbi Bald. &
Salicet. C. de donat. ante nupt. & id pulchrè tradidit etiam
Ioan. Campeg. in tract. de dot. part. 1. q. 52. n. 1. verſ. ſecus,
docens quod ſi vir aliquid tradidiſſet vxori futuræ, &
7 demùm ab ea illud donatum receperit in dotem, quod
valet donatio: idem tenet Bald. Nouel. eod. tract. part.
10. ſub n. 7. verſ. Dicas etiam: vbi docet valere talem do-
nationem, & non poſſe opponi exceptionem non nu-
meratæ dotis, etiam intra ſua tempora, & omnes ad-
mittunt, ſponſum poſſe augere dotem ſponſæ futuræ,
ſi donet ante nuptias, & non conferat perfectionem do-
nationis in tempus nuptiarum prohibitum; ſed ſic ap-
8 pellatur dotis augmentum, non autem donatio propter
nuptias, vt latè per Honded. conſ. 48. num. 9. 10. & ſeqq.
9 lib. 1. plenè etiam Ruger. in conſ. 20. n. 5. 6. 18. 19.
lib. 2. vbi quod maritus poteſt facere augmentum do-
tis, illudque non differt à dote; & Cancer. var. reſol.
par. 1. cap. 9. n. 97. verſ. & licèt, vbi quod licet marito au-
10 gere dotem ad effectum, vt illa non ſubiaceat conditio-
11 nibus donationis propter nuptias, ſed vt mulier habeat
eam ſibi, & ſuis hæredibus præcipuam.

In caſu autem noſtro magna adfuit cauſa id faciendi,
quia dicta D. Hyppolita erat puella valdè iuuenis, vir
autem grandæuus, & quaſi ſenex; quando enim maritus
eſt ſenex reſpectu puellæ, quam ducit, vel alio reſpectu
deterioris conditionis, tunc ſi confiteatur plus recepiſſe
pro dote, quàm receperit, aut etiam dotauerit, vel ali-
quid promiſerit, donatio, quia præſumitur fieri animo
12 remunerandi, & compenſandi cum iuuentute, illudque
acquiritur vxori futuræ irreuocabiliter, vt per Gloſ. in
l. ſi voluntate, vbi DD. communiter, C. de dot. promiſſ.
& de communi teſtatur Bald. Nouel. tract. de dote, part.
10. n. 7. verſ. vbi tamen limitat, Campeg. d. q. 52. n. 1.
ad finem, Clar. in verbo donatio, quæſt. 10. n. 5. Curt. Iun.
conſ. 6. n. 20. lib. 1. Pariſ. conſ. 86. n. 18. lib. 3. Ceph. conſ. 613.
n. 34. lib. 4. Burſat. conſ. 179. n. 5. lib. 2. pulchrè videndus
Honded. d. conſ. 48. n. 19. 20. 21. 22. lib. 1. vbi pluries de
communi teſtatur, quos ſequitur Menoch. d. præſumpt.
12. n. 4. 5. & latè etiam Mantic. d. tit. 20. n. 24. alios alle-
gat, & dicit, quod hæc donatio facta puellæ à viro ſe-
ne ſic facta intelligitur, vt maritus voluerit vxori dotem
de ſuo conſtituere, & ſic ad eius reſtitutionem obligari;
13 eamque dici factam ex cauſa remunerationis, & ſequi-
tur Cancer. d. c. 9. ſub d. n. 97.

At in hoc caſu non eſt quærendum, an fuerit nume-
rata pecunia vxoris propria, cùm validè hoc modo do-
nauerit, & non ſub ſpe futuræ numerationis, quam ex
14 prædictis non ſperabat, cùm donare intenderet ex cau-
ſis prædictis, vt latè probat Andreol. contr. 49. num.. vbi
plurimos congerit, idque confirmatur, quia renuntiauit
exceptionem non numeratæ dotis, cum iuramento de
non contraueniendo; quo caſu ceſſat coniectura, quod
fecerit ſub ſpe futuræ numerationis, & præſumitur ani-
15 mus donandi, vt in terminis dixit Campeg. in tract. de
dot. part. 1. quæſt. 52. verſ. quod intellige, Seraph. de iuram.
priuil. 60. num. 15. Menoch d. præſumpt. 12. num. 17. Man-
tic. d. tit. 20. num. 20. verſ. & hæc confeſſio, latè Audreol.
contr. for. 49. num. 2. vbi multos alios allegat. Quæ
procedunt à fortiori in caſu noſtro, vbi loquitur de do-
natione facta ante matrimonium ex cauſa ad augen-
dam dotem, quam non eſt opus iuramento confir-
mari; ſed eſto, quod prohibita eſſet, tunc id fauore
debitoris fuiſſet factum, & ideò per iuramentum con-
tractus firmatur, propter quod dos eſſet reſtituen-
da vxori, nec ſoluta poſſet repeti, quia penes eam non 16
remaneret ſine cauſa, vt de communi teſtatur Campeg.
in d. tract. de dot. part. 1. quæſt. 54. num. 1. in fin. & num. 2.
verſ. Sed poſſet, vbi dicit, quod non erit locus expoſi-
tioni, quando eſt causâ donationis ſolutum, & ver-
ſamur in confeſſione de dote recepta facta à marito:
& ita ſenſit etiam Abb. in c. cùm contingat, num. 8. in
princ. de iureiur. & Chriſtoph. Porc. Inſtit. quibus alien.
licet, in princ. num. 10. verſ. ſecunda differentia, & nouiſ-
ſimè ita ſenſit Ant. Corn. in tract. de abſol. iur. p. 3. quæſt.
14. num. 30. vbi docuit, non licere iuranti conuolare
ad ſoluti repetitionem, licèt ſoluendo paruerit iu- 17
ramento, cùm teneatur ex contractu iuramento va-
lidato.

Et ſanè ſi verum eſt, quod donatio inter virum, &
vxorem, quæ facta eſt conſtante matrimonio, vel dila-
ta in tempus matrimonij, eſt nulla, & inualida, l. 3. §.
ſciendum, & l. ſi ſponſus, §. ſi vxor, ff. de donat. inter vi- 18
rum, & vxor. tamen iuramento confirmatur, & vali-
datur, vt communiter tradunt DD. in l. ſi quis pro eo, 19
vbi Bart. ff. de fid. inſtrum. Abb. & alij in d. cùm contin-
gat, de iureiur. Clar. in §. donatio, quæſt. 9. n. 3. verſ con-
trariam autem ſententiam, vbi infinitos congerit. Anchar.
qq. famil. lib. 2. quæſt. 12. num. 14. Seraph. de iuram.
priuil. 20. num. 23. & priuil. 71. num. 3. Ant. Corn. d.
tract. de iuram. par. 3. quæſt. 14. num. 86. & de communi
teſtatur Ant. Corſet. in rep. rub. extrau. de iureiur. n. 60.
vbi plures allegat: latiſſimè Borel. in ſumm. deciſ. part. 1.
de iuram. tit. 60. num. 122. Multò magis videtur dicen-
dum quod iuramento confirmetur donatio ante matri-
monium facta, & maximè ſi fuerit ob cauſam augmen-
ti dotis, quæ non eſt vllo iure prohibita; & ſi prohibe-
tur, adhuc iuramento confirmatur, ſecundùm præ-
dicta.

Neque dicatur, quod licèt iure communi ſit permiſſa
donatio inter ſponſum, & ſponſam, l. cùm hic ſtatus, §. ſi
ſponſam, l. inter eos, de donat. int. vir. & vxor. l. cùm te, &
l. ſequenti, C. de donat. ante nupt. Corn. conſ. 114. colum. 20
fin. lib. 4. Fenzon. ad ſtat. Vrbis, cap. 135. n. 3. tamen pro-
hibitam eſſe à Statuto Regij lib. 2. cap. 79. dum vetat hu-
iuſmodi donationes vltra certam ſummam, qui eſt caſus 21
noſter.

Nam primò reſpondetur, illud Statutum non lo-
qui de donatione facta inter ſponſos ante matrimo-
nium perfectum, ſed de ea quæ fit inter coniuges, ce- 22
lebrato iam matrimonio; nam ſemper loquitur de
vxore, & nunquam facit mentionem de ſponſo, &
ſponſâ per verba de futuro, vt legere eſt in eo, in il-
lis verbis: Si aliquis acceperit vxorem, & ex ea habuerit
dotem, non habeat poteſtatem donandi vxori ſuæ. Et in-
frà: Certum eſt enim quod ſicut ante matrimonium non
dicitur propriè dos, vt probat textus in l. 3. ff. de iur.
dot. ita propriè, & ſtrictè non dicitur vxor, niſi poſt 23
celebratum matrimonium. Et ideo ſponſa non venit
appellatione vxoris, & ſtatutum de vxore non trahitur
ad ſponſam, vt probatur per textum in l. in eo iure, in
princ. verſ. hoc caput, ff. de ritu nupt. l. ſancimus, C. de 24
nuptiis, cap. tertio loco, de præſumpt. Bald. in l. ſolet, §.
quæ virum, ff. de his, qui notant. infam. vbi dicit, quod
etiam in fauorabilibus ſtatutum de vxore non tra-
hitur ad ſponſam. Et hoc latiſſimè probat Tiraq. in
tractat. poſt leges connub. leg. 15. num. 21. 22. 23. & 25
ſeqq. vbi plurimos congerit, & reſpondet omnibus, &
eum



eum ſequitur Tuſch. littera V, concluſ. 385. num. 1. Ideò
cùm verba ſtatuti debeant ſumi in proprio, & potiori ſi-
26 gnificatu, l. 1. §. Quæ in perpetuum, ff. ſi ager vectig. vel
emphyt. l. 3. §. Hæc autem, ff. de neg. geſt. c. ſi quem, de ſen-
tent. excom. & appellatione vxoris non contineatur pro-
priè ſponſa, ſed per interpretationem extenſiuam, vt
27 probat textus in l. oratio, ibi, vt ſuppleatur, vbi etiam
Bald. ff. de ſponſal. ſequitur, quod Statutum prædictum
loquens de donatione facta vxori non habeat locum in
ea, quæ fit ſponſæ, vt minùs corrigat ius commune,
quàm fieri poteſt; non enim vxoris nomine compre-
henditur ſponſa in ſui præiudicium, vt hæc benè pro-
28 bat Tiraq. d. l. 15. num. 27. & ita in terminis præſentis ſta-
tuti videtur ſentire Anchar. lib. 1. quæſt. 27. num. 6. vbi
voluit, illud non poſſe trahi ab vno correlatiuo ad
29 aliud, quia ſtatuta Regij dicunt intelligi ſecundùm
verum intellectum, & ſine gloſſatione, & ſubauditio-
ne. Cùm igitur Statutum præſcriptum non comprehen-
dat caſum noſtrum, non poteſt pars aduerſa dicere hanc
donationem, ſeu dotis confeſſionem fuiſſe factam ſimu-
latè, & in fraudem dicti Statuti. Nec à prædictis rece-
dendum eſt, quia ſtatutum prædictum faciat mentio-
nem de donatione propter nuptias, quia cùm illa poſſit
30 fieri etiam poſt matrimonium, vt habetur in l. ſi con-
ſtante, Cod. de donat. ante nupt. & in §. eſt & aliud, Inſtit.
de donat. vtique cùm ſemper habeat reſpectum ad vxo-
rem, cui donatur, de ea donatione intelligitur, quæ fit
poſt matrimonium; quod nihil obſtare iam viſum eſt.
Et ſimiliter nihil obſtat prædictis aliud Statutum Re-
31 gij, cap. 81. lib. 2. vbi ſtatuit, confeſſionem factam à vi-
ro de dote recepta ab vxore ante matrimonium, vel eo
conſtante, eſſe validam, & efficacem, quia potiùs iuuat
noſtram intentionem; niſi enim ſe declaraſſet hoc diſ-
ponere etiam de dote confeſſata ante matrimonium,
vtique non habuiſſet locum in ea, quia loquitur de
vxore, quæ talis non dicitur propriè ante matrimo-
nium; & ſi hoc voluiſſet in præcedenti Statuto, cap. 79.
id ſciuiſſet diſponere, ſed omiſſum habetur pro omiſſo;
& cùm ſtatuta Regij ſint intelligenda ad litteram ſine
32 gloſſatione aliena à vera verborum proprietate, vt in
lib. 8. cap. 17. diſpoſitio huius ſtatuti in cap. 81. non po-
teſt extendi ad cap. 79. vt probatur ex Maſcard. de ſtatut.
interpret. concl. 2. n. 78. 79. quod multò magis dicendum
eſt in caſu noſtro, quia ſtatutum de dote recepta eſt fa-
uorabile, illud verò de donationibus eſt odioſum, & à
iure exorbitans; & ideò non valet argumentum à ſta-
33 tuto fauorabili ad odioſum, quia ſunt reſtringenda, &
fauores ſunt ampliandi, c. odia, de reg. iur. in 6. & quam-
vis dici ſoleat, vnum ſtatutum recipere interpretationem
34 ab alio, id tamen procedit quando loquitur de eadem
materia, vt per leg. ſciendum, in princ. vbi Iaſ. qui ſatiſd.
cog. iuncta Auth. offeratur. Cod. de lit. conteſt. dixit pul-
chrè Mazzol. conſ. 74. numero 20. Sed hîc verſamur in
diuerſa materia, quia vnum ſtatutum loquitur de
donationibus, aliud verò de confeſſione dotis re-
ceptæ: ergo non valet argumentum de vno ad alte-
rum.

Deinde reſpondetur, prædictum Statutum Regij pro-
hibens donationem fieri vxori, & vt in eo, eſſe intel-
ligendum de pura, & propria, & ſimpliciter donatione,
35 non verò de impropria, ad textum in l. 1. vbi Bartol. &
Imol. ff. de donat. Bald. in Auth. eo decurſum, Cod. de
donat. ant. nupt. & in terminis ſic declarat Anchar. d. q.
27. num. 7. quem ſufficit allegare. Sed ſic eſt quod nos
verſamur in donatione pura, & ſimplici, ſed ob cauſam,
& augmentum dotis, immò etiam in remunerationem
iuuenilis ætatis puellæ nubentis viro maturo, & ſeni, vt
vidimus; ideò omni reſpectu cenſenda eſt donatio ob
cauſam facta contemplatione matrimonij, vt in puncto
36 dixit Bertrand. conſ. 97. col. 1. lib. 6. & latiùs Becc. in conſ.
20. num. 10. & per totum; vbi etiam reſpondet contra-
riis, & plurimos allegat Natt. conſ. 609. num. 11. Rol.
conſ. 44. num. 9. verſ. ſed præmiſſis, & conſ. 70. numero 15.
lib. 4. Menoch. conſ. 723. num. 16. Gratian. diſcep. for. 984.
num. 21. latiſſimè Altograd. in conſ. 7. num. 12. & ſeqq.
vbi dicit etiam hoc eſſe firmatum tot, & tantorum Pa-
trum auctoritatibus, vt nefas ſit ab hac opinione rece-
dere. Communiter enim tenent DD. donationem fa-
ctam contemplatione matrimonij non eſſe ſimplicem,
ſed ob cauſam, vt tradunt Coſt. conſ. 40. num. 29. Bar- 37
boſ. de off. Epiſc. alleg. 20. n. 18. Intrigliol. deciſ. 20. n. 6.
7. Cancer. var. reſol. lib. 1. c. 8. num. 61. Altograd. d. conſ. 7.
num. 15.

Et ideò ſi verum eſt, quod in articulis ex aduerſo pro-
ponitur, ſcilicet, prædictum D. Phyſicum promiſiſſe do-
nare dictæ D. Hyppolitæ dictos ducatonos 400. vt nu-
ptiæ ſequerentur inter eos, ſequitur vt illa confeſſio dotis
receptæ ſit executio potiùs præcedentis promiſſionis, & 38
donatio ob cauſam, vt poſt Alberic. & Fulgoſ. dixit in
puncto Becc. in d. conſ. 20. num. 14. quod ſufficit ad oſten-
dendum non fuiſſe ſimplicem donationem; quod ſi ad-
damus illam fuiſſe factam in remunerationem iuuenilis
ætatis ſponſæ, multò magis dicendum eſt non fuiſſe
propriè donationem, ſed permutationem, & compen-
ſationem ſeruitiorum, vt poſt Abb. Soc. & Dec. di- 39
xit pulchrè Rol. in conſ. 4. numero 11. & in conſ. 48. nu-
mero 16. 17. lib. 1. pulchrè Mantic. de tac. & amb. conu.
lib. 11. tit. 20. numero 23. vbi docet, quod hoc caſu
non poteſt opponi exceptio dotis non numeratæ, etiam-
ſi tempora largiantur, nec exceptio ſimulationis, quia
hoc verè agitur, vt ſit donatio. Ergo ſequitur, Sta-
tutum prædictum, quod de donatione ſimplici loquitur,
non habere locum in hac donatione ob cauſam matri- 40
monij, vt egregiè tradit Hieron. à Laurent. in l. ſi eman-
cipat. num. 194. C. de collat. Bertaz. conſ. ciuil. 28. num. 53.
Menoch. conſ. 261. n. 9. Peguer. deciſ. 220. n. 2. 3. Altograd.
d. conſ. 7. n. 16. Dotis enim cauſa ſemper præcipua eſt,
quam idcircò ſtatutum loquens etiam per verba vniuer-
ſalia non comprehendit, vt per Cyriac. contr. 508. n. 38. 41
lib. 3. Si igitur dictus ſponſus potuit liberè donare di-
ctæ eius ſponſæ ob augmentum dotis, & ob cauſam ma-
trimonij, non eſt quærendum, an ſimulatè fecerit, vel in
fraudem dicti Statuti, quia vtroque modo licebat ei
ſuum tradere dictæ ſponſæ, ſiue per donationem ex-
preſſam, ſiue per confeſſionem dotis receptæ, in qua
reſultabat donationis præſumptio, ſecundùm ſupra-
dicta.

Tertiò reſpondetur, prædictum Statutum Regij de
dotibus, & donationibus mulierum, non habere locum
in donatione iurata, maximè quia non facit mentio-
nem de iuramento, ſtante quod ſecundùm omnes DD.
Statutum faciens ſimpliciter mentionem de aliquo actu,
non comprehendit actum iuratum, vt tradunt Imol. & 42
Abb. in c. cùm contingat, de iureiur. Fulg. & Salicet. in
Auth. ſacramenta pub. Cod. ſi aduerſ. vend. Ioan. And. in
addit. ad Specul. in tit. de probat. §. vt autem, verſ. Hæc
autem, Alex. conſ. 39. in fin. vol. 3. latè Borell. in ſum. deciſ.
part. 1. de iuram. tit. 60. num. 108. vbi multos congerit. Se-
raph. deciſ. 746. n. 6. Burat. deciſ. 44. num. 4. part. 1. pulchrè
Seraph. de iuram. priuil. 22. num 41. 42. vbi in ſpecie tra-
dit, quod Statutum faciens mentionem de donatione
ſimpliciter, non comprehendit donationem iuramento
roboratam; ſed donatio de qua quærimus, eſt iurata vi-
gore clauſulæ, pro iurato, &c. poſitæ in fine inſtrumen-
ti, quæ refertur ad omnia in inſtrumento contenta, pe-
rinde ac ſi in omnibus eſſet expreſſa, vt per Marth. de 43
iuram part. 3. quæſt. 6. n. 50. ideò non comprehenditur in
dicto Statuto, & valida cenſetur.

Nec obſtat, ſi diceretur hanc donationem non poſſe
iuramento validari, quia non eſt expreſſa in inſtrumen-
to, ſed præſumpta, quia de illa conſtat ſolùm per confeſ-
ſionem mariti factã in dicto inſtrumẽto de dote recepta,
ex qua reſultat præſumpta donatio, quæ non validatur 44
iuramento, quod ſolùm ad expreſſa refert, vt per Bart.

&. Bald. in l. cùm quis decedens, §. Titia, de leg. 3. Rom.
conſ. 93. ad fin. verſ. Quoad ſecundum, Grat. conſ. 36. n. 27.
lib. 1. qui teſtatur de communi. Hodiern. ad Surd. deciſ.
154. n. 18. Buratt. deciſ. 925. n. 7.
Nam reſpondetur prædicta procedere in donatione
facta à marito conſtante matrimonio, & reſultante ex
dicta confeſſione. Nos autem verſamur in donatione fa-
cta ante matrimonium, quam validam eſſe demonſtra-
tum eſt, quia non prohibetur à dicto ſtatuto: ſed etſi
prohibita fuerit, vel etiam verſemur in donatione facta
à marito conſtante matrimonio aduersùs legis prohibi-
tionem, adhuc cenſeo eam validari iuramento, etiamſi
ſit præſumpta, & tacita, reſultans ex confeſſione rece-
ptæ dotis: & quæ in contrarium allegantur, procedunt
45 in caſu, quando confeſſio dotis firmatur ſolùm iuramen-
to aſſertorio, vt per Gozzad. conſ. 28. col. 2. num. 4. 6.
Ruin. conſ. 198. num. 8. vol. 1. Ant. Gabr. com. concl. lib. 3.
num. 4. Seraph. priuil. 71. num. 55. Verùm quando con-
currunt ſimul iuramentum aſſertorium, & promiſſo-
rium, vt hîc, per verba inſtrumenti: Omnia, & ſingu-
la fuiſſe, & eſſe vera, &c. eaque rata, &c. & non contra-
facere, &c. tunc etiam præſumpta donatio reſultans ex
confeſſione mariti de dote recepta confirmatur iura-
mento, quia in hac quæſtione non tractamus de viribus
confeſſionis receptæ dotis, quæ fortè ſimulata eſt, ſed
de confirmatione donationis, quæ minimè ſimulatur,
ſed à iure præſumitur. Confeſſio etenim receptæ do-
tis, vtpote ſimulata, fortè iuramento non confirmatur
ſecundùm auctores contrarios; at donatio ex ea con-
feſſione à iure præſumpta confirmabitur quidem iura-
mento maximè aſſertorio, & promiſſorio, quo maritus
46 ſoluere dotem promiſit; cùm hæc donatio licèt ſit præ-
ſumpta, non tamen eſt ſimulata; ſic notabiliter tenuit
Ioan. de Imol. in d. cap. cùm contingat, num. 85. verſ. ſed
aducrte, vbi etiam Alciat. de iureiur. Ant. conſ. 74. col. 3.
Curt. Iun. conſ. 95. num. 5. vbi de communi, Ruin. conſ.
141. poſt num. 4. vol. 1. latè Gabr. de donat. d. concl. 3. nu-
mero 5. vbi multos alios allegat: plenè Seraph. d. pri-
uil. 71. num. 55. 56. vbi egregiè examinat. Bald. Nouel.
in tract. de dot. part. 10. num. 10. verſ. tamen hæc: vbi di-
cit, ſe ita conſuluiſſe. Ioan. Lup. de donat. inter vir. &
vxor. §. 51. num. 4. Crauet. conſ. 81. num. 3. & de magis
communi Dec. conſ. 202. num. 1. & Rip. reſponſ. lib. 3.
cap. 4. num. 6. & cap. 17. num. 1. vbi teſtatur de com-
muni, & canonizata opinione. Latè etiam Claud. ad
Bertaz. conſ. 533. verſ. Verùm quando, lib. 2. vbi pluri-
mos congerit, & teſtatur in hoc caſu concurrente iu-
ramento aſſertorio, & promiſſorio non poſſe dici de
47 ſimulatione. Tuſch. litera S, concl. 266. num. 15. 17. vbi
de communi teſtatur. Mancin. de iurpatr. c. 4. effect. 1.
quæſt. 11. num. 4. Guttier. in tract. de iur. confirmat. cap. 5.
num. 4. latè Andreol. contr. for. 49. num. 9. vbi plurimos
congerit, dicens hoc caſu donationem iuramento vali-
dari, & irreuocabilem fieri, & quæ incontrarium poſ-
ſunt allegari, procedunt quando tractatur de præiu-
dicio creditorum, ſecus autem quoad ipſius iurantis
præiudicium vel hæredum; tunc enim talis præſumpta
donatio confirmatur iuramento promiſſorio, & in hoc
conueniunt omnes DD. Seraph. d. priuil. 71. num. 58.
48 Clauſula enim iuramenti refertur ad omnia in inſtru-
mento contenta ac ſi in omnibus eſſet expreſſa. Marth.
de clauſ. part. 1. clauſ. 215. num. 2. & extendit vires ad
omnia, quæ ab illo actu deſcendunt. Bertaz. in rep. l.
49 Si quis maior, num. 712. Cod. de tranſact. & licèt hæc do-
natio ſit præſumpta, tamen elicitur ex verbis inſtru-
menti, & tacitè reſultat; ideò perinde eſt, ac ſi eſſet ex-
50 preſſa in inſtrumento, quia expreſſum dicitur etiam il-
lud, quod colligitur ex verbis expreſſis: latè Surd conſ.
143. num. 20. Menoch. lib. 1. præſ. 45. n. 2. 3. vbi alios
allegat.
Nec obſtat, quod contractus ſimulatus non firme-
tur iuramento, vt per Gloſſ. & DD. in leg. nemo poteſt,
de leg. 1. Nam reſpondetur illud veriſſimum eſſe, quan-
do contrahentes nil agere intendunt, ſed ſimulant age-
re, quia deficit conſenſus; ſecus eſt, quando ſit ſimu-
latio de vno contractu ad alium, & vterque contractus 51
poteſt ſeruari abſque peccato, adeò vt contractus oc-
cultus, ſi eſſet iuratus, eſſet ſeruandus; tunc iuramen-
tum dat robur illi contractui, & ſeruari debet, & ſic
tacita donatio, de qua agitur, valet propter iuramentum,
non obſtante ſimulatione, vt poſt Butr. & Imol. ac 52
Abb. perpulchrè docuit Hier. Gabr. conſ. 146. num. 4.
5. verſ. Idcircò, vbi in propoſito noſtro ita concludit,
& cum eo concordat Andreol. d. contr. 49. num. 6. verſ.
Quorum.
Ideò hæc donatio valida eſt non ſolùm in præiudi-
cium donantis, ſed etiam eius hæredum, quia in hoc
caſu hæres non poteſt contrauenire facto defuncti, quia
ex quo contractus eſt iuramento firmatus, hæres obli-
gatur, & contractus tranſit ad hæredem cum robore
ſuo; licèt enim iuramentum ſit perſonale, quoad periu-
rium, tamen eſt reale quoad obſeruantiam, ad quam hæ-
redes tenentur, vt ſingulariter tenet Ioan. And. in c. fi-
nali, de ſepulc. & Butr. in c. cùm ſit, de for. compet. pulchrè
in terminis noſtris Campeg. de dot. part. 1. q. 54. n. 2.
Soc. Iun. conſ. 67. n. 36. vol. 2. Pariſ. conſ. 54. n. 13. vol. 1.
pulchrè Surd. conſ. 194. n. 22. & ad rem Claud. ad Ber-
taz. d. conſ. 533. in fin. verſ. Præterea, lib. 2. vbi hoc ad-
mittit reſpectu mariti, & eius hæredum, quidquid ſit in
præiudicium creditorum.
Sed demus hanc donationem fuiſſe prohibitam, &
inualidam, tamen quia non fuit reuocata à marito in
vita, neque in morte, morte ipſius confirmata remanſit,
& ab vxore, ſoluto matrimonio peti potuit, per textum
in l. 2. Cod. de dot. caut. non num. l. Papinianus, vbi gloſſ. 53
Bartol. & DD. & l. cùm hic ſtatus, vbi notant omnes, ff.
de donat. int. vir. & vxor. Clar. de donat. q. 9. num. 6. latè
Surd. conſ. 171. n. 16. & in terminis Menoch. lib. 3. præ-
ſumpt. 12. n. 38. Mant. d. titul. 20. n. 21. in fin. & ad rem
Bellon. conſ. 4. numer. 8. verſ. Tamen confirmatur morte,
vbi dicit, quod cùm non fuerit à marito viuente reuoca-
ta, hæredibus eius præiudicat.
Nec poteſt replicari hanc donationem non poſſe
morte confirmari, quia ex eodem ſtatuto maritus pro-
hibetur legare, vel relinquere vxori vltra certam ſum-
mam; quia reſpondetur hoc non dici propriè relictum,
ſed eſſe tertiam ſpeciem, quæ non eſt prohibita à ſtatu-
to, cùm prohibeat tantùm relictum proprium per vlti- 54
mam voluntatem, vt notant Gloſſ. & DD. in l. filiæ,
C. fam. erciſcund. Bart. & alij in l. ſequens quæſtio, de leg. 2.
& in terminis pulchrè Alex. conſ. 26. n. 4. 5. lib. 2. perbel-
lè etiam Ruin. conſ. 44. n. 25. lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 42.
ſub num. 104. verſ. Licet enim confeſſio morte confirmetur,
lib. 1.
Non eſt igitur quærendum de ſimulatione, quia nulla
fraus facta eſt legi, nec poteſt dici contrahentes feciſſe
per indirectum, quod directò facere non poterant, cùm
ſecundum prædicta valida fuerit confeſſio dotis rece-
ptæ, tam de iure communi, vt dictum eſt, quàm ex
ſtatuto Regij, lib. 2. cap. 81. ibi, teneat, & efficax ſit;
cuius verba ſufficiunt ad excludendum hæredes donan- 55
tis. Cætera enim, quæ leguntur in dicto ſtatuto, poſi-
ta ſunt pro creditoribus, de quorum præiudicio hîc non
tractatur; & quatenus credatur ſimulata confeſſio, valida
fuit donatio ex ea reſultans, & præſumpta etiam ſine
iuramento, cùm fuerit facta ante matrimonium, vel ſal-
tem morte fuit confirmata abſque miniſterio iuriſiu-
randi, vt probatum eſt.
Et quatenus vis aliqua ex aduerſo fiat in dicta ſimulatio-
ne, plenè probatum eſt talé exceptionem non poſſe op- 56
poni propter iuramentum duplex, aſſertorium, & pro-
miſſorium, vt per Claud. ad Bertaz. d. conſ. 533. verſ. Ve-
rùm, & verſ. quod hoc caſu, vbi dicit non eſſe admittenda
capitula ad probandũ ſimulationẽ, etiam cum clauſula,
Saluo



Saluo iure impertinentium, & non admittendorum; vbi
multos allegat. Gabr. d. concl. 3. numer. 7. & latiùs Lam-
berteng. de contract. mulier. gloſſ. 8. in verbo, Mariti, nu-
mer. 87. vbi pluries teſtatur de communi. Seraphin. d.
priuil. 71. numer. 76. Farinac. de falſ. & ſimul. quæſt. 160.
num. 343. & q. 162. n. 83. vbi infinitos congerit. An-
dreol. d. quæſt. 49. num. 6. & talis clauſula iuramenti eſt ta-
lis efficaciæ, & valoris, vt reddat actus aliàs reuocabi-
les, irreuocabiles, & nulla de cauſa ſubuertendos. Gloſſ.
in l. ſi pecuniam, in verbo neceſſe, ff. de condiction. cauſ.
dat. Bald. conſ. 482. numer. 8. vol. 1. Hieronym. Gabr.
commun. concluſ. tit. de iureiurand. concluſ. 9. Et affirmat
contractum nullum, ac facit illum valere, cap. quam-
uis, de pactis in 6. cap. cùm contingat, vbi Imol. de iure-
iurand. idem Seraph. vbi ſuprà, priuileg. 61. & alij, quos
omitto.
Nec valet dicere, hæc fortè procedere, quando in in-
ſtrumento appoſitum fuiſſet iuramentum formale, de
quo loquuntur prædicti DD. non verò ſi adſit tantùm
clauſula, pro iurato, &c. vt hic. Nam reſpondeo, hanc
clauſulam fuiſſe ſubrogatam in locum iuramenti for-
malis, tam aſſertorij, quàm promiſſorij, & confirmato-
rij, quo antiquitus Notarij vti ſolebant, eiſque prohi-
bitum fuiſſe iuramentum formale contrahentibus præ-
ſtare, ſed loco ipſius ex decreto Ducali vtuntur dicta
clauſula, pro iurato, &c. quæ operatur omnes effectus iu-
57 ramenti, excepto periurio, & fori mutatione, ſeu cu-
mulatione, vt per Natt. conſ. 479. num. 12. & conſ. 480.
numer. 12. 14. Rol. conſil. 64. numer. 35. 36. lib. 4. Burſ.
conſil. 78. num. 17. verſ. tertiò, lib. 1. Claud. ad Bertaz.
conſil. 480. littera A, libr. 2. Cyriac. controu. 322. nu-
mer. 35. & controu. 537. numer. 8. & ego dixi controu. 40.
num. 73.
Nec obſtat motiuum ſubtiliter excitatum, quod ſci-
licet clauſula prædicta non ſit apta validare actum, qui
aliàs non valeret, nec ea, quæ ſunt ſtatuto Principis pro-
58 hibita, ex Caſſan. conſil. 7. numer. 20. Bellon. conſil. 4. nu-
mer. 3. Surd. deciſ. 154. ſub num. 14. Cyriac. contr. 217. nu-
mer. 32. 33. provt videtur applicari caſui noſtro, vbi tra-
ctatur de ſimulatione, cuius exceptio poteſt ſemper op-
poni, non obſtante renunciatione, vel ſtatuto, vt ex
59 Farin. de falſit. q. 162. n. 17. 35.
Nam reſpondetur, primò hîc non poſſe dici contra-
ctum fuiſſe ſimulatum, nec etiam in fraudem legis, vel
tertij, quia dato pro vero quod in articulis ex aduerſo
probandum proponitur, ſcilicet, maritum prædictum
tradidiſſe pecunias dictæ Hyppolitæ ſponte ante ma-
trimonium, quas ſtatim ab ea recepit in dotem, ſatis
conſtat id à iure eſſe permiſſum, per textum in d. l. 1.
60 verb. priore, C. de don. ant. nupt. Vnde & efficitur, vt illud
ita donatum, & in dotem poſtea datum donanti, poſ-
ſit repeti, vt ſubiicit citata lex 1. ibi, iudicio de dote peti
poſſunt; & concordat textus in l. conſentiente, eod. tit. de
donat. ante nupt. & l. ſi res, in 2. reſp. ff. de iure dotium, &
l. 1. C. de dot. caut. non numerat. & ſi dictus ſponſus eas
61 donauit ſponſæ, vt ex aduerſo articulatur, id fraudem
nullam ſapit, cùm valida ſit donatio facta per ſponſum
ſponſæ de futuro, l. cùm hic ſtatus, §. ſi ſponſam, de donat.
int. vir. & vxor. nihil obſtante ſtatuto Regij de dote &
donatione mulierum, quod ſatis oſtenſum eſt habere
locum ſolummodo in donatione inter virum & vxorem
conſtante matrimonio; & propterea cùm donatio præ-
dicta ſolo conſenſu, & traditione perficeretur, l. ſi quis
argentum, §. ſin autem, C. de donat. nihil ſimulatè actum
62 poteſt dici in dicto inſtrumento dotali, dum prædicta
ſponſa pecunias ſibi à ſponſo donatas eidem tradidit in
dotem. Hæc enim omnia ſibi inuicem compatiuntur,
& vbi non eſt fraus, ibi non eſt ſimulatio, ex Farinac. d.
quæſt. 162. num. 59. Nec enim fraus aliquo caſu præſu-
menda eſt in actu, ad textum in l. meritò, ff. pro ſoc. cum
ſimil. niſi euidenter probetur ab eam allegante, etiamſi
excipiat, & reus ſit, leg. quoties, § qui dolo, ff. de probation.
cum concordantibus, provt nec ſimulatio præſumitur,
ſed prorſus ceſſat cùm poteſt capi alia interpretatio,
Gulielm. de Cun. in l. 1. C. de his quib. vt indign. &c. & 63
ibidem Iacob. de S. Georgio, num. 7. relat. & Luc. à Peñ.
deciſ. 249. num. 3. & ſeqq. Immò etiam cùm cauſa ſimu-
lationis in totum appareat labefactata, dum actus à le-
ge eſt permiſſus, & conceſſus, ceſſabit prorſus ipſius ſi-
mulationis ſuſpicio, quoniam non exiſtente ſufficienti
cauſa ſimulandi, coniecturæ nihil releuant. Bartol. & alij
DD. in l. poſt contractum, ff. de donationib. idem Bartol.
conſil. 65. numer. 4. Rot. coram R. P. D. meo Blanchet-
to in Mediolanenſ. Iuriſpatronatus, 11. Decembr. 1577.
& meliùs in materia donationis, Peña ſupracitatus
deciſ. 249. numer. 1. & 13. de inceſt. & propterea cùm
ſponſus donauerit dictas pecunias ſponſæ ex cauſa aug-
menti dotis, & ex cauſa matrimonij, talis donatio non
requirit inſinuationem, nec ſolemnitates requiſitas
à ſtatuto in donationibus, ex Rot. apud Farinac. 64
deciſ. recent. 377. numer. 5. p. 5. Rot. diuerſ. deciſ. 393.
num. 5. p. 2.
Etenim, quæ ex aduerſo allegantur de exceptione
ſimulationis, vt tolli non poſſit, & reddat actum ſem-
per nullum, procedunt in vera ſimulatione, quando
partes ſic agunt in veritate, vt nihil fiat, vel contra-
hunt in fraudem tertij, vel legis, quia tunc contractus
ſimulatus non eſt contractus, vt per Farin. d. quæſt. 162.
numer. 6. 7. & multis ſeqq. quod in caſu noſtro verificari
poteſt, vbi ſi adeſt aliqua ſimulatio de vno contractu 65
ad alium, illa eſt licita, & non punibilis: ſiquidem po-
terat ſponſus noſter donare ſponſæ de futuro, & ab ea
ſic donata in dotem recipere, vt vidimus; ideò ceſſant
omnia, quæ de ſimulatione inculcantur, per Farinac.
d. quæſt. 161. numer. 43. vbi alios allegat, & ſic in caſu
noſtro non fuit opus iuramento, nec clauſulâ iuramen-
ti ad validandum prædictum contractum, etiamſi fuiſſet
ſimulatus.
Sed eſto, quod opus fuerit iuramento, eo quod tra-
ctetur de dote confeſſata, ex qua reſultat donatio præ-
ſumpta in fraudem legis vetantis donationem inter con-
iuges vel ſponſos, quam validari iuramento ſatis viſum
eſt, non expectata etiam morte donatoris, vt per Seraph. 66
de iuram. priu. 71. num. 47. vtique validabitur tamen per
clauſulam, pro iurato, &c. quæ operatur omnes effectus
iuramenti ex decreto Principis, perinde, ac ſi in verita-
te iuratum fuiſſet, vt per Claud. ad Bertaz. dict. conſ. 480.
littera A, vbi plenè.
Neque id impugnant Caſſan. d. conſ. 7. n. 20. & Bellon.
d. conſ. 4. n. 3. quos ſequitur Cyriac. d. loco. Illi enim ne
verbum quidem faciunt de illa clauſula, Pro iurato, &c.
quæ habet fomentum à lege Principis; ſed de quodam
voluntario ſine tactu Euangeliorum, quod nolunt fir-
mare actus prohibitos, vt eſt donatio inter patrem, & fi-
lium, niſi iuramentum fiat cum tactura Euangeliorum;
quod nec verum puto, nec caſui noſtro poſſe appli-
cari.
Siquidem hodie in inſtrumentis clauſula, Pro iura-
to, &c. non apponitur ex ſola contrahentium voluntate,
ſed ex quadam neceſſitate, vetante Principe notariis ro-
gare de iuramento formali; & cùm Princeps auctoriza-
uerit hanc clauſulam, ſtatuendo quod vigore illius in-
ſtrumenta ſint eiuſdem roboris, & efficaciæ, cuius ex 67
iuramenti appoſitione eſſent, & non aliter, ac ſi contra-
hentes manibus tactis Scripturis iuraſſent, vt legitur in
dicto decreto facto de menſe Maij 1598. ſequitur non
eſſe neceſſe tangere Euangelia, aut Scripturas, quia nul- 68
la reperitur data forma circa conceptionem verborum:
vnde poterit præſtari quibuſcumque verbis, vt poſt
Octau. Simoncell. in tract. de decret. libr. 3. tit. 8. num. 150.
dixit Claud. ad Bertaz. dict. conſil. 480. littera A, verſ.
quod tantò clariùs.
Immò ſicut non eſt opus Scripturarum tactu, ita nec
requiritur in ipſo expreſſio, ſeu formalitas verborum, pro-

vt verius, & receptius voluerunt DD. de communi teſtantes, vt per Ioſeph. Ludou. *comm. concl. 21. per. tot.* & Menoch. relatus ab eodem *vbi ſup.* docet, quod Notarius, qui ex conſuetudine poteſt apponere clauſulas conſuetas, adhuc poterit vigore dictæ conſuetudinis apponere iuramentum, quod ipſemet latiùs confirmat *ibid.* Et ſupracitatus Claud. *ad Bertaz. vbi ſup.* adhuc etiam dicit, quod lex poteſt fingere aliquid, quod in facto non eſt verum; & illud, quod fingitur, habet iuris effectum, perinde ac ſi in veritate eſſet; & ideò dicta clauſula, *Pro iurato*, &c. quæ dicitur iuramentum fictum, habet eandem efficaciam iuramenti, ac ſi iuratum fuiſſet, ſtante decreto, de cuius validitate non eſt dubitandum, vt ibidem Claud. probat.

Et ſanè non eſt in vſu, quod iuramentum præſtetur tactis Euangeliis, imò nihil refert ſi dicatur ad Sancta Dei Euangelia, vel aliquod promittatur ſub fide; vtrum-
69 que enim habet vim eiuſdem iuramenti, ſecundùm Archid. Ioan. Andr. & alios *in cap. 1. de ſepul. in 6.* quos ſequitur Fel. *in cap. 3. de ſponſ.* & pulchrè tradit Bertaz. *in repet. l. ſi quis maior, num. 485. Cod. de tranſact.* & ideò non requiritur ſolemne iuramentum per tactum Euangeliorum, ad validandum actum aliàs nullum, & ſufficit iuramentum ſimpliciter præſtitum, & in forma communi poſitum, etiam in fine inſtrumenti, quod ad inſtar clauſulæ generalis defertur ad omnia præcedentia, & habet vim confirmandi omnia confirmabilia, etiamſi contractus eſſet nullus, vt latè docet Seraph. *de iuram.*
70 *priuileg. 49. numer. 36. verſ. Ego verò*, & *numer. 37. 38. 39. & ſequent.* vbi id probat multis rationibus, & auctoritatibus, & dicit, quod ſi aliter diceremus, ſubuerterentur infinita priuilegia iuramenti, quod non eſt dicendum: & quamvis in delatione iuramenti ſoleant tangi aliquæ Scripturæ, tamen id non eſt neceſſarium, quia ad hoc, vt contractus roboretur iuramento, ſufficit id fieri per inuocationem Dei, abſque tactu alicuius Scri-
71 pturæ, vt probatur *in leg. ſi quis maior.* ibi: *inuocato Dei omnipotentis nomine*; vbi Communiter DD. & præcipuè Bertaz. *numer. 539. 540.* vbi de communi teſtatur, *C. de tranſ.* & probatur *in c. & ſi expreſſus, de iureiur.* & poſt Abb. dixit Ant. Corſet. *in repet. rub. extr. de iureiur. n. 8.* vbi probat, quod in iureiurando non requiritur tactus ſcripturarum, niſi hoc lex dicat, vel conſuetudo requirat: ergo multò minùs requiritur tactus Euangeliorum, & ideò paria ſunt iurare per Deum, vel per Sancta Dei Euangelia. Farin. *quæſt. 160. numer. 376.* Ideò hoc idem debet operari clauſula, *pro iurato*, &c. quæ habet vim firmandi, vt legitur in dicto de-
72 creto, ibi; *per ſolemnem ſtipulationem firment*: quod verbum aptum eſt ad confirmandum etiam actum nullum, vt probatur *in capitulo ſecundo, de pact. in 6.* & *cap. præſentiam, de teſt.* & *cap. in præſentia, de probat.* & ad rem facit Seraphin. *dict. priuileg. 49. numer. 39. in fin.* & id etiam ſatis colligitur ex Claud. *ad Bertaz. dict. conſil. 480. littera A*, vbi voluit, minorem, qui aliàs nulliter contraxiſſet, niſi iuraſſet, ita obligari, apponendo in contractu dictam clauſulam, *Pro iurato*, &c. ac ſi
73 iuraſſet. Cyriac. *contr. 322. numer. 35.* vbi docet hanc clauſulam ita operari, ac ſi formaliter, & realiter fuiſſet iuratum.

Et hoc mirificè declarauit Natt. *dict. conſil. 480. numer. 14.* vbi dixit, quod conſuetudo poteſt alterare formam iurandi, & iuramentum præſtitum ſecundùm illam formam habet eaſdem vires, ac ſi eſſet præſtitum ſecundùm formam antiquam; & ideò poteſt etiam tribuere quibuſdam verbis appoſitis in contractu omnes vires, & efficaciam iuramenti; & ſi hoc poteſt conſuetudo, poteſt etiam decretum Principis: & de communi teſtatur. Ergo dicta clauſula, *Pro iurato*, &c. erit apta firmare actum nullum, ſicut iuramentum, in cuius locum ſubrogatur; & ideò ſapit eius naturam, *§. fuerat, Inſtitut. de act. leg. filiæ ſuæ, §. Titia, de condit. & de-*
*monſtr. l. ſi eum, §. iniuriar. ff. ſi quis caut. l. res in dotem,* 74
*de iur. dot.*

Et ſanè dum Doctores affirmant hanc clauſulam habere vim, & omnes effectus iuramenti, vtique probant etiam habere efficaciam confirmandi actum nullum, provt habet iuramentum, quia qui dicit omne, nihil excludit, *leg. Iulianus, de leg. 3. l. pœnales, §. finali, ad l.*
*falcid.* Et dum Doctores excipiunt ſolum periurium, & 75
fori cumulationem, vtique in aliis certam firmant regu- 76
lam, *leg. nam quod liquidè*, vbi Bart. *de pen. legat. l. quæ teſtamento, paragr. Mulier, de teſtam.* & *in Auth. de non alienand. §. Vt autem*, cum vulgaribus: ſic ad rem Cyriac. *d. contr. for. 322. n. 36.*

Et pro nihilo æſtimanda eſt Surdi conſideratio, quod ſi hæc clauſula, *Pro iurato*, &c. confirmaret actum nullum, ſtatuentes induxiſſent remedium ad roborandum ea, quæ ab eis prohibita ſunt, & contingeret alia ſtatuta. Nam reſpondetur, in hoc decreto mentem Principis non fuiſſe tollere efficaciam iuramenti, quam habet in confirmandao actum nullum; habet enim hanc virtutem in his, quæ principalirer prohibentur ob priuatam vtilitatem, licèt ſecundariò etiam cernant publicam, vt *in cap. cùm contingat, de iureiur. cap. quamvis, de pact. in 6.* Guttier. *de iur. confirm. parte prima,* 77
*capit. 16. numero ſecundo.* Sed cauſa finalis fuit euitandi periuria, & conſequenter tollendi anſam iudicibus Eccleſiaſticis trahendi cauſas laicorum ad ſuum forum, & quod iuramentum faciat de foro Eccleſiæ,
vt *in capit. finali, de for. compet. in ſexto.* Et cùm hæc 78
ratio ſit expreſſa in ipſo decreto, in eius proœmio, ibi:
*Ad euitanda periuria*; ſequitur cenſendam eſſe fina- 79
lem, per textum *in leg. finali*, vbi Doctores, *de hæred. inſtituend.* Ideò ſublato periurio, nihil immutatum eſſe in reliquis cenſendum eſt, provt legitur in eodem decreto, dum voluit hanc clauſulam habere eandem efficaciam, ac ſi contrahentes manibus tactis Scripturis iuraſſent. Sed ſic eſt, quod iuramen- 80
tum actuale firmat contractum nullum: ergo etiam firmatur per hanc clauſulam, quia qui vult conſequens, vult omne neceſſarium antecedens, & contra, *l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. §. non licet, in fin. Inſtit. quibus ex cauſ. manumit. licet.* Et conſiderato dicto decreto, non poteſt in aliqua parte dici mentem fuiſſe conditoris tollere clauſulæ iuramenti hanc vim, vel ei denegare virtutem confirmandi actum nullum. Ergo non poſſumus à nobiſmetipſis inducere hanc præſumptionem, quia actus agentium non ope- 81
rantur vltra eorum intentionem, *l. Non omnis, ff. ſi cert. pet. l. obligationum, §. non ſatis, de act. & obligat. l. ſi abſens, Codic. ſi cert. pet.* & donec doceatur de exceptione, ſtandum eſt regulæ generali, quod hæc clauſula habeat eandem vim, quam habet iuramentum formale, & reale, Natt. *d. conſil. 480. n. 12.* Cyriac. *d. contr. 322. num. 35.*

Nec in iure ciuili habetur pro inconuenienti, quod aliquis actus ſit regulariter prohibitus, & tamen detur eodem iure aliquod remedium ad illum validandum, provt euenit in contractibus minorum, qui ſunt inualidi abſque decreto iudicis, & aliis ſolemnitatibus,
vt *in leg. ſi quidem, Cod. de præd. minor.* & tamen hu- 82
iuſmodi contractus etiam inualidi accedente iuramento validantur, vt *in Auth. ſacramenta pub.* vbi gloſſ. &
DD. *Codic. ſi aduerſ. vend.* vbi omnes hoc notant, & 83
ita tradit Seraph. *priuil. 61. numer. 1.* & *numer. 4.* Ergo idem dicendum eſt in clauſula, *pro iurato*, &c. quæ iuramento æquiparatur. Si enim Princeps noluiſſet eam confirmare & contractum nullum, hoc ſciuiſſet exprimere, provt ſæpè ſtatuentes ſolent tollere vires iuramenti, præſumendo illud dolo, vi, & metu extortum; & propterea cùm id non fuerit explicatum in dicto decreto, nec Princeps declarauerit mentem ſuam, cenſetur voluiſſe hanc clauſulam operari om-
nem



nem effectum iuramenti, ac ſi tactis corporaliter ſcripturis fuiſſet iuratum, vt inquit Roland. *in dict. conſ. 69. n. 35. in fin. lib. 1.*

Vnde Doctores, qui tractant de hac clauſula, *pro iurato*, &c. dicunt eam operari omnes effectus iuramenti, & loquuntur etiam in caſu, vbi oportet per eam validari contractum aliàs nullum, vt videre eſt apud Claud. *ad Bertaz. d. conſil. 480. littera A*, vbi loquitur de iuramento minoris, qui dixit ſe maiorem, & contraxerat ſine ſolemnitatibus, & dicit quod hoc decretum ſic ligat minorem ac ſi iuraſſet. Et ſanè ſi hæc clauſula non haberet effectum actus confirmatorium, provt habet iuramentum, vtplurimùm ſeruiret de vento, & non poſſet verificari illud, quod tradunt Doctores, nil intereſſe, an iuretur tactis Scripturis, vel apponatur dicta clauſula, vt per Natt. *d. conſ. 480. num. 12.* Rol. *d. conſil. 69. num. 35.* Cyriac. *d. contr. 322. n. 35.*

Hinc cognoſcimus nihil obſtare, quod traditur à Surd. *deciſ. 208. num. 4. 5.* quem ſequitur Cyriac. *controu. 232. numer. 32.* & *controu. 215. numer. 15. 16.* dum dicit
85 hanc clauſulam, *pro iurato*, &c. nihil operari, vbi iuramentum non validat contractum, ſed ſeruatur ob periurij metum, quo caſu etiam hæres poteſt impugnare contractum. Nam hoc admitto, & procedit quando iuramentum eſt de re illicita, vel contra bonos mores; tunc enim non obligat niſi ob metum periurij, velut in eo, qui promiſit ſoluere vſuras; eo enim caſu ceſſante periurio, ceſſat obligatio, vt per *c. Tuas, de vſur.*
86 & *capit. primo*, & *cap. debitores, de iureiur.* tradunt doctores *in dict. cap.* vbi Abb. *numero duodecimo, verſ. non enim*, vbi etiam Felin. *num. 26. de iureiur.* Farin. *q. 160. n. 368.* & *n. 371. in fin.*

Secus eſt, quando contractus vallatur iuramento, & etiam ſi aliàs eſſet nullus ob ſtatuti prohibitionem, vel ob defectum ſolemnitatis, & non eſt ex ſui natura de re illicita, & turpi. Tunc enim certum eſt, huiuſmodi contractum aliàs nullum, adiecto iuramento validari, per textum *in dict. capitulo ſecundo, de pact. in 6.* & *in Auth. ſacramenta puberum*, vbi gloſſa, Bart. & Docto-
87 res, *Codic. de Sacroſ. Eccleſ.* Abb. *in dict. capit. Cùm contingat, numero 8. & ſequentibus*, pulchrè Campeg. *in tractat. de dot. quæſtione vndecima, numero quarto*, vbi dicit ab hac opinione non eſſe recedendum in iudicando, & conſulendo. Farinac. *dict. quæſtione 160. numero 235. & 242.* Borell. *in ſumm. deciſ. parte prima, titul. 60. numero 108. 118. 122.* vbi plurimos congerit.

In his terminis non obſeruatur contractus ob ſolum timorem periurij, ſed quia etiam recepit validitatem à iuramento, ex quo cùm oriatur duplex obligatio, vna perſonalis ad periurium, altera realis ad obſeruandum contractum, quæ etiam tranſit ad hæredes, vt inquit
88 Campeg. *dict. quæſtione vndecima, numero quarto*, Farinac. *dict. quæſt. 160. numero 117.* ſequitur, quod ceſſante periurio, adhuc tamen contrahentes teneantur ſeruare contractum iam factum validum, niſi ex alio capite oſtendant eſſe doloſum, vel meticuloſum, vt tradunt Doctores *in dict. capitul. primo*, vbi Abb. & Fel. *de iureiur.* Ergo ſicut iſto caſu, quamvis eſſet periurium fortè per abſolutionem, non tamen ceſſat validitas contractus priùs acquiſita; ita noſtra clauſula, *pro iurato*, &c. licèt non inducat periurium, inducet tamen validitatem contractus, cùm ſolita ſit operari omnes effectus iuramenti, excepto periurio, & hoc non negat Surd. *d. deciſ. 208. numero quinto, verſ. Ex quo*, vbi teſtatur Senatum ſeruare hanc diſtinctionem.

Et ſanè id probat praxis communis, dum quis abſoluitur à iuramento, maximè ad effectum agendi, vel exci-
89 piendi, quoniam cùm multi ſint effectus iuramenti, vno ſublato, velut periurio, cæteri adhuc remanent in ſuo robore. Nam, vt notum eſt, per hanc abſolutionem quis habilitatur à periurio, & ex hoc capite ceſſat vinculum iuramenti; ſed contrahens remanet obligatus quoad obſeruantiam contractus iam validati, & talis abſolutio, excepto periurio, non tollit alia vincula iuramenti,
vt *ex l. hæc ſcriptura*, vbi Bald. *numer. 2.* Soc. Sen. *num. 3.* 90
*verſ. aliquando, de condit. & demonſtr.* Ang. *conſil. 160. numero tertio.* Couar. *var. reſol. libro primo, cap. quarto, numer. ſexto,* Afflict. *deciſ. 210. numer. 9. in fin.* Natt. *conſil. 166. numero 24. verſ. nam Baldus, libr. 1.* Tuſch. *littera A, concluſ. 56. numero 24. 25. 26. 27.* pulchrè Peregr. *conſil. 53. numero 19.* & *conſil. 77. numero quarto, libr. 1.* Latiùs Borell. *in ſumm. deciſ. libr. primo, tit. 16. numer. 19.* vbi plurimos congerit, & ita fuiſſe concluſum in Rota Bononienſi, tradit Petr. Benintend. *deciſ. 14. numero 4. & 5.* & concordat Crauet. *in conſil. 7. numer. 7.* latè Burat. *deciſ. 44. numero 7. part. 1.* Sicut ergo ſublato periurio per talem abſolutionem adhuc iuramentum ſuſtinet validitatem actus, ita dicendum eſt de hac clauſula noſtra, *pro iurato*, &c. vt operetur ſuum effectum in valido contractu, licèt non poſſit inducere periurium.

Sed ſic eſt, quod nos verſamur in caſu, vbi contractus poteſt iuramento validari. Nam dato etiam verum eſſe, quod illa confeſſio dotis receptę importet donationem inter coniuges, vel ſponſos prohibitam, adhuc certum eſt illam poſſe iuramento confirmari, & validari, vt latiſſimè tradit Borell. *d. tit. 60. numer. 122. 124.* vbi teſtatur hanc opinionem omnium ſenſu eſſe receptam.

Non obſtat motiuum, quod exceptio ſimulationis, & non numeratæ pecuniæ ſint de illis, quæ poſſunt oppo-
ni contra inſtrumentum iuratum ob ſolum metum per- 91
iurij, per textum *in l. finali, Cod. de non num. pecun.* vbi Bart. & alij Doctores.

Nam reſpondetur, hîc non tractari de receptione non numeratæ pecuniæ, quia pars etiam aduerſa confitetur factam fuiſſe pecuniæ traditionem, ſed vult probare pecunias ſponſo in dotem traditas à ſponſa fuiſſe per ſponſum illi donatas iuxta tractatum præcedentem, vt habetur in proceſſu, *fol. 98.* Articuli enim à parte aduerſa producti, contra eam plenè probant, ſecundùm
Caſtrenſ. & Iaſ. *in l. iudices, in fin. Cod. de iudiciis.* Er- 92
go non eſt quærendum de huiuſmodi exceptione, cui pars aduerſa nullo modo innititur.

De ſimulatione verò non poteſt quæri, quia pars ipſa dicit dictum ſponſum hoc ficto modo habuiſſe intentionem donandi dictas pecunias ſponſæ, provt fuerat tractatum, ſicut ex aduerſo articulatur, vt in proceſſu, *d. fol. 18.* Sed reſpondetur, provt iam dictum eſt, hanc non eſſe ſpeciem ſimulationis, ſed contractus veri, & permiſſi à iure, cùm poſſet ſponſus ita donare ſponſæ, vt donata accipiat in dotem, vt probatur *in d. l. 1. §. priore, Cod. de donat. ante nupt.* Ergo fruſtra de ſimulatione quærimus, cùm nihil ſimulatum fuerit, etiamſi vera ſint, quæ ex aduerſo articulantur.

Secundò reſponſum fuit, quatenus hæc poſſit dici ſimulatio, eam non eſſe illicitam, neque prohibitam, cùm ſponſus poſſit donare ante matrimonium eius ſponſæ, & tam ſimpliciter, quàm ob cauſam, nihil obſiſtente ſtatuto Regij, *d. lib. 2. c. 79.* quod non loquitur de donatione facta, & completa ante matrimonium, vt ſatis probatum eſt, & ideò quæ ex aduerſo inculcantur, non procedunt in ea ſimulatione, quæ fit licitè ab vno contractu ad alium à iure permiſſum, vt per Fariniac. *d. quæſt. 162. num. 43.* Et quatenus de alia ſimulatione age-
retur, iam viſum eſt, eam non poſſe opponi, quando 93
contractus eſt firmatus duplici iuramento, aſſertorio, & promiſſorio, vt hîc, ob clauſulam prædictam, *pro iurato*, &c. vt vidimus.

Nec obſtat aliud motiuum, quod abſolutione petita
poſſit iurans opponere ſimulationem, vt per Farin. *d. q.* 94
*162. n. 89. 90.* tum quia loquitur in caſu, vbi interuenit
ſolùm

ſolùm iuramentum aſſertorium, quod non validat contractum, niſi ob metum periurij. Secus eſt, vbi interuenit etiam promiſſorium, per quod firmatur contractus etiam nullus, vt vidimus, & ſic ceſſante etiam periurio nihilominus contrahentes remanent obligati ad obſeruandum contractum, niſi probetur dolus, metus, vel turpitudo, vt ex Curt. Sen. *conſ.65. in fin.* pulchrè dicit Tuſch. *littera A, concl. 56. n. 19. verſ. Videas.* Ergo idem dicendum eſt, quando apponitur clauſula, *Pro iurato,* &c. quæ licèt non inducat periurium, firmat tamen contractum.

Non obſtat aliud motiuum, quod decretum Ducale ſuper dicta clauſula, *Pro iurato,* &c. loquatur tantùm de inſtrumentis, & actibus de iure ſubſiſtentibus. Nam reſpondetur, per hanc declarationem nimis reſtringi dictum decretum, quod fuit generale, & voluit eam clauſulam operari omnes effectus iuramenti, excepto periurio, & cùm ſit ſubrogata loco iuramenti in vniuerſum, quod præſtari ſolebat à Notariis, tam ſub forma aſſertorij quàm promiſſorij, non eſt reſtringenda præter intentionem ſtatuentis, vt prædicta poſſunt colligi ex Natt. *dict. conſil.* 480. *numer.* 12. 14. & Claud. *ad Bertaz. d. conſil.* 480. *littera A.* Ideò cùm decretum lo-
95 quatur in genere, operatur ſuum effectum in qualibet ſpecie, ac ſi quælibet ſpecies fuiſſet expreſſa, ad textum *in leg. ſi duo, in fin.* vbi Bart. *de adminiſtr. tut. leg. omnes, Codic. de præſcript.* 30. *an.* Crau. *conſil.* 162. *numer.* 2. Becc. *conſil.* 80. *numer.* 7. Tuſch. *littera I, concluſ.* 524. *numer.* 79. Immò, vt viſum eſt, ipſum decretum ſatis probatur, velle dare per hanc clauſulam robur etiam
96 contractibus inualidis, per illud verbum, *firment*, quod ad rem oſtendit, contractum nullum iuramento validari, vt *in cap. 2. de pact. in 6.* cum aliis ſuprà adductis. Et ad rem dici poteſt, quod vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, & generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda, ad textum *in l. demetis, ff. de publican. l. proſpexit, ff. qui, & à quibus.*

Non obſtat abſurdum conſideratum, quod plura ſpecialia inducerentur, & iuramentum suppleret plures defectus, ſi hæc clauſula confirmaret non ſolùm contractus confirmabiles, ſed etiam alios, qui ſolùm metu periurij ſeruantur, vt contractus ſimulatus. Nam reſponſum eſt, nos non verſari in hoc caſu; ea enim, de quibus tractamus, non ſunt talia, vt ſi iuratum eſſet, obſeruanda eſſent ob metum tantùm periurij, ſed vel per ſe etiam valida eſſent, vel ſaltem iuramento confirmarentur, vt vidimus. Non enim omnis contractus ſimulatus eſt huiuſmodi naturæ, vt accedente iuramento ſeruetur ob ſolum metum periurij. Nam ſi fiat ſimulatio de contractu valido ad alium validum, vel quod ſaltem iuramento validari poſſit, vt in caſu noſtro ſatis probatum eſt, tunc contractus ſeruatur non ob metum periurij, ſed quia ex ſe validus eſt, vel quia iuramento validatus fuerit. Ergo hoc idem operari poteſt hæc clauſula noſtra, etiamſi plura ſpecialia concurrerent, quia vnum veniret in conſequentiam alterius, quo caſu plurium ſpecialium concurſus toleratur, vt per textum *in l. ſub conditione, ff. de ſolut.* & *in §. Si ab hoſtibus, quibus modis ius patr. pot. ſol.* dixit Bart. *in quæſt.* 1. quæ in-
97 cipit: *Lucanæ Ciuitatis, in fin. verſ. Ad decimum.* Tuſch. *concl.* 360. *numer.* 23. Ex quo non eſt inconueniens, quod iuramentum ſuppleat plures defectus, ſi tendant ad eundem finem, vel in conſequentiam, provt vidimus in donatione facta inter patrem, & filium vltra quingentos aureos, quæ eſt inualida duplici ex cauſa, ſcilicet ob defectum inſinuationis, & quia prohibetur inter patrem, & filium, & tamen accedente iuramento validatur, & conſequenter iuramentum ſupplet plures defectus, vt poſt Aret. *conſil.* 12. *in ſe-*
98 *cundo dubio*, & Abb. *in conſil. 8. in ſecundo dubio, libr.* 2. dixit pulchrè Dec. *conſil.* 414. *numer.* 16. 17. Rimin. Iun. *Inſtit. quib. alien. lic. in princ. n.* 150. Seraphin. *priuileg.* 83. *num.* 49. *verſ. Sed in contrarium*, & hanc opinionem ſequitur Rota, teſte Seraph. *deciſ.* 801. *numer.* 5. Mancin. *de iuram. part.* 4. *eff.* 1. *quæſt.* 3. *numer.* 16. 18. vbi teſtatur de veriori ſententia. Et hoc non habet difficultatem, quando forma iuramenti eſt ampla, velut ſi iuratum ſit omnia, & ſingula attendere, & non contrafacere, &c. Tunc enim iuramentum ſupplet omnes defectus, vt ex Bart. *in l. 2. col. 3. Cod. de reſcind. vend.* Alciat. *in c. cùm con-* 99
*tingat, numer.* 130. *de iureiur.* Riminald. Iun. *dict. loco, numer.* 259. Crauet. *conſil.* 7. *numer.* 4. & *conſil.* 114. *num.* 9. & de communi teſtatur Seraphin. *dict. priuileg.* 83. *numer.* 49. *verſ. aliquando, & tertio.* Farinac. *d. quæſt.* 160. *num.* 257. Seraph. *deciſ.* 1184. *numer.* 15. Rota apud Farinac. *deciſ.* 165. *numer.* 3. *part.* 1. *in recent.* latè Mancin. *de iuram. part.* 4. *eff.* 1. *quæſt.* 3. *numer.* 20. vbi plures adducit, & teſtatur Rotam ita iudicaſſe. Ergo hoc idem dicendum eſt in hac noſtra cauſula, quæ operatur omnes effectus iuramenti.

Non obſtat, quod ſaltem in iuramento aſſertorio non prohibeatur dici de ſimulatione, quia illud in tantum ſeruatur, in quantum inducit metum periurij, quod ceſſat in clauſula, *Pro iurato,* &c. Nam reſponſum eſt, quod in caſu noſtro currit duplex iuramentum, ſcilicet aſſertorium, & promiſſorium, vt hic. Tunc enim ſeruandus eſt contractus non ſolùm ob metum periurij, ſed etiam quia iuramento fuit confirmatus, vt vidimus hic. Et quæ in contrarium allegantur, procedunt ſi promiſſio contineret aliquid contra bonos mores, vel turpe, quod in caſu noſtro verificari non poteſt. Ideò ſicut duplex iuramentum tollit exceptionem ſimulationis, vt vidimus: ita etiam efficit clauſula, *Per iurato,* &c. quæ eſt eiuſdem efficaciæ.

Non obſtat, quod ſaltem hæres iurantis poſſit dicere de ſimulatione contractus, maximè contra participem ſimulationis, quia ad eum non tranſit effectus 100
periurij, ex Seraph. *priuileg.* 59. *numer.* 29. Nam ex prædictis colligitur reſponſio, quia id fortè procedit in contractu ſimulato, qui ſeruatur ſolùm ob metum periurij, non verò ſi ille contractus fuerit etiam iuramento firmatus, vt hic, ob duplex iuramentum aſſertorium, & promiſſorium, & aliis rationibus iam adductis. Tunc enim etiam hæres tenetur ſeruare contractum, quia licèt iuramentum non tranſeat ad hæredem quoad periurium, tranſit tamen quoad obſeruantiam:
pulchrè Campeg. *in tract. de dot. quæſt.* 54. *numer.* 2. 101
*p.* 1. Surd. *conſil.* 194. *numer.* 22. latè Farinac. *quæſt.* 160. *numer.* 117. latiùs Borell. *in ſum. deciſ. part* 1. *de iuram. tit.* 60. *numer.* 129. vbi infinitos congerit, Seraph. *deciſ.* 805. *numer. quarto.* Ergo hoc idem dicendum eſt in clauſula noſtra, quæ producit eundem effectum.

Et prædicta videntur magis certa in caſu noſtro, vbi extat decretum declarans noſtrum inſtrumentum dotale eſſe munitum duplici iuramento, vt in proceſſu, *fol.* 65. quod fecit iudicatum, & poteſt allegari pro re
iudicata, quia eſt in eadem cauſa, & inter eaſdem perſo- 102
nas, ex allegato Surd. *conſ.* 165. *numer.* 11. & Scacc. *de re iud. gloſſ.* 14. *q.* 2. *n.* 9.

Nec obſtat, quod ſententia ſit ſtrictè intelligenda, & ideò prædictum decretum, quod declarat ream conuentam non teneri reſpondere poſitionibus, non eſſe extendendum ad capitula deneganda. Nam reſpondetur, quod pars aduerſa intendebat probare per poſitiones ſimulationem contractus, quam etiam nunc intẽdit probare per articulos, & fuit repulſa ex ratione expreſſa in decreto, propter duplex iuramentum, quod non minùs obſtat poſitionibus, quàm articulis; & propterea illud decretum non dicitur extendi, ſed comprehendere eundem caſum articulorum, ſaltem tacitè, & in neceſſariam conſequentiam; ſumitur enim ex mente actorum, refer-
turque ad caſum, qui ſumitur ex actis, vt poſt Bart. 103
Dec.



Dec. Fel. & alios, dixit pulchrè Cacheran. *deciſ. Pedemont.* 64. *num.* 3. quem ſequitur Gratian. *diſcept.* 833. *num.* 29.

His ſtantibus, concludendum eſt, partem aduerſam non eſſe admittendam ad probandum articulos productos, tum quia obſtat res iudicata: tum quia etiamſi probati eſſent, nihil releuarent. Non enim admittuntur articuli, quorum probatio nihil releuat, vt poſt Ol-
104 trad. *in conſ.* 316. *per totum*, & *conſ.* 328. *in princip.* dixit Tuſch. *littera A, concluſ.* 523. *num.* 14. Sed in caſu noſtro, dato quod verum ſit illud quod articulatur, ſcilicet, ſponſum donaſſe ſponſæ illos quadringentos ducatonos, quos ſponſa in inſtrumento dotali eidem tradidit in dotem, hoc nihil releuat, quia potuit ſic donare, & donatio fuit valida; & ſi non fuiſſet valida, ſaltem morte fuit confirmata, vt plenè diſcuſſum eſt, omiſſo etiam iuramento, cuius diſputatio verè in hoc caſu eſt ſuperflua, quia ſine eo valida fuit prædicta donatio ſic articulata, non ſubſiſtente Statuto, vt vidimus. Et ita concludo, ſaluo, &c.

---

## CAPVT CCXLI.

### EPITOME.

Permutatio bonorum fideicommiſſi, vel maioratus an ſit valida, ſtante prohibitione teſtatoris de bona alienando, & permutando.

### SVMMARIVM.

1 *Conſenſus ſuperioris debet præcedere actum, in quo debet interuenire.*
2 *Alienatio bonorum fideicommiſſi non nocet non conſentientibus.*
3 *Permutatio bonorum fideicommiſſi, vel maioratus permittitur propter vtilitatem, vel commoditatem.*
4 *Permutatio bonorum fideicommiſſi permittitur inter ipſos non fideicommiſſarios.*
5 *Alienatio permiſſa non offendit mentem teſtatoris.*
6 *Permutatio in res vtiliores non requirit iudicis decretum.*
7 *Permutatio probibita non cenſetur vetita, quæ fit inter vocatos, & de familia.*
8 *Permutatio non poteſt fieri in maioratibus, etiam in rebus vtilioribus.*
9 *Maioratus bona quomodo, & quando poſſint permutari.*
10 *Fideicommiſſa, maioratus, & primogenituræ iiſdem iuribus reguntur.*
11 *Primogenia, & maioratus ſunt ſimiles fideicommiſſis.*
12 *Argumentum à genere ad ſpeciem valet.*
13 *Fideicommiſſi bona quomodo poſſint permutari.*
14 *Teſtator ſi fuiſſet interrogatus, an ita reſpondiſſet, veriſimilitudo eſt attendenda.*
15 *Permutatio quare non permittatur in maioratibus.*
16 *Alienatio bonorum fideicommiſſi poteſt fieri conſentientibus quorum intereſt.*
17 *Fideicommiſſi bona alienata non poteſt hæres alienantis vindicare.*
18 *Primogenituræ bona alienata non poteſt recuperare hæres alienantis.*
19 *Hæres cum beneficio inuentarij an poſſit recuperare bona fideicommiſſi alienata.*
20 *Subſtituti in fideicommiſſis an poſſint reuocare alienata.*
21 *Alienatio fideicommiſſi tenet conſentientibus, quorum intereſt.*
22 *Permutatio bonorum fideicommiſſi an valeat in præiudicium ſubſtitutorum nondum natorum.*
23 *Permutationem rerum fideicommiſſi ſatis eſt fuiſſe vtilem ab initio.*
24 *Princeps poteſt mutare vltimas voluntates.*
25 *Primogenituræ bona poſſunt permutari cum Principis auctoritate.*
26 *Primogenituræ, & maioratui poteſt Princeps derogare ex cauſa.*
27 *Fruſtra precibus impetratur, quod iure conceditur.*
28 *Alienantes inuicem bona fideicommiſſi, pœnam ſibi remittere cenſentur.*
29 *Alienationem nullam quando Princeps cenſeatur conualidaſſe.*
30 *Authoritas ſuperioris ſatis eſt ſi ſequatur poſt actum factum.*
31 *Princeps poteſt conualidare actum nullum.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

DE anno 1630. è viuis ſublatus fuit peſtilentiali morbo D. Guidus Ciarlinius Carpenſis, condito eius vltimo teſtamento ſub die 25. Septembris eiuſdem anni, ex rogitu D. Hieronymi de Ambertis, aliàs de Bergamaſchis, in quo fecit ſuos hæredes Ioan. Baptiſtam Sacerdotem, & Ludouicum patrueles, & teſtatoris ex fratre nepotes, decernens, vt poſt ſingulorum mortem, quædam hæreditatis portio eis pertingens perueniat reſpectu dicti Ioannis Baptiſtæ ad primogenitum Petri eius fratris, & ſic de primogenito in primogenitum in infinitum; alia verò portio dicti D. Ludouici ſpectet pariter ad eius primogenitum eodem modo, adeò vt perpetua ſit primogenitura, & finita vna linea, portio illius perueniat ad aliam cum eodem primogenituræ ordine.

Et quia portiones huiuſmodi conſiſtebant in quodam caſino veteri ſito in villa Cibeni cum bubulcis nouem circiter terræ, valoris in totum ducatonorum mille centum, & in quadam portiuncula dotis ipſius teſtatoris, adeò vt calculatis calculandis portiones vtriuſque hæredis aſcenderent ſolummodò ad valorem ducatonorum ſeptem centum à libris quinque & ſolidis tribus, quæ primogenituræ eſſent ſubiecta, quia cætera teſtator eis reliquit libera; immò portio dicti D. Ludouici primogenituræ ſubiicienda remanſit ſolùm de ducatonis 600. quia grauatus fuit dare ducatonos centum Franciſco eius nepoti, pro quibus noluit eum ligare onere primogenituræ.

Ideò quia portiunculæ prædictæ erant tenues, & incommodum erat dicto Ludouico poſſidere terras dicti caſini longè diſtantes à ſuis, illudque reparare cum magna impenſa, quia ruinam minabatur, & ſoluere dicto cohæredi aliam portionem in pecunia, conuenerunt inter ſe de permutandis portionibus, & ſic dictus Ludouicus repudiauit legatum dicti caſini ſibi factum ad finem, vt illud cum terris ſubiectis adiiceretur dicto Baptiſtæ, qui viciſſim illi ceſſit ſuam portionem, & promiſit ei ſoluere pecuniam inueſtiendam in tot terris, quæ eſſent obnoxiæ primogenituræ dicti D. Ludouici; qui idcirco habita ſatisfactione ſuppoſuit illi tredecim bubulcas terræ proprias, provt fieri poteſt, ita vt portio dicti D. Ioan. Baptiſtæ pro primogenitura eius fratris eſſet in dicto caſino pro valore tantum ducatonorum 700. & illa dicti D. Ludouici in terris ad hoc per eum obligatis pro valore ducatonor. 600. vt conſtat ex inſtrumento rogato à D. Hieronymo Parmeſano, ſub die 11. Iulij 1631. & ex alio inſtrumento rogato à D. Antonio Mariano, ſub die 20. Ianuarij 1638.
vbi

vbi dicti Ioan.Baptiſta, & Ludouicus dictam permutationem per ſe, & eorum hæredes ratam, & firmam habere promiſerunt.

Nunc verò defuncto dicto D. Ludouico, eius filij, & hæredes vnà cum dicto Ioan.Baptiſta, & eius fratre, vti adminiſtratore eius primogeniti, ad maioris rei firmitatem, & vt futuris temporibus talis permutatio non poſſit impugnari ab iis, qui nondum nati ſunt, ſupplices rogant Celſitudinem Sereniſſimi Principis, vt dignetur dictam permutationem confirmare, & robur ſuæ auctoritatis ei adiicere. Vnde queritur, an id fieri poſſit in præiudicium ſubſtitutorum pro tempore, & an valeat poſt factum auctorizari.

Et ſanè videbatur dicendum, conſenſum, & auctoritatem Principis fuiſſe petendam antequam fieret permutatio, ob reuerentiam Domini, & quia conſenſus ſuperioris regulariter præcedere debet, vel in ipſo actu interuenire, ex Genuenſ. *conſ.52. numer.7. verſ. in conttrarium,*
1 & Abb. *quæſt.5. col.7. poſt med. verſ. tum quia*: & multò magis ex traditis per Molin. *de primogen. Hiſp. lib.4. c.5. num.34.36.*

Deinde hoc idem magis dicendum videbatur reſpectu ſubſtitutorum, qui nondum nati ſunt, quia illis videtur non potuiſſe præiudicari, quia non conſenſerunt, vt
2 eſt caſus legis *quoties, C. de fideicom.*

His tamen non obſtantibus, cenſeo validè omnia fuiſſe geſta, nec offenſam fuiſſe Principis maieſtatem, vel teſtatoris voluntatem; & ideò iuſtè poſſe eundem Principem gratioſè confirmare talem permutationem, etiam reſpectu ſubſtitutorum nondum natorum, poſtulatis Oratorum benignè annuendo; & maximè quia id in præſenti caſu petitur potiùs ad cautelam, & ad tollendas dubietates, quæ futuris temporibus poſſent oriri inter ſubſtitutos, quàm quod de præſenti adſit vlla ambiguitas, ne valida ſint, quæ ab Oratoribus geſta ſunt, cùm non adſit qui contradicat, & conſentiant vocati vtriuſque lineæ nunc viuentes.

Nam licèt in fideicommiſſis, feudis, & maioratibus, ſeu primogenituris, & aliis huiuſmodi adſit inter DD. magna controuerſia, an permiſſa ſit permutatio bonorum obnoxiorum, maximè quando teſtator prohibuit alienationem illorum, & permutationem, & plerique ſentire videantur eam eſſe licitam, ſi fiat in alias res vtiliores, vel magis commodas, aut ſaltem æqualiter vtiles, & commodas; vbi enim non læditur perſona, cuius fauore facta fuit alienationis prohibitio, non videtur permutatio contra prohibitionem facta, & conſequenter alienans non incidit in pœnam: ſic per textum *in l. ex hoc edicto, §. ſi quis alienauerit., ff. de alien. ind.*
3 *mut. cauſ. fact.* Natt. *conſ.470. numer.5.* Petr. *de fideicomm. quæſt.8. numer.527.* Peregr. *eod. tract. art.40. numer.32. verſic. & eſt ratio,* latiſſimè Fuſar. *de ſubſtit. q.530. n.4.5.* Cyriac. *contr.364. n.36.* Monet. *de com. vlt. vol. c.9. n.353. verſ. nunc autem.*

Verùm in omni caſu ſi non lædantur corpora hæreditaria, nec mutentur, nec ad extraneos transferantur, ſed fiat permutatio de rebus fideicommiſſariis viciſſim inter ipſos fideicommiſſarios, & vocatos, tunc admittunt omnes validam eſſe permutationem, nec ei obſtare teſtatoris prohibitionem de non alienando, & permutando, quia illa intelligitur quoad extraneos, non autem ſi fiat in ipſos vocatos ſine læſione fideicommiſſi in valore; tunc enim bona non periclitantur, nec læditur mens teſtatoris, cùm ſemper eadem bona remaneant eiuſdem qualitatis, licèt penes diuerſos vocatos, & ſic concludunt omnes pro validitate permutationis, vt latè probat videndus Decian. *conſ 55. numer.73.74. vſque ad num.83.*
4 & *conſil.57. num.22.* & *numer.32. in fin.* & *num.38. verſ. vltimò ergo, lib.3.* vbi latè examinat, & reſpondet omnibus contrariis, & eum pulchrè ſequitur Peregr. *de fideicomm. art.40. numer.34. verſ. concedendum tamen.* Mantic. *de tac. & amb. conuent. lib.5. tit.4. num.15.* Fuſar. *de ſubſt. d. q.530. num.17.* Monet. *de com. vlt. vol. d. cap.9. n.158.* qui omnes probant hoc caſu non contrauenire menti teſtatoris.

Et ideò cùm hoc caſu licita ſit permutatio, & de iure valida, ſicut per eam non poteſt dici offenſa mens teſtatoris, vt per Decian. *dict. conſil.85. num.80. ad fin.* & 5
*conſil.57. ſub num.38.* ita nec Maieſtas Principis, quia nihil illicitum factum eſt, quod adeò verum eſt, vt hoc caſu non ſit neceſſarium interuenire iudicis decre- 6
tum, & ſufficiat docere contractum fuiſſe ab initio vtilem, vel commodum, vt per Fuſar. *d. quæſt.530. numero 18.*

Neque obſtat, quod teſtator prohibuerit alienationem, & permutationem bonorum, quia hoc intelligendum eſt quoad tranſitum ad extraneos, & eos qui non ſunt vocati, vel etiam remotiores; non autem ſi fiat inter eoſdem honoratos, & nominatos, quos teſtator æqualiter dilexit; et ſi res vtrimque data ſit eiuſdem naturæ, & iiſdem conditionibus obnoxia, vt hic: ſic latè Decian. *d. conſil.55. num.81. verſ. non obſtat,* & *numer.82.* 7
*verſ. non obſtat vltimum,* & *conſil.57. num.22.23.38. verſ. vltim. lib.3.* quem cæteri ſequuntur.

Nec etiam obſtare poteſt, quod hæc procedant in fideicommiſſis, non autem verſemur in maioratibus, & primogenituris, vbi vnus tantùm ſuccedit, & in quibus non poteſt propria auctoritate fieri permutatio rerum maioratus cum aliis etiam vtilioribus, ex Molin. *de primogen. Hiſp. lib.4. c.6. n.26.27.* quem ſequitur Ludouicus 8
Molin. *de maiorat. tractat.2. diſputat.648. num.4. verſ. quæri poteſt.*

Nam reſpondetur, horum auctorum doctrinam nihil obſtare, quia ipſi quoque loquuntur in caſu quando fieret permutatio cum extraneis, vel cum re extranea, idque apertè colligitur ex ratione per eos adducta; ſiquidem dicunt præciſam voluntatem inſtitutoris maio- 9
ratus fuiſſe, vt ea bona perpetuò in familia conſeruentur, & ideò non eſſe permittendum poſſeſſori, vt ad maiorem etiam ipſius maioratus vtilitatem illa poſſit aduerſus inſtitutoris voluntatem alienare, & ſic extra familiam transferre; ſecus eſt dicendum, quando fit alienatio intra familiam inter eoſdem vocatos, nec res mutatur, ſed remanet eodem modo vinculata inter illos, qui portiones ſuas ſolùm inter ſe permutant, & nullum damnum afferunt primogenitis in rerum valore, quia non mutatur ſtatus bonorum, ſed tantùm perſona, vel linea; tunc enim idem dicendum eſt in maioratu, quod ſtatuitur in fideicommiſſis, quia maioratus, & primogenitura nihil aliud ſunt, quàm fideicommiſſum; & in his, quæ non ſunt ſpecialiter in puncto aliter deciſa, regulantur iiſdem fideicommiſſorum regulis, adeò vt in tali materia ſumenda ſit interpretatio ab iis, quæ in fideicommiſſis ſtatuuntur, maximè quando maioratus eſt in eſſe deductus; tunc enim eodem iure fideicommiſſorum cenſendum eſt: ſic ex Molin. *de primog. Hiſpan. lib.1. cap.1. numer.8. verſ. ſicque,* & *verſ.* 10
*item licet,* & *numer.15.* vbi dicit maioratum eſſe fideicommiſſum familiæ perpetuò relictum, & paucis detractis, ab vno ad alterum valere argumentum: ſic etiam tenet Ludouicus Molin. *de maiorat. tract.2. diſp.648. numer.4.* vbi quod dicta de fideicommiſſis habent locum etiam maioratibus: ad rem Menoch. *conſil.1006. numer.38.* Fuſar. *de ſubſt. quæſt.277. numer.79.* & *quæſt.387. numer.10.* latè Gratian. *diſc.771. numer.11.* vbi multos allegat: ſic etiam latè Cyriac. *contr.15. numer.3.* & *controu.23. numer.12.* vbi multis adductis probat primogenituram regulari ſecundùm iura fideicommiſſorum: idem ſentire videtur Monet. *de commut. vlt. volunt. dict. cap.9. numer.98.* vbi quod primogenia ſunt ſimilia fideicommiſſis, & *numero 371.372. & ſeqq.* vbi quod inter maioratum, & fi- 11
deicommiſſa eſt maxima conuenientia, & quod in effectu maioratus ſunt quædam fideicommiſſa. Sed in maiora



maioratibus, & primogeniis non reperitur deciſum, neque prohibitum, quod ſi quis fecerit duas primogenituras inter duos à ſe æqualiter dilectos, ne illi poſſint portiones ſibi obuentas inuicem permutare ſine damno fideicommiſſi in rerum valore: ergo ſicut in fideicommiſſis eſſet permiſſum, vt vidimus, ita in primogeniis, & maioratibus eſt concedendum, quia illa ſunt ſpecies fideicommiſſi, & valet argumentum à genere ad ſpe-
12 ciem, vt in his terminis dixit Monet. *de com. vlt. vol. d. cap.9. n.453.* & *n.454.* immò multi admittunt poſſe hæredem grauatum fideicommiſſo res fideicommiſſarias commutare in ſuas proprias, vtiliores, vel magis commodas fideicommiſſario, vel etiam æquè vtiles, vel
13 commodas, vt poſt Peregr. *de fideicomm. art.40. n.32.* dixit Monet. *d. cap.9. n.353. verſ. nunc autem.*

Et ſanè ſi inſpicimus mentem fundatoris, & rationem fundationis (quæ in omni diſpoſitione faciunt totum) vtique dicendum eſt, quod ſi teſtator de hoc caſu fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet, quia videret in nullo penitus fraudari eius mentem; ſua enim intereſſe nihil potuit, an potiùs vna, quàm altera res ad ſuos hæredes, vel ſubſtitutos perueniret, modò inter eos remaneat, & ſinguli vocati poſſideant portiones eiuſdem valoris, & vinculi, & propterea iudices debent iu-
14 dicare ſecundum hanc veriſimilem teſtatoris mentem: ſic pulchrè probat Decian. *d. conſ.55. n.83. verſ. & poſtremò, lib.3.* & ad rem facit Molin. *de primog. Hiſp. lib.4. num.6.* hîc enim conſiderari non poteſt illa ratio adducta à Molin. *d. diſp.648. num.4. verſ. quæri,* quod ſi permitteretur permutatio, facilè poſſent minui, & per-
15 di bona maioratus in præiudicium familiæ, quia hîc non permutantur bona primogenituræ cum aliis extraneis, ſed eadem remanent, licèt apud diuerſos vocatos, ſolumque portio vnius alteri inuicem conceditur cum eadem qualitate, & onere, & ſic non poteſt euenire, quod bona primogenituræ idcircò minuant; vnde ceſſante ratione Molinæ, ceſſat eius doctrina, *c. cùm ceſſante, de appell.* & cum vulgaribus, & multò magis, quia hoc caſu non poteſt dici contrafieri voluntati teſtatoris; is enim qui alienat rem prohibitam alienari contra verba illius, qui eam prohibuit, nullam pœnam incurrit, ſi id fieri poſſit obſeruata eius mente, & voluntate, vt hic, ſicut viſum eſt: ita Molin. *d. c.4. num.5.*

Nec mirandum eſt, quod hæc commutatio fieri potuerit à dictis hæredibus, vel etiam à primogenitis propria auctoritate, quia cùm in caſu alienationis pars alienata eſſet applicanda parti obedienti, vt diſpoſuit teſtator, & etiam eſt conforme iuri communi, vtique in fauorem illorum, qui non alienarunt, diſpoſitio facta cenſetur; & ideò ſi ipſi portiones permutarunt, poſſunt propria auctoritate commutationem facere ſine incur-
16 ſu pœnæ, ſaltem durante eorum vita, cùm liceat ſemper fauori ſuo renuntiare, vt eſt textus *in §. ſi autem hæres,* aliàs *§. ſi autem legatum. verſ. ſi verò loca, in Auth. de Eccl. tit. col.9.* & *ex l. legatum, ff. de adm. rer. ad ciuit. pertin. l. legatum, de vſu, & vſufr. leg. l. cùm hi, §. eam tranſactionem, iunct. §. ſi cui, ff. de tranſact.* latè probat Monet. *de com. vlt. vol. c.5. n.66.67.68.* & *c.9. n.441.*

Valida igitur fuit de iure hæc permutatio bonorum primogenituræ inter ſe, ex Dec. *d. conſ.55. n.73.74.* Et dato etiam, quod fuiſſet nulla, adhuc etiam bona prædicta non poſſent vindicari à ſucceſſore, ſeu hærede alienantis, quia hæres tenetur ſtare facto defuncti, qui promiſit pro ſe, & hæredibus dictam permutationem
17 ſeruare, & manutenere: ſic pulchrè Decian. *d. conſ.55. num.84. verſ. ſupereſt,* & *n.87.88.89.90 lib.3.* & Grat. *diſc.511. n.24.* vbi alios allegat: & in terminis primoge-
18 nituræ Fuſar. *de ſubſt. q.557. n.3.5.* vbi plures cumulat, & probat id procedere etiã in hærede hæredis, & latè etiam docet Cyriac. *contr.60. n.78.86.89.104.105.* vbi quod id procedit etiam in hærede cum beneficio legis, & inuentarij; inquantum tamen patiuntur vires hæreditatis, quod 19
dixit Fuſar. *d. quæſt.557. num.12.13.* & Grat. *d. c.511. n.25.26.*

Tota igitur difficultas reducitur ad ſubſtitutos, an ipſi teneantur ſtare huic permutationi, *per l. quoties, C. de fideicom.* & propterea oratores recurſum habuerunt ad Principem, vt ſua regia auctoritate eam confirmando, illa habeat ſemper robur perpetuæ firmitatis, quamvis
quoad eos etiam ſuſtineri poſſit validam eſſe permuta- 20
tionem, vel ſaltem nullo modo eis præiudicialem.

Nam ſi loquimur de ſubſtitutis, poſtquam finita fuerit vtraque linea primogenitorum priori loco vocatorum, vtique id nihil ad eos pertinet, nec quicquam intereſt illorum, an bona prædicta ſint penes vnam lineam, vel alteram, cùm ſemper ſint in familia, & ad eos bona non deuoluantur, niſi extinctis ambabus lineis, quibus ſublatis hæc bona ad eos deuenient, perinde ac deueniſſent, ſi nulla fuiſſet facta permutatio, ideò ceſſante eorum præiudicio, ceſſat etiam reclamandi occaſio. Decian. *d. conſ.55. n.83.*

Si verò loquimur de ſubſtitutis comprehenſis in dictis lineis, & nunc viuentibus, minùs reclamare poſſunt, quia conſentiunt permutationi; alienatio enim aliàs prohibita tenet, ſi conſentiant illi, de quarum intereſ-
ſe agitur, vel aliquo modo vocantur, per textum *in l.* 21
*cùm pater, §. libertis, de leg.2. l. quoties ab omnibus, C. eod. l. nihil, §. omnibus, l. ſi fundum per fideicommiſſum,* vbi Bart. Bald. Caſtr. Iaſ. *n.32.* & alij, communiter, *ff. de leg.1.* latè Monet. *d. cap.9. n.492.493. & ſeqq.* neque hîc dubitandum eſt de eorum conſenſu, quia ipſimet in precibus Sereniſſimo Principi porrectis hanc gratiam ſuppliciter petunt, vt dignetur talem permutationem approbare, & confirmare, quod ſufficit ad probandum illorum conſenſum, *vulg. l. cùm precum, C. de liber cauſ.*

Sin loquimur de aliis ſubſtitutis nondum natis, & ad poſteritatem ſpectantibus naſcituris ex dictis duabus lineis Petri, & Ludouici Ciarnilij, res magis dubia eſt, an ipſi teneantur ſeruare hanc conuentionem, & permutationem, ſi fortè non ſint hæredes alienantium mediatè, vel immediatè, vel conſentientium. Nihilominus etiam horum reſpectu dici poteſt ſuſtinendum eſſe,
validam fuiſſe permutationem, quia fuit facta bona fi- 22
de, & gratiâ commodioris vſus vtriuſque partis, & iure permittente, nec teſtatore contradicente, immò permittente, cùm ſolùm prohibuerit permutationem cum extraneis, vel re extranea, vt vidimus ex Decian. *d. conſ.55. ſub n.83.* & propterea intrat caſus, quod cùm permutatio fuerit vtilis, vel commoda, & bona non tranſierint ad extraneos, ſed remanſerint eiuſdem qualitatis, & vinculi apud primogenitos linearum vocatarum; facto tamen cambio vnius ad alteram, potuit fieri dicta permutatio non ſolùm inuitis fideicommiſſariis, & ſubſtitutis, ſed etiam ignorantibus, quales ſunt qui nondum nati ſunt, & hoc ſentire videtur Decian. *d. conſ.55. n.83. verſ. cùm nil,* ibi: *ad ſuos ſubſtitutos, lib.3.* & fuit de mente Caſtr. *conſ.269. n.2. lib.1.* Soc. Iun. *conſ.28. n.8.9. lib.2.* Alb. *conſ.97. ante n.50.* Peregr. *de fideicom. art.40. n.35.* quos ſequitur Monet. *d. c.9. n.159.* vbi ſemper hoc admittunt, quoties permutatio fit ex permiſſione legis, vel teſtatoris.

Et in hoc caſu ſatis eſt contractum fuiſſe vtilem, vel 23
commodum à principio, quia futuræ calamitates non nocent, nec contractum euertunt, ad textum *in l. verum, §. ſciendum, ff. de minor.* Peregr. *de fideicom. art.40. n.32. in fin.* & *n.35. in fin.* Fuſar. *de ſubſt. q.530. n.18.*

Verumtamen ad tollendum hoc dubium, vt ſemper inter dictas lineas, & earum primogenitos pax, & concordia ſeruetur, ſupplicant oratores Celſitudinem Sereniſſimi Principis, vt manum huic conuentioni admouere velit, cum robore ſuæ auctoritatis; ſicut enim Princeps poteſt mutare, & alterare voluntates teſtantium,

24 tium, & fideicommiſſa, ſaltem ex cauſa, latiſſimè Mo-
net. *de com.vlt. vol.s. 9. num. 559. & multis ſeqq.* ita in
ſpecie poterit approbare, & authorizare permutationes
bonorum primogenituræ, vel maioratus, etiam cum
25 aliis bonis extraneis, & extraneorum, ex cauſa vtili-
tatis, vel commoditatis, *ex l.ita conſtante, ff.de iur. dot.*
& Molin. *de maiorat.tract.2.d.diſp.648.num.4. verſ quæ-
ri poteſt*, Monet.*d.c.9.n.*444. vbi docet, quod principa-
26 liter derogari poteſt Maioratui per Principem ſupre-
mum, ſaltem ex iuſta cauſa, tam illud reuocando, eiuſ-
ve conditiones, & qualitates vel tollendo, vel immu-
tando, quàm facultatem concedendo, vt aliqua eius bo-
na in totum, vel pro parte alienentur, vel cum aliis per-
mutentur, vel etiam obligentur.

Ex his ſatis colligitur, ad impetrandam à Principe
gratiam confirmandi dictam permutationem, nihil ob-
ſtare, quod priùs facta ſit permutatio, quàm gratia pe-
tita, quia reſpectu permutantium, & conſentientium il-
la fuit valida abſque regio aſſenſu, per dictam legem
*quoties, C. de fideicomm.* ideò non fuit violata mens te-
ſtatoris, nec læſa Maieſtas Principis, & fruſtra precibus
27 impetratur, quod iure communi conceditur, *l.1.§.reſcri-
pto, vt leg.nom.caueat.l.1. in fin.ad municip.l. vnic. Codic.
de theſaur. lib.*10.& *cap. Abbate, §. contra, de verb.ſigni-
ficat.* Vnde ſolùm reſpectu ſubſtitutorum, qui nondum
ſunt nati, petenda erat Principis confirmatio.

Sed demus etiam ab initio inualidàm fuiſſe dictam
permutationem, quia tamen nulla pœna eſt commiſſa,
eo quòd illi, quibus pœna erat applicanda, per aliena-
28 tionem reciprocam, & conſenſum reſpectu hæredum, ſi-
bi pœnam remiſerunt, & ſibi præiudicarunt, per textum
*in l.Titius, ff. quibus mod.pign vel.hyp.ſolu. l. cùm pater,
§. libertis*, vbi Bart. *n.6. verſic. ego induco*, & Imol. *in
verb. nota quod dictis, de leg.2.d.l.quoties, Cod. de fideicom.*
pulchrè Alexand.*conſ.*8.*n.*6.7.& *conſ.*146.*n.*8.*in fin.lib.*5.
ideò etiamſi nulla eſſet dicta permutatio, dummodo
Princeps totum ſciat, & ei narretur fuiſſe factam, aſſen-
ſus Domini ſuum operatur effectum, & eo ipſo cenſebi-
tur alienationem præcedentem confirmaſſe, & validaſſe,
vt probatur per textum *in l.ſi quis filio exhæredato, §.irri-
tum, verſ.qua ratione*, vbi pulchrè Caſtr. *n.4.ff. de iniuſt.
teſt.* idem Caſtr.*in l.hæc conditio, §. ſi ſic, ff. de condit. &
demonſtr.* quem pulchrè ſequitur Alex.*in d.conſ.*146.*n.*7.
6.*verſ. tamen dicit ipſe, lib.* 5. benè etiam Afflict. *deciſ.*
355.*n.2.verſ. inferens*, & ita in effectu tenent Molin. *de
primog. Hiſp.lib.*4.*c.*5.*num.*34.36. Ludouicus Molin. *de
maiorat.tract.2.diſp.*652.*n.* 4. vbi tamen aliter ſentiunt,
29 quando verſamur in caſu, quod pœna eſſet commiſſa,
& ius tertio quæſitum, & Princeps ignoraſſet; quia
tunc ille non cenſetur alienationem nullam præceden-
tem voluiſſe confirmare, quæ ſunt aliena à caſu noſtro,
quia, vt vidimus, non eſt contrafactum menti teſtato-
ris, nec adeſt, cui poſſit pœna applicari ob mutuum
conſenſum partium, ob vigorem dictæ legis *quoties, C.
de fideicom.*

Ideò cenſeo, Principem conſcium de præcedenti per-
mutatione, poſſe illam confirmare, & approbare, etiam
poſt factum; tum quia quando ad actus validitatem re-
quiritur ſuperioris confirmatio, tunc illa etiam ex inter-
uallo ſequi poteſt, vt *in cap. cùm ſuos, de his quæ fiunt à
30 Prælat. cap.cura, de iurep.cap.ſi qua,* 12.*q.*2.Rom.*conſ.*50.
*num,*2.Tuſch.*littera A, concl.*596.*n.*20. tum quia nemini
eſt dubium, quod Princeps poteſt conualidare, & con-
firmare etiam actum nullum ab initio, per textum *in
31 d. l.filio exhæredato, §.irritum, verſ.qua ratione*, vbi Do-
ctores, *ff.de iniuſt.& rup.teſt.*Abb. *conſ.*84.*n.*3.*lib.*1. vbi
adducit rationes, & ſic Princeps approbauit dictam per-
mutationem de anno 1646.

# CAPVT CCXLII.

## EPITOME.

Statutum aſtringens omnes colonos, & laboratores ad ſoluendum triticum pro ſalario Prætoris, an comprehendat colonos Eccleſiaſticorum.

## SVMMARIVM.

1 *Coloni Eccleſiarum quoad portionem colonicam ſunt immunes.*
2 *Onus mixtum eſt, quod imponitur perſonæ pro rebus.*
3 *Onus perſonale quodnam ſit.*
4 *Collecta eſt onus mixtum.*
5 *Coloni Eccleſiarum ſunt immunes ab oneribus realibus, & mixtis.*
6 *Gabella ſuper carreno pro bobus, non afficit colonos Eccleſiarum.*
7 *Coloni Eccleſiarum non tenentur ad onera, quæ imponuntur perſonæ pro rebus.*
8 *Collecta imponitur poſſeſſori, & domino, non colono.*
9 *Coloni Eccleſiarum ſunt exempti etiam quoad portionem colonicam.*
10 *Colonus quando non poſſit grauari pro portione colonica.*
11 *Statutum non comprehendit colonos Eccleſiarum circa grauamina.*
12 *Collectis in exigendis attenditur conſuetudo, & obſeruantia.*
13 *Collectæ imponuntur poſſidentibus pro ſuo.*
14 *Coloni non poſſident pro ſuo, ſed nomine domini.*
15 *Statutum arctans colonum ad collectas pro domino, eſt iniquum.*
16 *Coloni Eccleſiarum non poſſunt collectari, vbi non eſt ſolitum.*
17 *Conſuetudo non poteſt tollere immunitatem Eccleſiæ.*
18 *Coloni Eccleſiæ tenentur ad collectam pro parte ingreſſus.*
19 *Coloni an teneantur ad collectas; cognitio ſpectat ad Eccleſiaſticum.*
20 *Iudex Eccleſiaſticus eſt competens, quoties tractatur de iuriſdictione inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem.*
21 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt inhibere iudici laico, ſi controuerſia ſit de iuriſdictione inter eos.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN terra Scandiani extat vnum Statutum antiquum
diſponens, quod Poteſtates in illis locis habeant vl-
tra alia ſalaria ſingulo anno tempore recollectus vnam
minam frumenti à qualibet familia agricolarum pro
quolibet pari beſtiarum bouinarum, cum quibus labo-
rant terras, & à qualibet familia non habente beſtias
bouinas, cum quibus laborentur terræ, habeant quarta-
rium vnum.

Hinc quæritur, an ſtatutum prædictum habeat
locum contra colonos partiarios Eccleſiarum, & per-
ſonarum eccleſiaſticarum, non obſtante quod huc
vſque nunquam ſoluerint à die promulgationis di-
cti ſtatuti: & videbatur affirmatiuè reſpondendum,
quia coloni Eccleſiarum quoad portionem colonicam
non gaudent priuilegio immunitatis, ex famoſo Fe-
der. de Sen. *conſ.* 111. *num.* 10. & quia hoc videtur eſ-
ſe onus perſonale, ad quod etiam coloni Eccle-
ſiæ



ſiæ obligantur, vt per Surd. *conſ.*301.*ſub n.*85. Ciarlin.
*controu.*63.*n.*23.

Nihilominus aliter eſſe reſoluendum videtur ſecun-
dùm regulas iuris, & ſacrorum canonum: tum quia hoc
onus de iure non afficit colonos Eccleſiarum: tum quia
obſeruantia longi temporis, quæ eſt optima interpres,
ſatis declarat ſtatutum non comprehendere dictos co-
lonos, cùm paſſim fuerint tractati tanquam immunes.

Vt autem veritas magis eluceat, animaduertendum
eſt, hoc non eſſe onus merè perſonale, ſed mixtum, quia
imponitur perſonæ pro rebus, & continet ſumptum po-
tiùs, quam laborem. Nam hæc collecta frumenti ſol-
uenda eſt à qualibet familia habente beſtias, cum qui-
bus laboret terras in vna mina frumenti; & ſi non ha-
bet beſtias, cum quibus laboret terras, in vno quarta-
rio; & ſic ſemper ſtatutum ſupponit, quod illa fami-
lia habeat terras; & ideò qui terras eò loci non poſſi-
dent, non aſtringuntur ad hanc ſolutionem. Ergo non
eſt onus perſonale, ſed mixtum, quia imponitur prin-
cipaliter perſonæ pro rebus, ſiue reſpectu beſtiarum,
2 ſiue terrarum, vt per *l.reſcripto, §.fin.*vbi gl. & Bart. *ff.
de mun.*Bellet.*diſq.cler.p.1. tit.de exempt. cler.* §. 1.*n.* 8.
latè Sperell. *deciſ.*44.*n.*1. vbi multos allegat. Duard. *in
Bull.Cœn.Domini. can.*18.*q.*5.*n.*6. etenim onus merè per-
ſonale eſt illud, quod conſiſtit ſolùm in labore corporis,
& ſollicitudine animi ſine aliquo ſumptu, ad textum *in
l. 1. §. illud tenendum, de muner.* latè Sperell. *deciſ.*41.
3 *num.*48.49.50. Ciarl. *contr.*63. *num.* 23. Ergo hoc onus
non poteſt cenſeri perſonale, ſed mixtum, pro vt eſt de
4 natura collectæ, quæ imponitur perſonæ pro rebus.
Ciarl.*contr.*22.*n.*21.22.

Hoc ſtante ſequitur omninò, quod coloni Eccleſia-
rum, & clericorum non teneantur ad hanc collectam,
quæ eſt onus mixtum cum ſumptu ſoluendi triticum;
ſiue enim imponatur pro beſtiis, ſiue pro terris, ſemper
immunes ſunt dicti coloni, quia vbicumque onera ſunt
realia vel mixta, quæ ſcilicet imponuntur perſonæ pro
rebus: exemptio Eccleſiaſticorum extenditur etiam ad
5 eorum colonos, vt per gloſſam *in l.bi penes*, & ibi Ioan.
de Plat. *n.2. C. de agric.& cenſ. lib.*11. Angel. *in §. quia
verò in Auth. de non alien.* Bald. *in l. 1. C. de Epiſc. &
Cler.* Felin.*in c. 1. n.3. de for. compet.* Bertach. *de gabell.
p.7.n.*14.15.Natt. *conſ.* 409.*n.*5.& ita iudicauit pluries
Rot. Rom. vt *in Corrigienſ.gabellæ, 29.Nouembris* 1602.
vt apud Ciarlin. *d. contr.22.n.62. & ſeqq.* vbi etiam in
6 terminis loquitur de gabella pro carterio, ſuper bobus,
vt coloni Eccleſiarum ad eam non teneantur, & ad rem
facit Dian. *mor.p.3.tract.1. de immun.Eccl.reſol.23.verſ.*
ſed contrariam.

Nam generaliter ſentiunt DD. colonos Eccleſiaſtico-
rum non teneri ad onera, quæ imponuntur perſonæ pro
7 rebus. Surd. *d. conſ.*301. *n.*90. *verſ. aliud indicitur.* Rot.
*d. contr.*22. *n.*61. 62.Sperell. *deciſ.*44.*n.*4. ſiquidem co-
loni non poſſident prædium, ſed dominus; & ideò cùm
poſſeſſori tantùm, & domino collecta imponatur, colo-
num afficere non poteſt: pulchrè Natt.*conſ.*409.*n.*3.Alex.
8 *conſ.*35.*col.2.lib.*4.Oſaſch.*deciſ.*83.*n.*6.Rol.*cōſ.*79.*n.*12.
13.*lib.*4.Bellet.*diſq.cler.p.1. tit.de exēpt.cler.§.7.n.1.verſ.
huiuſmodi*, latè Sper. *deciſ.41.n.48.& ſeqq.*& *dec.44.n.*4.

Nec obſtat quod ſecundùm aliquos Eccleſia ſola ſit
exempta, & ideò coloni Eccleſiarum poſſint collectari
quoad partem fructuum colonicam eis tangentem.
Nam primò reſpondetur id verum non eſſe, quia cùm
portio colonica ſit loco mercedis laboris, & ideo pro-
priè non veniat appellatione fructuum, coloni ſunt
exempti, etiam quoad eam, per ea quæ tradit Oſaſch.
9 *deciſ.*83.*n.*6.7. & latiſſimè Sperell.*deciſ.*41. *n.*45.56.57.
84.85. *& per totum*, vbi reſpondet omnibus contrariis,
& docet hanc eſſe communem opinionem & ab ea non
eſſe recedendum in conſulendo, & iudicando; & idem
dicit *in deciſ.*44. *n.*4. & ita ſæpiùs iudicauit, & cenſuit
S. C. Epiſcoporum, & Regularium, teſte Barboſ. *de*



*vniuerſ. iur. Eccl.lib.1. c.39. n.31.*Dian.*mor.p.3. tract.* 1.
*de immun.Eccl.reſol.19.& reſol.*23.

Deinde reſpondetur, dato etiam citra veri præiudi-
cium, quod coloni Eccleſiarum non eſſent exempti quo-
ad portionem colonicam; tamen id non conueniret ca-
ſui noſtro vbi ſtatutum non facit mentionem de illa, ſed
imponit tantùm collectam tritici, quod eſt onus mixtū,
vt vidimus ratione terræ laboratiuæ; tam cum bobus,
quàm ſine; & ſic pro prædio infligitur collecta, extra non
habentes terras non exigitur, ideò colonus ad eam non 10
tenetur, nec colonica portio dictæ collectæ ſubiicitur.
Natt. *conſ.*409. *n.*3. Surd. *conſ.*301.*n.90.verſ.ideò ſi onus*,
vbi alios allegat. Dec.*conſ.*51.*n.*14.*lib.*3. Agricol.*conſ.*52.
*n.*100.*vol.*3.Rim.Iun.*cōſ.*313.*n.*178.*lib.*4.Carroc.*de locat.
tit.de collect.n.*40. pulchrè ſic diſtinguēs, Marth. *de iuriſd.
p.4.conſ.1.caſ.13.n.23.*Sperell.*d.deciſ.44.n.4* Dian.*d.loco.*

Ideò ſequitur, quod coloni Eccleſiarū, & clericorū non
teneantur ad hanc collectam tritici pro ſalario Poteſta- 11
tis, adeò vt non comprehendantur ſtatuto de hac mate-
ria loquente, quia deficit poteſtas ſtatuentis, non ratio-
ne perſonæ, ſed ratione ſubiecti, ſiue generaliter ſit facta
ſtatuti diſpoſitio, ſiue ſpecialiter, & expreſsè: bene Surd.
*d.conſ.*301.*n.74.ad fin.*& *n.90.in fin.* Marth.*d. caſ.*13. *n.*
22.Duard.*in Bullam Cœn.Domini, lib.1.can.15.q.27.n.2.*
Sperell. *deciſ.41.n.53.verſ.cùm itaque*, & *n.*54.55.

Et cùm ita ſeruatum fuerit ſemper in practica, vt paſ-
ſim colloni Eccleſiarum, & Clericorum in territorio
Scandiani immunes eſſent ab hac collecta Podeſtariæ;
à tali conſuetudine, ſeu obſeruantia non eſt receden-
dum, etiamſi aliàs obligati eſſent, quia in exigendis col-
lectis ſeruatur conſuetudo, & obſeruantia eſt optima in- 12
terpres, ex textu *in l.litium, §. hæc, de redditib. & ſeq.C.
de agric.& cenſ.lib.*11. Bald. *in c. 1. de feud. ſin. culp. non
amit.*Iaſ. *in l. 1. num.32.C. de iur. emph.* Dec. *conſ.* 358.
*col.*2. & poſt Pariſ. *conſ.*28.*n.*54.97. *vol.* 1. Oſaſch. *dec.*
85. *n.9.in fin.*Rol. *conſ.79.n.19. lib.*4. Ciarlin. *contr.* 23.
*n.*39.40. Anſald. *de iuriſd.p.5 tit.3.c.1.n.*101.

Et hoc valdè iuſtum eſt, quia onus collectarum de-
bet imponi illis, qui poſſident pro ſe, & iure ſuo, ad tex-
tum *in l.ſi pendentis, §. ſi quid, de vſufr.* Oſaſch. *d. de- 13
ciſ.*83. *n.*6.Rol.*d. conſ.79.n.12.*Sperell. *deciſ.* 44. *n.* 13.
Ciarlin.*contr.for.*22. *n.*25. qui alios allegant. Sed colo-
ni non poſſident pro ſe, ſed tantum nomine Domini, &
ſunt ſimplices detentores, *l. ſi quis antea*, & *l. fin. de ac- 14
quir. poſſeſſ.* Seraph. *deciſ.*777.*n.*8. Fontanell. *deciſ.* 136.
*n.*4.5.6.Sperell. *deciſ.*44.*n.*14. Ciarlin. *contr.* 106. *n.*23.
Ergo non tenentur ad collectas. Rol.*d.conſ.79. n.*113.&
ſic Statutum Scandiani loquens de familia, quæ tene-
tur ad dictam collectam, debet intelligi de illa, quæ no-
mine ſuo poſſidet; alioquin non poſſet collectari, cùm
onus collectarum ſpectet ad dominum, adeò vt ſtatu-
tum arctans colonum ad collectas pro domino, eſſet ini- 15
quum.Rol. *conſ.79.n.*11.Natt. *conſ.*409. *n.* 6. Sperell. *d.
deciſ.44.n.*16. Igitur id multò magis dicendum eſt in ca-
ſu noſtro, vbi non eſt ſolitum; quod coloni Eccleſiaſti-
corum ſoluant hanc collectam; & certum eſt, quod co-
loni Eccleſiæ non poſſunt collectari, vbi non eſt ſoli-
tum. Grilinz. *conſ.*71.*n.*17. Giouagn.*conſ.*15. *n.*14. *lib.*1. 16
Ciarlin.*d. contr.*22. *n.*39.40. & dato etiam, quod aliqui
ſoluiſſent hanc collectam metu executionis laicorum,
plures ſunt, qui non ſoluerunt; & ideò potius ſtat ſo-
litum pro non ſoluentibus, imò ſolutiones huiuſmodi
non potuerunt tollere hanc immunitatem in præiudi-
cium Eccleſiæ, vt Rot. Rom. *in vna Taurin* 28. *Iunij* 17
1630. vt apud Ciarlin. *contr.*103. *n.*65.66. Vnde conclu-
dendum eſt, quod ſicut Eccleſia non tenetur ad hanc
collectam, ita neque eius coloni teneantur, vt inquit
Natt. *d. conſ.*409.*n.*9.

Nec obſtat conſiliū Feder. de Sen. quia loquitur in di-
uerſo caſu, & extra terminos quæſtionis noſtræ, ſcilicet de
gabella, quæ ſoluitur ad portā ciuitatis pro introductione
colonicæ portionis, propter quod non poteſt trahi ad

caſum noſtrum, ipſe enim agit de gabella merè reali, quæ
impoſita eſt fructibus iam à ſolo ſeparatis, & effectis
de patrimonio coloni, non habito aliquo reſpectu ad
terras, vel fructus, bona Eccleſiarum, vel beſtias in
18 eis exiſtentes; & ſic reſpondet Natt. *d. conſ.* 409. *n.*6.7.
Burſat. *conſ.*25.*ſub num.*3.*verſ quia verò, & ſeq.lib.*1.Dé-
cian.*conſ.*51. *num.*4.5.*lib.*3.pulchrè Sperell. *d. deciſ.* 41.
*num.*45. qui alios allegat, & reſoluit omnia. Ciarlin. *d.
contr.*22. *num.*32.33.& *num.*66.67.vbi pulcrè Rot.Rom.
declarat dictum conſilium Feder.& ſequacium, procede-
re in oneribus merè perſonalibus, & quæ impleri poſ-
ſunt abſque præiudicio bonorum Eccleſiæ ſuper fru-
ctibus partis coloni omninò ſeparatis, & ideò infert
ad caſum ſuum, vbi exactio frumenti erat ſubrogata in
locum miſſionis litterarum, & erat impoſita ſuper bo-
bus, & vaccis, vt hîc maxima ex parte, quæ ſunt intuitu
culturæ bonorum; & ideò grauamen habet in veritate
reſpectum ad bona, vt non poſſit adaptari doctrina dicti
Federici, licèt capiatur frumentum de parte coloni-
ca, quia inſpicitur origo grauaminis, quod afficit bona,
& præiudicat Eccleſiæ, ideò coloni illius ad illud non
tenentur.

Et ſi miniſtri fori ſæcularis prætendunt hanc colle-
ctam eſſe permiſſam, & in caſu permiſſo fuiſſe impoſi-
tam, contradicentibus eccleſiaſticis, hæc cognitio deuol-
uitur ad iudicem eccleſiaſticum; quoties enim incidit
quæſtio, an coloni Eccleſiæ collectentur à laicis permiſ-
ſiuè, vel non permiſſiuè, ſincerè, vel in fraudem, tunc
19 cognitio erit iudicis Eccleſiaſtici, ex *c. ſi iudex laicus,
de ſent.excommunic.in* 6.Purpurat. *conſ.*594. *in fin.vol.*1.
Bellet. *diſq.cler.p.*1.*tit.de fauor.cler.real.*§.1.*num.*11.*verſ.
verùm*, ad rem facit Sperell. *deciſ.*36. *num.* 34.etenim
quotieſcumque vertitur controuerſia de iuriſdictione
inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem, cuius ſit,
20 tunc cognitio, & deciſio ſpectat ad Eccleſiaſticum, quia
dignior eſt, ex doctrina Innoc. *in c.cæterùm*, vbi Butr.
*de iudic.*Felin. *in c. paſtoralis, num.*4. *verſ. limitatur*, vbi
Dec.*n.*8.*de reſcript.*latè Maſcard.*de probat. concluſ.* 689.
*n.*7. *& ſeqq.* pulchrè Bellet.*diſq.cler.part.*1. *tit.de fauor.
cler.perſonal.*§.13. *num.*3.Couar. *pract. qq. c.* 35. *num.*1.
Carol.Graſſ.*de eff.cler.eff.*1. *num.*1262.Sperell. *deciſ.*24.
*num.*59. Ciarlin. *contr.*17.*num.*61.& *controu.*28.*num.*31.
Dian. *mor. p.*3. *tract.* 1. *de immunit.Eccl. reſolut.*64. &
propterea ſi iudex laicus velit procedere contra co-
lonos, iudex Eccleſiaſticus poterit illi inhibere, ex *cap.
tuam, de ordin.cognit.*Sperell. *d. deciſ.* 24. *numer.* 17. 18.
vbi quod id fieri poteſt etiam ſine cauſæ cognitione, &
21 *deciſ.*44.*num.*24. *in fin.*vbi teſtatur, ſe in ſimili caſu in-
hibitionem conceſſiſſe ad fauorem colonorum Eccle-
ſiæ. Et ita, &c.

---

# CAPVT CCXLIII.

## EPITOME.

Statutum de executione inſtrumentorum ad inſtantiam creditorum an proſit mulieribus, vel habeat locum in credito conditionali.

## SVMMARIVM.

1 *Legis verba cui non conueniunt, nec conuenit diſpoſitio.*
2 *Creditoris vox in ſtatutis non comprehendit mulierem creditricem.*
3 *Statutum loquens de executione inſtrumentorum pro creditore, non procedit in creditrice.*
4 *Maſculinum concipit fœmininum interpretatiuè, non ſecundùm verum ſenſum verbi.*
5 *Maſculinum non concipit fœmininum in ſtatuto ad literam intelligendo.*
6 *Generi per ſpeciem derogatur.*
7 *Verbum*, ſi quis, *continet maſculum, & fœminam.*
8 *Statutum de executione inſtrumenti contra debitorem non habet locum contra mulierem.*
9 *Mulier non poteſt carcerari pro debito virili, etiam fiſcali.*
10 *Æqualitas in iudiciis eſt ſeruanda.*
11 *Statuti exorbitantis à iure verba ſunt ſtrictè intelligẽda.*
12 *Statutum tribuens executionem inſtrumenti, eſt ſtrictè intelligendum.*
13 *Actus tribuitur mandanti, non exequenti.*
14 *Statutum de executione non habet locum contra hæredem, niſi probetur eſſe hæres.*
15 *Executiuè non poteſt agi contra hæredem, niſi probetur eſſe hæres.*
16 *Executiuè non poteſt agi contra hæredem, niſi probetur adita hæreditas.*
17 *Hæredem eſſe debitoris, legitimè probandum eſt, antequam agatur contra hæredem.*
18 *Probatio facta parte non citata, non releuat.*
19 *Stylus iudiciorum debet plenè, & concludenter probari.*
20 *Stylus ſi non eſt vniformis, non releuat, & non dicitur ſtylus.*
21 *Stylum contra ius non poſſunt inducere iudices, qui legem condere non poſſunt.*
22 *Stylus contra ius non valet, neque contra ſtatutum.*
23 *Stylus ſi reprobetur à ſtatuto, intelligitur etiam de ſtylo futuro.*
24 *Ambiguitas ſi non eſt in verbis, nihil eſt dubitandum.*
25 *Statutum de executione inſtrumentorum non habet locum in debito conditionali.*
16 *Dubia res redditur, & incerta, ſi rationes ſunt reddendæ, & facienda computa.*
27 *Statutum de executione inſtrumentorum procedit tantùm in debito liquido.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

NVllo modo poteſt perilluſt. D. Iunipera Zaneletta
agere executiuè aduersùs perilluſt D. Vincentium
Signorettum, in vim præcepti quindennalis, ex ſtatuto
Regij *lib.*2.*c.*22. vigore inſtrumenti dotalis in actis pro-
ducti multis rationibus, & cauſis.

Et primò, quia ipſa tanquam mulier, & de ſexu fœ-
minino non gaudet beneficio dicti ſtatuti de executio-
ne inſtrumentorum, nec illi prodeſt, eo quòd de mu-
liere non loquitur, & verba illius non congruunt, nec
verificantur in muliere, neque contra mulierem; certum
eſt enim nemini competere legis fauorem, cui non con- 1
ueniunt verba, ad textum *in l.hos accuſatores,*§.*omnib.ff.
de acc.l.ita tamen, in princ. ff. de admin.tut.*ſic in termi-
nis noſtris Corn.*conſ.*14. *n.*9.*lib.*2.

Hîc autem non eſt difficile probare, quod verba ſta-
tuti prædicti non comprehendant mulierem, ſeu fœmi-
nam agentem, vel conuentam, ſiue conſideremus ver-
ba rubri, ſiue nigri, ſiquidem inſcribitur: *Qualiter pro-* 2
*cedatur in fauorum creditorum habentium inſtrumenta con-
tra debitores ſuos.* Et in nigro loquitur ſemper de cre-
ditore, & debitore, quæ verba conueniunt ſolùm maſ-
culis quia proferuntur in genere maſculino, & non ada-
ptantur fœminis, quæ non creditores, ſed creditrices
vocari debent; & ſic dicto ſtatuto de maſculis loquen-
te non comprehenduntur fœminæ, & hæc non eſt vtili-
tas, ſed mera veritas, prout ſic in terminis ſimilis ſtatu-
ti latè, & pulchrè tradit Corn. *in d.conſ.*14. *n.*6.*& ſeqq.* 3
*& per totum, lib.*2. vbi pluribus rationibus id probat, &
confirmat, & eum ſequitur Soc.Iun. *conſ.*1.*n.*102. *lib.*1.
Bouius *de ſtatutaria præſcript.gl.*3.*n.*35.

Nec valet dicere, minuſque obſtat, quod maſculinum
con-



concipiat fœmininum, vt habetur in alio ſtatuto Regij,
de generali interpretatione ſtatutorum, quia illud pro-
cedit generaliter, vbi poteſt eſſe locus interpretationi ex-
tenſiuæ, & habet locum ſecundùm mentem legis, vel
ſtatuti ex quadam interpretatione extenſiua, non quan-
tum ad verba, & verum ſignificatum verborum, ad tex-
4 tum *in l. pronunciatio*, vbi DD. & *in l. hominis,* §. *ſeruos
duos,* & *in l.liberti de verb.ſignific.l.qui duos, de leg.*3.gloſ-
ſa principalis *in l.* 1. vbi etiam Bart. *de verb, ſignificat.*
Bald.& DD.*l. quinque, Cod.de ſeruis fugit.* & omnes Ca-
noniſtæ *in cap.generalis, de elect. in* 6. Sed ſic eſt, quod
ſtatutum noſtrum *in d. cap.*22.*ad fin.verſ.quod ſtatutum,*
diſponit expreſsè, quod non poſſit gloſſari, vel inter-
pretari, ſed præcisè ad litteram debeat intelligi: ergo
non admittit hanc interpretationem extenſiuam de
maſculo ad fœminam, quia non eſt ſecundùm verum
ſignificatum vocabuli, ſed extenſiuè per interpretatio-
5 nem extrinſecam: & propterea ſtante dicto ſtatuto, ma-
ſculinum hoc caſu non concipit fœmininum: ſic in ter-
minis vidimus Corn. *d. conſil.*14. *n.*7.8. *lib.* 2. vbi pul-
chrè loquitur ad rem noſtram, & eum ſequitur Socinus,
& Boſſius ſuprà allegati, & Dec. *in l.fœminæ,n.*101.*in fin.
verſ ſextò, ff. de reg.iur.*Bald. *conſ.* 460. *lib.* 5. Alexand.
*conſ.*45.*n.*3.*lib.*7.& Curt.Iun. *conſ.*177. *n.*4. Menoch. *in
tractat.de adipiſc.poſſeſſ.rem.*4.*n.*223.Boſſius *d.gl.*3.*n.*36.
37. vbi vide; & ideò ſtatutum generale, quod maſcu-
linum concipiat fœmininum, habebit locum in aliis
ſtatutis, quæ non ſunt ad literam intelligenda, non au-
tem in hoc, vel alio ſtatuto ad literam, & provt ſonat,
intelligendo, quia generi per ſpeciem derogatur, *cap.*
6 *generali, de reg.iur.in* 6.*cap.quamvis, de præbend.in* 6. *l.
ſi peculium, ff.de pecul.leg.l.in toto, de regul.iur.*cum vul-
garibus.

Et ſi quæ in contrarium adduci poſſunt, locum ha-
bebunt in ſtatuto latè, vel non ſaltem ſtrictè interpre-
tando, vel quando loquitur per verbum conueniens
vtrique ſexui, vt eſt verbum *ſi quis, ad textum in l.*1.*ff.*
7 *de verb. ſignificat.* Vnde ſimile ſtatutum Mediolani de
præcepto faciendo debitori, comprehendit tam ma-
ſculum, quàm fœminem, quia loquitur per verbum;
*Si quis*, vt apud Carpan.*ad ſtat. Mediol. cap.*42.*in prin-
cip.lib.*1. Non ſic dici poteſt in noſtro ſtatuto, quod lo-
quitur in genere maſculinò, & ad litteram debet intel-
ligi, ex Corneo *d.conſ.*14 *n.*6.*& ſeqq* Boſſio *d.gl* 3.*num.*
36.37.de quo non eſt mirandum, quia ſi verum eſt, ſta-
8 tutum eſſe ſterile ſicut mulam, ex Maſcard. *de interpret.
ſtatut.concluſ.*4. *n.* 5. vtique non eſt poſſibile, quod eius
virtute maſculinum concipiat fœmininum, quia hoc eſt
fructus fœcunditatis, non ſterilitatis.

Et ſanè ſicut beneficium dicti ſtatuti non poteſt in-
tentari contra mulierem debitricem, tum quia ſemper
loquitur de debitore, non de debitrice, tum quia illud
decreuit debitorem inſtrumentarium in executione di-
9 cti præcepti poſſe non ſolùm pignorari, ſed etiam car-
cerari, donec ſoluat, hæc enim forma executionis non
eſt remedium conueniens, vel opportunum contra mu-
lierem, quæ non poteſt ad carcerem mitti, vel detineri
pro debito ciuili, cùm hoc non conueniat honeſtati
ſexus muliebris, etiamſi eſſet debitum fiſcale, per tex-
tum *in l.*1.& *in Auth.ſed hodie, C. de off. diuerſ.iudic.* &
*in Auth.hodie nouo iure, C. de cuſtod. reorum*, & *in* §.*ne-*
10 *ceſſarium, in Auth. vt nulli iudic.*Bart. *in Auth.matri, &
auiæ, n.*13.vbi Add.*C. quand.mul.off.tut.* latiſſimè Graſſ.
*de except.in prælud. num.*164.166.167. vbi docet etiam
fœminam non poſſe huic priuilegio renuntiare: ergo
mulier non arctatur, nec comprehenditur in noſtro ſta-
tuto, tam ex vi verborum, quàm ex ratione, vt dixit
Corn. *in d.conſ.*14.*num.*8.*verſ. Nam plerumque*, & *verſ.
ſi itaque, lib.*2.

Vnde ſequitur, quod ſicut maſculus non poteſt agere
contra fœminam debitricem vigore dicti ſtatuti, ſed aliâ
viâ ſecundùm ius commune agendum eſt; ita nec mu-
liter poſſit vti beneficio eiuſdem ſtatuti contra maſcu-
lum, vt hîc, ne iudicia claudicare dicantur, & vt in iu-
diciis ſeruetur æqualitas, vt *arg.l.*2. *de vſu rei iudic.*pro- 11
bat Corn. *in dict. conſ.*14. *num.* 8. *verſ. & ex quo*, & *nu-
mer.*9.*in fin.lib.* 2. vbi etiam docet, quod fœmina de hoc
conqueri non poteſt, quia ſtatutum non prouidet pro
ea, nec etiam contra eam aliquid dicto decernit, quod
ſanè æquum eſt, & iuſtum, quia ſtatutorum verba iuri 12
communi contraria ſunt ſtrictè, & ſecundùm verum
ſignificatum intelligenda, *l.* 1. §. *ſi is qui nauem, ff. de
exercit. act.l.* 3. §. *hæc, de neg. geſt.* cum vulgaribus. Ne-
mini autem dubium eſt, quin ſtatutum tribuens exe-
cutionem paratam inſtrumentis, ſit contra ius com-
mune, & ſtrictè intelligendum, vt per Graſſ. *de ex-
cept.in prælud. num.* 211. vbi alios allegat: ergo hoc 13
ſtatutum de maſculo ad fœminam non eſt tra-
hendum.

Non obſtat quod maritus dictæ mulieris fuerit ille,
qui petierit executionem dicti inſtrumenti dotalis,
quia ex hoc non mutatur actio, quæ radicatur in perſo-
na mulieris, cuius nomine ipſe experitur. Nam ille non
agit ſuo nomine, ſed tanquam maritus illius, & coniun-
cta perſona, quæ à lege mandatum habere cenſetur pro
ea; & propterea comparuit nomine vxoris, pro qua
etiam de rato promiſit; & ſic egit procuratorio nomi-
ne ſuæ vxoris, propter quod ipſa agere videtur, quia
actus non attribuitur exequenti, ſed mandanti, *l. item* 14
*eorum, paragr.ſi decuriones, ff.quod cuiuſque vniuerſ. l.cum
aliquibus, de reſcript. in* 6. Crau.*conſ.* 222. *n.* 3. & *conſ.*
961.*n.*4.

Deinde, & multò minùs poteſt dicta D. Zaneletta
agere executiuè vigore dicti Statuti pro illa tertia par-
te, pro qua vult conuenire dictum D. Signorettum vti
hæredem eius nepotum. Nam licet Statutum permittat
agere contra hæredem debitoris, tamen priùs probanda
eſt hæc qualitas, quod ſit hæres ab eo, qui ſe fundat in
ea, aliàs ceſſat Statuti diſpoſitio. Alex.*conſ.*87. *n.*2.*lib.*4. 15
Soc.*conſ.*55.*lib.*1.Anchar.Iun.*qq.fam. lib.*3. *q.*26. *num.*9.
Graſſ. *except.*2.*n.*3.

Nam licèt fortè inſtrumentum eſſet liquidum quoad
nominatos in eo, non tamen eſt liquidum quoad hære-
dem, & ideò in materia dicti Statuti, vt executiuè agi
poſſit, priùs debet liquidari in forma iudicij, quod reus
ſit hæres debitoris, ex doctrina Bald. *in l. per diuerſas,* 16
*quæſt.* 10. *C. mandat.* vbi docet apertè Statutum diſpo-
nens debitorem poſſe capi pro debito, ita demùm ha-
bere locum contra hæredem debitoris, ſi præceſſit le-
gitima diſcuſſio, quod ille capiendus fuerit hæres de-
bitoris: ad rem Bart. *in l.*3. *quæſt.*4.*princip.C.de pignor.* 17
pulchrè in terminis Alex. *conſ.* 188. *num.*2.3. *lib.*2. vbi
ponit requiſita neceſſaria. Tuſch. *lit.S, concl.*532. *n.*70.
75. latè Carpan. *ad Statuta Mediol.lib.*1.*cap.*42.*n.*119.
120. 121. vbi quod hæc probatio legitimè facta requi-
ritar etiamſi pars non opponat, & debet præcedere con-
ceſſionem præcepti.

Hîc autem non obſtat ſumptas fuiſſe ſummarias
informationes, qualiter dictus D. Signorettus fuerit
hæres dictarum eius nepotum, & ſe immiſcuerit in eo-
rum hæreditate, quia talis probatio fuit facta nulliter,
parte non citata, & reo non interrogato, an ſit, vel fue- 18
rit hæres, & lite nullo modo conteſtata; & tamen hæc
neceſſaria ſunt, licèt ſummariè fiant antequam præce-
ptum fiat debitori, & agatur executiuè, ex dicto Statu-
to, vt per Bartol. *in l.* 3. *num.* 14. 15.*C.de pignor.* Bald.
*in l.*2.*num.*12.*C. de execut. rei iud.* & *in l.per diuerſas,
num.*14. *ad medium, C. mandat.*Ang. *in l.* 1.*ff.ex quibus
cauſ.in poſſeſſ.eatur.* Aret. *conſ.*32. *num.*2. Caſtr. *conſ.* 91.
*num.*6.*lib.*1. tradit pulchrè Carpan. *ad ſtat. Mediol.lib.*1.
*cap.*42. *num.*123.124.125. vbi teſtatur de communi, &
quod ita in praxi ſeruatur. Ergo probatio prædicta ſic
facta parte non citata nihil prodeſt agenti, & ceſſat ſta-
tuti diſpoſitio.

Nec obſtat ſtylus quandoque contrarius, quia non
eſt probatus, & tamen plenè, & concludenter eſt pro-
19 bandus: Soc. *conſil.* 39.*num.*28.*lib.*4. Natt. *conſil.* 575.
*num.*31. *lib.*3. Rol.*conſ.*3.*num.* 25. *lib.* 3. Farin. *conſ.* 11.
*num.*21. *in fin.*& *conſ.*59.*n.*12. & *conſ.*85. *n.*24. & *conſ.*
86.*n.*11.*lib.*1.

Immò cùm vario modo ſeruatum ſit, non poteſt dici
20 ſtylus, ſi non eſt vniformis. Bart. *in l.*2. *in princ.n.*21.*ff.*
*ſolut.matr.* Grauat. *ad Veſtr.in Pract.lib.*5.*c.*3.*num.*5.latè
Borgn.*deciſ.*11.*p.*1. Farin. *d. conſ.*11. *n.*21.*in fin.* & *conſ.*
86.*n.*12.*ad fin.lib.*1.

Secundò reſpondetur non poſſe iudices, & magiſtra-
tus, qui legis condendæ facultatem non habent, ſtylum
introducere, maximè in deciſoriis, vt hîc, niſi ſtylus fue-
21 rit à Principe confirmatus. Bart. *in l. de quibus*, *n.* 10. *ff.*
*de legib.* Dec.*in rub.de conſuet.n.*15. Alex. *conſ.*36.*in fin.*
*lib.*2. Carau.*ſuper primo ritu magnæ Curiæ*, *n.*23. & *ſuper*
*ritu* 260.*n.*6. Grammat.*conſ.*1. *n.* 20. Boer. *conſ.* 8.*n.* 19.
Rot.*diuerſ.deciſ.*793.*n.*3.*p.*1.Farin.*conſ.*103. *n.*9. *lib.*1.vbi
quod iudices contra ius ſtylum, vel conſuetudinem non
poſſint introducere.

Et ſanè iſte ſtylus eſſet contra ius, & ſtatutum ip-
ſum, vt vidimus, & maximè quia Statuto etiam Regij
cauetur, ne contra eius obſeruantiam valeat ſtylus al-
legari; ideò non valet ſtylus, nec allegari poteſt ſi ſit
22 contra ius, vel ſtatutum, & iudices non poſſunt intro-
ducere ſtylum iuri contrarium. Bero. *conſ.* 35.*num.*9.
*lib.* 3. Alex. *d. conſil.* 36. Natt. *conſil.* 252. *numer.*6.
Crauet.*conſil.*201. *numer.*19. Rol.*conſil.*3.*num.*36. *lib.*3.
Crau.*de antiq.temp.p.*4.*n.*36. *fol.*189. Rot.*d. deciſ.* 793.
*num.*3.*p.*1. Farin.*conſ.*86.*n.*10.65.66.& *conſ.* 103. *n.*9.
*lib.*1. & vbi ſtatutum reprobat ſtylum, vel conſuetudi-
nem contra ſtatutum, tunc cenſetur reprobatus etiam
ſtylus futurus, & conſuetudo naſcitura: de communi
23 Iaſ. *in d. l.de quibus*,*n.*55.*de legib.* Capra *concl.*12. *n.* 24.
Couar.*var.reſol.lib.*3 *c.*13. *ſub n.*4.Peguer. *deciſ.*34.*n.*9.
Farin.*d.conſ.*86.*n.*66.*lib.*1.

Tertiò, & vltimò addi poteſt dictum Statutũ non ha-
bere locum quoad illam tertiam partem debiti, pro qua
dictus D. Signoretus conuenitur vti hæres dictorum eius
nepotum; quia debitum non eſt purum, ſed conditio-
nale, vt ex inſtrumento tranſactionis, ibi: *ma con con-*
*ditione*. Et cùm in verbis non ſit ambiguitas, nihil eſt de
24 hoc dubitandum, *l. continuus*, §. *cùm ita, de verb. obl.l.*
*ille, aut ille*, §. *cùm in verbis, de leg.* 3. Sed ſic eſt, quod
ſtatutum de inſtrumentorum executione non habet lo-
cum in debito conditionali, niſi conſtet Iudici purifica-
25 tam eſſe conditionem, ex Bart. *in l.cùm ab eo, in princ.ff.*
*de contrah empt.* Tuſc. *d.lit.S,concl.*532. *n.*95.latiùs Car-
pan.*ad Stat. Mediol.lib.*1.*c.*42. *n.* 24. 25. 26. & latè per
Seraph. *de priuileg.iuram.priuileg.*77.*n.*68. Ergo, &c.

Nec dicatur hanc non eſſe conditionem ſuſpenſiuam,
ſed reſolutiuam, ideoque ſpectare ad reum eius verifi-
cationem, quia reſpondetur eſſe paratum ad eam verifi-
candam in vlteriori proceſſu, & pro nunc ſatis eſſe ex
hoc turbidum effici creditum, & liquidum non eſſe in-
ſtrumentum, cùm ex computis, & rationum reddi-
tione poſſit apparere debitum non extare; hoc enim
26 ſufficit, vt res incerta dicatur, vt per Tuſch.*d.concl.*532.
*num.*61.& propterea cùm debitum non poſſit dici liqui-
dum, nec etiam agi poteſt executiuè, ex dicto Statuto,
quia Statutum debet intelligi de inſtrumento liquido, ad
27 textum *in l.proinde*, §. *notandum*, & ibi clarè Bart. *ff.*
*ad l. Aquil.* idem Bart.& DD. *in l.*1. *in fin.C.de ſentent.*
*quæ ſine cert quant.*Bald.*in l.*2.*C.de execut.rei iud.* pulchrè
Alex.*conſ.*188.*n.* 1. *lib.* 2. Tuſch.*d.concl.*532.*n.*55.Car-
pan.*ad ſtat. Mediol.dec.*42.*n.*7.*& ſeqq.*Seraph. *d. priui-*
*leg.*77.*n.*34.vbi alios allegat; ideò antequam liquidatio
fiat, non poteſt agi executiuè ex dicto Statuto, ſed viâ
ordinariâ agendum eſt, & ſic reus eſt abſoluendus ab
obſeruatione iudicij.

# CAPVT CCXLIV.

## EPITOME.

Statutum pro creditoribus non comprehendit fœminas, ſi ad literam debeat intelligi, & ſtylus iudiciorum non probatur, niſi fuerit obtentus in contradictorio iudicio in deciſiuis, ſecus in ordinatoriis.

## SVMMARIVM.

1 *Creditorum vocabulum non continet fœminam in ſtatuto exorbitanti.*
2 *Doctoris vnius auctoritas pro lege ſeruanda eſt, ſi non habet contradictorem.*
3 *Appellatio datur à quocumque grauamine.*
4 *Appellare permiſſum eſt à mala ſtatuti interpretatione.*
5 *Statutum tollens appellationem non extenditur ad caſum non expreſſum.*
6 *Statuta appellationem tollentia ſunt ſtrictè intelligenda.*
7 *Appellatio ſublata non intelligitur, ſi ſententia ſit euidenter iniuſta.*
8 *Statuta non habent locum, niſi verificentur eorum qualitates.*
9 *Statutum de maſculo in odioſis non comprehendit fœminam.*
10 *Statutum Regij derogat contrariæ conſuetudini, & ſtylo.*
11 *Stylus contra ius non poteſt induci coram iudice non habente facultatem legis condendæ.*
12 *Stylum in ordinatoriis omnes iudices poſſunt introducere.*
13 *Stylus, & conſuetudo debet plenè probari ab allegante.*
14 *Styli informationem in ordinatoriis poſſunt iudices capere etiam in Camera.*
15 *Styli informatio eſt reducenda in actis.*
16 *Stylus notorius non eſt probandus, & de eo iudex poteſt ſe informare.*
17 *Styli informatio non ſufficit in deciſiuis, ſed requiritur plena probatio.*
18 *Conſuetudo eſt quid facti, & plenè probanda.*
19 *Stylus debet probari per teſtes iuratos, & cum interrogatoriis.*
20 *Stylus ad deciſionem cauſarum plenè eſt probandus.*
21 *Statutum de executione inſtrumentorum reſpicit ordinatoria, & quando.*
22 *Deciſoria reſpicit Statutum de executione contra creditores, & quando.*
23 *Statutum tollens appellationem reſpicit deciſoria.*
24 *Stylus, & conſuetudo improbata non poteſt ad deciſionem cauſarum allegari.*
25 *Statutum reprobans ſtylum, & conſuetudinem intelligitur etiam de futura.*
26 *Stylus propriè quid ſit, & ad ſola acta iudiciorum pertinet.*
27 *Stylus conſiſtit in ſcribendo acta.*
28 *Stylus ad derogationem iuris communis non eſt attendendus.*
29 *Stylus habet vim declarandi rem dubiam.*
30 *Statutum de executione inſtrumenti ad fauorem creditoris non habet locum pro fœmina.*
31 *Conſuetudo vt inducatur, quæ requirantur.*
32 *Stylus non attenditur contra ius, niſi cum conſenſu maioris partis Populi.*
33 *Conſuetudo in extraiudicialibus non requirit obtentam* fuiſſe



*fuiſſe in contradictorio.*
34 *Stylus, & conſuetudo iudicialis requirit contradictionem, & obtentum fuiſſe.*
35 *Conſuetudo iudicialis requirit fuiſſe obtentum in contradictorio iudicio.*
36 *Conſuetudo, quæ reducitur ad ius commune, non requirit contradictorium.*
37 *Conſuetudo non dicitur inducta ceſſante contradictione.*
38 *Iuramentum de calumnia ſi non petatur, non ideò præſcribitur ius petendi.*
39 *Conſuetudo quando liget ſolùm volentes, & non contradicentes.*
40 *Conſuetudo eſt difficilis probationis, & debet eſſe acceptata à populo.*
41 *Stylus à quo induci poſſit.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo manum.

IN eadem cauſa, non obſtantibus ſubtiliter motiuatis,
adhuc cenſeo ſtatutum Regij *lib.* 2. *cap.* 22. de præ-
cepto quindennali, tanquam exorbitans à iure cõmuni,
loquens de creditoribus, non comprehendere fœminas
creditrices, ſtante eodem ſtatuto, quod in fine mandat
illud intelligendum eſſe provt ſonat, & ad literam; tunc
enim pro certo admittunt Doctores, ſub nòmine cre-
ditorum, & ſic ſub vocabulo generis maſculini non
contineri fœminam creditricem, vt dicit in terminis
1 Corn. *conſ.*14.*num.*9. *lib.*2. & concordat cum eo Soc.
Iun. *conſil.*1. *numer.*102. *lib.* 1. & Bou. *de ſtatut. præſcr.*
*gloſſ.*3. *num.* 35. 36. 37. vbi reddit rationes, vt aliàs vi-
dimus.

Et ideò ſi iudex in prima inſtantia aliter pronuntia-
uit, malè fecit, quia iudicauit contra mentem, & verba
ſtatuentium, qui voluerunt ſtatutum ad litteram eſſe
intelligendum; etenim non eſt in poteſtate iudicis ex-
tendere ſtatuti diſpoſitionem, quia hoc ſpectat ad le-
giſlatorem; & cùm habeamus plures Doctores dictum
ſtatutum ſic interpretantes ſine contradictione, eis om-
nino ſtandum eſt, quia auctoritas etiam vnius Doctoris
non habentis contradictorem, pro lege ſeruanda eſt,
2 ad tradita per Iaſ. *in l. pen. numer.* 21. *C. de pact.* Becc.
*conſil.*23.*num.*6.Surd. *deciſ.*229.*num.*36.Rot.Rom.*deciſ.*
*diuerſ.*122. *num.* 16.*p.*5. Caſtr. Pallau. *mor.p.*1. *diſp.* 2.
*punct.* 1. *num.*3. propterea admittenda eſt D. Vincentij
Signoretti rei conuenti appellatio, quia ab omni ſen-
3 tentia, & grauamine de iure licet appellare, *l. in maiori-*
*bus*, & *l. Proconſulibus*, *C. de appell. c. omnis oppreſſus*,
2. *quæſt.* 6.

Non obſtat, quod ſtatutum prædictum prohibeat ap-
pellationem ab executione inſtrumenti ad fauorem cre-
ditoris, quia ſtatutum prædictum debet intelligi in ſuis
terminis, quando ſcilicet pronuntiatur ad fauorem cre-
ditoris contra debitorem; ſecus eſt, ſi pronuntietur ad
fauorem creditricis, vt hic, quæ in ſtatuto non compre-
henditur; & iudex aliter iudicando, malè interpretatus
eſt ſtatutum; licèt enim prohibita ſit appellatio, nihi-
lominus à mala ſtatuti interpretatione permiſſum eſt
4 appellare, vt per Rebuf. *in l. quod iuſſit*, *in præfat. nu-*
*mer.*171.*de re iudic.* quem ſequuntur Ruginell. *de appel-*
*lat.* §. 2.*cap.*3. *num.*507. Scacc. *eod. tract. q.*17. *limit.*20.
*num.*13.

Nam ſi ſtatutum prædictum loquens de executione
inſtrumenti ad fauorem creditoris non extenditur ad
fœminam creditricem, vt viſum eſt, neque habebit lo-
cum ad eius fauorem in alia parte, vbi denegat appel-
lationem, quia loquitur ſemper in iiſdem terminis, &
retento eodem themate creditoris, non creditricis; ca-
ſus enim iſte mulioris creditricis fuit à ſtatuto omiſſus,
ideò cùm ſtatutum tollens appellationem non extenda-
5 tur ad caſum, qui ex verbis eius expreſſis non colligi-
tur, vt probat Ruginell.*in d. tract. de appell.* §. 12. *gl.*2.
*cap.*3. *num.* 10. appellatio in eo prohibita non cenſetur
vetita in caſu noſtro, vbi non de creditore, ſed de credi-
trice agitur, & vbi vox creditoris non extenditur ad cre-
ditricem, vt vidimus.

Et ſtante quod ſtatuta appellationem tollentia ſunt
ſtrictè intelligenda tanquam odioſa, vel exorbitantia, vt 6
per Bart. *in l.*2.*C.quorum appellat. non recip.* Crauet. *con-*
*ſil.*183.*ad fin.* Tuſch.*littera S,concl.*465.*num.*3. Ruginell.
*d.gl.*2. *cap.*3.*num.*9. omnes concludunt, prohibita à ſta-
tuto appellatione non cenſeri vetitam, ſi ſententia ſit 7
euidenter iniuſta, vel iniqua, vt per Tuſch. *littera A*,
*concl.*399. *num.*11. Ruginell.*d. tract.*§.12.*gl.*2.*cap.*3. *nu-*
*mer.*14.Scacc.*eod.tract.limit.*6. *membr.*7. *num.*79. 80. &
*quæſt.*18. *num.*24. *verſ.*2.*ratio*; tunc ſequitur, vt hîc ap-
pellatio non poſſit dici prohibita, quia ſententia fuit
notoriè iniuſta; ſiquidem ſtatutum, quod loquitur de
creditore maſculo, iudex ſuo marte voluit extendere
ad fœminam, quod non licet, ſecundùm opinionem
Cornei, Socini, & Bouij; qui non habent contradicto-
rem; ideò euidenter conſtat de iniquitate ſententiæ,
quia hoc eſt punctum iuris, quomodo ſemper eſt cer-
tum, & notum, nec eſt neceſſaria aliqua facti pro
batio.

Hinc nullo modo dici poteſt, dictum ſtatutum prohi-
bens appellationem ad fauorem creditoris habere lo-
cum ad fauorem creditricis, niſi probetur in iure eam
contineri ſub verbo creditorum, quod eſſe non poteſt,
vbi ſtatutum ad litteram eſt intelligendum; & ideò pro-
hibitio appellationis non extenditur ad hunc caſum,
vbi non agitur de creditore, ſed de creditrice; etenim
ſtatutum illud qualificatur in illo verbo, *Creditoris*, &
vbicumque agitur ex ſtatuto, vt in hoc caſu, debent ad 8
vnguem obſeruari, concurrere, & probari omnes ſta-
tuti qualitates, & quæ à ſtatuto ipſo requiruntur, alio-
quin agens ſuccumbit, & ſtatutum non habet locum;
vt probat textus *in leg.*1.§. *ait Prætor*, vbi notat Bart. *ff.*
*ne quid in flum.public. l. pen.* §. *docere*, vbi Ang. *ff. de vi*
*bon. rapt. l. cum actum*, *ff. de neg. geſt.* & *l. ſi fortè, in fin.*
vbi Bart.*de caſtrenſ. pecul.* Alex.*conſ.*172.*num.*5.*verſ. nam*
*quando*,*lib.*2.Soc.*conſ.*220.*n.*9.10.*lib.*2. Tuſch. *littera Q*,
*concl.*16.*num.*14.vbi alios allegat, fusè Tiraquell. *de re-*
*tract.lignag.*§.8,*gl.*7.*num.*1.2. vbi plurimos congerit, &
in terminis noſtri ſtatuti Bouius *de ſtatut. præſcript. d.*
*gl.*3.*num.*40.vbi tradit, quando ſtatutum profert maſcu-
linum qualificatum pro per dictionem, *Creditor*, vt hîc, 9
quæ ſimpliciter non eſt apta comprehendere fœminam,
vbi verba ad litteram ſunt intelligenda, non debet in
odioſis, vel exorbitantibus fieri extenſio; & propterea
dictum ſtatutum non poteſt in aliqua parte, vbi etiam de
appellatione loquitur, comprehendere fœminam credi-
tricem, aut illi prodeſſe, ſed recurrendum eſt ad ius
commune.

Non obſtat verò ſtylus, aut obſeruantia, vel conſuetu-
do fori in contrarium adducta, vt etiam pro fœminis ob-
ſeruetur tale ſtatutum in foro Prætoris; nam quatenus
adeſſet huiuſmodi ſtylus, vel conſuetudo iudicialis, nihil
valeret, quia pugnat cum dicto ſtatuto diſponente illud
non poſſe gloſſari, vel interpretari, ſed intelligendum
eſſe præciſè, provt iacet, & ad literam; & tamen huiuſ-
di ſtylus, vel conſuetudo interpretaretur illud, vt exten-
datur de maſculo ad fœminam: ergo talis ſtylus eſt om- 10
nino inualidus, & non poteſt allegari contra ſtatutum,
nec vllo modo obſeruari, ſtante alio ſtatuto Regij *lib.*8.
*c.*17.*verſ.item quod omnia*, ibi: *nec ſtylus aliquis*. Pulchrè
Farinac.*conſ.crim.*86.*n.*10.& *num.*65.*lib.*1.

Etenim non valet ſtylus iudiciorum, ſeu conſuetudo
iudicialis, ſi ſit contra ius, vel ſtatutum, quia iudices illi,
& Notarij, qui fauent ſtylo, non habent auctoritatem
legis condendæ, ideò eorum ſtylus non tenet contra ius,
vel ſtatutum. Bart. *in l. de quibus*,*num.*10. vbi gl.& DD.
*ff.de legib.*Boer.*conſ.*8 *num.*19. Alex.*conſ.*36.*in fin. libr.*2. 11
Rol.*conſ.*3.*num.* 36.*lib.*3. Crauet.*conſ.*201. *num.*19.Natt.
*conſ.*252.*num.*6.Farinac.*conſ.*85.*num.*17.18. & *n.*118. &

conſ.86.num.10 65.66.lib.1.Borgn.deciſ.13.num.61.p.1. Rot.diuerſ.deciſ.331.& deciſ.793.num.2. p.1.Maſcard.de prob.concl.423.n.35.

Et quamvis hoc procedat in ſtylo reſpiciente deciſoria, non autem ordinatoria, quia in ordinatoriis iudices poſſunt ſtylum introducere omnino ſeruandum, Rebuff.
12 in tract.de conſuetudin.art.2.gl.3.num.15.& 54. Ioſeph Lud.deciſ.Lucenſ.36.num.17.Farinac.d.conſ.85.num.119. tamen hoc nihil nocet, quia verſamur in deciſoriis, & in ſtatuto reſpiciente etiam deciſoria, vt videbimus.

Deinde reſpondeo, quod ſtylus, & obſeruantia iudicialis debet probari ab eo, qui ſe fundat in ea, quia non præſumitur, vt probatur ex l. non ſolùm, § ſed & proba-
13 ri, vbi Bart. ff.de nou.oper.nunt. & per eundem Bart. in l. Labeo, ff.de ſupell.leg.& docet pulchrè Soc.in conſil.46. num.51.lib.4.Rol.conſ.3.num.25.lib.3.Bero. conſil.40.numer.7. lib.3. latè Maſcard. de probat. verb. ſtylus, concl.1345.num.2.3. vbi alios allegat Farinac.d.conſil 85. numer.14. 112. & conſil.86.num.11.lib.1. maximè in deciſoriis, quia in ordinatoriis iudices poſſunt ſe informare de ſtylo ex officio, etiam in Camera, parte non citata, in his, quæ ſunt modici præiudicij; & Notarios, & Practicos fori interrogare, an adſit ſtylus, & qualis, vt per Bart.in l.4. per illum textum in fin. vbi Alex. in add. ff.
14 de teſtib. Bald.in l.1.in fin.C. vt quæ deſunt Aduoc. Dec. conſ.400.num.10.12.Ruin.conſ.744. num.14. lib 4. Boër. conſ.8.num.17.Maſc.d.concl.1345.n.4.Farin.d.conſil.85. n.112.& conſ.86.n.11.

Verùm quando iudex ſe informauit in Camera de ſtylo, debet ſaltem facere ſcribere in actis per Notarium, qualiter ſe informauit de ſtylo, vel conſuetudine iudiciorum cum iuramento talium perſonarum, quæ de
15 ſtylo, vel conſuetudine fidem fecerunt, vt poſt Decium, Boërium, & Bertrandum tradidit Tuſch.pract.concl.littera S, concl.695.num.21.quod hîc non eſt factum, neque etiam deductum.

Et quamvis dici etiam ſoleat, quod ſtylus notorius non eſt probandus, & de eo poteſt iudex ſe informare,
16 parte etiam non citata, & teſtibus etiam non iuratis, vt per Boër.d.conſil 8.num.17.latè Maſcard. d. concl.1345. num.6.7. & Farinac.d.conſil.85.num.113. 114. 115. vbi alios allegat, non tamen hîc conſtat fuiſſe notorium, & quatenus ita eſſet, illud procedit, vt iudex poſſit ex officio etiam in Camera ſe informare in ordinatoriis, & quæ ſunt modici præiudicij, ſecus eſt in deciſoriis, & quæ litis deciſionem reſpiciunt, & multùm poſſunt præiudicare alteri parti, quia tunc non ſufficit dicta informatio, ſed requiritur plena probatio per teſtes etiam
17 iuratos. Bart. in d l.de quibus, quæſt. 4. princ ff. de legib. pulchrè Soc. conſil.36. num.11. verſ. ſed clariùs, libr.4. Rebuf.in tract.de conſuet gl.13.num.53. Dec. conſ.483.ad fin.& conſ.402. num.12. Rol. conſ.53. num.37. lib.1. qui alios allegat: latè Maſcard.de probat. concl.423. n.36.& concl.1345.num.3.Farin.d.conſ.85.num.14.112.& conſ.86. num.11.

Et idem dicendum eſt de conſuetudine, quia cùm ſit quid facti, ideò probanda eſt, per textum in l.1. ff. quæ
18 ſit long.conſuetud.& plenè notatur in d. l. de quibus, ff.de legib. Bart. in l. poſt dotem, circa princ. ff.ſolut. matr. pulchrè Alex conſ 67.n.1.2.lib.7.Farin.conſ.86.n.11 lib.1.

Sed hic ſtylus, vel conſuetudo iudiciaria reſpicit deciſionem cauſæ, & poteſt eſſe magni præiudicij, ſi quis debitor non inueniat fideiuſſorem, quia tunc carceri poteſt mancipari, & pignorari; & quando tractatur de magna ſumma, vt hîc, multò magis dicitur tractari de graui præiudicio: ergo ſtylus, & conſuetudo debet plenè probari per teſtes legitimos, etiam cum iuramento, & cum interrogatoriis partis aduerſæ, in cauſis quoque ſummariis, vt probat Bart.in d.l.de quibus.Soc.d.conſ.36.
19 num.11. verſ. ſed. clariùs; & expreſſiùs hoc dicit Bero.d. conſ.40.num.7.lib.3.& concordat Guid.Pap.in conſil.119. num.4. vbi reprobat ſtyli probationem, quia teſtes non iurati ſuper ea depoſuerunt: pulchrè id probat Maſc. de probat.d.concl.1345.num.3. vbi multis auctoritatibus oſtendit ſtylum, quando allegatur ad deciſionem cauſarum, eſſe plenè probandum per teſtes etiam iuratos, & legitimè examinatos: quando verò ſtylus reſpicit ordi- 20
natoria, iudex poteſt ſe informare ab antiquis illius Curiæ aduocatis, & procuratoribus, nemine etiam citato: ſic etiam Farin.conſ.crim.85.n.14.15.112.& conſ.86. n.11. lib.1.

Neque dicatur nos verſari in ordinatoriis, dum ſtatutum dat formam in modo procedendi contra debitores inſtrumentarios, ex doctrina Bald in l.1 num.9.10.C.Ne 21
filius pro patre. Quia reſpondetur, quod hoc verum eſſet, ſi ſtatutum firmaret pedem in ſolo modo procedendi, ſtatuendo ſimpliciter, quod inſtrumenta habeant executionem paratam; ſecus eſt vbi ſtatutum procedit vlteriùs, proſpiciens ad executionem, vel deciſionem cauſæ, dum tollit multas exceptiones, dat formam probationibus, committit pignorationem, vel carcerationem debitoris, prohibet appellationem, vt hîc; tunc enim ſtatutum reſpicit non ſolùm ordinem iudiciorum, ſed etiam efficitur executiuum, & deciſorium, ex doctri- 22
na eiuſdem Bald. in d.l.1. num.11. Bart. in l. à Diuo Pio, §. ſententiam, in fin. ff. de re iud.Iaſ. in l. cunctos populos, in 2.lect.num.59.in fin. C. de ſumm.Trin. plenè Roch. de Curt.in c. fin. num.673. & ſeqq. de conſuetud. idem docet Tuſch. littera S, concl.456. numer.13. verſ. vbi ſecus eſt, & concl.532.numer.2.& in terminis de noſtro ſtatuto ſic tradidit Petr.Ioan.Anch.fam.qq. lib.2. quæſt.63. num.5. verſ. cùm itaque, quem ſequitur Maſcard.in tract.de generali ſtat.interpret.conſil.7. numer.80. verſic. cum prædictis etiam, vbi multa allegat ad rem facientia, & in terminis huius ſtatuti Regij, dicit eſſe executiuum, & deciſorium.

Et iure merito, quia dictum ſtatutum non ſolùm tradit modum procedendi, ſed ſtatuit debitorem non fideiubentem eſſe pignorandum, capiendum, & detinen- 23
dum in carceribus; nec permittit aliquàm eius exceptionem admitti, & vetat relaxari, niſi priùs ſoluerit debitum, vel depoſitum fecerit, vel fideiuſſores dederit de ſoluendo, & dat formam probationibus, & denique prohibet appellare, quæ reſpiciunt non tantùm ordinem iudiciorum, ſed etiam merita negotij, & deciſionem cauſæ, vt liquet, & ex hoc ſolùm, quod prohibet appellationem à grauamine, vel decreto, dicitur reſpicere deciſoria, vt per Franch in c. ſi duobus, §. denique, & c. debitus q.7.& q.14. de appellat.Bertaz.conſ.crim.19.n.3. lib.1.& Maſcard.d.concl.7.n.6.77.Ergo ſtylus, & conſuetudo formiter eſt probanda per legitimos teſtes, ſicut dictum eſt.

Verùm cùm ſtatutum Regij improbet ſtylum, & conſuetudinem contra ſtatutum, intrat concluſio, quod ſtylus, vel conſuetudo improbata non poteſt ad deciſio- 24
nem cauſarum in foro allegari, ex Auth. caſſa, C. de ſacroſ. Eccl. Auth. nauigia, C. de furt. c. fin. de conſuetud. Crauet. de antiq. tempor.p.4.in princ. num.43. Farinac.d. conſ.86. num.65. quod non ſolùm eſt intelligendum de conſuetudine, vel ſtylo præcedente ſtatutum, ſed etiam de ſubſequente, quia lex ſimpliciter reprobans conſuetudinem, vel ſtylum, non ſolùm intelligitur de præteri- 25
tis, ſed etiam de futuris. Imol.in c.cùm ab homine, num.3. de vita & honeſtat. cler. de communi teſtatur Alex. in l. ſi mihi, & tibi, §. in legatis, de leg.1. Iaſ.in l.cunctos populos, num.74. C. de ſumm Trinit.& fid.Catholic.& in d. l. de quibus, num.55.ff. de leg.Capra concluſ.12.num.24.& concl.13.num.29.Tiraquell.de reuoc. donat. in præfat. numer.19.& ſeqq.Couar.var.reſol.lib.3.c.13.num.4. verſ.2. concl. Viu. comm.opin.159. verb. conſuetudo. Lud.Peguer. deciſ.crim 34.numer.9.verſ. quia lex, Farinac.d.conſil.86. n.66.lib.1.

Verùm de ſtylo hîc tractari non poſſe videtur, quia ſtylus ſolùm reſpicit ordinem ſcribendi in actis, & introducitur



ducitur ſolùm ex actibus iudiciariis, etenim vnaquæque Curia in ordinatoriis habet ſuos ritus, & ſtylus eſt ius non ſcriptum ab vno iudice circa acta iudiciaria, & conſiſtit in modo ordinandi acta, & ſententias, & alia, quæ in ſcribendo verſantur, & ſic reſpicit ordinem ſcribendi in actis, per textum in cap. quàm graui, de crim. falſ.
26 Roch.de Curt.in d.c.fin.num.34.de conſuetud.Boër. conſil.8.n.3. Carauita ſuper 1. ritu magn.Cur.num.17.& numer.19.vbi quod ſtylus conſiſtit circa ea, quæ recipiunt modum ordinandi acta. Dec. conſ.11. num.11. lib.1. vbi quod ſtylus conſiſtit in ſcribendo, conſuetudo verò de
27 aliis actibus intelligitur. Farinac. d. conſ.85. numer.117. Ideò hic ſtylus non poteſt allegari, quia non tractatur de modo ſcribendi acta, vel procedendi in actis, ſed de modo decidendi, quando ſcilicet reus debitor ſit pignorandus, vel carcerandus, & vt in dicto ſtatuto; nam de iure communi inſtrumenta non habent executionem paratam, & ſtatutum de illis exequendis ad inſtantiam
28 creditoris non habet locum in fœmina creditrice, ex Corn. d. conſ.14. numer.9. Soc. d. conſ.1. numer. 102. ergo cùm ſtylus tendat ad derogationem iuris communis, non eſt attendendus. Alexand. conſil. 36. numer.10. lib.2. Borgn. deciſ.11.p.1. vbi damnat iudices volentes inducere ſtylum iuri contrarium. Farinac.d.conſ.86.n.12. in fin. lib.1.

Et propterea non obſtat idem Alex.d.conſ.36.num.9. lib.2.in motiuis allegatus cum aliis adductis ad proban-
29 dum, ſtylum habere vim declarandi rem dubiam, quia non eſt contra legem, ſed tendit ad declarandum; quod enim multipliciter intelligi poteſt, per obſeruantiam declaratur, quomodo intelligatur.

Nam reſpondetur hîc non agi de declaratione rei dubiæ, quia certum eſt appellatione creditoris non contineri fœminam creditricem in ſtatuto exorbitanti, & ad
30 literam intelligendo, ex Corn. d. conſ.14. num.9.Soc. d. conſ.1. num. 102.& Bou. d. gloſſ. 3. num.35.36.37. qui cùm habeant contradictorem, eorum opinio vt caſus legis ſeruanda eſt, Becc. d. conſil.23. numer. 6. Surd. d. deciſ.229. numer. 36. Rot. d. deciſ. 122. numer. 16. Ideò ſtylus prædictus contra ius commune, vel ſtatutarium, & maximè in re clara non eſt attendendus.

Non obſtat, ſatis conſtare de ſtylo, vel potiùs conſuetudine ex rebus iudicatis pro fœmina, in materia
31 dicti ſtatuti; quæ tamen non fuerunt oſtenſæ, vel exhibitæ, quia primò negatur, talem conſuetudinem, ſi extat, eſſe legitimam, vel legitimè probatam. Si quidem ad inducendam conſuetudinem oportet talia fuiſſe ſic pluries ſeruata cum tanta frequentia, vt appareat ſaltem de tacito conſenſu totius, vel maioris partis populi, qui habeat poteſtatem condendi ſtatutum contra aliud ſtatutum, vel aduersùs ius commune, vt per Alex. d. conſil.36.num.11.lib.2.Corn conſil.260.col.2.lib.4.Dec. conſil.483.num.4.Ang. Aret. in §.ex non ſcripto, col.pen.verſ. quæro an teſtis, Inſt.de iur. natur.Crauet.conſ.134.num.6. pulchrè Menoch. conſ.187. num. 57.58. vbi tradit ſex requiſita neceſſaria ad probandum ſtylum, obſeruantiam, vel conſuetudinem, quæ hîc non concurrunt. Maſcard.de prob. concluſ.424. n.2.3. Farinac. d. conſ.85.
32 num. 120. 124. vbi tradit neceſſe fuiſſe ſtylum tranſiſſe in notitiam maioris partis populi, & tacito conſenſu acceptatum, vt dicatur poſſe valere in vim conſuetudinis: hîc autem non conſtat de hac notitia populi, neque de tacito conſenſu, cùm plerumque huiuſmodi acta iudicialia innoteſcant paucis perſonis, & ignorentur à populo: ergo non eſt ſtylus, qui poſſit valere in vim conſuetudinis,

Et quatenus extarent ſententiæ allegatæ oretenus ad fauorem mulieris creditricis ad formam dicti ſtatuti, illæ tamen non probant talem conſuetudinem, niſi plures ſint, & probetur ſimul fuiſſe obtentas in contradictorio iudicio, & quod ſuper hoc puncto fuerit contradictum, & nihilominus pro muliere iudicatum; nam licèt in actibus extraiudicialibus id fortè non requiratur, & quoties adeſt notitia, & conſenſus vniuerſi populi, ad 33
tradita per Maſcard.de probat.concl.427.num.3.Farinac. d. conſ.85.num.124.tamen in actibus iudicialibus, & negotiis forenſibus non inducitur conſuetudo, vel ſtylus forenſis circa deciſionem cauſarum, vel in rebus magni, ſeu non leuis præiudicij, niſi fuerit contradictum; & nihilominus obtentum in contradictorio iudicio, ita vt vnus negauerit, alter affirmauerit, & iudex pro conſuetudine iudicauerit, vt per textum in l. nam Impe- 34
rator, & l. cùm de conſuetudine, ff. de legib. tradit plenè Ang. Aret. in conſil.23. num.17. verſ.nam ad hoc, & numer.18.vbi teſtatur de communi, Alexand.conſil.173 numer.8.lib.6.Anchar.conſil.178. num.7. vbi tradit, requiri iudicialem diſceptationem: & quod obtentum fuerit in contradictorio iudicio, idem Alex.conſ.132.numer.4.lib.1. & conſ.136.num.20.lib.2.plenè Bero. conſ.162.numer.5. lib.3. Tuſch.littera C, concl.798. num.3.4. Viuius in ſuis communibus opin.verb.conſuetudo, & pulchrè Maſcard.de probat.concl.427.numer.4.vbi quod in actibus extraiudicialibus hæc non requiruntur, ſecus in iudicialibus, in quibus neceſſe eſt quod fuerit obtenta conſuetudo in contradictorio iudicio: ſic etiam Menoch. conſ.8.n.16. 35
& conſ.187.num.57.verſ.requiritur 5.& num.58. vbi probat ad introducendam conſuetudinem in actibus iudicialibus, oportere, quod fuerit obtentum in contradictorio iudicio: ſic declarat etiam Rimin.Iun.conſ.462. num.29.pulchrè etiam idem Bero.in d.conſ.162.numer.5. ad fin. vbi probat non ſolùm opus eſſe ſecundùm talem conſuetudinem fuiſſe bis, aut ter in contradictorio iudicio obtentum, ſed etiam, quod de tali quæſtione fuerit in illis iudiciis expreſsè diſcuſſum, alioquin non diceretur conſuetudo legitimè inducta, vel præſcripta: hîc autem non conſtat vnquam fuiſſe diſcuſſum, vel in dubium poſitum, an beneficium dicti ſtatuti competat mulieri creditrici: ergo prædicta non releuant ad probandam conſuetudinem contra eius commune; vtique ſi conſuetudo eſſet talis, per quam reduceremur ad ius commune, tunc non eſſet neceſſe probare, quòd fuiſſet illud obtentum in contradictorio iudicio, quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam, vt per Bald. in conſ.210. num.1.lib.1.ſed hîc conatur aduerſarius reducere mulierem à diſpoſitione iuris communis ad ſtatutum: ergo oportet conſuetudinem iudicialem eſſe obtentam in contradictorio iudicio.

Non obſtat conſideratio motiuata contra meum dictum, quod ſi mulier non poſſet vti dicto ſtatuto, cùm non poſſet carcerari, ſequeretur, quod omnes priuilegiati, qui nequeunt carceri mancipari, velut Doctores, & ſenes, non poſſent dicto ſtatuto gaudere, & tamen quotidie aliter practicatur. Nam reſpondetur, me dixiſſe mulierem non comprehendi dicto ſtatuto, non quia ſit mulier priuilegiata, ſed quia verba creditoris non conueniunt mulieri, quando verba ſtatuti ad litteram ſunt intelligenda: hoc autem dixi rationabile eſſe, quia mulier non poteſt carcerari, & ad ſeruandam æqualitatem in iudiciis videtur, quod ſicut ipſa non poteſt carcerari, ita non valeat obtinere carcerationem ſui debitoris: aliud eſt in Doctore, & ſene, in quibus verba ſtatuti, tanquam maſculis, locum habere poſſunt; & cùm à ſtatuto ſint comprehenſi, non debent priuari eius beneficio, quia ſtatuentes ſic voluerunt, l. proſpexit, ff. qui, & à quibus. Verùm ſi diſputare vellemus, an priuilegiati 36
gaudeant beneficio dicti ſtatuti, fortè non deeſſent rationes validæ pro negatiua, ſed cùm non faciant ad rem, miſſa facio.

Hoc igitur negotium videtur in ſe clarum, quia habemus Doctores in terminis dictum ſtatutum declarantes non habere locum in muliere creditrice, qui carent cõtradictore; ſolùm videbatur faceſſere negotium ſtylus allegatus, ſed non probatus; ſed verè non poteſt dici ſtylus

lus obligatiuus, quia poteſt eſſe, & credo eueniſſe, quod
multæ mulieres conuenerint in iudicio ſuos debitores
vigore dicti ſtatuti, & quia nihil oppoſitum fuit circa
37 hoc punctum, proceſſum fuit ad vlteriora; parte enim
non opponente multa alia, & longè maiora tranſeunt,
quæ parte contradicente non permitterentur, ſed non
per hoc dicitur ſtylus, aut conſuetudo inducta, velut *ex
l. rem non nouam, §. patroni, C. de iudic.* Alexand. *conſ.* 45.
*num.* 5. *lib.* 2. Maſcard. *de prob. concl.* 424. *numer.* 3. 4. qui di-
cunt, quod Aduocati debent iurare de calumnia: verùm
38 ſi non iurarunt per centum annos, quia non fuit peti-
tum, non per hoc dicitur inducta conſuetudo non iu-
randi; niſi enim fuerit contradictum, & nihilominus ob-
tentum, non poteſt dici introducta conſuetudo, niſi in-
39 ter volentes, quæ ideò non ligat contradicentes: Aret.
*d. conſ.* 24. *num.* 17. 18. Alex. *conſ.* 173. *n.* 8. *lib.* 6. Menoch.
*conſ.* 8. *num.* 16. *lib.* 1. Tuſch. *littera C, concl.* 798. *num.* 3. 4.
Rim. Iun. *d. conſ.* 426. *n.* 29. Maſcard. *de prob. concl.* 427.
*num.* 4. in actibus enim iudicialibus hoc omnes admit-
tunt, & in extraiudicialibus etiam contradictionem re-
quirunt; & licèt ſententia non ſit neceſſaria, eſt tamen
neceſſe, quod pars acquieuerit contradictioni: & propte-
reà conſuetudo eſt difficilis probationis, cùm ſit neceſſe
40 à maiori parte populi fuiſſe cognitam, & acceptatam.
Maſcard. *d. tract. concl.* 423. *num.* 3. 4. quod de noſtro ſtylo
verificari non poteſt, & ideò non poteſt valere in vim
conſuetudinis, nec etiam in vim ſtyli, cùm verſemur in
deciſoriis, in quibus ſtylus non poteſt inſerti niſi à iudi-
41 ce maiore habente poteſtatem legis condendæ. Maſcard.
*d. concl.* 423. *num.* 35. quibus conſideratis per iudicem
ſecundæ inſtantiæ fuit admiſſa appellatio, & cœptum
tractari de meritis, ſuper quibus per accordium res fuit
ſopita, & tranſacta.

Non enim obſtabat motiuum, quod inſtrumentum
non ſit conditionale, niſi reſolutiuè, quia hoc admiſſum
fuit; ſed dictum etiam fuit ex tali conditione reſolutiua
fieri turbidum, & illiquidum, offerente reo probationes
incontinenti, & propterea non eſt exequendum. Cùm
ergo contra hoc nihil fuerit allegatum, non repeto quæ
in primis ſcriptis adduxi.

Circa verò illam tertiam partem, pro qua dicta mu-
lier conuenit in iudicio dictum D. Signorettum vti hæ-
redem eius nepotum, & tamen non probauit eum verè
fuiſſe illorum hæredem, cùm nihil ex aduerſo motiuatum
viderim, cenſeo iterum denegandam eſſe executionem
inſtrumenti, per iura, & rationes in primis ſcriptis ad-
ductas, quas hîc non repeto, ſed pro D. Signoretto iudi-
candum cenſeo.

# CAPVT CCXLV.

## EPITOME.

Gabella non poteſt imponi ſuper re aliàs
onerata, & emphyteuta Eccleſiæ non te-
netur ad collectam, ſeu gabellam laico-
rum pro alienatione vtilis dominij.

## SVMMARIVM.

1 *Verba legis ſi ſunt clara, nihil vlteriùs eſt quæren-
dum.*
2 *Emphyteuta, & vaſſallus Eccleſiæ tenentur ad gabellas
laicorum.*
3 *Grauatus non eſt ampliùs in eadem re grauandus.*
4 *Præſuppoſitum ſi non verificatur, non habet locum diſpo-
ſitio.*
5 *Lex debet interpretari, ne à ſapientibus poſſit re-
dargui.*
6 *Onere duplici nemo eſt grauandus.*
7 *Duplici gabella non tenetur quis ex vnico con-
tractu.*
8 *Gabella vnica tantùm debetur pro vnico contractu.*
9 *Gabellas duas ſoluere pro eodem contractu nemo tene-
tur.*
10 *Gabella vnica debetur, etiamſi fiant duo contractus cir-
ca eandem rem.*
11 *Gabellæ priuilegium eſt ſubreptitium, ſi eadem res aliâ
gabellâ affecta ſit.*
12 *Gabellæ non eſſe locum in dubio pronuntiandum eſt.*
13 *Gabella eſt onus perſonale in rem ſcriptum.*
14 *Laudemium & gabella pro eodem vſurpantur.*
15 *Gabellæ, & laudemij par eſt ratio.*
16 *Gabellâ res onerata, etiam à diuerſo domino iterum non
poteſt onerari.*
17 *Gabella ſi eſt ſoluta in loco matrimonij, iterum non eſt
ſoluenda in loco domicilij.*
18 *Emphyteutæ, & feudatarij Eccleſiæ ſunt immunes à
collectis, & gabellis laicorum.*
19 *Gabella laicorum non ſoluitur ab emphyteuta Eccleſiæ
in damnum Eccleſiarum.*
20 *Gabella eſt rigida, & barbarica, quæ excedit tertiam
octauæ partis valoris rei.*
21 *Gabella an ſit ſoluenda ab emphyteuta Eccleſiæ, eſt co-
gnitio iudicis Eccleſiaſtici.*

Ne ſcribam vanum, duc pia Virgo
manum.

MEnſa Epiſcopalis Regij habet in villa Mazenſati-
ci bona non ſolùm propria, ſed etiam feudalia, quę
ſolet concedere in feudum variis perſonis; & quotieſcun-
que tales feudatarij ſuum vtile dominium, ſeu meliora-
menta vendunt conſentiente Epiſcopo, pro tali contra-
ctu, ad finem vt inueſtiantur, & pro recognitione, & lau-
demio, ſecundùm antiquiſſimam conſuetudinem habent
hoc onus, vt teneantur ſoluere dicto D. Epiſcopo decimã
partem pretij, idque caret omni controuerſia. Modò pu-
blicatum fuit proclama Principis, quo imponitur no-
uum onus generaliter omnibus contrahentibus, præci-
piendo, vt pro quolibet contractu, in quo transfertur
rei ſtabilis dominium vtile, vel directum, debeãt ſoluere
Cameræ quinque pro centum, hoc eſt vigeſimam par- 1
tem pretij. Vnde quæritur, an dicti feudatarij Eccleſiæ
teneantur ad hanc nouam gabellam vltra decimam,
quam pro eodem contractu ſoluere debent Epiſcopo?
Et ſanè primo aſpectu res pro gabellario clara videtur,
quia aperta ſunt verba proclamatis vt ſoluatur quoties
transfertur dominium directum, vel vtile; ſed in tali
venditione transfertur in emptorem ſaltem vtile domi-
nium: ergo ſoluenda eſt gabella; vbi enim in verbis
nulla eſt ambiguitas, nihil vlteriùs eſt quærendum, *l.
continuus, §. cùm ita, de verb. obl. l. ille, §. cùm in verb. de* 2
*leg.* 3. & maximè quia feudatarij, & emphyteutæ Eccle-
ſiæ de iure, & conſuetudine tenentur ad gabellas, & col-
lectas laicorum, teſte And. de Iſern. *in vſib. feud. tit. quæ
ſint regalia, in verb. Et plauſtrorum, n.* 57. Brun. *de ſtatut.
art.* 9. *q.* 22. *num.* 108. Purpurat. *conſ.* 322. *num.* 9. *verſ.* 3.
*contingit.* Menoch. *de arb. iud. caſu* 180. *num.* 8. & *caſu.* 562.
*n.* 22. 31. Surd. *conſ.* 288. *n.* 13. Valaſch. *de iur. emphyt. q.* 17.
*n.* 11. & *n.* 15. *verſ. quæ verò.*

His tamen non obſtantibus cenſeo, prædictos feuda-
tarios, & emphyteutas Eccleſiæ non teneri ad hanc no-
uam gabellam, neque de iuſtitia, neque ex veriſimili
mente Principis, qui quando tale onus impoſuit contra-
hentibus cum tranſlatione dominij, videtur præſuppo-
ſuiſſe pro eodem contractu, & pro eadem re, eos non eſſe
alio onere grauatos, vt in illis verbis proclamatis: *Per
non grauare divantaggio li capi dell'entrate, & membri
già baſteuolmente caricati.* Alioquin ſi notũ habuiſſet, eos
pro eodem contractu habere onus grauius, vt hîc deci-
ma



ma Epiſcopo ſoluenda, vtique præſumendm eſt, quod
3 Princeps noluiſſet eos iterum hac gabella grauare, ad
textum *in l. Titia, §. qui inuita, in fin. de leg.* 2.

Etenim diſpoſitio ceſſat legis, ſi præſuppoſitum non
verificatur, quia locum non habet niſi euenienre præ-
4 ſuppoſito, *gloſſa in l. mancipia, in verb. auocandum, C.
de ſeru. fugit.* Rom. *ſing.* 495. latè Surd. *conſ.* 150. *num.* 78.
& *conſ.* 315. *n.* 40. & *conſ.* 372. *num.* 20. quod maximè hîc
verificari debet, vt iuſta dici poſſit gabella, iuxta men-
tem Principis, lex ſcilicet enim debet ita interpretari,
5 ne à ſapientibus redargui poſſit, ad textum *in l. Saluius
Ariſto, de legat. præſtand.* ſed hæc videretur redarguen-
da, ſi onus graue oneri grauiori adiungeretur, quia cir-
6 ca eandem rem nemo duplici onere grauandus eſt,
*l. nauis onuſtæ, §. cùm autem, ad l. Rhod. de iactu, l.* 1. *§.
interdum, ad leg. falcid.* Ergo id nullo modo eſt dicen-
dum, ne inde reſultet abſurditas, & iniquitas legis, ſi ita
interpretaretur, vt quis pro eadem re duplex onus ſubire
cogeretur: pulchrè Ang. *conſ.* 355. *in princ. verſ. inter-
7 dum verò*, vbi ſic exponit ſimile ſtatutum. Alex. *con-
ſil.* 148. *num.* 18. *lib.* 6. vbi pro abſurdo hoc reputat, vt pro
eadem re, & occaſione eiuſdem contractus duæ collectæ
ſoluantur; ad rem facit Soc. *conſ.* 302. *numer.* 4. *libr.* 2.
8 vbi quod ſi ſtatutum imponat gabellam ciuibus etiam
pro rebus in alieno territorio exiſtentibus, id intelligi-
tur, niſi in illo loco ſoluatur alia gabella: benè etiam
Pariſ. *conſ.* 25. *num.* 84. *lib.* 1. Tuſch. *littera O, concl.* 136.
*num.* 1. 2. 12. ſed pulchrè, & latè Felin. *in ſubſcriptione d.
conſ. Soc.* 212. vbi poſtquam dixit, quod non debet bis
quis grauari pro eadem re, ſecundùm gloſſam, quam
allegat, deinde inquit eam eſſe notabilem ad datia, &
gabellas, quæ quotidie imponuntur, & id probat multis
ſimilibus in materia gabellarum, docens iniuſta eſſe ſta-
tuta, quæ grauatum gabella iterum grauandum præci-
piunt, & eius conſilio ſubſcripſerunt alij viri docti, &
iure meritò, quia afflicto non eſt addenda afflictio, *l. pen.
§. fin. ad l. Pompon. de parricid. l. D. Marcus, de off. præſ.* &
*in §. fin.* vbi notatur, *Inſt. de action.* latè ita docet Anſald.
poſt hæc ſcripta viſus *in tract. de iuriſd. part.* 5. *tit.* 3. *c.* 1.
*n.* 104. 105. 106. 107. 108.

Et propterea benè concludunt omnes, quod pro eo-
dem contractu nemo tenetur ſoluere duas gabellas, quia
9 hoc eſt alienum ab æquitate, & à ſtatuentis mente,
iuxta gloſſam *in l. vnic. in fin.* vbi DD. *C. de mulier. in
quo loc. mun. lib.* 10. Bart. *in l. fin. §. quoties, in fin. de pu-
blican.* Bald. *in l.* 1. *§. quod ſi nemo, col.* 4. *verſ. ſed iuxta hoc,*
& *col. pen. verſ. ſuper quinto. ff. quod cuiuſque vniuerſ.* Alex.
*conſ.* 84. *lib.* 4. Dec. *conſil.* 285. *n.* 4. *in fin.* Felin. *ad dict. conſ.
Soc.* 302. *in ſubſcriptione.* Bertachin. *de gabell. p.* 5. *num.* 2.
10 & *num.* 4. vbi probat, quod pro vno contractu debet
ſolui tantùm vna gabella, & *num.* 20. vbi docet, quod ſi
circa eandem rem fiant duo contractus, tantùm vnica
gabella ſoluenda eſt, & *num.* 22. *in fin.* Ferret. *eod. tract. de
gabell. num.* 375. Tuſch. *littera G, concluſ.* 16. *num.* 1. 2. 3. 4.
& *littera O, concl.* 136. *numer.* 12. Perſonal. *in tract. de
gabell. num.* 143. vbi alios allegat. Anſald. *d. c.* 1. *num.* 104.
*& ſeqq.*

Vnde non eſt veriſimile, quod Princeps voluerit gra-
uare emphyteutas, & feudatarios Eccleſiæ pro contra-
ctu alienationis, pro quo ſoluunt Eccleſiæ laudemium,
vt hic decem pro centenario, ne incidamus in dicta ab-
ſurda; nam ſicut Princeps concedens alicui priuilegium
noui pedagij ſuper re aliâ gabellâ onerata, non vide-
tur voluiſſe id facere, & priuilegium eſt ſubreptitium,
quia ſi Princeps fuiſſet certioratus de priſtino onere,
non conceſſiſſet nouum grauamen, per textum *in c. ſu-
11 per literis, §. ſi verò, de reſcript. c. poſtulaſti, in fin. eod. c.
iampridem, in fin. de pact. d. l. Titia, §. quæ in vita, de
leg.* 2. *l. ſed ſi hac, §. patronum,* vbi gloſſ. & DD. *Cod. ſi
contra ius, vel util. publ.* vti etiam Bart. *l. pen. de dot. præleg.
l. ſi putas, C. de petit. hær.* dixit pulchrè Bertachin. *de
gabell. p.* 1. *numer.* 24. *verſ. ſed quæro*: ita dicendum eſt,
quod impoſita gabella per Principem ipſum ſuper con-
tractibus, non intelligatur de illis, pro quibus ſoluitur
aliud grauamen, & maximè non leue, quia eadem eſt
ratio.

Et quatenus hæc res dubia eſſe dici poſſet, adhuc di-
cendum eſt, dictam gabellam non eſſe ſoluendam; quia 12
in dubio pro excluſione gabellæ pronuntiandum eſt ad
fauorem immunitatis, vel libertatis: Surd. *conſil.* 307.
*num.* 21. & *deciſ.* 305. *num.* 44. Gratian. *diſceptat.* 777. *nu-
mer.* 28. Perſonal. *de gabell. num.* 38. vbi alios allegat, Cy-
riac. *controu. iur.* 94. *num.* 55. & *controu.* 222. *n.* 17. & *con-
trouerſ.* 197. *num.* 55. 56. latè Ricc. *in prax. for. Eccl.
p.* 3. *reſol.* 135. *n.* 7.

Neque dicatur hanc gabellam nõ ſolui pro re emphy-
teutica, vel feudali, ſed pro contractu laicorum, qui
ſubſunt ſuo Principi, & ab eo poſſunt grauari; nam re-
ſpondetur, onus eſſe in re tanquàm in ſubiecto, & pro- 13
pterea requiritur in proclamate, vt transferatur domi-
nium vtile, vel directum; & communis DD. ſententia
eſt, vt gabella, quæ penditur pro contractibus, ſit onus
perſonale in rem ſcriptum, ſeu mixtum, & deberi pro
re ipſa, vt probat latè Cyriac. *dict. controu.* 222. *n.* 25. 26.
27. vbi alios allegat.

Neque dicatur illud, quod ſoluitur Eccleſiæ pro alie-
natione rei feudalis, vel emphyteuticæ, non eſſe gabel-
lam, ſed dici laudemium, quod eſt aliquid diuerſum.
Nam reſpondetur hîc non conſiderari differentiam no-
minis, ſed ſubſtantiæ, quæ hîc conſiſtit in onere ipſo;
ſatis eſt enim, quod res illa ſit alio onere grauata, vt 14
probatur *in d. leg. Titia, §. qui inuita,* & Tuſch. *d. littera
O, concl.* 136. *numer.* 1. & maximè quia laudemium, &
gabella in effectu idem ſonant; & ideò ab vno ad alte-
rum valet argumentum, cùm in illis nulla adſit ratio
differentiæ, & ab vno ad alterum benè inferatur, vt poſt
Surd. *deciſ.* 35. *num.* 32. *ad fin.* dixit Gratian. *diſcept.* 180. 15
*num.* 10. 11.

Neque etiam dicatur hæc procedere in caſu, quando
idem Dominus, ſeu Princeps vellet rem eandem duplici
onere, vel gabella onerare, vt id non liceat; ſecus autem
eſſe, quando rem ab altero grauatam ipſe quoque velit
illam onere gabellæ afficere, vt hîc, vbi laudemium
ſoluitur domino directo, gabella verò Principi ſeculari.
Nam reſpondetur id nullo iure probari, nec habendum
eſſe in conſideratione, cùm ſatis ſit ad excludendam
nouam gabellam, vt illa res ſit aliâ gabellâ, & onere
onerata, etiamſi veniat onus à diuerſo fonte, ad hoc, vt
ampliùs non poſſit iuſtè onerari per textum *in d. leg. Ti-
tia,* & *in d. l. nauis onuſtæ,* & probat gloſſa in terminis *in
d. leg. vnic. in fin. Cod. de mulier. in quo loc. muner. lib.* 10.
quæ loquitur de re ſita extra territorum Principis, poſ-
ſeſſa tamen ab eius ſubdito; & dicit, quod ſi ſubditus
grauatur pro illa in loco rei ſitæ, non poteſt pro illa ite-
rum grauari à proprio Principe, qui tamen id poſſet fa-
cere, ſi non eſſet grauata in dicto loco, adeò vt ſatis ſit
ad euitandam nouam gabellam, vt illa res ſit iam one-
rata, ſiue ab vno, & eodem domino, ſiue à diuerſis: & id
probatur etiam ex traditis per Soc. *d. conſil.* 302. *num.* 4. 16
*lib.* 2. & Felin. ibidem, & ad rem facit Perſonal, *in tract.
de gabell. num.* 143. *verſ. quod eſt diligenter,* vbi dicit eſſe
notandum pro iis, qui quotidie ducunt vxores, quia ſi
ſoluerint gabellam in loco celebrati matrimonij, non
poterunt in patria iterum ad gabellam conſtringi; ſic
etiam docet Anſald. *d. tract. de iuriſd. p.* 5. *tit.* 3. *cap.* 1. *nu-* 17
*mer.* 107. 108.

Non obſtat, quod emphyteuta, & feudatarius Eccle-
ſiæ teneantur ad gabellas, & collectas laicorum ratione
vtilis dominij; nam ex prædictis non eſt neceſſe reſpon-
dere, cùm illud non procedat quoad contractum, pro
quo ſoluitur alia gabella, ſeu onus domino directo, vt vi-
dimus, & quatenus vis fieret in dicta concluſione, poteſt
de iure ſuſtineri non eſſe vera, quia verius eſt, & rece-
ptius inter Doctores magni nominis, feudatarium, &
emphy

emphyteutam Eccleſiæ eſſe immunes à collectis & ga-
18 bellis à laicis impoſitis, etiam reſpectu fructuum,& vti-
lis dominij ; immò à foro, propter directum dominium
Eccleſiæ , in quo tanquam in ſubiecto reſidet vtile ; &
ideò non tenentur ad collectas , & gabellas laicorum :
ſic de communi Silua *conſil.9.per totum.* Eugen.*conſ.96.*
*num.* 22.23. Tuſch. *littera O ,concl.*136. *numer.*7.10.11.
Fachin. *controuerſ. iur.libr.*1. *cap.*91.*verſ. ego puto* ; & ita
ſeruari Compluti, & fuiſſe obtentum per plures ſenten-
tias , vt priuilegium immunitatis Eccleſiæ tranſeat ad
eius emphyteutas , teſtatur Felician. à Sol. *in tract. de*
*cenſ. tom.*2.*lib.*1. *in præfat.num.*3. vbi quod pro dicta im-
munitate fuit obtenta executoria à Regio Pinciano
Prætorio : ſic tenuit etiam , & latè examinauit Rota
Rom. *in vna Roman. domus,* 19. *Ianuarij* 1611. *coram*
*Coccin.* vt apud Farinac. *deciſ. crim.*305. *per totam,* & *in*
*vna Rauennat. emph.*28. *Martij* 1631. vt apud Rubeum
*deciſ. nouiſſ.*42. *per totam, part.prima,*& apud Tamburin.
*de iur. Abb.part.*3.*in fin.deciſ.*106. *per tot.*vbi latè diſcu-
titur , & probatur vtile dominium emphyteutæ eſſe ſu-
per re Eccleſiaſtica , tanquam in ſubiecto : ſic etiam
Grilinz. *conſ.*40.*num.*3.4.Odd. *conſil.*70. *num.*32.33.40.
Ciarlin. *contr. forenſ.*17. *n.*108. vbi de magis communi,
*p.*1.& *contr...per tot.p.*2.

Et quamvis multi aliter ſentiant, vt viſum eſt,& ali-
ter ſeruari malè teſtentur,tamen in hoc concordant om-
nes , quod ſi gabella , vel collecta impoſita à laicis ſu-
per bonis liuellariis Eccleſiæ ratione vtilis dominij, vel
ſuper contractibus huiuſmodi rerum ſit damnoſa Ec-
cleſiæ, & cum detrimento clericorum, tunc erit inuali-
19 da, & non poterit emphyteuta cogi ad eam ſoluendam,
quia Eccleſia non poteſt lædi etiam indirectè à laicis, &
tali caſu emphyteutæ, feudatarij, & conductores bono-
rum Eccleſiæ gaudent priuilegio clericorum,*ex cap. fin.*
*de immunit.Eccleſ.in* 6.& notatur *in cap. Eccleſia S.Ma-*
*riæ*, vbi Felin.*num.*99.*de conſtit.*Feder.de Sen.*conſil.*111.
*num.*3.10. Apoſtill.ad Abb.*in c. quæ in Eccleſiarum, nu-*
*mer* 2 *de conſtit.*Port.*conſil.*184.*num.*9.Bertachin.*de ga-*
*bell. part.ſeptima,num.decimoquinto,*Carol.Graſſ.*de effect.*
*cleric.effect.*3. *n.*71.82.*in fin.* Beller. *diſq. cleric. part.pri-*
*ma, de exempt. cleric.*§.8.*numer.primo, verſic.ſiue quando.*
Sed hîc Eccleſia, ſeu menſa Epiſcopalis valdè læderetur,
quia feudatarij nullos, vel rariſſimos facerent con-
tractus, ſi vltra decimam Epiſcopo ſoluendam teneren-
tur etiam ſoluere alia quinque pro ſingulis centum ra-
tione gabellæ , quia nimis graue eſſet onus ; in totum
enim aſcenderet ad quindecim pro ſingulo centenario,
ſi vellent facere aliquem contractum,& ſic ceſſaret Epi-
ſcopo vtilitas, quam ſolet percipere ex ſuo feudo , quæ
conſiſtit ſolùm in hac decima. Gabella igitur prædicta
non eſt extendenda ad dictos feudatarios , quia nimis
rigida eſſet ; nam ſi barbarica cenſetur gabella, quæ ex-
cedit tertiam octauæ partis valoris rei , vt per Perſonal.
20 *de gabell.num.*40. Ricc.*in prax.forenſ.Eccl.p.*3.*reſol.*135.
*num.*9. vbi alios allegat ; quid dicendem eſſet de iſta ſic
duplicata , quæ excederet ſeptimam partem rei valoris?
Ne ergo incidamus in hæc abſurda , dicamus mentem
Principis fuiſſe talia bona emphyteutica noluiſſe com-
prehendere , neque contractus de illis voluiſſe gabellis
ſupponere.

Et caſu quo ſuper hoc oriretur aliqua controuerſia,
an ſcilicet coloni, & emphyteutæ, ſeu feudatarij Eccle-
ſiæ teneantur ad hanc gabellam , & an permiſſiuè, vel
non , poſſint ſic collectari , vel gabellari , & an ſit in
fraudem, vel non, cognitio erit iudicis Eccleſiaſtici, *ex*
21 *cap. ſi iudex laicus, de ſentent.excommunicat.in ſexto,*pul-
chrè Purpurat.*conſ.*594.*in fin.colum.*7.Beller.*diſq.cleric.*
*lib.*1.*tit.de fauor.cler.real.*§.1.*num.*11.*verſic. verùm ſi in-*
*cideret quæſtio.* Et ita,&c.

## CAPVT CCXLVI.

### EPITOME.

Fœminæ dotatæ quomodo excludantur à ſtatutis, & hæreditas non agnita tranſmittatur ad hæredes.

### SVMMARIVM.

1 *Statutum Corrigiæ excludit fœminas ſtantibus maſculis, & quomodo.*
2 *Statutum excludens fœminas propter maſculos eſt validum.*
3 *Mulier ſemel excluſa ſemper remanet excluſa.*
4 *Clericus in fauorabilibus gaudet priuilegiis ſtatutorum.*
5 *Iura omnia actiuè, & paſſiuè tranſeunt in hæredem.*
6 *Fœminæ cum maſculis pariter ſuccedunt de iure communi.*
7 *Hæreditas non agnita accreſcit cohæredibus.*
8 *Hæreditas non agnita non tranſmittitur.*
9 *Hæres ante aditam hæreditatem nullam habet actionem.*
10 *Mulier non dotata ſecundùm ſtatutum non excluditur ab hæreditate.*
11 *Satuta in proprio caſu intelligenda ſunt, non extendenda.*
12 *Statutum Corrigiæ quomodo excludat fœminas propter maſculos.*
13 *Statutum excludens dotatam cenſetur admittere, ſi non eſt dotata.*
14 *Dotatam mulierem, quando oporteat eſſe, vt excludatur à ſtatuto.*
15 *Oblatio dotandi an ſufficiat vt mulier ſtatuto excludadatur.*
16 *Alternatiuæ vna pars eſt intelligenda ſecundùm aliam.*
17 *Statuti qualitatem debet probare , qui ſe fundat in ſtatuto.*
18 *Conditio nihil ponit in eſſe.*
19 *Dos an poſſit peti à muliere, quæ ſub conditione excluditur.*
20 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, intelligitur ſi maſculi ſuccedant.*
21 *Maſculus, niſi actualiter, non excludit fœminam.*
22 *Maſcuius decedens ante agnitam hæreditatem, poteſt dici non ſuccedere.*
23 *Corrigiæ ſtatutum de ſucceſſionibus quomodo intelligatur.*
24 *Satutum cenſetur conformare ius commune in his , in quibus non contradicit.*
25 *Infans tranſmittit hæreditatem non agnitam.*
26 *Hæres infans quomodo poſſit hæreditatem tranſmittere.*
27 *Hæreditas non agnita quomodo tranſmittitur ab infante.*
28 *Maſculus infans non tranſmittit ius excludendi fœminas.*
29 *Ius non acquiritur, niſi impleta conditione.*
30 *Tranſmitti non poſſunt ad hæredes iura conditionalia.*
31 *Infantis hæres non reſtituitur pro implenda conditione.*
32 *Dotandi facultas in conditione poſita non tranſmittitur ad hæredes.*
33 *Dotandi fœminas conditio quomodo ſit implenda.*
34 *Verba ſi ſunt clara, non remanet dubitandi locus.*
35 *Proteſtatio probat contra proteſtantem.*
36 *Proteſtatio quando attendatur.*
37 *Tutor poteſt adire hæreditatem pro infante.*
38 *Confeſſio in actis facta probat contra confitentem , & eius hæredem.*
39 *Confeſſio in ſcriptis præſumitur deliberata , & probat, etiam parte abſente.*

40. *Hære*



40 *Hæreditas quomodo recuſari poſſit.*
41 *Tutor quando præſumatur voluiſſe pupillis acquirere.*
42 *Teſtator quando cenſeatur fœminis prætuliſſe ſubſtitutos.*
43 *Poſiti in conditione ex coniecturis cenſentur vocati.*
44 *Filij poſiti in conditione quando cenſeantur vocati, etiam ad portionem patris.*
45 *Poſiti in conditione quando cenſeantur in diſpoſitione vocati.*
46 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, quando plures ſunt ſubſtitutionis gradus.*
47 *Filiarum appellatione veniunt etiam fœminæ.*

Ne ſcribam vanum , duc pia Virgo manum.

DE anno 1630. è viuis fuit ſublatus D. Nicolaus
Becchignolus , Notarius Corrigienſis, relicto poſt
ſe, vt fertur, Peregrino eius filio , & Iſabella , ac Vrſoli-
na eius filiabus legitimis, & naturalibus, & paucos poſt
dies deceſſit quoq; dictus Peregrinus in ætate infantili,
cuius hæreditatem dicit reus conuentus ſpectaſſe ad R.
D. Nicolaum pariter de Becchignolis , patruelem illius
prioris Nicolai. Hic autem Sacerdos traduxit vitam
vſque ad annum 1644. quo tempore migrauit ex hac
vita , relicto ſuo hærede vniuerſali D. Iulio Varo reo
conuento. Vnde quæritur , an bona dicti primi Nico-
lai pertineant ad dictum D. Iulium vti hæredem ante-
dictum , vel potiùs tradenda ſint prædictis DD. Iſabel-
læ , & Vrſolinæ eius filiabus.

Et ſanè primo ſub aſpectu videbatur dicendum præ-
dictas Iſabellam , & Vrſolinam fuiſſe excluſas ab hæ-
reditate patris , propter exiſtentiam dicti Peregrini
maſculi, ſtante ſtatuto Corrigiæ, *libro* 2. *rub. Quod filia,*
*& aliæ fœminæ deſcendentes* , &c. quo diſponitur , quod
1 extantibus filiis maſculis fœminæ dotatæ non poſſint
habere regreſſum ad bona paterna ; quod validum eſt,
& ſeruatur in omnibus ferè Italiæ ciuitatibus, vt per Fa-
rin. *deciſ.recent.* 51. *num.*1.*part.*1. & ideò debet ab om-
2 nibus in dicto loco obſeruari , *l. omnes populi* , vbi Bart.
& DD. *de iuſt. & iur.*

Nec obſtat , quod dictus Peregrinus paulò poſt
mortuus fuerit ; tum quia mulier ſemel excluſa ſemper
remanet excluſa. Altograd. *conſil.* 82. *numero* 26. tum
quia vigore alterius ſtatuti Corrigienſis *lib.* 2. *rubr.*
*de ſucceſſ. ab inteſt.* defuncto fratre , ſorores ei non ſuc-
cedunt ab inteſtato , ſed maſculi agnati vſque ad ter-
tium gradum , ſecundùm ius Canonicum , quæ verba
cùm ſint clara, nihil remanet dubitandum, *l. ancillæ, C.*
*de furt.*

Ideò tota hæreditas prædicta cum onere dotandi di-
ctas Iſabellam, & Vrſolinam tranſiuit ad dictum R. D.
3 Nicolaum vti agnatum proximiorem , qui licèt eſſet
clericus , tamen in fauorabilibus gaudet priuilegiis , &
4 beneficiis ſtatutorum , ex textu *in c. conſtitutus* , vbi
Anch. & Abb. *de in integr. reſtitut.* & *c. dilecti* , *de for.*
*compet.* & ſic potuit excludere dictas mulieres ; vnde ſe-
quitur , quod hoc idem facere poſſit D. Iulius eius hæ-
res , quia in hæredem tranſeunt omnia iura actiuè , &
5 paſſiuè ipſius defuncti, *l. hæreditas*, vbi Cag*n. n.* 1. *ff. de*
*reg.iur.* cum vulgaribus.

Nec obſtat fideicommiſſum D. Iacobi Becchiguzi,
quia videtur extinctum in perſona dicti R. D. Nicolai
vltimi agnati maſculi illius nouiſſimè defuncti.

His tamen non obſtantibus, cenſeo hæreditatem præ-
dicti D. Nicolai laici ſpectaſſe , & pertinere ad dictas
Iſabellam , & Vrſolinam integraliter : & ideò nihil
cauillando , ſed per leges , & veras DD. concluſiones
veritatem perquirendo , in primis dico, quod ſatis fun-
data mihi videtur intentio dictarum mulierum , vt hæ-
redes fuerint dicti D. Nicolai earum patris vnà cum
dicto Peregrino illarum fratre , nulla habita ſexus di-
ſtinctione ſecundùm ius commune , quo attento pari-



ter fœminæ cum maſculis ſuccedunt eorum parenti- 6
bus , §. *ſed hæc quidem* , *Inſtit. de exhær. liber. l. ma-*
*ximum vitium* , vbi DD. *C. de liber. præter.* Surd. *conſil.*
45. *numero* 12. quod de iure communi non habet diffi-
cultatem.

Sed nec dictus D. Peregrinus fecit partem per con- 7
curſum in dicta hæreditate , quia deceſſit è viuis ante
agnitionem hæreditatis ab eius tutore , ideò portio
eius defecit, & accreuit eius cohæredibus, & cum por-
tione ſororum conſolidata eſt , ad textum *in l. vnic.* §.
*cùm autem* , & §. *ſeq. Cod. de caduc. toll.* hæreditas enim
adita , vel non agnita non tranſmittitur , *l. quoniam ſo-* 8
*rorem,* & *l. ſi infanti*, §. *ſin verò* , *C. de iur. deliber.* & *d.*
*l. vnic.* §.*in nouiſſimo* , quia hæres ante ante aditam hæ-
reditatem nullam actionem habet , *leg. poſt emancipa-*
*tionem* , §. *illud* , *ff. de liber. legat.* & ſic ſublato de me- 9
dio dicto Peregrino ante aditam hæreditatem , nihil
fuit impedimento prædictis fœminis , quin totam cape-
rent hæreditatem ; erant enim hæredes antequam do-
tarentur , vt pulchrè per Ruin. *conſ.* 17. *numero* 8. 9. 10
*lib.*3.

Vis tota conſiſtit in reſpondendo ſtatutis Corrigiæ,
quæ præferunt maſculos fœminis ; vbi enim habemus
diſpoſitionem ſtatutorum, ceſſat ius commune , ad tex-
tum *in l. omnes populi* , vbi Bart. & DD. *de iuſt. & iur.*
Verùmtamen ſi bene conſiderentur ſtatuta prædicta, ſa-
tis apparebit , non comprehendere caſum , nec eſſe ta-
lia , quæ in caſu noſtro excludant prædictas fœminas;
certum eſt enim , ſtatuta iſta eſſe intelligenda in pro-
prio caſu formaliter expreſſo , non autem eſſe exten-
denda , vt latè docet Cyriac. *controu. for.*477. *num.* 12. 11
Altograd.*conſil* 4.*n.*24. Rot.diuerſ.apud Rub.*deciſ.*321.
*n.* 10. *p.*5. adeò vt ſtatuta fœminarum excluſiua , dum-
modò aliquid operentur , ſunt deinde reſtringenda , vt
probat Giouagn. *conſ.*66.*n.*19.*lib* 1.

Ideò conſiderandum eſt in primis , dictum ſtatutum
Corrigiæ , *ſub rub. Quod filiæ , & aliæ fœminæ deſcenden-*
*tes*, &c. quia non ſimpliciter excludit fœminas extanti-
bus maſculis , ſed ita demùm ſi fuerint dotatæ , quia 12
tunc ſi non fuerint contentæ dote ſibi aſſignata , non
poſſunt habere regreſſum ad bona paterna , auita , vel
proauita, vt legitur in eo, & ſic non aliter excluduntur
fœminæ à ſucceſſione parentum ſtantibus maſculis, ni-
ſi fuerint dotatæ , propter quod ad excluſionem earum
neceſſaria eſt qualitas præcedens dotationis cum effe-
ctu in bonis eius , de cuius ſucceſſione agitur , quia ſi
dotata excluditur , à contrario ſenſu non dotata non
excluditur. Ita per textum *in l. cùm Prætor* , *ff. de iu-*
*dic.* & *in cap. nonne* , *de præſumpt.* inquit pulchrè in ter-
minis Dec. *conſil.* 261. *num.* 2. qui videatur , quoniam 13
tractat quæſtionem quaſi in puncto noſtri ſtatuti : ſic
etiam Bald. *in l. ſi plures* , *colum.*5.*Codic.de cond.inſert.*
Rom. *conſil.* 179. *numero* 11. Brun. *de ſtatut. excl. fœm.*
*articul. quinto, numero* 30. & *articul. ſexto* , *numero* 227.
Surd. *conſil.* 45. *numero* 14. & *conſil.* 402. *numero* 35.
Zuchard. *conſil.* 75. *numero* 64. pulchrè Rot. diuerſ. 14
apud Rub. *deciſ.* 264. *numero quinto* , *ſexto* , *& ſep-*
*timo* , *part. ſexta* , vbi multos allegat , & docet neceſ-
ſe fore , vt ante aditam hæreditatem fuerit dotata ,
alioquin non excluditur ; & hoc certè non habet
difficultatem , quando ſtatutum loquitur de dotata ,
vt inquit Dec. *in dict. conſ.* 261. *num.* 2. *verſicul. & ideò* 15
*cùm filia.*

Verùm quia ſtatutum prædictum loquitur alternatiuè
ſi fuerint dotatæ, vel maſculi ſe obtulerint paratos eas cũ
effectu dotare, ſatis dubium augetur, quia videtur, quod
ſola oblatio ſufficiat , vt per Surd. *conſil.* 45. *numero* 7.
Nihilominus nihil eſt timendum , nam in iſto ſecundo
caſu , in quo ſtatutum loquitur de oblatione dotis , di-
ligenter aduertendum eſt , quod talis oblatio pariter
erat neceſſaria tempore mortis , & delatæ ſucceſſio-
nis , ſicut eodem tempore reprobatur dotatio , quia

K ſtatutum

ſtatutum loquitur alternatiuè, ſi fœminæ fuerint dotatæ, vel dos oblata cum effectu. Nam cùm vna pars alternatiuæ ſecundùm aliam ſit intelligenda, ad textum *in leg.* 1. vbi Bart. *de rebus dub.* Rom. *conſ.* 231. ſicut prima pars alternatiuæ, ſi fuerint dotatæ, intelligitur de tempore mortis ante aditam hæreditatem, Rot. *d. deciſ.* 264. *num.* 7. ſic dicendùm eſt de oblatione dotis, vt eodem tempore facienda eſſet, alioquin non operatur filiæ excluſionem: ſic in terminis Dec. *in. d. conſ.* 261. *n.* 2. *verſ. ſed difficultas*, vbi latè tractat, & concludit, quod niſi filiæ fuerint dotatæ, vel dos illis oblata fuerit tempore delatæ ſucceſſionis, fœminæ non excluduntur, etiamſi ipſæ dotem non petierint; & ad rem facit Surd. *d. conſ.* 45. *n.* 40. *verſ. quod verò.*

Sed in caſu noſtro dicta Iſabella, & Vrſolina non fuerunt dotatæ vllo tempore, nec dos fuit illis oblata cum effectu, neque pro parte dicti Peregrini, neque etiam à dicto R. D. Nicolao eius prætenſo hærede in ſpatio quatuordecim annorum circiter: ergo ſequitur omninò concludendum eſſe, quod illæ non ſint excluſæ à dicto ſtatuto, & omnino ſuccedere debeant, ad tradita per Ruin. *d. conſ.* 17. *num.* 8. 9. *lib.* 3. etenim aduerſarius, qui ſe fundat in dicto ſtatuto, debet probare interue-
17 niſſe hanc qualitatem dotationis, vel dotis oblationis, aliàs ſtatuti diſpoſitioni non erit locus, ad tradita per Bart. *in l.* 1. §. *quod autem, ff. ne quid in flumin. publ.* & *in l. prætor*, §. *docere, ff. de bon. rapt.* Gozad. *conſ.* 36. *num.* 16. Ber. *conſ.* 26. *num.* 29. *lib.* 2. Natt. *conſ.* 474. *num.* 31. in terminis Dec. *d. conſ.* 261. *num.* 2. & *conſ.* 520. *numer.* 11. Surd. *d. conſ.* 45. *num.* 13. Alexand. *conſ.* 82. *col.* 2. *verſ. pro hoc, lib.* 1. Zuchard. *conſ.* 19. *num.* 11. & *conſ.* 56. *n.* 6. Cyr. *contr.* 284. *n.* 52. & *contr.* 487. *n.* 27. Rot. diuerſ. apud Rub. *deciſ.* 116. *n.* 6. *p.* 5.

Et hoc multò magis procedit in caſu noſtro, vbi ſtatutum requirit qualitatem dotationis ſub conditione expreſſa, ſi fuerint dotatæ, vel maſculi obtulerint dotem, ideò niſi verificetur hæc conditio, maſculus non poteſt excludere fœminam, quia conditio nihil ponit
18 in eſſe, niſi fuerit impleta, *l. legatis, de alim. leg. l. ſi quis ſub conditione dandorum, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.* §. 1. *Inſt. qui teſt. tut. dar. poſſ.* Soc. Iun. *conſ.* 141. *num.* 3. *vol.* 2. ad rem Marth. *de ſucceſſ. legal. p.* 1. *quæſt.* 24. *art.* 5. *num.* 7. 8. quod adeò verum eſt, vt procedat etiamſi dictæ fæminæ dotem non petierint, quia cùm id totum
19 eſſet in conditione, non poterant petere, nec tenebantur: pulchrè Dec. *d. conſ.* 261. *num.* 2. *in fin.* & *num.* 3. 4. vbi idcircò probat dictas mulieres non fuiſſe à maſculo excluſas, quia dos non fuit illis data, neque oblata tam pro parte pupilli, quàm eius hæredis.

Et hæc ſanè ſufficere deberent pro obtinenda victoria ad defenſionem dictarum mulierum, verumtamen ex abundanti verè addi poteſt, quod etiamſi ſtatutum diſponeret ſimpliciter, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſed debeant dotari, adhuc illæ non poſſent dici excluſæ, quia dictus Peregrinus mortuus eſt antequam ipſe, ſeu eius tutor agnoſceret hæreditatem paternam, quia tale ſtatutum per exiſtentiam maſculorum ita demùm excludit fœminas, ſi maſculi cum effectu, & actualiter ſuccedant, ſecus ſi non ſuccederent ex
20 aliqua cauſa, vt probat textus *in l.* 2. §. *ſi ſit conſanguinea, ff. ad Tertyl.* & tradit Bart. *in l.* 2. §. *ſed ſi ſunt ſui, eod.* & *in l. ſeruo legato*, §. *ſi teſtator, de leg.* 1. & *in l.* 1. §. *qui habebat, quæſt. quinta, Cod. de bon. poſſ. contr. tab.* Bald. *in Auth. ingreſſi, ad fin. Cod. de ſacroſ. Eccl.* & *in leg. maximum vitium, colum.* 5. *Cod. de lib. præter.* Rom. *in l. apud Iul.* §. *idem Iulian. in fin. ff. ad Trebell.* Caſtr. *conſil.* 279. *col.* 1. *lib.* 1. Alex. *conſil.* 197. *col. fin. lib.* 6. Corn. *conſ.* 341. *col.* 2. *lib.* 1. Soc. *conſil.* 114. *col.* 1. & *conſil.* 296. *column. penult. lib.* 4. Dec. *conſil.* 378. *num.* 2. Ruin. *conſil.* 154. *num.* 5. *lib. ſecundo*, latè Zuchard. *in rep. rub. C. qui adm. num.* 27. & *in l.* 1. *num.* 69. *C. de pac.* & *in conſ.* 59. *num.* 32. Brun. *de ſtat. fœm. excl. articul.* 11. *num.* 116. pulchrè videndus Ceph. *conſil.* 318. *num.* 27. qui in terminis etiam alios allegat, & eum ſequitur Fuſar. *de ſubſt. quæſt.* 318. *num.* 103. vbi vide. Surd. *conſil.* 100. *num.* 20. latè, & pulchrè Giouagn. *conſil.* 13. *num.* 6. 7. 8. 9. *lib.* 2. vbi alios allegat, & multas rationes adducit, & *conſ.* 14. *num.* 9. 21
*lib.* 2. vbi tradit, quod requiritur actualis ſucceſſio maſculi ad excluſionem fœminæ. Gratian. *diſc.* 942. *num.* 3. Honded. *conſ.* 1. *num.* 85. 86. *lib.* 2. latè, & pulchrè Altograd. *conſ.* 82. *num.* 25. 26. vbi alios allegat, & teſtatur de communi, & magis communi: concordat Rot. apud Farin. *deciſ. recent.* 59. *num.* 2. *p.* 1. adeò vt non ſit dubitandum de veritate huius concluſionis; ſed cùm dictus Peregrinus deceſſerit non adita, vel agnita hæreditate per eius tutorem, dici non poteſt, quod in effectu, & actualiter ſucceſſerit, ex traditis per Ceph.
*dict. conſil.* 318. *num.* 28. Fuſar. *dict. quæſt.* 318. *nu*- 22
*mero* 103. Altogr. *dict. conſil.* 82. *ſub numero* 34. ergo dictæ fœminæ non fuerunt excluſæ, ſed ſuccedunt perinde ac ſi non extaret, vel non extitiſſet dictus Peregrinus.

Ideò vanum eſt recurrere ad aliud ſtatutum Corrigienſe *de ſucceſ. ab inteſt.* quia non loquitur de ſucceſſione in bonis prædictis, ſed de ſucceſſione fructuum, vt legitur in rubro, & nigro, & quando non
extant filij, vel filiæ decedentis, quod eſt ſignum vocaſ- 23
ſe priùs maſculos ſub dicta conditione, & etiam fœminas modo ſupradicto, antequam deueniatur ad agnatos; ideò non trahitur ad hanc quæſtionem, in qua tractatur de ſucceſſione patris, non fratris; ſiquidem dictæ Iſabella, & Vrſolina prætendunt iuridicè ſuccedere dicto Nicolao laico earum genitori, nullo præſtante eis impedimento, vel concurſu dicto Peregrino defuncto ante aditam, ſeu agnitam hæreditatem, vt probat textus *in dict. l. ſi infanti*, §. *ſin verò, Cod. de iur. deliber.* ſtatutum enim prædictum iuris communis correctorium, in his, quæ non corrigit, cenſetur ſe cum eo-
dem iure communi conformare. Cyr. *contr.* 174. *n.* 31. 24
Altogr. *conſ.* 58. *n.* 37.

Neque dicatur dictam legem procedere in hæreditate extranei, non autem in paterna, quam infans etiam non agnitam tranſmittit ad hæredes etiam extraneos,
ſaltem per viam reſtitutionis in integrum, vt per gloſſam 25
& Bart. *in l. ſi infanti, C. de iur. delib.*

Nam reſpondetur, quod immò diſpoſitio dictæ legis procedit etiam in hæreditate paterna, quam infans ante agnitionem per tutores factam non tranſmittit ad hæredes, maximè extraneos, etiam per viam reſtitutionis, vt per illum textum vltimo loco gloſſa *in*
*d. l. ſi infanti, in verb. hæreditates, verſ. vel dic*, in hæc 26
verba, dicens: *Immò dic, quod habet locum in omni hæreditate, etiam paterna.* Et reſpondet contrariis, & cum ea tenuit Raph. & Fulg. *Cod. de iur. delib.* & eſt doctrina Iac. de Beluiſ. *in Auth. de trient. & ſem.* teſte Bald. *in dict. leg. ſi infanti, numero* 18. 19. per illum textum ad quem dicit non poſſe reſponderi, & latè probat opinionem Bartoli eſſe falſam, & reſpondet ad omnia. Salyc. *in l. apud hoſtes, Cod. de ſuis, & legitim.* & ad rem facit Signorol. *conſ.* 178. *in princ.* vbi ex mente gloſſarum teſtatur de communi. Ang. *in l. Pantonius, ff. de acquir. hær.*

Sed eſto, quod opinio Bartoli ſit vera, vt infans tranſmittat ad quoſcumque hæreditatem paternam non agnitam, tamen id procedere poteſt ſo-
lùm quoad portionem ſuam, non autem quoad 27
portiones fœminarum, quæ non ſunt excluſæ, quia non fuerunt dotatæ, nec dos eis fuit oblata, ſiquidem filius maſculus, qui deceſſit ante aditam, vel agnitam, aut repudiatam patris hæreditatem, dato etiam quod ex vi ſuitatis tranſmittat hæreditatem patris delatam, non tamen tranſmittit ius excludendi filias fœminas vigore ſtatuti, & eas dotandi; hoc enim eſt ius perſonale ipſius maſculi, quod non



non tranſmittitur in hæredẽ: ante aditam hæreditatem ſic Iac. de Aren. *in l. fin. Cod. de repud. hær. in leg. liberorum, n.* 13. *ff. de verb. ſign.* Salic. *in leg.* 1. *in vlt. q. Cod. ad l. Iul. de adult.* Rom. *in leg. ventr. col.* 3. *Cod. de acquir. hær.* Caſtr. *conſ.* 56. *colum.* 1. *lib.* 1. Soc. *conſ.* 128. *col. fin. lib.* 4. pulchrè Ceph *in dict. conſ.* 318. *n.* 28. vbi alios etiam allegat. Ant. de Roſell. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. n.* 125. *in fin.* & ita fuiſſe deciſum Neapoli teſtatur Grãmatic. *deciſ.* 63. *n.* 9. 10. & ita tenet Fuſar. *de ſubſt. d. q.* 318. *n.* 104. Calcan. *conſ.* 82. *n.* 2. 3. Martianeſ. *conſ.* 28. *n.* 26. Corn. *conſ.* 61. *n.* 8. *lib.* 2. Iaſ. *conſ.* 201. *n.* 4. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 14. *n.* 75. *lib.* 2. Peregr. *deciſ.* 87. *n.* 2. *verſ. quæ tamen.* Theſaur. Iun. *qq. for. lib.* 4. *q.* 78. *n.* 3. *verſ. qui tamen*, pulchrè, & latè Altogr. *d. conſ.* 82. *n.* 34. vbi multos allegat, & teſtatur id eſſe verius, & receptius, quia ceſſat nedum ratio, ſed etiam fauor ſtatuti, & omnis æquitas, qua vnicuique perſuaſum eſſe debet potiùs filiis defuncti dandam eſſe hæreditatem defuncto fratre ante aditam hæreditatem, quàm alteri tranſuerſali, qui extraneus dicendus eſt, §. *cæteri, Inſt. de hær. qual. & diff.*

Et quamvis hoc à multis controuertatur, tamen apud omnes pro indubitato admittitur, quando filiæ excluduntur ſub conditione, vt hîc, ſi fuerint dotatæ, vel dos oblata, tunc enim non acquiritur ius maſculis, niſi im-
29 pleta conditione, *l. poſt diem*, §. *ſed ſi, ff. quand. dies leg. l. Thais puella*, §. *Stichus, ff. de fideic. libert.* & ideò facultas dotandi filiam, & ſic eam excludendi ob exiſtentiam maſculorum, non tranſit ad hæredes; quia conditionalis eſt vocatio, & iura conditionalia non tranſmittuntur ante euentum conditionis, quoniam facultas implendi
30 conditionem non tranſmittitur ad hæredes, ad textum *in leg. Prætor, in princ.* vbi Bart. notat, *ff. de coll. bon.* pulchrè Dec. *in dict. conſ.* 261. *ſub n.* 5. *verſ. poſtremò*, vbi ſatis in terminis etiam fortioribus multis rationibus id probat, docens nec dari reſtitutionem hæredi infantis pro implenda dicta conditione: ſic etiam bene Ruin. *conſ.* 17.
31 *n.* 8. 9. *lib.* 3. vbi pulchrè loquitur, & reddit bonas rationes conuincentes, vt omnino videri mereatur, & poſt Bald. Anch. & Alex. docuit Iaſ. *in l. cùm mota, n.* 1. *verſ. aliqua, Cod. de tranſact.* vbi demonſtrat, quod verba illa; *Dotata non ſuccedat*; ſtant conditionaliter, & ob id facultas dotandi filiam defuncti ad effectum illam ex-
32 cludendi per maſculos, non tranſmittitur ad hæredes: ſequitur Noal. *de tranſmiſſ. caſ.* 21. *n.* 8. *verſ. quam tamen*, Giouagn. *conſ.* 42. *n.* 49. *lib.* 1. benè Marth. *de ſucceſſ. legal. part.* 1. *q.* 24. *art.* 5. *n.* 7. 8. vbi multas reddit rationes, & probat id procedere in qualibet diſpoſitione conditionali, vt non tranſeat ad hæredes; quia conditio nihil ponit in eſſe, ſed maſculi vocantur ad portionem etiam filiarum, ſi illæ fuerint dotatæ, vel dos illis fuerit oblata: ergo hoc ius eſt conditionale; & ideò ad hæredes tranſmitti non poteſt.

Sed ad quid hoc diſputare? nam ſi hoc ius dotandi fuiſſet tranſmiſſum in R. D. Nicolaum aſſertum hæredem dicti Peregrini infantis, vtique neceſſe erat, quod
33 ipſe illas dotaſſet, vel dotem obtuliſſet tempore delatæ ſucceſſionis. Dec. *d. conſ.* 261. *n.* 2. *verſ. & ideò.* Rot. *d. deciſ.* 264. *n.* 7. ſed ipſe horum neutrum perfecit, neque ante, neque poſt aditam dicti Peregrini hæreditatem: ergo ſi ipſe non impleuit conditionem dotandi, vel offerendi, ſequitur, vt per eum dictæ mulieres non poſſint excludi, quin fuerint purè, & liberè hæredes dicti ſui patris, vt Ruin. *d. conſ.* 17. *n.* 8. *lib.* 3. nec amplius conditio prædicta impleri poteſt; tum quia non tranſit in ſecundum hæredem, tum quia res non eſt amplius integra, cùm illæ iam ſint maritatæ, vt per Dec. *dict. conſ.* 261. *ſub n.* 5. *ad fin.*

Verùm hæc ad pompam potiùs dicta ſint, quàm pro neceſſitate aliqua; ſi quidem verè dictus R. D. Nicolaus nũnquam habuit intentionem excludendi dictas Iſabellam, & Vrſolinam ab hereditate earum patris, neque etiam pro portione illarum fratris; noluit enim eas in hoc damnificare, vt clarè cernitur ex proceſſu. Nam ſiue volumus eum haberi pro adeunte hæreditatem prædictam, vt in ſcriptura ipſius coram iudice emanata, vt in primo proceſſu, *fol.* 22. hoc idem manifeſtè colligitur, quia ipſe verbis claris in tali aditione proteſtatur, quod ſi aliquid ſupererit in bonis prædictis, ſolutis ſoluendis, intendit illud plus cedere commodo, & vtilitati dictarum DD. Iſabellæ, & Vrſolinæ omni meliori modo: quid clarius? quid euidentius? vbi in verbis nõn eſt
ambiguitas, nihil opus eſt coniecturis, *leg. continuus*, §. 34
*cùm ita, de verb. oblig. l. ille, aut ille*, §. *cùm in verbis, de leg.* 3. *leg. tres partes, ad l. Falcid.*

Sanè hæc proteſtatio ſatis probat, & declarat animum dicti R. D. Nicolai Sacerdotis nolentis ſibi acquirere commodum, vel vtilitatem dictæ hæreditatis, ſed dictis mulieribus; & proteſtatio hæc probat ſemper
contra proteſtantem, & animum eius declarat. Cranet. 35
*conſ.* 120. *n.* 3. *in fin.* Seraph. *deciſ.* 1168. *n.* 9. Farin. *deciſ. recent.* 567. *n.* 7. *p.* 1. Carol. Marant. *reſp.* 4. *n.* 44. in his enim quæ pendent à voluntate proteſtantis, attenditur ſola eius proteſtatio in eius præiudicium. Tuſch. *lit. P, concl.* 944. *n.* 41.

Et cùm ipſe eſſet tutor legitimus dictarum mulierum infantium, & pro tutore ſe etiam geſſerit, vt in ſecundo
proceſſu, *fol.* 70. nemini credo dubium eſſe, quin potue- 36
rit illis donare, vel acquirere etiam abſentibus, ſicut etiam pro illis adire poteſt hæreditatem, vt *in d. l. ſi infanti*, vbi DD. *C. de iur. deliber.* & ſatis eſt, quod ipſe noluerit acquirere commodum dictæ hæreditatis, quia
nemo inuitus cogitur meliorem facere ſuam conditio- 37
nem, & violenti non fit iniuria. Vnde illa proteſtatio, quæ continet talem eius aſſertionem, & confeſſionem, plenè probat contra eum. Seraph. *deciſ.* 52. *n.* 1. certum eſt enim quod confeſſio facta coram iudice in actis, plenè probat contra confitentem, & cauſam ab eo haben-
tem, etiam parte abſente. Surd. *conſ.* 151. *n.* 42. Farin. *de*- 38
*ciſ. recent.* 575. *n.* 4. *p.* 1.

Neque dici poteſt, quod fuerit facta præcipitanter, & inconſideratè, quia cùm talis aſſertio, ſeu confeſſio fuerit redacta in ſcriptis, præſumitur facta cum deliberatione, & probat etiam pro parte abſente contra confiten-
tem, *l. deſiderium*, vbi Bald. *C. de poſſ.* Bart. *in l. admonen*-
*di, ff. de iureiur.* Crem. *ſing.* 105. Marſil. *in rub. C. de prob.* 39
*n.* 105. Surd. *conſ.* 151. *n.* 44. adeò vt noceat etiam eius hæredi, *leg. cùm à matre, Cod. de rei vindic.* Rol. *conſ.* 71. *n.* 45. *lib.* 2. Surd. *dict. conſ.* 151. *n.* 38. & *conſ.* 188. *n.* 3.

Siue magis placet habere dictum R. D. Nicolaum pro repudiante, ſiue execuſante dictam hæreditatem, quod eſt veriſimilius, quoniam recuſari hæreditas non tantùm verbis, ſed etiam re poteſt, & quovis alio
indicio voluntatis, ad textum *in l. recuſari, ff. de* 40
*acquir. hær.* hîc autem multa concurrunt, quibus facilè dignoſcitur dictum R. D. Nicolaum noluiſſe cum effectu dictam hæreditatem acquirere, ſed potius voluiſſe ab ea abſtinere, ſiquidem ipſe non curauit adipiſci poſſeſſionem bonorum hæreditatis, ſed potiùs tam ſuo nomine quàm tutorio dictarum puellarum, vt in ſecundo proceſſu, *fol.* 66. 67. fecit ſe creditorem dictæ hæreditatis, proponens actionem pro conſequendis ſcutis 200. à defuncto ſibi debitis, & pro habendis dotibus maternis dictarum puellarum, & paſſus eſt, quod illæ etiam reſtituerentur in integrum pro adeunda dicta hæreditate, vt in proceſſu, *fol.* 70. quæ omnia efficiunt, vt credendum ſit eum in effectu recuſaſſe dictam hæreditatem, iuxta terminos dictæ legis *recuſari, de acq. hær.* & *l. reſtituta, ff. ad Trebell.* & §. *fin. verſ. ſicut, Inſt. de hær. qual. & diff.* vbi deciditur, quod ſicut nuda voluntate extraneus hæres fit, ita contraria deſtinatione ſtatim ab hæreditate repellatur.

Exinde igitur manifeſtè apparet, & concludi poteſt, prædictum R. D. Nicolaum noluiſſe ſe dictæ hæreditati immiſcere in præiudicium dictarum Iſabellæ, & Vrſolinæ

næ, ſed tantùm pro commodo, & vtilitate earum, quarum tutelam gerebat; nam licèt etiam poſt tempus prædictum poſſediſſet dicta bona hæreditaria, ſtante aditione dictarum puellarum, & proteſtatione ipſius tutoris, & aliis ſuprà geſtis, non ſibi poſſediſſe, ſed pupillarum nomine præſumendum eſt, *ex l. officij, C. de rei vind.*
41 Seraph. *dec.* 80. *n.* 1. Galganet. *in tract. de tutel. lib.* 2. *tit.* 13. *n.* 4. 5. & ſic vniuerſa hæreditas prædicta eſt aſſignanda dictis ſororibus, quod ſanè æquum eſt, & honeſtati valdè conuenit.

Reſtat vt de fideicommiſſo Iacobi Becchignoli aliquid dicamus, ſiquidem certum eſt, veniſſe caſum illum in perſona dictarum Iſabellæ & Vrſolinæ tanquam filiarum dicti Nicolai laici; ſiquidem dictus Iacobus fecit ſibi hæredes vniuerſales R. D. Peregrinum, & D. Iulium eius fratrem ſi ſuperuixerit, alias D. Nicolaum filium dicti D. Iulij, & D. Nicolaum eius nepotem ex D. Thoma eius fratre æquis portionibus, & decedente altero ex dictis Nicolais eius nepotibus ſine filiis, ſubſtituit alium Nicolaum ſuperuiuentem, vel eius filios vulgariter, & per fideicommiſſum; & in caſu quo prædicti Nicolai eius nepotes ambo decederent ſine filiis, illis ſic decedentibus, ſiue vltimo decedenti ſubſtituit Franciſcum Bizzarum, & alios, de quibus in teſtamento dicti Iacobi, vt in proceſſu, *fol.* 6. Ideò cùm ca-
42 ſus venerit, quod ambo dicti Nicolai defecerint, & ex ſolo laico filij remanſerint dictæ Iſabella, & Vrſolina, ſequitur, vt ad earum fauorem fideicommiſſum euenerit, quia teſtator cenſetur eas prætuliſſe ſubſtitutis, & vocaſſe ante eos, etiam quoad portionem patrui, ad excludendum ſubſtitutos extraneos, qui non ſunt ex deſcendentibus, iuxta doctrinam Petr. de Anchar. *in conſ.* 74. quem ſequitur Alba *cõſ.* 87. *n.* 12. Crau. *conſ.* 326. *n.* 3. Ruin. *conſ.* 139. & *conſ.* 142. *lib.* 3. Rol. *conſ.* 51. *num.* 9. 10. *lib.* 3. latè Zanch. *in l. hæredes mei, §. cùm ita, ſub n.* 196. *ff. ad Trebell.*

Vnde non obſtat, quod filij dicti Nicolai ſint poſiti in conditione, non autem vocati, iuxta gloſſam *in l. Lucius*, vbi DD. omnes, *ff. de hær. inſtit.* & *in l. ex facto, §. ex facto*, vbi etiam DD. *ad Trebell.* Rol. *conſ.* 51. *n.* 3. *lib.* 3.

Nam reſpondetur multis modis ſecundùm etiam prædicta ad excludendum extraneum hæc non procedere, & inſuper hoc non habere locum, quando extant coniecturæ pro poſitis in conditione, vt ſint vocati, quarum potiſſima, & ab omnibus recepta eſt illa, quando teſtator fecit reciprocam inter inſtitutos, vt ſi dixit, *Inſtituo filios meos, & ſi alter deceſſerit ſine filiis, ſubſtituo ſuperui-*
43 *uentes*; tunc enim ratione reciprocæ factæ inter inſtitutos, filij poſiti in conditione cenſentur vocati. Corn. *conſ.* 146. *n.* 13. *lib.* 2. Gozad. *conſ.* 64. *n.* 12. Decian. *conſ.* 28. *n.* 21. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 135. *n.* 6. Honded. *conſ.* 54. *n.* 42. *lib.* 2. Zanch. *in d. §. cùm ita, n.* 779. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 26. *n.* 112. latè Fuſar. *de ſubſt. q.* 437. *num.* 87. vbi
44 pulchrè loquitur, & alios allegat: quod procedit non ſolùm quoad portionem patris, ſed etiam patrui, ſeu alterius inſtituti. Zanch. *in d. §. cùm ita, p.* 3. *n.* 91. Rot. diuerſ. apud Farin. *deciſ.* 266. *n.* 4. & *deciſ.* 300. *n.* 9. *p.* 1. *recent.* hìc autem aderat reciproca inter inſtitutos ſtantibus verbis: *Et decedente altero ſubſtituit alium, & vltimo morienti*, vt probat Rot. *d. deciſ.* 300. *n.* 10. Ergo filij poſiti in conditione fuerunt etiam vocati diſpoſitiuè.

Deinde eadem regula multis aliis modis limitatur, qui omnes conueniunt caſui noſtro. Nam ſi filij aliquando fuerunt in teſtamento diſpoſitiuè vocati, ſi poſtea eos
45 ponat teſtator in conditione, tunc cenſentur etiam poſiti in diſpoſitione, vt vniformis ſit determinatio, vt poſt Ceph. *conſ.* 514. *n.* 23. *lib.* 4. & Barz. *deciſ.* 5. *n.* 30. dixit Fuſar. *d. q.* 437. *n.* 112. Sed hìc prius filij fuerunt vocati diſpoſitiuè in illis verbis teſtamenti: *Subſtituit alium Nicolaum ſuperuiuentem, vel eius filios.* Ergo etiam in alia parte teſtamenti cenſentur diſpoſitiuè vocati, & ſubſtituti vltimo morienti.

Sicut etiam limitatur, vt non procedat in aliis duobus caſibus, quando ſcilicet teſtator digreſſus eſt ad plures 46
gradus ſubſtitutionum, vel quando bis filios poſuit in conditione, quia tunc cenſentur vocati, vt per Fuſar. *d. q.* 437. *n.* 99. & *n.* 101. ſed hi ſunt caſus noſtri, vt legitur in dicto teſtamento: ergo venit abſque dubio caſus fideicommiſſi ad fauorem dictarum mulierum.

Nec dubitandum eſt, quin filiorum appellatione veniant etiam fœminæ, quia hoc in iure certum eſt, *l. iuxta, de verb. ſign. c. Raynaldus, de teſtam.* Peregr. *de fideicom. art.* 28. *n.* 36. & hoc maximè procedit, quando non extant maſculi, vt hìc, tempore mortis dicti R. D. Nicolai vltimi morientis: latè Fuſar. *de ſubſtit. q.* 311. *n.* 45. Ergo nullum remanet dubium, quin venerit caſus fideicommiſſi, neque contrariis reſpondendum eſt, quia ex prædictis reſoluta ſunt. Et ita, &c. ſaluo, &c. 46

---

## CAPVT CCXLVII.

*Reſponſum Antonij Mariæ Rodulphi, iuris vtriuſque Doctoris, quod præcedenti Authoris operi conſutum erat.*

### ARGVMENTVM.

Actio de euictione quando competat, necne; & quomodo. De præſcriptione debiti ex ſtatuto. De ipſius ſtatuti interpretatione; vbi de materia fauorabili, vel non. Quando, & quomodo obtineat ea præſcriptio, præcipuè contra negligentem. Ea excluditur à pupillo vel minore. Plura de caducitate emphyteuſis, quando, & quomodo id obtineat, & de voluntate in id domini directi, vbi de eius remiſſione ob taciturnitatem.

De ſaluiano interdicto, & execeptionibus ab eo iudicio excluſis, præcipuè dotis, & aliis reſpicientibus petitorium. De præſcriptione aduerſus hypothecam dotalem. Multa de præſcriptione, eiuſque requiſitis, & probatione ipſius. An exceptio excuſſionis in Saluiano ſit admittenda, cùm agitur contra tertium. An, & quando id procedat in muliere dotem repetente. Exceptio dilatoria an poſſit poſt litem conteſtatam opponi, ſaltem per procuratorem. Præſcriptio ſtatutaria an procedat cum mala fide. Dos an ſit verè talis, tam conſtante, quàm ſoluto matrimonio, &c.

### SVMMARIVM.

1 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
2 *Ante ſolutum pretium ceſſat actio de euictione.*
3 *Parte pretij ſoluta, pro ea ſolùm portione competit actio ad euictionem.*
4 *Actio ex empto ceſſat ſi integrum pretium non offeratur.*
5 *Actio ad intereſſe potiùs datur aduerſùs emptorem ad intereſſe non ſoluti pretij.*
6 *Debiti præſcritio inducitur per ſtatutum Carpenſe. Et quomodo*; & n. 8.
7 *Præſcriptio vim ſolutionis habet.*
9 *Verba ſtatuti ſunt propriè intelligenda.*

10 Debitor



10 *Debitor propriè ille dicitur, à quo debitum poteſt extorqueri.*
11 *Statutum de debitis non comprehendit debita conditionalia.*
12 *Creditor conditionalis eſt creditor impropriiſſimè.*
13 *Conditio fideiuſſoris præſtandi, vel pecuniæ inueſtiendæ ineſt ſolutioni, & executioni, non obligationi.*
14 *Nihil intereſt ipſo iure quis actionem non habeat, vel per exceptionem repellatur.*
15 *Præſcriptio ſtatutaria non habet locum in debitore impedito de iure agere.*
16 *Iure impeditus agere dicitur, qui poteſt exceptione ſummoneri.*
17 *Præſcriptio currit contra non remouentem impedimentum conditionis poteſtatiuæ reſpectu creditoris.*
18 *Vt probetur negligentia debitoris in non inueſtiendo pecuniam debitam iuxta pactum, debet probari adfuiſſe bona venalia.*
19 *Et vlteriùs pecunias extantes fuiſſe correſpondentes.*
20 *Immò & ſciuiſſe creditorem ea bona extare.*
21 *Negligentia in dubio non præſumitur.*
22 *Multò minùs in reſpicientibus factum proprium.*
23 *Gratiani deciſio* 15. n. 6. *quando procedat.*
24 *Vbi negligentia non eſt, ibi nec eius pœna eſſe debet.*
25 *Statutum Carpenſe*, rub. 28. *quid diſponat.*
26 *Non procedit ſtatuti diſpoſitio, niſi qualitas requiſita à ſtatuto probetur adeſſe.*
27 *Præſumptio eſt probanda ab allegante.*
28 *Qui ſe fundat in tempore, debet de eo docere.*
29 *Ad præſcribendum debet apparere de initio, quod ſit temporis vtilis ad præſcriptionem.*
30 *Litis conteſtatio interrumpit præſcriptionem.*
31 *Cum pupillis nulla currit præſcriptio.*
32 *Minoribus indulgetur reſtitutio in integrum.*
33 *Tempus minoris ætatis eſt ſubducendum à præſcriptione.*
34 *An præſcriptio inducta à ſtatuto ſimpliciter loquente habeat locum contra minorem? Negatiua affertur, ibidem. Multò magis cùm expreſsè, &* numero 35.
36 *Statutum Carpenſe*, rub. 28. *expenditur.*
37 *Exceptio fauore minorum inducta eſt fauorabilis.*
38 *Melius eſt intacta iura ſeruare, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere.*
39 *Legiſlator remouet præſcriptionem à minore indiſtinctè, ſiue contraxerit, ſiue alteri ſucceſſerit.*
40 *In materia fauorabili fit extenſio etiam ad caſum alioquin non expreſſum.*
41 *Fauorabilis, & extendendus caſus eſt in quo agitur de reducendo ſtatuto ad iuris communis conformitatem:* & n. 36.
42 *Amplia ad materias correctorias.*
43 *Præſcriptio ſtatutaria non habet locum in credito iurato, & eſt communis ſententia*, numero 44.
45 *Exceptiones altiorem indaginem requirentes non admittuntur in iudicio Saluiani.*
46 *Iudex debet iudicare ſecundùm allegata, & probata, etſi in conſcientia ſciret rem aliter ſe habere.*
47 *In facto ſupplere non permittitur iudici.*
48 *Res inter alios acta tertio non præiudicat.*
49 *Specifica in inſtrumento.*
50 *Et quoad priuationem emphyteuſis.*
51 *Conſtitutio Bonifaciana non excedit Ferrariam, vt quævis localis non excedit locum ſuum.*
52 *Pœna deuolutionis ob non petitam inueſtituram non incurritur, niſi dominus velit vti iure commiſſi.*
53 *Specifica in caducitate ob alienationem irrequiſito domino factam.*
54 *Amplia etſi ex pacto, vel ſtatuto res ipſo iure dicatur ex hoc reuerſa ad dominum.*
55 *Specifica in ea ob non ſolutum canonem.*
56 *Et in ea ob non petitam inueſtituram.*
57 *Et in Bulla Bonifaciana.*
58 *Pœna caducitatis ipſo etiam iure inflicta, tamen quoad executionem ſententia declaratoria criminis exigitur*, & numero 71. *Specifica in dicta Bulla Bonifaciana*, numero 59. *& eſt communis ſententia*, n. 60.
61 *Ad ſententiam declaratoriam eſt neceſſaria citatio partis, & cauſæ cognitio.*
62 *Aſſertioni domini directi non ſtatur in cauſa deuolutionis ob non petitam inueſtituram, tanquam deponenti de proprio intereſſe.*
63 *Amplia etiam in aſſertione Imperatoris.*
64 *Emphyteuſis in dubio nunquam reuocata aut deuoluta præſumitur.*
65 *Remittere dicitur caducitatem dominus qui approbat venditionem, & tranſlationem rei emphyteuticæ.*
66 *Et cùm renouauit inueſtituram in ipſo. Et eſt communis opinio:* & n. 67.
68 *Remiſſa dicitur caducitas ex collatione inueſtituræ, etiam cùm dicitur in ea*, Reſtituimus, & de nouo concedimus.
69 *Ea verba quid operentur:* & n. ſeq.
70 *Non eſt opus facere per plura, quod æquè poteſt fieri per pauciora.*
71 *Caducitas ob non petitam inueſtituram exigit ſententiam condemnatoriam, & priuatiuam. Et de magis communi ſententia:* & n. 72.
73 *Caducitas ab alio non poteſt opponi, quàm ab ipſomet domino.*
74 *Iuris regula non patitur vt de iure tertij quis opponat, præſertim vbi partis voluntas exigitur.*
75 *Durat hypotheca in bonis emphyteuticis quoad vſque reuertitur ad dominum.*
76 *Aliud caput controuerſia diſcutitur.*
77 *In Saluiano interdicto non proponitur exceptio dominij, niſi incontinenti probetur. Et eſt communis opinio, nemine haſitante*, & n. 78.
79 *Amplia etiam ad omnes exceptiones circa ius pignoris.*
80 *Exceptiones dominij iuris in pignore, & ſimiles ſunt iudicij petitorij.*
81 *Tertium motiuum refertur.*
82 *Præſcriptio nulla poteſt conſiſtere contra hypotehcam dotalem.*
83 *Mulier non poteſt agere conſtante matrimonio.*
84 *Et præſcriptio prorſus excluditur, & eſt communis opinio.*
85 *Alia reſponſio affertur motiuo obiecto.*
86 *Præſcriptio etiam longi temporis exigit bonam fidem in præſcribente.*
87 *Sola dubitatio iuris alieni cœptam non interumpit, ſed bene impedit ne incipiat.*
88 *Mala fides tollit præſcriptionem etiam longiſſimi temporis, ſaltem de iure canonico.*
89 *Specifica in hypotheca.*
90 *Titulus inſuper exigitur ad inducendam longi temporis præſcriptionem.*
91 *Amplia id procedere etiam in hypotheca præſcribenda.*
92 *Præſcriptio, & eius requiſita ab allegante eſt probanda.*

93 *Si in eadem cauſa adſit bona fides reſpectu dominij, & mala quoad obligationem, primum præſcribetur, non verò ſecundum.*

94 *Aliud obiectum in motiuo ſoluitur.*

95 *An procedat præſcriptio abſque poſſeſſione.*

96 *Ad præſcribendum aduerſus hypothecam exigitur poſſeſſio rei hypothecatæ.*

97 *Actio hypothecaria non datur niſi aduerſus poſſeſſorem.*

98 *Actio hypothecaria eſt actio in rem.*

99 *Aliud obiectum diluitur.*

100 *Facile eſt dicere præſcriptum, at non ita facile præſcriptionem probare.*

101 *Præſcriptio niſi probetur, contra eam iudicandum eſt.*

102 *In iudicio poſſeſſorio non eſt attendenda præſcriptionis exceptio, niſi incontinenti probetur.*

103 *Quartum motiuum reſoluitur.*

104 *An exceptio excuſſionis in vtili Saluiano ſit admittenda, cùm agitur contra tertium.*

105 *Negatiua ſententia eſt communior, & verior. Et iure, ac æquitate inſpecta eſt excipienda,* & n.106.

107 *Rota Romana hanc opinionem eſt ſecuta.*

108 *Saluianum interdictum eſt merè poſſeſſorium.*

109 *Exceptio petitorium reſpiciens non poteſt opponi in poſſeſſorio.*

110 *Mulier agens ad recuperandam dotem aduerſùs tertium poſſeſſorem, an debeat præponere excuſſionem, & quando.*

111 *Actio hypothecaria facit iudicium petitorium.*

112 *A poſſeſſione ad dominium non fit illatio, nec è contra.*

113 *Obiectum ad id diluitur.*

114 *Agens hypothecariâ contra tertium non habentem cauſam lucratiuam à debitore, tenetur probare ius, & dominium.*

115 *In hypothecaria datur appellatio, quæ non datur in Saluiano.*

116 *In Palatiis frequentiùs verſatur interdictum adipiſcendæ, quàm hypothecaria. Et eâ ſemper eſt vtendum, commiſſa hypothecaria,* & n.117.

118 *An exceptio dilatoria à Procuratore poſt litem conteſtatam opponi poſſit.*

119 *Bertachinus reprobatur tenens affirmatiuam in hac quæſtione,* & n.121.

120 *Doctores qui non poſſunt in fonte videri, nil probant.*

122 *Exceptio ſubreptionis in reſcriptis gratioſis eſt etiam peremptoria dum reddit gratiam nullam.*

124 *Exceptio dilatoria, de ſui natura poteſt opponi ante litem conteſtatam.*

125 *Qui eam obiicit ante talem conteſtationem, cenſetur renunciare iuri ſuo.*

126 *Aduocatus volens exceptionem illam exercere, in libra auri punitur.*

127 *Exceptio dilatoria, quæ oppoſita redderet proceſſum nullum, poteſt opponi etiam lite conteſtata.*

128 *Alia motiua à parte oppoſita proponuntur.*

129 *Præſcriptio ſtatutaria an procedat cum mala fide.*

130 *Rota Romana negatiuam ſectatur, & verior ſententia,* & n.132.& 134.

131 *Ciarlinius* controu.for.32.*affertur.*

133 *Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.*

135 *Vltimum motiuum proponitur.*

136 *Cùm agitur de ſtatuto reducendo ad ius commune, latior interpretatio ſumenda eſt..*

137 *Verba ſi opus eſt, debent impropriari.*

138 *Amplia id obtinere ſi intellectus conueniat communi vſui loquendi.*

139 *Statuta omnia accipienda ſunt ſecundùm vſum loquendi.*

140 *Vſus loquendi in ſtatutis præualet proprietati verborum.*

141 *Statuentes tenentur ſe conformare vſui, & conſuetudini.*

142 *Dos ita appellatur ſoluto matrimonio.*

143 *Aliud fundamentum affertur.*

144 *Cauſa finalis cur dos excipitur, & eximitur à præſcriptione, eſt ipſius dotis fauor.*

145 *Extendi debet ſtatutum rediens ad ius commune, & tendens ad vitandum damnum,* & n.146.

147 *Amplia vt extendatur etiam ad caſum improprium.*

148 *Sante ſtatuto prohibente compromiſſum vel præſcriptionem in dotibus, veniunt etiam dotes ante initum matrimonium.*

149 *Immò & comprehenditur legitima, quæ doti æquiparatur.*

150 *Exceptio ſumi debet ex regula.*

151 *Dos ſtante matrimonio non admittit præſcriptionem contra ſe.*

152 *Dos eſt propriè dos, etiam ſoluto matrimonio, antequam reſtituatur,* & *n.*153.& *n.*158.

154 *Obiectum* ex l.7.ff.de iure dot.

155 *Cùm contractum eſt matrimonium, dos incipit talis vocari, & non deſinit eſſe talis, niſi donec ea reſtituatur.*

156 *Iura comprehendunt etiam dotes ſoluto matrimonio, appellatione dotis,* & n.157.

159 *Aliud fundamentum affertur.*

160 *Diluitur oppoſitum.*

161 *Exceptio debet eſſe de regula, & poſteriora referri ad antecedentia.*

162 *Bald. Nouell.* in præfat.dot.n.22. *proponitur, & diſcutitur,* & n.163.

164 *Actio ex ſtipulatu, vel dotis datur pro dote, ſoluto matrimonio.*

165 *Statuta de dote loquentia habent locum in dote ante contractum matrimonium, ſi eius fauorem reſpiciant.*

166 *Hypotheca apprehendit etiam bona vendita, ſi reſeruetur generaliter in inſtrumento venditionis.*

167 *Semper in dubio eſt pronunciandum contra præſcriptionem.*

NOn obſtantibus motiuis ſecundo loco tranſmiſſis, puto ad fauorem D. Virginiæ de Prioribus pronunciandum. Motiua ſingula per ordinem reſoluam.

Ad primum igitur motiuum, in quo D. Virginia
dicitur teneri de euictione ex perſona Cæſaris Prioris
eius aui paterni, cuius mediante perſona D. Virginij
patris hæres extitiſſe prætenditur; propterea repelli
hac exceptione, ſi agat tanquam hæres D. Barbaræ
Aroliæ eius auiæ. Quem enim de euictione tenet 1
actio, eundem agentem repellit exceptio, *l. vindicantem,*
*de euict.* cum ſimili.

Miſſis multis, quæ ad hoc propoſitum dici poſſent,
reſpondeo concludenter dato etiam, quod contra eam
tanquam hæredem D. Cæſaris Prioris alioquin agi
poſſet, in hoc tamen caſu non teneri ex eius perſona
ad euictionem præſtandam. Quia certum eſt ante
ſolutum pretium, euictionis euictionem ceſſare, *l.* 2
*exempto, in princ.* vbi Bart. *numero* 3. *de act. empt.* Caballin.
*de euict.* §.5. *num.*89. quibus conſentit Dec. *conſ.*
119.*num.*1. Vnde conſequitur, vt pro parte pretij non
ſoluti euictio ceſſet, licèt res in totum euicta fuerit, atque
ita agi ad euictionem non poſſit niſi pro pretio maturato. 3
Scac. *in ſuo tract. de commerc.* §.1. *quæſt.* 1. *num.* 352.
Mangil. *in tract. de euict. quæſt.* 103. *num.* 44. Ita pariter
videmus ceſſare ex empto actionem, niſi pretium integrum
offeratur, *l. Iulianus,* §. *offerri, de act. empt.* Et ſanè 4
quatenus poterit D. Marcus Coccapanus, ex cuius perſona
prætenditur euictio, agere ad pretium, vel ad eius
intereſſe



5 intereſſe, ſi pretium non ſoluitur, ipſe potiùs tenetur
ad intereſſe non ſoluti pretij, *l. Curabit, C. de action.*
*empt.* Cùm igitur D. Virginia non petat niſi quod ei
debetur, nempe 400. ſcutos non ſolutos, fruſtra
euictio obiicitur. Et hæc in iure non habent contradictorem.

In facto dici poſſet, immò ſolutum fuiſſe pretium,
ſolutionemque probari ex præſcriptione inducta per
6 ſtatutum Carpenſe *ſub. rubr.* 28. *lib.*2. à quo etiam inducitur
debiti præſcriptio, quæ pariter vim ſolutionis ob-
7 tinet, *l. ſi pupillus, in fin. ff. de adminiſt. tut.* Barboſ. *ad l.*
*cùm notiſſimi, in princ. num.* 36. *C. de præſcript.* 30. *vel*
8 40. *ann.*

Sed ad hoc quoque obiectum dupliciter reſpondetur.
Primò enim ſtatutum loquitur in debito, & credito,
& diſponit ſuper debitore, & creditore, vt ex lectura
eius patet. Quare cùm verba ſtatuti ſint pro-
9 priè intelligenda, *l. quidquid aſtringendæ, ff. de verb. obl.*
eius diſpoſitio locum non habebit in debitore conditionali,
qui propriè debitor non eſt. Nam talis ille pro-
10 priè dicitur, à quo debitum extorqueri poteſt, *l. debitor*
108. *de verb. ſignif. l. fideiuſſor obligari,* §. *fideiuſſor,*
*ff. de fideiuſſor.* Bart. *in l.*1. *num.*32. *ff. ſi cert. pet.* At noſter
caſus eſt de debitore obligato ſub conditione ad
ſoluẽdum, nempe ſi D. Cæſar Prior idoneum fideiuſſorem,
vel pecuniam debitam, nempe ſcuta 400. in bonis
ſtabilibus, ſecuris, & cautis pro cautione dotis
11 D. Barbaræ Aroliæ erogaſſet. Ergo ſuper huiuſmodi
debito ſtatutum allegatum non diſponit, & ita in terminis
ſtatutariæ præſciptionis ratiocinatur Alex. videndus
*in conſ.* 106. *num.*7. *vol.*5. Quæ interpretatio
non obſcurè à ſtatuto ipſo colligitur, diſponente quod
à die ſolutionis præſtituto, ſi certus dies appoſitus
fuerit, præſcriptio incipiat, non ante; cuius diſpoſitionis
ratio eſt, quia ante diem quis propriè creditor
non eſt. Multò minùs igitur ſub diſpoſitione ſtatutaria
continebitur creditor conditionalis, qui verè creditor
non eſt, ſed ſolùm quoad etymologiam, & im-
12 propriiſſimè. Bart. *in l.* 1. *numer.* 32. *ſi cert. pet.* Alex.
*conſil.*2. *num.*16. 17. *vol.*4. Non obſtat ſi dicatur in
caſu noſtro non agi de debito conditionali, ſed de debito
in diem certum, nempe per tres annos ſoluendo,
vt cantat inſtrumentum venditionis factæ à D. Cæſare
Priore, vt in proceſſu, *fol.*59. ac proinde videri quod
poſt tres annos à die initi contractus præſcriptioni locus
fuerit; conditio enim illa fidiuſſoris præſtandi,
13 vel pecuniæ in bonis ſtabilibus inueſtiendæ ineſt ſolitioni,
& executioni, non diſpoſitioni, & obligationi,
ad notata per Bart. *in l.*1. *num.*9. *verſ.*3. *ff. de cond. &*
*dem.* Ruin. *conſ.*46. *num.*4. *lib.*5. Non obſtat, inquam,
quia etſi debitum propriè conditionale non eſt, ſolutio
tamen, & exactio conditionem habet. Vnde eſt
quod agere volenti ex eo contractu ante impletam
conditionem, obſtet exceptio pacti, & conditionis
14 non impletæ. Perinde igitur eſt ac ſi orta actio non
eſſet; nam nihil intereſt ipſo iure, quis actionem non
habeat, vel per exceptionem infirmetur, vt ait I. C.
Paulus *in l. nihil intereſt, ff. de reg. iur.* Barboſ. *ad dict.*
*leg. cùm notiſſimi,* §. *illud, numer.* 2. & 3. *C. de præſcript.*
30. *vel.* 40. *annor.* Et cùm, vt ſuprà dixi, creditor
in diem certum, licèt actionem habeat, propriè
tamen talis non ſit, quia exigerere, & extorquere debitum
non poteſt, obſtante illi exceptione reſpiciente
executionem, vnde fit, vt à diſpoſitione ſtatuti excludatur;
multò minùs creditor propriè is dici poterit,
reſpectu cuius ſolutio non in diem tantùm certum
differtur, ſed conditionem etiam, & euentum
habet: præter quàm quod ſtatutum executionem
potiùs quàm obligationem, & promiſſionem
attendit, vt ex eius verbis colligitur, ibi: *Et*
*non exegerit.*

Secundò præſcriptio ſtatutaria locum non habet
in debitore, qui de iure impeditus eſt agere, Bald. 15
*in Auth. niſi vicennali, in princ. verſ. ſed quid dices, C.*
*de bon. matern.* Abb. *in conſ.* 22. *num.* 2. *lib.*2. Iaſ. *conſ.*
118. *num.*4. & *conſ.*136. *num.*6. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 445.
*num.*48. *verſ. Et hoc idem,* & *conſ.*468. *in fine,* Curt. Iun.
*conſ.*181. *num.* 5. Bonius *de ſtatut. vrb. præſcr. gloſſ.* 19.
*num.*254. Alder. Maſcard. *de gener. ſtatut. interpr. concl.*
2. *num.*68. Barboſ. *in dict.* §. *illud, num.* 4. Ille autem
iure impeditus agere dicitur, qui ſubmoueri exceptione 16
poteſt, vt eſt textus expreſſus *dict. leg. nihil intereſt,*
*de reg. iur.* & tradit Anchar. *conſ.*5. *num.*12. Dec. *in leg.*
1. *num.*27. *in prima lect. C. qui admit.* Bald. *de præſcrip.*
*part.* 6. *princ. init. num.* 20. Barboſ. *d.* §. *illud, num.* 3.
Quare cùm D. Cæſar. Prior ante impletam conditionem
ſolutioni appoſitam ſemper ab exactione per exceptionem
repelli poſſet, præſcriptio currere non potuit,
niſi impleta conditione.

Illud verò, quod ex aduerſo dicitur, impedimentum
hoc conditionis non obſtare, quia culpæ, & negligentiæ
D. Cæſaris Prioris, & eius hæredum imputatur,
quod conditionem non impleuerint, gratis
omninò ſupponitur; nam etſi veriorem putem eam
opinionem, quæ tenet præſcriptionem currere contra
non remouentem impedimentum conditionis, 17
quæ eſt in poteſtate creditoris, vtputa poteſtatiua,
Rol. *conſ.* 73. *numero* 35. *vol.* 2. Menoch. *conſ.*
201. *num.* 95. nihilominus nulla poteſt obiici culpa,
& negligentia D. Cæſari, vel eius hæredibus, in quorum
poteſtate non erat hanc conditionem implere.
Nam quoad fideiuſſorem exhibendum id certum eſt;
hoc enim ex aliorum arbitrio pendebat, & omnes
ſciunt quàm difficile ſit inuenire fideiuſſores non ita
magnum, & expeditum patrimonium habenti. Pariter
eius negligentia imputari non poteſt, quod ſcuta
400. in bonis ſtabilibus non inueſtiuerit, ad hoc
enim vt id in eius poteſtate fuiſſe dicatur, & vt de
negligentia argui poſſit, deberet probari extitiſſe bona 18
venalia. Bart. *in l. tutor qui repertorium,* §. *ſi poſt*
*depoſitionem, num.* 3. *verſ. vltimò ad hoc, ff. de adminiſt.*
*& peric. tut.* Ruin. *conſ.*112. *num.*3. *leg.* 5. Ioſeph
Ludou. *deciſ. Peruſ.* 67. *num.*3. Franc. Marc. *deciſ.* 67.
*num.* 9. *part.*2. Menoch. *de recuper. poſſ. rem.*7. *num.*23.
Maſcard. *lib.* 2. *de prob. concluſ.* 1092. *num.*8. Et vlteriùs
pecunias extantes fuiſſe correſpondentes, & ſufficientes
pro bonis venalibus, Dec. *conſ.* 178. *in fin.*
Rol. *conſ.* 49. *num.* 34. *lib.* 1. Immò cùm verſemur in 19
facto ad certum aliquem locum, & tempus non limitato,
vlteriùs deberet probari non ſolùm bona venalia,
& pecuniis correſpondentia extitiſſe, ſed quod
extare creditor ſciret. Menoch. *dict. rem.* 7. *num.* 22. 20
Et dictorum ratio eſt, quia negligentia in dubio non
præſumitur, *c. niſi, de præb. c. ad audientiam, de præſcrip.* 21
Aymon. *conſ.*77. *num.*11. præſertim in iis, quæ reſpiciunt
commodum, & factum proprium. Maſcard. 22
*dict. concl.* 1092. *num. ſecundo.* Doctrina verò Gratiani
in contrarium allegata *dict. deciſ.* 15. *num.* 6. procedit 23
in impedimento quod in poteſtate creditoris eſt remouere,
agendo priùs contra principalem debitorem;
& ſi non remoueret, negligentiæ tribueretur.
Qualis non eſt caſus noſter, in quo conditionis implementum,
nempe bona ſtabilia, præſertim bonitati pecuniarum
commodè correſpondentia, & omnino cauta,
& libera emere in creditoris facultate non eſt, & ſi
non impleat, negligens dicetur.

Cùm igitur nulla creditoris negligentia circa prædictam
conditonem appareat, nec præſcriptioni, nec
præſumptioni ſtatutariæ locus erit, non ſolùm quia
regula naturalis eſt, vt vbi negligentia non eſt, nec
eius pœna eſſe debeat. Bald. *in Auth. niſi tricennale,* 24
*in princ. verſ. ſed quid dices, C. de bonis, matern.* Iaſ. *dict.*
*conſ.*118. *num.*4. & *conſ.*136. *num.*6. *lib.*4. *Dec. conſ.*445.
*num.*48. Barboſ. *dict.* §. *illud, num.* 5. Maſcard. *de*

*gener.ſtat.interpr.dict. concl.2.n.68.* qui omnes loquun-
25 tur in præſcriptione ſtatutaria: ſed etiam quia ſtatutum
Carpenſe *ſub dicta rub.28.* expreſsè diſponit ſuper ne-
gligentia non petentium credita, & ſe ad creditores
negligentes reſtringit, vnde niſi qualitas hæc à ſta-
26 tuto requiſita adeſſe probetur, eius diſpoſitio non
procedet. Bart. *in leg. 1. §. quod autem, ff. ne quid in
ſlum.publ.* Dec. *conſ. 550. num. 4.* Rol. *conſ. 10. num. 13.
vol. 4.*

Ex his clariſſimè meo iudicio conſtat fruſtra ad-
duci præſcriptionem ſtatutariam ad probandam ſolu-
tionem ſcutorum 400. Cùm enim ex vna parte huiuſ-
modi præſcriptio currere non potuerit antequam con-
ditio prædicta impleretur, ex altera verò parte nullo
modo appareat, an vnquam, & quomodo dicta con-
ditio impleta fuerit, ſequitur vt prætenſæ præſcri-
ptionis initium omninò ignoretur. Quod ſi ignoramus,
an vnquam, vel quando præſcriptio cœperit, quis af-
firmare audeat fuiſſe completam? Quis dicat præſum-
ptionem ſolutionis induci, quæ ex ſtatuti diſpoſitione
non niſi poſt 12. annorum decurſorum, & comple-
torum præſcriptionem initium ſumit. Illud explora-
27 tum eſt, vt aliàs ſcripſi, quod præſcriptio ab allegan-
te probanda eſt Bart. *in l. 1. n. 12. ff. de except.* Aymon.
*conſ. 201. n. 29. verſic. deſcendo nunc.* Maſcard. *de probat.
concl. 129. per tot.*

Cùm igitur præſcriptio hæc, & præſumptio com-
plementum, & ſubſtantiam ex temporis decurſu ſu-
mant, probari de tempore oportet. Qui enim ſe fun-
28 dat in tempore, docere de eo tenetur, gloſſ. & DD.
*in l. eum actum, ff. de neg.geſt.* Iaſ. *in rubr. C. qui admitti,
num. 6. verſ. circa 2. partem,* Maſcard. *de prob. lib. 3. concl.
1222. num. 20.* Aymon. *conſ. 201. num. 32. verſ. rurſus con-
ſiderando.* At de tempore, & eius continuatione doceri
non poteſt, niſi eius initium demonſtretur. Et hoc ini-
tium niſi ſit temporis ad præſcriptionem vtilis, quod
ſcilicet computari in præſcriptione, illique robur poſ-
ſit dare, perinde erit, ac ſi nullum præſcriptionis ini-
tium oſtenſum fuerit, quia initium illud, quod aſſigna-
29 tum fuerit, non erit initium præſcriptionis. Debet igi-
tur apparere de initio vtili, vt ex Baldo *conſ. 150. n. 7.
verſ. nec obſtat, lib. 2.* Aymon. *conſ. 201. n. 32. verſ. rur-
ſus conſiderando.* Barboſ. *in rubr. num. 258. C. de præſcrip.
30. vel 40. annor.* & tradunt alias à me in prioribus
ſcriptis allegati, nempe Bartol. *in l. Celſus, num. 21. 22.*
& ibi Alex. *in addit. litt. E, verſic. probentur,* Bald. *in l.
fin. num. 41. in 15. oppoſit. C. de edict. D. Hadriani toll.*
Alex. *conſ. 117. n. 17. vol. 2.* Bald. *in d. l. Celſus, part. 4. in
princ. verſic. 2. principaliter.* quibus adde gloſſam *in l. ma-
lè agitur, verbo non requiri, Cod. de præſcrip. 30. vel 40.
annor.* Ruin. *conſ. 75. num. 4. lib. 1.* Rot. *diuerſ. part. 1. dec.
314. num. 5. & dec. 315. num. 3.* At in propoſito conſtat
quidem de tempore, quo bonorum facta venditio fuit
à D. Cæſare Priore, ſed non liquet de tempore, quod
eſſe potuerit initium præſcriptionis.

Inanis igitur, & improbata remanet allegata præ-
ſcriptio. Et hæc omnia velim ab Excellentiſſimo Do-
mino meo iudice ponderari.

Itaque opus erat, vt D. Baptiſta Marianus certum
aliquod initium probaret, & tunc ex parte D. Virgi-
niæ adductæ fuiſſent aliæ opportunæ defenſiones, &
oppoſitiones.

Pro certo hoc mihi perſuadeo, quemadmodum di-
xi in prioribus ſcriptis, quod ſi certum aliquod ini-
tium aſſignatum fuiſſet, præſcriptio omnis ſubuerte-
retur. Nam tempus ab anno 1628. citra, proculdubio
præſcriptioni imputandum non eſt; anno enim prædi-
30 cto conteſtatio litis facta fuit, quæ ſui naturâ omnem
præſcriptionem interrumpit, *l. mora, C. de rei vendic.*
Bart. *in l. ſi poſt acceptum, numero 1. ff. eod.* Toto ve-
rò eo tempore quod vſque ad annum 1628. effluxit,
res ferè ſemper agebatur vel cum pupillis, quibus 31
nulla currit præſcriptio, *l. ſicut, C. de præſcrip. 30. vel
40. an.* Bart. *in l. naturaliter, num. 30. de vſucap.* & in
terminis noſtris Ludou. *deciſ. 489. num. 13.* Petr. Bar-
boſ. *ad d. l. ſicut, num. 338.* vel res agebatur cum mino-
ribus, quibus ſaltem per in integrum reſtitutionem
ſubuenitur, *l. vn. C. ſi aduerſ. vſucap.* Dec. *conſ. 556. n. 7.* 32
Ludou. *dict. deciſ. 489. num. 14.* Barboſ. *ad d. l. ſicut, nu-
mer. 354.*

Atque adeò hoc etiam tempus minoris ætatis à præ-
ſcriptione ſubducendum eſſet, Ludou. *dict. deciſ. 489.* 33
*num. 14.*

Verùm quod ad minores attinet, puto quod à præ-
ſcriptione inducta per Statutum Carpenſe eximantur
non ſolùm ope reſtitutionis, ſed ipſo iure. Quid-
quid enim ſit de illa quæſtione, an præſcriptio in-
ducta à Statuto ſimpliciter loquente contra mino- 34
rem, ipſo iure currat, in qua negatiuam tenet Car-
pan. *ad ſtat. Mediol. cap. 112. num... p. 1.* Odd. *de re-
ſtit. in integ. quæſtione 88. articulo 5. numero 55.
verſic. Ergo per hanc rationem, & numero 56. verſic. li-
mitatur:* in caſu noſtro Statutum à ſtatutaria præ-
ſcriptione excipit contractus minorum. Porrò ſta- 35
tutum his verbis non intendit diſponere ſuper con- 36
tractibus ipſius, quatenus in facto conſiſtent, nem-
pe in conſenſu duorum, ſed ſuper credito, & iure
inde reſultante, cui propriè præſcribitur. Quod
etiam ex contextu rubricæ, & totius capituli con-
ſtat, vbi de crediti præſcriptione agitur. At verò
ſtatutum in hac exceptione inducenda non habuit
rationem perſonæ, à qua initus contractus; ſed per-
ſonæ de cuius intereſſe, & præiudicio in præſcri-
bendo credito, & iure agitur. Intelligi ergo de-
bet de credito minoris, ſiue oriatur ex contractu ce-
lebrato à maiore, & cui minor ſucceſſerit, ſiue
oriatur ex contractu inito ab ipſomet minore. Ni-
hil enim hoc refert, quoad mentem ſtatuti. Neque
verò verbis ſtatuti repugnat quod huiuſmodi cre-
dita exceptione contineantur, quia ſatis dici poſſunt
excepti contractus minorum, hoc ipſo quod credi-
tum ex contractibus reſultans factum eſt proprium
minorum, & in patrimonio eorum computatur. Vt
enim modò dixi, verba Statuti non tam intelligun-
tur de contractu ipſo, quatenus in conſenſu, & facto
conſiſtit, quàm de iure inde prouenienté, & de cre-
dito, quod proprium minorum ſit, quale illud eſt
quod oritur ex contractu minoris, & in perſona eius
permanet; vel ex contractu etiam maioris, cui tamen
minor vniuerſali, vel particulari titulo ſucceſſerit.
Et quod Statutum in hac exceptione rationem ha-
buerit, non perſonæ à qua initus contractus fuerit,
ſed perſonæ de cuius intereſſe, & credito in præſcri-
ptione tractatur, inde patet, quia ſi maior minori
in credito proueniente ex ipſius minoris contractu
ſuccedat, nemo dicet contra hunc ſtatutariam præ-
ſcriptionem non currere, & tamen hic erat contractus
minoris.

Confirmantur prædicta, quia ex vna parte exceptio
hæc fauore minorum inducta eſt, & conſequenter fa-
uorabilis eſt. Bart. *in l. qui exceptionem, in princ.* vbi 37
Bald. Caſtr. & alij, *ff. de condict. indeb.* Dec. *in l. 2.
num. 5. C. de in ius voc.* Caſtr. *conſ. 92. in fin. lib. 1.* Tiraq.
*de retract. conſang. §. 30. gloſſ. 1. num. 5.* qui omnes
ita tenere teſtatur. Ex altera verò parte eadem eſt
ratio, quod in credito non currat præſcriptio ſtatuta-
ria contra minorem, ſiue creditum deſcendat ex con-
tractu inito ab ipſomet minore, ſiue deſcendat ex con-
tractu inito à maiore. Quod patet, quia hac vnica ratio-
ne à præſcriptione ſtatutaria eximitur creditum ex con-
tractu inito à minore deſcendens, ne ſcilicet minor
propria facultate ius ſuum amittat, & dum beneficium
reſtituti-



reſtitutionis expectat, aliquod fortè emergat obſtacu-
lum, per quod huiuſmodi beneficio vti non poſſit,
quia melius eſt intacta eius iura ſeruare, quàm poſt
38 cauſam vulneratam remedium quærere, vt in verbis ait
Imperator *in l. fin. C. in quibus cauſ. reſt. nec non eſt.* Quæ
ratio prorſus viget etiam in præſcribendo contra mi-
norem debito, quod procedat ex contractu inito à ma-
iore, præſertim ſi de inchoanda contra ipſum præſcri-
ptione agatur, vtputà, quia contractus à maiore fa-
ctus diem, vel conditionem habuerit. Propterea Im-
perator *in d. l. fin. C. in quib. cauſ. reſt.* volens remouere
39 præſcriptionem longi temporis à minoribus, non di-
ſtinguit, an ipſi contraxerint, vel potiùs alteri ſucceſ-
ſerint. Stante qua identitate rationis, locus erit regulæ, vt
in materia fauorabili extenſio admittatur, etiam ad
caſum alioqui non expreſſum. Roland. *conſil. 72. nu-
40 mer. 66. volum. primo.* Nicol. Euerard. *in loc. à rat. leg. larg.
num. 50.* Ruin. *conſ. 118. num. 10. volum. 2.* Farinac. *fragm.
crim. verb. extenſio, numer. 79. & ſequent.* Quod in caſu
noſtro ſi extenſione aliqua opus eſſet, multò magis
admittendum eſſet, in quo agimus de exceptione, &
ſtatuto ad iuris communis conformitatem redigendo,
gloſſa notabilis *in c. ſtatutum, verb. numerandum, de
41 prob. in 6.* quam ſequitur, & commendat Felin. *in cap.
cùm acceſſiſſent, numer. 5. verſic. hanc declarationem, de
conſtitut.* Iaſ. *in auth. quas actiones, num. 24. in 4. limit.
Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Euerard. *d. loc. à rat. leg. larg.
num. 29.* Didac. *variar. reſolut. lib. 3. c. 6. n. 4.* Rip. *in l. ſi
conſtante, numer. 61. in prima fallent.* Farinac. *dict. verb.
Extenſio, num. 86.* Qui authores loquuntur etiam in
42 materia correctoria.

Huc illud facit, quod infra tradam; quod ſcilicet
vt ſtatutum iuris communis interpretationem ſumat,
verba etiam ad impropriam ſignificationem trahen-
da ſunt, quod certò certius erit ſi fauorem conti-
neant. Excludi ergo etiam ex hoc capite præſcriptio
poterit.

His addi poſſunt, quæ de mala fide, tum Domini
Marci Coccapani, cùm D. Baptiſtæ Mariani, præſcri-
ptionem ſtatutariam excludente dixi in prioribus
ſcriptis; qua de re infra etiam aliquid fortaſſe attin-
gam.

Addi etiam poteſt, quod ſumus in debito, & con-
tractu iurato, vt patet ex inſtrumento venditionis fa-
ctæ à D. Cæſare Priore, vt in proceſſu, *fol. 66.* Præſcri-
43 ptionem autem ſtatutariam locum in debito iurato
ſibi non vindicare ſcribunt Corn. *conſil. 328. numer. 3.
verſic. Et maximè, lib. primo.* Felin. *in cap. fin. nume-
ro 7. in ſecunda limit. de præſcript.* Balb. *de præſcript. in 2.
part. tertiæ part. princ. quæſt. 14. numero 11.* Carpan. *ad
ſtatut. Mediol. capit. 112. numer. 71.* Communiter enim
receptum eſt, ſtatuti diſpoſitionem ad contractum iu-
44 ratum minimè porrigi, gloſſ. *in c. cùm non deceat, verb.
effectus, de elect. in 6.* Alex. *conſil. 125. num. 12. vol. 1.*
Roman. *conſil. 7.* Dec. Port. Abb. & alij *in c. conſtitu-
tus, n. 15. de reſcrip.*

Conſtat igitur ex hactenus traditis, ſtatuti Carpen-
ſis præſcriptionem, & ſolutionis præſumptionem à ca-
ſu noſtro pluribus ex cauſis ſubmoueri. Propterea ceſ-
ſat motiuum ſuper euictionis obligatione factum;
non enim datur euictio niſi pro pretio ſoluto. Præter-
quam quod huiuſmodi exceptiones altiorem indagi-
45 nem requirentes, ab hoc iudicio Saluiani poſſeſſorio,
& ſummario repelluntur. Sarmient. *de reddit. Eccleſ.
part. 3. c. 2. num. 23.* Rip. *rubr. de pignor. num. 19.* Menoch.
*de adipiſc. remed. 3. num. 180.* Staril. *de Salu. interd. in-
ſpect. 2. cap. 2. num. 42.* & alibi paſſim, Rot. *part. 2. diuerſ.
deciſ. 34. numero 23. & poſt tract. de Salu. interd. deciſ.
59. numer. 1. & deciſ. 61. num. 1.* & apud Seraphin.
*deciſ. 1178. numero primo.* Debet igitur Excellentiſſi-
mus D. Iudex huiuſmodi exceptiones repellere,
eaſque alteri iudicio reſeruare. Sed profectò eui-
ctionis nulla obligatio hîc conſiderari poteſt, vt pro-
baui.

Secundum motiuum, in quo dicitur D. Virginia nul-
lam habere hypothecam ſuper bonis controuerſis fa-
cilè tollitur.

Quantum enim attinet ad hypothecam ſuper bo-
nis emphyteuticis, quæ extincta prætenditur ſimul
cum iure emphyteuſis, ex eo quod inueſtitura à
D. Marco Coccapano petita non fuit, tollitur obie-
ctum. Primò quia in proceſſu, neque poteſt, neque
ſaltem allegatur caducitas vlla, & deuolutio. De illa
igitur curare non debet ſapiens, & iuſtus iudex; ſed
tenetur iudicare ſecundùm acta, & probata, atque in
proceſſu deducta, & apparentia, etiamſi in conſcientia
ſciret rem aliter ſe habere, vt concludunt omnes, tum
Iuriſperiti, tum Theologi. Bart. & cæteri *in l. illicitas, §.
veritas, ff. de off. Præſid.* Abb. *in c. Paſtoralis, §. quia ve-
rò, num. 8. de off. deleg.* Alexand. *conſil. 186. num. 15. lib. 2.* 46
Mattheſil. *ſing. 160. Nota ſingularem.* Didac. *lib. 1. var.
reſ. cap. 1. per tot.* Menoch. *conſil 92. num. 80. & ſeq.* De-
cian. *tract. crim. lib. 2. c. 14.* Natta *conſ. 276 num. 3. vol. 1.*
Clar. *pract. crim. quæſt. 66. num. 2.* Farinac. *quæſt. 21. nu-
mer. 163. & ſeq in fin.* Anton. Cordub. *in quæſt. Theol.
lib. 1. q. 37.* Sayr. *in Claui Reg. lib. 12. c. 8. num. 6.* Leſſ. *de
iuſt. & iur. lib. 2. cap. 29. dub. 10. num. 84.* Neque enim
in facto ſupplere iudici permittitur. Bart. *in l. natura-* 47
*liter, §. nihil, eod. in 2. quæſt. numer. 32. de aquir.
poſſ.*

Et hoc præſertim admittendum in caſu noſtro, nam
D. Marianus in proceſſu, *fol. 32. 33.* fatetur bona
controuerſa ab ipſo poſſideri iuſto titulo emptionis à
D. Marco Coccapano, & ab eo cauſam habere.

Secundò quia etiamſi in actis extaret inſtrumen-
tum illud inueſtituræ factæ D. Mariano, vnde colligi
caducitas debet, non poſſet tamen in eo fundari in-
tentio D. Mariani, nam inſtrumentum illud, neque
omiſſam inueſtituræ petitionem, neque caducitatem
probare poteſt, cùm inter diuerſas perſonas celebra-
tum fuerit, nempe inter D. Marianum, & Dominum
directum. Notiſſimi autem iuris ſupponitur rem inter
alios actam nihil tertio præiudicij afferre, *l. 1. C. res in-
ter alios act. cum ſimil.* Quod de inſtrumento inter 48
alios confecto reſpondit Calcan. *conſil. 34. num. 4. verſ.* 49
*nec inſtrumenta,* & in terminis noſtris deuolutæ em-
phyteuſis Alexand. *conſil. 124. numer. 2. verſ. & primò,* 50
*lib. 1.*

Prædicta proculdubio excludunt obiectum, quod
non aliam ob cauſam extraiudicialiter à parte opponi
mihi perſuadeo, quàm vt indebitè litis euentus pro-
feratur.

Tertiò. Nihilominus, & ex abundanti tollitur obie-
ctum, quia ſi de emphyteuſis deuolutione loquatur, 51
quæ ex Bonifaciana allegata prætenditur, ſatis conſtat
Bullam illam loqui, & habere locum ſolùm in bonis
quæ intra territorium Ferrarienſe continentur, & ab
incolis Ferrarienſibus poſſidentur. Et propterea in his
partibus Bulla prædicta non ſeruatur. Si tamen etiam
in Carpenſi territorio ſeruetur, nihil obſtat. Quia
quantumvis ipſo facto priuatio, & deuolutio emphy-
teuſis inducatur ex non petita inueſtitura, vel alia ex
cauſa, pœna tamen illa non incurritur, niſi Dominus
velit vti iure commiſſi, & petat. Ita de caducitate in 52
genere ſcripſerunt Bald. *in l. fin. num. 5. C. de reuoc. do-
nat.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. Reuertatur, num. 10. &
ſeq.* vbi plurimos more ſuo adducit *eod. tit.* Caldas *de
iur. emphyt. lib. 1. cap. 17. à num. 4. ad 17.* vbi latiſſimè
multis exemplis, & authoritatibus declarat. In ſpecie
verò de caducitate ob alienationem irrequiſito Domi- 53
no factam loquitur Alex. *conſil. 113. n. 3. lib. 4.* & *conſ.
173. num. 7. lib. 2.* Corbul. *de cauſ. priuat. ob alienat. ir-* 54
*requiſ. dom. fact. ampliat. 53. num. 2.* vbi declarat proce-
dere etiamſi extet pactum, vel ſtatutum, quod ipſo
iure

iure reuertatur ad Dominum; quod tradit etiam Dec.
conſ. 184. In cauſa, §. Vlterius reuocatur in dubium, con-
ſil. 185. num. 12. de caducitate ob non ſolutum cano-
55 nem. Iaſ. in l. 2. num. 6. verſ. quintò nota, C. de iur. em-
phyt. Dec. conſ. 138. num. 5. verſ. & ideò, num. 6. & con-
ſil. 146. num. 5. & 8. & conſ. 205. Quæritur, num. 8. de ca-
56 ducitate ob non petitam inueſtituram, quæ ipſo iure
incurri dicitur, Dec. conſ. 144. numer. 6. verſ. Prætereà
etiamſi ipſo iure, Rol. conſ. 18. num. 11. verſ. Inde, lib. 1.
Corbul. in addit. ad conſ. priuat. ob non petit. inueſtit. nu-
mer. 36. & in terminis noſtris Bullæ Bonifacianæ, Ruin.
57 conſ. 50. num. 10. lib. 1. Vlteriùs licèt cùm pœna caduci-
tatis ipſo iure committitur, ſententia priuationis non
58 requiratur, requiritur tamen ſaltem quoad excutiones
ſentẽtia declaratoria criminis. Ruin. d. conſ. 50. n. 4. lib. 1.
59 vbi in terminis dictæ Bullæ ait omnia iura mundi, quæ
diſponunt aliquem ipſo iure priuari in aliqua pœna,
intelligi debere ſecuta ſententia, per quam quis culpa-
bilis declaretur. Rol. d. conſ. 18. num. 11. verſ. Immò plus;
Dec. conſ. 144. num. 6. verſ. prætereà. Aym. conſ. 239. nu-
mer. 2. Menoch. conſ. 99. num. 168 vbi de veriori, & ma-
60 gis recepta opinione. Ad quam ſententiam declara-
61 toriam neceſſaria eſt citatio partis, & cognitio cauſæ,
Dec. conſil. 606. num. 9. verſ. ſecundò principaliter, & nu-
mer. 11. verſic. Hoc idem comprobatur, Ruin. dict. conſ. 50.
num. 10. Rol. dict. conſil. 18. num. 11. Gozadin. conſil. 84.
num. 8. Menoch. conſil. 104. num. 50. 52. Neque enim
62 creditur ſimplici aſſertioni Domini directi, dicentis
non fuiſſe petitam inueſtituram, cùm de ipſius intereſ-
ſe agatur: Alexand. conſil. 124 num. 2. verſic. & primò,
lib. primo. Ruin. conſil. 3. num. 5. lib. 5. Dec. conſ. 606. nu-
63 mer. 7. Menoch. d. conſ. 104. n. 50. qui loquitur etiam in
aſſertione Imperatoris.

At verò neque vlla ſententia declaratoria ſuper non
petita inueſtitura emanauit, neque apparet Dominum
directum, vel expreſsè, vel tacitè petiiſſe, & declaraſ-
ſe, quod vti iure commiſſi voluerit. Ergo ceſſat deuo-
lutio emphyteuſis, quæ etiam in dubio nunquam re-
uocata, atque adeò deuoluta præſumitur. Bald. in l. 1.
64 num. 1. Cod. de reuocat. donat. Caldas de iur. emphyt. lib. 1.
quæſt. 4. num. 3.

Immò apparet potiùs de animo excludente, & remit-
tente caducitatem in Domino directo, tùm quia per-
miſit D. Marianum in ſua poſſeſſione permanere, eo-
demque emphyteuſis iure vti, quod penes D. Marcum
Coccapanum authorem fuerat, ex quo cenſetur ap-
65 probaſſe tranſlationem, & venditionem factam à
66 D. Coccapano, vt in propoſito rectè notat Alex. con-
ſil. 113. n. 3. verſ. 2. fortificantur, lib. 4. tum quia Domi-
67 nus directus inueſtituras renouauit in perſona D. Ma-
riani. Roſental. de feud. c. 6. concl. 61. vbi omnes ita tene-
68 re teſtantur. Quæ inueſtituræ collatio remiſſionem ca-
ducitatis inducit, etiamſi in inueſtitura dicatur: Reſti-
tuimus, & de nouo concedimus. Illa enim verba, & de
nouo concedimus, in dubio non efficiunt, quod prior em-
phyteuſis extincta, & noua eſſe conſtituta cenſeatur,
69 ſed intelliguntur, ſi, & quatenus opus eſt. At opus
non eſt, vt extinguatur prior emphyteuſis, ſed poteſt
70 remitti caducitas, vt remaneat antiqua emphyteuſis.
Ita declarat Caldas cum aliis ab eo adductis, lib. 1. q. 4.
n. 13. 14. & ante eum plenè adnotauit Afflict. viden-
dus, de vaſſall. decrep. ætat. n. 9. 10.

Quod ſi de caducitate ſermo ſit, quæ ob non peti-
tam inueſtituram iure communi inducitur, hæc pro-
culdubio requirit ſententiam condemnatoriam, & pri-
71 uatiuam. Curt. Iun. conſil. 142. n. 11. Socin. Iun. conſ. 115.
num. 22. vbi de vera, & magis communi opinione. Dec.
72 conſil. 144. n. 6. verſ. vltimò conclud. Rod. conſil. 18. num. 9.
verſ. His tamen non obſtantibus. Clar. §. feudum, q. 49.
n. 6. verſ. Item quæro, & q. 62. per tot.

Deniquè caducitas ab alio opponi non poteſt quàm
73 ab ipſomet Domino, cuius fauore inducta eſt. Bart. in
l. 1. ff. ſi ager vectig. Bald. in Auth. Qui rem. num. 8. verſ.
ſubſequenter quæro, C. de Sacroſ. Eccleſ. Alex. conſ. 173.
num. 7. vol. 1. Iaſ. in l. 2. num. 6. verſ. Quintò noto, C d. iur.
emphyt. Tiraq. in d. l. ſi vnquam, verb. Reuertuntur, nu-
mer. 358. eleganter Caldas lib. 4. cap. 17. num. 16. Iuris 74
enim regula non patitur, vt de iure tertij quis oppo-
nat, præſertim vbi ſententia declaratoria, & volentis
expreſſio requiritur. Bart. in l. qui cum hærede, vbi Socin.
num. 6. & 11. de except. rei iudic. Et hoc difficultatem
habere non videtur, quia vt ſuprà monui, D. Marianus
fatetur in proceſſu habuiſſe cauſam à Domino Marco
Coccapano, cuius fideiuſſor extitit D. Iulius Coccapa-
nus, & nihil dicit de Domino directo.

Et ex his ſublatum remanet omninò obiectum,
quoad bona emphyteutica: ſi enim durat hypotheca
quouſque emphyteuſis hæreditaria reſoluitur, & ex
cauſa neceſſaria ad Dominum directum reuertitur, vt 75
notat etiam Sud. d. deciſ. 286. num. 10. & ſeq. ex aduer-
ſo allegatus, ſicut non fuiſſe reſolutum ius emphyteu-
ticum ex ſupradictis apparet, ita neque fuiſſe reſſolu-
tam hypothecam fatendum eſt. Plura alia omitto, quæ
dici poſſent. Quid enim ſi emphyteuta cùm iure ſe à
caducitate tueri poſſet, ſponte tamen cederet, vel for-
taſſe etiam in præiudicium tertij habentis hypothe-
cam cum Domino directo colluderet, patereturque
ſibi auferri emphyteuſim, vt nouas deinde inueſtitu-
ras ſtatim reciperet, & emphyteuſim nouam hypothe-
cæ onere liberam conſtitueret?

Sed, vt dixi, pluribus ſuperſedeo, quia cùm huius
rei ne veſtigium quidem in proceſſu reperiatur, non
video qua tandem in re mihi laborandum ſit.

Quantùm attinet ad bona libera, primò dico non 76
apparere in proceſſu, vel quod D. Eques Paulus Puri-
nus ſibi vnquam reſeruauerit dominium bonorum li-
berorum in vẽditione facta D. Cæſari Priori, vel quod
iura ceſſerit, vel quod pretium ei ſolutum non fuerit.
Et propterea, vt ſuprà dixi, non debet excellentiſſimus
Dominus meus iudex in proferenda ſententia quærere
de his, quæ extra proceſſum iactitantur. Et quatenus
etiam de ceſſione conſtaret, probandum eſſet ex aduer-
ſo quod D. Equiti iura aliqua competant contra
D. Cæſarem Priorem, vel eius hæredes.

Inſtrumentum enim inter alios confectum tertio
non nocet, ſi iura legitimè deducta à Dom. Mariano
fuiſſent cõgruæ reſponſiones, & defenſiones à D. Virgi-
nia producerentur. Secundò dico, quod in hoc iudi-
cio Saluiani (& hoc omninò aduertendum eſt, & ob-
ſeruandum, alioqui iudiciorum naturam, & ordinem 77
perperam confundemus) non admittitur exceptio
dominij, ſaltem niſi incontinenti probetur. Sarmient.
de reddit. Eccleſ. part. 3. cap. 2. num. 23. vbi quod ita
communiter ſeruari ſolet. Nicol. Bellon. in §. Item Ser-
uiana, numer. 46. verſic. licet enim, Inſtit. de action. Rip.
in rubr. ff. de pignor. num. 19. Rota inter impreſſas poſt
Statil. deciſ. 67. numer. 9. & dec. 55. num. 2. Idem Statil.
inſpect. 2. cap. 2. numer. 113. 115. & inſpect. 9. cap. 1. nu-
mer. 89. vbi plures. Eſt enim hæc opinio adeo com- 78
munis, vt nullum diſſentientem inueniam. Quod idem
dicitur de omni exceptione circa ius pignoris. Rip. d. 79
num. 19. Natta conſil. 531. num. 4. Statil. d. cap. 2. num. 114.
& 130. huiuſmodi enim exceptiones alterius iudicij, 80
nempe petitorij, propriæ ſunt, vt notat Statil. cit. nu-
mero 130.

Tertium pariter motiuum de hypotheca per præ- 81
ſcriptionem extincta non obſtat. Primò quia etſi eſſe-
mus in caſu, quo vel legalis, vel ſtatutaria præſcriptio
procedere poſſet, nihilominus ex aduerſo probata
non fuit huiuſmodi præſcriptio, cùm non doceatur
quo tempore inceperit. Qua de re latè ſuprà dixi, pro-
bandum eſſe initium. Quod autem non doceatur de
vllo initio prætenſæ præſcriptionis, ex proceſſu con-
ſtat, vbi ne quidem allegatur. Neque verò dici poteſt
cœpiſſe



cœpiſſe præſcriptionem à tempore venditionis factæ
per D. Cæſarem Priorem, & poſſeſſionis bonorum
tranſlatæ in D. Marcum Coccapanum, quia tunc tem-
poris conſtabat matrimonium inter D. Cæſarem præ-
dictum, & Dominam Barbaram Aroliam, quo con-
ſtante exploratum eſt, currere præſcriptionem vllam
non potuiſſe contra dictam hypothecam dotalem, l.
in rebus, §. omnis, vbi Bart. in ſum. legis, C. de iur. dot. Bald.
82 Nouell. de dote part. 7. priuil. 1. numer. 5. verſic. ſed con-
tra; agere enim conſtante matrimonio mulier nequit,
l. doce ancillam, C. de rei vendic. cum ſimilibus: vnde
83 ſequitur, vt præſcriptio excludatur, l. 1. in fin. C. de
84 annal. except. l. 1. in fin. C. de bonis matern. Abb. conſil. 22.
num. 2. Alex. conſ. 58. num. 9. lib. 1. Statil. d. inſpect. 2. c. 2.
num. 298. qui vulgatiſſimum hoc axioma dicit, & om-
nes loquuntur in terminis hypothecæ. Tempus igitur
venditionis factæ à D. Cæſare Priore, quod ex inſtru-
mento in proceſſu regiſtrato bene apparet, non poteſt
eſſe initium præſcriptionis: de alio tempore ex eodem
proceſſu, ne quidem diuinare poſſumus, quid igitur
dicemus?

85 Secundò principaliter motiuum non obſtat, quia
neque ſtatutariæ, neque legali præſcriptioni locus in
noſtro caſu eſſe poteſt. Non eſt locus ſtatutariæ, quia
expreſsè dos à ſtatuto excipitur, quo nomine compre-
hendi etiam dotem ſoluto matrimonio, infrà manife-
ſtum fiet. Non eſt locus legali præſcriptioni, quia tam
D. Marcus Coccapanus emptor, quàm D. Marianus
ſecundus emptor in mala fide reſpectu obligationis, &
hypothecæ, fuiſſe probantur, eiuſque ſcientiam ha-
buiſſe. Quod D. Marcus habuerit ſcientiam obliga-
tionis, conſtat ex ipſo inſtrumento venditionis, in
quo dictus Marcus emptor retinere voluit ſcuta 400.
pro cautione dotis D. Barbaræ Aroliæ, quouſque ido-
neus fideiuſſor exhiberetur, vel ſcuta prædicta in bo-
nis ſecuris, & cautis inueſtirentur. Quod D. Marianus
pariter ſcientiam eius habuerit, patet, quia ipſe quo-
que cùm emit prædium, & terras controuerſas, voluit
fideiuſſorem ſibi dari pro ſumma ſcutorum 400. qui
promitteret defendere quod pro dicta ſumma eſſet ſa-
tis, ac litem in ſe ſuſcipere, ſi quo tempore moueretur,
vt conſtat ex eius confeſſione, & petitione, vt in pro-
ceſſu, fol 29. 33. Indubitata autem iuris eſt concluſio,
quod præſcriptio quidem longi temporis bonam fi-
dem in præſcribente poſitiuam, & formalem requi-
rit, l. Celſus, cum ibi notatis, ff. de vſucap. Bart. in l. etſi
86 lege, §. ſcire, num. 4. verſ. Hoc non ſufficit, ff. de petit.
hæredit. Alex. conſ. 118. Ponderatis, num. 6. lib. 6. Petrus
Barboſ. ad rubr. num. 280. C. de præſcript. 30. vol. 40. anno-
rum, & in terminis hypothecæ tradunt Gloſſ. in l. cùm
notiſſimi, in princ. verb. ſpatiis, C. de præſcript. 30. vel. 40.
ann. Pariſ. conſ. 50. numer. 5. lib. 1. Balb. 4. part. 4. princ.
87 quæſt. 3. num. 1. Rota inter impreſſas poſt Statil. dec. 26.
numer. 3. Et ita quidem huiuſmodi præſcriptio longi
temporis malam fidem excludit, vt ſola dubitatio iu-
ris alieni, etſi cœptam præſcriptionem non ſemper in-
terrumpat, efficiat tamen quominus incipere poſſit.
Bart. in l. naturaliter, numer. 9. de vſucap. Didac. in cap.
Poſſeſſor, 2. part. §. 7. num. 3. Balb. 2. part. 3. princ. quæſt. 2.
Barboſ. ad d. rub. num. 279. vbi plures refert, & de com-
muni teſtatur. Defectu igitur bonæ fidei, longi tem-
poris præſcriptio legalis, neque ex perſona D. Marci
Coccapani, neque ex perſona D. Mariani ritè opponi-
tur. Verùm ex eadem mala fide tollitur etiam præſcri-
ptio longiſſimi temporis 30. vel 40. annorum, vtpote
88 iure Canonico improbata, cap. fin. vbi gloſſ. & canoni-
ſtæ, de præſcript. Alex. conſil. 213. numer. 2. lib. 2. Balb. in
2. part. 3. princ. quæſt. 13. numer. 4. & in terminis hypo-
89 thecæ ſcribunt Balb. conſ. 4. Factum, numero. 4. libr. 3.
Pariſ. d. conſ. 50. numer. 4. lib. 1. Socin. Iun. conſil. 145. nu-
mer. 17. lib. 1. Didac. var. reſol. lib. 1. cap. 9. num. 5. Balb. 4.
part. 4. princ. quæſt. 3. numer. 1. Barboſ. ad l. cùm notiſſimi,
in princ. numer. 16. C. de præſcript. 30. vel. 40. annor. & in
hoc quoque modica poteſt eſſe controuerſia. Conſe-
quitur ex dictis, quod ob malam fidem tum D. Marci
Coccapani, tum D. Mariani; præſcriptio omnis, ſiue
longiſſimi temporis ceſſet. Sed alio etiam defectu
præſcriptio longi temporis laborat, nempe defectu ti-
tuli, quem probari ad inducendam longi temporis
præſcriptionem neceſſe fuit, l. diutina, l. nec petentem, C. 90
de præſcript. long. temp. l. nullo, C. de rei vendic. Quod in
præſcribenda etiam hypotheca obtinet, l. 1. & 2. C. ſi 91
aduerſ. credit. Spec. tit. de præſcript. num. 5. verſ. ſed num-
quid, Abb. conſ. 22. num. 1. lib. 2. Balb. 4. part. 4. princ. q. 3.
num. 1. Rip. in rubr. ff. de pignor. num. 14. Barboſ. ad
l. cùm notiſſimi, in princ. numer. 13. C. de præſcript. 30.
vel 40. annor.

In proceſſu autem vix ſemel allegatus eſt titulus,
at nihil penitus adductum eſt, quod illum probet. Et
tamen ſi ex aduerſo præſcriptio prætendebatur, non ita
perfunctoriè rem agi oportuit. Nam præſcriptio, &
eius requiſita, ab allegante probanda ſunt, vt dixi,
& latè tradit Maſcard de prob. concluſ. 1219. & ſeq. Pro- 92
fectò etſi titulum, & bonam etiam fidem reſpectu do-
minij bonorum controuerſorum Dominus Marianus
habuerit, qua de re tamen in proceſſu non apparet, ex
eius confeſſione conſtat ipſum in mala fide fuiſſe re-
ſpectu hypothecæ, & obligationis. Vt enim in priori-
bus ſcriptis monui, poteſt dari bona fides reſpectu do-
minij ſimul cum mala fide reſpectu obligationis, &
hypothecæ, quo caſu procedet præſcriptio quoad do-
minum, non quoad hypothecam, textus eſt in l. 93
ſi quis fundum, in fin. vbi gloſſ. de acquir. poſſ. notat
gloſſa in l. ſicut, verb. poſſidente, C. de præſcript. 30.
vel. 40. annor. Balb. 2. p. 3. princ. quæſt. 4. nume-
ro 2. & 3.

Ad illud quod in motiuo dicitur, procedere abſque 94
poſſeſſione præſcriptionem, cùm agitur de extinguen-
do iure alteri competente, & de defenſione aduersùs
actionem alterius, qualis eſt caſus noſter. Reſpondeo
quod ego in prioribus ſcriptis non feci vim, & fun-
damentum, tam in poſſeſſione, quàm in tempore, de
cuius initio conſtare oportere dixi, vt præſcriptio pro-
bata remaneat. Et ita probant authores, quos tunc al-
legaui, ſi attentè legantur; qui licèt mentionem poſ-
ſeſſionis faciant, quia loquuntur etiam de præſcriptio-
ne, quæ per poſſeſſionem, tanquam cauſam efficien-
tem inducitur; nihilominus principaliter de tempore
poſſeſſionis quærunt, & docent eius initium apparere
debere, vt probata præſcriptio remaneat. Cæterùm 95
quidquid ſit de illa concluſione, quod abſque poſſeſ-
ſione præſcriptio procedat ad extinguendam actionem
alteri competentem, quæ ſanè mihi videtur intelli-
genda, cùm agitur de præſcribendo aduersùs actio-
nem merè perſonalem, tum aduerſus rei perſecuto-
riam. Quidquid inquam de hoc ſit, ad hoc vt quis
adeursùs hypothecam perſcribat, neceſſariam eſſe
poſſeſſionem rei hypothecatæ, in terminis dicit Socin. 96
Iun. conſ. 145. num. 17. lib. 1. & probat textus expreſſus
in l. 1. & 2. vbi Bald. C. ſi aduerſ. credit. præſcript. oppon.
lib. 7. & in l. cùm notiſſimi, in princ. vbi Bart. Bald. &
cæteri, C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Immò actio hy-
pothecaria non niſi aduersùs poſſeſſorem datur. Bald. 97
in l. 2. per illum textum, C. ſi aduerſ. credit. præſcript.
oppon. Neguſant. de pignor. part. 8. memb. 2. numer. primo.
Statil. inſpect. 2. cap. 1. numer. 33. Eſt enim actio in rem,
l. pignoris, vbi Bart. & alij, de pignor. leg. pignoris, C. eod. 98
l. eos, C. qui potiores in pign. hab. Non poteſt igitur ad-
uersùs eum præſcribere, qui non poſſidet, quia nec
contra eum hypothecariâ agi poteſt. Et hæc non ne-
ceſſaria quidem, pro reſponſione tamen obiectorum
afferre volui.

Ad id etiam quod dicitur, procedere præſcriptio- 99
nem aduersùs eum, qui culpâ ſuâ non remouet impe-
dimentum.

dimentum. Reſpondeo hanc obiectionem non pertinere ad præſcriptionem ; quæ prætenditur aduerſus hypothecam,& obligationē pro doteD.Barbaræ Aroliæ,ex qua in hoc iudicio agitur.Nam huiuſmodi præſcribitur, vt dixi : tum quia de eius initio non conſtat: tum quia non probatur bona fides D. Marci Coccapaui, & D.Mariani, ſaltem quoad hypothecam, immò mala fides vtriuſque demonſtratur. Obiectio pertinere poteſt ſolùm ad præſcriptionem ſtatutariam, quæ prætendi poteſt contra D. Cæſarem Priorem, quatenus illi ex venditione ſcuta 400. deberent ſub conditione ſolui. Sed ſatis reſoluta fuit hæc obiectio ſecunda in reſponſione ad primum motiuum, vbi demonſtraui, conditionem illam non fuiſſe in poteſtate D. Cæſaris Prioris, eiuſque negligentiæ non eſt tribuendum, quòd eius impedimentum non remoueretur.

Ex adductis puto conſtare, nullum fundamentum eſſe conſtituendum in præſcriptione aduersùs hypothecam allegata. Facile eſt dicere præſcriptum ; at
100 non ita facile eſt præſcriptionem probare. Bald. *in l. vlt. numer.39. C. de edict. D. Hadriani toll.* Et tamen
101 niſi probetur, in dubio contra ipſam pronuntiandum eſt.Aymon.*conſ.29.num.9.*Menoch.*lib.6.præſumpt.33. num. 2.*

Poſtremò circa hoc quoque motiuum adnotandum eſt,quod in hoc iudicio non eſt attendenda præ-
102 ſcriptionis exceptio, niſi incontinenti probetur. Dec. *in l. fin. num. 22. C. de edict. D. Hadr. toll.* Alexand. *conſil.213. numer.primo, lib.2.* Afflict.*deciſ.52. numer.2.* Aym. *conſil. 204. numer. 6.* Menoch. *de adipiſcend. poſſ.rem.4.numer.771.*& magis in puncto noſtro Statil. *d. inſpect.2. cap.2. num.267.* & *inſpect.5. cap. vnic. numer.110.*Et faciunt quæ ſuprà dixi,in hoc iudicio poſſeſſorio, & ſummario non admitti altioris indaginis exceptiones.

Quartum pariter motiuum circa excuſſionem non
103 obſtat ; quod enim dicitur eam exceptionem eſſe admittendam in vtili Saluiano, quando contra tertium agitur, ad tradita per Theſaur. *deciſ.175. num.5.*
104 cuius opinionem tenuerunt etiam ante eum Natta *conſ.531. per totum,* Becc. *conſ.89.numer.9.* quos authores bene legeram, cùm prioribus motiuis reſpondi eam profectò Theſauri opinionem communi aduerſari, vt ipſemet fatetur, & latiùs tradit Statil. *inſpect.2.cap.2.num.40.* & *num.44.* vbi dicit opinionem, quæ excuſſionis exceptionem remouet à Saluiano iu-
105 dicio, eſſe communem, & veriorem, authoritatibus, tam in numero, quàm in grauitate maioribus, & fortioribus rationibus fulcitam, & ipſe latè quæſtionem
106 diſputat *in d. cap. 2. à num. 5. ad 79.* vbi reſpondet contrariis, & probat neque de iure, neque de æquitate huiuſmodi exceptionem admittendam in Saluiano.

Hanc opinionem contra Nattam, & Theſaurum probarunt Soc. *conſ.80. num.2.in fin. verſ.vel etiam,& tertio, lib.3.* Rol. *conſ.19. num.18.vol.1.*& *conſ.14. numer.18. eod. vol.* Aymon. *conſ.201. num.45.* Gabr.*com. concl. lib.3. de fideiuſſor. concl.1. num.112.* Menoch. *de adipiſc. rem.3.num.179.*Burſat.*conſ.32. numer.45.vol.1.* Surd.*conſ.4. num.36. 38.* & *conſil.513.num.19.* Ieſeph Ludou. *dec. Peruſ.45. numer. 13.* vbi veriſſimam hanc opinionem appellat, & pro ea alias iudicaſſe teſtatur.
107 Et hanc opinionem ſemper tenuit Rota Romana, & *in deciſ.144.num.2.part.1.diuerſ.*vbi Nattam reprobat; & apud Seraphin. *deciſ.327. num.1.* & *deciſ. 383. numer.9.* inter editas à Farinac. *deciſ.760. num.2. part.2. recent.* & inter impreſſas poſt Statil. *deciſ.10. num. 5.* & *deciſ. 58.numer.2.* Et hi omnes authores loquuntur de vtili Saluiano contra tertium poſſeſſorem; ſi enim contra principalem debitorem ageretur, non eſſet quærendum de excuſſione alterius. Qua communi opinione attenta,iudicio grauiſſimo Romani Auditorij ſibi ſemper conſtantis toties approbata,non vi-
detur curandum de authoritate dictæ deciſionis The- 108
ſauri, & de authoritate Nattæ, & Beccij.

Profectò Saluianum iudicium merè poſſeſſorium eſt, quemadmodum dixerunt Bart. & cæteri *in l.1.C. de prec.& Salu.interd.* Rip.*in rubr.de pignor. numer.19.* Contard. *de moment.poſſ. limit.14. numer.10.* Rol. *conſil.14.numer.14.vol.1.*Neguſant.*de pignor.p.8. memb.1. numer.2.*Statil.*inſpect.2. cap.2.numer.53.*Rot.poſt eundem Statil.*dec.5.num.2.*Surd.*conſ.4. num.36.* & fatentur paſſim omnes.

Non poterit igitur in hoc iudicio adipiſcendæ 109
ſummario obiici hæc exceptio altiorem indaginem requirens, & petitorium reſpiciens. Rol.*d.conſ.14.*Menoch.*de adipiſc.rem.3.num.180.* Honded. *conſil.17. numer.4.* Surd.*d.conſil.4.num.36.* Statil. *d. cap.2. num.60. & ſeq.*

Non obſtat primò quod dicit Natta *in d. conſil.131.* 110
nempe quod etiam in iudicio ſummario, cùm mulier ſcilicet agit contra tertium poſſeſſorem ad recuperandam dotem, requiratur excuſſio ; quia id procedit
cùm agitur hypothecariâ, quæ eſt iudicium petito- 111
rium,*l.pignori,ff. de pignor.*Bart.*in leg.prima, ff. & C. de Salu. interdict.* Neguſ. *d.membr.1.part.8. num.1.* At iudicium Saluiani eſt poſſeſſorium ; à quo naturâ ſuâ huiuſmodi exceptiones petitorium concernentes re-
pellontur ; vnde ab vno non infertur ad aliud, *l. na-* 112
*turaliter.§.nihil commune,ff.de acquir.poſſ.* Statil. *d. c.2. num.54.*

Non obſtat ſecundò, ſi cum eodem Natta,& The- 113
ſaur. *d. dec.175.* dicatur, quod ſi in Saluiano non admittitur exceptio excuſſionis, ſubuertitur tota materia *Auth. Hoc ſi debitor, C.de pignor.* & ius conſiſtet non in re, ſed in verbis, & ſubtilitate Aduocatorum, qui ſemper Saluianum intentare ſe velle dicerit ad euitandam excuſſionem. Quia reſpondeo non ex verbis, ſed ex rei natura diſcrimen hoc prouenire,nempe quia vnum iudicium petitorium eſt, alterum poſſeſſorium, & in omnibus cauſis, vbi tam poſſeſſorio agi poteſt, quàm petitorio, licet parti intentare iudicium quod ſibi vtilius duxerit. Ita etiam videmus, quod agens hypothecaria contra tertium poſſeſſorem non habentem cauſam lucratiuam à debitore, tenetur probare ius, & dominium debitoris de tempore conſtitu-
tæ hypothecæ, *l. cùm res, C. ſi res alien. pignor. detur.* 114
Gloſſa *in l.1.verb.competit, in fin.* vibi Bart. *C. de precar. & Salu.interd.* idem Bart. *in l.1. ff. eod.* & *in d. leg. cùm res, numero quinto,* Gloſſa *in §. Item Seruiana,verb. Quaſi,*& ibi Bellon. *numer.41.*Myſing.*numer.9. Inſtit. de action.*Neguſ.*dict.memb. primo, numer.8.verſic. ſecundò differunt.* Pariter in hypothecaria datur appellatio, quæ non datur in Saluiano,Bart.*in l.1.numer.4. in fin.*
*ff. de Salu. Interd.*Rip.*in d. rubr.de pignor. n.19.* Neguſ. 115
*dict membr.1. 8.part.numer.2.* Rol. *d. conſ.14. num.4. 5.* Statil. *inſpect.2. capit. primo, num.68.69.* Sicut igitur vitio vertendum non eſt, quod in arbitrio Aduocati poſitum ſit, probandi dominij onus effugere, appellationemque vitare intentando Saluianum ; ita de excuſſione dici oportet. Quia hæc eſt natura iudicij ſummarij poſſeſſorij. Propterea frequentiùs in palatiis
verſatur hoc interdictum, quam hypothecaria. Neguſ. 116
*part.8.memb.3.numer.26.* hocque interdicto ſemper experiendum omiſſa hypothecaria, monet Ang. Aretin.
*d.§. Item Seruiana,num.9.* 117

Quod dicitur, exceptiones dilatorias à Procurato-
re poſt conteſtatam litem poſſe opponi, ſi limitatio 118
hæc vera eſſet, magna certè eſſet limitatio, ſed nullo iure poteſt placere. Eam tradit ſolus Bertachin. *in ſuo*
*repertor. verbo, Exceptio dilatoria, verſ.11. circa finem,* 119
ibi : *Item niſi per procuratorem,*vnde deſumpti ſunt cæteri ex aduerſo allegati. Sed quia Bertachinus ſuo

more



more fallax adducit authores vel nihil hac de re loquentes, vel qui in fonte videri non poſſunt, vt Petr. de Suz. qui propterea nullam authoritatem præbent, Menoch. *conſ.104. n.18.* Dec. *conſ.358. Viſis,n 4.verſ.*
120 *Præterea,* vt ſupra dixi, nec ipſe rationem aliquam,vel iuris deciſionem affert ; ideò illius dictum parui,& ni-
121 hili faciendum eſt, Dec. *conſ.482. n.16.* Menoch.*conſ. 112. n.40.*Innocentius certè ex aduerſo allegatus *in d. c.Capitulum Sanctæ Crucis, de reſcrip.*in toto eo capitulo nec mentionem quidem procuratoris facit *In verb. Silentium, ſub num.5.*& *n.6.*quærit an exceptio ſubreptionis, quæ in reſcriptis gratioſis non ſolum dilatoria eſt, ſed etiam peremptoria, quatenus reddit gratiam
122 nullam, Gemin.*conſ.65.n.27.* allegatus etiam à Tuſch. *littera E, concl.417. n. 2.* opponi lite conteſtata poſſit in vim peremptoriæ, ad effectum, vt etiam oppoſitus, alteri in beneficio præferatur.Et circa hoc plura dicit,
123 vt in lectura. Quare Bertachinum vel non legit,vel non attentè Innocentium legit,& ſi hæc limitatio vera eſſet, illud admiratione prorſus dignum videretur, quod in tot cauſis, in quibus reſponderunt ſummi iuris prudentes à me allegati, nulli tamen in mentem venerit hæc limitatio, quod ſcilicet dilatoria exceptio à procuratore poſt litem conteſtatam ritè opponatur. Scimus enim omnes nullam ferè cauſam eſſe,quæ non per procuratores, & aduocatos peragatur. Nec videre poſſum quid interſit quoad hanc exceptionem opponendam inter procuratorem, & Dominum ; cùm præ-
124 ſertim dilatoria exceptio naturâ ſuâ ante litem conteſtatam opponi poſſit, *l. exceptionem,C.de prob.l.ita demùm,C. de proc.*Et propterea qui eam re integra antequam iudicium conteſtetur, non obiecerit,renunciaſſe
125 iuri ſuo cenſetur, Bald.*in l.1. num.5. verſ.vel dic idem, C.de conuen. fiſc.deb.*Alex.*conſ.29.n.24.vol.7.*Nulla autem apparet ratio cur procurator opponere exceptionem poſſit,cui renunciatum eſt.Denique habemus textus claros *in l. penult.*& *in l.fin C.de except.*quod con-
126 teſtata lite,dilatoria exceptio ampliùs non opponatur, & ſi Aduocatus voluerit eam exercere,vnius libræ auri condemnatione mulctetur. Idem repetunt gloſſa *in d.l.penult.verb. dilatorium,* Salic. *in ſummario legis,ſpec. tit. de except §. 2. n.30.* Iaſ. *in l. ita demùm, n. 2. C. de*
127 *procur.*Marant. *de ordin.iudic.part.6. memb.9. n.10.*Poſſet quidem opponi lite conteſtata exceptio dilatoria, quæ redderet proceſſum retro nullum, *leg. licet, Cod. de procur.* & declarat Bartol. *in l. Pomponius. §.ſi ratihabitionis, ff. eodem.* Sed hic non eſt caſus noſter.

128 Et hæc quoad motiua Excellentiſſimi Domini iudicis.

Duo ſuperſunt motiua partis aduerſæ.Primum circa præſcriptionem ſtatutariam, an currat cum mala fide. Alterum circa intelligentiam Statuti loquentis de contractu dotis.

129 Circa præſcriptionem ſtatutariam, an cum mala fide procedat, accuratam ſanè, & fortaſſe non inanem diſputationem confeceram menſibus elapſis,cùm prioribus motiuis reſpondi.Quam tamen nec tunc ſcriptis inſerui, nec inſerere nunc operæpretium duco,quia D. Virginia ſatis à ſtatutaria diſpoſitione eximitur, hoc ipſo quòd locum in dote non habet, de qua hîc agitur.Illud ſolùm addo,quod præter plurimos Doctores, quos tunc allegaui in fortioribus terminis ſtatuti Vrbis à Summo Pontifice cōfirmari,ſimilem præſcriptionem, & ſolutionis præſumptionem inducentis, Rota Roma-
130 na hac de re conſulta reſoluit non valere ſtatutum,nec eſſe ſeruandum, ſi cum mala fide quis præſcripſerit, vt apud Seraphin. *deciſ.614.* Et quia rurſus in Rotam huiuſmodi dubitatio introducta fuit, rurſus, & de nouo reſoluit, ſtatutariam præſcriptionem ex mala fide ſubmoueri, vt apud eumdem Seraphin. *dec. 632.* qui ſolidas rationes affert. Quibus deciſionibus ſumma
æquitate, & ratione roboratis, neſcio quæ authoritas 131
opponi poſſit. Hac de re copioſè profectò,& luculenter ſcripſit Reuerend. & doctiſſimus D. meus Ciarlinius *controuerſ. forenſ.32.* ex aduerſo allegata, *per tot.* vbi licèt *à num. 37.* dicat ſtatutum ſeruari de facto, intelligi tamen debet iuxta ea, quæ in antecedentibus tradiderat, nimirum ſi adſit bona fides, quæ de facto ex ſtatutaria diſpoſitione in dubio præſumetur, vt ipſe aſſerit *num. 29. verſ. Hic igitur.* Quod ſi probatum fuerit de mala fide etiam per coniecturas, tunc
ceſſat ſtatutum, vt ipſe dicit *num. 28.* Huiuſmodi 132
enim ſtatuta non inducunt, nec inducere poſſunt, aut intendunt præſcriptionem cum mala fide, vt per eundem *num. 11.* Qua ſtante mala fide non eſt cur iudex ambigat, an ſtatutum ſeruari debeat, approbando præſcriptionem ex vi iuramenti, quo ſe ad ſtatuta ſeruanda obligauit : tum quia etiamſi ſtatutum
præſcriptionem cum mala fide induceret, iuramen- 133
tum iniquitatis vinculum non eſſet, *cap.cùm contingat, de iureiurand.* Tum quia iudex non iurat ſeruare niſi
id quod ſtatutum diſponit : at ſtatutum non diſponit, 134
nec intendit inducere præſcriptionem cum mala fide, vt dixi, & tradunt Alex. *conſ.185.num.27. lib.2.* Surd. *dec.158.num.7.* Cyriac. *controuerſ.321. num.34.* Viuius *comm.op.apud me 271.* incipit : *Statutum diſponens circa finem,*Gratian.*diſcept.994. num.4.*Seraphin. *d. deciſ. 614.* & *dict.deciſ.632.*ergo, &c. Sed quidquid de hoc ſit, ſufficit mihi, quod dos à ſtatutaria diſpoſitione eximatur.

Quoad vltimum motiuum de intelligentia ſtatuti, 135
nollem hac de re leuiſſima paginas occupari, & atramentum conſumi : mouet Alexand. *in conſ.55.num.7. verſ.Non obſtat,volum.1.*ſimilem difficultatem ex allegata *lege 3. ff.de iur.dot.*Sed licèt ibi reſoluat Statuto comprehendi dotem, etiam ſoluto matrimonio, vix tamen dignatur reſpondere illi textui. Tota ratio cur de dote conſtante matrimonio ſtatutum intelligendum ſit, inde colligitur, quia ſtatuti verba propriè, & in ſtricta ſignificatione accipienda ſunt. Quis id reuelauit? Ego potiùs credo axioma illud tunc demùm verum eſſe; cùm à iure communi recedatur, at cùm agi-
tur de ſtatuto ad conformitatem iuris communis re- 136
ducendo, puto interpretationem ab eodem iure ſumendam, & latiorem ſignificationem accipiendam : teſtis eſt mihi Bart. *in l.ſi vero, §. de viro, num. 1. & 2.* & ibi DD. *ff. ſol. matr.* idem tradunt ſcribentes, *in l. omnes populi,ff.de iuſt.& iure.* Alex.*conſ.85.num.12.lib.4.* Ruin.*conſ.129.n.2. lib 2.* Rol.*conſ. 21. num. 21. lib. 1.* vbi quod verba, *Si opus eſt,* debent impropriari ; quod repetit etiam Alderan. Maſcard. *de gen. ſtat. interpr. concl. 4. num. 187.* & *concl. 12. num. 7. in 3. ampliat.*

Præſertim ſi communi vſui loquendi talis intelle- 137
ctus conueniat. Nam ſecundùm communem vſum lo-
quendi accipienda eſſe ſtatuta,omnes concedunt.Bart. 138
*in l.Labeo, n.5.* & ibi DD.*de ſupellect.leg.*idem ab omnibus notatur *in l.librorum, §. quod tamen Caſſius, de*
*leg. 3.*Rol.*de lucro dotis, quæſt.6.num.6.*vbi quod pro- 139
prietati in ſtatutis præualet vſus loquendi. Et ratio 140
eſt, quia ſtatuentes tenentur ſe accommodare vſui,
& conſuetudini loquendi Ciuitatis, gloſſa *in cap.non-* 141
*nulli, verb. Dietas, de reſcrip.* & *in cap.cupientes, verb. commodè, de elect.in 6.* Alder. Maſcard. *de gen. ſtatut. interpret. concl.3.num.3. & per.tot.* vbi latiſſimè. Cùm
igitur ſoluto matrimonio dos talis appelletur tum à 142
iure communi, *leg.1.& toto titul.ff.ſol.matrim.l.3.§.1. ff.de fundo dot.* tam à communi vſu loquendi, vt notum eſt, & paſſim fertur apud authores, dicendum erit quod ſtatutum de dote loquens, de ea quoque ſoluto matrimonio intelligatur, niſi ſaltem materia, vel ratio alioqui repugnet.

Secundò, exceptio illa ſtatuti, qua dos à præſcri- 143

ptione eximitur, fauorabilis eſt; tum quia cauſa fina-
145 lis illius exceptionis eſt fauor dotis. Tiraquel. *de re-
tract.conſang.* §. 30.*gloſſ.*1.*num.*5. cùm aliis ſuprà in ſi-
146 mili allegatis: tum quia redit ad ius commune, De-
147 cian. *reſp.*30. *num.*11. *lib.*3. tum quia tendit ad vitan-
dum damnum. Maſcard. *de gen.ſtat. interpr. concl.* 4.
*num.*146. ergo eſt extendenda etiam ad caſum impro-
prium. Bald. *in l.qui ſe patris, n.* 36. *in fin.* & ibi Caſtr.
*num.*10.*C.vnde liber.* Iaſ. *in l. non dubium, num.*42.*Cod.
de leg.* Alexand. *conſ.*125. *num.*14. *lib.*7. Dec. *conſ.*13.
*num.*3. Decian. *d.reſp.*30.*num.*10. Quam in rem ſuprà
148 etiam plures adduxi. Huius fauoris ratione ſi extet
ſtatutum, quod omnes cauſæ compromittantur exce-
ptis dotibus, ſub ea exceptione venit dos non ſolùm
ſoluto matrimonio, ſed etiam ante initum matrimo-
nium. Bald. Nouell. *de dot.in præfat. num.* 22. Et ma-
149 gis in terminis noſtris de ſtatuto præſcriptionem indu-
cente, & dotes excipiente, quod eius exceptionis vi-
gore non ſolùm dos ſoluto matrimononio, ſed legiti-
ma quoque, quæ doti æquiparatur, à ſtatutaria præ-
150 ſcriptione ſubtrahatur, decidit Rot. Rom. apud Lu-
douiſ. *deciſ.*489.*n.*16.17.

Tertiò exceptio ſumi debet ex regula, *leg.nam quod
liquidè, ff.de pœn. leg.*1.*de reg.iur.* Caſtrenſ. *conſ.* 79.
*num.*3.*lib.*1.

Ergo cùm dos à ſtatuto excipitur, interpretari de-
bemus, vt is caſus excipiatur, qui aliàs ſub diſpoſitio-
ne veniret & præſcriptiones admitteret. Sed dos con-
151 ſtante matrimonio de ſui natura, ſecluſa quacumque
ſtatuti exceptione, contra ſe præſcriptionem nullam,
etiam ſtatutariam, admittit, vt ſupra probaui, & tra-
dit textus *in l.in rebus, §. omnis, C. de dot.* ergo vt ex-
ceptionem à regula ſumptam dicamus, & vitemus
illud abſurdum, quod inutilis exceptio fuerit, con-
cludendum eſt, dotem ſoluto matrimonio à præſcri-
152 ptione ſtatutaria immunem eſſe, etiam ex intentione
ſtatuentium.

Hæc procedunt ſupponendo, quod dos ſoluto ma-
trimonio impropriè ſit dos. Verùm id expeditum non
eſt, immò quod etiam ſoluto matrimonio propriam
dotis appellationem retineat, antequam reſtituatur,
docent communiter interpretes *in rubr. ff. ſol. matr.*
153 Caſtrenſ. *num.* 1. Alexand. *num.*23. Iaſ. *n.* 4. Marian.
Socin. Iun. *à num.* 55. *& plur. ſeqq.* vbi licèt pulchra
hinc inde adducat, *num.* 58. his verbis concludit:
*Sit igitur firma concluſio, etiam ſoluto matrimonio pro-
priè dici*; & hanc opinionem communem vocat
*num.* 56. quam etiam probant Bald. *in l.* 1. *in fin.* vbi
154 Dec. *num.* 18. 19. *C. vnde vir & vxor.* & eſt de mente
Bart. *in d. rubr.ff. ſol. matrim.* Hinc inferunt citati Au-
thores ad Statutum Mutinæ diſponens, quod mulier
tranſiens ad ſecunda vota, ſi ex vtroque matrimonio
liberos ſuſceperit, teneatur æqualem filiis vtriuſque
matrimonij relinquere. Et concludunt, ſub eo ſtatuto
comprehendi non ſolùm dotem conſtãte matrimonio,
nempe ſi mulier viuente ſecundo marito teſtetur, ac
decedat, ſed etiam ſoluto matrimonio, nempe ſi vidua
efficiatur, & marito ſuperuixerit. Et ad id, quod *ex
leg.* 3. *ff. de iur. dot.* obiicitur, dotem ſoluto matri-
monio propriè dici non poſſe, quia dos ſine ma-
trimonio eſſe non poteſt: Reſpondent, quod
quod dos quidem propriè dici non poſſet, ſi nunquam
eſſet contractum matrimonium, ſed poſtquam matri-
monium ſemel fuit contractum, & ſic incipit dici dos,
licèt matrimonium diſſoluatur, non deſinit eſſe dos,
155 donec reſtituatur. Ita in verbis Caſtr. *in d. rubr. n.* 1.
Alex. *n.*23. Iaſ. *n.* 5. & alij ſuprà allegati, quibus con-
ſenſit Bart. *in l. ſi marito,* §. 1. *n.* 3. *ff. eodem.* At quid-
quid de his ſit, certum eſt quod iura dotis appellatione
156 etiam dotem ſoluto matrimonio comprehendunt, vt
fatetur Rip. *in d.rubr. n.*71. *verſ.Fateor tamen.*
157 Ex his meo iudicio clariſſimè conuincitur, ſtatuti
exceptione dotem ſoluto matrimonio in propoſito no-
ſtro contineri, non ſolùm ſi tunc temporis propriam do-
tis appellationem ſignificari dicamus, ſed etiam ſi im-
propriam dicere denominationem magis placeat. Tum
quia Statutum hoc quoad fieri poteſt, ad iuris commu-
nis ſenſum reduci debet; tum quia eſt fauorabile quoad
exceptionem: tum quia exceptio alioqui inutilis, & elu-
ſoria eſſet.

Atque ita ſoluto matrimonio ex huiuſmodi ſtatuto 158
dotem à præſcriptione ſubduci voluerunt in terminis
Bald. *conſ.*185.*n.*8.*verſ.ſuper* 7. *lib.* 3. Bou. *de ſtat.vrb.
præſcrip.gloſſ.*3.*n.*23. Et quidquid mihi obiectum fuerit,
idem tenet Bald. Nouell. aliàs allegatus, & infrà decla-
randus.

Poſtremò ſtatutum, vt dixi, in prioribus ſcriptis 159
excipit nominatim, & ſingulariter contractus dotis:
ſecundò credita ex contractibus dotis prouenientia,
quæ diſpoſitioni iuris communis remittere voluit.

Neque dicatur recurrendum ad ſtatutum Ferrar. *cap.* 160
128.*lib.*2. ex vi epiſtolæ Sereniſſimi Ducis Alfonſi, quæ
cum ſtatutis Ferrariæ habetur in principio voluminis:
nam illa epiſtola mandat recurri priùs ad ſtatutũ Fer-
rariæ ſolùm in caſibus, de quibus non fuiſſet facta ex-
preſſa, & ſingularis mentio. Quare cùm in caſu noſtro
ſingularis, & expreſſa mentio fiat contractus dotis,
non eſt cur Ferrariã abſq; neceſſitate petamus. Præter-
quam quod ſtatutum hoc Ferrariæ, licèt non contra-
ctum, ſed dotem excipiat, illud quoque intelligendum
eſt de iure, & credito ex cauſa, ſeu contractu dotis, vt
colligitur ex initio, & contextu *d.c.*128. ſi volumus ex- 161
ceptionem eſſe de regula, & poſteriora habere rela-
tionem ad antecedentia, vt notauit etiam Bald. Nouell.
*in præfat. dot. in fin.* ſed quidquid ſit, parum curo, ſiue
ſtatutũ de dote, ſiue de credito ex contractu dotis acci-
piatur. Et in hac re minutiſſima nolo ampliùs fatigari.

Illud non poſſum ſilentio præterire, quod Bald.
Nouell. *in præf.dot. n.* 22. contra me fuerit retortus,
quaſi non fideliter in prioribus ſcriptis illum allegaſ-
ſem. Neque enim ſoleo vllum authorem adducere,
quem non oculis priùs perlegerim.

Quærit Baldus, an ſtatutum diſponens, quod ad pe- 162
titionem partis omnes cauſæ compromittantur, exce-
ptis cauſis dotium, habeat locum, non ſolùm quando
mulier ſoluto matrimonio, vel eius hæredes contra
virum peterent dotem, ſed etiam quando peterent do-
tem legatam, licèt nondum contractum fuerit matri-
monium. Et reſpondet, vt per eum. Ecce igitur quod
nemo dubitat, an hoc caſu comprehendat dotem ſo-
luto matrimonio, ſed an comprehendat dotem lega-
tam antequam matrimonium ineatur.

Hic non eſt propriè caſus noſter. Deinde quærit 163
Baldus quid ſi ſtatutum diceret debere cauſas omnes
compromitti, exceptis dotibus? Hic eſt caſus noſter,
de quo in motiuo. Et dicit Baldus, quod tunc fortè di-
ctum ſtatutum non poterit intelligi, niſi de dotibus
pro quibus competit actio de dote, vel hodie ex taci-
ta ſtipulatione, tam ex parte viri, quàm ex parte mu-
lieris repetentis, vt ſic dictum ſtatutum intelligi debeat
in dote vera, & propria. Supponit igitur Baldus pri-
mò, non eſſe difficultatem (vt verè non eſt apud au-
thores) an ſtatutum intelligatur de dote, pro qua do-
tis actio, vel ex ſtipulatu datur; ſecundò dotem, quæ
ex huiuſmodi actione repetitur, eſſe propriè dotem. At 164
verò actio ex ſtipulatu, vel datis datur pro dote
ſoluto matrimonio, *leg.*2.*in princip.de dot.præleg.leg.ſe-
cunda, ff.ſolut. matrim.leg.in rebus, §. omnis, C. de iur.
dot.l. cùm notiſſimi, §. illud, Cod. de præſcript.*30.*vel.*40.
*annor.* Alex. *conſ.*153.*n.*6.*verſ. vnde videmus, lib* 6. Bald.
Nouell. *part.*9.*priuil.*4. & ſciunt omnes. Ergo ſupponit
primò non eſſe difficultatem, quod hæc ſtatuto in-
cludatur, ſecundò quod tunc propriè ſit dos. Quod ſi
hic author ſuprà *n.*12. dicit ſoluto matrimonio dotem
ampliùs



ampliùs propriè non dici, ipſe viderit quomodo cõcor-
dari hæc debeant. In eo tamen *n.*12. fatetur ſoluto ma-
trimonio remanere reliquias, & fauores dotis. Sed re-
deundo ad propoſitum. Difficultas non eſt an ſtatutum
pertineat ad dotem ſoluto matrimonio, ſed an pertineat
ad dotem antequam matrimonium ineatur. Et in hoc
165 quoque tandem reſoluit verius videri quod pertineat.
Et rectè ſanè concludit, quia vt dixi, in prioribus ſcri-
ptis, iura, ſeu ſtatuta de dote loquentia habent locum
in dote ante contractum matrimonium, ſi eius fauo-
rem reſpiciant, *l. quæſitum, §. vltimo, cum duobus ſeqq.
ff. de reb. author.iudic.poſſid. l. ſi ſponſæ, de iur. dot. l.* 4.
*ff. de fund.dot.* Quibus textibus reſponderi non poteſt.
Cur igitur contra me allegatur hic author?

Et hactenus tradita, & diſputata quomodo arbitror,
ſatis ſuperque eſſe videntur ad tollenda motiua circa
actionem hypothecariam: ex iiſdem etiam conſtat
quod ſi D. Virginia agere deberet tanquam hæres
Dom. Cæſaris Prioris, & illi intendendum eſſet Sal-
166 uianum vigore hypothecæ D. Cæſari Priori in inſtru-
mento venditionis generaliter reſeruatæ, quæ abſque
dubio vendita etiam apprehendit, Pariſ. *conſ.* 50.*n.*23.
*lib.*1. Neguſ. *de pignor.part.*2.*memb.*2. *num.*33. adhuc
obtinere debet, nec illi quicquam ſtatutaria præſcri-
ptio obeſſet, non ſolùm ob malam fidem Dom. Marci
Coccapani, & Dom. Mariani, ſuper qua nolui diſputa-
re, ſed præcipuè, quia non apparet de eius præſcriptio-
nis initio, nempe de tempore impletæ conditionis, quæ
appoſita ſolutioni 400. ſcutorum fuerat, & quia res
ſemper cum pupillis, & minoribus fuit. Colligo enim
ex proceſſu, quod D. Virginius Cæſaris filius vſque ad
annum 1607. impubes fuit; vſque ad 1618. minor, poſt
quod tempus non diu vixit. Huic ſucceſſerunt Barba-
ra, & Virginia Sorores, quarum prima tempore moræ
litis 14. annum nondum excedebat, altera nondum
puberem ætatem attigerat.

Minores autem, vt ſuprà latè probaui, non ſolùm
ope reſtitutionis, ſed ipſo iure in propoſito noſtro im-
munes à ſtatutaria præſcriptione ſeruantur: quod
167 multò magis de pupillis dicitur. Concludo igitur D.
Virginiam bonum ius fouere, cùm præcipuè in du-
bio ſemper contra præſcriptionem pronunciandum ſit,
vt dixi ex Aym. *conſ.*29.*num.*9. Menoch. *præſumpt.*33.
*num.*2.*lib.*6.

Et hæc ſunt, &c.

ANTONIVS MARIA RODVLPHVS.

---

## CAPVT CCXLVIII.

*Continuatur diſcuſſio eiuſdem materiæ; ad-
diturque aliud reſponſum ex eodem Anto-
nio Maria Rodulpho, iuris vtriuſque
Doctore.*

### ARGVMENTVM.

Eadem refricantur quæ in ſuperiori. De Saluiano interdicto, eiuſque vtilitate; quas exceptiones illud patiatur, quando concedatur, necne; de extremis ipſius comprobandis. De hypothecis ſiue expreſſa, ſiue tacita legali, præcipuè pro dote. In generali obligatione bonorum an veniat emphyteuſis, præcipuè Eccleſiaſtica. Plura de præſcriptione, eiuſque requiſitis, exemptione, & mala fide prorſus excluſa. Quid in ſtatutaria præſcriptione? Dos quando talis dicatur, &c.

### SVMMARIVM.

1 *Modus agendi per Saluianum interdictum eſt vtilior, præſertim reſpectu actionis hypothecariæ*, & num.2.

3 *Hypotheca generalis apprehendit bona controuerſa, licet poſteà fuerint acquiſita.*

4 *Hypotheca tacita à lege inducta eſt pro dote.*

5 *Hypotheca tacita legalis eandem vim habet, ac generalis expreſſa.*

6 *Et tranſit in quoſcumque hæredes, etiam extraneos.*

7 *Hypotheca dotalis eſt ipſi actioni de dote, non verò mulieri ſolùm conceſſa.*

8 *Immiſſio ex Saluiano datur probatis extremis neceſſariis.*

9 *Obiectum proponitur, & reſoluitur.*

10 *In Saluiano non admittitur exceptio dominij, ſaltem niſi ſtatim illud probetur*, & numero 11.

12 *Actori hoc interdictum non eſt præſtandum, niſi poſſideat de tempore obligationis, vel poſt.*

13 *Bona emphyteutica poſſunt ſubiici hypothecæ, & eſt communis ſententia*, & n.14.

15 *Amplia etſi emphyteuſis ſit Eccleſiaſtica.*

16 *Ius emphyteuſis, etſi ſuper bonis Eccleſiæ eſt temporale, & de eo capax laicus poteſt diſponere.*

17 *Nemo plus iuris habet in emphyteuſi priuati, quàm in Eccleſiaſtica.*

18 *Beroi, & Surdi ſententia, in generali obligatione bonorum non venire emphyteuſim, præcipuè Eccleſiaſticam, eſt contra communem, & non admittitur.*

19 *Hypotheca generalis per dote conſtituta obligat quamuis emphyteuſim, etiam Eccleſiaſticam.*

20 *Surdus etſi contrarius teſtatur de iudiciis ſui Senatus pro hac ſententia.*

21 *Alia ratio affertur.*

22 *Hypotheca cum iure hypothecantis reſoluitur.*

23 *Priùs eſt facienda excuſſio contra debitorem principalem, quàm agatur contra fideiuſſorem.*

24 *In iudicio Saluiani non admittitur exceptio excuſſionis.*

25 *Exceptiones dilatoriæ debent opponi ante litem conteſtatam, & non pòſt. Et eſt æquior ſententia*, & num.26.

27 *Præſcriptionem allegans, eam debet probare.*

28 *Tenetur quis probare fundamentum ſuæ intentionis.*

29 *Bona fides in præſcribendo probanda eſt, vel ſaltem allegãda.*

30 *Præſumitur ſemper bona fides, & ſufficit ob id ſi allegetur.*

31 *Probari debet in præſcriptione poſſeſſio, eiuſque continuatio per legitima tempora.*

32 *Quoad poſſeſſionem eſt docendum de ea tempore litis conteſtatæ, & de initio, ſaltem quod fuerit vtile ad præſcribendum.*

33 *In iuribus dotalibus conſtante matrimonio non currit præſcriptio.*

34 *Pro talibus iuribus dotalibus non poteſt mulier age-*

*re, conſtante matrimonio.*

35 *Agere non valenti non currit præſcriptio*, & numero 38.

36 *Incipit in ipſis præſcriptio poſt matrimonium diſſolutum.*

37 *In debito conditionali non cadit præſcriptio.*

39 *Litis conteſtatio interrumpit omnem præſcriptionem.*

40 *Diluitur aliud oppoſitum.*

41 *Præſcriptio cum mala fide nunquam conſiſtere poteſt.*

42 *Nemo poteſt præſcribere aduerſus hypothecam, quam ſciebat ad alium pertinere.*

43 *Exceptio in iudicio Saluiani debet opponi ad impediendum proceſſum, & litis conteſtationem.*

44 *Et talis exceptio debet eſſe liquida, vel incontinenti liquidari.*

45 *Aliud obiectum retunditur.*

46 *Iudicium Saluiani eſt merè poſſeſſorium.*

47 *In iudicio poſſeſſorio non admittitur exceptio reſpiciens petitorium.*

48 *Præſcriptio ſtatutaria non currit cum mala fide, nec valet Statutum aliter diſponens.*

49 *Bartolus ſecundùm mentem Angeli ex quo contrarium ſentit, indiguit in hoc caſu proteſtatione iam à ſe facta, ſe ſubmittendi S. Eccleſiæ iudicio.*

50 *Præſcriptionem ex ſtatuto non admitti cum mala fide de iure Canonico, eſt opinio magis communis, & à mille annis citra approbata*, & numero 51.

52 *Amplia etſi Statutum dirigat verba in creditorem negligentem, & eius odio præſcriptionem inducat.*

53 *Vim debemus facere non in modo diſpoſitionis, ſed in re ipſa, & effectu.*

54 *Negligentia creditoris non remouet peccatum, & malam fidem.*

55 *Subrogatum debet retinere naturam eius in cuius locum ſubrogatur.*

56 *Amplia tale Statutum non ſubſiſtere etiamſi præſumptionem ſolutionis inducat.*

57 *Bartoli doctrina in contrarium reprobatur à Baldo.*

58 *Præſumptio talis vt non tollit peccatum, & malam fidem, ita nec facit validum tale Statutum.*

59 *Statutum Carpenſe in propoſito declaratur.*

60 *Fictio diſcordat à veritate, & fingit vera eſſe, quæ non ſunt.*

61 *Statutum fingens factum, quod non eſt factum, vti aduerſans Deo, qui eſt ſumma varitas, non valet.*

62 *Aliud obiectum tollitur.*

63 *Dos propriam appellationem retinet, etiam ſoluto matrimonio.*

64 *Vſque ad reſtitutionem fundus remanet dotalis.*

65 *Ante matrimonium dos propriè num ſit, nec ne*, & num. 66.

67 *Priuilegium dotis datum eſt cauſæ, non perſonæ conceſſum, vnde tranſit ad hæredes.*

68 *Priuilegium in dubio cenſetur conceſſum rei potiùs quàm perſonæ.*

69 *Titulus emptionis eſt iuſtus, & ex eo producitur bona fides, ad præſcribendum.*

70 *Hypotheca non obtinet niſi in bonis, quæ fuerint debitoris obligantis.*

71 *Cauſæ dominij, & hypothecæ ſeparantur ex mala fide.*

72 *Damna, expenſæ, & intereſſe ſi petantur in libello, debentur.*

NOn vnica ſanè agendi via aperta fuerat DD. Barbaræ, & Virginiæ de Prioribus. Commodiſſimè tamen actum eſt Saluiano interdicto, cuius expreſsè in libello, ſeu petitione meminerunt. Quod inter-
dictum electum etiam cenſetur, tum ex clauſulis, *Ius*, 1
*& iuſtitia*, &c. *omni meliori modo*, &c. quem vtiliorem agendi modum inducunt Alex. *conſ.* 137. *num*.. *vol.* 1. Roland. *conſ.* 79. *num.* 38. & *conſ.* 9. *n.* 17. *vol.* 1. qualis modus habetur in Saluiano, præſertim reſpectu actionis hypothecariæ, Rol. *d. conſ.* 9. *num.* 17. & *d. conſ.* 14. *num.* 2. vbi in terminis noſtris repetitionis dotis ſcutorum 400. Statil. Pacif. *de ſalu. interd. inſpect.* 2. *cap*.. *per tot.* ex tenore proceſſus, in quo Saluianum iudicium
præcipuè dictæ Sorores proſecutæ fuerunt, Surd. *conſ.* 2
24. *n.* 18. Grat. *conſ.* 157. *n.* 22. *lib.* 2. Statil. *inſpect.* 1. *cap.* 3. *n.* 63.

Dico igitur Virginiam de Prioribus, & hæredem Barbaræ iam defunctæ immittendam eſſe in poſſeſſionem bonorum controuerſorum vigore Saluiani per ipſas intentati, quovſque illi pro dote D. Barbaræ Aroliæ earum Auiæ ſatisfactum fuerit. Nam de certo credito dotis ſcutorum 400. auri non ambigitur. Conſtat etiam de hypotheca, tum expreſſa in in-
ſtrumento dotali anni 1573. ſub die 6. Februarij; 3
quæ hypotheca procul dubio apprehendit bona controuerſa, licet poſtea acquiſita fuerint, *l. fin. C. quæ res pign. obl. poſſ.* Bart. *in l.* 1. *de pign.* tum tacita à lege pro dote inducta *in l. vnic.* §. & *vt plenius, Cod. de rei*
*vxor. act.* Quæ eandem vim obtinet, ac generalis ex- 4
preſſa. Rom. *conſ.* 147. *num.* 1. *verſ. quia*, Neguſ. *de pign. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 2. & 21. Alex. *conſ.* 58. *num.* 5. *lib.* 7. Statil. *inſp.* 3. *c.* 4. *num.* 4. & in quoſcumque hæredes
etiam extraneos tranſit, vtpote actioni ipſi de dote, 6
non perſonæ mulieris tantùm conceſſa, Bart. *in l. vnic. n.* 5. *C. de priuil. dot.* & *in l.* 1. *n.* 1. *ff. ſol. matr.* Bald. Nouell. *de dot. part.* 12. *n.* 6. *verſ.* 2. *quæro*, Neguſ. *de pign. part.* 2. *membr.* 4. *n.* 3. Conſtat etiam ex depoſitione teſtium olim Dom. Cæſarem Priorem, Barbaræ virum, poſſe-
diſſe bona controuerſa tempore conſtantis matrimonij 7
cum dicta Dom. Barbara. Quibus concurrentibus nulli dubium eſſe poteſt, quin immiſſioni locus ſit
ex Saluiano, Caſtr. *in leg. rem alienam, n.* 11. *de pignor.* 8
*act.* Alex. *conſ.* 108. *n.* 3. *lib.* 5. Rol. *d. conſ.* 14. *num.* 13. *vol.* 1. latè Statil. *inſp.* 1. *num.* 5. & 6. vbi plures Rotæ deciſiones refert.

Non obſtat primò, quod ex aduerſo dicitur, bona 9
controuerſa eſſe emphyteutica, & ad Eccleſiam ratione directi Dominij pertinere, ac propterea hypothecæ ſubiici non potuiſſe.

Quia reſpondetur primò, extare etiam bona libera, quæ Cæſar poſſidebat, & ſimul cum emphyteuticis vendita fuere; hæc enim procul dubio hypothecam receperunt: etſi autem in motiuis tranſmiſſis dicatur in iis quoque D. Marianum potiora iura habere,
quia ſucceſſit in locum D. Tarquiniæ Purinæ, apud 10
quam eorum dominium erat, qua de re tamen nihil apparet in proceſſu: adhuc replicatur in Saluiano non admitti exceptionem dominij. Statil. *inſp.* 2. *c.* 2. *n.* 113. ſaltem niſi dominium incontinenti ſit probandum.
Bart. *in leg. ſi de vi, ff. de iudic.* Caſtrenſ. *in leg.* 2. *num.* 3. 11
*verſ. ſed inſumpto*, vbi etiam Alex. *num ſecundo, Cod. de edict. D. Adriani tol.* Poſth. *deciſ.* 233. *num. primo, lib.* 3. Seraph. *deciſ.* 757. *num. primo.* Neque aliud actori
præſtandum eſt, quàm poſſeſſio de tempore obligatio- 12
nis, vel poſt, vt ſuprà dixi, & præter adductos tradunt gloſſ. *in* §. *Item Seruiana, Inſtit. de action.* Bart. *in l.* 1. *ff.* & *C. de Salu. Interd.* Neguſ. *part.* 8. *memb.* 3. *num.* 19. Surd. *conſ.* 513. *num.* 18. Et pluries reſoluit Rota, cuius deciſiones vide apud Statil. *inſp.* 1. *cap.* 6. *num. primo*, & *per tot.*

Reſpondeo ſecundò etiam bona emphyteutica 13
potuiſſe



potuiſſe hypothecæ ſubiici, gloſſ. *in l. fin. verb. Aliis vendere, C. de iure emphyt.* Bart. *in l. tutor*, §. *fin. in ſummario, de pignor. act.* Bald. *in l. lex vectigali, numero ſecundo, ff. de pign.* Salic. *in d. l. fin. numer.* 6. *C. de*
14 *iur. emphyt.* Afflict. *dec.* 191. *numer.* 3. Rip. *in l. filiusfamilias*, §. *Diui, numer.* 90. vbi de communi, *de leg.* 1. & *in l.* 1. *numer.* 10. *de pign.* vbi de communi, Boër. *deciſ.* 181. *num.* 2. Clar. §. *emphyteuſis, quæſt.* 18. & ibi Harprect. *in addit. num.* 7. qui de receptiſſima teſtatur, Emmanuel Suarez *in theſaur. recept. ſent. verb. emphyteuſis, numer.* 105. vbi de communi, Corbul. *de cauſ. priuat. ob alien. irreq. dom. fact. limit.* 33. *per tot.* Alexand. *conſ.* 173. *num.* 4. *lib.* 2. Neguſ. *de pign. part.* 2. *memb.* 3. *verſ.* 28. Grat. *conſ.* 55. *numer.* 13. & *ſeqq.* vbi de communi, & *conſil.* 54. *numer.* 7. *vol.* 1. Arius Pinell. *in rubr. C. de bon. matern. part.* 1. *num.* 18. Burſat. *conſil.* 12. *numer.* 10. & *conſil.* 56. *numer.* 11. Caldas *de iur. emphyt. lib.* 4. *cap.* 5. *à numer.* 61. vbi quod ab hac ſententia in praxi recepta diſcedere neutiquam licet.

15 Porrò authores adducti ferè omnes expreſſam mentionem faciunt emphyteuſis Eccleſiaſticæ, quam volunt hypothecæ non minùs ſubiici poſſe, quàm laicalem, & meritò quia, vt notat Bald. *in d. l. vectigalis, numer.* 2. *de pign.* ius ſuper quo contrahit emphyteuta,
16 eſt ius temporale proprium ipſius, non Eccleſiæ, quod inde etiam eſt perſonale, quia poſſidetur à laico, aliàs ſpiritualis poſſeſſionis incapaci, *cap. quamvis*, vbi gloſſa & Canoniſtæ, *de decim.* Nec plus iuris in emphyteuſi priuati quis habet, quàm in Eccleſiaſtica, ſed in vtraque vtile tantùm dominium obtinet, re-
17 manente penes alium proprietate. Faciunt quæ fuſè, & eleganter ſcribit Surd. *deciſ.* 160. *numer.* 7. vbi pariter ſtatuto laicorum diſponente de bonis, Eccleſiaſticam quoque emphyteuſim contineri dicit.

18 Illud verò quod ſcribunt Bero. *conſil.* 127. *numer.* 12. & *plur. ſeqq. lib.* 1. & Surd. *d. deciſ.* 160. *numer.* 2. (qui tamen per verbum *fortaſſe*, loquitur) in generali obligatione non contineri emphyteuſim, præſertim Eccleſiaſticam, niſi de ea mentio ſpecialis fiat, communiſſimæ Doctorum traditioni repugnat, vt videre eſt apud omnes ferè DD. ſuprà citatos, qui vno ore concludunt, emphyteuſim quamcumque ſub obligatione generali venire; in ſpecie verò Beroum, & Surdum refellit Statil. *inſp.* 3. *cap.* 2. *numer.* 35. & *ſeqq.*

19 Minùs procedere poteſt Beroi opinio in caſu noſtro, quia iuris indubitati eſt, quod hypotheca generalis pro dote conſtituta, quamcumque emphyteuſim, ſiue laicalem, ſiue Eccleſiaſticam obligat, vt tradit Burſat. *conſil.* 56. *numer.* 1. & *ſeqq.* & *conſ.* 32. *numer.* 10. 11. 26. & ſequitur Surd. *d. deciſ.* 160. *nu-*
20 *mer.* 3. licèt alioqui in contrariam ſententiam pendeat. Et vterque refert Senatus deciſiones, quomodo ſemper etiam ita ſolere iudicari teſtatur Surdus citatus.

21 Neque verò poteſt Eccleſia ex huiuſmodi hypotheca, & obligatione damnum aliquod, vel præiudicium ſentire; quia ſi contigerit, vt finita emphyteuſi bona ad Eccleſiam deuoluantur, ab omni obligatione libera reuertentur; quia hypotheca cum iure hypothecantis reſoluitur, *l. lex vectigali*, vbi Gloſſ. *verb. euanuiſ-*
22 *ſe*, & Bald. *numer.* 1. *de pign.* Bart. *in l. ſi conſtante, numer.* 73. *ſol. matr.* & *in l. tutor*, §. *fin. de pign. act.* Alexand. *conſil.* 173. *numer.* 3. *lib.* 2. Boer. *dec.* 181. *numer.* 3. Corbul. *d. limit.* 33. *numer.* 4. Caldas *cap.* 5. *num.* 74. Rot. *diuerſ. part.* 1. *deciſ.* 717. *n.* 8. Statil. *inſp.* 3. *cap.* 2.

23 Non obſtat ſecundò, quod ex aduerſo dicitur, priùs faciendam fuiſſe excuſſionem contra debitorem principalem, antequam contra D. Marianum tertium poſſeſſorem ageretur, Auol. *de fideiuſſ. tit.* 4. *collat.* 4.

Quia reſpondetur primò in hoc iudicio Saluiani 24
non admitti exceptionem excuſſionis, Alexand. *conſil.* 73. *num.* 11. *lib.* 5. Soc. *conſil.* 80. *num.* 2. *in fin. lib.* 3. Aym. *conſil.* 201. *num.* 45. Honded. *conſil.* 17. *num.* 14. *lib.* 2. Menoch. *de adipiſc. rem.* 3. *num.* 180. Rol. *conſ.* 52. *num.* 45. Gabr. *lib.* 3. *de fideiuſſ. concl.* 1. *num.* 112. Rot. apud Seraphin. *dec.* 327. *num.* 1. & *dec.* 383. *num.* 9. & *part.* 1. *diuerſ. dec.* 144. *num.* 2. vbi Nattam aliter ſentientem reprobat. Quæ Rota hanc opinionem ſemper ſequitur, vt videre eſt apud Statil. *inſpect.* 2. *cap.* 2. *numer.* 40. vbi plures deciſiones refert.

Reſpondetur ſecundò, exceptionem hanc eſſe dila- 25
toriam, & propterea opponendam fuiſſe ante litem conteſtatam, aliàs non releuat. Bart. *in l.* 3. *num.* 6. vbi de communi, *ff. de except.* & *in l.* 2. *num.* 5. *C. commun. diuid.* & *in l. perſecutione, num.* 8. *C. de pignor.* & *in l. fin. in princ. ſi cert. pet.* Bald. *in l.* 1. *numero quinto, C. de conueniend. fiſc. debit.* Caſtr. *in d. l. fin. num.* 8. *ſi cert. pet.* Iaſ. *in l. decem, num.* 9. *verſic. Alia eſt notabilis differentia, de verb. oblig.* & *in l. naturaliter*, §. *nihil commune, num.* 138. *de acquir. poſſeſſ.* Bald. *in l. exceptionem, num.* 20. *verſic. Et eſt quadam alia, Cod. de probat.* Petr. de Anchar. *conſil.* 317. *per tot.* Alexand. *conſil.* 78. *num.* 9. vbi quod ſecundùm veras concluſio-
nes non poteſt opponi poſt litem conteſtatam, quia 26
eſt dilatoria, *vol. primo*, & *conſil.* 34. *num.* 2. *volum. quarto*, & *conſil.* 37. *num. primo. vol.* 6. & *conſil.* 29. *num.* 23. 24. 25. vbi hanc opinionem veriſſimam appellat, *vol.* 7. Boër. *dec.* 221. *num.* 16. Guid. Pap. *conſil.* 103. *num.* 4. & *dec.* 94. & *dec.* 570. Ruin. *conſil.* 19. *num.* 17. *vol.* 4. Fel. *in c. exceptionem, num.* 7. 11. *de except.* Neguſ. *part.* 8. *memb.* 1. *num.* 34. Rol. *conſil.* 79. *num.* 4. *lib.* 1. Aym. *conſil.* 77. *num.* 17. Pariſ. *conſil.* 103. *numer.* 6. *volum.* 3. Rot. *p.* 1. *diuerſ. deciſ.* 444. *numero quarto*, Statil. *inſpect.* 2. *cap.* 3. *numer.* 72. Sed exceptio in caſu noſtro oppoſita fuit poſt litem conteſtatam in fine proceſſus: ergo, &c.

Non obſtat tertiò exceptio præſcriptionis legalis,
ſeu ſecundùm ius commune. Primò quia licèt appo- 27
ſita fuerit hæc exceptio, non fuit tamen vllo modo probata, & tamen præſcriptionem allegans, eam cum omnibus ſuis requiſitis probare tenetur. Bart. *in l.* 1. *num.* 12. *de except.* Bald. *conſil.* 450. *num.* 2. *lib.* 4. Natta *conſil.* 53. *num.* 18. 19. eleganter Aym. *conſil.* 201. *numer.* 29. *verſ. deſcendo nunc*, Maſcard. *de probat. con-*
*cluſ.* 12. 19. *per totam.* Cùm enim præſcriptionis exce- 28
ptio ſit fundamentum intentionis D. Mariani, eam probare tenebatur, *l. ab ea parte, leg. in exceptionibus*, §. 1. *de prob.* Inter cætera autem requiſita proban-
da erat bona fides, *l. Celſus, C. de longi temp. præſcr.* 29
Maſcard. *concluſ.* 220. *num.* 42. ſaltem illam allegando, Bald. *in leg. ſuper longi, num.* 12. *verſ. illud autem*, vbi etiam Ang. *C. de præſcr. long. temp.* Illud menti retinendum admonens, quod vbicumque dicimus bo-
nam fidem præſumi, intelligitur ſi allegetur. Alexand. 30
*conſil.* 69. *numer.* 11. *volum.* 3. Maſcard. *d. concl.* 1220. *num.* 48.

Vlteriùs & principaliter probanda erat poſſeſſio,
eiuſque continuatio per legitimum tempus, *l.* 3. *de* 31
*vſuc. l. ſuper longi, C. de præſcript. long. tempor.* Azor *in rubr. de vſucap. pro empt. vel tranſact. numer.* 26. *verſ. item exigitur*, Bart. *in l. Celſus, num.* 19. *de vſucap.* & *in l. vnic. num.* 2. *C. de vſucap. transform.* Maſcard. *d. concluſ.* 1220. *num.* 58.

Vt autem concludens reſultaret probatio, neceſſe 32
erat, ſuppoſito quod D. Marianus tempore litis conteſtatæ poſſideret, docere ſaltem de initio poſſeſſionis vtili ad præſcriptionem. Bart. *in d. l. Celſus*, præſertim

numer. 22. & ibi Alexand. *in addition. littera E*, & *in l. ſi poſt acceptum*, per illum textum, *de rei vendic.* & *in l. nec mora, Cod. de præſcr. long. tempor.* Bald. *in leg. fin. numer. 41. in 15. opp. C. de edict. D. Adrian. toll.* Alexand. *conſil. 118. numer. 17. volum. 2.* Balb. *in d. l. Celſus, part. 4. init.* & *numer. 9. verſic. 2. principaliter.* Aymon videndus *in dict. conſil. 201. à numer. 29.* præſertim *num.* 32. quia qui ſi ſe fundat in tempore, probare debet: gloſſa *in leg. eum qui, de neg. geſt.* Quod magis hinc declaratur, quia certum eſt, tempore contractus matrimonij inter Cæſarem, & Barbaram ſeniorem quo tempore vendita fuêre bona controuerſa D. Marco Coccapano, non potuiſſe præſcriptio-
33 nem inchoari aduersùs hypothecam D. Barbaræ conſtitutam, quia in iuribus dotalibus conſtante matrimonio non currit præſcriptio, *leg. in rebus*, §. *omnis*, vbi Bartol. *in legis ſummario, Cod. de iur. dot.* Abbas *conſil. 32. in princ.* & *conſil. 101. num. 6. in princip. libr. 1.* & *conſil. 22. numer. 2.* & *conſil. 54. numer. 1. lib. 2.* Caſtr. *conſil. 466. per tot. lib. 2.* Alexand. *conſil. 83. numer. 11. verſic. fateor, lib. 6.* Bald. Nouell. *de dote part. 7. priuil. 1. numer. 5. verſic. ſed contra prædicta*, Balb. *de præſcription. part. 6. in princ. caſ. 16. numer.* 10. conſtante enim matrimonio pro dotalibus
34 iuribus agere mulier nequit, *l. doce ancillam, Cod. de rei vendic.* & non valenti agere præſcriptio non currit, *leg. 1. in fin. Cod. de annal. except.* Abb. *d. conſil.* 22. & cæteri ſupracitati, qui loquuntur etiam in præſcriptione ſtatutaria. Pariter certum eſt ex perſona D. Marci Coccapani primi emptoris, & eius hæredum non potuiſſe præſcriptionem initium ſumere, obſtante eius mala fide, quam infrà dicemus omnem
35 præſcriptionem impedire. Sciebat enim prædium, & bona empta eſſe pro dote D. Barbaræ ſenioris obligata, ac propterea penes ſe retinere voluit ſcuta 400. reſtituenda ſolùm quando de iis daretur idoneus fideiuſſor, vel in bonis ſtabilibus ſecuris inueſtirentur pro cautione dotis dictæ Barbaræ, vt cautat inſtrumentum venditionis. Tempus igitur totum quo D. Marcus poſſedit, imputandum in præſcriptionem non eſt; atque adeò manifeſtum redditur, debuiſſe D. Marianum docere de initio propriæ poſſeſſionis, vt inciperet præſcriptionem ex perſona ſua; & de tempore ſoluti inter Cæſarem, & Barbaram prædictam matrimonij, poſt quod tempus dumtaxat præ-
36 ſcriptio currere cœpit. Aymon *dicto conſil.* 201. *numer.* 32. & cæteri ſuprà citati: qua enim fronte (vt ait Aym. proximè allegatus) aſſerimus præſcriptionem eſſe completam, ſi neſcimus quando cœperit? Quantitatis menſura ab extremis capitur: horum ſi notitia deſit, nec ſcire poſſimus quantum illud ſit, de quo quærimus. Quod ſi de præſcriptione agatur, quam prætendere poſſet D. Marcus Coccapanus, vel ab eo cauſam habentes aduersùs hypothecam, & iura in inſtrumento venditionis anni 1585. D. Cæſari Priori reſeruata ex vi clauſulæ obligationis generalis bonorum vtrimque ſecutæ, liquet nullam præſcriptionem inchoari potuiſſe, donec impleta fuerit conditio, ſub qua dumtaxat poterat D. Marcus ad ſolutionem ſcutorum 400. compelli, nempe donec D. Cæſar, vel ſcuta prædicta in bonis immobilibus inueſtiret pro cautione dotis D. Barbaræ ſenioris, vel idoneum fideiuſſorem pro illis daret; noluit enim dictus Marcus teneri ad ſoluenda illa, niſi quando adeſſet illa conditio, vt patet ex inſtrumento. Neceſſe itaque erat, vt per dictum matrimonium tempus probaretur, quo conditio imple-
37 ta haberetur, quemadmodum ex adductis conſtat. Nam in debito conditionali non cadit præſcriptio, *l. cùm notiſſimi, §. illud, C. de præſcript. 30. vel. 40. ann.* gloſſa *in capit. cùm non liceat, verb. non obſtante, de præſcript.* Rom. *conſil. 84. numero ſecundo, verſ. 2. per id*, gloſſa *in l. ſicut, verb. ſeruanda, Cod. de præſcript. 30. vel 40. ann.* Menoch. *conſil. 201. numer. 95.* Balb. *de præſcript. in 6. part. init. caſ. 22. numer. 16.* Statil. *inſpect. 2. cap. 2. numer. 285.* non valenti enim agere, vt diximus, nulla currit præ-
ſcriptio, *l. 1. in fin. Cod. de annal. except.* Prætereà 38
cùm indubitatum ſit aduersùs hypothecam prædictam neque dictum Marcum, neque eius hæredes præſcriptioni dare initium potuiſſe, obſtante mala fide, debuit D. Marianus etiam ex hoc capite docere de initio ſuæ poſſeſſionis, iuxta ſuprà allegata. Qua de re in proceſſu, ne verbum quidem. Atque ex his colligitur D. Virginiam in hoc iudicio obtinere debere non ſolùm vt hæredem Barbaræ ſenioris auiæ pro hypotheca dotali, quæ principalitor in iudicium deducta eſt, ſed etiam vt hæredem D. Cæſaris aui pro hypotheca contractui venditionis adiecta, quia D. Marianus ſuam exceptionem non probauit.

Illud mihi pro certo perſuadeo, quod ſi initium aliquod poſſeſſionis aſſignaretur, facilè etiam omnis præſcriptio ſubuerteretur; nam vſque ad annum 1728. res ferè ſemper cum minoribus, pupillis, & perſonis priuilegiatis fuit, quibus vel ipſo iure præſcriptio non currit, vel per in integrum reſtitutionem ſubuenitur. Tempus verò ab anno 1628. citra
procul dubio in præſcriptionem imputandum non eſt, 39
quia litis conteſtatio eo tempore facta præſcriptionem omnem interrumpit, ſi qua cœpit, *leg. moræ, Cod. de rei vendicat.* Bartol. *in leg. ſi poſt acceptum, numero primo, de rei vendicat.* & *in leg. naturaliter, numero 19. de vſucap.* Ruin. *conſil. 118. numero quinto, vol. 4.* Balb. 2. *part. 6. princ. q. 1. num. 5.* Rol. *conſ. 79. num. 70. vol. 1.*

Secundò non obſtat hæc exceptio, quia D. Ma- 40
rianus fuit ſemper in mala fide, vt oſtenditur ex eius confeſſione, in proceſſu, *fol.* 29. & 33. vbi narrat D. Iulium Coccapanum fideiuſſorem extitiſſe D. Marco venditori pro ſumma ſcutorum 400. & promiſiſſe de legitima defenſione dictarum terrarum quantum ſit pro dicta ſumma ad ſuſcipiendum in ſe litem, ſi quo tempore, &c. & propterea inſtat, vt D. Iulius interpelletur ad ſuſcipiendum in ſe iudicium à ſororibus prioribus motum. Sciebat igitur D. Marianus bona à ſe empta eſſe pro ſcutis 400. obnoxia D. Barbaræ Aroliæ pro ſuis dotibus, vt propterea fideiuſſorem pro ea ſumma voluerit. Certiſſimum autem eſt, præſcriptionem nullam cum mala fide poſſe proce-
dere, *cap. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. cap. vigilanti, cap.* 41
*fin.* vbi gloſſ. & omnes Canoniſtæ, *de præſcript.* Alexand. *conſil.* 213. *num.* 2. *lib.* 2. Balb. *de præſcript. 2. part. 3. part. princ. quæſt. 13. numer. 4.* Cæteros ad ſaturitatem adducit Gabr. *lib. 5. de præſcript. concluſ. 3. numer.* 1. Licèt igitur D. Marianus præſcribere potuerit aduersùs proprietatem, & dominium reſpectu cuius bonam fidem habuit, ex titulo, vt dicitur, emptionis prouenientem, non potuit tamen præſcri-
bere aduersùs hypothecam, quam ſciebat ad alterum 42
pertinere, textus eſt clarus *in l. ſi quis fundum, in fin.* vbi gloſſ. *de acquir. poſſ.* notat gloſſ. *in l. ſicut, verb. poſſidente, Cod. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Balb. 2. *part. 3. part. princ. quæſt. 4. numero 2. & 3.*

Tertiò, non obſtat exceptio, quia in iudicio Saluiani 43
debet opponi ad impediendum proceſſum & litis conteſtationem, Menoch. *de adipiſc. rem. 4. numer.* 770. Statil. *de Salu. interd. inſpect. 2. cap. 2. numer.* 265.
& *inſpect. 5. cap. 1. numer.* 108. qui plures allegat. De- 44
buit etiam eſſe liquida, vel incontinenti liquidari, Dec. *in leg. fin. numer. 22. C. de edict. D. Adrian. toll.*



Alexand. *conſil. 213. num. 1. lib. 2.* Afflict. *deciſ. 52. numer. 2.* Aym. *conſil. 204. numer. 6.* Contard. *de moment. poſſ. limit. 2. §. 4. num. 19.* Menoch. *d. rem. 4. num. 771.* Statil. *d. cap. 2. num. 267.* & *d. c. 1. num. 110.* Huiuſmodi tamen exceptio ad merita cauſæ, & in fine proceſſus oppoſita fuit, nec quicquam allatum eſt, vnde liquidetur.

45 Non obſtat tertiò exceptio præſcriptionis ſtatutariæ iuxta formam ſtatuti Carpenſis, ſub *rubr. 28. lib. 2.* Primò quia non conſtat de vtili initio poſſeſſionis, & aliis requiſitis, de quibus ſuprà.

Secundò quia, vt diximus, hæc exceptio appoſita fuit ad merita cauſæ poſt litem conteſtatam, & tamen apponi debuit antè ad impediendum proceſſum.

46 Nam in iudicio Saluiani, quod merè poſſeſſorium eſt, Rol. *conſil. 14. numer. 14. lib. 1.* Surd. *conſil. 4. numer. 36.* Neguſ. *p. 8. membr. 1. num. 2. verſ. in interdict.* Rot. *dec. 34. num. 23. p. 2. diuerſ.* non admit-
47 titur exceptio petitorium reſpiciens. Rol. Surd. & alij ſuprà citati.

Tertiò quia præſcriptio ſtatutaria non currit cum
48 mala fide, nec valet ſtatutum aliter diſponens, *c. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. cap. vigilanti, cap. fin. de præſcript.* Tancred. de Corn. *in ſuo oper. rubr. 12. quæſt. 24.* Rom. *in l. ſequitur, §. ſi viam, de vſuc.* vbi etiam Ang.
49 *num.* 2. dicit quod Barr. contrarium ſentiens *in d. §. ſi viam*, benè fecit, dum ſe iudicio Theologorum & Sanctæ Matris Eccleſiæ ſubmiſit; quod idem aſſerit etiam Alexand. *conſil. 185. numer. 26. verſ. & ſi tam, lib. 2.* Bald. *in l. 1. numer. 13. C. de ſeruit. & aq.* & *in Auth. ad hæc, numer. 29. C. de vſur.* & *in §. ſi quis per 30. numer. 9. ſi de feud. fuer. controu. &c.* & *in l. quibus diebus, §. Dominus, numer. 2. de condit. & demonſt.* & alibi ſæpe, vbi ſemper voluit quod licèt tale ſta-
50 tutum Ciuili iure non improbetur, Canonico tamen non admittatur. Alexand. *conſil. 51. num. 2. & ſeq.* vbi de veriori, & magis communi, *lib. 4.* & *conſil. 99. numer. 8. eod. lib.* & *conſil. 73. numer. 4.* & *conſil. 172. num. 19. volum. 6.* in vtroque loco dicens hanc ſententiam veram, & communem, & à mille annis ci-
51 tra approbatam vſu fuiſſe. Corn. *conſil. 328. num. 2. verſ. his tamen*, & *num.* 3. vbi de communi Legiſtarum, & Canoniſtarum, & *conſil. 180. in princ. lib. 3.* vbi de communi, & ferè indubitata ſententia, Fel. *in d. cap. fin. num. primo, de præſcript.* Matheſil. *ſing. 23.* Gratian. *conſil. 121. num. 26. 27. vol. 1.* Gabr. *lib. 5. de præſcript. concluſ. 4. num. 1.* Burſat. *conſil. 419. numero 9. lib. 4.* Surd. *deciſ. 158. num. 5. & ſeq.* Cyriac. *controuerſ. 321. numer. 50. 51.* Qui authores de magis communi, & vſu recepta opinione teſtantur, idque procedit etiamſi ſtatutum dirigat verba in creditorem negligentem, & eius odio præſcriptionem inducat. Felin. poſt Butr. *in cap. numero ſeptimo, verſ.*
52 vberrimam poſuit, *de præſcript.* Corn. *d. conſil. 180. numer. 1. volum. 3.* Surd. *d. deciſ. 158. numer. 20. & ſeq.* Nam vt rectè idem Surd. ait; quidquid adimitur creditori, adiicitur debitori, qui eſt in mala fide, vnde in effectu debitor cum mala fide lucrabitur, quod Canones nolunt, neque vim facere debemus in modo, ſed in re ipſa; & effectu, *l. inſulam, de*
53 *præſcript. verb. l. ſi vno, ff. locat.* cum ſimilibus. Cùm igitur neque negligentia creditoris remoueat peccatum, nec malam fidem debitoris, Bald. *in l. 1. nu-*
54 *mer. 13. C. de ſeruit. & aqu.* Corn. *d. conſil. 180. numer. 7. lib. 3.* Fel. *d. cap. fin. numer. 7. verſ. ſeptimam*, Surd. *d. deciſ. 158. numer.* 8. quibuſcunque verbis vtatur, ſiue in debitorem, ſiue in creditorem directis, præſcriptio ex ſententia Canonum non procedet cum mala fide, ſicut non procedit præſcriptio legalis longiſſimi temporis, in cuius locum contraria
hæc ſubrogata fuit, cuiuſque propterea naturam
retinere debet. Bald. *in l. ſuperuacuam, numer. 2. verſ.* 55
*Et eſt argumentum, C. de tempor. in integr. reſtitut.* & *in cap. 1. §. niſi iuſta, numer. 2. quo temp. inueſt. feud. pet. poſ.* Rom. *conſil. 58. numer. 3.* Caſtr. *conſil. 230. numer. 2. part.* Bald. *in cap. 1. §. Porrò, numer. 2. verſ. quæro, qualit. feud. alien. poſſ.* Fel. *in c. illud, num. 2. de præſcript.*

Rurſus procedit quod dixi, non tenere ſtatutum 56
etiamſi præſumptionem ſolutionis inducat. Bald. *in l. omnes populi, numer. 43. 44.* vbi contrariam Bart. do-
ctrinam truffam appellat, *ff. de iuſt. & iur.* & *in* 57
*Auth. ad hæc, numer. 29. C. de vſur.* Butr. *in diſput. ſtante ſtatuto, numer. 20. verſ. ex quo concluditur.* Corn. *conſil. 264. numer. 5. volum. 1.* Fel. *d. cap. fin. numer. 7. verſ. ſed tene oppoſitum.* Sicut enim per præſumptionem illam peccatum, & mala fides non
ſubmouetur, ita neque validum efficitur ſtatutum. 58
Bald. *in d. l. omnes populi, numer. 43. 44.* & alij proxi-
mè citati. In ſtatuto verò Carpenſi res clarior eſt, 59
quia non præſumit ſolutionem, ſed fingit, & diſponit quod creditoribus poſt lapſum 12. annorum fictione ſtatuti ſolutum, & plenariè ſatisfactum in-
telligatur. Cùm igitur fictio nunquam cum verita- 60
te conueniat, ſed ſemper fingat vera eſſe, quæ non
ſunt, nec probationem in contrarium admittat, 61
Menoch. *præſumpt. lib. primo, quæſt. 8. num. 8.* & *quæſt. 10. & 11.* ſequitur quod ſtatutum hoc fingens ſolutionem, quæ facta non eſt, fuiſſe factam, aduerſetur conſcientiæ, & Deo, qui ſumma eſt veritas, ac proinde non valeat. Ita in terminis eleganter concludit Corn. *d. conſil. 328. numer. 5. & 6.* vbi dicit caſum hunc eſſe extra terminos Bartoli, & ſequacium tenentium pro validitate ſtatuti. Quare cùm ſuprà oſtenſum ſit D. Marianum eſſe in mala fide, fruſtra hæc exceptio opponitur.

Quartò non obſtat exceptio, quia Statutum ex- 62
preſsè excipit caſum noſtrum, nempe contractum dotis.

Ad id quod dicitur in motiuis tranſmiſſis, dotem ſoluto matrimonio non eſſe amplius dotem, ac propterea ſtatutariæ cenſuræ ſubeſſe. Reſpondeo primò à ſtatuto non excipi dotem; ſed contractum dotis. Reſpondeo ſecundò quod licèt in ſtrictiſſima ſignificatione dos ad conſtans matrimonium referatur; nihilominus etiam ſoluto matrimonio antequam reſtituatur, propriam dotis appellationem retinet, ita vt iura de dote loquentia, de ea præcipuè ſoluto ma-
trimonio intelligantur, *rubr. & tot. tit. ff. ſolut. ma-* 63
*trimon.* & propterea vſque ad reſtitutionem fundus
remanet dotis, *leg. etiam, l. 3.* cum gloſſa, *de fund.* 64
*dot.* Immò licèt dos ante matrimonium propriè dos 65
non ſit, *leg. 1. & 2. ff. pro dot. l. in poteſtate, de ſponſal. leg. quod Seruius, de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſeq.* nihilominus iura de dote loquentia locum ſibi vſurpant in dote etiam ante matrimonium contractum, ſi eius
fauorem reſpiciant, textus eſt clarus *in l. quæſitum, §.* 66
*vltim. cum duabus ſequent. ff. de rebus auth. iud. poſſid. leg. 4. de fund. dot. in l. ſi ſponſa, de iur. dot.* & *in leg. tamen ſine, Cod. de bon. quæ lib.* & eſt communiſſima Doctorum opinio. Neque verò dubitandum eſt, quin priuilegium conceſſum à ſtatuto contractui dotis, vt contra ipſum præſcriptio non currat, etiam ad hæredes; & ſucceſſores mulieris tranſeat, vtpote cauſæ, & rei, non perſonæ conceſſum. Bald. *con-*
*ſil. 283. numer. 8. verſic. ſuper ſeptimo, libr. 3.* Bald. 67
Nouell. *de dot. p. 1. numer.* 22. Bou. *de Stat. Vrb. præſcript. gloſſ. 3. numer. 23. 24. 25.* ſicut etiam in du-
bio potiùs rei, quàm perſonæ conceſſum præſumitur, 68
Bald. & Bou. *loc. cit.*

Quibus omnibus ſtantibus ſatis apparet Virginiam

actricem ambulare in tenebris, vt ex aduerſo ſuppo-
nitur, ſed in luce veritatis, & iuſtitiæ, atque immit-
tendam eſſe in poſſeſſionem bonorum, quæ D. Mar-
cus Coccapanus à D. Cæſare Priore emit, eaque pe-
nes ſe retineat donec illi pro toto ſuo credito ſatisfa-
ctum fuerit.
Quod verò attinet ad fructus totios temporis de-
curſi in libello petitos à Barbara, & Virginia, puto
non deberi, quia D. Marianus eos fecit ſuos ratione
dominij, cui bona fides etiam adiungitur ex iuſto ti-
69 tulo, vt ſupponitur, emptionis, *leg. qui ſcit, in princip.*
& §. *primo, de vſur.* Socin. *conſ.* 170. *num.* 5. *volum.* 2.
Cùm præſertim ipſe non ſit debitor obligatus vlla
obligatione perſonali dictæ Virginiæ actrici, nec in
fructibus ab eo perceptis poſſit à dicta Virginia præ-
tendi vlla hypotheca, vtpote qui nunquam in bonis
debitoris obligantis fuerint, *l.* 1. §. *eum prædium, de*
*pignor.* Neque habenda eſt quoad hoc ratio malæ fi- 70
dei erga hypothecam, quia cauſæ dominij, & hypo-
thecæ ſeparantur, *l. vſucapio, C. de pignor.* & ſuprà di- 71
ctum fuit. Debentur tamen expreſsè damna, & inter-
eſſe, provt expreſsè in libello petita fuerunt. Bart. *in* 72
*l. properandum,* §. *ſiue autem, n.* 3. *C. de iudic.* & *in l.* 1.
*n.* 11. *C. de action. empt.* Guid. Pap. *deciſ* 405. *n.* 2. & 3.
Videndum propterea erit quid interſit Virginiæ poſ-
ſeſſionem bonorum controuerſorum non fuiſſe ſibi
ceſſam ab anno 1628. quo tempore lis conteſtata fuit.
Et hæc ſunt, &c. Saluo, &c.

*FINIS.*

# INDEX RERVM OMNIVM

## Quæ in hoc tertio Controuerſiarum Libro continentur.

*Primus numerus paginam, ſecundus numerum marginalem indicat.*

### A


ABſolutio non eſt deneganda pœnitenti opinionem minùs probabilem ſequenti. p.22.n.46
Abbas, & Superior non poteſt præſentare ſine conſenſu Capituli. p.23.n.3
Abſurdum non eſt dicendum. p.48.n.56
Abſolutio à iuramento an faciat contractum validatum redire ad nullitatem. p.87.n.90
Accuſationem ex affectu iuſtitiæ nemo tenetur dimittere. p.21.n.19
Accuſatio non calumnioſa licita eſt. ibid.n.21
Accuſatore non probante reus abſoluitur. p.38.n.6
Actus ſi reuocetur, cenſentur etiam reuocati omnes effectus ab eo prouenientes. p.45.n.16
Actus omnis contrahentium à conſenſu regulatur. p.48. n. 45
Actus omnis iudiciarius parte non citata eſt nullus. p.61.n.17
Actus contra formam iuris eſt nullus. p.62.n.24
Actus iudicialis non prodeſt niſi acceptanti. p.64.n.59
Actus præſumitur factus provt eſt vtilius agenti. ibid. n.63
Actum debet cenſeri quod eſt cum minori damno agentis. p.65.n.64
Actibus ex voluntariis tantùm præſumitur factum quantùm neceſſitas vrget. ibid n.66
Actus dubius poteſt ab agente declarari. ibid.n.68
Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem. p.92.n.81
Actus tribuitur mandanti, non exequenti. p.101.n.14
Adiudicatio quid requirat. p.55.n.33
Adiudicari non poſſunt creditori niſi bona debitoris. p.60.n.1
Adiudicatio, & quodlibet decretum eſt nullum ſine citatione partis. p.61.n.9
Adiudicationis bonorum debitoris forma vnde ſumatur. p.61.n.22
Adiudicatio fieri non poteſt niſi parte citata. ibid. in fin.
Adiudicatio pro maiori ſumma, quàm ſit debitum, in totum eſt nulla. p.62.n.27
Adiudicatio, & ſubhaſtatio excedens debitum, in totum eſt nulla. p.67.n.102
Afflictio non eſt addenda afflicto. p.35.n.32
Agens ſine actione repellitur. p.55.n.25
Agens ex teſtamento dicitur agere actione perſonali. p.7. n.40
Alimentorum cauſa æquiparatur cauſæ piæ. p.51.n.5
Alienare prohibitus poteſt alienare ex cauſa neceſſaria, vel legali. p.7.n.45
Alienans præſumitur alienare ex cauſa neceſſaria. ibid. n. 46
Alienans ex neceſſitate non dicitur alienare iudicij mutandi causâ. ibid.n.47
Alienatio dicitur ſine cauſa, vbi non conſtat de debito. p.64.n.53
Alienatio bonorum fideicommiſſi non nocet non conſentientibus. p.96.n.2
Alienatio permiſſa non offendit mentem teſtatoris. ibid. n. 5.
Alinatio bonorum fideicommiſſi poteſt fieri conſentientibus quorum intereſt. p.97. n.16
Alienatio fideicommiſſi tenet conſentientibus quorum intereſt. ibid.n.21
Alienantes inuicem bona fideicommiſſi pœnam ſibi remittere cenſentur. p.98.n.28
Alienationem nullam quando Princeps cenſeatur conualidaſſe. ibid.n.29
Alternatiuæ vna pars eſt intelligenda ſecundùm aliam. p.110.n.16
Amoris ſigna ſpecialia non tenemur exhibere inimico niſi in caſu neceſſitatis. p.22.n.35
Ambiguitas ſi non eſt in verbis, nihil eſt dubitandum. p.102.n.24
Antiquior quando ſuccedere debeat. p.13.n.54
Antecedens qui vult, vult etiam omne neceſſarium conſequens. p.49.n.66
Antecedens qui vult, etiam vult conſequens. p.54.n.57
Annexa dicuntur, quæ ſunt indiuidua. p.65.n.69
Antecedens qui vult, vult etiam omne conſequens neceſſarium. p.85.n.14
Appellatio ſuſpendit iudicatum donec fuerit cognitum de iuribus appellantis. p.6.n.24
Appellatio reponit cauſam in priſtinum ſtatum. ibid. n.25
Appellans non deductum, & non probatum poteſt deducere, & probare. ibid.n.26
Apocha cum obligatione Camerali quomodo, & quando exequenda. p.61.n.19
Appellatio datur à quocumque grauamine. p.103. numero 3.
Appellare permiſſum eſt à mala ſtatuti interpretatione. ibid.n.4
Appellatione ſublata non intelligitur ſi ſententia ſit euidenter iniuſta. ibid.n.7
Arma, & inſignia alicuius tollens, vel corrumpens, puniendus eſt arbitrio Iudicis. p.68.n.1
Arma, & inſignia tenere ſi quis prohibeatur in loco ſoli-

to, quæ remedia habeat. ibid.n.4
Argumentum à contrariis non valet, vbi diuerſa eſt ratio. p.70.n.26
Argumentum non valet à ſtatuto fauorabili ad odioſum. p.89.n.33
Articuli plenè probant contra articulantem. p.93.numer.92
Articuli non admittuntur quorum probatio nihil releuat. p.95.n.104
Argumentum à genere ad ſpeciem valet. p.97.n.12
Aſſecuratio capitalis, & lucri in mercimoniis fieri poteſt cum moderamine. p.57.n.49
Aſſecuratio ſortis,& lucri quomodo fieri poſſit.p.56.numer.47
Authoritas Superioris ſatis eſt ſi ſequatur poſt actum factum. p.98.n.30

B

BAptiſmi liber probat ætatem, & filiationem. p. 10. n.13
Banno non prolato non poteſt puniri recipiens bannitos. p.43.n.7
Bannitos recipiens non poteſt puniri, niſi fiſcus probet habuiſſe ſcientiam banni. ibid.n.8
Bannitos recipiens excuſatur, ſi doloſè non fecit. ibid. n.10
Bannitum recipere quid ſit. ibid.n.11
Bannitos non dicitur recipere, qui dat ſemel eis potum, & cibum. ibid.n.12
Beneficium eſſe de iurepatronatu laicorum difficilè admittunt Ordinarij. p.11.n.22
Beneficia Eccleſiaſtica non poſſunt conferri puero minori 14. annis,ſaltem inceptis. p.85.n.8
Beneficium Eccleſiaſticum poteſt conferri puero ſeptenni, & minori 14. annis ex lege fundatoris. ibid.n.9
Bona accataſtrata in libro æſtimi tranſeunt cum ſuo onere. p.16.n.21
Bona fides excuſat,ne quis amittat,non vt acquirat.p.25. n. 27
Bonus quilibet præſumitur, niſi probetur malus. p. 34. n. 18
Bona deſcripta ſunt obligata pro oneribus. p.17.n.28
Bona ſunt obligata pro alimentis, quando fructus eorum causâ almentorum legantur. p.51.n.11
Bona ſunt acceſſoria perſonarum, & ſic exempta, ſicut perſona Clerici. p.54.n.16

C

CAmeralis obligatio requirit obſeruantiam *l.à Diuo Pio, de re iud.* p.60.n.6
Cameralis obligatio non poteſt exequi ſine citatione partis. ibid.n.7
Cameralis obligationis forma ſi non eſt extenſa, non poteſt fieri executio. p.61.n.20
Cameralis obligatio reſoluitur,ſi contractus eſt nullus. p.62.n.30
Canonicus expulſus à Principe, vel Capitulo percipit interim diſtributiones. p.33.n.5
Canonicus abſens vltra annum tenetur renuntiare canonicatui, ſi non poteſt reſidere. p.34.n.7
Canonicus an cogendus ſit ad renuntiandum, ſi impeditur reſidere. ibid.n.8
Canonicus culpa ſua abeſſe compulſus,non lucratur diſtributiones. p.34.n.15
Canonicus iuſſus exulare interim percipit diſtributiones. p.35.n.24
Canonicus iuſtè carceratus, quando poſſit lucrari diſtributiones. ibid.n.25
Canonicus quando teneatur petere licentiam abſentiæ ad lucrandum diſtributiones. ibid.n.26
Canonicus in caſu violentiæ,& nececeſſitatis non tenetur petere licentiam abſentiæ. p.35.n.27
Canonicus ad lucrandas diſttibutiones, an teneatur in caſu neceſſitatis petere licentiam abſentiæ. ibid.n.30
Canonicus tenetur petere licentiam abſentiæ, vt euitetur contemptus ſuperioris. ibid.n.31
Canonicus debet eſſe in ætate, vt poſſit ſacris initiari. p.8.n.3.
Canonicus Collegiatæ poteſt eſſe puer ſeptennis ex lege fundationis. ibid.n.17
Canonici Cathedralis Eccleſiæ cuius ætatis eſſe debeant. p.85.n.15
Canonicus Collegiatæ poteſt eſſe, qui habet 14. annos cœptos. p.85.n.18
Canonicus Collegiatæ poteſt eſſe puer ſeptennis de iure communi ante Concilium. ibid.n.16
Canonicatus Collegiatæ, & beneficia ſimplicia quoad ætatem parificantur. p.86.n.19
Capellaniæ locorum de iurepatronatus poſſunt conferri minori 14. annis. ibid.n.21
Capucini,& Minores ſunt incapaces ſucceſſionis. p.24. n. 16
Carcerandus non eſt reus ſine indiciis,aliàs iudex tenetur in ſyndicatu. p.40.n.51
Carcerandi facultas pendet à iudicis arbitrio. p.37.n.1
Carcerari poteſt reus conſtito de corpore delicti. ibid. num.3
Captura perſonæ non debet eſſe principium cauſæ in criminalibus. p.39.n.35
Captura non debet fieri ſine præcedentibus indiciis. ibid.n.36.
Captus ſine indiciis debet ſtatim relaxari ſine impenſa. p.39.n.38
Captura quomodo ſit iudicibus arbitraria. p.41.n.52
Captus iniuſtè, & ſine indiciis poteſt ſine pœna carceres frangere, & aufugere. ibid.n.53
Carcer infamat,& affert damnum irreparabile.p.40.n.44
Carceres frangens non habetur pro confeſſo, ſi iniuſtè fuit captus. p.41.n.55
Cataſtrum probat bona deſcripta eſſe obnoxia oneribus, & quando. p.16.n.9
Cataſtrum, & liber æſtimi pro eodem vſurpantur. ibid. num.6
Cataſtrum non probat contra non ſubditum, vel clericum. ibid.n.14
Cataſtrum quomodo fidem faciat. p.17.n.25
Cauſa iuſta præſumitur in Principe. p.34.n.19
Cauſa iuſta non præſumitur in Principe,in damnum,& præiudicium alterius. ibid.n.20
Cauſa iuſta non præſumitur in Principe, quando agitur negotium cum non ſubdito. ibid.n.21
Cauſa noua, & legitima ſuperueniente, licet à quacumque promiſſione recedere. p.47.n.40
Cauſæ defectus poteſt opponi contra obligationem cameralem. p.66.n.80
Cauſa expreſſa in procemio cenſetur. p.92.n.79
Cedentis actiones poſt ceſſionem ſunt inefficaces, & non poteſt amplius exigere, vel cedere. p.78.n.8
Cedenti creditori poteſt debitor ſoluere, ſi ignorat ceſſionem. ibid.n.10
Cedentis confeſſio non præiudicat ceſſionario habenti cauſam oneroſam. ibid.n.11
Cedentis in poteſtate non debet eſſe priuare ceſſionarium iure ſuo. p.78.n.14
Cedens poſt ceſſionem non poteſt ceſſionario præiudicare. p.79.n.23.
Cenſus ceſſus tranſit in ceſſionarium. p.77.n.33
Cenſus rectè probatur inſtrumento, quod eſt inſtar caſus legis. ibid.n.2
Cenſum cedens non poteſt amplius illum retrouendere. p.78.n.9
Cenſus non poteſt validè creari niſi pecunia numeretur coram Notario, & teſtibus. ibid.n.16
Cenſus non poteſt redimi, niſi pretium reſtituatur, cum effectu numeratione facta. ibid.n.17
Cenſus non extinguitur niſi per actum retroſimilem. p.79.n.18
Cenſus extinctio requirit pecuniam numeratam. ibid. n.19
Cenſus in redemptione poteſt fraus interuenire, ſicut in creatione. ibid.n.22
Cenſus admittit pactum, vt in extinctione requiratur cenſus certæ perſonæ. p.79.n.27
Cenſus extinctio ſi eſt nulla, adhuc fructus debentur. ibid.n.28
Cenſus retrouenditio debet fieri expreſsè, non tacitè. ibid.n.29
Cenſus vt extinguatur, neceſſaria eſt retrouenditio,quia requiritur actus retroſimilis. p.79.n.30
Cenſus non extinguitur per confeſſionem de pretio recepto. ibid.n.31
Cenſum retrouendere quid ſit. ibid.n.32
Ceſſante cauſa, ceſſat effectus. p.35.n.32
Ceſſione facta omnes actiones tranſeunt in ceſſionarium,cui amplius præiudicari non poteſt. p.77.n.4
Ceſſionarius poteſt cogere debitorem ceſſum ad ſoluendum. ibid.n.5
Ceſſionarius repræſentat perſonam cedentis, & ſortitur eius priuilegia. p.78.n.6
Ceſſionarius ſuccedit in vniuerſum ius,& locum cedentis. ibid. n.7
Ceſſio quando ſit facta ad commodum ceſſionarij.p.78. num.13
Ceſſionario non poteſt tolli ius quæſitum à cedente. p.79.n.24.
Citari non poteſt reus niſi contra eum exiſtentibus indiciis. p.39.n.31
Citatio tertij, cui præiudicatur in conſequentiam, non eſt neceſſaria. p.49.n.61
Citationis ex defectu nullitas non tollitur à ſtatuto remouente omnes exceptiones. p.61.n.10
Citationis defectus an poſſit tolli per ſtylum, vel vſum iudiciorum. ibid.n.14
Citatio requiritur, vbi etiam proceditur ſine figura iudicij. ibid.n.15
Citatio eſt iuris naturalis, & ideo Deus citauit Adam. ibid.n.16
Citandus eſt reus ad intereſſendum æſtimationi eius bonorum. p.65.n.75
Citandus eſt reus ad videndum fieri adiudicationem. ibid.n.76
Citatio eſt neceſſaria in deliberatione, & adiudicatione. p.66.n.87
Certi nihil firmari poteſt,ob varias DD.ſententias. p.72. num.3
Ciuis loci præſumitur, qui deſcriptus eſt in libro æſtimi. p.17.n.27
Clericus, & Eccleſia tenetur ad onera pro bonis acquiſitis. p.17.n.34
Clericum percutiens ſine animo iniuriandi, non incurrit excommunicationem. p.30.n.45
Clerici non ſunt carcerandi leui ex cauſa, nec facilè ſunt de fuga ſuſpecti. p.40.n.41
Clericorum carceratio eſt facienda cum magna conſideratione. ibid.n.45
Clerici non poſſunt carcerari, niſi præcedant indicia,& fugæ ſuſpicio. ibid.n.46
Clericis prohibetur exercitium mercaturæ. p.54.n.1
Clerici non poſſunt contrahere ſocietatem ſuper mercatura. ibid.n.3
Clericus non poteſt conueniri coram iudice laico,etiamſi conſentiat. p.54.n.15
Clericus etiam contumax non poteſt iudicari à iudice laico. ibid.n.17
Clericus poteſt negotiari per alium, & ſecretè. p. 58. num. 62
Clerici poſſunt contrahere ſocietatem ſuper officiis Romanæ Curiæ,& dare pecunias ad cambium.ibid.n.63
Clerici poſſunt licitè negotiari per alium pro ſua, & ſuorum ſuſtentatione. ibid.n.65
Clerici quando non poſſint licitè negotiari per alium. p.58.n.66
Clerici negotiantis intentio ſpectanda eſt. p.59. numer.67
Clericus negotiator non dicitur, qui ſemel, vel bis negotiatus eſt. ibid.n.68
Clericus poſt delictum deſerens habitum puniendus eſt à iudice laico. p.69.n.5
Clericus delinquens tempore clericatus,ſi poſtea fiat laicus, adhuc puniri debet ab Epiſcopo. ibid.n.7
Clericus poſt delictum factus laicus debet remitti ad iudicem Eccleſiaſticum puniendus. ibid.n.8
Clericus delinquens etiamſi poſtea vti laicus vxorem ducat, non punitur à iudice laico. ibid.n.9
Clericus vt gaudeat priuilegio fori, ſufficit geſſiſſe habitum tempore delicti, licet poſtea illum dimiſerit. p.69.n.9
Clericus non eſt ſubiectus iudici laico in actu, nec in habitu, nec in potentia. p.70.n.21
Clericus puer, & minorum ordinum poteſt præſentari, ſic diſponente fundatore. p.85.n.10
Clericus in fauorabilibus gaudet priuilegiis ſtatutorum. p.19.n.4
Clauſula, *Rebus ſic ſtantibus, & firmo manente rerum ſtatu*, intelligitur in omni contractu. ibid.n.44
Clauſulæ iuramenti, & obligationis Cameralis, & aliæ nihil operantur deſtructo principali. p.50.n.70
Clauſula iuramenti refertur ad omnia in inſtrumento contenta. p.90.n.48
Clauſula poſita in fine inſtrumenti refertur ad omnia præcedentia. p.89.n.43
Clauſula iuramenti ſe extendit ad omnia, quæ ex actu deſcendunt. p.90.n.49
Clauſula, *pro iurato*, operatur omnes effectus iuramenti, excepto periurio,& foro. p.91.n.57
Clauſula, *pro iurato*, non validat quæ aliàs non valerent. ibid.n.58
Clauſulæ, *pro iurato*, vis,& efficacia. p.91.n.66
Clauſula, *pro iurato*, quid operetur. p.92.n.75
Clauſula, *pro iurato*, nihil operatur, vbi iuramentum non validat contractum. p.93.n.85
Clauſula, *ſub refectione omnium damnorum*, efficit, vt omne intereſſe peti poſſit. p.45.n.5
Colluſio non præſumitur. p.6.n.34
Collectas etiam præteritas tenetur ſoluere emptor rei obnoxiæ. p.17.n.32
Collecta eſt onus mixtum. p.99.n.4
Collecta imponitur poſſeſſori, & domino, non colono. ibid.n.8
Collectis in exigendis attenditur conſuetudo, & obſeruantia. ibid.n.12
Collectæ imponuntur poſſidentibus pro ſuo. ibid.n.13
Colonus partiarius lucratur dimidium fructuum pro ſuo labore,& expenſis. p.52.n.18
Coloni Eccleſiarum quoad portionem colonicam non ſunt immunes. p.98.n.1
Coloni Eccleſiarum ſunt immunes ab oneribus realibus, & mixtis. p.99.n.5
Coloni Eccleſiarum non tenentur ad onera, quæ imponuntur perſonæ pro rebus. ibid.n.7
Coloni Eccleſiarum ſunt exempti etiam quoad portionem colonicam. p.99.n.9
Colonus quando non poſſit grauari pro portione colonica. ibid.n.10
Coloni non poſſident pro ſuo,ſed nomine domini. ibid. n.14

# Index Rerum Notabilium.


Coloni Eccleſiarum non poſſunt collectari vbi non eſt ſolitum. p.99.n.16
Coloni Eccleſiæ tenentur ad collectam pro portæ ingreſſu. p.100.n.18
Coloni an teneantur ad collectas, cognitio ſpectat ad Eccleſiaſticum. ibid.n.19
Conceſſio Principis non debet alteri eſſe damnoſa. p.46. num.18
Conductores ex facto locantis impediti vti, & frui, non tenentur ad penſionem. p.45.n.3
Conductores iuſtè petunt damnum emergens, & lucrum ceſſans, ſi à locatore impediuntur vti, & frui. ibid. num.4
Conductores poſſunt retinere penſionem per exceptionem non implementi. ibid.n.6
Conductor ſi impediatur vti frui culpâ locatoris, vel ſuâ, quid conſequi debeat. p.46.n.27
Conductor ſi impediatur vti frui facto Principis, quid prætendere valeat. ibid.n.30
Conductor impeditus vti frui facto locatoris iniuſto poteſt conſequi etiam intereſſe lucri ceſſantis. p.47.n.34
Conductori, & locatori licet ex lege, cauſa ſuperueniente à locatione recedere. ibid.n.39
Conductor impeditus facto locatoris iuſto conſequitur ſolùm remiſſionem mercedis. ibid.n.35
Conditio nihil ponit in eſſe. p.110.n.18
Confeſſarij debent abſoluere, qui recuſant remittere actionem iniuriarum. p.21.n.16
Confeſſarij non debent facilè denegare abſolutionem iniuriatis vindictam petentibus. p.22.n.45
Confeſſarius peccat mortaliter pœnitenti ſequenti opinionem minùs probabilem denegans abſolutionem. ibid.n.47
Confeſſio etiam ſpontanea ſine indiciis non valet, nec nocet. p.42.n.67
Confeſſio rei nihil præiudicat non conſtito de corpore delicti. ibid.n.3
Confeſſio extraiudicialis probanda eſt per duos teſtes. p.43.n.17
Confratres ſodalitatum piarum poſſunt conueniri coram iudice laico. p.38.n.33
Confeſſio cedentis poſt ceſſionem factam non præiudicat ceſſionario. p.78.n.15
Confeſſio dotis receptæ quando non cenſeatur facta ſub ſpe numerationis. p.88.n.15
Confeſſio dotis receptæ eſt executio donationis promiſſæ ob matrimonium. p.89.n.38
Confeſſio de dote recepta eſt valida ſecundum ſtatutum Regij. p.90.n.55
Confraternitas laicorum poteſt conueniri coram iudice Eccleſiaſtico, vbi agitur de adminiſtratione bonorum. p.38.n.34
Connexitas non datur vbi vnum poteſt ſtare ſine altero. p.65.n.70
Contrahentes cenſentur voluiſſe quod veriſimilius eſt. p.32.n.52
Contumax verus dici non poteſt ad domum citatus, quia requiritur perſonalis citatio. p.41.n.57
Contumax verus dici non poteſt niſi perſonaliter citatus. p.42.n.66
Contractus licitus efficitur per conſuetudinem. p.58. n.56
Contradictor legitimus eſt qui cum titulo poſſidet. p.80. num.6
Contradictor eſt legitimus, qui aquiſiuit poſſeſſionem à teſtatore, vel eius hærede. ibid.n.7
Contradictor legitimus non eſt, qui titulum acquiſiuit, & poſſeſſionem à tertio poſt mortem teſtatoris. p.80. num.8
Contradictor legitimus debet habere parem titulum cum hærede, ſecus ſi habeat imparem. ibid.n.9
Contradictor legitimus ſi exter contra hæredem, quomodo cauſa ſit tractanda. p.81.13
Contractus nullus an validetur per clauſulam, *pro iurato*. p.93.n.84
Contractus ſimulatus quando firmetur iuramento. p.90. n.52
Communis vſus loquendi notariorum non eſt probandus. p.27.n.14
Communis Doctorum opinio quænam eſſe dicatur. p.74.n.36
Communem opinionem facit gloſſa cum tribus DD. ibid.n.37
Conſtitui non poteſt reus ſine indiciis. p.39.n.32
Conſuetudo non excuſat ab vſuris. p.54.n.12
Conſtitutio Pij .V. de lucris quomodo procedat. p.57. n.51
Conſtitutio Sixti V. de non ſaluando capitali, quomodo procedat. ibid.n.52
Conſuetudo peccandi non excuſat, & quomodo. p.58. n.57
Conſuetudo poteſt interpretari, an contractus ſit licitus. ibid.n.58
Conſulere priùs rebus ſuis, quàm alienis vnuſquiſque præſumitur. p.65.n.65
Contractus nullus quando debeat ſeruari ob iuramentum. p.93.n.87
Conſenſus non præſumitur. p.25.n.30
Conſenſus requiſitus poteſt præſtari etiam poſt actum. ibid.n.28
Conſenſus non præſumitur in præiudicialibus. p. 65. n.67
Conſenſus circa vnum actum adhibitus non præiudicat quoad alterum. ibid.n.72
Conſenſus præſtitus intelligitur, ſi res fiat ritè, & rectè. p.67.n.93
Conſenſus ſuperioris debet præcedere actum, in quo debet interuenire. p.96.n.1
Conſuetudo non poteſt tollere immunitatem Eccleſiæ. p.99.n.17
Conſuetudo eſt quid facti, & plenè probanda. p.104. n.18
Conſuetudo vt inducatur, quæ requirantur. p.105.n.31
Conſuetudo in extraiudicialibus non requirit obtenta fuiſſe in contradictorio. ibid.n.33
Conſuetudo iudicialis requirit fuiſſe obtentum in contradictorio iudicio. ibid.n.35
Conſuetudo, quæ reducit ad ius commune, non requirit contradictorium. ibid.n.36
Conſuetudo non dicitur inducta ceſſante contradictione. p.106.n.37
Conſuetudo quando liget ſolùm volentes, & non contradicentes. ibid.n.39
Conſuetudo eſt difficilis probationis, & debet eſſe accepta à Populo. ibid.n.40
Conuenti, & Nouitij non habent vocem in Capitulo. p.25.n.31
Corpus delicti in cauſis criminalibus in primis eſt probandum. p.42.n.1
Corpore delicti non probato reus non poteſt condemnari, & ſententia eſt nulla. ibid.n.2
Corpus delicti liquidè probari debet, non per coniecturas. p.43.n.4
Corruptio fit ſemper ab ambitione. p.28.n.20
Corpus delicti eſt ipſum bannum, quando agitur de pœna recipientis bannitos. p.43.n.4
Corrigiæ ſtatutum de ſucceſſionibus quomodo intelligatur. p.110n.23
Creditor non poteſt accipere tenutam bonorum, quæ ſibi non ſunt obligata. p.55.n.25
Creditoris vox in Statutis non comprehendit mulierem creditricem. p.100.n.2
Creditorum vocabulum non continet fœminam in Statuto exorbitanti. p.103.n.1





Curati liber probat mortem, natiuitatem, & deſcendentiam. p.4.n.5
Culpa non nocet ſi non eſt præordinata ad caſum. p.34. n.17
Culpa non eſt in eo, qui fecit quod fieri ſolitum eſt. p.47. n.36
Culpa non præſumitur, ſed probanda eſt ab allegante. p.34.n.16


## D.


DAmnum ille dicitur ſentire, qui de tuo aliquid perdit, non etiam ſi non lucretur. p.46.n.20
Debitor eſt manutenendus in quaſi poſſeſſione ſoluendi quod erat ſolitus ſoluere, & non vltra cogendus eſt. p.33. n.58
Debitor ſoluens cedenti per confeſſionem de recepto non liberatur. p.78. n.12
Datum ex cauſa dotis non poteſt repeti. p.88.n.16
Debitor ſcutorum aureorum ponderis pilæ poteſt ſoluere in alia moneta. p.81. n.1
Declarationes, & Decreta S. Concilij non habent vim legis niſi in cauſa illa. p.34. n.12
Declarationes S. Concilij non obligant niſi authenticè conſtet de illis. ibid.n.14
Deciſoria reſpicit Statutum de executione contra creditores, & quando. p.104.n.22
Decretum Ducale de non iurando in contractibus quando factum, & quid contineat. p.91.n.67
Decretum ſuper clauſula, *pro iurato*, quid operetur. p.94.n.96
Delicto non litis initium conſideratur pro iuriſdictione exercenda. p.70. n.20
Delicti tempus attenditur, vt cognoſcatur cuius ſit iuriſdictio. p.69.n.10
Delictum non eſt, niſi quod fit doloſè, & malo animo. p.38.n.21
Delicta mixti fori quomodo puniantur à diuerſis Iudicibus. p.71. n.30
Denominatio contractuum non fit verbis, ſed ab effectu. p.7. n.44
Deſcendentia probatur ex libro Baptiſmatis. p.4.n.3
Deſcendentia probatur ex teſtibus de auditu. ibid.n.5
Deſcendentia probatur per indicia, & coniecturas. ibid.n.6
Deſcendentia probatur ex duobus teſtamentis, vel inſtrumentis. p.10. n.15
Deſcendentia probatur leuioribus probationibus in antiquis. ibid. n.26
Deſcendentia probatur ex fide Baptiſmi, & enunciatiuis inſtrumentorum. ibid. n.18
Deſcendentia probata reſpectu vnius fratris, cenſetur probata etiam reſpectu alterius. p.11. n.24
Deſcendentiam in iurepatronatu ſufficit probare ab vltimo præſentante. ibid. n.26
Deſcriptus in libro æſtimi præſumitur conſenſiſſe. p.17. n.24
Diſpoſuiſſe quilibet præſumitur de rebus ſuis, non de alienis. p.58. n.54
Diſtributiones quotidianæ abſentibus non debentur p.33. n.1
Diſtributiones non debentur illi, qui iuſtè fuit eiectus è Ciuitate. ibid.n.2
Diſtributiones vt debeantur abſenti, requiritur iuſta cauſa, & ſimul licentia Epiſcopi. ibid. n.3
Diſtributiones debentur legitimè impedito, ne inſeruiat. p.33. n.4
Diſtributiones debentur Canonico abſenti, qui reſidere non poteſt ex facto Principis. ibid. n.6
Diſtributiones debentur Canonico reſidere impedito, donec impedimentum durat. p.34.n.9
Diſtributiones poteſt Canonicus percipere in abſentia, donec durat neceſſitas abſentiæ. ibid. num.10
Diligendi ſunt inimici. p.20.n.9
Diſtractus requirit eaſdem ſolemnitates, quas contractus. p.79.n.20
Doctoris vnius auctoritas pro lege ſeruanda eſt, ſi non habet contradictorem. p.103.n.2
Donatio ſponſi facta ſponſæ quando valeat. p.88.n.7
Donatio à viro ſene facta ſponſæ iuueni quomodo valeat. ibid. n.13
Donatio inter virum, & vxorem, vel dilata in tempus matrimonij eſt nulla. p.88.n.18
Donatio inter virum, & vxorem iuramento confirmatur. ibid. n.19
Donatio inter ſponſum, & ſponſam iure communi valet. ibid. n.20
Donatio inter ſponſos an prohibeatur Statuto Regij. ibid. n.22
Donatio propter nuptias poteſt fieri etiam poſt matrimonium. p.89. n.31
Donatione prohibita non cenſetur vetita quæ fit in augmentum dotis. ibid. n.36
Donatio causâ matrimonij non eſt ſimplex, ſed ob cauſam. ibid. n.37
Donatio facta à ſponſo ſene ſponſæ iuueni eſt potius compenſatio, & remuneratio. p.89.n.39
Donatio reſultans ex confeſſione dotis receptæ confirmatur iuramento aſſertorio. p.90. n.45
Donatio præſumpta ex confeſſione dotis receptæ validatur iuramento aſſertorio, & confirmatorio. ibid. n.46
Donatio inter virum, & vxorem morte confirmatur. p.90. n.53
Donatio morte confirmata non annullatur à Statuto prohibente legare. ibid. n.54
Donatio facta à ſponſo ſponſæ valet. p.91. n.61
Donatio ſolo conſenſu perficitur. ibid. n.62
Donatio ex cauſa dotis, vel matrimonij nullas requirit ſolemnitates. ibid. n.64
Dos an poſſit peti à muliere, quæ ſub conditione excluditur. p.110.n.19
Dos non eſt propriè ante matrimonium. p.88.n.23
Dotis receptæ confeſſio an noceat marito, vel etiam creditoribus. p.88. n.5
Dotis augmentum quodnam dicatur. ibid. n.9
Dotatam mulierem quando oporteat eſſe, vt excludatur à Statuto. p.109.n.14
Dotandi facultas in conditione poſita non tranſmittitur ad hæredes. p.111.n.32
Dotandi fœminas conditio quomodo ſit implenda. ibid. n.33
Dubia res redditur, & incerta, ſi rationes ſint reddendæ, & facienda computa. p.102.n.26
Ducatus ſi eſt in obligatione, quid ſolui debeat pro eo. p.82. n.13
Ducatus aureus de Camera æſtimatur vno ſcuto aureo cum vno iulio. p.83. n.29
Duplici gabella non tenetur quis ex vnico contractu. p.107. n.7
Dupla aurea conſtituit duo ſcuta aurea. p.82. n.4
Dupla aurea efficit præciſè duo ſcuta aurea. p.83.n.25


## E.


EA, quæ omnibus proſunt, præponuntur iis, quæ quibuſdam tantùm vtilia ſunt. p.45.n.12
Eccleſia, & Clericus non tenetur ad oneta extraordinaria pro bonis aquiſitis. p.17.n.36
Eccleſiaſtici ſoli poſſunt recipere oblationem ex Synodo Parmæ. p.38. n.7
Emphyteuta, & Vaſſallus Eccleſiæ tenentur ad gabellas Laicorum. p.106.n. 2
Emphyteutæ, & feudatarij Eccleſiæ ſunt immunes à

collectis, & gabellis Laicorum. p.108. n.18
Epiſcopus, & Epiſcopalia iura habens poteſt facere gratiam de omni delicto. p.19. n.2
Epidimia eſt morbus, & regina infirmitatum. pag.28. num.28
Epiſcopus carcerans Clericos ſine indiciis eſt excommunicatus. p.40.n.49
Epiſcopus non debet eſſe promptus ad carcerandum Clericos. p.40.n.43
Æquipollentium quid fiat, non refert. p.56.n.40
Æquiparatorum eadem eſt diſpoſitio. p.86.n.20
Æqualitas in iudiciis eſt ſeruanda. p.101.n.10
Erubeſcimus ſine lege loqui. p.34.n.11
Æſtimi liber probat contra ſubditos, non contra forenſes. p.16.n.8
Æſtimi liber probat contra conſentientem deſcriptioni, non contra alios. ibid. n.13
Æſtimi liber probat bona oneribus obnoxia. ibid.n.11
Æſtimatores bonorum debent iurare de æſtimatione legaliter facienda. p.17.n.25
Æſtimationi vt pars interſit, citari debet. ibid.n.26
Æſtimatio monetæ, quæ non reperitur, quomodo fiat. p.84. n.30
Ætas non tranſmittitur ad hæredes. p.14.n.66
Ætas non poteſt repræſentari. ibid. n.67
Ætas 14. annorum inceptorum requiritur ad obtinendum beneficium ſimplex. p.85. n.1
Euictionis actione quando teneatur ille, pro quo Iudex rem adiudicauit creditori. p.66.n.84
Euictionis cauſâ vt quis obligetur ob factum Iudicis, quid requiratur. ibid. n.88
Exactoris publici liber fidem facit. p.16.n.16
Exceptionis non implementi effectus. p.45.n.7
Exceptio, tu non es nominatus in inſtrumento, eſt præcipuè attendenda. p.83.n.16
Exceptio proueniens ex eodem inſtrumento ſemper admittenda. p.66.n.82
Exceptio dotis non numeratæ non apponitur contra inſtrumentum guarentigiatum. p.87.n.4
Exceptio dotis non numeratæ quando ceſſet. p.88.n.14
Exceptio in vno firmat regulam in aliis. p.92.n.70
Exceptio ſimulationis, & dotis non numeratæ quando poſſint opponi. p.93.n.91
Excommunicatio eſt iniuſta ſine trina monitione, & nulla ſine citatione. p.41.n.63
Excommunicationis ipſo iure latæ declaratio non poteſt fieri ſine partis citatione. p.42.n.64
Excommunicari non poteſt citatus ad domum, quia requiritur perſonalis citatio. ibid. n.65
Executio ſententiæ quando fiat contra ſingularem ſucceſſorem. p.7.n.39
Executio non poteſt fieri contra eum, cuius iura non ſunt deducta in iudicio. p.64.n.56
Exempla non reſtringunt. p.70.n.19
Executiuè non poteſt agi contra hæredem, niſi probetur eſſe hæres. p.101.n.16
Exigendi quaſi poſſeſſio acquiritur ex ſolutione facta à tertio. p.18.n.39
Expenſæ tantùm deducuntur, quæ fiunt gratiâ colligendorum fructuum. p.52.n.17
Expreſſum dicitur quod colligitur ex verbis expreſſis. p.90.n.50

F.

FActum iudicis cenſetur factum debitoris, non alterius. p.60.n.3
Factum non conſideratur, cuius omiſſio non profuiſſet. p.47.n.32
Factum notabile, quod tangit omnes, nemo præſumitur ignorare. p.48.n.55
Factum principale, ſi eſt permiſſum, valet etiam iuſtè fieri in eius conſequentiam quod erat prohibitum. p.49. n.68
Facta non præſumuntur, niſi probentur. p.61.n.12
Factum iudicis dicitur factum partis, quoad actus validitatem, non quoad ſcientiam. p.64.n.52
Falſitatis ſuſpicio in ciuilibus habetur pro falſitate. p.79. n.26
Familiæ ſignificatio quid contineat. p.12.n.35
Familiæ appellatio propriè intelligitur de deſcendentibus. ibid. n.36
Familiæ relinquere, vel deſcendentibus idem eſt. ibid. n.37
Fama bona tollit, & minuit indicia ad torturam. p.43. n.20
Feudi argumentum trahitur etiam ad iuſpatronatus. p.9. n.6
Febris quid ſit, & vnde veniat. p.28.n.21
Fœminæ cum maſculis pariter ſuccedunt de iure communi. p.109.n.6
Fideicommiſſi caſus venit, mortuis quibus facta eſt ſubſtitutio. p.4. n.1
Fideicommiſſa hodie de neceſſitate ſunt reſtituenda. p.5. n.11
Fideicommiſſi onus tranſit ad quoſcumque hæredes, & poſſeſſores. ibid.n.14
Fideicommiſſarij tenentur capere de manu hæredis. ibid. n.19
Fideicommiſſum antiquum non includitur in recentiori. ibid.n.21
Fideicommiſſum antiquum eſt priùs deducendum, ſicut æs alienum. p.5.n.20
Fideicommiſſarius poſſidens cum iuſto titulo, eſt legitimus contradictor. p.6. n.28
Fides non facit fidem. p.61.n.11
Fideicommiſſi bona alienata non poteſt hæres alienantis vindicare. p.97.n.17
Fideicommiſſariis pluribus concurrentibus quis ſit præferendus. p.6. n.29
Fideicommiſſarius quando manutenendus ſit in poſſeſſione. ibid.n.30
Fideicommiſſum quot modis reſtituatur. ibid. n.33
Fideicommiſſarius non ſuccedit hæredi grauato, ſed fideicommittenti. ibid. & ſeq.n.38
Fideicommiſſi bona poſſunt alienari pro ære alieno ſoluendo. p.7.n.49
Fideicommiſſarius non poſſidens non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredis. p.80. n.10
Fideicommiſſarius etiam poſſidens non eſt legitimus contradictor, ſi hæres velit facere deductiones. ibid. num.11
Fideicommiſſa, maioratus, & primogenituræ, iiſdem regulis reguntur. p.96. n.10
Fideicommiſſi bona quomodo poſſint permutari. ibid. num.13
Filius eſt præferendus in feudis, & patronatibus, ſicut pater præferebatur. p.10.n.8
Filiatio probatur ex nominatione, & inſtitutione. ibid. num.14
Filiatio, & deſcendentia probatur ex enunciatiuis duorum inſtrumentorum in antiquis. ibid.n.27
Filiatio probatur coniecturis, & præſumptionibus in antiquis. ibid.n.19
Filij poſiti in conditione quando cenſeantur vocati etiam ad portionem patrui. p.112.n.44
Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, quando plures ſunt ſubſtitutionum gradus. ibid. n.46
Filiorum appellatione veniunt etiam fœminæ. ibidem num.47
Fiſcus occupat bona non ſoluentis collectas. p.17.n.29
Filius ſenioris non ſuccedit vocato ſeniore, ſed alius maioris ætatis. p.12.n.38
Forenſes

Forenſes collectati poſſunt pro bonis territorij. p. 17. num.30
Forenſis quando teneatur ad onera. ibid.n.31
Fortioribus inſtat fortior cruciatio. p.76.n.38
Fori electio eſt conceſſa Eccleſiæ in eius fauorem. p.39. n.26
Fraus, & ſimulatio non præſumuntur. p.6.n.36
Fraudulenter factum non poteſt dici id, ad quod faciendum agens cogi poterat. ibid.n.37
Fratres Tertij Ordinis habent proprium, & poſſunt præſentare. p.25.n.32
Fructuum appellatione veniunt propriè naturales. p.50. num.1
Fructuum nomine in legatis, & iudiciis bonæ fidei veniunt etiam omnes vtilitates, & commoditates. p.51. num.4
Fructibus legatis, quando liceat fundum locare. ibid. num.13
Fructus non dicuntur niſi deductis expenſis, & quibus. p.52.n.16
Fructibus legatis, debent integraliter dari ſine retentione mercedis. ibid.n.20
Fructus debent imputari in ſortem, ſi contractus eſt vſurarius. p.54.n.14
Fratres retinentes in communi hæreditatem paternam non dicuntur ſocij omnium bonorum, ſed tantùm in illa. ibid.n.18
Frater non acquirit fratri niſi pro eo etiam acceptet. p.55.n.23
Fraude ceſſante non adeſt ſimulatio. p.91.n.63
Fruſtra precibus impetratur, quod iure conceditur. p.98. num. 27
Fundationis tenor eſt attendendus. p.10.n.12
Fundator beneficij poteſt in fundatione apponere quaſcumque conditiones etiam iuri contrarias. p.85. num.7
Fundator etiam tacitè poteſt diſponere, vt puero ſepteni conferatur beneficium. ibid.n.13
Fundationis tenor eſt ſemper attendendus. p.86. numer.24
Fugæ ſuſpicio debet ſaltem ſummariè conſtare. p.40. num.42

G

GAbella ſi deſinat eſſe, ceſſat locatio, & conductor non tenetur ad mercedem. p.47.n.42
Gabellis caſſatis, Communitas eas locans non tenetur ad aliquod intereſſe. p.48.n.46
Gabellarius poteſt ponere ad rationem Principis quod ſoluiſſet qui obtinuit exemptionem. ibid.n.51
Gabella ſuper carrerio pro bobus, non afficit colonos Eccleſiarum. p.99.n.6
Gabella vnica tantùm debetur pro vnico contractu. p.107.n.8
Gabellas duas ſoluere pro eodem contractu nemo tenetur. ibid.n.9
Gabella vnica debetur etiamſi fiant duo contractus circa eandem rem. ibid.n.10
Gabellæ priuilegium eſt ſubreptitium, ſi eadem res aliâ gabellâ affecta ſit. ibid.n.11
Gabellæ non eſſe locum, in dubio pronuntiandum eſt. p.107.n.12
Gabella eſt onus perſonale in rem ſcriptum. ibid. numer.15
Gabellæ, & laudemij par eſt ratio. ibid.
Gabellâ res onerata etiam à diuerſo domino iterum non poteſt onerari. ibid.n.16
Gabella ſi eſt ſoluta in loco matrimonij, iterum eſt ſoluenda in loco domicilij. p.107.n.17
Gabella laicorum non ſoluitur ab emphyteuta Eccleſiæ in damnum Eccleſiarum. p.108.n.19
Gabella eſt regida, & barbarica, quæ excedit tertiam octauæ partis valoris rei. ibid.n.20
Gabella an ſit ſoluenda ab emphyteuta Eccleſiæ, eſt cognitio iudicis Eccleſiaſtici. ibid.n.21
Generi per ſpeciem derogatur. p.101.n.6
Grauatus non eſt amplius in eadem re grauandus. p.107. num.3
Gratiam facere de omni delicto poteſt Princeps. p.19. num.1
Gratiam facere non licet de delicto niſi obtenta pace offenſi, vel hæredum. ibid.n.51

H

HAbilia ſupponuntur cætera, cùm de vno quærimus. p.65.n.73
Hæreditas codicillis nequæ dari, neque tolli poteſt. p.5.n.16
Hæreditas non agnita accreſcit cohæredibus. p.109. num.7
Hæreditas non agnita non tranſmittitur. ibid. numer.8
Hæreditas non agnita quomodo tranſmittatur ab infante. p.110.n.27
Hæreditas quomodo recuſari poſſit. p.111.n.40
Hæredes etiam dicuntur, qui per longam ſucceſſionem ſuccedunt. p.5.n.13
Hæredem eſſe debitoris legitimè probandum eſt antequam agatur contra hæredem. p.101.n.17
Hæredi grauato quod nocet, etiam eius ſucceſſori nocere debet. p.5.n.15
Hæres hæredis eſt etiam hæres primi teſtatoris. p.5. num.12
Hæres factis detractionibus non poteſt fideicommiſſarios moleſtare. ibid.n.32
Hæres poteſt fundum locare, & loco fructuum tradere legatario penſionem. p.51.n.12
Hæres tenetur rem legatam perquirere, & ſuis ſumptibus tradere legatario. p.52.n.19
Hæres immittendus eſt in poſſeſſionem eo ipſo, quod oſtendit teſtamentum non vitiatum. p.80.n.2
Hæres immittendus eſt in poſſeſſionem bonorum, quæ defunctus tenebat tempore mortis. ibid.n.1
Hæres poteſt petere immiſſionem ex d.l. fin. per ſpatium 30. annorum. ibid.n.4
Hæres poteſt petere immiſſionem etiam contra ſingulares rerum poſſeſſores. ibid.n.5
Hæres eſt immittendus non obſtante contradictione fideicommiſſarij, ſi faciendæ ſunt detractiones. p.80. num.12
Hæres ante aditam hæreditatem nullam habet actionem. p.109.n.9
Hæres infans quomodo poſſit hæreditatem tranſmittere. p.110.n.26
Homo naturaliter refugit mortem, & corporis nocumenta. p.30.n.43

I

IGnorantia eorum, quæ ſunt publica, & notoria, non poteſt prætendi. p.48.n.54
Impedimentum matrimonij contrahendi non poteſt probari vnico teſte ſine aliis adminiculis. p. 72. numer.7
Impedimentum matrimonij contrahendi non poteſt proteſtari. p.73.n.14
Incluſio vnius eſt excluſio alterius. p.56.n.35
Indicia ad capturam ſufficientia debent in actis eſſe redacta. p.56.n.39
Indefinita oratio æquipollet vniuerſali. p. 50. numer.8
Indefinita oratio æquipollet vniuerſali fauore alimentorum.

torum, etiamſi aliàs non deberet æquipollere. ibid. n.9
Infirmitas, & morbus quomodo definiantur. pag.28. num.29
Ignorantia præſumitur, niſi probetur ſcientia. p.64. n.50
Ignorantia non datur in Principe, & eius Conſiliariis. p.76. n.64
Infans tranſmittit hæreditatem non agnitam. p.109. n.5
Infantis hæres non reſtituitur pro implenda conditione. ibid. n.31
Inimicus tenetur remittere odium, & rancorem erga inimicum. p.20. n.11
Inimicus non tenetur facere pacem in ſcriptis, nec remittere actionem iniuriarum. ibid. n.12
Inimico veniam petenti non tenetur remittere actionem iniuriarum. ibid. n.15
Inimicus an teneatur remittere odium, ſi id non petatur. p.21. n.26
Inimico tenemur oſtendere ſigna amoris, & quæ. ibid. n.34
Inimico veniam petenti tenemur exhibere ſigna ſpecialia amoris. p.22. n.36
Inimico offerenti ſatisfactionem, an teneamur concedere pacem. ibid. n.37
Inimico quando liceat pacem denegare, & odio eum proſequi. ibid. n.43
Initium ſpectatur in delictis ad cognoſcendam iuriſdictionem. p.68. n.12
Iniuriam non dicuntur facere bruta, vel res inſenſatæ. p.29. n.35
Inſignia tenens in aliquo loco etiam Eccleſiæ eſt manutenendus in ſua poſſeſſione. p.68. n.2
Inſignia, ſedes, vel ſcamna tenendi in Eccleſia laici ius habere poſſunt. ibid. n.3
Inſtrumentum facit probationem manifeſtam, & euidentem. p.4. n.7
Inſtrumentum etiam cum obligatione camerali non eſt exequendum parte non citata. p.61. n.18
Inſtrumentum probat ſolùm inter eos, qui rogauerunt Notarium. p.66. n.83
Inſtrumentum productum in fauorabilibus, in cæteris verò impugnatiuè, non probat contra producentem. p.55. n.32
Inſtrumentum eſt probatio probata, & manifeſta. p.77. n.1
Inſtrumentum eſt probatio euidens, & habet præſumptionem veritatis. p.87. n.2
Inſtrumentum guarentigiatum quodnam dicatur. ibid. n.3
Interrogandus non eſt reus ſine indiciis, & præſumptionibus. p.39. n.30
Intereſſe tantùm valet, quantùm ipſa penſio. pag.45. num.8
Intereſſe quando peti poſſit per conductorem. p.46. num.28
Intereſſe, & lucrum incertum non poteſt taxari ab initio. p.54. n.9
Intereſſe non probatur per confeſſionem partis. ibid. n.10
Intereſſe lucri ceſſantis non debetur niſi concurrentibus tribus requiſitis. ibid. n.11
Intereſſe veriſimile poteſt ab initio taxari. p.56. n.43
Intereſſe lucri non poteſt ab initio taxari. p.67. n.99
Intereſſe non probatur per confeſſionem partis, & quid requiratur. ibid. n.100
Inuentarium factum à grauato probat bona fuiſſe Teſtatoris. p.4. n.8
Introitus, redditus, & prouentus nomina pro eodem vſurpantur. p.51. n.7
Inueriſimile habet imaginem falſi. p.79. n.25
Iudicium duriſſimum his qui præſunt. p.76. n.67
Iudicata res quomodo extendatur. p.87. n.3
Iurans, & ſoluens quando non poſſit repetere. p.88. n.17
Iuramentum poteſt præſtari quibuſcunque verbis. p.91. n.68
Iuramentum quomodo præſtetur, & an ſit neceſſe tangere Euangelia. p.92. n.69
Iuramentum in forma communi, an validet actum nullum. ibid. n.70
Iuri publico pactis priuatorum derogari non poteſt. p.16. n.5
Iuramentum ad validandum actum quomodo præſtari debeat. p.92. n.71
Iuramentum firmat actum nullum. ibid. n.77
Iuramentum validat contractum minoris ſine decreto. ibid. n.83.
Iuramentum quando non obliget. p.93. n.86
Iuramentum quando tranſeat ad hæredes. ibid. n.88
Iuramentum ſupplet plures defectus. p.94. n.98
Iuramentum in forma ampla ſupplet omnes defectus. ibid. n.99
Iuramentum quoad obſeruantiam tranſit ad hæredem. ibid. n.101
Iura omnia actiuè, & paſſiuè tranſeunt in hæredem. p.109. n.5
Ius non acquiritur niſi impleta conditione. pag.111. num.29
Iudex antequam deueniat ad mulctam, quid facere debeat. p.41. n.61
Iudex poteſt eligere opinionem ſibi placitam ſi pares ſunt opiniones. p.74. n.33
Iudex quando excuſetur ſequendo vnam opinionem pluſquam aliam. ibid. n.34
Iudex tenetur iudicare ſecundum opinionem probabiliorem, omiſſa probabili. p.74. n.38
Iudex bonus non iudicat ex ſuo arbitrio, ſed iuxta leges. p.73. n.19
Iudices debent iudicare ſecundum leges, & iura. ibid. n.18
Iudex tenetur in dubio legis conſulere Principem. ibid. n.24.
Iudici qui notoriè procedit iniuſtè licet reſiſtere, & quare. p.30. n.4
Iudex in criminalibus poteſt incipere à captura. p.37. n.2
Iudex laicus poteſt procedere contra laicos in cauſis piis, ſi præuenit. p.39. n.28
Iudex citans reum ſine indiciis poteſt puniri. ibid. num.34
Iudex quando poſſit deuenire ad capturam. ibidem num.37
Iudex quando poſſit deuenire ad capturam ante informationes ſumptas. p.40. n.40
Iudices capientes clericos ſine indiciis ſunt excommunicati. ibid. n.48
Iudex carcerans reum ſine indiciis, & fugæ ſuſpicione punitur & tenetur in ſyndicatu. p.40. n.50
Iudex delegatus non poteſt cognoſcere niſi de re ſibi commiſſa. p.46. n.24
Iudice procedente ſuper eo, quod non continetur in delegatione, proceſſus eſt nullus. ibid. n.25
Iudicis factum cenſetur factum partis, & quando. p.60. n.2
Iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis factum non dicitur factum partis, & non valet. ibidem num.5
Iudici, ſtatim ac ſubditus delinquit, ius aquiritur illum puniendi. p.69. n.13
Iudex ſemper durat contra ſubditum, quem citauit, & præuenit, licet poſtea ſtatum mutauerit. p.70. n.15
Iudex Eccleſiaſticus præueniens clericum antequam laicus factus puniatur à laico, remanet iudex. ibid. num.16
Iudex laicus an poſſit præuenire Eccleſiaſticum in puniendo clerico poſt delictum facto laico. ibidem num.18
Iudex laicus etiam ſine præuentione punit poſt delictum dimittentes habitum. ibid. n.21
Iudex Eccleſiaſticus punire debet laicum poſt delictum effectum clericum, & quare. ibid. n.27
Iudex laicus quoad pœnas temporales eſt ſolus iudex contra laicum in cauſis mixti fori. pag.71. numero 29
Iudex Eccleſiaſticus præueniens in cauſis mixti fori quas pœnas imponere poſſit. ibid. n.31
Iudex debet vacare ſanis doctrinis. p.73. n.25
Iudex in iudicando tenetur expellere omnem dubietatem. ibid. n.26
Iudex iudicans contra legem puniri debet. ibidem. num.27
Iudex tenetur iudicare ſecundum communem DD. ſententiam, aliàs facit litem ſuam. p.74. n.29
Iudex debet iudicare provt melius rationi conuenire videbitur. ibid. n.39
Iudex vt benè iudicet, debet efformare iudicium practicum de bonitate obiecti. ibid. n.40
Iudex poteſt ſequi opinionem minùs probabilem in praxi receptam. p.75. n.43
Iudex non poteſt iudicare pro amico ſecundum opinionem probabilem contra probabiliorem. ibidem num.44
Iudex debet exuere omnem dubietatem in iudicando. ibid. num.45
Iudicis opinionem in foro externo tenetur reus ſequi, & obedire. p.75. n.46
Iudex quando poſſit gratificari amico. ibidem numero 47
Iudex in eligendis opinionibus debet rationes ponderare, & examinare. ibid. n.48
Iudex debet inueſtigare quis ex amicis verum dicat. p.75. n.49
Iudex debet iudicare ſic magnum vti paruum. ibidem num.50
Iudicis officium in iudicando quale debeat eſſe. ibid. num.51
Iudices oportet eſſe ſapientes, & gnaros. pag.75. num.52
Iudicem oportet cuncta rimari, vt veritatem inueniat. ibid. n.53.
Iudex tenetur veritatem ſpectare, & ſequi. pag.75. num.54
Iudex nec pauperem, nec diuitem conſideret, iuſtè iudicet. ibid. n.57
Iudicat iudex per imperitiam, qui relicta communi adhæret ſingulari opinioni. p.76. n.61
Iudex Eccleſiaſticus eſt competens, quoties tractatur de iuriſdictione inter iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem. p.100. n.20
Iudex Eccleſiaſticus poteſt inhibere iudici laico, ſi controuerſia ſit de iuriſdictione inter eos. ibidem num.21
Iuriſdictionem alienam vſurpans quomodo puniatur. p.37. n.4
Iuriſdictionem qui vſurpat quomodo iudex procedat contra eum. ibid. n.5
Iuriſdictio præſumitur conceſſa cumulatiuè, & non priuatiuè. p.39. n.27
Iuſpatronatus pro ſeniore familiæ illorum de Benedictis. p.9. n.2
Iuſpatronatus admittit ſucceſſionem fœminæ etiamſi ſit inſtitutum in modum maioratus. ibidem num.4
Iuriſpatronatus ſucceſſio regulatur ad inſtar feudorum. ibid. n.5
Iuſpatronatus probatur enuntiatiuis, in antiquis. p.11. num.21
Iurepatronatu relicto ſeniori familiæ ſit tranſitus ab vna linea ad aliam, in qua adſit ſenior, excluſo filio vltimi ſenioris. ibid. n.31
Iuriſpatronatus pertinentia probatur leuioribus probationibus, data illius exiſtentia. p.12. n.40
Iuſpatronatus tranſit in monaſterium ex perſona monachi, ad quem ſpectat. p.23. n.4
Iuſpatronatus monachi tranſit in monaſterium, durante vita ipſius. p.24. n.8
Iuſpatronatus familiare extincto monacho reuertitur ad familiam. ibid. n.9
Iuſpatronatus hæreditarium tranſit in monaſterium irreuocabiliter, ſicut in extraneum. ibidem numero 10
Iuſpatronatus quando non tranſeat in monaſterium. p.24. n.12
Iuſpatronatus non tranſit in monaſterium incapax ſucceſſionis. p.225. n.39
Iuſpatronatus annexum alicui rei an tranſeat in monaſterium. p.26. n.40
Iuſtus lætatur, cùm videt vindictam. pag.21. numero 32.


## L.


Labor omnis expectat præmium. pag.50. numero 3
Laici recipientes oblationes altaris ſunt excommunicati. pag.38. n.9
Laicus ſi poſt delictum efficiatur clericus, à ſolo iudice Eccleſiaſtico puniendus eſt. pag.69. numero 6
Laicus poſt delictum effectus clericus debet iudicari ab Epiſcopo, & quare. p.70. n.25
Laicus offendens clericum poteſt puniri à iudice Eccleſiaſtico, ſi præuenerit, & quomodo. pag.71. numero 28
Laicus eſt incapax beneficij Eccleſiaſtici. pag.85. numero 2
Laicus non poteſt præſentari ad beneficia Eccleſiaſtica. ibid. n.4
Laicus propriè non poteſt præſentari ad beneficia, vt inſtituatur. p.36. n.22
Laudemium, & gabella pro eodem vſurpantur. p.107. num.14
Legatæ rei, vel fideicommiſſo relictæ dominium quomodo tranſeat in legatarium. p.7. n.50
Legatis fructibus pro alimentis, non licet hæredi fundum locare & tradere penſionem. p.51. n.10
Legatum annuum debetur in principio anni, & ſic fructus ſtatim ac ſunt collecti ex cauſa alimentorum. ibid. num.14
Legatis fructibus per hæredem dandis non poteſt legatarius eos capere propria authoritate. pag.52. num.22
Legatis fructibus fundi, poteſt hæres tradere legatario fundos ad gaudendum. ibid. n.21
Legatarius poteſt colere fundum, cuius fructus ſibi ſunt legati. ibid. n.22
Legis caſus vbi eſt, nihil aliud eſt quærendum. pag.56. num.46
Leges obligant ad obſeruantiam, etiam in foro conſcientiæ. p.73. n.20
Legis intellectus communis habetur pro lege. ibidem num.22
Legem probare non ſufficit, niſi probetur eſſe in viridi obſeruantia. p.83. n.18

Legis non vſus probatur eo ipſo, quod vſus non probatur. ibid. n.19

Legis verba cui non conueniunt, nec conuenit diſpoſitio. p.100. n.1

Lex indiſtinctè loquens debet indiſtinctè intelligi. p.73. n.13

Lex debet interpretari ne à ſapientibus poſſit redargui. p.107. n.5

Libera præſumitur quælibet res. p.15. n.1

Liber æſtimi probat pro fiſco in materia collectarum, & bona deſcripta ſunt obligata pro eis. p.16. n.7

Liber æſtimi non probat in præiudicium tertij, ſed ad fauorem fiſci. ibid. n.10

Liber æſtimi probat etiamſi non ſit deſcriptus à perſona publica. ibid. n.12

Liber exactoris collectarum à publico deputatis probat, etiamſi ille non ſit Notarius. pag.16. numero 15

Liber æſtimi probat non ſolum contra deſcripti, ſed etiam contra eorum hæredes, & ſingulares ſucceſſores. ibid. n.19

Liber æſtimi probat plenè ad fauorem fiſci. ibidem num. 22

Liber æſtimi probat contra negantem conſenſiſſe, vel identitatem bonorum. p.17. n.23

Liber æſtimi plenè probat contra poſſidentem, vel dominium habentem. ibid. n.26

Liber communitatis probat poſſeſſionem exigendi. p.18. n.46

Licentia non eſt petenda vrgente neceſſitate. pag.35. num.29

Limitata cauſa limitatum producit effectum. pagin. 62. numero 31. pag.46. numero 23. & pag. 54. num.5

Linea in maioratu cenſetur vocata reuocabiliter, ſi ſenior veniat in alia linea. p.13. n.50

Litigioſa non efficiuntur bona, ſi actum fuerit actione perſonali. p.7. n.41

Litigioſi vitium non impedit diuiſionem, aut debiti reſtitutionem. ibid. n.51

Locatio habetur pro non facta, re extincta, vel reſoluto iure locantis. p.45. n.17

Locatione ceſſante, conductor non debet damnificari. p.46. n.26

Locator, & conductor tenentur de dolo, lata, & leui culpa, non de leuiſſima. ibid. n.29

Locatio ceſſat ex defectu conſenſus contrahentium præſumpto. p.47. n.37

Locatori, & conductori licet ex legitima cauſa ſuperueniente à locatione recedere. p.48. n.49

Locator tenetur præſtare patientiam vſque ad finem, & omnia remouere impedimenta. pagin.45. numero 2

Locata re perempta, omnino ceſſat locatio ex natura ſua. p.47. n.41

Locationis contractus ex ſui natura reſoluitur re locata perempta. p.48. n.57

Locare an liceat hæredi bona, quorum fructus alteri ſunt relicti à teſtatore. p.51. n.12

Lucra quæſita amittere damnum eſt. pag.46. numero 19

Lucri nondum perfectè acquiſiti amiſſio non pertinet ad cauſam damni. ibid. n.21

Lucrum non poteſt peti niſi ſit in potentia propinqua, non verò ſi ſit incertum. p.49. n.64

Lucrum quando poſſit ab initio taxari. p.57. n.50

Lucrum poteſt certificari, & aſſecurari etiam ab initio. ibid. n.54

Lucri taxationem eſſe exceſſiuam quis probare debeat. ibid. n.55

Lucrum quando percipi poſſit, vel non, in mercibus. p.58. n.60

Lucrum non poteſt percipi, niſi agatur cum mercatore. ibid. n.61.


M


Maiore natu vocato cenſetur prædilecta eius poſteritas. p.10. n.10

Maior natu cenſetur vocatus comparatiuè ad fratres intra eandem lineam. ibid. n.11

Maior natu dicitur, qui primò natus eſt, & maiorem habet ætatem. p.11. n.28

Maiore natu vocato intelligitur de maiore ætate, & ſeniore. ibid. n.29

Maiore natu ex deſcendentibus vocato, quis ſuccedat. p.12. n.39

Maioratus non conſiderat proximitatem, ſed maiorem ætatem. p.13. n.48

Maioratus ſucceſſio quomodo fiat, & conſideretur. ibid. n.51

Maioratus ſucceſſio eſt ambulatoria. ibidem numero 53

Maioratus ſucceſſio quomodo deuoluat ab vna linea ad aliam. p.13. n.55

Maioratus, & primogenituræ ſucceſſio diuerſimodè fit. p.14. n.61

Maioratus bona quomodo, & quando poſſint permutari. p.96. n.9

Mandanti, & non exequenti actus attribuitur. pag.25. num.38

Manutentio non datur niſi ad limites poſſeſſionis. p.12. num.45

Manutentio datur exiſtenti in libertate pro ea. pag.15. num. 3

Maritus poteſt facere augmentum dotis. pag. 88. num.10

Marito licet ita augere dotem, vt augmentum non ſit donatio propter nuptias. ibid. n.11

Maritus ſenex poteſt donare ſponſæ in augmentum dotis irreuocabiliter. ibid. n.12

Maſculinum concipit fœmininum interpretatiuè, non ſecundùm verum ſenſum verbi. pag.101. numero 4

Maſculinum non concipit fœmininum in ſtatuto ad litteram intelligendo. ibid. n.5

Maſculus niſi actualiter ſuccedat, non excludit fœminam. p.110. n.21

Maſculus decedens ante agnitam hæreditatem poteſt dici non ſucceſſiſſe. p.110. n.28

Maſculus infans non tranſmittit ius excludendi fœminas. ibid. n.28

Matrimonij impedimentum probatur per vnicum teſtem, antequam contrahatur. p.72. n.1

Matrimonium impeditur, ſi frater ſponſi dicat, ſe agnouiſſe ſponſam. ibid. n.9

Matrimonium impeditur, ſi mater alicuius ex ſponſis dicat adeſſe conſanguinitatem. p.73. n.10

Matrimonium iam contractum non diſſoluitur, ſi vnicus teſtis probet adeſſe impedimentum. ibidem, numero 11

Matrimonij contrahendi, & contracti impedimentum, quomodo probetur vnico teſte. ibid. n.12

Matrimonium impeditur ex dicto vnius teſtis integræ fidei. p.73. n.15

Matrimonij impedimentum an probet teſtis vilis perſona. p.76. n.73

Matrimonij impedimentum non extare, probari poteſt contra dictum vnius teſtis. ibid. n.74

Matrimonij impedimentum an probet teſtis deponens parte non citata. ibid. n.76

Matrimonij impedimentum non probat teſtis non iuratus. ibid. n.77

Mercatura, & negotiatio Clericis eſt interdicta. p.54. num.2.

Mercatura an ſit legitima cauſa obligandi minorem. ibid. n.8.

Mendicantes regulares, qui poſſunt capere ex teſtamento, vel ab inteſtato. p.25. n.23

Mihi vindictam, & ego retribuam, quomodo intelligatur. p.21. n.29

Minores de Obſeruantia non poſſunt ita hæredes inſtitui, vt hæreditas vendatur, & eis diſtribuatur. p.24. num.17.

Minores de Obſeruantia ſunt capaces legatorum. ibid. n.18.

Minor non poteſt ſe obligare ex cauſa Societatis ſine curatore. p.54. n.4

Minor non poteſt obligare bona ſtabilia ſine decreto Iudicis. ibid. n.6

Minor non poteſt obligare bona ſine iuſta cauſa, & debita ſolemnitate. ibid. n.7

Minor non poteſt contrahere ſocietatem ſine decreto. ibid. n.19.

Minor non habens nuratorem poteſt ſine illo ſe obligare & ſocietatem contrahere. p.56. n.38

Minor non obligatur Statuti ſolemnitate, quando contrahit cum Eccleſia, vel Clericis. ibid. n.39

Minor factus maior, ob lapſum quinquennij cenſetur ratificaſſe contractum. ibid. n.41

Minor ſi contrahat ſine ſolemnitatibus, non oritur obligatio ciuilis, vel naturalis. p.62. n.28

Minor non poteſt contrahere Societatem ſine ſolemnitatibus. ibid. n.29

Minor factus maior, etiam factis poteſt ratificare geſta in minori ætate. ibid. n.32

Minor factus maior non cenſetur ratificare niſi per actum poſitiuum cum notitia nullitatis actus. p.63. n.47

Minor non poteſt ſtare in iudicio ſine curatore. pag.64. n.62

Minoris res quomodo alienari poſſint. p.66. n.85

Minorum contractus non valent ſine decreto iudicis. p.92. n.82

Minor vt ratificaſſe cenſeatur geſta in minori ætate, quid requiratur. p.63. n.43

Monachus religionis capacis retinet iure ſuitatis, ſanguinis, & cognationis. p.23. n.5

Monachus tranfert iuſpatronatus in Monaſterium etiam in præiudicium. p.24. n.11

Monachus non poteſt præſentare, ſed Superior cum Capituli conſenſu. p.25. n.24

Monachus non habet velle, nec nolle. ibid. n.34

Monachus non poteſt egredi Monaſterio ſine licentia Superioris. ibid. n.35

Monachus an poſſit præſentare procuratorio nomine. p.25. n.36

Monaſterium ſuccedit etiam in fideicommiſſis, & bonis prohibitis alienari durante vita Monachi, cui competit. p.24. n.6

Monaſterium ſuccedit etiam in maioratu, durante vita Monachi. ibid. n.7

Monaſteria ſucceſſionis incapacia ſunt Capucini, & Minores de Obſeruantia. p.24. n.15

Moneta vna non poteſt ſolui pro alia, ſi creditor damnum ſentiat. p.82. n.5

Moneta obligata ſi non reperitur, poteſt ſolui alia. ibid. num.7.

Moneta vna vt poſſit ſolui pro alia, oportet eſſe tantæ æſtimationis, vt poſſit illa emi. ibid. n.10

Monetæ promiſſæ in ſpecie, ſi non eſt mutata bonitas intrinſeca, debet ſolui eius æſtimatio ſecundum tempus ſolutionis, vel ipſa moneta. p.82. n.11

Moneta ſoluenda ſi non reperitur quid agendum. ibid. numero 12

Monetæ promiſſæ in ſpecie augmentum, vel diminutio ſpectat ad creditorem. ibid. n.14

Monetæ bonitas intrinſeca, vel extrinſeca quando mutata dicatur. ibid. n.15

Monetarum in taxatione ſtandum eſt peritis in arte. p.83. num.16

Monetæ deteriorationem allegans debet probare. ibid. num.17

Monetæ valor ſi mutetur, debet ſolui æſtimatio ſecundùm tempus ſolutionis. ibid. n.20

Monetæ augmentum quomodo, & quando ſolui debeat. p.83. n.21

Monetæ valorem edictum taxans quando attendi debeat. ibid. n.23

Monetam vnam ſi edictum taxet, quando aliam taxaſſe credatur. ibid. n.27

Moneta vna aurea aucta cenſetur aucta etiam alia eiuſdem bonitatis ad ratam. ibid. n.28

Moneta qualis fuerit ſolutio declarat qualitatem obligationis. p.84. n.37

Moneta certa ſi ſit in obligatione, non attenditur obſeruantia in ſoluendo. ibid. n.38

Moniales S. Claræ, & cuiuſcumque ordinis ſunt capaces ſucceſſionis, & bonorum ſtabilium. p.24. n.20

Moniales S. Claræ, & aliæ poſſunt habere annuos redditus. p.25. n.21

Moribundus dimiſſo odio, & rancore non tenetur remittere actionem iniuriarum. p.21. n.17

Mori ſua morte quis dicatur. p.28. n.26

Mors naturalis, & mors violenta quæ dicatur ſecundum Ariſtotelem. p.26. n.1

Mors dicitur violentior quæ cauſatur veneno, quàm ferro. p.27. n.5

Mors violenta dicitur cui humanæ vires reſiſtere non poſſunt. ibid. n.7

Mors naturalis, & violenta intelligitur ſecundum communem vſum loquendi. p.27. n.12

Mors naturalis ſecundùm Philoſophos eſt, quæ fit intrinſecus ſine aduentitia paſſione. ibid. n.16

Mors violenta ſecundùm Philoſophos eſt quæcumque cauſatur à nocumento extrinſeco. ibid. n.17

Mors illa tantùm dicitur naturalis quæ cauſatur ex ſenio. p.28. n.18

Mors eſt corruptio mixti, ſeu compoſiti. ibid. n.19

Mors naturalis dicitur quotieſcumque anima ſeparatur à corpore. p.28. n.22

Mors naturalis dicitur, quæ prouenit à nocumento externo ſine miniſterio hominis. ibid. n.23

Mors cauſata ex peſte dicitur naturalis. ibid. n.24

Mors ex cauſa febris dicitur naturalis. ibid. n.27

Mors violenta quæ dicatur ſecundùm Legiſtas. pag. 29. num.31

Mors violenta an dicatur ſi quis per manus iuſtitiæ interficiatur. ibid. n.38

Mors D. N. I. C. an fuerit violenta. p.30. n.39

Mors omnium terribilium terribiliſſimum. p.30. n.44

Mors tam naturalis, quàm violenta dicitur prouenire ex iudicio, & diſpoſitione Dei. ibid. n.48

Mors ſiue naturalis, ſiue violenta dicitur caſus fortuitus. ibid. n.49

Mors violenta quare excipiatur in contractibus ad lucrum. p.39. n.53

Mortuum aliquem eſſe abſque filiis probatur ex eo, quod non conſtat habuiſſe filios. p.4. n.9

Mortuum aliquem eſſe ſine liberis præſumitur, niſi aliter probetur. p.9. n.1

Mortuus à tegula mota à vento, an dicatur mortuus violenter. p.30. n.41

Mortuus in flumine natando, an dicatur mortuus naturaliter.

turaliter. ibid. n.42
Mulctari non poteſt domi citatus, quia non eſt verus contumax p.41.n.58
Mulctari quis illicò non debet. ibid.n.59
Mulctari vt quis poſſit, requiritur nouus terminus, & noua citatio. ibid.n.60
Mulcta ob inobedientiam debet eſſe leuis. ibidem nuro 62
Mulier non poteſt carcerari pro debito ciuili, etiam fiſcali. p.101.n.9
Mulier non dotata ſecundum ſtatutum non excluditur ab hæreditate. p.109.n.10
Multa facta tenent, quæ facienda prohiberentur. p.25. num.37
Multa ſunt prohibita, quæ ob bonum publicum permituntur. p.45.n.14
Multa vetantur principaliter, quæ in conſequentiam permittuntur. p.49.n.67
Mutatio ſtatus rei non tollit ius iudici acquiſitum puniendi illum. p.70.n.14

N

Natiuitas, & deſcendentia quomodo probetur. p.11.n.25
Natus quis non præſumitur ex nephario coitu. ibid. n.20
Naturalis mors quot modis dicatur. pag. 28. numero 25
Negotiatio quando ſit prohibita Clericis. pag. 58. n.63
Negotiatio vt ſit delictum in Clericis quid requiratur. ibid.n.64
Nepos an præferatur patruo in feudis, & maioratibus. p.13. n.57
Non entis nullæ ſunt qualitates. pag.38.n.32.& pag.65. num.71
Notorium an aliquid ſit, iudex poteſt ſe informare. p.24. num.15
Nouitius retinet iuſpatronatus, & ius præſentandi. ibid.n.14
Nullitatem actus allegare poteſt etiam ille, qui illum reportauit. p.65.n.77
Nullitate non eſt maior iniuſtitia. ibidem numero 78
Numeratio pecuniæ quibus verbis probetur. pag.87. num.1.
Nemo naturaliter non refugit mortem, & corporis nocumenta. p.30.n.44

O

Obſeruantia interpretatiua non requirit præſcriptionem. p.32.n.57
Obſeruantia in ſoluendo declarat quid erat ſoluendum. ibid.n.56
Obſeruantia declarat quid contrahentes voluerint, & intellexerint. ibid.n.55
Obſeruantia declarat omnem ambiguitatem, & facit rem certam. p.12.n.41
Oblatio dotandi an ſufficiat, vt mulier à Statuto excludatur. p.109.n.15
Oblationes ab Altari non poſſunt Laici recipere. p.38.n.8
Oblationes ſunt de iure parochiali. p.38.n.10
Obligatio Cameralis quomodo exequenda. pagin.60. num. 8.
Obligatio Cameralis non ligat niſi nominatum in inſtrumento. p.64.n.54
Obligatio, & promiſſio ſine cauſa non valet, & ſolutum poteſt repeti. p.67.n.97
Obſeruantia in ſoluendo monetam eſt attendenda. p.84. n.36
Obſeruantia eſt regina omnium interpretationum. p.12. num.42
Odium, & rancorem tenemur dimittere etiamſi id non petatur. p.21.n.27
Odij motus in parte ſenſitiua ſine conſenſu voluntatis non impedit abſolutionem. ibid.n.28
Odium, & rancorem ſolùm tenemur remittere ex præcepto euangelico, non actionem iniuriarum. ibidem num.25
Officialis libro plena fides adhibetur, etiamſi non ſit Notarius. p.16.n.17
Officialium libris creditur in his, quæ pertinent ad eorum officium. ibid.n.18
Offenſus tenetur ad dimittendum ſolum rancorem, non actionem iniuriarum. p.21.n.23
Offenſus in Sacramento pœnitentiæ remittens iniuriam non ſe priuat iure accuſandi. ibid.n.24
Omne qui dicit, nihil excludit. pagin. 92. numero 75
Onere duplici nemo eſt grauandus. pag. 107. numero 6
Onera extraordinaria an tranſeant ad Eccleſiam. pag.17. num.37
Onus mixtum eſt quod imponitur perſonæ pro rebus. p.92.n.2
Onus perſonale quidnam ſit. ibid.n.3
Opinione probabiliori relicta licet iudici, & pœnitenti ſequi minùs probabilem. p.72.n.4
Opinio vnius Doctoris Claſſici poteſt dici probabilis etiam contra communem. ibid.n.5
Opinionum contra varietatem exclamatio. ibidem numero 6
Opinio communis vbi eſt, ibi dicitur adeſſe ius clarum. p.73.n.17
Opinio communis ſi concordat in interpretatione legis, facit humanam certitudinem, & obligat ad obſeruandam legem illam. p.73.n.21
Opinio probabilis non poteſt dari contra legem. ibid. num.23
Opinio communis verior præſumitur. pag. 74. numero 28
Opinio magis communis eſt ſequenda contra communem. ibid.n.30
Opinio communis eſt ſequenda in iudicando, & conſulendo. ibid.n.31
Opinio communis Doctorum æquiparatur legi. ibidem
Opinione à communi quando liceat recedere. pag. 74. n.34
Opinionem communem conſtituunt ſeptem Doctores. ibid.n.35
Opinio tutior eſt ſequenda. p.75.n.41
Opinionem pœnitentis minùs probabilem tenetur ſequi Confeſſarius contra probabiliorem. ibidem numero 45
Opinio non conſonans veritati reiicienda eſt. pag. 74. num. 55
Opinio vnius ſingularis Doctoris non facit, quod liceat à ſententia communi recedere. ibid.n.58
Opinio Bartoli non præualet communi aliorum ſententiæ. p.76.n.59
Opinio communis præualet ſingulari etiam piæ, vel pro Eccleſia. ibid.n.62
Opinio vnius Doctoris pro lege ſeruanda, vbi non habet contradicentem. ibid.n.63
Opinio fauens Eccleſiæ, vel piæ cauſæ in dubio eſt amplectenda. p.76.n.70
Opinio diſtinguens tenenda eſt vti proximior veritati. p.14.60.
Opinionem minùs probabilem licet ſequi etiam tempore mortis. p.22.n.48
Ordo Acolytatus requirit ætatem 12. annorum. p.85. num.5

P

Patrono extincto iuſpatronatus tranſit ad proximiorem. p.23.n.1
Pacem facere viro peſſimo, & malæ naturæ non tenemur. p.22.n.42
Pacem facere nemo cogendus niſi ex cauſa iuſta à Principe. ibid.n.44
Pacem facere in ſcriptis inimico, veniam petenti tenemur. p.20.n.10
Pacto qualificato non poteſt quis vti, niſi verificata qualitate pacti. p.8.n.52
Pactum factum cum vno non prodeſt, nec nocet alteri. ibid.n.53
Patronatu relicto parentelæ ſeniori non tranſit ad filium ſenioris, ſed ad alium ſeniorem. pagin. 11. num.32
Pactum de aſſecurando lucro valet. p.57.n.53
Pactum de certo lucro in ſocietate, quando valeat. p.67.n.101
Pax debet conſtare per publicum inſtrumentum, vt obtineatur gratia à Principe. p.20.n.7
Pax quomodo procuretur ad gratiam obtinendam. ibid. num.8
Pax an ſit facienda inimico veniam petenti, & ſatisfactionem offerenti. p.22.n.38
Parochus tenetur bis in anno explicare Populo Synodum Parmæ. p.38.n.11
Parochus in ſua Eccleſia gerit vices Epiſcopi. ibid.n.12
Parochus in ſua Eccleſia dicitur Prælatus. ibid.n.13
Parochus eſt Rex, & Imperator in ſua Eccleſia. ibid. n.14
Parochus habet tantam poteſtatem in ſua Eccleſia, quantam Epiſcopus in ſua Diœceſi. p.38.n.15
Parochus habet iuriſdictionem ſpiritualem, & ius colligendi oblationes. ibid.n.16
Parochus dicitur iudex ſpiritualis. ibid.n.17
Parochus ſecundus multos poteſt excommunicare. p.38. num.18
Pœnitens eſt hortandus ad pacem extrinſecam, non cogendus. p.22.n.39
Periti tenentur iurare. p.65.n.74
Peritis in arte ſtandum eſt. p.27. n.8
Peritus etiam vnicus probat. ibid.n.7
Periurio ſublato an contractus remaneat nullus. p.93. n.89
Periurij effectus non tranſit ad hæredem. p.94.n.10
Permutatio bonorum fideicommiſſi, vel maioratus permittitur propter vtilitatem, vel commoditatem. p.96.n.3.
Permutatio bonorum fideicommiſſi permittitur inter ipſos fideicommiſſarios. ibid.n.4
Permutatio in res vtiliores non requirit iudicis decretum. ibid.n.6
Permutatione prohibita non cenſetur vetita, quæ fit inter vocatos de familia. p.96.n.7
Permutatio non poteſt fieri in maioratibus, & in rebus vtilioribus. ibid.n.8
Permutatio quare non permittatur in maioratibus. p.97 num.15
Permutatio bonorum fideicommiſſi an valeat in præiudicium ſubſtitutorum nondum natorum. ibid.n.22
Permutationem rerum fideicommiſſi ſatis eſt fuiſſe vtilem ab initio. ibid.n.23
Peſtis extrinſecus aduenit, & habet principium extrinſecum. p.27.n.2
Peſtis eſt venenum, & ſicut fera multos miſerè perdit. ibid.n.3
Peſtis dicitur caſus fortuitus, inſolitus, & violentus. ibid. num.6
Peſtis vnde proueniat. p.29.n.30
Peſtis cauſa an dicatur mors naturalis, vel violenta. p.31. num.47
Petitur doloſè, quod ſtatim reſtituendum eſt. p.6.n.31
Piæ cauſæ omnes ſunt mixti fori, & poſſunt cognoſci ab vtroque iudice. p.38.n.35
Pignora non debent capi à debitore, niſi priùs fuerit condemnatus. p.64.n.55
Poſſeſſio defuncti non tranſit in hæredem ſine apprehenſione, & actu facti. p.12.n.43
Poſſeſſio acquiritur ex vnica ſolutione. p.17.n.38
Poſſeſſio non aquiritur ex actu, qui dedit cauſam liti. p.18.n.40
Poſſeſſio non acquiritur ex ſolutione partis debiti, & quando. ibid.n.41
Poſſeſſio non aquiritur ex ſolutione facta ad euitandam executionem. ibid.n.42
Poſſeſſio non acquiritur ex ſolutione cum proteſtatione. p.18.n.43
Poſſeſſio non attenditur in actibus facultatiuis. p.52.n.24
Poſſeſſio quando aquiratur in his, quæ ſunt facultatis. ibid.n.25
Poſſeſſio non attenditur, vbi conſtat de proprietate, & de meritis cauſæ. ibid.n.26
Poſiti in conditione ex coniecturis cenſentur vocari. p.112.n.43
Poſiti in conditione, quando cenſeantur diſpoſitiuè vocati. ibid.n.45
Preces probant contra ſupplicantem. p.46.n.22
Præcepta pœnalia quando poſſint fieri à iudicibus. p.41. num.56
Præiudicium tertij veniens in conſequentiam non conſideratur. p.49.n.60
Prælatus quando poſſit præſentare ſine conſenſu Capituli. p.25.n.26
Presbyteri quando poſſint carcerari. p.40.n.47
Presbyteri quando poſſint excommunicari. p.38.n.20
Præſcriptio quid ſit, & quando currere incipiat, vbi latè hæc materia tractatur p.112.& ſeqq.
Præſentandi poſſeſſionem qui habet, non tenetur probare deſcendentiam. p.11.n.27
Præſentare an poſſit Prælatus ſine conſilio Monachi, cuius eſt iuſpatronatus. p.25.n.33
Præſentandi poſſeſſio quando non ſuffragetur. p.13.n.47
Præſentatio Abbatis ſine conſenſu Capituli eſt ipſo iure nulla. p.25.n.25
Præſentatio laici poteſt fieri ſub conditione ſi ordinabitur. ibid.n.23
Præſentatio licèt ſit ſingularis, tamen attenditur cauſa vniuerſalis. p.11.n.23
Præſuppoſitum ſi non verificatur, non habet locum diſpoſitio. p.107.n.4
Præuentio an ſit neceſſaria, ſi Epiſcopus velit punire clericum poſt delictum factum laicum. p.70.n.17
Præuentio realis præualet verbali. p.71.n.32
Primogenitura, & maioratus vbi ſunt ingreſſa vnam lineam, non fit ſaltus ad aliam ea non extincta. p.9.n.3
Primogeniti filius excludit patruum, & quemcumque alium. ibid.n.7
Primogenitus, & maior natu ſunt idem, & non differunt niſi in nomine. p.10.n.9
Primogenitura, & maioratus non ſunt idem, ſed valde differunt. p.13.n.49

Primogeniti filius quando ſuccedat. ibid. n. 52
Primogenitus, & maior natu quando ſint idem, & quando differant. ibid. n. 59
Primogenito extincto iuſpatronatus tranſit ad ſecundum genitum. p. 23. n. 2
Prima tonſura, & ordines minores poſſunt conferri puero ſeptenni, & etiam beneficio de iure communi. p. 85. n. 6
Primogenia, & maioratus ſunt ſimiles fideicommiſſis. p. 96. n. 11
Primogenituræ bona alienata non poteſt recuperare hæres alienantis. p. 97. n. 18
Primogenituræ bona poſſunt permutari cum Principis authoritate. p. 98. n. 25
Primogenituræ, & maioratui poteſt Princeps derogare ex cauſa. ibid. n. 26
Principis factum numeratur inter caſus fortuitos. p. 35. num. 22
Principis factum ſi requiratur, cenſetur impoſſibile. ibid. num. 23
Principum conceſſiones ſine alterius damno debent cenſeri factæ. p. 45. n. 9
Princeps non cenſetur voluiſſe tertio ius tollere, non facta de eo mentione. ibid. n. 11
Princeps ob bonum publicum poteſt auferre ius tertij, & dare alteri. ibid. n. 13
Principis factum dicitur caſus fortuitus, ſed præſumitur iuſtum. p. 46. n. 31
Princeps ob clauſulam, *non obſtantibus*, poteſt diſponere etiam in præiudicium Tertij. p. 48. numero 47
Princeps poteſt concedere immunitatem à gabellis, & oneribus. ibid. n. 49
Princeps non præſumitur voluiſſe damnum tertio inferre. ibid. n. 50
Principes non ſolent gratiam facere de delicto, niſi parte concordata. p. 19. n. 3
Princeps faciens gratiam de delicto parte non concordata peccat mortaliter. ibid. n. 4
Princeps peccat contra conſcientiam, ſi facit gratiam pace non obtenta offenſo. ibid. n. 6
Princeps facilè poteſt tollere ius quærendum, & ius gabellandi. p. 48. n. 52
Princeps præſumitur habere notitiam de notorio. ibid. num. 54
Principali deſtructo deſtruitur etiam acceſſorium. p. 49. num. 58
Princeps poteſt præiudicare tertio in neceſſariam conſequentiam. ibid. n. 59
Principis conceſſio per quam reducitur ad ſtatum priſtinum, valet etiam in præiudicium tertij. p. 49. numer. 62
Princeps poteſt factum, per quod occaſionaliter tollat ius tertij incertum. ibid. n. 65
Princeps tenetur conſulere ſuos Conſiliarios peritos. p. 76. num. 65
Princeps tenetur iudicare, quod eſt probabilius. ibid. num. 66
Principes, & iudices ſtudent opinionibus extra Eccleſiam. ibid. n. 71
Princeps poteſt mutare vltimas voluntates. p. 98. numer. 24
Princeps poteſt conualidare actum nullum. ibid. numer. 31
Promittens de rato pro minore ad quid teneatur. p. 66. num. 91
Promittens de rato non eſt plus obligatus, quàm eſſet ratificans. ibid. n. 92
Probatio facta parte non citata non releuat. p. 101. num. 18
Probare debet in ſecunda inſtantia, qui tenetur in prima. p. 64. n. 61
Probare vnuſquiſque debet fundamentum ſuæ intentionis. ibid. n. 60
Promittens de rato de ſuo tenetur. pag. 66. numero 89
Prouentus, & introitus nomine comprehenduntur omnes vtilitates perceptibiles.. p. 51. n. 6
Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis. p. 32. num. 54.
Proteſtatio declarat animum proteſtantis. p. 38. numer. 20
Promiſſio ſoluendi appaltum gabellæ intelligitur quatenus appaltus duret. p. 47. n. 43
Proteſtatio niſi fiat in actu ſolutionis, non impedit poſſeſſionem exigendi. p. 18. n. 45
Proximitas non conſideratur in maioratu, ſed ſenioritas, & ætas. p. 11. n. 30
Proprietatis cauſa abſorbet cauſam poſſeſſionis. p. 13. num. 46
Proximior quando excludatur à ſeniore. ibid. numer. 56
Proximitas non conſideratur in maioratu, ſed ſenioritas, & ætas. p. 11. n. 30
Proximitas non attenditur in maioratu, ſed maior ætas. p. 14. n. 64
Puer ſeptennis poteſt ordinari. p. 85. n. 12
Pupilli, & viduæ excuſantur dando pecunias ad lucrum certum. p. 58. n. 59
Punitionem iuſtam delinquenti ſine prauo affectu licet petere. p. 21. n. 20
Punitio delinquentium eſt actus virtutis. ibid. n. 30


## Q


QValitas debet præciſè probari quando eſt cauſa, quod quis obtineat. p. 12. n. 44
Qualitas requiſita actu requiritur tempore actus. p. 14. num. 62
Qualitas requirit perſeuerantiam, vt ſit durabile implementum. ibid. n. 63
Qualitas requiſita in aliquo extenditur etiam ad eius deſcendentes. ibid. n. 69
Qualitas in connexis repetita cenſetur. pag. 15. numer. 70
Qui vult conſequens vult etiam antecedens, p. 92. num. 80
Quod fit iure permittente pœnam non meretur. p. 5. num. 22


## R


RAncor bonus, quo quis appetit per iudicem caſtigari delictum. p. 20. n. 13
Rancorem bonum non tenemur dimittere. ibid. numer. 14
Ratificatio æquiparatur mandato. p. 25. n. 29
Ratificatio inducitur non ſolùm verbis, ſed etiam factis. p. 55. n. 27
Ratificatio non inducitur niſi probatio illius neceſſariò concludat. ibid. n. 28
Ratificari non poſſunt, quæ non ſunt facta nomine ratificantis. ibid. n. 29
Ratificare videtur contractum, qui ſoluit, vel recipit ex cauſa illius. p. 56. n. 42
Ratificatio actus præcedentis ex facto non probatur, niſi neceſſariò ratificationem inferat. pag. 62. numer. 33
Ratificatio non præſumitur, ſi delictum eſſet ratificare. p. 63. n. 36


Ratificari


Ratificari poſſunt ſolummodò quæ noſtro nomine geſta ſunt. ibid. n. 37
Ratificatio ex facto non inducitur, niſi habita plena notitia actus cum ſuis qualitatibus. p. 63. num. 38
Ratificatum non cenſetur inſtrumentum, niſi fuerit lectum, & intellectum. ibid. n. 39
Ratificatio, vt inducatur, debet alter probare ſcientiam plenam actus in ratificante. ibid. n. 40
Ratificatio venditionis non præſumitur, niſi cognita illa cum ſuis defectibus. ibid. n. 42
Ratificatio vt præſumatur quid requiratur. pag. 63. num. 44
Ratificaſſe non præſumitur dubius de iure ſuo. ibid. numer. 45
Ratificatio inducitur ex ſcientia, & actu poſitiuo. ibid. num. 46
Ratificatio actus minoris quando cenſeatur facta à maiore. ibid. n. 48
Ratificatio vt inducatur, requiritur ſcientia omnium defectuum actus. p. 64. n. 50
Ratificatio non præſumitur vbi conſtat de læſione. ibid. n. 51
Ratificaturum alium promittens promittit factum proprium. p. 66. n. 90
Ratificatio non deducitur niſi ex iis, quæ ad alium titulum referri non poſſunt. p. 67. n. 95
Ratificans debet habere ſcientiam actus plenam, & eius nullitatum. ibid. n. 96
Ratificatio requirit omnes neceſſarias ſolemnitates in confectione actus. p. 67. n. 97
Ratio naturalis ſola poteſt allegari ad deciſionem cauſarum. p. 35. n. 28
Ratio naturalis ſufficit ad deciſionem cauſarum. p. 47. num. 33
Ratihabitio in dubio ex facto non inducitur, ſed fit interpretatio provt gerenti eſt vtilius. p. 62. numer. 35
Recipere aliud eſt, quàm confiteri recepiſſe. p. 79. numer. 21
Regulares omnes, exceptis Capucinis, & Minoribus de Obſeruantia, poſſunt habere ſtabilia in communi. p. 25. n. 22
Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus. p. 66. n. 81
Remedium cap. *reintegranda*, habet locum etiam, quando iudex priuat poſſeſſione malè. p. 56. numer. 36
Renunciatio trahitur etiam ad annexa. pag. 64. numero 58.
Repræſentatio non datur in legatis particularibus. p. 14. n. 68
Repræſentans non poteſt plus repræſentato. pag. 60. numer. 4
Res inter alios acta aliis non præiudicat. pag. 5. numer. 23
Res tranſit cum ſuo onere, & bona tranſeunt cum onere collectarum. p. 15. n. 4
Res affecta tranſit cum ſuo onere in quemcumque. p. 17. n. 35
Res facilè reuertitur ad naturam ſuam. pag. 49. numero 63
Res inter alios acta alteri non præiudicat. p. 55. numer. 30
Reſcripta Principum vitiantur non expreſſo iure tertij. p. 45. num. 10
Reſponſum Marij Antonij Rodulphi, in quo latè tractatur de euictione, & de præſcriptione, & multa de Saluiano interdicto tractantur. p. 112. & ſeqq.
Reus non poteſt interrogari, niſi præcedant indicia contra eum de delicto. p. 39. n. 29
Reus interrogatus ſine indiciis non tenetur reſpondere, vel æquiuocè reſpondeat. ibid. n. 33
Reſtitutio fideicommiſſi rectè fit abſque impulſu iuſtitiæ. p. 4. n. 10
Reus quando poſſit è carcere aufugere, & occidere carceris cuſtodes. p. 41. n. 54
Ruſticitas excuſat à dolo. p. 43. n. 9


## S


SAlarium adminiſtratori non debetur, niſi fuerit conuentum. p. 52. n. 15
Scientia actus in genere non ſufficit ad inducendam ratificationem. p. 63. n. 41
Sacræ Congregationis Concilij decreta, vt obligent vniuerſaliter, quid requiratur. pag. 34. numero 13
Scriptura priuata non recognita nullam fidem facit. p. 61. n. 21
Scutum ponderis pilæ hodie non reperitur niſi fortè cum magna difficultate. p. 81. n. 2
Scutum poteſt ſolui, vel eius æſtimatio. pag. 82. numer. 9
Scutum ſi ſit in obligatione, non poteſt ſolui aliena moneta in damnum creditoris. ibid. n. 6
Scuti rudis materia minoris valet, quàm ſcutum ipſum. ibid. n. 9
Scuti valor quomodo cognoſcatur. pag. 83. numero 22
Scuta duo ſoluiſſe præciſè dicitur, qui vnam duplam ſoluit. ibid. n. 24
Scutum debet ſolui, vel tanta pecunia, quæ faciat eius æſtimationem. p. 84. n. 35
Seniore vocato ad iuſpatronatus quomodo ſuccedatur. p. 12. n. 33
Senioris qualitas ſola attenditur in relicto ſeniori familiæ facto. ibid. n. 34
Senior excludit filium vltimi ſenioris. pag. 13. numer. 58
Sententia quando noceat ſingulari ſucceſſori. p. 6. numer. 35
Sententiæ quandocumque in peius reformantur. p. 45. num. 1
Sententia inter alios lata non præiudicat tertio etiam ſcienti. p. 6. n. 27
Sententia poteſt exequi etiam contra eum, qui in conſequentiam damnum ſentit, ſi agatur de fauore publico. p. 45. n. 15
Sententia non probat, niſi iuſtificetur ex actis. pag. 55. num. 31
Sententia ſine probationibus lata eſt iniqua, & non tranſit in iudicatum. p. 56. n. 35
Sententia communis DD. non eſt relinquenda ob opinionem vnius Doctoris ſingularis. pag. 76. numero 60
Sententia præſumitur iuri conformis in dubio. pag. 84. num. 31
Sententia condemnans reum ad certam monetam, vel eius æſtimationem quomodo intelligatur. ibid. numer. 32
Sententia iudicis ita debet interpretari, vt reducatur ad iuſtum. ibid. n. 84
Septennis eſt capax beneficij Eccleſiaſtici ex fundatione. p. 85. n. 11
Seruitutem ſufficit negare actore non poſſidente. p. 15. num. 2.
Simulatio non poteſt allegari concurrente iuramento aſſertorio & confirmatorio. pag. 90. numero 47

# Index Rerum Notabilium.


Simulatus contractus non confirmatur iuramento, & quando. ibid.n.51
Simulatio ſemper opponi poteſt. p.91.n.59
Simulatio de vno contractu ad alium, quando fieri poſſit. ibid.n.65
Simulatio permiſſa quæ. p.93.n.93
Simulatio poteſt opponi obtenta abſolutione à iuramento. ibid.n.94
Singularis ſucceſſor tenetur ad onera. pag.17. numer.33
Singulares teſtes tantùm probant mille, quantùm vnus. p.43. n.13
Societatis Ieſu domus profeſſa, & Diſcalceati Carmelitæ ſunt incapaces ſucceſſionis. pag.24. numer.19
Societas quando dicatur contracta inter fratres. p.55. num.20
Socius non communicat quando contrahit nomine proprio. p.55.n.21
Socij non communicant empta nomine proprio, niſi ſint ſocij omnium bonorum. ibid.n.32
Socio quæſita extra cauſam Societatis non communicantur. ibid.n.24
Sociorum pactum, vt ſaluum ſit capitale, & lucrum certum, non valet. p.56.n.44
Socij in mercaturis quomodo poſſint aſſecurare ſortem, & lucrum certificare. p.57.n.48
Solutio partis debiti quando conſtituat in quaſi poſſeſſione exigendi. p.18.n.44
Solutio non poteſt fieri in alia moneta, quàm promiſſa, ſi adſit damnum creditoris. pag.82. numero 8
Specialium plurium concurſus quando toleretur. p.49. num.97
Spolium à iudice nulliter procedente committitur, & grauatus ante omnia eſt reſtituendus. pag.67.numer.98
Sponſalia iurata an diſſoluantur ob dictum vnius teſtis de impedimento matrimonij deponentis. p.77. numer.79
Sponſus poteſt dare ſponſæ pecunias, quas in dotem recipere debet. p.91.n.60
Sponſus an poſſit donare ſponſæ pecunias, quas poſtea in dotem recipiat. p.88.n.6
Sponſus poteſt augere dotem ſponſæ ante nuptias. ibid. num.8.
Sponſa non comprehenditur ſtatuto de vxore loquente. ibid. n.25
Sponſa non venit nomine vxoris niſi per interpretationem extenſiuam. p.89.n.27
Sponſa non comprehenditur nomine vxoris in ſui præiudicium. ibid.n.28
Status perſonæ mutatio non præiudicat iudici Eccleſiaſtico. p.70.n.23.
Statutum Regij prohibet donare ſponſæ, & vxori, & an verum ſit. p.88.n.21
Statuti verba debent intelligi in proprio, & potiori ſignificatu. p.89.n.26
Statutum Regij de donationibus propter nuptias non trahitur ab vno correlatiuo ad aliud. ibid. numero 29
Statutum Regij *cap.*81. *lib.* 2. quomodo intelligatur. p.89.n.31
Statuta Regij debent intelligi ſine gloſſatione. ibid. n.32
Statutum vnum interpretatur aliud, & quando. ibid. num.34
Statutum Regij de donationibus nuptialibus intelligigitur de donatione pura, & ſimplici. ibid. numero 35
Statutum prohibens donationem ſponſæ non habet locum in ea, quæ fit ex cauſa matrimonij. pag.89. num.40
Statutum etiam vniuerſale non comprehendit cauſam dotis. ibid. n.41
Statutum prohibens donationem non comprehendit iuratam. ibid.n.43
Statutum loquens in genere operatur in qualibet ſpecie. p.94.n.95
Statutum non comprehendit Eccleſias circa grauamina. p.99.n.11
Statutum arctans colonum ad collectas pro domino eſt iniquum. ibid.n.15
Statutum loquens de executione inſtrumentorum pro creditore non procedit in creditrice. p.100.n.3
Statutum eſt ſterile ſicut mula. p.101.n.8
Statutum de executione inſtrumenti contra debitorem non habet locum contra mulierem. ibid. numer.9
Statuti exorbitantis à iure verba ſunt ſtrictè intelligenda. ibid.n.12
Statutum tribuens executionem inſtrumentis eſt ſtrictè intelligendum. ibid.n.13
Statutum de executione non habet locum contra hæredem, niſi probetur eſſe hæres. pag.102. num.25
Statutum de executione inſtrumentorum non habet locum in debito conditionali. ibidem, numero 26
Statutum de excutione inſtrumentorum procedit tantùm in debito liquido. ibid.n.27
Statutum tollens appellationem non extenditur ad caſum non expreſſum. p.103.n.5
Statuta appellationem tollentia ſunt ſtrictè intelligenda. ibid.n.6
Statuta non habent locum niſi verificentur eorum qualitates. ibid.n.8
Statutum de maſculo in odioſis non comprehendit fœminam. p.103.n.6
Statutum Regij derogat contrariæ conſuetudini, & ſtylo. ibid.n.10
Statutum de executione inſtrumentorum reſpicit ordinatoria, & quando. p.104.n.21
Statutum tollens appellationem reſpicit deciſoria. ibid. num.23
Statutum reprobans ſtylum, & conſuetudinem intelliligitur etiam de futura. ibid.n.25
Statutum de executione inſtrumenti ad fauorem creditoris non habet locum pro fœmina. pag.105. numer.30
Statutum Corrigiæ excludit fœminas ſtantibus maſculis, & quomodo. p.109.n.1
Statutum excludens fœminas propter maſculos eſt validum. ibid.n.2
Statuta in proprio caſu intelligenda ſunt, non extendenda. ibid.n.11
Statutum Corrigiæ quomodo excludat fœminas propter maſculos. p.109.n.12
Statutum excludens dotatam cenſetur admittere, ſi non eſt dotata. ibid.n.13
Statuti qualitatem debet probare, qui ſe fundat in ſtatuto. p.110.n.17
Statutum excludens fœminas propter maſculos intelligitur, ſi maſculi ſuccedant. ibidem, numero 20
Statutum cenſetur ſe conformare iuri communi in his, in quibus non contradicit. ibidem, numero 34
Stylus iudiciorum habetur pro lege. pag.56. numero 37





Stylus, & vſus iudiciorum quomodo probetur. pag.61. num.13
Stylus iudiciorum debet plenè, & concludenter probari. p.102.n.19
Stylus ſi non eſt vniformis, non releuat, & non dicitur ſtylus. ibid.n.20
Stylum contra ius non poſſunt inducere iudices, qui legem condere non poſſunt. pag.102. numero 21
Stylus contra ius non valet, neque contra ſtatutum. ibid.n.22
Stylus ſi reprobetur à ſtatuto, intelligitur etiam de ſtylo futuro. ibid.n.23
Stylus contra ius non poteſt induci coram iudice non habente facultatem legis condendæ. pag.103. numer.11
Stylum in ordinatoriis omnes iudices poſſunt introducere. p.104.n.12
Stylus, & conſuetudo debet plenè probari ab allegante. ibid. n.13
Styli informationem in ordinatoriis poſſunt iudices capere, etiam in Camera. ibidem, numero 14
Styli informatio eſt reducenda in actis. ibidem numero 15
Stylus notorius non eſt probandus, & de eo iudex poteſt ſe informare. ibid.n.16
Styli informatio non ſufficit in deciſiuis, ſed requiritur plena probatio. ibid.n.17
Stylus debet probari per teſtes iuratos, & cum interrogatoriis. ibid.n.19
Stylus ad deciſionenem cauſarum plenè eſt probandus. p.104.n.20
Stylus, & conſuetudo improbata non poteſt ad deciſionem cauſarum allegari. ibidem, numero 24
Stylus propriè quid ſit, & ad ſola acta iudiciorum pertinet. p.105.n.26
Stylus conſiſtit in ſcribendo acta. ibid.n.27
Stylus ad derogationem iuris communis non eſt attendendus. ibid.n.28
Stylus habet vim declarandi rem dubiam. ibid. numer.29
Stylus non attenditur contra ius, niſi cum conſenſu maioris partis populi. p.105.n.32
Stylus, & conſuetudo iudicialis requirit contradictionem, & obtentum fuiſſe. ibid.n.34
Stylus à quo induci poſſit. pag.106. numero 41
Subſtituti in fideicommiſſis, an poſſint reuocare alienata. p.97.n.20
Subſtitutio vulgaris non habet locum adita iam hæreditate. p.5.n.17
Subſtitutio vulgaris in codicillis reſoluitur in fideicommiſſariam. ibid.n.8
Sublato principali deſtruitur acceſſorium. pag.47. numer.38
Subhaſtatio an requiratur in vendendis bonis ſtabilibus minoris. p.66.n.86
Subhaſtatio, & adiudicatio debet iuſtificari ex actis productis ante, non poſt eam. pag.67. numero 44
Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. p.92.n.74
Succeſſori ſingulari nocent probationes, quæ nocent auctori. p.16.n.20


## T


TAciti, & expreſſi par eſt virtus. p.49.n.69
Teſtamentum à Notario rogatum plenè probat, etiamſi mortui ſint teſtes. pag.4. numero 2
Teſtis vnicus nihil probat. p.23.n.14
Teſtis vocans in conteſtem illum, qui dicit ſe neſcire, nullam facit fidem. ibid.n.15
Teſtis patiens plures defectus nihil probat. ibidem, numer.16
Teſtis inimicus nihil probat. p.43.n.18
Teſtis pauper non probat. ibid.n.19
Teſtis vnicus etiam deponens de propria turpitudine probat matrimonij impedimentum. pag.72.numer.2
Teſte vnico nulla cauſa poteſt terminari. ibidem, numer.8
Teſtis vnicus etiam de ſua turpitudine deponens probat impedimentum matrimonij. pag.73. numero 16
Teſtis vnicus integer probat impedimentum matrimonij. p.76.n.72
Teſtis de auditu an probet impedimentum matrimonij. ibid.n.75
Teſtis vnicus an probet impedimentum matrimonij ex circumſtantiis, relinquitur arbitrio iudicis. ibid. num.78
Teſtator quando cenſeatur fœminas prætuliſſe ſubſtitutis. p.12.n.42
Torqueri non poteſt reus ob receptionem bannitorum, non conſtito de banno. p.43.n.6
Tranſactio debet eſſe de re dubia, aliàs non valet. p.7. num.42
Tranſactio non fit, nec dicitur fieri, vbi non litigatur. ibid.n.43
Tranſactio in cauſa fideicommiſſi ex bona fide eſt licita. p.7.n.48
Tranſmitti non poſſunt ad hæredes iura conditionalia. p.11.n.30
Tributa Principum tollunt, ſi accedat ſecunda iuſſio Principis. p.48.n.48
Tutor poteſt adire hæreditatem pro infante. pag.111 num.37
Tutor quando præſumatut voluiſſe pupillis acquirere. pag.112.num.41


## V


VEneno moriens dicitur violenter mori. pag.27. num.4
Veneno quis poteſt dupliciter mori, vel propinato, vel ingenito. p.31.n.51
Verba contrahentium ſunt intelligenda ſecundum communem vſum loquendi. p.27.n.10
Verba contrahentium intelliguntur contra eum, qui clariùs ſibi legem dicere potuit. pag.29. numero 36
Verba propriè ſunt intelligenda. p.30.n.46
Verbum, *firment*, quid ſignificet, & importet. pag.92. num.72
Verbum, *ſi quis*, continet maſculum, & fœminam. p.100.n.7.
Verba legis ſi ſunt clara, nihil vlteriùs eſt quærendum. p.106.n.1
Verba ſi ſunt clara non remanet dubitandi locus. p.29. n.34
Veritas debet præferri cuicumque opinioni. pag.75 num.56

Veritas eſt finis omnis ſcientiæ. p.76.n.69
Vindicatio authoritate publica eſt actus virtutis, & permiſſus. p.21.n.22
Vindicta iuſta eſt opus virtutis. ibid.n.18
Vindicatio auctoritate publica non eſt contra legem Dei. p.21.n.31
Vindicta quando ſit prohibita, vel permiſſa. ibidem, num.33
Vindictam poſtulare zelo iuſtitiæ, non ex odio, difficile eſt. p.22.n.40
Vindictam petens zelo iuſtitiæ, & non ex odio, abſoluendus eſt. ibid. n.41
Vicaria magna Neapolis malè iudicauit, vt Clericus factus laicus puniatur à laico. pag. 70. numer. 24
Violentia quælibet dicitur iniuria perſonalis. pag. 29. num.32
Violentia vt dicatur, quot requirantur. ibidem, numer.33
Violentia non dicitur niſi fiat ab agente libero iniurioſè. ibid.n.34
Violenta mors dicitur, quæ iniurioſè homini ab homine infertur. p.29.n.37
Violentum aliud naturæ, aliud hominis, & peſtis prouenit à natura. p.31.n.50
Vocatus propria vocatione quis dicatur. pag.14.numer. 65
Voluntas tacita ex actu reſultans non extenditur niſi ex neceſſitate. p.62.n.34
Vſurpare quis dicatur. p.38.n.19
Vſurarum à reſtitutione non excuſat conſuetudo. p.54.n.13
Vſurarium eſt pactum, quod ſaluum ſit capitale, & lucrum certum. p.56.n.45
Vſus loquendi communis attenditur in contractibus, & legatis. p.27.n.11
Vſus comunis loquendi eſt probandus. ibidem, numer. 13
Vxoris appellatione non venit ſponſa. pag.88, numer.24

*F I N I S.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA